UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98587

Visual Library

Th. 1341a

M. IV.
23

PRAXIS AVREA QVOTIDIANARVM RERVM ECCLESIASTICI FORI,

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur.

AVTHORE IO: ALOYSIO RICCIO
Viro Patricio Neapolitano, eiusdem Vrbis Ecclesiæ Canonico.

OPVS QVATVOR PARTIBVS DISTINCTVM,

Prælatis omnibus, illorumque vices gerentibus, necnon & omnibus, qui tàm Iudicum Ordinariorum, quàm Delegatorum munere funguntur, pro dirimendis litibus, causisque in Ecclesiasticis Curijs frequentius verti solitis, terminandis, admodum necessariæ.

Volumen Primum continens Primam, & Secundam Partem:

Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata, præter Praxim Remissionis Delinquentium, Opus Authoris posthumum, in calce Operis positam.

Accedunt Indices Materiarum, & Rerum, atque Verborum notabilium, serie alphabetica dispositi, cum antea ob rerum, numerorum, & ordinis confusionem, omninò essent inutiles.

Collegii Soc. Jesu Paderbornæ Anno 1702.



VENETIIS, *Sub Signo Sapientiæ*, M. DC. LXXIV
Apud Laurentium Marchesinum, & Socios.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

ILLVSTRISSIMO D. D.

IOANNI QVIRINO

Veneto, in Foro I. C. Celeberrimo.

TANDEM edita in lucem denuò celebris Hæc Aurea Forensium Praxis, quàm prosperæ addictam Fortunæ, nuper sui Thematis Genesim sortita sit; Ex eo nanque auspicari fas est; Quòd exoptatum, ILLVSTRISSIME QVIRINE, dum quærit, inuenit, suscipitque Tuum, aspirantibus Astris, Tutelare Numen. Totam enim fiduciam Fati, Sortemque suam Tuis in Manibus ponendam studuit; Vt, cum euoluere Tibi placuerit, vel lectitandi tantùm gratia Codicis volumina; dexterum à Dextra ad Os vsquè Tuum, suæ Felicitatis cursum, successu fausto, exponere gestiat. Quid mirùm! Pendent Tuo ab Ore facundo, disertoque Hominum, atque Deorum, vel Fatum, vel Fortuna.

Sors haud Tua est, Oratoriam quòd Tu exerceas Facultatem; Verùm Tuæ sed Clientelæ maxima Fortunarum Fortuna: Vrbs nempè Venetùm tota, in amplissimo Diui Marci, augustissimoque Foro, facta sui ipsius Celebritas Vniuersa, cum circà Tuum Suggestum ad Te Orantem euolat; Quos cernit Clientes Tuo sub Patrocinio deditos, atque in Causarum actione defensos, Eosdem à Sereniſſimo Dominatricis Reipublicæ Principe, Regio astante, plenoque Senatu, in Libertatem iugiter vindicatos agnoscit.

Cessit meherculè, nam Tibi Hercules admirabilem illam ab Ore, Cælum, Terramque connectentem, ex auro purissimo Catenam; Scilicèt, Quia Tu, cum Facundus eloqueris, cum Disertus declamas, Quos instruis, allicis; Quos allicis, attrahis; Quos attrahis Homineſque, Deoſque libentissimè ad Tuam auream perducis Sententiam: & apud Quos Orator accedis, discedis Exorator.

Fruſtrà suum longè exoletum iactant Athenæ Periclem; cum iam hodiè sopita sileat ipsius in Labijs Suadela; Quæ modò, non nisi Tuo tantùm scit Ore loqui: Et Quem Omnium Oratorum facilè, tunc temporis Principem prædicarunt Demosthenem; Hac Ætate, nam exaudita vbique Gentium, Elegantissimæ Eloquentiæ Tuæ Fama, Illum negligunt, Teque colunt, admirantur!

Fateor equidèm, mox si Caput exereret, aureque perciperet, Qui, referente Tullio, dixit Antonius; Se Facundos, Disertosque vidisse Multos, Eloquentem verò Neminem; deniquè immutato ex corde conceptu, Te solum, Te tantùm, ac inter Facundos, & Disertos, Te certè Oratorem dignosceret Eloquentem.

Attamen, vt reliqui Virtutum percipiant Sectatores, quanta enim sit Hæc Tua, exculta Ingenio, Animoque concepta Eloquentiæ Virtus cæteris præstantior Virtutibus; ex Ore Primi Patris Patriæ Romanorum disertissimi non piget edisscere; Nimirùm, Nihil aliud est Eloquentia, quam copiosè loquens Sapientia.

Sapientia igitur, penès Eundem, est, si Rerum Diuinarum, Humanarumque Scientia, Cognitioque, Quæ cuiusque Causa sit: Causam huius eximij quæsò dicati Operis, Tua, qualis est in Te, Generosa Eloquentiæ Virtus, sic sapienter Eam, benignèque tuearis: Et licèt Exiguum pro Magno Patrocinio NOBILI VIRO exhibeatur Munus; Grande quidèm fiet, ex Animi Humanitate libenter acceptum; Ex Ingenij Serenitate præclarè illustratum. Quin etiam ex Foro Vrbis in Orbis Forum vlla nec Contradictionis Vmbra Auream Hanc Praxim attinget; Quæ Clariorem in Terris, quàm Phœbus in Cælis, tum Eloquentiæ splendore, tum Sapientiæ exornatum lumine, Patronum habet.

Dominat: Tuæ Illustrissimæ

Humillimus, & Addictissimus Seruus
Laurentius Marchesinus.

Elenchus Materiarum, quæ in omnibus partibus Aureæ Praxis continentur. Numerus Marginalis signat Tomum, vel Partem. Reliqui Numeri Paginam.

1 Absolutionis à iuramento. 133
4 Actorum transportationis à quo ad quem faciendæ. p. 397
3 Ætatis. 418
1 Affinitatis. 1
Alienationis rerum Ecclesiarum. 1
3 Alimentorum Patronis à beneficiato dand: 188
3 Alternatiuæ Beneficiorum. 4
1 Appellationum. 185
4 Appellandi. 2
3 Apostasiæ. 8
3 Archiepiscopi potestate. 15
1 Assensus Apostolici. 10
4 Attentatorum. 393
2 Auditoris Cameræ. 454
2 Abbatum. 341.414.423.431.518
1 Beneficialis praxis. 149
1 Beneficiorum Vnionis. 172
3 Beneficialium rerum. 311
4 Beneficialis status. 4
3 Bigamiæ. 21
3 Blasphemiæ. 26
4 Bonorum patrimonialium. 435
1 Brachij secularis imploratio: 125
2 Bullarum. 308
3 Bullæ Clem. VIII. contra duellantes. 31
3 Bullæ Pij V. contra Sodomitas. 35
3 Bullæ Clem. VIII. contra solicitantes mulierem in confessione. 40
3 Bullæ Pij V. contra mulieres ingredientes Monasteria virorum. 45
2 Canonicorum. 315. 321
2 Canonicarum rerum pertotum.
1 Capellaniarum. 158
4 Capellanorum Regum. 603
2 Capituli Sede Vacante. 346
3 Capturæ possessionis 51
3 Casuum Reseruatorum Episcopo. 51
4 Causarum Matrimonialium, & Criminalium. 515
1 Causarum delegatarum. 190
4 Cedulonum. 399
3 Census. 59
4 Censuratarum in occupantes bona, & iurisd. Ecclesiæ. 461
2 Citationis ab vrbe venientis. 277
3 Citationis edictalis. 64
3 Ciuilium rerum pertotum.
3 Clausularum. 65
4 Clausuræ Monialium. 480
3 Clericorum. 240
3 Clericorum coniugatorum. 79
4 Clericorum saluaticorum. 496
4 Coadiutoris dandi 621
3 Collationis beneficiorum. 82
3 Collectarum, & gabellarum. 85
3 Commendæ. 97
4 Compositionis Clericorum. 450
1 Commissariorum Apostolicorum. 42
1 Concursus ad Ecclesias parochiales. 164
4 Confessariorum approbatio: 535
3 Confraternitatis laicorum. 102
4 Cognitionis causarum matrimonialium, & criminalium.
4 Cognoscendi causarum Episcoporum. 601
3 Consensus Episcopalis in donat. Iur. pat. 194
2 Criminalium rerum pertotum.
2 Decimarum. 323
3 Derogationis iuris patron. 102
2 Dispensationum 305
1 Distributionum quotidianarum. 173
3 Duellantium. 31
2 Ecclesiarum. 441
4 Ecclesiæ bona occupantium censuræ. 461
1 Ecclesiasticæ rei alienatio. 1
4 Educationis puellarum in Monasterijs Monialium. 488
4 Electionis. 410.& 404
1 Emphyteusis Eccles. 51
3 Emphyteus. Eccles. 103
1 Episcoporum. 211
2 Episcoporum. 295
3 Episcopalis auctoritatis. 19
4 Episcop. Titularium. 580
4 Erectionis nouarum dignitatum. 552
4 Erectionis nouarum parochiarum. 494
4 Examinis, & examinatorum. 424
2 Excommunicationum. 295
3 Excom. iniustæ, & nullæ. 117
4 Excommunic. in subsidium. 486
1 Excommunicationis. 199
2 Exemptionum. 310.316.407.414
4 Exemptionis, & exemptorum. 445
2 Exequutorum. 310
4 Explorationis voluntatis virginum Deo dicandarum. 484
4 Extauritarum. 537
2 Fabricæ S. Petri de Vrbe. 475
3 Familiaritatis. 120
3 Fidei professionis. 128
4 Functionum Parochialium. 534
4 Habitus Clericalis. 499
1 Hæresis. 193
3 Hospitalis. 132
4 Illegitimæ successionis filiorum in Ecclesijs paternis. 555
3 Illicitæ negotiationis. 132
2 Immunitatum. 296
3 Immunitatis Ecclesiæ. 136
4 Insignium Canonicalium. 554
3 Insordescentiæ per annum in excommun. 140
4 Insordescentiæ mentalis in excommun. 420
4 Institutionis in benef. iur. patron. 565
1 Irregularitatis. 206
2 Irregularitatum. 206
4 Iudicum Synodalium. 447
4 Iudicum suspectorum recusandi. 609
4 Iudicum adiunctorum Capitulorum. 638
1 Iuramenti. 130
3 Iuramenti. 147
3 Iurisdictionis. 15
1 Iurispatronatus. 57
4 Iurispatronæ conditio. 589
4 Iur. patron. ad beneficia præsentationis. 592
4 Interstitiorum circa ordinum susceptionē. 491
4 Iurium parochialium. 524
4 Laicorum. 457
4 Largitionis munerum, ex Bulla Clem VIII. religiosè. 432
4 Libertatis Eccles. tuendæ. 586
3 Litterarum dimissorialium. 157
1 Locationis rerum Eccles. 45
4 Locorum piorum sub Regis protectione. 468
3 Matrimonium solemnizandi. 276
1 Matrimonialis. 90
4 Matrimonialis dispensationis. 611
4 Matrimoniorum contra raptorem, & raptarum. 582
4 Matrimonia contrahere nolentes cogendi. 570
4 Matrimonij vagorum. 549
4 Miraculorum. 520
4 Missarum. 438
3 Missarum. 238
1 Monitorialium. 102
3 Mulierum ingredien. septa monasterij virorum. 43
4 Nouitiorum. 503
4 Vllitatum proponendarum in iudicio iuxta Bullam Clem VIII. 405
3 Obligationis in forma Cameræ 163
4 Obseruationum dierum festiuorum. 556
1 Cap. Odoardi de solutionibus. 109
4 Oratoriorum publicorum, & priuatorum. 578
1 Ordinis. 114
1 Parochorum. 235
1 Pœnarum. 135
4 Pœnarum renitentium soluere decimas. 605
1 Pœnarum contra male alienantes bona Ecclesiæ. 56
1 Pensionum. 169
3 Permutationis beneficiorum Regula 172
3 Periurij. 179
3 Pollutionis Ecclesiæ eiusq; reconciliat. 174
3 Possessionis beneficiorum. 48
3 Potestatis Episcopi in absoluendo ab irreg. 177
3 Potestatis Episcopi in regulares. 182
4 Potestatis Episc. in testam. ad pias causas. 429
4 Potestatis Abbatum conferendi ordines minores. 635
1 Præcedentiarum. 256
3 Præcedentiarum. 183
4 Præcedentiæ dignitatum, & Canonicor. 561
4 Prælatorum inferiorum habentium Iurisd. quasi Episcopalem. 455
4 Præsentationis ad Ius Patron. 593
3 Priuationis beneficiorum. 201
3 Priuilegij fori. 205
3 Professionis fidei. 128
3 Professionis in religione. 212
4 Procurationis, quę Episc. visitanti debetur. 465
4 Promouendorum ad clericalem tonsuram 596
3 Publicationis resignationis bonor. 218
4 Puniēdi regulares recedētes à monasterio 540
Præterea recursus ad Superiores supremos. 540
3 Quartæ Episcopalis. 221
4 Recusationis Iudicis suspecti. 609
1 Rerum quotidianarum. 293
1 Regularium tam virorum, quam mulierū. 250
2 Regularium. 305.341 381.387.450
3 Regularum Cancellariæ. 227
4 Religionum ordinum militarium. 471
2 Remissionum delinquentium, 330. & 361
4 Remissionis delinquentium. 643
3 Renunciationis faciendæ per monialem ante professionem 232
4 Reparationis Ecclesiarum. 542
3 Rescriptorum. 243
3 Reseruationis beneficiorum. 251
3 Residentiæ in beneficijs. 255
3 Resignationis benefic. 205.260
4 Reuisionis Vnionum. 514
3 Sacrilegij. 264
3 Seminarij. 268
1 Sepulturæ eiusque electionis. 260
3 Simoniæ. 275
4 Solutionis anticipatę non faciendæ in locatione Ecclesiasticæ in præiud. successor. 554
3 Solicitantis mulieres in confessione. 39
3 Solemnizandi matrimonium. 276
4 Sponsos compellendi nolentes contrahere; & de causis excusationis. 570
3 Spolij Clericorum. 277
3 Surreptionis gratiæ. 285
3 Stuprantium Virginem. 44
3 Subfidij charitatiui. 56
4 Suppressionis beneficiorum. 618
1 Suspensionis. 204
3 Synodi Episcopalis. 290
4 Temporum vetitorum ad contrah. matrimonium. 628
4 Testamentorum Commutationi. 518
2 Testium. 362.363.382.392.399.410
1 Testium. 181
3 Tituli ordinandorum. 295
3 Vacationis beneficiorum. 298
3 Variationis in præsentando in iurep. 304
3 Variarum Resolut. 295.& 332
1 Variarum Resolut. 207
1 Vicariatus Cap. Sede Vacante. 231
2 Vicariorum. 304.343.349 350.369.379.401. 410.420.441.470.496.540.541
4 Visitationis personarum, & locorum exemptorum. 630
1 Visitationis. 247
4 Vltimarum Voluntatum Commutationis. 518
3 Vsuratum Criminis. 307

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOANNIS ALOYSII RICCII

VIRI PATRICII NEAPOLITANI,

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM

ECCLESIASTICI FORI.

Tomus Primus.

PRAXIS ALIENATIONIS RERVM ECCLESIÆ.

REGVLÆ.

1 *Duo sunt necessaria, ad hoc, vt ecclesiasticæ rei alienatio sit valida.*

1 REiectis solemnitatibus, quæ adhibebantur olim in alienatione rei ecclesiasticæ: hodie verò in praxi duo sunt necessaria, iuxta mentem extrauag. Ambitioſe de reb. eccles. non alien. primò causa, secundò solemnitas, Couar. variar. res. lib. 2. cap. 17. n. 2. Molin. de contr. disp. 468. Sarmien. de redditibus eccles. par. 1. cap. 2. Caual. decis. 35. n. 31. & decis. 45. num. 33. part. 1. Resnerus sing. respon. lib. 2. cap. 1. Ann. cons. 38. vol. 1. & pluries fuisse decisum in Rot. Lucens. testatur Cornazan. dec. 74. & decis. 67. & pluries etiam fuisse in Rot. Rom. decisum refert Farinac. decis. 206. 210. & 596. Seraph. decis. 508.

CAVSÆ.

1 *Euidens in alienationibus rei Ecclesiæ vtilitas requiritur, & ipsa est causa finalis alienationis, & num. 7.*
2 *Quænam dicatur euidens vtilitas.*
3 *Quot modis euidens appellatur, vel non.*
4 *Vtilitas per quem est probanda.*
5 *Quæ sit vera ratio præsumendi vtilitatem, vel damnum.*
6 *Quænam sit ratio, vt vtilitas euidens per alienantium dictum non probetur.*

1 PRo causa Summus Pontifex euidentem exigit vti-
litatem, & in nostra materia euidens dicitur vtili-
2 tas, quæ ita clarè, & manifestè apparet, vt de ea dubitari non possit Bellam. in c. fine except. 12. q. 2. Barb. consil. 40. col. 1. Roland. cons. 15. vol. 1. Item illa, quæ omnibus patet, & quando nulla tergiuersatione celari potest. Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. iudic. c. 172. n. 22. Mandos. in nostris terminis loquens in praxi signaturæ gratiæ, si in euidentem, in princ. vers. hæc verba. Neque sufficit vtilitas, sed euidens requiritur, Præp. & Bellam. in c. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. Bald. consil. 156. l. 1. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 9. n. 12. respon. 310. Rodoan. rub. 19. de cau. vt lit. n. 82.
3 & seq. Tandem euidens dicetur vtilitas, quando bona fuissent aquosa, siluosa, sterilia, inundata, & infructuosa, vt post infinitos tradit Caual. omninò vid. decis. 45. n. 31. part. 1. Seraph. decis. 29. lib. 1. Copin. dec. 37. qui concludit, tunc dici euidentem vtilitatem, quando maior esset expensa, quam redditus, si ecclesia illa bona retinere vellet, & insuper dicit considerandam esse vicinitatem bonorum habitationi Rectoris Monasterij, vel Ecclesiæ, vt ipsorum vtilitas, vel inutilitas haberi possit, vt voluit pariter Turrecrem. in c. terrulas 12. q. 2. & Ann. cit. cons. 38. n. 9. vol. 1.

Ampliatur primo, vt euidens Ecclesiæ vtilitas dicatur illa tantummodo, quæ non dubia, sed euidens, clara, & indubitata est, Corn. cōs. 243. lib. 2. Menoch. cōs. 29. lib. 2. & fuit decisum in Rota in vna Romana inualiditatis census, 24. Maij 1591. * coram Pamphilio, in qua Domini dixerunt, ex impositione vnius census, vt alter omnino similis extinguatur, non dici ecclesiam effectam melioris conditionis, dicitur enim euidens vtilitas Ecclesiæ, idest manifesta, & notabilis, Prob. in c. vnico, de cleric. non resid. in 6. & proinde modica vtilitas Ecclesiæ pro nihilo reputanda, Balb. decis. 22.

Amplia secūdo, vt non dicatur euidens ecclesiæ vtilitas, cum dantur in emphyteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata fuerint, & ob id alienari non possunt, Caual. cit. dec. 45. n. 46. vbi concludit, quòd debet esse pretiū maius, vel aliquid ecclesiæ donari, & quod conditio debet esse melior, quam antea. Barb. cons. 12. nu. 20. lib. 3. & in specie Maria. Canis. in suo cons. vni. adiecto post Dec. Caual. p. 1. n. 132. Hinc voluit Imol. in c. ad aures tit. nostro, nō sufficere, quod detur æquialens pretium, quia alienatio erit ecclesiæ damnosa, ex quo vtili dominio priuatur: vt fuit in Rot. resolutū in vna Roman. bonorum 12. Dec. 1599. coram Cantuc. cio: & data re æquiualente ecclesiæ, non dicitur cōstare de vtilitate, sed de damno, vt post Dec. in cons. 142. tradit Rodan. loc. cit. n. 173. Rimin. Iun. cons. 233. lib. 3. Immò res ecclesiæ, quæ alienatur ex causa vtilitatis, debet esse inutilis non solum re, sed etiam spe, vt post Bal. cōs. 156. n. 1. lib. 1. tradit Caualc. dec. 46. n. 26. par. 1

Ampliatur tertio, vt non possit probari euidens Ecclesiæ vtilitas, nec bona ipsius alienari, quando adsunt fructus pro satisfactione, nam licet Prælatus possit fructus Ecclesiæ pro se retinere, hoc procedit quando non subest necessitas alienandi, alias debet ex fructi-

bus,ſi poteſt,prouidere,non autem bona eccleſiæ alienare Socc.conſ.29.lib.1.poſt Abb.in c.nulli,tit.noſtro, & fuit deciſum in Rot. Rom. in vna Auximana bonorum primo Februarij 1500. & in vna Placentina bonor. primo Nouembris 1580. coram Seraphino.

Amplia quarto; vt in alienatione rerum eccleſiæ,& gratia ſi in euidentem, vel confirmatione Apoſtolica Summus Pont.nil aliud intendat,niſi euidentem eccleſiæ vtilitatem; ideo confirmatio non dicitur ſubreptitia, ſi narretur terras nunc eſſe ad culturam redactas, quæ multò antea cultæ fuerunt; ſufficit enim adeſſe vtilitatem euidentem,quæ eſt cauſa finalis, & ita fuit deciſum in Rot.Rom.domus,2.Nouembris 1588. coram Bubalo,& iterum in dicta Auximana.

Amplia quinto,vt huiuſmodi euidentia debeat cõſtare aliter, quam per publicam ſcripturam, Anch. in clem.1.4.not. tit. noſtro, Rodoan. in eiuſdem nominis tractatu,rub.19. nu. 130.Immò licet Commiſſarij declarauerint, ceſſiſſe in euidentem eccleſiæ vtilitatem, & pro ipſis præſumeretur,tamen poterit probari contrarium,vti tradũt Inn.in c.dudum, tit.noſtro,Gemin. in c.ſine exceptione.22.q.2.Panor.conſ.41.lib.1.Dec. conſ.133. & 142.Iaſ.conſ.55.lib.1.Gemin.conſil.48.& 4 latiſsimè Rim.Iun.conſ.233.vol.3.Hæcque vtilitas eccleſiæ, nedum non præſumitur, ſed eſt probanda per eum, qui in illa ſe fundat, & ſic per conceſsionarium, ita Scarlat.inter quæſt.Anch.53. num.3. Rebuff. in ſuo tract.n.75.& Caual.d.deciſ.46. n.14.par.1.& Ann.cit. conſ.n.29.cum ſit quid facti,vt poſt Ioan.Bapt.Ferret. in conſ.248.n.10.&ſeqq.& in conſ.294.n.fin.vol.2.tradit Menoch.in præalleg. c.172. n.22.& licet præſumatur pro decreto,non tamẽ præſumitur,quod adſit euidens vtilitas,vt in ſpecie tradit Borgn.dec.45.num.52. maximè quando non apparet,quod præceſſerit cauſæ 5 cognitio,Caniſ.citat.conſ.n.281.& ratio eſt,quia quãdo integralis forma non eſt ſeruata, non præſumitur vtilitas eccleſiæ,ſed damnum,ita poſt Bal.in l.quicunque,C.de ſeru.fugit.tradit Auẽdan.de exequen.mand. par.1.c.4.n.51.Subamplia,vt nec euidens vtilitas probetur per alienantium aſſertionem, Fed.de Sen. conſ. 224.Rebuff.de alien.rer.eccl.n.75. Bart. in l.ſi fortè,ff. de caſtr. pecul. & fuit deciſum in Rota in vna Auerſana tenimenti 7.Iunij 1591.coram Lancellotto. Ratio, 6 quia vtilitas in præſenti materia, nedum debet eſſe euidens, ſed euidenter probari, vt fuiſſe deciſum teſtatur Polid. Ripa deciſ. 394. & nedum exigitur vtilitas poſitiua,ſed etiam abnegatiua, idem in deciſ.395.

7 Amplia ſexto, vt euidens vtilitas dicatur cauſa finalis alienationis bonorum eccleſiæ, & ſubreptio, quæ circa ipſam cauſam verſatur tantũ attenditur.Seraph. deciſ.508. Non tamen dicetur cauſa ſufficiens alienationis bonorum eccleſiæ ex eo, quod domus ſit ruinoſa, ſi cum parua impenſa reparari poteſt. Rot. in vna Romana domus, 16. Februarij 1604. coram Seraphino, vt patet in eius deciſ.1490.

Vtilitas eccleſiæ in alienatione, quo tempore ſit attendenda.

RESOLVT. I.

1 *Vtilitas eccleſiæ,tempore contractus alienationis factæ eſt conſideranda.*
2 *Tempus calamitoſum quale ſit.*
3 *Alienatio facta tempore belli an valeat.*
4 *Quod tempus in contractu emphyteutico attenditur.*
5 *Perfectio ſcripturæ quando dicatur.*

1 REſpondetur, vtilitatem iuxta communem,& magis receptã ſententiam eſſe conſiderandam tempore contractus alienationis factæ, vt tradũt DD.in l. 2.vbi Cagnol.n.213.C.de reſcindẽd.vend.Calder.cõſ.5. de rer.permut.Ruin.conſil.35.in fin.lib.1.facit cap.ad aures,vbi Gl.Io.And.& alij tit.noſtro,& in c.cum dilecti de emp.& vend.Rebuf.in ſuo tract.n.75.Pariſ.conſ. 24.vol.4.qui alios adducit,per tex.in l.ſi voluntate,C. de reſcind. vendit. & fuit deciſum in Rota in vna Anconitana terrarum 13.Iunij 1578.coram Seraphino,& in vna Romana caſalis 6. Apr. 1576. coram Cantuccio,vt in deciſ.diuer.18.p.2.& in vna Bonon.bonorum 16. Iunij 1595. coram Mellino, & in eadem 27.Maij 1697. coram Arrigonio, Guid.Pap. deciſ.140.

2 Intellige primo,vt intelligatur de tempore regulari, & ordinario,ſecus ſi tempus ſit calamitoſum,vt peſtis vel belli,quo res minoris valebat,l.pretia rerum, ff.ad l.Falcid.Caſtrenſ.conſ.109.col.1.verſ.nec obſtat,lib.1. Imol.Alex. & Hercul.in d.l.pretia rerum, in vlt. not. Aret.in §.ſi quis agens,n.1.& 4.vbi Iaſ.n.6. de action. & fuit deciſum in Rota in vna Romana caſalis Turricellæ, 20.Maij & 28.Iunij 1578. coram Cantuccio, vt in deciſ. diuerſ.65. n.7.& 8. & deciſ.78. part.2.

3 Vnde non ſubſtinetur alienatio facta de tempore belli,quo eccleſia parũ percipiebat,Cuman.in d.l.pretia rerum.n.5.Afflict.deciſ.87.n.3. Gram.deciſ.76.nu. 13.Carroc.dec.29.not.diuerſ.cit.dec.65.n.7.p.2.&fuit dictum in vna Papien.fructuum 1.Iunij 1578. coram Bubalo,& in Papien. bonorum 23.Ianuarij corã Blanchetto; declara hoc procedere, quando alienatio eſſet facta inſpecto valore de tempore belli, ſecus ſi pretio, quo ante bellum currebat,vt fuit dictum in cauſa Romana domus in Burgo 30.Martij 1590.corã Mantica.

4 Limita ſecundo,non procedere in cõtractu emphyteutico,in quo nõ tẽpus contractus, ſed confectæ ſcripturæ attendi debet, vt fuit dictum in vna placentina bonorum 13.Iunij 1583. coram Seraphino,& eſt deciſ. 607.eiuſdem,ſiquidem contractus emphyteuticus requirit ſcripturam, Iaſ.in l.1.C.de iur. emphyt. Afflict. dec.72.per l.contractus,C.de fide inſtrum.& perfectus 5 tunc dicitur,quando redigitur in inſtrumentũ,Theſau. deciſ.Pedem.197.Ant. Fab.deciſ.15. C.de fide inſtr. & ideo ſufficit verificare,quod eo tẽpore euidẽs adfuerit vtilitas,nam attendi debet tẽpus,quò actus perficitur. Bal.in l.ſi quis eũ,§.ſi ſuo in 3.not.ff.de vulg. & pupil.

An emens rem Eccl. cum euidenti vtilitate, teneatur probare pecuniam verſam in Eccl. vtilitatem.

RESOLVT. II.

1 *Emptor de conuerſione pretij rei alienatæ propter vtilitatem eccleſiæ euidentem docere non tenetur, maximè quando pretium fuerit actualiter depoſitatum, & quomodo dicatur depoſitum actuale factum, num.ſeq.*
3 *Emptor tenetur probare, pecuniam eſſe verſam in cauſam expreſſam, quando alienatio eſt facta vrgente neceſsitate,& quid in mutuo,& depoſito vide n.5.& 6.*
4 *Alienatio facta pro cenſu extinguendo, dicitur facta cauſa vtilitatis, non autem neceſsitatis.*
7 *Emptor in venditione facta pro ſolueudis Eccleſiæ debitis, tenetur probare pecuniam eſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatem,ac etiam quando contractus eſt initus cum non habente mandatum ab Eccleſia,num.ſeq.*

1 COmmunis eſt ſentẽtia DD. in c.1.de depoſ. quod emptor de conuerſione pretij rei alienatæ propter Eccleſiæ vtilitatem, nullo modo docere tenetur, Dec. conſ.36. nu.8.& 330.n.3. Crot.conſ.4.nu.6.lib.1. Aret.in l.ciuitas, nu.6.ff.ſi cert.pet. Menoch. conſilio 375. num. 12. lib. 4. Rota in cauſa Anconitana terrarum 13.Iunij 1578. coram Seraphino, & in Romana deuolutionis domus de Pincionibus 17. Nouembris 1581.coram Rubeo,vt patet in deciſ.162.lib.2.diuerſ. Piſana bonorum, 8.April.1585. coram Viceomite, Auximana bonorum, 13. Maij 1585. coram Rubeo,

& in

& in eadem 15. Nouembris coram Robusterio. Volaterana bonorum 28. Nouembris 1596. coram Blanchetto, Romana casalis, 7. Iunii 1591. coram Gipsio Florentina bonorum, 7. Maii 1590. coram Pamphilio, Romana casalis 21. Maii 1565. coram Seraphino: & iterum Rot. in vna Rom. census de Romulis, 18. Iunii 1599. coram Penia, & facit docto. Molin. de Hisp. primog. lib. 4. cap. 4. à num. 20. vsque ad 24. secundum quod refert. Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 45. num. 35.

Amplia, si pretium fuit actualiter depositatum, Dec. cons. 36. num. 8. Rot. in causa Anconitana bonorum, 13. Nouembris 1577. & 13. Iunii sup. d. 1578. coram Seraphino, Florentina casalis, 7. Maii 1590. co-
2 ram Pamphilio: & quomodo dicatur factum actuale depositum, vide in Romana census 27. Iunii 1590. & 26. Ianuarii 1591. coram Bubalo, Romana casalis, 7. Iunij 1592. coram Gipsio, & in Anconitana terrarum 13. Nouembris 1576. coram Seraphino, & est decisio eiusdem 349.

3 Limita, & primo conclusionem principalem procedere in alienatione facta ex causa vtilitatis, secus in ea quæ fit necessitatis causa, quia tunc emptor tenetur probare pecuniam versam in causam expressam, Inn. n. 10. Ant. de Butrio. n. 4. in cap. 1. depos. Abb. in cap. quod quibusdam de fideiussor. Anton. de Rodulf. in cap. sine exceptione, num. 168. 12. q. 2. Rebuff. in suo tractat. num. 40. Bal. in Auth. hoc ius porrectum, num. 7. & Castrens. num. 5. & 8. Cod. de sacrosant. Ecclesiis Couarr. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 3. Rota in d. Rom.
4 census 29. Ianuarii 1591. coram Bubalo, vbi quod alienatio facta pro extinguendo censu, dicitur causa vtilitatis facta, non autem necessitatis, optimè Gratian. in præalleg. cap. 45.

5 Limita secundo in deposito, Butrig. in d. c. 1. col. 4. vers. fallit secũdo. vbi alii de deposito Barb. in d. Auth. hoc ius porrectum, num. 14. & ibi Bald. numer. 7. & Castr. ijsdem num. Aret. in d. l. ciuitas, num. 8. ff. si cert. pet. & ita practicari voluit Balb. decis. 22. & Rota in causa Auximana bonorum, 13. Maii 1585. coram Rubeo.

6 Limita tertiò in mutuo, Butrig. in d. c. 1. col. 4. d. vers. ac Bartol. Bald. & Castr. ac Aret. in locis paulò ante citatis, Rebuff. de alien. rerum Ecclesiæ, n. 38. & Rota in causa Anconitana terrarum, 13. Iunii 1578. coram Seraphino, d. Auximana bonorum 3. Maii.

7 Limita quartò in venditione facta pro soluendis debitis Ecclesiæ, Inn. in d. c. 1. vers. vel fortè de depos. Abb. in d. c. quod quibusdam, de Rodul. cit. c. sine exceptione nu. 168. Bal. Castr. Aret. locis cit. & Rebuff. d. tract. n. 4. Couar. loco cit. n. 3. Rota in dicta Anconitana terrarum 13. Iunii 1578. coram Seraphino, Auximana bonorum 13. Maii 1585. coram Rubeo, Romana census 23. Ianuarii 1591. coram Bubalo, & vide in eadem 23. Iunii 1590. coram eodem. Sublimata, nisi aliter sit conuentum, Rota in d. Rom. census 23. Ianuarii 1591. coram Bubalo. Item limita, quando contractus initur cum particulari de Ecclesia non habente administrationem, vel mandatum, Butri. in d. cap. 1. & de articulo latè Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 45.

Pretium fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, quomodo probetur.

RESOLVT. III.

1 *Confessio Prælati sola vtilitatem non probat, nisi concurrentibus coniecturis, & quæ dicantur coniecturæ in hac materia.*

2 *An probatio cum Prælati confessione per coniecturas sit sufficiens, vt intelligatur pretium fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem.*

PRobatur coniecturis, concurrente Prælati confessione, Bartol. & alii in l. Ciuitas ff. si cert. petat. vbi Aret. sub. n. 4. idem Bartol. in Auth. hoc ius porrectum num. 17. vbi Bald. n. 8. C. de sacrosan. Eccles. Natt. cons. 545. nu. 20. Bald. in l. 1. in fi. C. si aduer. cred. Rimin. col. fi. vers. ex quo colligitur, Dec. nu. 10. Alciat. nu. 6. ff. si cert. pet. in d. l. Ciuitas, Castr. cons. 338. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 375. num. 12. lib. 4. & de arbitrarijs casu 432. nu. 33. lib. 2. vbi ponit coniecturas, Rota in causa Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouembris 1581. & 12. Februarii 1582. coram Rubeo, vt patet in decis. 162. & 38. lib. 2. & Romana Casalis Palazzotti 29. Maii 1587. coram Robusterio.

1 Addo, quod sola Prælati confessio non probat versionem in causam expressam absque adminiculis. Bald. in d. Auth. hoc ius, & in cons. 90. vol. 1. Card. in clem. 1. q. 39. de reb. Eccl. nõ alienãd. Bald. in l. si seruo C. quod cum eo, Mynsing. cons. 30. n. 13. & seq. & ita practicatur. Rota in causa Rom. de Piccionibus 22. Februarij 1582. coram Rubeo, & facit decis. 258. lib. 1. diuersar.

Inter coniecturas, optima est, quæ resultat ex antiquitate temporis. Crau. de antiquit. temp. p. 2. cap. 17. n. 13. & Iacob. Thoming. decis. 22. Item quod negotium fuit tractatum coram Generali ordinis, quod sufficere videtur, vbi concurrit debitum præexistens, & sequens debiti solutio, vt Bartol. Bald. & reliqui locis cit. Item plures solutiones factæ debiti, quæ non multum distãt à summa iusti pretii, & ita fuit dictum in Rota Rom. in
2 d. deuolutionis domus 12. Februarii 1582. coram Rubeo, sed Rebuff. de Alienat. n. 41. asserit, communem esse opinionem authoritate Socc. in cons. 15. vol. 1. quod nõ sufficiat probare per coniecturas, puta quod tempore contracti mutui, Ecclesia indigebat, sed realiter probari debet; verum eius opinio intelligitur de friuolis coniecturis.

An ex temporis diuturnitate præsumatur interuenisse decretum commissariorum.

RESOLVT. IV.

1 *Diuturnitas temporis efficit, vt omnia præsumantur solemniter acta.*

2 *Diuturnitas temporis non sufficit, & quare in proposito casu.*

3 *Quæ requirantur ad præsumendum, decretum commissariorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ.*

POnatur casus, quod appareat de supplicatione, & petitione prædicti assensus Apostolici, ac de commissione facta à Papa delegatis ad confirmandam si in euidentem, &c. & de ipsa confirmatione, seu commissariorum decreto subsecuto non constet, num ex temporis diuturnitate illud interuenisse sit præsumendum.

1 Pro interuentu decreti facit, quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solemniter acta, vt est communis opinio secundum Dec. & alios in l. 1. C. qui admit. Ias. post alios in l. sciendum ff. de verb. obligat. Cor. cons. 284. volum. 4. Bald. in consil. 511. col. 2. vol. 2. vbi consuluit, alienationem bonorum ecclesiæ præsumi solemniter factam ob temporis diuturnitatem, & quasi possessionem Gramat. decis. 90. Cacher. dec. 74. Graff. consil. 2. tit. nostro vol. 1. sequitur Menoch. cons. 90. n. 30. & seq. vol. 1.

Quidquid tamen præfati dicant, ego in facti contingentia iudicarem contrarium, nempè. quod nisi appareat omnia contenta, & mandata per Papam in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis per ipsos verè fuisse executa, ad illa præsumenda
2 temporis diuturnitas non sufficiat, quia talis præsumptio non est iuris, & de iure, ideò cõtra ipsam probatio

in contrarium admittitur, Butr. Abb. & reliqui in cap. quoniam contra de probatio. Rursus requiritur, vt ciuturnitate temporis interueniat scientia, & patientia illius, qui consentire debeat. ita declarat Alex. consil. 218. vol. 6. & consil. 17. col. fin. cons. fin. vol. 4. consil. 94. vol. 2 Ias. cons. 176. vol. 2. Barbat. consil. 35. vol. 2. Immò esset maxima præsumptio secundum Quaran. quod commissarij noluissent decretum interponere, eò quod non inuenissent exposita in supplica-
3 tione verificarj; verum secundum eundem; vbi cum temporis curriculo concurreret etiam iustitia contractus, & euidens Ecclesiæ vtilitas, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia & patientia cuiuslibet rectoris successoris aliter esset respondendum.

Euidens Ecclesiæ vtilitas in alienatione rei solitæ alienari quo tempore inspiciatur.

RESOLVT. V.

1 *Res semel alienata cum requisitis, perpetuò alienabilis absque solemnitate efficitur.*
2 *Tempus, quo fit alienatio est inspiciendum, & quid in noua rei emphyteuticæ concessione.*
3 *Declara vt num. 3.*

1 QVamuis res semel alienata cum solemnitate, efficiatur perpetuo absque solemnitate alienabilis, Garz. qui plures allegat decis. 99. vtilitas euidēs tamen semper, & quocunque tēpore exigitur, siue requiritur ex decis. Rauden. 23. & propterea in præsentiarū
2 quæstionis est, quo tempore inspiciatur; Nonnulli tenent inspici tempus, quo fit alienatio: non autem quo cæpit res alienari primo loco, & hi sunt Rubin. decis. 57. vol. 1. Ioan. Gall. decis. 29. diuers. Franc. Rot. diuers. decis. 582. p. 1. in princ. per tex. in extrauag. ambitioſę, & c. 2. de feud. Cæsar de Grassis decis. 4. de locat. vbi refert fuisse decisum in noua concessione rei emphyteuticæ debere adesse euidentem Ecclesiæ vtilitatē tempore vltimæ concessionis seu nouæ, & non sufficere adfuisse in antiqua concessione, & ita pluries fuisse decisum in Rota, testatur idem de Grass. decis. 5. de rebus eccl. non alien. & fuit dictum in causa nullius Castri montis 9. Martij 1580. coram Brauo, & Romana domus 29. Nouembris 1587. coram Blanchetto.
3 Declara illud procedere quando prima causa concessionis cessat, secus verò, quando illa duraret, vt declarat Abb. in cap. vt super n. 11. vers. ego crederem, de reb. eccl. non alien. Cæsar de Grass. decis. 4. num. 17. & seq. tit. nostro Balb. decis. 29. num. 15.

An in alienatione rei Ecclesiæ si in euidentem, rectoris alienantis citatio requiratur.

RESOLVT. VI.

1 *Citandus est rector in rei Ecclesiæ alienatione, & quid si esset præsens num. seq. & quid si ipse Summo Pontifici supplicaret num. 4.*
3 *Iudex habens potestatem extraiudicialiter se informandi, rectorem citare non tenetur.*

1 REspondetur rectorem alienantem citari necesse esse, licet non comparuerit, & fuerit indefensus Rot. in causa Roman. Casalis 26. Maij 1567. coram Oradino, & facit decis. 95. lib. 2. diuer. & iterum Rota in causa Corneri resciſſionis contractus 16. Ianuarij 1590. coram Orano, & in vna Rom. alienationis 27. Februarij 1587. coram Blanchetto.
2 Limita primo, vbi rector esset præsens, quia tunc citandus non est, Ias. qui dicit communem in rubr. ff. de in ius vocan. Bal. in c. fin. de dol. & contum. Bar. in l. quid ego §. denūciasse ff. de adult. quod procedit etiā, si citatio pro forma requireretur Ias. in l. 1. n. 75. ff. de lib. & posthum. licet præsens in iudicio præsumatur, quod fuerit citatus, Barb. decis. 504. Gabriel de citat. concl. 1. nu. 396. Rota in causa Anconitana bonorum 2. Martii 1584. coram Bubalo; Auximana bonorum 3. Maii 1585. coram Rubeo.
3 Limita secundò, quando Iudex commissarius, potest se extraiudicialiter informare, Abb. consil. 41. num. 1. vers. ex quibus verbis, lib. 1. Felin. consil. 13. nu. 7. & seq. Monal. consil. 112. lib. 2. Rot. in causa Rom. domorum 20. Maii 1580. coram Lancellotto.
4 Limita tertio, quando rector supplicaret Papæ, Paris. consil. 111. num. 10. vol. 4. Rota in causa Casalis 6. Martii 1567. coram Oradino, Romana domorum 20. Maii 1580. coram Lancellotto, Cortonensis resciſſionis contractus 26. Ianuarij 1590. coram Orano, & in decis. quotid. 95. lib. 2. Amplia hanc limitationem procedere, etiam si adesset clausula, vocatis vocandis, quia intelligitur de aliis, quām de ipso rectore, qui esset vocandi. Rota in dicta Romana domorum 20. Maii 1580. coram Lancellotto, & d. Cortonen.

Contractus in Ecclesiæ vtilitatem initus, non seruatis solemnitatibus, an sustineatur.

RESOLVT. VII.

1 *Alienationis contractus rei Ecclesiæ, initus in eius vtilitatem absque solemnitatibus, tenet, & quare num. seq.*
2 *Contraria opinio est magis recepta, & quare, etiam si fiat ex necessitate æris alieni soluendi.*
4 *Emptor tuta conscientia res Ecclesiæ absque solemnitatibus alienatas in euidenti vtilitate detinere potest, donec contractus in foro exteriori ob defectum solemnitatum cassetur.*
5 *Nullitas contractus à quo allegari debet.*

1 REspondetur, in hac quæstione duas reperiri DD. sententias; prima est affirmātium, inter quos sunt Dec. in cap. 1. prima lect. num. 71. de constit. & ibi addentes in verbo contentiosa, & in c. quæ in Ecclesiarum, num. 28. tit. nostro, Rebuff. in eiusdem nominis tractatu num. 34. Rodoan. q. 20. & 51. cap. 7. Nauar. in comm. sub num. 17. Ant. Gabriel alios cumulans lib. 3. comm. opin. tit. de reb. Eccles. non alien. concl. 1. Mascard. de probat. conclus. 75. referens hanc esse magis communem, & veriorem opinionem, Afflict. in const. diuæ memoriæ num. 66.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt Sarmient. de reddit. Eccl. par. 1. cap. 23. & 24. Rauden. de Analog. cap. 38.

Primæ opinionis fundamentum est, quia in casu illo interuenit finis seu effectus ad quem respiciunt iura
2 solemnitates requirentia in alienatione rei Ecclesiæ, cum sint inuentæ ad euitandas deceptiones Rebuff. cons. 19. n. 13. & cons. 10. & 11. nu. 9. & seq. post Alber. Brun. in tract. de form. & sollem. act. Rub. de caus. & sollem. ob cuius rationis efficaciam, eandem opinionem tenuit Roder. tom. 1. q. regul. quæst. 27. art. 9.
3 Verum quidquid præfati DD. asseruerint; hodie in praxi contraria seruatur opinio, & ita in iudicādo teneas, & secundùm illam iudicasse Cons. Neapol. testatur de Franch. decis. 35. cuius ratio est quia alienatio rei Ecclesiæ duo copulatiuè requirit, vt valeat, nempè causam, & solemnitatem, Magon. decis. 69. nu. 4. Rota Florent. Guid. Pap. decis. 149. Ioseph. Lodou. decis. 93. Rot. Peruf. Caual. decis. 16. num. 27. & sequent. de contractib. lib. 1. nec vnum sine alio sufficit, vt tenuit Rota in vna Placen. bonorum 7. Apr. 1581. coram Seraphino, & Rom. deuolutionis 28. Maii 1582. coram Rub. & in Pisana bonorum 30. Decembr. 1584. coram

Can-

Cantuceio, & in Sabinen. siluæ 19. Decembris 1588. coram Seraphino, & in Senen. præd. 8. Octobris 1584. coram Pamphilio: Romana inualiditatis census 24. Maii 1591. coram eodem, Mediolanensis rescissionis permutationis 10. Ianuar. 1597. eodem, & Mediolanensis bonorum 7. Februarij, & tandem Missinger. cons. 30. num. 35. & sequen. hinc fit vt alienatio rei Ecclesiasticæ facta absque solemnitate, inualida sit & reuocanda; Farinac. in decis. 203. licet facta sit ex necessitate soluendi æris alieni idem cit. decis. Balb. decis. 21. & decis. 210.

4 Declara primo quod licet desuerint solemnitates iuris positiui, dummodo iusta causa interuenerit, tuta conscientia poterit quis res Ecclesiæ detinere, donec contractus in foro exteriori cassetur ob defectum solemnitatum, vt præter Sarm. in tract. de redit. Eccles. par. 1. cap. 2. nu. 6. & 7. voluerunt etiam Abb. in cap. 1. in fin. de restit. in integ. Nauar. in Comm. de spol. cler. §. 2. sub nu. 6. Rodoan. q. 46. num. 4. & seq. & Rodriq. d. q. 27. art. 10.

Declara secundò quod ita demum talis contractus erit nullus, vel validus, si Ecclesia, in cuius fauorem solemnitates sunt introductæ, hoc vellet, eique placebit, adeò, quod hæc nullitas non possit ab alio allegari, quàm ab ipsa Eccles. Inn. cuius dictum sequuntur Host. & Zabarell. alijque in cap. in princ. de ijs, quæ fiunt à præl. fin. cons. cap. Panor. in c. diuersis fallaciis n. 7. de cleric. coniug. Dec. in cap. quæ in Eccles. n. 101. in fin. de constit. Rot. Rom. in decis. diuers. 133. n. 11. & seq. vol. 2. & 262. num. 9. par. 1. ita quod, ipsa volente stare contractui, non potest eius aduersarius dicere contractum nullum, Menoch. alios allegans, in add. ad cas. 172. num. 62. & infra Card. Puteus decis. 310. lib. 1. & 365. n. 5. lib. 2. & fuit dictum in vna Peruf. rescissionis contractus 24. Februarii & 18. Maii 1588. coram Blanchetto; Rom. domus 4. Decembris 1592. coram Mantica, Rom. census 10. Decemb. 1590. coram Mellino Vlissibonens. nullitatis locationis 1. Iulij 1596. coram Pamphilio, & ad materiã præsentis limit. vide Amod. à Pont. in Comm. ad tit. qui feud. dar. possunt nu. 148.

An contra Decretum commissariorum admittatur probatio in contrarium.

RESOLVT. VIII.

1 *In dubio pro decreto commissariorum præsumitur.*
2 *Probatio in contrarium aliquando admittitur, & quomodo probetur vsque ad finem.*

1 Licet in dubio præsumatur pro cõmissariorum decreto, & sic quòd euidens fuerit vtilitas arg. tex. in l. Nesennius §. Caia, & quod ibi notatur ff. de cuict. Curt. cons. 23. Mohedan. decis. 12. de sentent. & re iud. Balb. decis. 21. & fuisse decis. testatur Seraph. decisio. 1073. limitatur multis modis, & Primò vt possit pro-
2 bari contrarium eius, quod ipsi firmauerunt circa euidentem vtilitatem Inn. in cap. dudum tit. nostro Gem. in cap. fine exceptione 12. q. 2. Abb. cons. 41. volum. 1. Dec. cons. 142. & 133. Ias. cons. 155. vol. 1. Gemin. cons. 48. Riminal. Iun. cons. 233. num. 120. Rodoan. de cau. vtilitatis num. 162. Rota diuers. decis. 178. num. 3. vol. 2. præsertim, quando istud contrarium ostenderetur ex actorum inspectione; Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumption. 10. lim. 4.

Volens verò probare contrarium oneratur grauiori probatione, ita vt requiratur probatio valdè clara per testes valde graues, Alex. de Neuo cons. 30. nu. 3. Rot. diuers. 21. vol. 2.

Limita secundò, quando appareret, quod non fuerit formæ congruitas seruata, quia tunc pro decreto non præsumitur Bal. in l. quicunque, C. de bon. quæ lib. &

consil. 23. vol. 1. Ias. consil. 122. vol. 3. Ann. consil. 38. nu. 31. vol. 1. Auend. de exequen. mand. par. 1. cap. 1.

Limita tertiò quando dubitatur si precesserit causæ cognitio, quia si de causa non est maturè cognitum, sed per nimiam accelerationem ad decreti interpositionem est deuentum tunc probatio in contrarium admittitur Simoncel. in tract. decret. lib. 3. tit. 7. inspect. 3. nu. 47. cum aliis, quos cumulat Menoch. cons. 30. vol. 1. & in tract. de præsum. lib. 2. præsum. 75. n. 35.

An defectus euidentis vtilitatis in alienatione rei Ecclesiæ poterit à Tertio allegari.

RESOLVT. IX.

1 *Inutilitas seu defectus ab Ecclesia, non autem ab alio est alleganda.*
2 *Quid si actio esset popularis, & quid ante actum consumatum, & etiam, quando Ecclesia dicit, quod pro parte valeat, & pro parte non num. 3. & 4.*

1 Defectus solemnitatis, atque euidentis vtilitatis non potest ab alio, quàm ab Ecclesia allegari, ex late traditis per Abb. in cap. diuersis fallaciis, nu. 5. de cler. coniug. Felin. in cap. ad nostram n. 13. & sequent. de iur. iur. Ruin. cons. 33. num. 31. lib. 1. Crot. cons. 119. num. 7. Corn. cons. 121. volum. 2. Rodoan. quæst. 47. & 58. & fuit resolutum in Rota Romana in vna locationis 4. Decembris 1592. coram Mantica, & iterum per Seraph. decis. 374.

Amplia, vt nec conductor rei Ecclesiasticæ ad euitandam solutionem pensionis possit excipere requisita in alienationem pensionis possit excipere requisita in alienatione defecisse, Inn. Abb. & reliqui in cap. 1. de his quæ fiunt, à prælatis absque cons. c. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum 5. not. de constit. Ias. in l. 2. colum. 4. vers. vnum tamen C. de iur. emphyt. faciunt notata per Glos. & Bartol. in l. cum hij §. eam trasactionem ff. de transact. Bal. in l. neque C. de contrah. stipul. & in l. contra ff. de pact. Ias. in l. non eo minus vers. istam regulam C. de procur. & fuit resolutum in Rot. in vna locationis, vt refert Crescent. decis. 1. de locat.

2 Limita primo in casu, vbi actio esset popularis, quia tunc quilibet agere potest l. 1. ff. De Actio. popul. & fuit resolutum in Rot. Rom. in vna Oxomen. translationis pensionis 26. Octobris 1592. coram Mantica.

3 Limita secundo ante actum consumatum, quia tunc potest opponi defectus solemnitatis, etiam inuita Ecclesia Tiraq. de leg. connub. glos. 8. num. 88. cum aliis per Pinellum in l. 1. par. 3. num. 32. vers. hæc tamen C. de bonis, quæ lib. Balb. decis. 25.

4 Limita tertio quando Ecclesia vellet pro parte valere, & pro parte dicere nullum, quia non potest ex latè congestis per Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. sub n. 5. Alex. cons. 21. volum. 1. Alciat. cons. 17. & fuit resolutum in Rota in vna Placentina decimarum 2. Iunii 1586. coram Bubalo.

Quæ attendenda sint in considerando valore rei Ecclesiæ.

RESOLVT. X.

1 *Tria inter alia in considerando valore rei Ecclesiasticæ sunt attendenda, & num. 2. & 3.*

IN considerando valore rei Ecclesiæ, ad hoc vt inspiciatur an alienatio sit vtilis; habenda est primo
1 ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea, quia cum hoc pactum respiciat commodum alienantis, est pars pretij l. fundi partem ff. de contrah. empt. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 18. numer. 38. & 68. Rota in causa Bononien. de Pipinis 20. Maii. 1578. co-

ram de Grassis, vt patet in decis. 136. alias 5. n. 3. de reb. Eccles. non alien. & iterum in vna Rom. deuolutionis domorum 26. Maii 1590. coram Pamphilio.

Limita, si bona nunquam ad Ecclesiam essent reuersura, vt quia locatio esset facta in perpetuum pro quibuscunque hæredibus, quia tunc pactum illud nullam respicit alienantis vtilitatem Dec. cons. 142. sub nu. 5. vers. non obstat, Corn. cons. 222. vol. 2. Monaldus cons. 121. vol. 1.

2 Habetur ratio vicinitatis fluminis, accessus bannitorum, vt fuit dictum in vna Bononien. S. Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, & patet etiam in decis. 720. n. 10. par. 1. Rub. decis. 39. nu. 16. & sequent. Mainard. decis. 18. lib 3.

3 Habetur ratio, quod res indigeat reparatione Bald. decis. 29. intellige in concessione in emphyteusim perpetuam, Dec. cons. 142. sub num. 5. vers. non obstat quod dicetur de remissione, Rot. diuers. d. decis. 720. par. 1. & fuit dictum, atque resolutum in d. Bononien. S. Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, Intellige 2. quando rector non posset reparare absque illius alienatione, Auth. si quas C. de sacros. & Rota in d. Apollinaris, & in vna Asculana locationis 1539. coram Litta.

An alienatio in euidentem Ecclesiæ vtilitatem facta cum requisitis à Prælato, qui iurauit non alienare, valeat.

RESOLVT. XI.

1 *Iuramentum dandum à Prælato in dubio præsumitur præstitum.*

2 *Actus factus contra iuramentum cui ius assistit, tenet, contra faciens verò periurus.*

1 PRælatus iurans non alienare Romano Pontifice incõsulto, iuxta formam traditam in c. ego de iur. iur. quod iuramentum in dubio præsumitur præstitũ, quamuis de eo non constet ad decis. Crescent. 2. de iur. iur. licet intelligatur iurasse etiã in casu alias permisso à iure secundum commun. DD. opinionem in cap. fin. de Eccl. ædific. & in cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. in 6. & in cap. 1. de ijs quæ fiunt à prælat. absque cons. c. adeo vt plerique DD. loquantur per verbum impeditiuũ potestatis, vt non potest, non valet, impeditur, vt Lapus allegatio. 30. Bald. consil. 374. in fine lib. 3. Ang. cons. 133. in fine, idem Bald. in Auth. hoc ius porrectum C. de sacrosant. Eccles. Inn. Io. And. & Butri. in d. cap. 1. de his quæ fiunt à Præl. & quam plures; adeò vt per ista videatur dicendum quod alienatio secuta contra iuramentum in casu permisso esset nulla, vt velle videtur Signorol. cons. 61. & Lauren. de Rodul. in cap. sine exceptione 12. quæst. 21. verum quidquid sit, ac præfati DD. asseruerint, contraria sententia per Rot. fuit sequuta in vna Roman. locat. S. Andreæ coram Picçolomineo ex regula, quod iuramentum est præstitum in
2 casu, in quo ius non resistit, imò assistit, scilicet in casu vtilitatis, & actus contra iuramentum factum valet, licet cõtra faciens sit periurus, vt per DD. in l. si ita quis §. ea lege ff. de verb. oblig. est casus in cap. licet de iur. iur. in 6. & in cap. cum contingat eod. Corn. cons. 372. vol. 3. Monal. cons. 122. vol. 2. & in casu nostro in specie tenet Abb. in cap. intellecto de iure iur. Boic. in cap. vt super, & ibi Card. in §. possessiones de reb. Eccles. non alien. Franch. & Gemin. in d. cap. licet de iur. iur. in 6. Ias. in d. §. ea lege ff. de verb. oblig. de mente Lapi. d. allg. 30. qui dum dicit etiam in casu vtilitatis nõ potest alienare absque pena periurij quasi periurium nõ autem actus inualiditatem considerat, & hæc opinio videtur communis suppositò, quod iterum Rot. secundũ eam censuit, vt refert Crescent. decis. 3. de iure iur.

An in alienatione rei Ecclesiæ solemnitas, & causa copulatiuè requirantur.

RESOLVT. XII.

1 *Regulariter & causa, & solemnitas in rei Ecclesiæ alienatione copulatiuè requiruntur.*

2 *Emptor, vti malæ fidei possessor, rem Ecclesiæ alienatam absque requisitis retinens, ad fructuum restitutionem tenetur.*

3 *Clausula supplentes, &c. in hac decis. quid denotat.*

1 ABsolutissimum est penes DD. in alienatione rerum Ecclesiæ duo copulatiuè requiri, nempe solemnitatem, & causam, c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. & clemen. 1. eod. Dec. cons. 142. nu. 4. Rebuff. cons. 109. Iason. cons. 54. lib. 1. Rimin. cons. 233. volum. 3. Menoch. cons. 872. lib. 9. Paris. cons. 24. n. 2. volum. 4. Surd. cons. 181. n. 14. & cons. 301. num. 25. Sarmien. de reddit. Eccles. par. 1. c. 2. in princ. Mascard. de probat. conclus. 78. n. 6. cum seq. volum. 1. Viuius decis. 145. n. 20. lib. 1. Guid. Pap. decis. 156. March. decis. 35. par. 1. Rot. diuers. decis. 278. nu. 1. par. 1. & 160. num. 1. & decis. 178. par. 2. Magon. decis. 69. n. 4. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. & propterea vnum sine alio non sufficere voluerunt Barb. cons. 40. lib. 1. Rolandus cons. 15. lib. 1. Gramm. decis. 79. Capyc. dec. 105. & 13. numer. 8. Rimin. Iun. cons. 304. numer. 55. volum. 4. Hond. cons. 31. num. 14. Simon. de Prætis cons. 38. numer. 3. volum. 1. Magon. decis. 69. Rot. Florentin. num. 5. Rot. decis. 756. num. 1. & 3.

Amplia primo, etiam si constaret de euidenti vtilitate Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia vellet stare contractui, de Franch. decis. 35. Balb. decis. 90. Rubin. decis. 20. Thesaur. fori Eccl. par. 1. cap. 15. num. 74. Anton. lib. 1. variarum resol. cap. 5.

Amplia secundò, vt adeò vno deficiente, contractus censeatur nullus, vt etiam contrahentes incurrant excommunicationem Papalem, de qua in extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non aljen. ita Claud. Tuti. in alleg. 24. Put. decis. nu. 1. par. 2. Rota diuers. decis. 806. par. 3. Balb. decis. 22. Ozasc. decis. 167. nu. 2. & sequent. Surd. cons. 181. num. 1. & seq.

2 Amplia tertio, vt rem realiter alienatam retinens, vti malæ fidei possessor teneatur ad restitutionem fructuum cap. nulli liceat. 12. quæst. 2. Ozasc. decis. 160. n. 2. Balb. decis. 203. Rota diuers. 14. n. 2. cum sequente par. 1. & decis. 246. num. 4. par. 2. Surd. cons. 249. num. 2. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. nu. 8. cum seq. sed an in foro conscientiæ sit tutus, vide Rodoan. fol. 222. num 1. & seq. vnde dum Natta cons. 441. numer. 29. Ozasc. decis. 68. num. 28. Rota decis. 225. par. 3. dicunt sufficere causam necessariam, vel euidentem vtilitatem Ecclesiæ, absque beneplacito Papæ, non est eorum dictum sequendum, cum sit contra communem opinionem.

3 Sed an stante clausula supplentes, &c. apposita in litteris, tunc operetur, vt vnum sine altero sustineatur adde Paris. cons. 19. numer. 21. & idem cons. 47. vol. 1. cum aliis per eundem congestis cons. 3. num. 51. vol. 3. cons. 11. num. 4. vol. 4. Surd. cons. 245. num. 44. Antonin. lib. 1. variar. resol. cap. 5. Thesau. for. Eccl. par. 1. cap. 15. num. 78.

An alienatio rei Ecclesiæ in dubio vtilis præsumatur.

RESOLVT. XIII.

1 *Alienatio facta cum requisitis, in dubio præsumitur vtilis.*

2 *Dicenti de non euidenti vtilitate, onus probandi incumbit.*

3 *Damno*

3 *Damno probato, nulla erit alienatio, dato, quod à iudice vigore gratiæ, si in euidentem fuerit confirmata.*
4 *Rector asserens causas esse falsas, onus probandi ei incumbit, vbi alienatio rei Ecclesiæ fuerit confirmata.*

1 NOn est dubitandum, vtilem præsumi, quando fit cum debitis solemnitatibus, Bald. in cap. 1. col. 9. qui feud. dare poss. Iaf. cons. 54. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 142. num. 1. & in consil. 341. num. 12. Abb. consil. 41. numer. 2. lib. 1. Alex. cons. 97. num. 6. ad finem vol. 1. Paris. cons. 24. num. 5. volum. 4. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 17. num. 2. Gabriel de sententia, concl. 5. num. 2. Capyc. decis. 16. Rota in causa Ragusina emphyteusis 20. Iunij 1578. coram Lancellotto, vt patet in decis. 479. num. 1. par. 1. diuers. Auximana bonorum 1. Februarij 1588. coram Seraphino, Pisana bonorum, 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite, Auximana bonorum, 13. Maij 1585. coram Rubeo, & in eadem 15. Nouemb. 1586. coram Robusterio, Volaterrana bonorum 28. Nouembris 1586. coram Blanchetto, Roman. deuolutionis domorum 26. Martij 1590. coram Pamphilio, Florentina bonorum 7. Maij 1590. coram eodem Rom. casalis Turricellæ, 29. Aprilis 1594. coram Seraphino, Bononien. bonorum, 16. Iunij 1595. coram Millino, & 20. Nouemb. 1595. coram eodem, 27. Maij 1596. coram Arrigonio, Mediolanen. bonorum, 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio.

2 Vnde dicenti alienationem læsiuam Ecclesiæ incumbit onus probandi læsionem, vel non euidentem vtilitatem, Bald. in d. cap. 1. nu. 7. de his qui feu. dare poss. Cor. cons. 81. n. 27. volum. 1. Dec. in c. quoniam contra, n. 42. de probat. Couar. loco cit. in fin. Abb. d. cons. 41. Alex. Paris. & Dec. locis cit. Iaf. d. cons. 54. nu. 3. Rot. in causa Mediolanen. bonorum 10. Ianuarij 1594. coram Pamphilio, & in Rom. deuolutionis domorum, 26. Martij 1596. coram eodem Pamphilio, Romana casalis Turricellæ 28. Ianuarij 1578. coram Cantuccio, vt patet in decis. diu. 78. nu. 3. par. 2.

3 Verum quando potest probari læsio, vel damnum, alienatio erit nulla, etiam si à iudice fuerit confirmata vigore gratiæ si in euidentem, Dec. cons. 142. Menald. cons. 33. Menoch. cons. 115. vol.... Rot. diuers. decis. 181. n. 4. par. 1. Rota in causa Lucana bonorum 19. Ianuarij 1571. coram Lancellotto.

4 Adde tamen, quòd quando alienatio rei Ecclesiæ est confirmata, Rectori asserenti causas esse falsas, incumbit onus probandi, Abb. dict. cons. 41. num. 6. Paris. in eodem cons. ac Couar. loco citat. in fi. nu. 2. & fuit dictum in Rota in vna Bonon. S. Apollinaris 24. Martij 1586. coram Orano, & vide in eadem, 9. Iunij 1589. coram eodem.

Alienatio rei Ecclesiæ, vt valeat, sufficit, illam vtiliter fuisse cœptam.

RESOLVT. XIV.

1 *Alienatio fit ex causa necessitatis, vel vtilitatis, & quando requiratur, non solum vtiliter esse cœptam, sed etiam Ecclesiam fieri locupletiorem num. 2.*
3 *Vtilitas est necessaria ab initio, nec accidens attenditur, & quare num. 4.*
5 *Subreptio, quando attendatur in gratia si in euidentem.*
6 *Clausula in confirmatione alienationis (dummodo debito pretio sit facta) quomodo intelligatur.*

1 REspondeo distinguendo, quod aut huiusmodi alienatio fit ex causa necessitatis, & tunc illi statur qualemcumque exitum habeat dummodo sit vtiliter cœpta l. sed. an vltrò §. 1. ff. de neg. gest. Balb. decis. 121. Rauden. de Analog. cap. 7. num. 16.

2 Si verò fiat ex causa vtilitatis, non sufficit eam vtiliter cœptam, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem, l. si pupilli in princ. ff. de nego. gest. Ita post Ioa: de Fano distinguit Archid. in cap. sine exceptione 12. q. 2. & ibi Lauren. de Rodulph. nu. 14. Gemin. col. 2. circa medium vers. in hac quæst. Bellam. nu. 6. in glos. sed nonnè Henrich. Boich. in cap. tua, de his, quæ fiunt à præl. absq; cons. Cap. & resolutum in Rota in vna Rom. Casalis Turricellæ 10. Maij 1578. coram Cantuccio, & patet in decis. diuers. 65. num. 4. par. 2.

3 Licet vt quidam asserunt, sufficiat, quod vtilitas adsit ab initio, nec attenditur, quod postea accidat, Calder. cons. 5. de rer. permut. Alciat. cons. 37. num. 5. Mon. cons. 111. nu. 3. post Bal. cons. 334. in fi. vol. 1. Alex. cons. 16. nu. 41. volum..... Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glo. 1. n. 10. & Rota in vna Anconitana terrarum 13. Iunij 1578. coram Seraphino; & in Florent. bonorum 7. Maij 1591. coram Pamphilio, & iterum in vna Rom. Casalis 7. Iunij 1591. coram Gipsio; quia intentio Papæ est, vt
4 cedat in Ecclesiæ vtilitatem, & nil aliud curat Soccin. cons. 15. nu. 51. volum. 1. Ruin. cons. 157. num. 25. & 27. vol. 1. Dec. cons. 142. & fuit resolutum in Rota in vna Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. coram Seraphino, & in eadem 7. Aprilis 1581. Coram eodem, & in Romana domus 2. Decembris 1588. Coram Bubalo; Auximana bonorum 1. Februarij 1580. Coram Seraphino.

5 Vnde in gratia si in euidentem non attenditur subreptio, quando non est circa vtilitatem; sed quando respicit vtilitatem, quia tunc gratia vitiatur, Dec. cons. 142. n. 6. Menoch. cons. 122. vol. 2. & fuit dictum in causa Placentina bonorum 7. April. 1581. Coram Seraphino, & in dicta causa Auximana bonorum Coram eodē 1. Febr. 1580. & in vna Placentina bonorū tenutæ (della Maddalena) 27. Iunij 1597. Coram Seraphino, & in dicta Romana domus 2. Decemb. 1588. Coram Bubalo;
6 & clausula in alienationis confirmatione (dummodo debito pretio sit facta) intelligitur de pretio cōmuni, vel de euidenti vtilitate, vt fuit dictum in vna Viglietan. locationis 27. Nouembr. 1596. Coram Corduba.

An in alienatione rei Ecclesiæ vtilitas putatiua sufficiat.

RESOLVT. XV.

1 *Vtilitas putatiua in alienationibus quando sufficiat.*

REspōdeo cum distinctione, quod aut ab initio adfuit causa primaria vtilitatis, vt quia bona erant sterilia, licet non fuerit vtiliter contractum in pretio, & hoc casu contractus non est nullus, sed Ecclesiæ datur restitutio, aut verò causa vtilitatis non adfuit ab
1 initio, & tunc vtilitas putatiua non sufficit, & contractus est ab initio nullus, Ant. de Butr. in c. 1. n. 19. cum seq. de in integr. restitut. Imol. n. 1. vers. item nota, & n. 16. circa fin. Anan. nu. 27. vers. quid autem, & ibi Abb. qui dicit esse communem opinionem n. 17. Ioan. Andr. in cap. per tuas n. 6. & seq. de arbitr. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. circa med. vers. sed opinio posterior, Ant. lib. 3. var. resol. cap. 21. num. 3. & seq. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Clusina bonorum 24. Nouemb. 1574. & 15. Iunij 1571. coram Lancellotto, & iterum in vna Gadicens. census 23. Ianuar. 1593. coram Seraphino Rot. diuers. decis. 18. & 181. n. 2. par. 2.

Et vtilitati putatiuæ tunc statur, quando est seruata forma, Anchar. in cap. cum apostolica n. 11. de his quæ fiunt à Præl. absque cons. Cap. Abb. cons. 41. n. 3. vol. 1. Felin. cons. 17. n. 13. & seq. Monal. cons. 31. vol. 1. Flam. de Rubeis cons. 13. n. 6. post Alciat. cons. 17. nu. 7. & fuit in Rota resolutum in vna Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, vt patet in decis. 181. n. 3. & 4. par. 1. diuers.

An alie-

An alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis præsumatur in fraudem.

RESOLVT. XVI.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis, potius in fraudem præsumitur, quàm in eius vtilitatem.*
2 *Clausula posita in alienatione rei Ecclesiæ (sine præiudicio Ecclesiæ) quid operatur.*
3 *Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis bonæ famæ cum solemnitatibus, non præsumitur in fraudem, nec etiam in casu nu. seq.*
5 *Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineo, quamuis in fraudem præsumatur, non tamen redditur nulla.*

1 RESpõdetur, quod potius præsumitur facta in fraudem, quam in vtilitatem Ecclesiæ, vt habetur per DD. communiter in Authen. Quibuscunque C. de sac. san. Eccl. Iaf. in cap. 2. nu. 14. & seq. qui feud. dar. poss. Cur. Iun. de feudo p. 2. q. 7. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsump. 25. nu. 1. & fuit latè resolutum in Rota Rom. 21. Iunij 1599. coram Pegna, & in causa Lucana bonorum 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, Bononiens. Sãcti Apollinaris 2. Aprilis 1582. coram Cantuccio, & in Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. coram eodem, & in vna Senens. affictus 11. Februarij 1591. coram Pamphilio, Cæsar de Grassis decis. 4. nu. 24. de rebus Eccl. non alien. Rota diuers. decis. 181. nu. 5. par. 1. & decis. 720. nu. 1. par. 1.

Limita præfatam opinionem non procedere, vbi in alienatione esset adiecta clausula sine præiudicio Ecclesiæ, quia tunc valeret, nec in fraudem præsumeretur, secundum Arch. in cap. cum Episcopus in fine 10. q. 2. Card. in clem. 1. §. Abbatis nu. 2. de excess. prælat. Federic. de Senis cons. 52. sub num. 2. Aluar. in cap. 1. n. 7. circa medium, vers. ex quo nota, si de inuest. int. dom. & vassal. Imol. in c. vt super n. 15. & Abb. n. 15. & 19. de reb. Eccles. non alien. & in cons. 41. nu. 3. vers. per hoc etiam tollitur lib. 1. latissimè Ias. in cap. 1. nu. 17. qui feud. dar. poss. vbi testatur de magis communi, Curt. qui dicit communiorem in tract. de feud. par. 2. q. 7. & fuit in Rota resolutum in vna Roman. Casalis 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, & iterum in vna Bononien. bonorum de Marano 16. Iunij 1595. coram Mellino.

3 Limita secundo si alienatio fieret cum debitis solemnitatibus, & in consanguineos bonæ famæ, & conditionis, Arch. in d. cap. cum Episcopus in fine 10. q. 2. Feder. de Sen. d. cons. 52. & d. Rom. 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt patet in decis. diuer. 18. nu. 2. vers. & prædicta debent, par. 2.

4 Limita tertio, vbi alienatio fieret pluribus, inter quos vnus tantummodo esset consanguineus illius, qui alienauit, quia tunc omnis fraudis suspicio, atque præsumptio læsionis Ecclesiæ cessat, Menoch. cons. 559. vol. 4. & fuit resolutum in d. Rom. Casalis 1576. coram Cantuccio, vt in d. decis. diuers. 18. num. 6. vers. præterea accedit par. 2.

5 Animaduertendum tamen summoperè est in præsenti quæstione, quod ex supra enarrata præsumptione, vt in prima conclusione diximus, alienatio non videtur nulla, Abb. d. cons. 41. n. 3. vers. per hoc etiam tollitur vol. 1. Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. sub nu. 3. & fuit resolutum in Rot. Rom. in vna bonorum 8. Aprilis 1585. coram Vicecomite Bononien. bonorum 16. Iunij 1595. coram Mellino, & in vna Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram Seraphino, Rot. diuers. decis. 121. nu. 6. & seq. par. 1.

Alienans res Ecclesiæ an teneatur de euictione de proprio.

RESOLVT. XVII.

1 *Alienans res Ecclesiasticas de euictione de proprio tenetur, ac etiam eius hæredes nu. 2. non solum ad rem, sed etiam ad damna, & interesse nu. 3.*
4 *Emptor contra alienantem pro euictione habet actionem, quid si fuerit in mala fide.*
5 *Prælatus successor contra prædecessoris hæredes pro rei Ecclesiæ alienatæ pretio agere potest.*

1 AFfirmatiuè est respõdendum per text. expressum in c. Vulterrana ibi (sit emptor ib. ad eum recursus) vbi Gem. col. 1. vers. nota, quod prelatus malè alienans 12 quæst. 2. gl. in cap. si quis presbyterorum (verbo alienata) vbi Innoc. in princ. Imol. n. 19. & seq. Bald. num. 16. Host. col. 2. vers. sed nonne emptor, Abb. in fi. Bero. n. 49. in fi. de reb. Eccl. non alien. Benint. cõs. 131. Alciat. cons. 39. Feder. de Sen. cons. 71. n. 7. & seq. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placẽtina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto, & iterum in vna Firmana bonorum 16. Ianuarij 1585. coram
2 Litta. Amplia primo procedere etiam contra alienantis hæredes, quia contra eos emptori datur actio, l. 1. C. vt actio hæred. & cont. hæred. Bald. cons. 29. vol. 1. Alban. cons. 212. vol. 1. & fuit resolutum in eadem Rota Rom. in vna Placentina euictionis 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. coram Platto.

3 Amplia secundo, vt nõ solum ad pretium, sed etiam ad interesse, & damna teneatur alienans, vel eius hæres l. venditor, l. si cum creditor in fine, & l. euicta la secunda. ff. de euictio. Inn. in d. cap. si quis presbyterorum vers. peto mihi, Host. vers. sed nonnè, Bero. nu. 49. Card. in clem. 1. quæst. 25. eod. tit. & Rota in d. Placentina.

An autem indistinctè emptor pro euictione habeat actionem contra alienantem, vel solum, quando est in bona fide, secus verò si in mala sit fide vide Imol. in d. c. si quis presbyterorum nu. 19. & seq. Abb. in fine Bero. num. 50. Lauren. de Rodulf. in cap. fine exceptione nu. 180. 12. quæst. 2. & Card. in d. clement. 1. d. quæst. & Rotam in d. Placent.

4 Adde, quod Prælatus Modernus potest agere contra hæredes prædecessoris, pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, vt per DD. in d. c. si quis præsbyterorum, & l. iubemus §. Aeconomus, vbi Salicet. in princ. & Bald. in §. sanè n. 5. C. de sac. sant. Eccl. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. pag. 10. nu. 9. & pag. 470. nu. 22. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Pisana liquidationis fructuum 17. Octobris 1571. coram Orano, & iterum in vna Romana Casalis 13. Aprilis 1593. coram Blanchetto, & facit decis. Rot. diuers. 14. nu. 6. par. 1.

An in reuocatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ veniant fructus restituendi.

RESOLVT. XVIII.

1 *Fructus debentur à die alienationis in rei Ecclesiæ nulliter alienatæ recuperatione.*
2 *Error iuris in hac quæstione non excusat, & quare.*
3 *Error facti hoc in casu excusat, sed fructus à die motæ litis debentur.*

IN recuperatione rei Ecclesiæ, nulliter alienatæ, vt puta ex defectu solemnitatis fructus debentur à die
1 alienationis, l. iubemus §. 1. vbi Bald. & reliqui C. de sacr. san. Eccl. cap. si quis presbyterorum, vbi Butr. Abb. & Anan. de reb. Eccles. non alien. & Bero. ibidem n. 14. Cur. Sen. cons. 71. col. 7. vers. ita declarat, Fel. cons. 17. nu. 3.

17.n.3. & in cap. cum causa n. 27. de re iudic. vbi testatur de communi, Cor.cons.22.n.13.volum.1.Gram. decis. 79. n. 8. & seq. Menoch. de recuper. possess. remed.15.num.634. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina bonorum 26. Iunij 1585. coram Blanchetto, & iterum in vna Vlixbonen. nullitatis 1. Iulij 1596. coram Pamphilio, & voluit etiam Pinell. in repet.l.2.p.3.n.4. & seq.C. de rescinden.vendit.

2 Amplia, vt hoc casu error iuris non excuset, cum ius resistat, Bart. in l.sed si leges, §.scire, ff. de pet. hæred. DD. in d.cap. si quis presbyterorum, Bald. cons. 31.n.6. & seq. vol.1. Curt.Sen.d.cons.71.Fel.d.cap. cũ causa, n.27.Alex.cons.339.n.5. & seq. vol. 2. Gramm. d.decis. Bero.cit.loco,n.44.vers.Ioan.de Imola, Alciat. in l.mouentium, n.6.ff. de verbor.signif. & fuit resolutum in d. causa Placentina bonorum 26. Iunij 1585. coram Blanchetto.

3 Limita, si in facto erraretur, quia tunc error excusaret, puta si emptor cogitauit assensum Apostolicum interuenisse, qui tamen non interuenit, Felin.d.c.cum causa,num.27.vers.procedere,de re iudic. Bero. d.c. si quis presbyterorum, n.45. Raudens. de Analog. lib.2. c.27.num.13. & sequent. Costa cons.17.num.4. & hoc casu fructus non debentur, nisi à die motæ litis, vt tradunt DD. communiter in d.c. si quis præsbyterorum, Alciat.d.l. mouentium,num.6.Fel. consil.39.num.7. & fuit resolutum in d.Vlixbonen. locationis,1.Iul.1596. coram Pamphilio.

An procurator capituli excedendo fines mandati, operetur, vt alienatio rei Ecclesiæ ab eo facta, sit nulla.

RESOLVT. XIX.

1 *Alienatio facta per procuratorem fines mandati excedentem, est nulla.*
2 *Scientia capituli requiritur, ad hoc vt alienationis factæ per procuratorem fines mandati excedentem, ratificatio inducatur.*
3 *Canonici absentes, in ratificatione non sunt vocandi.*
4 *Nomina Canonicorum in alienationis instrumento an sint exprimenda.*

1 PRæfatam alienationem fuisse inualidam respondetur per text. in l. diligenter, ff. mandat. & cap. cum dilecta de rescriptis, cap. quod quibusdam, cum ibi not.extra de fideiuss.Abb.in c.fin.propè fin.de rest. spol. Alex.cons.27.n.3.vol.1. Dec.cons.493.n.4. Paris. consil.47.n.50.vol.1. & Menoch. consil.339.vol.2.Farinac.decis.204. & ita latè fuit dictum in Romana in vna Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. corã Platto, & iterum in vna Perusina rescissionis contractus 28. Martij 1588. coram Comitulo, & in vna Corton. bonorum 9. Iunij 1589. coram Platto.

2 Nec ratificatio huiusmodi alienationis inducitur ex scientia fratrum, vel Canonicorum, sed scientia capituli requiritur. Arch. in cap. sine exceptione in fine, 12.q.2.Inn.Card.Abb.& reliqui in c.1. & in cap.continebatur de his quæ fiunt à præl. Clar. in §. emphyteusis,q.10.vers.sed nunquid, Alex.cons.519.n.3.volum.4. Dec.cons.437.n.3.Corn.cons.224.n.18.volum.4.Bald. in Auth. hoc ius porrectum sub num.3. in fin. C. de sacrosanct. eccl. & fuit resolutum in d.Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. & 9. Iunij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coram Platto, Romana domus 7.Iunij 1591. coram Blanchetto, Tiburtina nullitatis locationis 5. Decembris 1597. coram Millino.

3 Nec Canonici absentes sunt vocandi, Dec.in c.cum omnes num.7. vers. in absentibus, vbi de communi, & ibi Bero.n. 82. in fine, & latè Fel. num.22. de constit. Iaf. cons.54. col.4.n.2.vers. ista sunt, vol.1. Rebuff. de alienat. rer. eccl. num. 77. Abb. in cap. 1.nu.5. de his quæ fiunt à Præl. absque consens. Cap.Guid.Pap.decis. 160. & fuit resolutum in Rota Roman. in vna Mediolanens. bonorum de Nouedo 20. Maij 1581. coram Lancellotto, vt patet in decis.diuers.29.lib.3. An autem in hoc instrumento alienationis sit necesse nomina præfatorum Canonicorum exprimere, vide Mohed.dec. 1.de reb.eccl. non alien.Ioseph.Ludouic. in decis.Lucan.27. Verall. decis.265.p.1.

An supplicatio si in euidentem expiret per obitum concedentis ante præsentationem.

RESOLVT. XX.

1 *Supplicatio si in euidentem per obitum concedentis ante præsentationem expirat.*
2 *Regula reualidatoria literarum gratiæ, & iustitiæ non habet locum si supplicatio infra annum à die obitus concedentis non præsentetur.*

NOn est dubitandum supplicationem expirare; si ante eius obitum commissarijs non præsentatur Dec. in cap. relatum num.3. de offic. deleg. Bald. in cap. tuam num.3. de ordin. cognit. cum alijs, quos cumulat Gabriel. de præben. concl. 1. num. 57. & 13. fuit resolutum in Rota Roman. in causa Tiburtina, Hortus Decembris 1588. coram Mantica.

Et propterea subiacet regulæ reualidatoriæ literarum gratiæ, & iustitiæ, & si non præsentatur infra annum à die obitus concedentis, non suffragatur, vt fuit in Rota decisum in causa Elnen. mineriorum 10. Iunij 1587. coram Blanchetto, & in d. Tiburtina.

An alienatio rei Ecclesiæ præsumatur in fraudem, ac simulata, si alienans reperiatur possidere post alienationem ipsam.

RESOLVT. XXI.

1 *Fraus in dubio non præsumitur.*
2 *Fraus quando præsumatur.*
3 *Fraus quando non præsumatur, & n. seq.*

1 FRaus in dubio non præsumitur l. dolum C. de dolo, & qui illam allegat probare tenetur leg. Quoties, ff. de probat. verumtamen per coniecturas bene probatur, & inter duas principaliter illa videtur, quando venditor post venditionem reperiretur possidere
2 bona vendita, & presens, & homo intelligens, & cautus esset emptor in suis negotijs &c. nam tunc fraus præsumeretur argumento l. qui eum vno §.fin.ff.de re militar.Bar. in l.post contractum num.4.ff. de don. Bald. in l. qui testamentum n. 5.ff.de probat. Dec. cons.659. vol.2. & in cons.36.volum. 1.cons.341.n.13. & in consil 409. & ratio est, quia non præsumitur quis alienasse ea, quæ repertus est possidere l. sicut §. superuacuũ ff. quibus modis pignus soluatur, voluit Bal. in l. omnes §. Lutius, ff. de his quæ in fraudem creditorum.

Prout etiam fraus præsumitur quando hæres hæreditatẽ repudiauit, & in possessione bonorum persistit Cravet.consil.100.n.7.Morot. cons.29.n.4.Cacheran. consil. 73. n.5. & seq.Antibol. in tract. de munerib. §. 4.num.72. & Mascardus concl.815.nnm.48.

Prout etiam quando donator remansit in possessione bonorum donatorum, Speculator in tit. de donat.§.1.num.7.Mandell.cons.97.num.5.Bart. cons.64. n.4. Ruinus cons.119.vol.1.& fuisse decisum in Curia Rom. testatur Bellamera in decis.71.

3 Supra positam conclusionem limita dupliciter: primo, vt non procedat, quando possessor venditor corresponderet emptori de fructibus, & docuit idem Bar. in l. post contractum post n.4.ff. de donat. & in l. sicut §. su-

§. superuacuum ff. quibus modis pignus soluatur Crot. consil. 141. vers. præterea num. 11. Rimin. Senior consil. 69. volum. 1.

Limita secundo non procedere etiam in muliere, minore, & rustico, qui emerunt, nam licet venditor remansisset in possessione bonorum venditorum, non tamen præsumeretur fraus, Ioannes Anibal. in leg. post contractum post num. 135. ff. de donatio. & Mascard. citat. conclusione 815. num. 52.

Ecclesiæ quæ cecidit à possessione ex contractu nullo ob non seruatas solemnitates, an competat remedium restitutorium.

RESOLVT. XXII.

1 *Remedium restitutorium Ecclesiæ competit cadenti à possessione ex contractu nullo.*

SEd non inconuenit, vt hoc loco explicemus id, de quo alias consultus iudicaui; an Ecclesiæ, quæ cecidit facto proprio à possessione ex contractu nullo, non seruata solemnitate, competat aliquod remedium restitutorium ad possessionem rei alienatæ: & supposito, quod constet de primo extremo, respondi affirmatiuè, scilicet Ecclesiæ competere remedium restituto-
1 rium ex conditione sine causa, vel triticaria, iuxta l. 1. in fine, & l. 2. ff. de conditione triticaria, & l. indebiti §. nummi ff. de conditione indebiti, vbi Bartol. num. 2. dicit quod competit conditio indebiti, Iaſ. in l. 1. §. si vir num. 28. ff. de acquirenda possessione, vel ex conditione iuxta Authent. qui rem Codic. de sacrosanct. ecclesijs, de quibus remedijs in his terminis Bartol. in l. si alienam num. 3. & 4. ff. soluto matrimonio, & ibi Paul. de Castro nu. 3. Alex. consil. 1. num. 24. lib. 4. Iaſ. in §. sic itaque num. 38. Instit. de actionibus Aymon. consil. 299. num. 2. Nat. consil. 288. num. 3. & quod præfata remedia competant Ecclesiæ fuit decisum in Rota Romana in vna Asculana prædiorum 13. Ianuarij 1587. coram Robustiero,

Donatione facta alicui, & post mortem eius ecclesiæ, an hoc pactum in fauorem ecclesiæ possit reuocari.

RESOLVT. XXIII.

1 *Donatio alicui facta, & post eius mortem ecclesiæ, quoad ecclesiam reuocari potest secundum vnam sententiam, non tamen, si Notarius nomine ecclesiæ stipulatus fuerit num. seq. idem dicendum si fuisset iurata, num. 3.*

HVius quæstionis responsio videtur negatiua, ex communi Doctorum sententia, quam colligit Romanus in l. si pecuniam, num. 22. ff. de cond. causa data. Salic. in l. 1. C. si mancipium ita fuerit alienatum, Corneus consil. 68. col. 3. vol. 3. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 54. in fine, Menoch. consil. 92. nu. 75. lib. 1. Bursatus consil. 173. num. 68. volum. 2. Suarez allegatione 19. & in l. quoniam in prioribus, quæst. 8. C. de inoffi. testam. & dicit communem Duenas reg. 216. Gugliel. Benedict. in cap. Raynutius, vers. si absque lib. num. 23. de testam.

1 Sed contra hanc communem sententiam tenet Bar. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. obligat. quam si sequi velis, illam poteris dupliciter limitare.

2 Primo limita, quando Notarius nomine ecclesiæ stipulatus fuisset, Soc. Iun. dicens communem consil. 118. num. 13. lib. 2. Decius consil. 239. in 3. dubio, Cassanus consil. 53. num. 36. vers. ic. 3. Crauet. consil. 19. nu. 11. Rolandus consil. 19. num. 19. volum. 1. Menoch. consil. 92. nu. 75. vol. 1. Imol. consil. 176. num. 29. Aretin. consil. 77. nu. 9. Riminald. consil. 246. volum. 2.

3 Limita secundò, stante iuramento, Guid. Papa consil. 23. nu. 8. Guglielm. Benedict. cit. loco, dicens sic fuisse iudicatum, Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 14. num. 7. & Anna alios referens in consil. 32.

Finis tituli Causæ.

PRAXIS SOLEMNITATIS
Assensus Apostolici.

Assensus Apostolicus an debeat præcedere alienationem.

RESOLVT. XXIV.

1 *Assensum subsequi ad validitatem rei ecclesiæ alienationis sufficere secundū aliquorū opinionem, & quare nu seq.*
3 *Assensus patris filio, qui in iudicio esse desiderat sufficit, quod in aliqua iudicij parte interuenerit.*
4 *Alienatio rei nulla si assensus nō præcesserit, & ita in praxi*
5 *Contractus non est validus, si post alienationem assensus impetretur, nulla facta mentione de alienatione.*
6 *Verba extrauag. ibi (nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice) quid denotant.*
7 *Assensus in alienatione, super quo fundatur.*
8 *Reseruatio assensus actum efficit conditionalem.*

1 REspondetur sufficere ad validitatem alienationis rei ecclesiæ assensum subsequi, vt voluit Rebuff. in suo compend. alienat. rei eccles. nu. 34. vers. nonus casus post Bald. in cap. 1. num. 3. & multis seq. de sindico; Rodoan. q. 42. sub nu. 15. Barbat. consil. 61. volum. 3. de Franch. decis. 163. num. 12. & seq. Menoch. consil. 339. vol. 1. & consil. 494. num. 5. vol. 2. Bursat. consil. 12. nu. 3. vol. 1. qui mouentur.

2 Primo, quia aut talis alienatio erit vtilis ecclesiæ, & assensus ex post facto operabitur, aut concessio non erit vtilis, & non præstabitur, & hanc practicam transiisse vsque ad sua tempora testatur de Franch. cit. decis. num. 13.

3 Secundo, quia assensus patris, qui necessarius est filio, vt valeat esse in iudicio iuxta l. fin. C. de bon. Mater. sufficit interuenisse in quacunque parte iudicij Bertach. in tractat. de Episcopo par. 5. fol. 51. Capic. decis. 57. & Afflict. qui refert ita decisum in sacro Neapol. Consil. dec. 180. Ferret. consil. 64. Cassan. in consuetud. Burg. fol. 212. Roland. consil. 22. num. 7. vol. 3.

Quidquid tamen præfati scripserint, contrarium tamen in praxi seruatur, & ego in facti contingentia ita
4 consului, vt scilicet assensus debeat alienationem præcedere, alias erit nulla, quæ opinio firmatur ex decis. Rot. de qua per Seraph. decis. 805. vbi fuit dictum, quod alienatio rei ecclesiæ saluo assensu Apostolico, donec beneplacitum Sanctissimi non sit obtentum, nō tenet, & interim dominij translatio impeditur, ex qua decis. apertè demonstratur, assensum debere præcedere; hinc est quod si alienatur res ecclesiæ absq. assensu Apostolico, si postea impetretur assensus, nō validatur

contra-

5 contractus, si non fiet mentio de alienatione iam facta, & propterea necesse esset celebrari de nouo contractus, & valebit, vt nunc tempore assensus, Rebuff. in d.compend.num.93.& 95. Capyc. in inuest.vers.defectus,fol.83.Iacobin.in inuest. in verbo cum pacto de non alienando, n. 19. & ita fuit resolutum in Rota Rom. in vna location.Bononien.10. Aprilis 1589. coram Litta. Et apertè etiam ostenditur ex verbis eiusdem extrauag. ambitiosæ, ibi (nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice) quæ verba denotãt actũ nullum,nisi præcedat assensus,Bald. in cap. tuam,n.3. & seq. de ord.cogn.Abb. in cap.vt super tit.nostro,Iaf. in l.1.col.1. circa medium,C.de diuers.rescript.Alciat. consil.19.n.3.vol.1. Monald.cons.23.n.4. eod.vol. fundatur enim talis assensus super euidenti vtilitate quæ tempore alienationis,consideratur, Guid.Pap. in pulchra sua decis.158. Paris. cons. 24. vol. 4. Rebuff. in d.compendio,sub n.73. & Rodoan.q.20.n.141.

Non obstat, quod reseruatio assensus facit actum conditionalem secundum glos. in l. item Labeo. §. 1. verbo purè,ff. famil.erciſc.Brun. consil.42.in fin.Curt. Iunior consil.77.n.3. Iser. in cap. Imperialem, §. Scriba,col.2.vers.secus si vendidit,de prohib.alien.per Feder. Paris. de reintegr. fol.147. Anna in constit. Diuæ memoriæ n.194. & in fing. 447. & Moder. in cap. 1. in fin. quæ sit inuest. nam respondetur, quod hoc procedit, & præfati loquuntur in reseruatione assensus super alienat. rei feud.

Assensus Apostolicus, cuius expensis expediri debeat.

RESOLVT. XXV.

1 *Actus regulariter celebratur expensis eius, cuius gratia conceditur,cum nonnullis similibus.*
2 *Consuetudo regionis inspici debet.*
3 *Vbi non adest consuetudo, inspicitur id, quod fuit inter partes conuentum.*
4 *Emptor,& non ecclesia alienans tenetur ad expensas assensus Apostolici.*

IN hac quæstione tres distinguendæ sunt conclusiones. Prima sit conclusio,de iure esse indubitatum,
3 eum teneri ad impensas,cuius gratia actus celebratur vt est tex.expressus in l.sed si hæreditas,§.1.ff. ad exhibendum,& hinc est, quòd debitor ad instantiam creditoris carceratus, eius expensis alimentari debet, si non habet vnde victum sumere possit,Afflict. decis.71. Boer. decis.303.Valasc.decis.1. Milan.decis. 16. Balb. decis. 60. & expensis petentis quem carcerari carcerandus est. Franc.Marc.234.par.2. & expensis petentis depositionem testium absentium examinari debẽt. Cacher. decis. 45. quemadmodum delinquentium remissio facienda est expensis petentis remissionem, Boer. decis.303.Toming. in decis. Rotæ Lipsi.13. Rota Perusina decis. 74. & idem iuris est de remissione clericorum ad eorum Iudicem ecclesiasticum Boer. decis.324. Guid. Papa decis.211. Vrsil. decis.71. Corset. in suis singularibus in verbo expensæ.

2 Secunda sit conclusio, quando adsit particularis consuetudo alicuius regionis,per quam declararetur cuius expensis assensus Apostolicus esset expediendus, tunc illa est obseruanda, dummodo ius non resistat, argumento tex. in cap. certificari, de sepultur. Doct. in l. de quibus ff. de legibus Aufrer. ad Cappel. Tol. in decis. 482. & in contractibus inspicitur locus eiusdem contractus,leg. si fundus,ff. de euict. latè Anna consil. 54. Alex. consil. 41. num. 4. lib. 5. Gratian. regula 309. per text. in l. semper in stipulat. ff. de regulis iuris, vbi semper in stipulationibus, cæterisque contractibus inspicitur, id quod per consuetudinem inductum fuit, voluit etiam Castr. in consil. 32.

Tertia sit conclusio, quando non constaret de particulari consuetudine, tunc inspici debet quid fuerit conuentum inter contrahentes,quoniam in contractibus primo, & principaliter attendi debet quod actum est à partibus,l. sed Celsus,§.si fund.ff. de contr.empt. vbi dicitur,quod in cõtractibus potius id,quod actum est, quam id, quod dictum est, sequi debemus, & facit tex.in l fin.C. plus valer. quod agit. vbi semper inspicitur, quod gestum est; & iustum esse voluntates contrahentium attendere, ait tex. in l.fin.C. quæ res pig. oblig.pos.& l. in conuentionalibus,ff. de verb. signif. & l. in promittendo,ff. de iure dot.

4 Veruntamen si nullum istorum euidenter appareret, tunc ego crederem condemnandum esse emptorem ad solutionem expensarum, prout ita iudicaui in Curia Episcopali Auersana,dum ibidem Auditoris officium gerebam apud Illustrissimum Cardinalem Spinellum, & motus fui ex decis. Cappellæ Tholosanæ 451. vbi quando non fuit conuentum quis contrahentium soluat gabellas, astringi potius debet emptor, quàm venditor.

Assensus Apostolicus, an exigatur in alienatione rei Ecclesiæ solitæ alienari.

RESOLVT. XXVI.

1 *Res Ecclesiæ alienabilis semel effecta cum requisitis, absque solemnitate perpetuò alienari potest.*
2 *Quid si solitum fuerit alteratum, & an partes solitum probent.*
3 *Quomodo,si res est solita alienari,cognoscatur.*
4 *Solemnitas spatio triginta annorum non præsumitur, ad hoc vt alienatio dicatur valida.*
5 *Requisita in rebus Ecclesiasticis alienari solitis cum pacto, quod non transeant ad extraneos, sunt necessaria,si extraneis alienantur, ac etiam in rebus alienari solitis,in quibus est facta incorporatio, & quando dicatur facta incorporatio remissiuè.*

1 COmmunis est DD. conclusio, quod res Ecclesiæ semel effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuò alienabilis absq;solemnitate,Alex.cons. 189.col.9.vol. 2.& in l. 1.col.penul.C. de off. eius Dec. cons.88.vol.1. Siluan. cons.2 n. 56. & seq.lib.2. Castr. in l.voluntas colum. penult. C. de fideicom. Curt. de feud.2.p.q.4.colum. fin. & seq. Afflict. in const. Regni Diuæ memoriæ q.2.n.2.Paris.de reintegr.feud.fol.126 Iacob à Sancto Georgio in l.cum ij,§.eam transactionem col.2.ff. de transact.Dec. cons.142. col.2. vers. & prædicta,& in cons.329.n.5. Grat.cons.142.n.22.lib.2. Couar.var.resol.lib.2.c.17.n.2. Cæsar de Grass. decis. 3.n.14. de rebus eccl.non alien. & seq.n. 20. Rota in vna Romana domus 27. Nouemb. 1588. coram Blãchetto,& iterum in vna Imolen. bonorũ 21.Maij 1593 coram Pamphilio,Mediol. bonorum 21. Aprilis 1599. coram Lancellotto, & facit dec. 99. Petri Garsiæ.

2 Intellige primo, dummodo solitum non alteretur Curt.Iun.de feud.d.q.p.2.Dec. in Auth. qui rem n.22. & Cagn.n.58.C. de sacros. Eccl. Alex. cons.9. n.2.lib. 3. vbi de communi, & cons.15.n.18.lib. 5. Dec. cons. 142.n. 5. vers. & in terminis Clar. in §. feudum, q.13. Rota in d. Imol.bonor.

Intellige secundo,dummodo solitum aliunde, quàm ex partium assertione probetur, Bart. in l. si forte, ff. de cast. pecul. qui communiter approbatur, vt tradit Paris.cons.62.n.7.vol.1.Aymon.cons. 175.n. 2. Bar. in Auth. si quis in aliquo,num.12. & ibi Dec.n.36. C. de edendo,Alex.cons.17.n.6.lib.4.Rota in vna Auersana tenimenti 24. Nouemb. 1581. coram Cantuccio, vt patet in dec.160.p.2.diuers.n.4.

3 Ad hoc tamen, vt res, ecclesiæ dicatur solita alienari, requiritur, quod præcedat vna alienatio solemnis, vel duæ, cum spatio quadraginta annorum, Præpos. in cap. 1. n. 23. & seq. qui feud. dare possunt. Alex. cons. 9. n. 6. lib. 3. Ias. cons. 55. colum. pen. vers. non obstat secundo, vbi de communi lib. 1. Ruin. consil. 35. num. 30. vol. 1. Curt. de feud. p. 2. q. 8. n. 8. & seq. vbi dicit communem Bald. de præscript. par. 1. princip. quæst. 20. Dec. in d. Auth. qui rem, n. 20. & d. cons. 142. n. 4. vol. 1. Capyc. in inuest. feud. in verb. feudum dant, versic. prælati Ecclesiarum fol. 142. vsque ad 148. Clar. in d. §. feudum, quæst. 13. Rodoan. quæst. 65. Affl. in d. const. Diuæ memoriæ, quæst. 67. quem sequitur Alex. Stiat. in repet. extrauag. ambitiosæ sub num. 19. & 33. & Ripa in l. filius familias, §. diui, num. 65. ff. de leg. 1. Non tamen requiruntur necessario vniformes. Ioseph. Ludouic. cons. 23. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Pisana bonorum 20. Februarij 1585. coram Cantuccio: & sufficit, quod vna sit valida, Mainard. decis. 99. Seraphin. decis. 434. & 1451. & fuit resolutum in d. Pisana bonorum.

4 Ad effectum tamen, vt dicatur valida, non præsumitur solemnitas spatio triginta annorum, Alciat. cons. 121. Ror. in d. Pisana bonorum, & iterum in vna Romana domus, 13. Ianuarij 1586. coram Blanchetto, Seraphin. in d. decis. 1451. num. 3.

5 Nunc limita principalem conclusionem, & primo in alienatione rei solitæ alienari cum pacto, quod non transeat ad extraneos, quia non potest alienari, vt transeat sine solemnitatibus, Gozad. cons. 39. num. 13. Bal. cons. 212. volum. 1. Clar. in §. emphyteusis quæst. 6. vers. scitis tamen, & idem in §. feudum, quæst. 13. Rota in vna Imolen. bonorum, 21. Maij 1593. coram Pamphilio.

Limita secundo in re solita alienari, cuius facta est incorporatio, Card. in cap. sine exceptione, 12. quæst. 2. Guido Pap. decis. 154. Crescent. dec. 1. de location. Garz. decis. 99. Berrett. cons. 111. Curt. de feu. part. 2. quæst. 1. num. 10. Affl. in constit. Baiulos, num. 89. post Abb. in cap. vt super tit. de rebus Eccl. non alien. Rodoan. quæst. 65. quando autem dicatur facta incorporatio, vide vltra DD. cit. Anchar. cons. 156. Bald. cons. 90. vol. 1. Menoch. cons. 79. num. 10. & seq. Clar. in d. §. feudum d. q. & Rodoan. q. 362.

Assensus Apostolicus, si expeditus reperiatur eodem die, quo fuit facta alienatio, quid præsumatur præcessisse, assensus, an verò alienatio.

RESOLVT. XXVII.

1 *Assensum præcessisse præsumitur, stante eodem die expeditione assensus, & alienatione facta, & quare.*
2 *Erectionem Ecclesiæ præsumi vnionem beneficiorum præcessisse.*
3 *Appellationem præcessisse commissionem præsumitur, ac mortem beneficij impetrationem, sic etiam excommunicationem appellationem.*
4 *Præcessisse præsumitur id, quod de iure antea est faciendum.*
5 *In dubio pro actus validitate potius præsumitur, quam pro inualiditate.*
6 *Contractibus eodem die celebratis illum præcessisse præsumitur, per quem vterque actus validatur.*
7 *Coniectura est fortior omnibus aliis, quæ facit actum valere, ac illa præsumptio est accipienda, quæ pro actus perfectione facit.*
8 *Præsumptio validitatis actus omni alia contraria probatione est efficacior.*

1 REspondeo, dicendo, assensum Apostolicum præsumi præcessisse alienationem rei Ecclesiæ, & hoc ex pluribus.

Tum quia illud præsumitur præcessisse, quod de iure præcedere debet, vt ait Bal. in l. cum in testamento §. hæc verba ff. de hæred. instit. sicut in simili clericatus præsumitur præcessisse collationem eodem die factã, Crescent. decis. 4. de præsump. Cassad. decis. 20. de præ-
2 ben. Item Ecclesiæ erectionem præsumi præcessisse vnionem beneficiorum ei factam, Crescent. decis. 6.
3 de præsumpt. & Appellatio commissionem, Rot. dec. 202. in nouis, sicuti mors impetrationem beneficij, quando vtraque die sequuta reperiatur, Casad. decis. 22. de præben. & excommunicatio appellationem, Rota dec. 316. in antiq. sicuti sententia inhibitionem, Thes. dec. 49. Achill. de Graff. decis. 37. de appell. Quæ omnia propterea præcessisse præsumuntur, quia de iure præcedere debent, secundum Bald. cit. l. cum in testamento, & in cap. cum adeò num. 3. & seq. de pro-
4 cur. Alciat. in l. ostensam in 1. col. in prin. ff. de verb. signif. & præcessisse id præsumitur secundum Cresc. decis. fin. de præsum. quod prius fieri debet, vnde cum expeditio assensus de iure regulariter præcedere habeat alienationem, proinde in dubio præcessisse est præsumendum.

5 Tum etiam, quia cum validitas alienationis dependeat ab assensu, proinde præsumitur illud præcessisse, quod actum validat, Fel. in cap. pastoralis 3. col. vers. ad identitatem de rescript. Crescent. dec. 2. de except.

6 Tum denique, qura in dubio præsumitur, quod actus magis valeat, quam pereat, l. quoties, ff. de reb. dub. hanc enim esse benignam interpretationem testatur Socc. in d. l. cum in testamento 2. notab. de quo meminit de Franc. dec. 594. & dicit Crotus in l. 1. ff. de donat. quod vbi reperiuntur duo contractus eodem die celebrati, & non constet vter eorum præcesserit, præsupponendum esse illum prius fuisse celebratum, qui debebat fieri per præambulum, & per quem vterque actus validatur, secundum Cin. & Bart. in d. l. cum in testamento, & dicit Imol. in cap. 1. nu. 7. de præsump.
7 quod coniectura, quæ facit actum valere, est fortior, ac potior omnibus aliis coniecturis, imò illa præsumptio capienda est, quæ facit actum validiorem, & perfectiorem glos. 1. in l. 1. ff. de iudic. & ibi Lancell. col. 2. vers. in fine Glos. & Cagn. num. 37. vers. 3. colligitur, & præsumptio validitatis actus est efficacior, quacũque alia probatione contraria, Galiaul. in repet. l. centurio n. 110. ff. de vulg. & pupill. Ioan. Lopez in repet. l. si puer nu. 26. vers. confirmatur alia ratione C. de hæred. instit. vnde cum in casu, de quo agitur, dubitatur, quando celebratum sit instrumentum alienationis, & quando fuerit impetratus assensus Apostolicus, si igitur præsumemus, assensum prius fuisse impetratum, redderetur contractus validus; sin autem è contrà, inualidus; & propterea est præsumendum ex prædictis prius fuisse impetratum assensum, quàm celebratum instrumentum, & ita decisum refert in materia feudali, de Franch. decis. 649.

An assensus Apostolicus præstitus super venditione facienda extendatur ad alienationem iam factam.

RESOLVT. XXVIII.

1 *Assẽsus Apostolicus præstitus super venditione facienda, non extenditur ad alienationem iam factam.*
1 *Assensus Apostolicus est stricti iuris, ac ad expressa suas tantum extendit vires.*
õ *Assensus à petentis supplicatione declaratur.*
4 *Quid est narrandum in petitione, ad hoc, vt assensus ad præterita trahatur.*

IN hac quæstione negatiuè respondeo, prout ita voluerunt Iser. in c. 1. col. 4. qui succes. tenean. Alex.
1 cons. 145. vol. 5. Loffred. cons. 9. nu. 5. post Castren. in l. si

l.si quis filio, §.irritum ff.de iniust.testam. Afflict.dec. 268. & 355. & in Const.diuæ memoriæ num.29. & seq. pag. 107. Ann.alleg.36. num.5. de Franch. decis. 103. Garz.decis.37. & in assensu feudali ita iudicatum in Regia Camera Summar. Neapol.scribit Ann. sing.40. qui mouentur ex pluribus.

2 Primo quia assensus Apostol. est stricti iuris, secundum Balb.decis.23.Ann. d.alleg.36.nec extenditur de tempore ad tempus Iser.in cap.Imperialem in prin.de prohib. feud. per Feder.Aquil. in rubr. de verb. oblig. num.63. & ad expressa tantummodo suas extendere vires, voluit idem Iser.in cap.donare colu.4. qualiter olim feud. poter. alien. & in cap. 1. col.3. qui succes. teneant.

3 Tum etiam, quia assensus declaratur à supplicatione petentis arg.tex.in l si defensor,§. qui interrogatus ff.de interrog.act.Castr.in d.l.si quis filio §.irritum, Socc.in l.si iam factam,ff.de cond.& demonst.Alexan. cons.146.vol.5.Camer.in d.cap.Imperialem lit.E.

Tum denique, quia propterea in Breui Apostolico debet fieri mentio de alienatione iam facta per tradi-
4 tionem possessionis, si fuerit tradita,ad hoc, vt assensus trahatur ad præterita,Rebuff.in Comp.alien. vers. nonus casus,Rodoan. q.42.n.16.de Franch.decis.163. licet sit disputabilis.

RESOLVT. XXIX.

An alienatio rei Ecclesiæ pro cuius confirmatione lata est sententia sit valida,si non iustificetur ex actis.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ cum sententia,est valida,dato, quod ex actis non iustificetur, & quare num. seq. ac etiam si acta fuerint deperdita, vel integra non reperiantur,n.3*
4 *Sententia pro rei Ecclesiæ alienatione lata illo die, quo gratia præsentata,est valida,& quare.*

1 SVpponatur,quod fuit obtẽta sententia vigore gratiæ si in euidentem, quæstio est,an sit valida,si nõ iustificetur ex actis, & fuit resolutum validam esse in Rot. Romana in vna Ragusina bonorum 22. Aprilis 1578. coram Lancellotto,vt in decis.diuers.479.par.1. & iterum in vna Pisana bonorum 8.Aprilis 1585.corã Vicecomite, & in vna Auximana bonorum 13. Maij 1585. coram Rubeo, & 15. Nouembris 1585.coram Robusterio,Roman.deuolutionis domorum 26. Martij 1590.& Florentinã bonorum 7.Maij 1590. coram
2 Pamphilio, & Roman. Casalis Turricellæ 29. Aprilis 1594. coram Seraphino. Et ratio conclusionis est,quia potuit Iudex se extraindicialiter informare;Abb.cons. 41.vol.1. Dec.cons.341. num.12.eodem vol. Menoch. cons.213.vol.2.Bursat.cons.122.vol.1. Monald.consil. 191.num.3.& seq.Capyc. decis.16. nu.14. & Crescent. decis.12.de priuileg.

3 Amplia conclusionem suprapositam, etiam si acta essent amissa,vel integra non reperiantur, Corn.cons. 210.ad fin.vol.4.Alex.cons.339.n.7.seq.vol.2.Aymon. cons.112.n.7.fuit resolutum in Rota Romana in d.deuolutionis domorum 26. Martij 1590. coram Pamphilio,& in d.Casalis Turricellæ.

4 Amplia secundo,vt nec talis sententia sit nulla,licet eodem die, quo gratia fuit præsentata, lata sit, cum etiam illo die Iudex posset adhibere causę cognitionẽ, & super vtilitate Ecclesiæ se informare,Gabriel de sẽten.conclus.5.num.34.Menoch.cons.337. volu.2. Bursat.cons.10.n.3.& d.cons.112.n.6.& seq. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Ragusina emphyteusis 20.Iunij 1578.coram Lancellotto,vt patet in decis.diuers.429.n.3.p.1.& in d.Auximana bonorum 13. Maij 1585.coram Rubeo,& 15. Nouemb.1585. coram Robusterio,& in vna Maceraten.locationis 15. Februarij 1599.coram Lancellotto.

RESOLVT. XXX.

An assensus Apostolicus probetur ex verbis Notarij in instrumento.

1 *Officiali in eius officio creditur,ac etiam, notario asserenti se rogatum nu.seq. imò se certioraße de Velleiano, ac etiam testes fuisse rogatos,n.3.*
4 *Notario aserenti in rei Ecclesiæ alienatione assensum interuenisse Apostol.non est credendum.*
5 *Scriptura separata,pro assensu Apostolico est facienda.*

1 SVpponatur, quod in instrumento alienationis rei Ecclesiæ, notarius asserat assensum Apostolicum interuenisse, dubitatur num ex præfatis verbis probetur assensus interpositio?

Difficultatem faciebat,quia officiali in eius officio creditur,Bart.in l.diuus num.8.ff.de const. reor. Ruin. cons;56.num.5.volum.1.Gram.cons.ciuil.54.colum.2.
2 & Notario asserenti se rogatum, creditur,Paris.cons. 28.num.52.col.3. vol.2.Roman.cons.179. Alciat. reg. 3.præsump,13. Item statur eius dicto aserenti se certioraße de Velleiano Menoch.cons.37.num.132. Soc. cons.44.col.4.lib.4. & cons.144. Item creditur Nota-
3 rio testes fuisse specialiter rogatos,Ruin.cons.154.nu. 7.volum.3. & cons.61. num.3. vol.eodem & Carrocc. decis,122.

Contrariam tamen sententiam tenendam in praxi firmauerunt, Afflict.in cap.1. col.4. de alien. feud. latè Frez. de subfeud.lib.2.q.25.Foll.pract.censual.verb. non vitiatis num.63. vbi optimè, Garz.decis.27. refe-
4 rens ita decisum per Bar.in l.si fortè,ff. de Castren. pecul.& l.si donatione C.de collat. et per DD. in Clem. 1.ext.de probat.et in proprijs terminis,quod non credatur Notario aserenti in alienatione rei Ecclesię interuenisse assensum Apostolicum tenuit Rota Bonon. vt refert Pet.de Benint.decis.2.volens etiam,quod fiat aliud instrumentum separatum loquens de causæ co-
5 gnitione,& ita in indiuiduo, quando agitur de alienatione rei Ecclesiasticæ, quod debeat fieri scriptura separata de assensu Apostolico, quæ scriptura debet præcedere de per se, voluit Spec. tit.de proc. §.1. vers. sed quid si solum, Paul.Castr. cons.91. incip. in Christi nomine,Alciat.cons.21.n.3.& seq.

RESOLVT. XXXI.

Assensus Apostolicus an expeditus præsumatur,si reperiatur in libro rubricellæ notatus.

1 *Assensus Apostolicus præsumitur expeditus si clericus tenẽs registrũ supplicationum fidem fecerit, quod in libro suarum rubricarum expeditionem inuenerit, non obstãt quod registri liber sit deperditus, & quare,n.seq.*

1 BEneplacitum Sedis Apostolicæ præsumitur expeditum,stante fide clerici registri supplicationum, aserentis, quod in libro suarum rubricarum expeditionem vnius si in euidẽtem inuenerit de eo tempore, licet registri liber non inueniatur, cap.ad audientiam cum ibi notat. de præscript. & in cap.cum parati eod. tit. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna casalis de Pichis 15.Iunij 1587. & iterum in vna Bononiens.affictus domorum 6.Ianuarij 1597.coram Mantica.

Nec probatur non fuisse expeditum ex diligẽtia facta in actis Vicarij Papæ,vbi non reperitur,vt fuit resolutum in d. Roman. Casalis de Pichis. Ratio autem principalis conclusionis est quia sumptum ex registro supplicationum, & bullarum fidem faciunt in iudicio, vt per Crescent. decis 1.& 2.de fide instrument.Caput Aquens. decis.233. lib.3.Mascard. de prob.concl.711.

Bellenzin.de charit.subsid.q.113.in fin.quidquid antiquis temporibus tenebat Rota,vt apparet in deci.28. de probat.in antiq.

RESOLVT. XXXII.

An res Ecclesiæ alienata absque solemnitatibus possit præscribi.

1 Res Ecclesiæ alienata absque solemnitatibus potest præscribi spatio quadraginta annorum.
2 Præscriptio post mortem illius, qui rem Ecclesiasticam malè alienauit, incipit,non autem antea,& quare num. sequ.
3 Præscriptio contra Ecclesiam eo tempore, quo in commendam fuit, non currit.
5 Restitutio in integrum Ecclesiæ datur aduersus præscriptionem.
6 Scientia, & patientia illius,contra quem præscribitur, est necessaria ad hoc,vt præscriptioni locus sit, ac eam tenetur probare,qui in dicta præscriptione fundatur.

REspondeo quod licet Paulus Quartus contra res Ecclesiæ malè alienatas exceptionem præscriptionis legitimæ constituisset, non posse opponi. Pius Quartus reuocauit, & ad viam iuris communis redu-
1 xit,vt patet in eius Bull. incipien. prouida fol. 681.& ita etiam decidit Thom.Trius.decis.28.part.1.& decis. 58. eodem lib.& sæpiùs per Rotam Roman. & signanter in vna Auximana alienationis 13.Ianuarij 1581. coram Litta, & intelligitur de præscriptione 40. annorum secundum Rodoan. quæst.2. cap.3. num. 12. cum tale tempus sufficiat in præscribendis bonis Ecclesiasticis Auth. quas actiones,Cod.de sacr.sanct. Eccles.& in cap.ad audientiam c.cum nobis,& c.illud de præscript.

2 Intellige primo dummodo præfata præscriptio incipiat post mortem illius,qui malè alienauit, Alexan. Stiat.in repet.huius Paul.extr.de reb. Eccl. non alien. sub n.56.post Ioan.Andr.in c.1. num.3. & Ant.Butr.n. 7.eodem tit.in 6. Rebuff. in compend.alienat. rer. Eccles. num.38.Rodoan.in eiusdem nominis tractat. qu. 89. cap.3.Balb.decis.25.& 91.num.3.Mascard.de probation. conclus.225.num.12.Molina de iustit.& iure disputat.7.

Cuius limitationis est ratio, quia contractus non sumpsit vigorem à principio, & ideo subducitur tem-
3 pus quò Prælatus malè alienans vixit,per text.in cap. si Sacerdotes 16.q.3. Innoc.in cap.cum ex literis in princ.de in integr.rest.glos.fin.cap.1.eodem titul.in 6. Faber.in l.fin. C. in quib. caus.in integr. restit. non est necess, post Bald.in l.1.1.col.circa princ.vers. (in text. ibi nulla præscriptione) C.de bon.Mater.& ita refert decisum Guid.Pap. decis.150. quemadmodum subduci-
4 tur etiam tempus,quo Ecclesia fuit in commendam secundum eumdem Guid. Pap.decis.152. & facit Capic.decis.2.

Aduertas tamen,quod aduersus præscriptionem datur nihilominus Ecclesiæ restitutio, vt fuit dictum in Rot. Roman.in vna locationis bonorum 13.Februarij 1591. coram Lancellotto,Afflict.decis.329. Molin. de iust.& iure disput.80.

5 Primam limitationem intellige, vt neque præscriptio hæc procedat post mortem illius,qui malè alienauit, nisi data scientia,& patientia cuiuslibet rectoris, seu Prælati successoris eoque maximè vbi plures intra d.tempus successissent,quam probare habet, qui se fundat in dict.præscriptione Caual. decis.46. num.29. part.1.

RESOLVT. XXXII.

An vt assensus Apostolicus ex temporis cursu præsumatur, requiratur scientia Papæ.

1 Scientia Papæ requiritur ad præsumendum assensum Apostolicũ interuenisse in minori triginta annorũ spatio.
2 Scientia Sum.Pont.requiritur, quando de eius agitur præiudicio.

IN hac quæstio. respondeo, distinguendo, quòd aut sumus in spatio triginta annorum, & non requiri-
1 tur,in minori verò bene requiritur,Cassad.decis.3.nu. 7.de procur.Fab.dec.22.p.2,Mohed.dec.2.de transac. Rota diuers. decis. 237. lib.2.& ita fuit resolutum in Rot.Rom. in vna Romana domus de tribus montibus 29.Octobris 1582.coram Aldobrandino, & in causa Messan.præeminentiarum 28.Iun. 1582.coram Blanchetto,& iterum in vna Romana casalis 7.Iunij 1591. coram Gipsio.

2 Et maximè requiritur,quando de ipsius Papæ præiudicio agitur, secus si de præiudicio alicuius inferioris Aymon,de antiq.temd.par.3.§.vidimus num.29.& Menoch.cons.25.num.6.& seq: vol.1. de Rubeis cons. 79.num.3.& seq.& fuit in Rota resolutum in d. Mess. præeminentiarum.

RESOLVT. XXXIII.

In reseruatione assensus Apostolici clausula, & non alias,nec alio modo,an inducat conditionem.

1 Clausula (vt non alias,nec alio modo)conditionem inducit,in tantum, quod si in alienatione est reseruatus assensus Apostolicus, in qua de iure non requiritur, propter clausulam appositam illius impetratio est necessaria,alias contractus erit nullus,n.3.
2 Contractus resoluitur per formæ non adimpletionem.
4 Assensus reseruatio,actum efficit conditionalem.
5 Emptor an fructus interim lucretur.si constat beneplacitum non posse obtineri reseruatum in rei Ecclesiæ alienationem.

1 REspondeo, quòd in alienatione rei Ecclesiæ, in qua est reseruatus assensus Apostolicus cũ clausula præfata, est omnino necessaria illius impetratio, dato, quòd in eo casu de iure non requiratur, & ratio est,quia hæc clausula importat conditionem, glos. in l.si quidem cum ibi not. C.de except. Caputaq. decis. 82.num.3. par.3. Cassad.decis.2. num.7. de Simon. & inducit etiam formam, Boer.decis.243. nu.11. Marth. in decis.Pisana 196. & fuit resolutum in Rota Roma-
2 na,in vna Roman. domus 9.Decembris 1588. coram Seraphino:hinc euenit,quod non adimpleta forma,seu conditione,resoluitur contractus Guid.Papa dec.163. n.1.& propterea si contractus alienationis rei Eccle-
3 siæ,in quo fuerat reseruatus assensus celebretur absq; eo,erit nullus, quamuis assensus non sit necessarius,vt fuit latè dictum,ac resolutum in Rot.Rom.in vna Roman. domus 23. Ianuarij 1586. coram Blanchetto, & iterum in vna Nouarien. decimarum 28. Maij 1593. coram Augustino, & in Romana locationis 21. Maij 1593.coram Blanchetto,& alias sæpius.

4 Semper enim reseruatio assensus facit actum conditionalem, glos. in l.item Labeo, §.1. in verbo purè,ff. famil. ercisc.Brun.cons.42. Curt.Iun. cons.77.num.3. Iser. in cap. Imperialem, § Scriba, col.2. vers. secus si vendit.de prohib.feud.alien.per Federicum,& ibi Capyc.col.218.Moder.in c.1.quid sit inuest.Ann. in constit.diuæ memoriæ,nu.194.& sing.447.

5 An autem in alienatione cum reseruatione assensus Apostolici interim, donec cõstet nõ posse obtineri bene-

beneplacitum, emptor lucretur fructus, vide in causa Romana locationis 21. Maij 1593. coram Blanchetto.

RESOLVT. XXXIV.

Solemnitates in alienatione facta cum authoritate Summi Pontificis, an requirantur.

1 *In alienationibus factis cum authoritate Rom. Pontif. non sunt necessariæ solemnitates, & quare nu. 2. Nec etiam si cum ipso contraheretur num. 3. idem si vt priuatus num. 4.*
5 *Quid si Papæ authoritas non esset ritè interposita.*
6 *Authoritas Papæ causæ defectum non supplet.*

IN alienatione rei Ecclesiæ facta cum Papæ auctoritate non requiruntur aliæ solemnitates, Abb. in c. 1.
1 de consir. vtil. vel inutil. & in cons. 47. vol. 1. Oldrad. cons. 131. nu. 2. Bald. per illum text. in l. 2. C. quand. decret. opus non est, Corn. cons. 348. nu. 18. vol. 1. Ruin. cons. 35. nu. 22. ad finem, & cons. 257. nu. 5. vol. 1. Paris. cons. 24. n. 4. vol. 4. Roland. cons. 15. nu. 4. & cons. 96. nu. 21. & seq. vol. 1. Dec. cons. 341. n. 12. Rebuff. de alienat. rer. Eccl. nu. 15. vers. fallit, & nu. 95. Capyc. decis. 16. nu. 1. prope finem, Rota in causa Segobien. spolij 10. Decembris 1565. coram Rubeo, & in decis. quotid. 420. par. 2. & in vna Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1588. coram Cantuccio, Rot. diuers. decis. 65. n. 1. par. 2. & in Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, vt in decis. diuers. 178. nu. 2. par. 2. & in Mediolan. resciſſionis permutationis 10. Ianuar. 1597. coram Pamphilio, & facit decisio Seraphini 1307. Rota diuers. decis. 95. par. 2.

2 Cuius conclusionis est ratio, quia supplentur auctoritate Papæ, Bald. cons. 112. vol. 1. & in l. rescripta C. de precib. Imperat. offeren. Imol. in cap. 1. n. 7. de lit. contest. Alex. in l. omnium in fine C. de testam. & in consil. 339. vol. 2. Alciat. cons. 129. Rota in causa Rom. Casalis Longhezzæ 21. Maij 1593. & vide in eadem 28. Iunij 1593. coram Seraphino.

3 Amplia primo procedere, etiam si cum ipso Papa contrahatur, Bald. in l. sancimus in fine C. de donat. & in cons. 112. vol. 1. Alex. in d. l. omnium nu. 8. & in cons. 157. nu. 7. vol. 2. Bertrand. cons. 137. vol. 1. Natta cons. 28. nu. 4. vol. 1. & in cons. 339. nu. 10. vol. 2. & fuit resolutum per Rotam Rom. in præcit. Casalis 21. Maij 1593. coram Seraphino, & vide in eadem 28. Iunij 1593. coram eodem.

4 Amplia secundo, etiam si contractus fieret cum Papa, qui vt persona priuata contraheret l. si consul. ff. de adopt. Ioan. And. in cap. qui tacet, de regul. iur. in 6. Abb. in cap. veteri num. 11. de elect. & in cap. 2. sub nu. 2. de decim. & in cons. 11. n. 3. vol. 2. faciunt tradita per Felin. in cap. ex literis sub nu. 10. vers. secunda conclusio de probatio. Tiraq. de leg. conub. glos. 7. nu. 23. Capyc. decis. 203. n. 3. & fuit resolutum in dicta Romana Casalis 21. Maij, & vide eandem 28. Iunij.

5 Nunc limita, & primo si auctoritas Papæ non fuisset ritè interposita, quia tunc esset subreptitia Dec. cons. 142. Alex. cons. 31. vol. 1. Alciat. respons. 91. nu. 3. & seq. Rot. in d. Rom. Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. coram Cantuccio Rot. diuers. decis. 95. n. 2. par. 2.

6 Limita secundo, vt auctoritas Papæ non suppleat defectum causæ, Gemin. cons. 48. n. 9. Decius cit. consil. 142. nu. 5. Menoch. cons. 122. vol. 2. Laur. de Rodulf. in cap. fine exceptione 12. q. 2. Couar. var. resol. lib. 2. ca. 17. num. 2. Rota in vna Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Seraphino, & iterum in vna Senen. prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, Rot. diuers. decis. 178. nu. 3. par. 2.

RESOLVT. XXXV.

An assensus Apostolicus requiratur in alienatione ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ facta.

1 *Solemnitates extrauag. Ambitiosæ in venditione ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ facta nō requiruntur, & quare.*

1 IN quæstione ista respondeo cum decisione Triuis. 56. par. 2. qui firmiter tenet in præfata alienationis specie non requiri solemnitatem extrauag. Ambitiosæ. Cuius decisionis est ratio, quia finis prohibitionis de non alienandis bonis Ecclesiæ, fuit in consulendo Ecclesiæ indemnitati, secundum Monald. cons. 91. nu. 3. vol. 1. Rub. decis. final. & Ecclesia ibi accipitur pro vniuersali, non cuiuscumque particularis, quæ vniuersalis Ecclesia, etiam si vna particularis bona sæcularib. alienat, fit præiudicium ipsi Ecclesię vniuersali, & Sanctissimis pro tempore sedentibus Pontificibus, sed si vna particularis alteri alienat Ecclesiæ itidem particulari, nihil vniuersali deperit quę si modo sub inuocatione vnius, vel alterius Sancti subsistant, semper sub Ecclesia vniuersali remanent, cum illius dispositione. Quod tamen non seruatur in praxi in Rom. Curia.

RESOLVT. XXXVI.

An assensus Apostolicus requiratur in alienatione terrularum, rerumque Ecclesiæ modici valoris.

1 *Assensus Apostolicus, in terrularum alienatione, rerumque Ecclesiæ modici valoris non requiritur, & quare nu. 2. nec etiam si prælatus iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto num. 8.*
3 *De Modicis non est curandum.*
4 *Restitutio in integrum pro modica læsione non datur, nec etiam redhibitoria pro modica læsione competit nu. seq.*
6 *Remissio mercedis pro modica sterilitate non est facienda.*
7 *Lex generaliter loquens, modica non includit.*
8 *Terrulæ, quæ dicantur, & qui valor est necessarius.*

1 REspondetur negatiuè per tex. expressum, ac vulgatum in cap. terrulas 12. q. 2. quam opinionem referunt, ac sequuntur Caualc. decis. 46. n. 8. & 75. par. 1. Dec. cons. 142. n. 5. col. 4. vers. non obstat successiuè, & idem Borgnin. decis. 45. nu. 4. ead. part. 1. Rodoan. in Rub. de casibus in quibus fit alienatio n. 22. Villagut. decis. 52. num. 1. & per totum; Balb. decis. 29. Tess. fori Ecclesiastici cap. 15. num. 23. par. 1. Graff. cons. 2. volu. 2. post Ann. in cons. 36. num. 33. Card. Tolet. lib. 5. Instruct. sacerdot. cap. 91. in fine, & ita pariter refert decisum Guido Pap. decis. 156. Nauarr. in cons. vnico nu. 6. de feudis.

2 Cuius conclusionis est ratio, quia in generali prohibitione alienationis modica non veniunt, Abb. in cap. vtsuper de reb. Eccl. non alien. Fel. in cap. fin. in fin. de sponsa. post Bald. in cap. si proponente num. 5. & seq. de
3 rescript. & in cons. 91. vol. 1. & de modicis non curatur l. scio ff. de integr. restit. hinc fit, quod restitutio in integrum pro modica læsione non datur d. l. scio, & l.
4 penultim. ff. de Minor. cap. penultim. de reb. Eccl. non alienan. Gabriel. de restit. in integrum concluſ. prima, vbi de communi, Bursat. cons. 27. num. 17. Sfort. de restit. in integr. q. 4. art. 12. num. 105. Cald. in l. si curatorem num. 7. C. de rest. in integr. quemadmodum redhibitoria non competit pro modica læsione Bald. in l.
5 fin. ff. de redhibit. actio. nec pro modica sterilitate fit
6 remissio mercedis l. si merces, §. vis maior ff. locat. Bois. de remiss. mercedis num. 107. Carroc. decis. 100.
7 Benit. decis. 7. & Valas. decis. 30. & lex generaliter loquens modica non includit Soccin. in fall. 129. quem

tex.in cap.terrulas ampliant procedere etiam prælato
8 iurante non alienare inconsulto Rom.Pontifice, Abb. in cap.vt super nu.15. de reb.Eccles.non alien. Borgn. in decis.45.nu.75.p.1.

Sed quæstionis est cuius valoris debeant esse præfata prædiola,seu terrulæ,glos.in dict.cap. terrulas ponit exemplum in prædijs valoris 20.solidorum, quam opinionem refert,ac sequitur Archid. in cap. si quos ead. caus.& q.Alciat.cons.23. num.6. & sequent. contraria tamen sententia est magis recepta, & iuri consona ,vt scilicet iudicis arbitrio remittatur,quæ sint terrulæ, vt voluit Rodoan.q.10. Canoph.in repet.huius Paul. nu. 45. Quaranta in summa Bullar. in verb. Alienatio.rer. Eccles.num.41.Prax.Curiæ Archiepiscopal.Neapol.c. 73. num.3. qui consuetudinem terræ,& temporum, locorumque qualitatem attendere debet, & inspicere conditionem Ecclesiæ, si sit pauper vel multum abundans,vt voluit etiam Abb. in cap.1. nu.8. de in integr. restitut.

RESOLVT. XXXVII.

An in alienatione bonorum hospitalis requiratur assensus Apostolicus.

1 *Hospitale ,quando locus pius dicatur , & quando profanus .*
2 *Octo de modis , an hospitale sit authoritate Episcopi erectum cognoscitur.*
3 *In dubio hospitale an dicatur locus pius .*
4 *Causa,& solennitas In alienatione rei hospitalis autnoritate Episcopi erecti requiritur .*

PRo huius quæst.explicatione,primo est videndum, an hospitale dicatur pius locus , & prima sit con-
1 clusio , quando hospitale est erectum Episcopi authoritate dicitur locus pius,& venit appellatione Ecclesię & gaudet ipsius Ecclesiæ priuilegiis cap. ad hoc de relig.domibus cap.2.de for.comp.Felin. in cap. de quarta num.3.& 34.de præscript.Lambertin.de iurepatron. lib.1.q.11.Paris.cons.36.num.15.& 17. in cons.44. nu. 5.vol.4.Gabriel de pia causa concluf.2.num.1.& 4. Fuscus de visit.lib.1.cap.13.n.10. Mascard.de prob. conclus.869.num.9.cum seq.

Secunda conclusio est,quando hospitale non est erectum authoritate Episcopi,non dicitur beneficium , & per consequens pius locus , Mohed. decis. 18. de caus. post.& proprietat.Crescent. decis.1. de priuileg. Card. Put.decis.161.par.1.Rota diuersor.decis.725.num.7.& decis.739.n.9.par.1.& decis.114.par.2.Sair.decis.1. ex Nauar.de relig.domib.Paris.d.cons.36. n.17. & consil. 44.num.5.volu.4.& alter Paris.de resign.benef.libr.11. quæst.3. nu.44. & 76. quod verum est, si non datur in titulum Felin. in cap. ad audientiam il 2.num.1. de rescrip.& in d.cap.de quarta,num.15. Gomes. super reg. de triennali possess.

Tertia sit conclusio,quod tale hospitale non dicatur locus pius, sed profanus , & nullo gaudeat priuilegio Ecclesiæ,gloss. in clem. quia contingit de relig.domib. DD.in d.cap.2.de foro compet.Bal. in Authen.hoc ius porrectum,C.de sacrosan.eccl.Rom. cons.477. num.3. Lambertin.d.artic.11.num.3.Felin.in d. c.de quarta, num.1.& 5.Gabr.d.concl.2.num.9.Paris.d.cons.36. nu. 15. vol.4.Rodoan.de rebus eccl.non alienan.q.49. sub num.7.fol.173.

2 Sed ex quibus cognoscitur hospitale fuisse erectum Episcopi auctoritate dicas, ex pluribus: Primò , si fuit ædificatum in forma Ecclesiæ : Secundo , si in eo fuerit campanile erectum cum campana, ibique diuina celebrantur,Arch.in c.nemo,de consec.dist.1.,Rom.d.consil.477.n.13.Mascard.de prob.concl.869.n.2.cum seq. Rot.diuers.in cit.dec.725.num.1.2.& 5.Tertio si haberet nomen Sancti sibi appropriati,Fel. d.cap. de quarta num.13. vers.signa cognoscendi , Menoch. de præsumpt.lib.4.præs.115.n.4. Quarto,si in eo fuerit seruata hospitalitas per tempus antiquissimum,Gab.d.concluf.2.n.6.Quinto,si in eo essent sepulturæ,vel cœmiterium,glos.in d.clem.quia contingit. Rom. d.cons.477. n.11. Septimo,si reciperet decimas,Rom.loco citato , n.12.Octauo,si collectas non solueret,Valas. dec.105. & Roman.cit.cons.

3 Non existentibus autem præfatis signis,hospitale,in dubio profanum præsumitur,quamuis in eo pium opus exerceatur,Rom.cit.cons.uum.13.præsertim si per laicos regeretur,Balb. cons.90.licet hæc ratio non videatur tuta,secundum Rot.Rom. in d.decis.275.num.6.& decis.106.& 122.par.2.Gab.cons.193.n.2.vol.1.Caual. decis.17.num.70.par.2.

His supposítis firmo conclusionem,quod in hospita-
4 le erecto Episcopi auctoritate,requiritur eadē solemnitas,& causa,quæ in alienatione rerum ecclesiæ , Fel. in d.cap.de quarta,n.5.Gab.d.concl.2.n.9.Abb.consil. 104.vol.1.Paris.d.cons.36.num.24.vol.5.Card.Put.dec. 519.part.2.Rota Bononiens.decis.13.Magon.decis.19. Rot.Flor. quod hodie indubitatum esse dicitur,cum in Bullis Apostolicis super alienatione rerum ecclesiæ specificentur etiam loca pia.

RESOLVT. XXXVIII.

An assensus Apostolicus requiratur in concordia super decimis.

1 *Assensus Apostolicus in concordia super decimis requiritur,& an hac concordia liget successores .*
2 *Assensus Apostolicus non requiritur,quando in exigendo adsit difficultas .*
3 *Paupertas à decimarum solutione excusat .*
4 *Decimæ præscribi possunt .*

1 HVius decis. casus est per Thom. Triuis. Rota Venet. decis.29. part.1. vbi fuit dictum,quod alienatio, præscriptio , vel compositio de decimis fieri nequit,nisi de assensu Summ.Pontif.Vnum tamen in præsentiarum nota, quod concordia super decimis non ligat successores , nisi auctoritas adsit Apostolica, c.veniens,de transact. Abb. in cap.ex multiplici, nu.2.& c. cum homines,num.4.de decimo.Verall.decis.165.par. 3.Seraph.dec.22.par.1.& fuit dictum in vna Messanen. præeminentiarum 1585. coram Blanchetto , & in vna Conchen.limitum decimarum,4.Maij 1597.coram eodem,& in eadem Conchen.5. Maij 1597. coram Litta, & iterum fuit dictum , quod concordia super dimissione partis decimarum debitarum a laicis facta à personis eccelesiasticis non valet absque authoritate Apostolica,nec Episcopi consensum sufficere, prout apparet in causa Nouarien.Decimarum 28. Maij 1593. coram Arigonio .

2 Limita primo, quando adesset difficultas in exigendo,quia tunc valet concordia,Monald.cons.22.& propterea fuit visa Rotæ iusta concordia super decimarum reductione ad vigesimam stante exactionis difficultate,& paupertate soluentium, ita fuit resolutum in vna Eccleſien.confirmationis concordię 20.Februa-
3 rij 1597. coram Seraphino : hinc est quod paupertas excusat à soluendis decimis,Franciscus Marchus deci. 198.part.2.

4 Limita secundo in tacita compositione , puta per præscriptionem,quia decimæ præscribi possunt , Guid. Pap.decis.24.

An

An assensus Apostolicus in cappellarum concessione sit necessarius.

RESOLVT. XXXIX.

1 *Cappellæ tripliciter concedi possunt.*
1 *Cappellæ vendi non possunt', nec veniunt in domus venditione.*
3 *Sepulturæ in ecclesia priscis temporibus laicis non concedebantur.*
4 *Dominium nullum rei sacræ potest haberi.*
5 *Vendere dominium sepulturæ est simonia.*
7 *Assensus Apostolicus in cappellarum concessione, quando requiratur, & quid Neapoli seruatur.*
7 *Concessa capella, vel ecclesia, an ius funerandi datum censeatur, vbi etiam de clausula necessaria apponenda à tabellione in contractu cappellarum concessionis, nec non si licentia tacita sufficiat, & quomodo ista tacita colligatur.*

1 REspondetur, cappellas præfatas tripliciter concedi posse. Primo, vt is, cui datur, fiat eius dominus, & sic nullo modo dari potest, etiam cum Episcopi auctoritate, iuxta ea, quæ traduntur per Menoch. cós. 2 115. vol. 3. ratio potest esse duplex. Prima, quia cappellæ non possunt vendi Bart. in l. 1. §. ne eius, ff. de operib. pub. hinc est, quòd inuenditione domus non venit cappella, idem in l. Aufilius, ff. de priuil. cred. laicis enim 3 primitiuis temporibus, sepultura in ecclesia non concedebatur, cum talis locus specialiter erat Deo dicatus, c. percipimus, 13. q. 2. & Rota in vna Pampilonen. sepult. 30. Maij 1531. coram Decano; licet iste rigor hodie sit mitigatus, vt tenuit Rota in vna Pampilonen. sepulturæ de Artaxana. 23. Ianuar. 1608. coram 4 Caualerio. Secunda est ratio, quia rei sacræ dominium nullũ potest haberi, vt in c. causam, de præscript. Abb. 5 in c. cum laicis, n. 5. de reb. eccl. alien. vel non, & hoc modo vendere sepulturas est simonia, secũdum Io. Carafam in tract. de simon. in fi. n. 140. & iuxta dec. Grat. 26. Secundo potest dari cum translatione iuris vtendi, & impediendi, ne alij vtantur, & tunc, cùm sit vera alienatio propter translationem iuris vtendi, requiritur assensus Apostolicus, Nauarr. cons. 1. de sepultur. Sair. dec. 2. eod. tit. & tenuit Rot. in vna Bonon. sepulturæ, 13. Maij 1570. coram Litta. Tertio modo potest concedi nudus vsus absque translatione alicuius iuris, & dicitur vsus facti, & commoditas, prout considerat Fel. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 87. ext. de const. quem vsum possunt habere seruus, & monachus, idem Nauarr. in comment. 1. nu. 13. de regular. qui dictum vsum meram detentionem appellat ad nutum superioris, & tunc in huiusmodi concessione non requiritur assensus Apostolicus, cum nullum ius transferatur in aliquem, 6 & sic potest intelligi, quod Dominus Quaranta docuit in sum. Bulla verbo alien. n. 39. cum dixit concessionem cappellarum ad vsum destinatum non esse alienationem: Neapoli tamen aliquando vidi practicari, quod capellæ conceduntur absq; reseruatione assensus Apostolici, quia de consuetudine possunt vendi, prout dicimus de sepulchris, quæ per Episcopum possunt concedi, & aliquid pro eis accipi, Abb. in c. abolendæ de sepult. quod est ratione situs, vel dignioris loci, quæ non videntur spiritualia, vnde poterunt vendi tanquam non necessaria ad sepulturam, maximè ex consuetudine, Sot. de iust. & iure, lib. 9. q. 7. art. 1. Pet. de Arag. sup. D. Th. 2. 2. q. 110. art. 4. Grat. li. 1. discept. forens. c. 210. & cit. dec. 26. n. 5. quæ dicta consuetudo erit seruanda, prout dicimus de consuetudine, quod aliquid percipiatur pro sepultura, Castrens. cons. 369. & cons. 363. li. 1. & 401. eod. lib. Bellam. cons. 31. col. 4. in fin.

7 Animaduertas tamen in praxi, quod concessa cappella, vel Ecclesia per Episcopum non censetur datum ius funerandi, nisi expressè fuerit dictum, Vitalinus in clem. dudum §. huiusmodi de sepult. Archid. in ca. 7. de pact. in 6. Bellam. in c. fin. n. 6. de reb. eccl. non alien. & fuit per Rot. resolutum in vna Auenionens. concessionis cappellarum 13. Ianuar. 1587. coram Litta; propterea tabelliones animaduertant, quod in contractu concessionis cappellarum clausulam cum iure funerandi apponant; licet sufficeret quandoquidem licentia tacita, construendi sepulchrum, vt per Rot. diuers. decis. 222. p. 1. vbi etiam subdit, quod colligitur dicta licentia tacita; quando sepulchrum est in loco patenti, & non fuerit per Episcopum contradictum, & dicta cappella per eum visitata.

Assensus Apostolicus an requiratur in donatione iuris patronatus Ecclesiastici facta laico.

RESOLVT. XL.

1 *Bona Ecclesiæ sine causa alienari non possunt. Assensus commendatarij vim assensus Abbatis non habet.*
3 *Dicto illius, qui actum facere non potest, non est standum.*
4 *Consensu Abbatis non intercedente, iura Monasterij non sunt distrahenda.*
Commendatarius donare non potest.
5 *Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione hodie debet esse.*
6 *Iuspatronatus ecclesiasticum absque solemnitatibus in laicum transferri non potest, secus autem in patronatu laicali, quia sola Episcopi auctoritas sufficit.*

IN hac quæstione respondeo cum decis. Rotæ Romanæ, quam Seraph. refert in decis. 1312. quę infrascriptis verbis complectitur; fuit resolutum, non constare de iurepatronatus Illustriss. D. Marchionis; illud enim prætenditur competere ex donatione illi facta à Monasterio de anno 1558. in qua enuntiatur consensus D. Andrææ de Norogna, tunc dicti Monasterij com- 1 mendatarij, verum cum bona Ecclesiæ non possint sine causa alienari, & maxime, transferendo iuspatronatus ecclesiasticum in personam laicam non valuit talis donatio, cum non fuerit facta cum debitis solemnitatibus ex causa euidentis vtilitatis, nec persona legitima interfuit Abbatis, cum tunc ille esset Commendatarius, non autem Abbas neq; de eius consensu aliter apparet quam ex assertione prioris, nec suffragatur confirmatio expedita per pœnitentiariam, quia cum non constet de prædicto consensu, nec stetur as- 3 sertioni illius, qui actum facere non potuit, ad Bart. in l. si forte n. 5. ff. de castr. pecul. Alex. cons. 17. nu. 5. & 6. vol. 4. Castrens. cons. 229. n. 8. vol. 3. vtique confirmatio in forma communi non suffragatur, cum sine consensu 4 Abbatis non potuerint distrahi iura Monasterij c. Abbatibus 12. quæst. 2. cap. cum in venditionibus 17. q. 4. nec Commendatarius potuit donare c. sine exceptione 12. quæst. 2. præterea ex dispositione Sacri Concilij 5 Tridentini, iuspatronatus debet esse ex fundatione, & dotatione, & ideo in personam Marchionis non potest esse, nisi ex priuilegio, vt Sacri Concilij Congregatio censuit, & ideo censetur sublatum per eiusdem Concilij dispositionem sess. 25. c. 9. & ita concluſum, hæc ille.

6 Ex qua decisione manifestè apparet, iuspatronatus ecclesiasticum non posse in laicum transferri absque solemnitatibus, de quibus in alienatione rei Ecclesiæ. De Patronatu verò laicali non dubitatur, quin sufficiat sola Episcopi auctoritas, cap. illud, & cap. nobis ext. de iure patronat. cap. 1. eodem titul. in 6. Verall. decis. 131. part. 2. & Achill. de Grass. decis. 10. de iur. patron.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione annuorum reddituum Ecclesiæ.

RESOLVT. XLI.

1 *Assensus Apostolicus in alienatione annuorum reddituum Ecclesiæ requiritur pluribus rationibus.*
2 *Annuus redditus loco rei immobilis habetur.*
3 *Annui redditus Ciuitatis absque solemnitate requisita in rerum immobilium venditione alienari non possunt.*
4 *Ecclesia, & Ciuitas quoad beneficium restitutionis in integrum, & solemnitatum adhibendarum in earum rerum venditione, & alienatione æquiparantur.*

COmmunis est DD. sententia, præfatum assensum in alienatione annuorum reddituum requiri, voluit Abb. in ca. nulli ext. de reb. eccl. non alien. Anchar. nu. 7. & seq. Imol. nu. 5. Mynsing. centur. 1. obseruat. 69. Maynard. decis. 7. Rodoan. quæst. 14. Menoch. cons. 25. num. 3. & seq. vol. 1. & consil. 334. num. 6. vol. 2. Monal. cons. 17. vol. 1. Bursat. cons. 16. & in cons. 41. n. 6. & seq. volum. 1. qui mouentur

Primò per tex. in l. iubemus nulli C. de sacrosanct. eccl. vbi nec quoque annui redditus ecclesiæ alienari possunt absque solemnitate.

2 Secundò, quia habentur loco immobilium clem. exiui de Paradiso §. cumq; annui redditus de verb. signif. Bart. in l. fin. in fine ff. qui satisd. cogan. Iafred. decis. 9. Camer. Imp. decis. 77. Mynsing. cent. 1. obser. 69. Thess. dec. Pedem. 160. Boer. dec. 209. Gaspar. Thes. dec. 2. p. 2. Anton. Faber dec. 49. C. de pœnis Thoming. dec. 39. p. 1. Viu. decis. 410. vol. 4. Guid. Pap. dec. 499. Gail. lib. 2. obseru. 10. Ambr. Rot. Episcop. Perus. dec. 5. Mart. Coler. decis. 59. Rotæ Germaniæ, & late Ego in Collect. 668.

3 Tertiò, quia annui redditus ciuitatis alienari non possunt absque solemnitate, quæ in venditione rerum immobilium requiritur l. fin. & ibi Bart. & Ioa. de Plat. C. de vendit. rer. Ciuit. li. 10. Alex. in l. fin. in fin. ff. de in ius vocan. Alciat. cons. 16. n. 3. Alban. cons. 169. nu. 4. &
4 seq. sed ecclesia, & Ciuitas pari passu ambulant, quoad beneficium restitutionis in integrum, & solemnitatum adhibendarum in earum rerum alienatione, Glos. communiter recepta in cap. auditis de in integrum restit. Caldas. in l. si curatorem nu. 169. C. de integ. restit. Sforz. Odd. in eiusdem nominis tract. q. 33. nu. 16. vbi de communi testatur.

Assensus Apostolicus an dicatur subreptitius, si summo Pontifici non fuerit significatum, quod res erat donata ecclesiæ cum alienationis prohibitione.

RESOLVT. XLII.

1 *Alienatio est omnino prohibita, quando, & legis, & hominis prohibitio adest.*
2 *Prohibitio hominis non alienandi, facit aliquando, vt Princeps deneget assensum.*
3 *Surreptio vt tollatur, quid est exprimendum.*

SVpponatur, prout etiã mihi accidit in facto, quod prædium sit relictum alicui Monasterio, pro substentatione familiæ eiusdem Monasterij cum expresso pacto, quod non potuisset vendi, dari, alienari, subiugari, nec alio quouis titulo transferri, sed semper permanere debuisset vinculatum pro substentatione prædicta cum pœna priuationis in casu contrauentionis, nunc quæstionis est, si præfata qualitas prohibitionis non fuerit expressa in breui si in euidentem operetur, vt subsequens assensus censeatur subreptitius, & respondendum est pro affirmatiua opinio ne ex plurib.

1 Tum primo quia concurrit prohibitio tam legis, quam hominis, quo casu alienatio est omnino prohibita etiam in casib. alias permissis, Soc. cõs. 75. n. 4. vol. 1. Bursat. cons. 330. nu. 9. vol. 3. Ann. cons. 38. nu. 54. & seq. vol. 1. & in casu vtilitatis, Afflict. decis. 17. nu. 5. vbi allegat glos. in cap. verum de condit. appos. Mastrill. decis. 77. volum. 1. Caualcan. decis. 29. nu. 35. lib. 1. & in specie de reb. ecclesiç cum prefata conditione donatis tradit Mantic. de coniect. vltim. volun. li. 9. tit. 10. n. 12.

2 Tum secundo quia talis alienandi prohibitio ab homine facta operatur, vt assensus præstari non debeat per Principem, sitque iusta causa illum denegandi, præsertim in re feudali alienari prohibita, vt tradit Anna in constit. diuæ Memo. nu. 46. vbi sic fuisse seruatum tempore Regentis Villani viri doctissimi testatur, vt refert Fabius eius filius citat. cons. 38. nu. 57.

Tum tertio quia si hæc Summ. Pontifici narrata fuisset, aut Breue non concessisset, aut maiori cum difficultate, & propterea sequitur regula iuris, quod omissio iuris, quod si fuisset expressum, non fuisset concessum, vitiat rescriptum, & operatur, vt gratia cẽseatur subreptitia c. super litteris ex. de rescript. l. 1. Cod. si cont. ius Iser. in cap. Imperialem num. 5. de prohibit. feud. alien. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 20. Rota decis. 31. de rescript. in nouis Mohed. dec. 32. eod. tit.

Et vt subreptio excludatur, non sufficit. id quod erat exprimendum obscurè, & sub generalitate narrare: sed clarè, & specificè omnia exprimi debent, alias rescriptum subreptitium, & nullum redditur Felin. in ca. ad audientiam n. 18. vers. fallit 1. de rescript. Soccin. cons. 273. n. 12. in fine li. 2. Cranet. cons. 636. n. 8. vol. 4. Natta consil. 368. n. 4. volum. 2. Hondedeus cons. 27. nu. 65. vol. 1. & Anna cit. cons. nu. 48. vol. 1.

Tum tandem, quia pro hac opinione extat in terminis decisio Rotæ Romanæ 46. post decisio. Caualcan. impressa, & Suarez q. 91.

An in transactione rei ecclesiæ assensus Apostolicus requiratur.

RESOLVT. XLIII.

1 *Assensus Apostolicus in transactione ecclesiasticæ rei requiritur & quare num. 2.*
3 *Assensus Apostolicus in duobus transactionis casibus non requiritur.*

1 COntrouersiæ non est locus, secundum me, quod in transactione rei ecclesiæ eędem solemnitates requirantur, quæ in alienatione, Feder. de Sen. consil. 94. Aymon. cons. 323. sub n. 1. vers. dico quod Prælatus, Rebuff. de alienat. rer. eccl. n. 66. & Rodoan. in eiusdẽ nominis tract. c. 1. n. 12. & 18. Bart. in l. nulli ff. de transact. Abb. in cap. contingit, eod. tit. n. 3. Roland. cons. 15. vol.
2 1. Barbat. in Rub. de reb. eccles. non alien. n. 4. Franch. in ca. 1. in fine, eod. tit. in 6. & ratio est, quia transactio dicitur vera alienatio, Bartol. in l. 1. nu. 3. C. si aduers. transact. Caputaquens. decis. 106. & decis. 165. par. 1. & 318. part. 3. Farinac. de inquis. quæst. 15. nu. 8. Thes. fori eccl. cap. 15. nu. 81. par. 1. & Antonin. li. 1. variar. resol. cap. 26. & fuit resolutum in Rota in vna Auersana tenimenti 27. Ianuar. 1583. coram Rubeo, & 23. Iunij 1594. coram Gipsio, & in Nauarien. decimarum 28. Maij 1593. coram Arigonio, & in Mediolanens. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio, Iason. in d. l. nulli Ruin. cons. 129. vol. 5.

Amplia procedere etiam si res sit penes aduersariũ, & in trãsactione agatur vt penes illum remaneat, quia nec etiam in tali casu erit valida, Bart. Ias. & alij in d. l. nulli per Glos. in l. cum his §. si anni, verbo trãsactione ff. eod. Bald. cons. 127. vol. 2. Ias. cons. 327. nu. 10. & seq. vol. 2. Pinell. in l. 1. part. 2. post num. 45. ad finem vers. adducitur Cod. de buon. mater. Roland. d. cons. 15. nu.

44. in

44.in fine.volum.primo Caputaq.d.decis.106.par.1.& fuit dictum in vna Mediolanen. emphyteu. 1. Maii 1591. coram Mantica.

3 Limita nunc, & 1.vt non procedat in rebus ecclesiæ nondum incorporatis, quoniam in eis cadit transactio absque vlla solemnitate, Franch. in c.1. in fine de reb. eccl.non alien.in 6.Rebuff. d. compend. n.21.Roland. d.consil.15.vol.1.& quando censeatur prohibita transactio tradit Aymon. consil.197.

Limita secundo, & intellige, quando res ecclesiæ per Prælatum aliis dantur, vel alienantur, secus si ecclesia retineat,licet aliquid det,vel faciat,Bartol.in d. l.nulli n.2.& ibi Iason n.2.Pinell.in l.1.part.3. num.45. Cod.de buon.mater.Ruin.d.consil.129.num.3.lib.5.& Roland.d. cons.15.num.43.vol.1.

Assensus Apostolicus an requiratur in dismembratione fructuum.

RESOLVT. XLIV.

1 *Dismembratio vera, & propria alienatio dicitur.*
2 *Coadiutor ecclesiam vnitam dismembrare non potest.*
3 *Episcopus non potest dismembrare parochiæ fructus pro nouis canonicatibus in ea erigendis.*
4 *Ministri pro Missis cantandis in parochiali ecclesia sunt tantum ad bene esse.*

1 CVm dismembratio dicatur vera, & propria alienatio,propterea in ea requiruntur eædem solemnitates,quæ in alienatione rei ecclesiæ, Rota dec.1. de reb.eccl.non alien. in nouis,Ioan.Andr.in clem.si vna, vers. defensor,eod.tit.Franch.& Gemin.in c.1.eod.tit. in 6.Rebuff.in compen.alienat.n.68. & propterea non
2 licere Coadiutori dismembrare ecclesiã vnitã; & in ea erigere iuspatronatus, cum dismẽbratio dicatur alienatio fuisse in Rot.Rom.in vna Bergomen.decisum testatur Achill.de Graff.dec.1.de rebus eccl.nõ alien.& propterea bis fuit in Rota resolutum in vna Marsicana,non potuisse Episcopũ dismembrare fructus parochię pro nouis Canonicatibus erigendis in ea,cum nu-
3 merus parochianorũ non fuerit talis quin Rector cũ vno clerico in administratione Sacramentorum non posset supplere, c.vt quisque, vbi Card.Imol. & alii de vit.& honest.clericor.Cassad.dec.19.de præbend. Verall.dec.222.par.3.Rebuff.de congrua.n.65.præsertim cum non fuerit probatus defectus seruitii, ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinẽ parochianorum aliqui decesserint sine Sacramentis, & tanto magis,quod Canonicis,seu coadiutoribus nouiter erectis non fuit impositum aliquod onus adiuuãdi Rectorem in Sacramentorum administratione,& alias non sint necessarii, cum ministri pro missis cantandis, & Horis Canonicis in ecclesia parochiali sint tantum ad bene esse, vt alias fuit in Rota resolutum in vna Legion.congruæ 11.Aprilis 1587. coram Lauretano.

Nec poterit dicta dismembratio vigore Conc. Trident.subsistineri,quandoquidem sacra Congregatio relata à Rota in d. dec. censuit Episcopũ nõ potuisse ex fructibus huius parochialis erigere Canonicatus, ita fuit resolutũ in Rota in vna Marsicana dismẽbrationis fructuum 14.Februar.1594. coram Pamphilio,quæ omnia refert prax.Cur.Archiep. Neap.c.75. in annot.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Confraternitatum.

RESOLVT. XLV.

1 *Confraternitates pia loca possunt dici.*
2 *Quarta portio de relictis Confraternitatibus Episcopo debetur.*
3 *Episcopus Confraternitates visitare potest.*
4 *Confraternitates multa pietatis, & misericordiæ opera exercent.*
5 *Extrauag.ambitiosæ,in alienatione omnium piorum locorum auctoritate Episcopi fundatorum procedit, & n.6.*
7 *Confraternitas quando pius est iudicandus locus.*
8 *Confraternitas aliquando pius iudicatur locus, Episcopi non accedente auctoritate.*
9 *Præcedentiæ confratrum in processionibus, à quibus sint cognoscendæ ac terminandæ.*

1 PRo huius decisionis explicatione erit primo vidẽdum,an huiusmodi confraternitates dicantur loca pia, & in terminis, quod benè dici poterunt pia loca,voluit Specul. in titul.de instrum. edit.§.nunquam, num.62. Io. And.in cap. Ioannes, vers. vnum est quod refragatur,de testam.Abb.in c.fin.2.not.eod.tit.Castr. cons.167.n.4.vol.2.Alex.cons.219.nu.2.vol.1.Rebuff. in tract.de confratribus n.2.Gabr.de pia caus.concl.1.
2 n.4. & seq. Valas.dec.105.quæ conclusio patet ex pluribus, tum quia de relictis huiusmodi confraternitatibus, tanquam relictis piis locis, quarta Episcopo debetur.Barb.cons.1.n.4.vol.1.Alex.cons.102.nu.5.vol. 7.Vbald.de Canon.Episcop.c.15.nu.5.& seq.tum quia
3 Episcopus potest, & debet has confraternitates, vti pia loca,visitare,Fed.de Sen.cons.111.tum etiam,quia legatum piæ causæ factum, huic Confraternitati concedi poterit,Castren.cons.5.vol.2.Alex.cons.102.n.3.
4 vol.7.Dec.plures citans cons.72.col.3.vers.3.volum.1. Paris.cons.34.n.5.vol.3.tum denique,quia in prædictis Confrateriis opera multa pietatis,& misericordiæ exercentur,Capra cons.54. n.10. Dec.cons.72.

Hoc supposito fundamento, pro præsentis decisionis resolutione, constituo tres iuris verissimas conclusiones.

5 Prima sit conclusio,extrauag.ambitiosæ,procedere etiam in alienatione omnium piorum locorum, Abb. in cap.nulli,in fin.eod.tit.Franch.in cap.1.eod.tit.in 6. Paris.cons.34.vol.4.Fel. cons.12. & in cap.de quarta, de præscript. Dec.d.cons.72. & 158. volum.1.

6 Secunda conclusio est declaratoria primæ, vt scilicet,tunc tantummodo procedat,quoties præfata loca fuerint Episcopi auctoritate fundata, seu erecta, Rebuff. in compendio alien. rer.eccl. num.56. & 57. Rodoan.q.28. num.12. Affl. de iur.protho. num.12. Cæsar.de Barz. Rot. Bonon. decis. 124. Valas. decis.105. Sair.decis.3.de relig.domib. de Ponte cons. 18. vbi latissimè.

Tertia sit conclusio, quoties bona in d. Confraternitate eo animo sint congesta,vt ad opera ecclesiæ, siue oratorii necessaria, & ad diuinum cultum, necnon ad sacros apparatus,& alia Ecclesiæ ornamenta, atque ad pauperes subleuandos, puellasque miserabiles nubendas,necnon pro eleemosynis erogãdis Sacerdotibus ibi celebrantibus,'pro substentatione Presbyteri Rectoris ordinarii in eadem ecclesia existentis, atque etiam pro fabrica ad eiusdem Ecclesiæ, siue oratorii commodum,& ornamentum, & alia demum onera, quę pro diuino cultu incũbunt,tunc enim existentibus
7 prefatis,talis locus erit iudicandus pius,ac religiosus, nec vtique bona poterũt alienari absque solemnitatibus requisitis in alienãdis bonis ecclesiæ, ita Menoch. de recup.poss.remed.15.n.36.Zab.cons.11.col.1.& per totum, & in cons.13.in princ.Socc.Senior.cons.82. sub n.34.vol.4.quam conclusionem procedere etiam Episcopi in ipsius erectione non intercueniente auctoritate, veluti Rebuff.in d.comp. numer.34. Guttier. lib.1. cano. q.cap.9. in fine, Cæsar. Barz.d. dec.124.Ioseph. Ludou.dec.Perus.93.hinc in Rota dictum fuisse:quoad prohibitionem alienationis nullam esse differentiam inter bona ecclesiastica, & confraternitatum laicalium refert Seraph.in decis.724.num.7.

De

De præcedentiis autem confratrum in proceſſionibus publicis,à quibus iudicibus veniant dirimendæ,& Nauarr.conſ.3. de foro comp. & in ſumma bullarii in verbo Præcedentia.

9

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in impoſitione cenſus ſuper re eccleſiæ.

RESOLVT. XLVI.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus in impoſitione cenſus ſuper eccleſiæ rebus requiritur.*
2 *Alienatio rei eccleſiaſticæ quando dicatur vtilis.*
3 *Impoſitio cenſus pro litis ſubſtentatione eſt vtilis.*

1 AFfirmatiuè reſpondetur per tex. expreſſum in c. nulli,eod.tit.ibi(neq;ſpeciali hypotheca)Couar. lib.1.var.reſol.c.17.& Molin.de contract.diſp.q.466.

2 Vnde dicetur alienatio vtilis, ſi huiuſmodi cenſus impoſitio fit pro alio cenſu extinguendo, per quem maiori intereſſe grauabatur eccleſia, Monald. conſ. 22. vol.1. & ita fuit reſolutum in vna Gadicenſ. cenſuum 23.Ianuarij 1595.coram Seraphino.

3 Et idem eſſet dicendum,ſi fiat impoſitio cenſus à capitulo pro ſubſtinendis litis expenſis.Gloſ.DD.in c.vt præteritam,ext.de elect.DD.in l.1.& ibi Pinell.part.2. nu.68. C.de bonis mat.Goza.conſ.94. n.34. poſt Bald. conſ.22.n.6.& ſeq.vol.1.Bertach.de Epiſcopo,p.3.nu. 75.q.39.Rodoan.de reb.eccl.non alien.cap.17.n.26.& ſeq.pag.402.& fuit reſolutum in d.Gadicen.cenſuum.

Aſſenſus Apoſtolicus an exigatur in inueſtiendo pecuniam eccleſiaſticam.

RESOLVT. XLVII.

1 *Procurator monaſterij inueſtiens in quadam domo pecuniam monaſterij exactam (ne infructuoſa remaneat) abſque ſolemnitate,pœnis extrauag. ambitioſæ, non ligatur, & quare num.2.*
3 *Pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
4 *A communi opinione in iudicando non eſt recedendum.*

1 PRæſuppoſito mihi in facto, quod ad manus cuiuſdã eccleſiæ,vel monaſterii procuratoris certa pecuniarum quãtitas per eum exacta eidem monaſterio pertinens,peruenerit, illamque (ne infructuoſa remaneret)inueſtierit in quadam domo,ſolemnitate nõ ſeruata;propterea fuit coram me dubitatum an ob dictã pecuniæ alienationem, licet inueſtierit in dicta domo, idem procurator inciderit in pœnas contentas in extrauag.ambitioſæ.Ego reſpondi,præfatum procuratorem non ligari pœnis,& cenſuris præfatæ extrauag.ſiquidem dict.conſtitutio non prohibet ea bona eccleſię alienari quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, prout erat pecunia præfata;immò quoad illam,licentiam impartitur,vt alienari valeat, prout ibi dicit tex.in princ. & Canoph. in repet.eiuſdem extrauag.ſub nu.75.& Monal.conſ.143.volum.1.Rebuff.dict.compend. de rebus eccl.non alien.n.25, Soccin.in fall.reg.3.num.2.

2

3 Et quod pecunia ſit de rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,tenet expreſsè,Alex.in l.1.§. fuit quæſitũ, ſub nu.4.ff.ad Treb.& in conſ.25.nu.6. vol.3. vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem DD. & idem ibidem firmat Ripa,ſimiliter dicendo,hanc eſſe communem opinionem ſub n.17.& ſeq. vbi dat etiam rationem, quare pecunia dicatur de rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quem ſequutus fuit Alex.Stiatic. ſub n.6. à qua communi opinione in iudicando minimè eſt recedendum, prout dicit Soc.Senior.conſ.239. ſub nu.9. in fin.volum.2.Dec.conſ.174. nu.1.vol.2.& Caſſador. ſuper reg.Cancell. deciſ.12. n.7.

An in alienatione bonorum Monaſterij requiratur conſenſus Conuentus.

RESOLVT. XLVIII.

1 *Conſenſus monaſterij,vel generalis congregationis in alienatione bonorum ipſius requiritur,& quare n.ſequent.*
3 *Alienatio facta à Cellarario ſolo ad modicum tempus abſque ſolemnitate valet.*
4 *Tractatus præcedens debet eſſe in alienatione bonorum monaſterij vltra conſenſum.*
5 *Tractatus duplex,& per duos ante dies requiritur in alienatione rerum Monachorum Sancti Benedicti.*
6 *Conſenſus, nec tractatus requiritur in alienatione rerum Monaſterij Papæ interueniente auctoritate.*

1 REſpondetur requiri conſenſum Conuentus, ſeu Generalis congregationis, vt per Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in tit.de loc.§.ſequitur,in verbo videtur,Bertach.de epiſcop.lib.4.p.4.q.39.n.113. Rebuf.in ſuo compend.n.82.Rodoan.in rub.de tranſact.n.29.& fuit reſolutum in vna Roman.Caſalis 23.Martij 1594.

2 coram Seraphino,&ratio eſt fauore publicæ vtilitatis, ne ſcilicet Eccleſię depauperentur,& propter intereſſe eccleſiæ exemptorum Monachorum Ang. conſ. 88. n.3.Soc.conſ.23.n.19.verſ.ſed huic interpretationi lib. 4.Surdus conſ.17.n.5.& ſeq.vol.1.poſt Tiraquel.de legib.connub.gl.6.nu.37. Rota diuerſ.deciſ.420.lib.2.& iterum fuit deciſum in vna Segobien.Siluę 10.Decembris 1586. coram Finetto, & in vna Romana Caſalis Longhezzę 22.Martij 1595. coram Seraphino.

3 Si tamen fieret à Cellarario ſolo ad modicum tempus,valeret etiam abſque alia ſolemnitate,Pariſ.conſ. 48.vol.4.& fuit reſolutum in Rot.Romana in vna nullitatis locationis 5.Decembris 1597.coram Millino.

4 Item vltra conſenſum conuentus, requiritur etiam tractatus,qui alienationem præcedere debet,cap.ſine exceptione 12.q.2.c.1.eod.tit. c. tua de his, quæ fiunt à prælat.Dec.dictis in locis,Rebuff.d.compend.de reb. eccleſ.nu.85.Rodoan. eod.tractat.in rub. de tranſact. pag.162.Rolan.conſil.15.num.10.lib.1.& fuit per Rotam reſolutum in vna Placentina aquarum 10. Febr. 1597. coram Orano.

Et in alienatione rerum Monachor.S.Benedicti,duplex tractatus, & per duos dies ante requiritur, Io. And.ad Specul. in d.titul. de locat.§. ſequitur, verſ. & nota,Bertach.de epiſcopo par.4.q.38.Rebuff. cit.loco num.82. & vide in deciſ. paulò ante citata.

5

6 Limita interueniente auctoritate Papæ, nam tunc conſenſus, nec tractatus requiruntur, cum illa faciat ceſſare inferioris auctoritatem, nec tunc ſolemnitates requirantur,Abb.in c.1. de confirmat. vtili, vel inutili,& in conſ.41.n.3.lib.1. Corn.conſ.348. nu.18.& ſeq. & conſ.96.n.23.lib.1.Rebuff.de alien.rerum eccl.n.15. verſ.fallit,Capyc.deciſ.16.n.1.in fin.n.4. Rota in cauſa iam dicta Segobien. ſpolij ſiluæ.

An in retrouenditione rei Eccleſiæ cum pacto de retrouendendo alienatæ requiratur ſolemnitas.

RESOLVT. XLIX.

1 *Retrouenditio eſt vera alienatio.*
2 *Laudemium an pro retrouenditione debeatur.*

1 REtrouenditio eſt vera, & propria alienatio, nam ex ea dominium transfertur, & ius in re,Bald.in l.ſancimus C.de reb.alien.nõ alien. & in Auth.hoc ius porrectum C.de ſacr.ſanct.eccleſ.Alex. in l.fin.n.13.& ſeq.ff.de in ius vocando,Rodoan.de reb.eccl.nõ alien. q.2.c.4. &'in materia eccleſiaſtica. verbum alienatio capitur largiſſimè Abb.in c.nulli eod.tit.Rodoan. d.q.

2.c.32. Menoch.cons.13.nu.6.vol.1.Raudens.cons.18. vol2.& quod venditio, cui adiicitur pactum de retrouendendo sit propria alienatio, videas Tiraquell. in tract.de retract.conuent. §.2.glos.1.nu.34.Alex. cons. 19. n. 6.vol.1.Alciat.cons.17.

Non obstat, quod retrouenditio, stante pacto redimendi, sit simplex resolutio primi contractus,& singitur retrò res non fuisse vendita,Bal.cons.90.vol.1.post
2 Bartol.in l.& ideo ff.de condict.furt. & propterea pro retrouenditione non deberi solui laudemiũ, Rodoan. d.tit.q.66.n.9.Ias.in l.ab emptione num.7. & seq.ff. de pact.Mansuer.in prax.in tit.de locat.nu.2. & in tit. de emptio.& vendit.n 19. quia retrouenditio est propria, & vera alienatio, vt supra dictum, at pro alienatione debetur laudemium secundum communem opinionẽ, idcirco etiam pro ipsa debetur, secundum DD. præsertim Cagn. in l.2. q. 82. Cod. de pact. inter empt. & venditio. Tiraquell.de retract.conu.§.6.n.7. quem refert,& sequitur Thessau.in decis.75.n.3. & per totum, Ant. in variarum resolut. cap.99.part. 1.

RESOLVT. L.

Assensus Apostolicus an sit necessarius in incisione arborum frugiferarum Ecclesiæ.

1 *Assensus Apostolicus non solum in bonis Ecclesiæ stabilibus requiritur,verum etiam in rebus solo cohærentibus.*
2 *Beneficiatus arbores non fructiferas incidere non potest, & quare.*
3 *Assensus Apostolicus in silua cædua, pro incidendo nemore, & arundineto non requiritur; sic pariter si arbores non fructiferæ inciderentur,& pro eis vtiles ponerẽtur num.4.nec etiam requiritur, si fundus ex tali incisione fructuosior fieret num.5.*

DVbitandum non est, quod prohibitio extrauag. ambitiosæ, non solum locum sibi vendicet in bo-
1 nis stabilibus Ecclesiæ, verum etiam in rebus solo cohærentibus,vt sunt arbores,quę solo cedunt, vt latissimè discutio in dec.mea,13.Sayr.dec.9.de reb.eccl.non alienan.Nauar.cons.6.eod.tit. de Rubeis cons.71.n.3. & seq.vol.1.latè Monald.cons.215.vol.2.Hercol.cons. 69.n.10.vol.1. Borgnin.cons.30.nu.6. qui refert, quod beneficiatus non potest incidere etiam non fructiferas,& contraueniendo incideret in pœnas huius Paul.
2 secundum Nauarr. citat.cons.6. Ratio est, quia beneficiatus æquiparatur vsufructuario,gl.in c.præsenti de offic.ordinar.in 6.& in c. fin. de pecul. clericor. Guid. decis.109. Caualcan.dec.30. par.1.Thes. decis.142. & vsufructuarius non potest incidere l. æquissimum §. fructuarius ff.de vsufruct.Ioseph.Ludou.decis.Perusin. 94. Cornaz.decis.Rotæ Lucens.65.

3 Limita primo,vt prefata conclusio non procedat in silua cædua,nemore,arundineto,& aliis arbor.cæduis, quæ per incisionem sunt in fructu,& renascuntur,quia per huiusmodi incisionem non deterioratur fundus l. diuortio §.si fundum cum seq.ff.solut.matrim. Bartol. in leg.qui fundum §.cum fundum ff.de contrah. empt. & in incisione eiusdem fundi redditus constitit l. silua cædua ff.de verb.signific.Bald.decis.93.

4 Limita secundo,si fructiferę arbores vetustæ,ac corruptæ exciderentur.vel non fructiferæ, & in earum locum aliæ vtiles substituerentur, Rodoan.c.7.q.79.Tiraquell.de retract.conuent.§.3.Glos.1.à nu. 23. vsque ad 50.Bald.in Authen.qui rem num.15.C.de sacrosan. eccles.& in cons.191.volum.2.Bart.& Ias.in d.§.si fundum,& in §. in pecudum instit.de rer.diuis.

5 Limita tertio, si ex huiusmodi incisione fundus fieret fructuosior, quam esset antea incidendo arbores opacas,siue quæ vmbram summam efficiunt,& quando nimia densitas noceret arboribus,& fructui ab eis ferendo,& impedirent fructuum augmentum, & vtilitatem aliarum arborum sufficientium prædio,Nauar. cit.consil.6. eodem tit. Artham. consil. 13. num.6. & seq.Alban.cons.170. vol.1. & cons.7. volum.2. Meren 60. num.4. Guid.Pap. consil.4. num.2.

RESOLVT. LI.

An assensus capituli vltra assensum Apostolicum in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa capitulari, requiratur.

1 *Assensus capituli in præsenti quæstione est necessarius, & quare num.2.*
3 *Assensus capituli non requiritur,quando euidens probatur vtilitas.*
4 *Assensus capituli magis solemnitatem, quam substantiam respicit.*

1 IN hac quæstione respondeo,dicendo, assensum capituli requiri per gl.expressam in c.1. in verbo defensore in fine, vbi Gemin. num. 7. in fine, & Franch. num.20.de reb.eccles.non alienãd.lib.6.Innoc.in c.nouit,vbi Abb.n.7.de his quæ fiunt à prælat.absq;consec. c.Monal.cons.143.vol.1.Rubeus Alexandrinus consil. 63.nu.5.& seq.Barcholten.cons.133.vol.2.& fuit resolutum per Rotam Romanam in vna Auximana bono-
2 rum 1.Februarij 1581. coram Illustris. Seraphino, & ratio est,quia interest capitulo, ne possessiones, & bona ecclesię alienentur.Innoc.in d.c.nouit.vbi Abb.cit. loc.Maynard.decis.16.par.3.Seraphin.decis.443.lib.1.

3 Declara primo, nisi probetur euidens vtilitas, quia tunc cessat istud interesse,& non est considerabilis defectus consensus capituli,vt censuit Rota in vna Senogallien. Prædij 10.Decemb.1568. coram Cotta,prout refert Seraphinus citat.decis.

5 Declara secundo, vt iste consensus magis solemnitatem,quam substantiam respiciat,Abb.consil.41.n.3. lib.1.Rom.cons.160.n.5. & seq. Dominicus consil.17. n.3. & fuit latè resolutum in citat. Auximana bonorũ.

RESOLVT. LII.

Assensus Apostolicus an mandati defectum suppleat.

1 *Alienatio facta per procuratorem est nulla: si de mandato non constat,vbi etiam Praxis pro iudice.*
2 *Mandatum procuratoris ad alienandum res Ecclesiasticas debet esse speciale.*
3 *Mandatum non præsumitur etiam si mille anni elapsi sint.*
4 *Emens ab aliquo, tanquam procuratore alicuius, semper malæ fidei præsumitur,nisi de illius mandato appareat.*

FActi contingentia pro præsentis decisionis intellectu tali pacto est proponenda: supponatur, quòd procurator cuiusdam prælati,seu rectoris alienauerat prædium ecclesiasticum virtute mandati,quod sibi asferebat esse præstitũ, pro qua causa impetrauit breue, si in euidentem,& postea repertum fuit prefatum procuratorem nullum habuisse mandatũ;quæstionis nunc est,an talis alienatio hoc modo facta sit nulla;& affirmatiuè est respondendum,secundũ quod decidit Rota
1 Rom.; teste Farin.decis. 207. Alienatio enim facta per procuratorem est nulla,si non constat de mãdato, Caualcan.decis.45.n.22.p.1.Maynar.decis.6.p.2.Mastrill. decis.Rotæ Siciliæ 77.vol.1.hinc est,quod Iudex debet animaduertere ad videndum mandatum, & si non appareat, debet contractum annullare, quia potest esse, quod mandatum esset generale ad alienandum quæcunque bona,quod nõ sufficit,sed necesse est, quod sit
2 indiuiduale ad alienandum tale prædium secundum Rodoan. de reb.eccl.nõ alien.fol.129.n.112.Raudens. decis.27.nu.15.Rub.decis.18.& Mastrill. citat.decis.n.

2.&

2. & cum sit quid facti non præsumitur ad hoc, vt factum dicto nomine valeat, vt tenet Bar. in l. 3. §. si causa cognita ff. de bonor. possess. vbi ait, hoc procedere,
3 etiam ex antiquitate temporis per mille annos, Affl. decis. 345. nu. 7. Cassad. decis. 3. de procurat. Garz. dec. 28. Mastril. d. decis. num. 3. Lotfred. cons. 20. num. 7. & ideo dixit Bart. in l. qui fundum in fine ff. de vsucap.
4 pro empt. quod qui emit ab aliquo tanquam procuratore alterius præsumitur semper malæ fidei, nisi appareat de illius mandato, & hanc esse magis communem opinionem post multos, qui eum secuti sunt: tenent Menoch. cons. 1. num. 79. vol. 1. Ceph. consil. 311. nu. 11. & cons. 441. num. 72. & seq. vol. 3. Surd. cons. 28. num. 8. dub. 1. Caualc. cit. decis. 45. num. 12. vbi subdit in num. 22. quod tali casu emptor dicitur in mala fide secundum Cur. & alios per eum relatos, ex quibus omnibus concludo alienationem factam per aliquem vti procuratorem esse nullam, licet primò assensum habeat Apostolicum.

RESOLVT. LIII.

Alienans saluo assensu Apostolico, an in censuras incidat, si ante ipsius expeditionem tradiderit possessionem.

1 *Clausula nec aliter, nec alio modo quid inducat.*
2 *Differentia inter clausulam saluo domini assensu, & clausulam nec aliter, nec alio modo.*
3 *Pœna extrauag. ambitiosæ est puniendus, qui vendiderit, & tradiderit possessionẽ rei ecclesiasticæ, cum reseruatione assensus, & cũ clausula, nec aliter, nec alio modo.*

VIdebatur dicendum, quod non, maximè si reseruationi assensus non adijciatur clausula, nec ali-
1 ter, nec alio modo, quia huiusmodi clausula conditionem inducit, Caput. decis. 82. nu. 3. par. 3. Cassad. decis. 2. nu. 7. de Simon. Bald. dec. 129. & inducit formam Bart. in l. de suis, ff. de transact. Dec. cons. 128. n. 11. vol. 2. Paris. cons. 19. num. 25. vol. 2. Natt. consil. 372. num. 5. Boer. decis. 243. num. 11. & fuit resolutum in Rota in vna Rom. domus 9. Nouembris 1588. coram Seraphino, & ideo hęc clausula est resolutiua contractus, & facit perinde, ac si nihil actum esset glos. in l. siquidem, vbi Bald. num. 3. C. de except. Alex. consil. 3. num. 4. volum. 1. Soc. cons. 251. num. 4. vol. 2. Ias. consil. 162. nu. 5. vol. 2. & cons. 86. nu. 6. vol. 1. Guid. Pap. decis. 163. Boer. decis. 243. nu. 11. Verall. decis. 83. n. 4. par. 3. Marth. in decis. Pisan. 197. & hæc clausula est voluntatis limitatiua & præseruatiua sui iuris in casu contrario, Paris. cons. 10. n. 285. vol. 1. Caputaq. decis. 82. nu. 3. & decis. 84. num. 10. par. 3.

Pro cuius conclusionis confirmatione accedat Ias. in l. 2. C. de iure emphyt. vbi voluit quod emphyteuta alienans rem emphyteuticam cum clausula, saluo assensu domini, & postea illo non requisito, tradit possessionem, cadit a iure suo, ex quo est protestatio contraria facto, sed si addit clausulam, non aliter, nec alio modo, operatur, quod actus non valeat, & non cadit a iure suo, & hanc esse communem opinionem testatur Gramm. decis. 49.

In contrarium faciebat, quod adhuc dicta protestatio cum clausula, non aliter, nec alio modo videbatur contraria facto, vt voluit Bal. in l. 1. n. 56. C. de his, quæ pœnæ nomin. & ita Consil. Neapol. iudicasse scribit Gramm. in d. decis. 49. de Franch. decis. 267. post Abb. in cap. 2. de feud. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum, n. 8 4. de constit. Curt. de feud. par. 4. q. 20. nu. 112. Capyc. in inuest. in verbo feudor. alienat. ampliat. 17. & limit. 12. Frezz. de subfeud. lib. 2. sub nu. 24.

3 Et quod non euitet quis censuras per huiusmodi clausulam, voluit Nauar. cons. 1. de reb. eccl. nõ alien. quem refert, & sequitur Sair. decis. 3. & 8. eod. tit. & ita in anno 1599. decidit Cur. Archiep. Neap. in casu cuiusdam Rectoris, qui alienauerat quoddam territorium suæ ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, cum clausula prædicta, & antequam assensus fuisset impetratus, dicti territorij possessionem tradiderat, & hoc ex declaratione Clemen. VIII. vt refert prax. Cur. Archiepis. Neap. cap. 44.

Limitari possunt prædicta vbi fieret protestatio, reseruãdo assensum in ipso actu traditionis possessionis, Mnad. dec. 24. quæ nescio si possit in pract. substineri.

RESOLVT. LIV.

An procurator alienans rem ecclesiæ reseruato assensu Apostolico, si tradiderit possessionem ante illius impetrationem, faciat dominum in censuras incidere.

1 *Procurator habens sufficiens mandatum, quidquid nomine domini facit, à domino censetur factum.*
2 *Procurator alienans res ecclesiæ reseruato assẽsu Apostolico, & tradens possessionem ante ipsius impetrationem non facit dominum in censuras incidere ex pluribus.*
3 *Fictio non habet locum, vbi de incurrendæ excommunicationis sententia agitur.*
1 *Excommunicatio ignorantem non ligat.*

SVpponatur, quòd talis procurator habuerit mãdatum generale cum libera, iuxta, tradita in l. procurator, cui generaliter, ff. de procurat. quæstionis nunc est, quid si alienauit nomine sui principalis, & ante assensum impetratum, deuenerit ad traditionis possessionis actum, an faciat dominum in censuras incidere.

1 Dubium faciebat, quod quidquid nomine domini procurator facit, si habet sufficiens mandatum, videtur factum à domino verè, & propriè, Bal. in l. 1. in fi. C. de procur. Gabell. Millel. q. 12. & dominus non potest venire contra factum procuratoris, Rot. Genuens. dec. 133. & procuratoris contumacia, seu delictum nocet domino, Gabell. Millel. q. 8. 45. Ioseph. Lud. dec. Lucen. 5. num. 3. Ozas. dec. 9. Bellam. decis. 545. & in decis. 109. & factum procuratoris nocet domino, Chacher. decis. 142. Benint. decis. 26. Franc. March. dec. 480. n. 6. par. 1. Guiliem. obser. 45. lib. 1.

2 Quibus tamen non obstantibus, contrarium est in praxi firmiter tenendum ex pluribus, tum quia procurator non censetur habere mãdatum, vt faciat incidere dominum in censurarum pœnas, Ioseph. Lud. Lucan. dec. 50. n. 13. Franch. March. d. decis. 480. n. 6. Magon. dec. Lucan. 51. Nat. cons. 445. post Alex. cons. 39. vol. 1. immò sunt, qui tenent requiri mandatum speciale, ad faciendum cadere dominum in pœnam, pulchrè Benitent. decis. Rot. Bonon. 94. Crescent. decis. 5. de præsumpt. Seraphin. decis. 439.

3 Tum etiam, quia fictiones locũ non habent, vbi agitur de incurrenda sententia excommunicationis, Balb. alios allegans decis. 3. post Alex. cons. 21. vol. 1. & ideo in tali sententia requiritur vera contumacia, non præsumpta. Cassad. decis. 4. num. 2. de pensionibus, Mohed. dec. fin. de dolo, & contum. & idem Crescent. decis. fin. de sent. & re iud. quæ omnia cum cessent in casu, de quo agitur, cessare debet pœna excommunicationis.

4 Tum demum, quia excommunicatio non ligat ignorantem, iuxta terminos cap. à nobis, extra de sent. excomm. Gabell. Millel. q. 99. Victor. q. 2. de sent. excõm.

RESOLVT. LV.

An assensus Apostolicus, per falsa narrata obtentus, releuet, vt alienatio ex eo secuta valida reddatur.

1 *Assensus Apostolicus pro emphyteusis concessione expeditus, non suffragatur postea concessioni factæ in censum*

sum perpetuum, & quare.
2 *Differentia inter contractum censualem, & emphyteuticũ.*
3 *Confirmatio vigore assensus Apostolici contra rescripti formam non est valida.*
5 *Sensus verborum clarus non est cauillandus.*

SVpponatur pro decisionis intelligẽtia, quod literæ Apostolicæ concedentes licentiam alienandi obtentæ fuerunt sub narratiua concessionis in perpetuã emphyteusim, & nihilominus contractus initus fuerit titulo concessionis in censum perpetuum, & nomine, ac titulo perpetui census, ita quod de natura emphy-
1 teusis nullatenus participare intelligatur, dubium est nunc, an prefatus assensus impetratus suffragetur concessioni factæ in censum perpetuum; est tamen negatiuè respondendum, & ratio est, quia repugnat rescripto
2 Apostolico, longè enim, latèque differunt contractus censualis à contractu emphyteutico, Cap. decis. 196. Gamma decis. Lusitan. 38. Crescent. dec. 1. de censib. cũ in illo trãsferatur directum dominium, & vtraque possessio, vt per Gl. & Abb. in c. constitutus, n. 20. de relig. domib. Imol. in c. ad audientiam uu. 4. de reb. eccl. non alien. cum alijs, quos citat. Valasc. in tract. de iur. emphyt. q. 32. n. 27. Napod. in consuet. in bonis, in verbo censualia, n. 8. Afflict. in constit. sancimus, n. 22. & seq. Marsil. sing. 95. Garsia sing. 292. in isto verò transferatur tantum vtile dominium, & possessio naturalis, ciuili verò penes dominum directum remanente Balb. dec. 50. & Glos. in cit. cap. constitutus, vnde fit, quod
3 confirmatio per commissarios contra formã rescripti obtenta, sit nullius roboris, & momenti, ad cons. Abb. 41. n. 3. Gozad. consil. 73. n. 2. Alex. de Neuo consil. 18. n. 6. Bombin. consil. 16. nu. 3. & seq. Merenda consil. 50. n. 10. & ita fuit sæpius in Rota Romana resolutum, & signanter in vna Papiensi Tenutæ 17. Iunij 1596. coram Illustrissimo Seraphino, & est eius decis. 1195. & ex hac nullitate insurgit etiam manifestè periculum ecclesiæ secundum Farinacium in decis. 224. Non obstat, quo in rescripto Papæ adsit clausula, sub annuo canone, seu censu, ita quod videatur etiam Papa intellexisse de concessione censuali, quia præcedunt alia verba, nempe in emphyteusim perpetuam, quæ cùm
4 sint clara, non sunt cauillanda ex eo, quod addita fuerit illa clausula (seu censu.) Non obstat etiam si dicetur, quod res ista esset solita locari, ad dec. Mohed. 249. quoniam neque ex hoc capite est valida argumentatio ad contractum censualem.

RESOLVT. LVI.

An qui ante assensus Apostolici expeditionem constituerit se nomine emptoris possidere, inciderit in censuras.

1 *Constitutum est fictus modus acquirendi possessionem.*
2 *Constituens se nomine emptoris possidere, ante expeditionem assensus Apostolici incidit in censuras, & quare ibidem, secus verò, quando contractus esset alias nullus, num. 4.*
3 *Constitutum pro vera traditione non solum in ciuilibus, sed etiam in pœnalibus habetur.*

1 DVbium faciebat, quia constitutum est fictus modus acquirendi possessionem Bart. in l. ab emptione circa finẽ vers. vltimo aduertas ff. de pact. Bal. in l. 1. nu. 6. C. de constitut. pecun. & in l. certè §. 1. vbi quoque Bar. ff. de precar. & in l. is qui pro empt. col. penal. ff. de vsucap. Alex. cons. 22. n. 3. vol. . . Alciat cons. 23. n. 6. Tiraq. in tract. de constit. possess. q. 22. Dec. cum alijs, quos allegat in l. contractus nu. 16. ff. de reg. iur. contrarium tamen est tenendum, quia per constitutũ vera possessio acquiritur, licet modus acquirendi sit fictus l. quod meo, vbi Bart. & reliqui ff. de acquirenda possessione, & l. interdum, vbi Bal. ff. eod. & propterea in praxi firmiter iudicandum est constituentẽ incidisse in censuras, quemadmodum possessionem transferens, antequã fuerit assensus impetratus, & hoc per doctrinã Tiraquelli, qui loquitur in terminis, in tract. de constituto p. 3. limit. 26. nu. 5. & 6. vbi vult, constitutum haberi pro vera traditione, etiam in instituendis, & con-
3 stitutum haberi pro vera traditione ad effectũ, vt haberetur pro executione, & ex eo inferretur executionẽ esse factam in contractu innominato, tenuerunt Aym. cons. 192. n. 22. Dec. cons. 289. Achill. de Graff. dec. vnica de emp. & vend. & Cacher. decis. 32. sicut etiam dicimus de feudo alienato cum reseruatione assensus, nã si ante assensus expeditionem facta esset traditio per constitutum amittitur feudum, ac si verè, & realiter tradidisset, Paris. cons. 86. n. 14. & seq. lib. 1. Bero. cons. 120. lib. 1. n. 3. Roland. cons. 51. n. 3. lib. 2. Alciat. consil. 733. num. 2. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum num. 5. de constit. post Bald. in l. voluntas C. de fideicomm. Curt. de feud. p. 4. §. quibus ex causis feudum amittatur vers. 21. quero, & ita fuisse decisum testatur Gaspar Thesau. decis. 53. quod ampliat Gamma decis. Lusitan. 274. procedere etiam si statim res sit recuperata.
4 Nunc limita, & primo, vbi contractus alienationis rei ecclesiæ esset alias nullus, quia tunc venditor se constituendo, vt supra, antequam fuisset assensus impetratus censuras non contrahit Ias. in l. si ex testamẽto C. de fideicommiss. Cacher. decis. 35. & ad materiam vide Polid. Rip. decis. 342. & Peguer. decis. 48.

RESOLVT. LVII.

Assensu Apostolico præcedente in alienatione rei ecclesiæ, an plus iusto offerenti pretio sit liberanda.

1 *Bona ecclesiastica offerenti plus iusto pretio propter æmulationem non sunt liberanda, & quid in praxi, num. 8.*
2 *Ecclesia dicitur cultrix, & iustitiæ auctrix, nec non oppressorum vltimum, & supremum refugium.*
3 *Ecclesia non habet rugam, neque maculam, ac illusio in contractibus ab ipsa prohibetur.*
4 *Pretium iustum quale dicatur.*
5 *Contrahentes ad inuicem possunt se decipere.*
6 *Deceptio ecclesiasticis personis est prohibita.*
7 *Pœna stellionatus est infligenda, qui plus iusto offert non animo emendi sed ad inducendos alios ad magis emendum.*

SVpponatur, quod rei ecclesiæ alienatio fieret, mediante causa, & interueniente iuris solemnitate, & sic legitimis subhastationibus præcedẽtibus, dubiũ est nũ illa plus offerenti liberari debeat; casu, quo concurrerent duo æmuli, & unus iustum pretium obtulisset, & alter satis iusto; & licet recepta, & in ore omniũ sit conclusio; quod bona immobilia ecclesiæ alienari non possint, nisi in eius euidentem utilitatem vulgat. iuribus, tamen in hoc casu illa minimè liberari debet plus offerenti, sed illo, qui iustum obtulerit pretium, Glos. est ad hoc sing. in cap. hoc ius porrectum vers. & plus 10. q. 2. quam singularem ibi appell. Arch. & Abb. in cap. per tuas de donat. & in cap. 1. de empt. & vendit. & cons. 61. nu. 4. & seq. Monal. cons. 23. vol. 1. Roman. sing. 762. tu scis, quod res ecclesiæ, & ibi Nicol. Pignal. cum aliis aggregatis per eum in addit. ubi plane explicat, hanc esse communem opinionem iuxta quam pluries reperio fuisse decisum, & signanter in casu Viu. decis. 145. & apud Carroc. decis. 99.
2 Quibus adde, quod ecclesia dicitur cultrix, & iustitiæ autrix c. per tuas, & c. consultationibus de donat. nec pati debet aliquid contra iustitiam fieri, tam pro se, quam alio, ut probatur in c. §. sed diuersum de alien.

feud.

feud.vbi Baldus n.5. not.6. & sic ecclesia est vltimum, & supremum refugium oppressorum vt in c. nouit ext. de iudit.& cap.licet de for.compet.in 6.neque in actibus fraudem adhibet,quia non habet rugam neq; ma-
3 culam c. quamuis 21. distint. imò prohibet illusionem in suis contractibus fieri Rom.cons.298.col.2. num.2. vers.vltimo videtur Alex.cons.83.col.2 vol.7. Soc.reg. 185.& 155.limit.8.Imol.in c.cum illusio de renunt.

4 Et quamuis illud verè iustum sit pretium, quod per subhastationem discernitur l.fi.§.penul. C.de iur.dom. Imper.auth. hoc ius porrectum C.de sacrosan.eccles.l. osticum C. comm. diuid. tamen vbicunque mediante æmulatione,vel aliquo alio respectu,causa,& occasione simili oblatio facta esset per aliquem, quæ iustum satis excederet pretium, tunc si alia facta reperiretur, quæ iusti esset pretij,ecclesia rem suam iustum pretium offerenti liberare tenebitur, non autem plus offerenti cognita æmulatione inter emere cupientes.

5 Non obstat,quod contrahentes possunt se ad inuicē decipere l. Imperatores ff.de contrah. empt. l.in causæ §.fin.ff.de minor. quia respondetur,hoc ecclesiæ non conuenit, nec debet nisi iustum recipere Carroc. cum alijs relatis per eum in tract. locati p.1.de simulat. lo-
6 cationis n.2. & in cit.decis.99.in princip. & ecclesiasticis personis deceptio est prohibita Ias. in l. si quis in conscribendo 1.colum.C.de pact.Marsil.sing.82. nu.3. in 2.limit.dicens valde singulare, & in leg. qui duobus col.1.ff.de falsis Felin.in ca.præsentata col.2. de testib. & hanc dicit communem Gozad.consil.14.n.14. Ruin. consil.76.col.2.vol.5.

7 Illud tamen non est prętermittendum, quod ille qui offert plus iusto non vt emat, sed vt alios inducat ad plus emendum tenetur procul dubio crimine stellionatus ideſt pęna extraordinaria Iudicis arbitrio imponenda l. 3. §. item si quis imposturam ff. de crimin. stellion. Damoduer. in tract.de subhastationib. cap.5. n.10.& Viuius citat.decis.in fine.

Quidquid tamen iuris sit hodie seruatur, quod res ecclesię liberantur plus offerenti,qua opinione suppositа hoc locum sortitur, vbicumq; plus offerreret subhastationis tempore;secus verò si post rei ecclesię alienationem, seruata forma, & ex iusta causa emanatam alius plus offerreret;ita Bero.cons.88.n.41. vol.1.

RESOLVT. LVIII.

Assensus Apostolicus an in alienatione bonorum Ecclesiasticorum mobilium requiratur.

1 *Res Ecclesiasticæ pretiosæ mobiles absque assensu Apostolico alienari non possunt, & quare.*
2 *Mobilia Ecclesiastica pretiosa quæ dicantur.*
3 *Assensus Apostolicus in mobilibus rebus Ecclesiasticis non pretiosis minimè requiritur.*

REspondeo distinguendo, quod aut sunt mobilia pretiosa, aut non sunt pretiosa,primo casu absq;
1 Assensu Apostolico alienari nequeunt, cum eadem prohibitionis ratio vigeat in alienandis bonis immobilibus, quam in mobilibus pretiosis, Menoch. cons. 529.vol.2.Monald.cons.79.lib.1.Mobilia enim pretiosa immobilibus æquiparantur, vt patet in extrauag. Ambitiosæ ibi,(& pretiosa mobilia)Glos.sing.in c.tua ext.de his quæ fiunt à præl.absque consen.cap. Abb.in cap. nulli, de reb.Eccl. non alien. Rodriq. lib.1. quæst. regul.quæst.27. art.12. in fine, Vgolin. de potest.Episcop.cap.14. §.4. num. 5. Quaranta in Summ. Bull. in verb. alienatio num.24. Farinacc. decis.225. Rodoan. quæst.8. num.16.

Intellige,quādo præfata mobilia pretiosa essent talis conditionis, atque naturæ,vt seruando seruari possint, Rebuff.in suo Compen.nu.25. Socc.reg.110.num.
2 2. Qua propter neque calices, non vota aurea,& pretiosa, non vestes pretiosæ, quæ diutius seruari possunt alienari queunt, Nec Thesaurus, & pecunia destinata ad stabilia emenda, vbi eorum proprietas ad Ecclesiam spectat,quippe,quia sunt res istæ mobiles, tamen pretiosæ,vt patet,quo casu per dict.extrauagan. Ambitiosę non alienantur nisi seruatis seruandis:Inter hęc pariter connumerantur gemmæ, & his similes, item Grex ouium,aut craparum, de cuius fructibus emolumenta, ac redditus percipere consuetuit Monasterium, aut Ecclesia licet possit vendere arietes,agnos,hircos, & hædos, non tamen licet alienare totum gregem, nisi concurrentibus causis,& seruata forma, ita Molina de contract.disput.q.465.nu.4.

3 In mobilibus verò non pretiosis nulla cadit disputatio, quin assensus Apostolicus non requiratur, & propterea esse extra terminos præfatæ extrauag. cit. DD.

RESOSVT. LIX.

Assensus Apostolicus an requiratur in præsenti casu.

1 *Episcopus in tota diœcesi est Iudex ordinarius,habens tam super capitulo,quā super alijs ordinariam iurisdictionē.*
2 *Habens iurisdictionem in aliquo loco à suo subdito emere non potest.*
3 *Episcopus capituli personam repræsentare dicitur.*
4 *Assensus dicitur subreptitius si omittuntur ea, quæ à iure sunt expressa,vt exprimantur.*
5 *Assensus Apostolicus nō est subreptitius,si Episcopus permutans bona ad suam mensam spectantia cum bonis mensæ capitularis, & in impetratione assensus non faciat mentionem capitulum bona diuisa habere.*
6 *Gratia non est subreptitia,quando qualitas à iure non considerata non exprimitur.*
7 *Episcopus rem alicuius Ecclesiæ sibi subiectæ alienare potest,& decretum interponere*

SVpponatur,quod Episcopus vellet permutare bona ad suam mensam spectantia cum bonis mensæ capitularis,& in impetratione assensus non feciſet mentionem huius circumstantiæ, nempè, quod capitulum habens bona diuisa permutauit cum Episcopo; quæstionis est an prædictus assensus ita impetratus sit subreptitius.

Et pro ratione dubitandi videbatur affirmandum; Primo,quia Episcopus dicitur esse Iudex ordinarius in tota diœcesi, & tam super capitulo, quam super alijs ordinariam dicitur habere iurisdictionem capitul.2.de
2 offic.ordinar.Et qui iurisdictionem habet in aliquo loco, non potest à sibi subdito emere l. vnica C. de contract.Iud.& DD.in l.principalib. ff.si cert.pet. Item E-
3 piscopus dicitur personam capituli representare cap. quanto, & cap. nouit, de his quæ fiunt à prælat. & sic videretur authorizare iure proprio.

Verum his non obstantibus contrarium est in praxi
4 tenendum ex pluribus; tum primo quia ea tantum omissa reddunt assensum subreptitium, quæ à iure sunt expressa,vt exprimantur latè Felin.in cap. super litteris, extr. de rescript. Mohedan. decis. 7. eodem titul. Rot.decis.32.eodem titul.in nouis, etiam si Papa concessisset sine tali expressione,Verall.decis.254. num.4. par.2.Rot.decis.1.de rescript.in nou.Bellam.decis.333. attamen cum in iure non reperiatur hoc expressum;
5 propterea assensus nō est iudicandus subreptitius,maximè quia gratia non dicitur subreptitia quando in ea non fit mentio de qualitate a iure non considerata.
6 Verall.decis.46.nu.2. par. 2. illa enim subreptio reddit gratiam nullam in qua expressa non sunt ea, quæ de iure exprimi debent,idem Verall.decis.310. n.3. par.1. & in decis.224. num.1. part.3. tum etiam, quia potest
7 Episcopus rem alicuius Ecclesiæ sibi subiectę alienare, & decre-

& decretum interponere cap.si Episcopus 12.quæst.2. & cap.pastoralis de appellat.Inn.in c.dudum in princ. de elect.& Monal,cons.90.vol.1.

RESOLVT. LX.

Assensus Apostolicus an requiratur in concessione reliquiarum.

1 *Corpora Sanctorum de loco ad locum de Episcopi licentia transferri possunt.*
2 *Episcopus absque assensu Apostolico Ecclesiæ prædia, ac eius mobilia pretiosa alienare non potest.*
3 *Reliquiæ Sanctorum (quæ sunt res pretiosissimæ, ac hominibus plura beneficia à Deo per ipsas præstantur) absque assensu Apostolico concedi non possunt, & magnopere sunt decorandæ, nec extra capsam ostendendæ num.5.*
4 *Sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur.*
6 *Stylus Curiæ Romanæ in reliquiarum concessione.*
7 *Responsio ad tex. in cap. corpora Sanctorum de consec. dist. 1.*

SVpponatur, quod Archiepiscopus Neapolitanus, Proregi vel alicui magno Principi certæ reliquiæ partem concedere vellet, huic concessioni an sit necessarius assensus Apostolicus. Dubitandi ratio pro parte affirmatiua oriri videbatur ex tex. in capitul. corpora de consecration. distinctio. 1. vbi corpora Sanctorum
1 posse de loco ad locum trãsferri de Episcopi licentia, & Turrecrem. ibidem in specie, sequendo Vgonem, dicit per illum tex. non prohiberi, quod reliquiæ, quæ sunt in Ecclesia non possint alicui concedi absque assensu Apostolico, sed tantum, quod corpora Sanctorum, quæ in Ecclesia tanquam perpetuę sepulturæ tradita sunt sine consensu Summi Pontificis, aut Episcopi transferantur ad alium locum, & sic concluditur, quod Episcopus potest alijs reliquiarum particulas concedere quando perpetuę sepulturę nõ sunt traditæ, alias secundum eum ellet necessarius assensus, quam opinionem referunt, ac sequuntur Grillenzon. cons. 28. Angel. Silu. & reliqui in summa in verb. reliquiæ, Armill. verb. religio. num. 4. D. Thom. 2.2.q.96.

In contrarium facit, quod Episcopus absque assen-
2 su Apostolico, non potest prædia Ecclesiæ, & alia prætiosa Ecclesiæ mobilia alienare, vt patet in extrauag.
3 Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. multò minus videtur posse alienare, siue cõcedere Sanctorum reliquias, quæ sunt res pretiosissimæ, per quas, vt dicit Trident. Sinod. de inuocatio. Sanct. multa beneficia à Deo ho-
4 minibus præstantur, item sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur, secundum Arch. & Turrecrem. in citat. capitul. corpora. Item vasa in quibus reliquiæ portantur, dicuntur sacra, quæ à Diaconis saltem in processionibus deferri debent capit. non
5 licet 33.dist. & in magna veneratione esse habendas, & alijs extra capsam esse minimè ostendendas cap.2. de reliq. & venerat. Sanct. Nauarr. cons. 1. eodem titul. ex quibus omnibus concludo, obseruandum esse non posse ad libitum Episcopi alijs reliquias concedere, & ita
6 seruatur hodie de stylo Curiæ Romanę: hinc est, quod quando Summi Pontifices concedunt licentias extrahendi particulas reliquiarum a diæcesibus Episcoporum ponit clausulam, dummodo non extrahãtur particulæ de reliquijs insignibus, nec in muto clausis.
7 Non obstat tex. in capitul. corpora Sanctorum, quia procedit de iure antiquo, ante extrauag. Pauli Secundi, in qua prohibetur alienatio mobilium pretiosorum, inconsulto Romano Pontifice, nam ante illam poterant aliæ Ecclesiæ res alienari Episcopi auctoritate, cap. sine exceptione, 12. q.2.

RESOLVT. XXI.

Assensus Apostolicus an exigatur in concessione rei Ecclesiæ precario.

1 *Assensus Apostolicus in concessione rei Ecclesiæ precario requiritur, & quare.*
2 *Precarium est species alienationis.*
3 *Precarium ad concedentis hæredem, ac singularem successorem transit.*
4 *Assensus Apostolicus non requiritur in precario, quando per vsum rei nullum dominium transfertur.*
5 *Alienatione prohibita, non censetur prohibita commoditatis translatio.*

1 REspondetur requiri assensum, nam precarium est species contractus, per quem transfertur vtilitas rei ad preces alicuius, l.1. ff. de precar. capitul. fin. &
2 ibi Abb. & reliqui, eodem tit. Item est species alienationis Abb. notabiliter in rubr. de precar. Rodoan. quæst. 2.cap.24.volum.... Menoch. cons.220. num.6. & seq. Monald. cons.13. volum. 1. Bursat. cons.70.nu.
3 3.volum.2. Immo precarium transit ad hæredem concedentis. Couarr. lib. 3. variar. resolutio. cap. 15. Aict. decisio.335.n.3. & 10. & etiam ad singularem successorem, Lanar. cons.83. n.10. post Tiraquel. in tract. de iure constit. par. 2. amplia 13. num. 3. Belluc. in specul. Princip. rub. 31. vers. quamuis, num. 10. Capyc. decis. 116.
4 Limita tamen singulariter, vt non procedat, quãdo concederetur vsus, siue commoditas rei, ita tamen, quod nullum dominium vtile transferretur, nam tunc precarij concessio non est species alienationis. Fel. in cap. quæ in Ecclesiarum, num.88. de constitut. Hinc
5 prouenit, quod in casibus, in quibus prohibetur alienatio, permittitur tamen eiusdem rei prohibitæ commoditatis translatio, Bald. in cap.2. de frat. de nouo benef. inuest. & in leg. cum oportet, in fine, Codic. de bon. quæ lib. Ias. in leg. cum filio, num.157. ff. de leg. 1. Angel. in l.1. §. adipiscimur, ff. de acquirend. possess. & in §.1. per quas personas nob. acquiri instit. de Franch. decis. 10. num. 9. Loffred. cons. 10. & Ann. cons. 51. num. 8. volum. 1.

RESOLVT. LXII.

Assensus Apostolicus an requiratur in promissione de alienando rem Ecclesiæ.

1 *Assensus Apostolicus in promissione rei Ecclesiæ alienandæ non requiritur, & quare, num.8.*
2 *Aliud est donare, aliud promissio de donando, & differt venditio, à promissione de vendendo.*
3 *Iura loquentia de rei Ecclesiasticæ alienatione, in promissione de alienando non habet locum.*
4 *Statutum dans arbitrium datiarijs in venditionibus promissiones de vendendo non comprehendit.*
5 *Emphyteuta cadit a iure suo per rei emphyteuticariæ alienationem, non autem per promissionem de alienando, sicuti promittens alienare feudum, à feudo non cadit n.7.*
6 *Prohibitus alienare, potest se obligare ad alienandum.*

1 REspondetur talem promissionẽ assensu non indigere, nam iura prohibent contractum per quem acquiritur ius in re Ecclesiæ, & sic illius effectualem venditionem, donationem, & similes alienationes, at in
2 casu, de quo agitur, nulla fuit facta alienatio; aliud enī est donare, aliud promissio de donando, sicut aliud est venditio, & aliud promissio de vendendo, vt habetur in l. in bonæ fidei, ff. de eo, quod cer. loc. & in cap. penult. de elect. in 6. vbi bona Glos. in verbo exprimendum, quæ loquitur propriè de inuestitura, & mandato

de inueſtiendo, diſpoſitio enim iurium loquentium in
3 alienatione rei Eccleſiæ, non habet locũ in permiſſione de alienando, vt per plura concludit Imol. in l. in ædibus §. ex rebus, ff. de donat. Aret. in §. in perſona, gloſ. 1. de act. Alex. conſ. 323. volum. 2. Rubeus conſil. 106. n. 3. & ſequent. & hinc voluit Alber. de Roſ. citat. l. in bonæ fidei, quod ſtatutum dans arbitrium datiarijs in venditionibus, non comprehendit promiſſiones de vendendo, & licet per alienationem rei emphyteuticariæ cadat emphyteuta à iure ſuo, l. fin. C. de iur. emphyteut. non tamen cadit per promiſſionem de vendendo, Iaſ. citat. l. fin. n. 34. Alex. conſ. 173. volum. 2. nu. 2. Tiraquell. de vtroque retract. fol. 981. num. 44. Bombin. conſil. 16. num. 6. Cacher. conſ. 23. num. 4. &
6 prohibitus alienare, poteſt ſe obligare ad alienandum, Bal. in l. vltima, §. emptor, in fin. C. com. de leg. & promittens alienare feudum, non cadit à feudo, etſi alie-
7 nando caderet, Bald. in cap. 2. §. aut ſi libellarium, quibus modis feud. amitt. Card. Alex. in cap. 1. in princip. colum. 2. verſic. pro hoc reſtat illatio de prohib. feud. alien. per Feder. idem Tiraquell. in præallegato tract. fol. 982. n. 45. Ea quidem potiſſima ratione,
8 quia per promiſſionem de vendendo non acquiritur ius in re, l. ſi ſterilis, §. ſi fundus, ff. de actio. empt. l. ſi ita quis, §. ſi ea lege, ff. de verbor. obligat. Angel. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. eodem titul. & Afflict. in conſtit. Diuæ memoriæ, num. 6.

Amplia ſupra poſitam concluſionem procedere etiam in eo, qui conſentijt alienationi, quia eſt aliud vendere, aliud vendenti conſentire, leg. aliud eſt vendere, ff. de reg. iur.

RESOLVT. LXIII.

Aſſenſus Apoſtolicus an operetur recuperationem melioramentorum, reuocata alienatione.

1 *Aſſenſus bonam fidem inducit.*
2 *Melioramenta ſunt reſtituenda ei, contra quem alienationis reuocatio fuit facta.*
3 *Retentio rei à iure conceditur, donec melioramenta poſſeſſori ſoluantur.*
4 *Melioramenta exequutionem decreti reuocationis alienationis impediunt.*
5 *Melioramenta facta rei Eccleſiaſticæ alienatæ abſque aſſenſu amittuntur, & quare.*
6 *Ædificans in re ſubiecta fideicommiſſo meliorationes perdit.*
7 *Melioramenta debentur, & ſi fuiſſent facta rei venditæ abſque aſſenſu, dummodo ſine ipſis res perijſſet, ac etiam debentur, ſi ab initio fuit bona fides, dato, quod poſtea mala ſuperuenerit.*

SVpponatur, quod interueniente aſſenſu Apoſtolico, quoddam petium terræ alienaretur; & poſt multum temporis ſpatium reperiretur Eccleſiam fuiſſe ænormiter læſam, ob quod Rector alienans, vel eius ſucceſſor alienationem reuocauerit; quæſtionis nunc eſt, an meliorationes ſint reſtituendæ ei, contra quem reuocatio fuit facta.

1 In qua quæſtione dicendum eſt primo, quod cum aſſenſus interuentio conſtituat quem in bona fide, & ſumptus facti per bonæ fidei poſſeſſorem recuperantur exceptione doli mali, l. ſumptus, ff. de rei vendic. l. in
2 fundo, ff. eodê titul. ideò melioramenta ſunt reſtituen-
3 da. Immò pro præfatis expenſis poſſeſſori conceditur à iure retentio, donec melioramenta ipſa ſoluantur, l. ſi in area, de condit. indeb. Doctor. in l. ſi in ſortem, §. ſi centum, & ibi Iaſ. n. 10. ff eodem titul. poſt Bald. citat. l. in fundo, nu 4. Neguſant. de pignor. par. 5. membr. 4. n. 8. Ruin. conſil. 100. num 6. lib. 4. Capyc. deciſ. 17. n. 7. Pur. deciſ. 471. & deciſ. 474. lib. 2. Peregr. deciſ. 16. lib. 2. & fuit pluries in Rota reſolutum, & ſignanter in vna Romana domus, 18. Iunij 1602. coram Pamphilio, & melioramenta impediũt etiam exequutionem decreti
4 reuocationis alienationis, Benintend. deciſ. 77. Rota Marchiæ deciſ. 22. num. 12. & deciſ. 56. n. 11. de Franch. deciſ. 112. & 456. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 34. & Abb. in cap. de multa, num. 14. de præbend. quidquid ſcripſerit Surd. conſ. 333. lib. 2.

5 Quando verò meliorata fuerint prædia Eccleſiæ alienata abſque aſſenſu Apoſtolico, tunc cum eo caſu emptor dicatur malæ fidei poſſeſſor, perdit meliorationes præfatas, nam cenſetur donare Rodoan. q. 17. n. 50. poſt Bald. conſil. 22. vol. 1. & Alexand. conſil. 160. num. 3. & ſeq. volum. 1. ſicuti ædificans in re ſubiecta
6 fideicommiſſo, perdit etiam meliorationes ex allegatis per de Franch. deciſ. 100. & 191. nam cedunt ſolo, idem de Franch. deciſ. 312. Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 17. num. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 33. n. 21. & ſeq. & deciſ. Florent. num. 5. & ſeq. Caualcan. de tutor. n. 165. Peregr. de fideicom. art. 49. n 63.

7 Limita hoc ſecundum caput concluſionis, niſi melioramenta fuiſſent adeò neceſſaria, quod ſine ipſis res perijſſet; nam tunc etiam ſi nullo interueniente aſſenſu res Eccleſiæ alienata fuiſſet, & per conſequens poſſeſſor eſſet malæ fidei, nihilominus poterit illas recuperare, vt innuit Rodoan. loco citat. & voluit etiam Artaman. deciſ. 3. de reb. Eccleſ. non alien.

Limita ſecundo, quãdo ab initio fuiſſet poſſeſſor bonæ fidei, puta, quia contraxit præcedente aſſenſu Apoſtolico, & poſtea ſuperuenit mala fides, puta, quia euidenter cognouerit, Eccleſiam fuiſſe ænormiter læſam, nam hoc non obſtante, poterit id, quod meliorauit tollere, & auferre, l. Iulianus ff. de rei vendicat. quod intellige procedere, quando non vellet Eccleſia ſoluere pretium meliorationis, de Franch. citata deciſ. 110.

RESOLVT. LXIV.

Aſſenſus Apoſtolicus, an requiratur in alienatione bonorum relictorum religioſis incapacibus.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus in rebus modicis non requiritur, nec in his, quæ à religioſis prohibentur retineri.*
2 *Mendicantes bona in communi poſſidere non poſſunt. Mendicantes bona immobilia abſque aſſenſu alienare poſſunt, & quare.*
4 *Ieſuitæ abſque aſſenſu Apoſtolico res Eccleſiaſticas alienare poſſunt.*
3 *Regulares plura priuilegia in rerum Eccleſiaſticarum alienatione habent.*
5 *Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione mobilium pretioſorũ regularium, & mendicantium requiritur, & quare.*

1 REſpondetur negatiuè ex doctrina Decij communiter recepta in cap. in præſentia n. 69. de probat. Monal. conſil. 163. volum. 2. Emanuel Sà in verbo alienatio n. 7. vbi dicit quod ſolemnitas iuris non requiritur in rebus modicis, nec in his, quæ religioſi retinere
2 non poſſunt, itaque mendicantes, quibus non licet bona immobilia etiam in communi poſſidere, poſſunt vendere immobilia eis aliquo teſtamento relicta, vel alias donata, & ratio eſt, quia bona iſta nõ ſunt Eccleſiæ incorporata, iuxt. text. in Clem. exiui de Paradiſo de verb. ſignif. ſed in rebus Eccleſiæ non dum incorporatis non requiritur aſſenſus in earũ alienationibus Franch. in cap. 2. in fine de reb. Eccl. non alien. in 6. Rebuff. d. comp. nu. 21. Rolan. conſ. 15. volum. 1. quinimò regulares poſſũt alienare bona ipſorũ ex pluribus priuilegijs ipſis conceſſis, quæ videri poſſunt apud Con-
3 ſectiũ in ſua recoll. priuil. Mendic. & ſpecialiter Greg. XIII. Conſtitutio, incipiens (Apoſtolicæ Sedis) anno 1576. die 18. Decemb. indulſit patribus Societatis Ieſu,

4 su, vt bona locorum eiusdem Societatis possint arbitrio ipsorum, & præpositi Generalis nulla super hoc alia petita licentia à Sede Apostolica, vel à loci ordinario alienare; legitur hæc constitutio in collecta priuilegior. Emanuel Roder.tom.2.quæst.reg.fol.459.secundum quod refert Piasegius in sua praxi Archiep. tit. de bon. mens.Episcopi, num.33. in fine.

5 Limita tamen præfatam conclusionem in rebus pretiosis mobilibus, prout sunt vestes,cálices,& his similia, Emanuel Sa verbò alienatio in finalibus verbis,& ratio est,quia ista bona sunt Ecclesiæ incorporata.

RESOLVT. LXV.

Assensus Apostolicus an in concessione rei Ecclesiæ ad beneplacitum facta requiratur.

1 *Assensus Apost. in concessione rei Ecclesiæ ad beneplacitum requiritur.*
2 *Concessio ad beneplacitum facta absque causa reuocari non potest.*
3 *Concessio vltra triennium est alienationis species.*
4 *Concessio, siue gratia ad beneplacitum facta dicitur perpetua.*
5 *Officialis à Principe creatus ad eius beneplacitum perpetuò dicitur creatus, & hoc etiam in officiali creato ab Episcopo.*
6 *Concessio ad beneplacitum facta morte concedentis non expirat.*
7 *Concessio ad beneplacitum facta specialiter, & non generaliter est reuocanda.*
8 *Ius in re acquiri videtur per concessionem factam ad beneplacitum.*
9 *Assensus Apostolicus non requiritur in concessione vsus, siue rei Ecclesiasticæ commoditatis ad beneplacitum.*

1 IN hac decisione est affirmatiuè respondendum ex pluribus infra dicendis, tùm primo, quia res concessa ad beneplacitum non potest reuocari absque
2 causa Capyc. decis.116. & decis.121.n.16. Ann.alleg. 119. maximè quando concessio emanata fuit ob seruitia,idem loco citat.n.12. Marsil. singul.363. Campag. in cap. Regni Neapol.cum his num.17. Scaglio in ritu Neap.46. n.3.vnde poterit contigere, quod causa non eueniet,& sic concessio saperet vim alienationis; quia
3 concessio vltra triennium est species alienationis clement.fin. & ibi not. de rebus Eccles. non alien.Couar. lib.2.variar.resolut.cap.16.nu.6. Rebuff. in compend. alien. num.27. Arnon. sign.72.

Tum secundo quia concessio, seu gratia facta ad
4 beneplacitum dicitur perpetua Capyc.decis.123.nu.4. add. ad eundem decis.116.hinc quod officialis à Prin-
5 cipe creatus ad eius beneplacitum, dicitur perpetuò creatus l. iuris peritus, & ibi DD.ff.de excus.tut.DD. in l.principalibus ff. si cert.pet.& ibi Alexand. num.6. Iason. in l.centesimis §.ita stipulans num.14.vbi etiam Alexand. num.11.ff.de verbor.oblig. Mascard. de probat.conclus.188.num.8.lib.1. Ann. consil.56. num.22. volum.1.& hoc procedere etiam in officiali ab Episcopo deputato voluit Guttier. lib.2.canon. quæstion. quæst.11.nu.4.& Gonzal.in regul.8.glos.12.nu.28. docens deputatum ad aliquod officium non posse remoueri ex sola malitia,absque tamen legitima causa;latè Menoch. alios congerens in addit. ad lib.1. de arbitr. iudic.quæst.55.num.21. immò fuerunt nonnulli tenen-
6 tes concessionem ad beneplacitum factam, nec quidē expirare morte concedētis, maximè in magistratibus à principe non recognoscente superiorem creatis, ita Boer.decis.149.nu.11.Thomin.decis.29. Carroc.decis. 17. Immò dicit Molina de primogenit. Hispan. lib.1. fol.181.num.5.quod quando concedens vult reuocare
7 concessionem ad beneplacitum factam, debet specialiter hoc facere, nec venit sub generali reuocatione,vt voluit etiam Lanar. consil.21. nu.10. Ann. allegat.53. num.26. Roman.consil.332. num.23.

8 Tum tertio, quia per concessionem factam ad beneplacitum videtur acquiri ius in re, & propterea requiritur assensus Card.in Clement.1.§. verum num.2. vers.secundo quæro de rebus Eccl.non alien.Rodoan. eodem tit.pag.15.nu.7.facit Alexand. in l. si domus §. si fundus nu.5.ff.de legat.1.Felin. in cap.quæ in Ecclesiarum num.87. de constit.

Limitatur tamen conclusio principalis, vt assensus
9 non requiratur, quando vsus siuè rei commoditas cōcederetur, ita tamen, quod nullum dominium vtile trasferretur, ita Felin. in cap.quæ in Ecclesiarum. nu. 88. de Constitut.

RESOLVT. LXVI.

Assensus Apostolicus, an suppleatur ex iuramento.

1 *Ecclesiastica ex propria natura alienari non possunt, & quare.*
2 *Alienatio rerum Ecclesiæ absque assensu, iuramento non confirmatur.*
3 *Emptores bonorum Ecclesiæ contra formam extrauagan. ambitiosæ sacrilegium committunt, & mortaliter peccant, idque non procedit in emptione rerum mobilium, num. 4.*
5 *Episcopus iurans non alienare res mensales Ecclesiæ,si postea alienat,valida est (vita sua durante) alienatio.*
6 *Episcopus licet sit periurus; tamen actus ab eo factus est validus.*

SVpponatur,quod fuerat alienata res Ecclesiæ absque assensu, alijsque iuris solemnitatibus, veruntamen in ipso contractu reperiatur interpositum iuramentum; quæstionis nunc est an subsistineatur virtute præfati iuramenti, & concludendum est pro negatiua ex infra dicendis.

1 Primo, quia res Ecclesiæ alienari non possunt ex propria natura,quia humanæ conuentioni nullatenus subiectæ sunt, vt cumulatissimè notat Afflict. decis.75. & ibi Vrsill.nu.1. Viuald.comm.opin.cap.39. ideò minimè huismodi contractus, seu alienatio confirmatur iuramento, & consequenter si iuramentum præstitum foret ab alienante;nequaquam iure alienationis posset in emptorem trāsferri cum iurantis potestati non subsit l.apud Iulianum §.fin.ff.deleg.1.l. inter stipulantem §.sacram.ff.de verbor.obligat. Bart. in l.si quis pro eo colum. fin. ff. de fideiuss. Abb. in cap. cum contingat colum.4. n.22. & sequenti de iureiurando, & est communis opinio secundum Cor. in Authen. Sacramenta puberum quæst. 16. C. si aduersus vendic. Alciat. in d. cap. cum contingat, num.179.

Immò emptores ipsi bonorum Ecclesiæ tàm immobilium,quàm mobilium pertinentium ad diuinum cultum in casu non licito, seù licito, sed non iuxta formam extrauagant. ambitiosæ, & aliorum Canonum
2 super hoc promulgatorum sacrilegium committerent, & mortaliter peccarent, Viuald.loc.cit.nu.3.& Balb. decis.99.

4 Limita,vt talis prohibitio non extēdatur ad alienationem rerum mobilium,Menoch. de arbitr. Iudic.lib. 2.centur. 2. casu 172. immò hoc eatenus procedit, & ampliatur, quod si Episcopus res mensales Ecclesiæ iuraret non alienare, & postmodum illas alienaret, quod tunc alienatio facta ab Episcopo rerum prædictarum ad vitam suam teneat, non obstante iuramento suo de non alienando, Mohedan. decis.7. & 250.

Et quāuis Episcopus periurus remaneat in præsen-
6 ti casu, nihilominus alienatio facta per eum de rebus memoratis in casu alias permisso valet,atq; firma re-

manet secundum Crescent. decis. de iureiurando, Innoc. in cap. dilecto, de præb. Castrens. cons. 339. num. 3. volum. 1.

RESOLVT. LXVII.

Assensus Apostolicus an requiratur in dimissione pecuniæ Ecclesiæ in banchis existentis.

1 *Assensus Apostolicus non requiritur in dimissione pecuniæ Ecclesiæ in banchis existentis, & quare.*
2 *Pecunia res mobilis, & non pretiosa dicitur, & n. 4.*
3 *Legata re mobili pecuniæ repertæ in domo, & capsa testatoris legatario cedunt.*
5 *Assensus Apostolicus requiritur in dimissione pecuniæ reseruatæ ad bona immobilia emenda, & quare.*
6 *Assensus Apostolicus requiritur in dimissione pecuniæ destinatæ ad legitimam negotiationem.*

1 REspondeo dicendo non requiri per rationem desumptam ex verbis expressis in extrauag. Ambitiosæ, ibi (immobilia), & pecuniam rem mobilem es-
2 se nemo est, qui nesciat, & illam mobilium appellatione contineri omnes scripserunt in leg. mouentium, ff. de verbor. signific. Tiraquell. de retract. §. 1. gloss. num. 102. post Cinum, Bald. & Alber. in l. ea demum, C. de collat. Angel. in §. & quia parum per illum text. Auth.
3 de nup. Hinc est, quod in legato mobilium, pecuniæ, quæ in domo, & capsa testatoris repertæ fuerint, continentur, & legatario cedunt, Dec. cons. 381. num. 4. & cons. 472. col. 1. Paris. cons. 167. n. 11. vol 2. Natt. cons. 117. num. 5. & idem Dec. cons. 472. cum alijs, quos cõgerit Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. titul. 3. Pinel. in l. 1. par. 2. n. 44. C. de bon. mater. Straccha de mercat. par. 1. num. 76. & referunt decisum Thesau. decis. 160. & Ioan. Gal. decis. 1. & fuit in Rota Roman. resolutum in vna ciuitatis Castellanæ bonorum 2. Iunij 1574. coram Cesare de Grassis, vt patet in eius dec. 1. tit. de donat. vnde cum prohibitio alienationis rei Ecclesiæ locum habeat in immobilibus, ac etiam mobili-
4 bus pretiosis, inter quæ pecunia non connumeratur secundum Borgnin. cons. 60. propterea cessare quoque debet ratio prohibitionis.
5 Limita primo, quando illa pecunia reseruata in banchis esset deputata ad emenda bona immobilia, tunc enim est necessarius assensus Apostolicus, secundum Tiraquell. loco cit. gloss. 7. num. 105. & 122. Foller. in practic. crimin. fol. 62. num. 1. & fol. 108. num. 113. & ratio est, quia tunc desinit esse res mobilis, & inter immobilia connumeratur, vt per DD. communiter in l. cætera §. 1. ff. de legat. 1. & latè per Boer. decision. 209. Gail. libr. 1. pract. obseruat. cap. 11. Thesaur. cit. decis. 160. num. 6.

Limita secundo, quando pecunia, quæ manet in Bã-
6 chis fuisset ad aliquam legitimam negotiationem destinata arg. l. si chorus d. 1. ff. de legat. 3. l. si fundus, & l. si domus §. 1. & l. si ita legatum ff. eodem Mantica d. l. 9. tit. 3. Gabriel cons. 98. n. 27.

Intellige hanc limitationem tunc veram esse, quando pecunia esset in magna quantitate, vt censuisse Senat. Pedemont. refert Thesaur. citat. decis. num. 6. in fine, & num. 9.

RESOLVT. LXVIII.

Assensus Apostolicus an requiratur in impositione census super re Ecclesiæ.

1 *Assensus Apostolicus in impositione census in re Ecclesiæ requiritur, & quare, idque procedit, tam in reductione census ex causa sterilitatis, quàm in eius diminutione, num. 3. & 4.*
2 *Census impositus super reb. alienari prohibitis est nullus.*
5 *Assensus Apostolicus non requiritur, quãdo persona obligatur ad soluẽdum de rei Ecclesiæ fructibus, & quare.*
6 *Ecclesia tenetur restituere sortem principalem ob nullitatem contractus.*
7 *Ecclesia nemini præiudicare debet.*

1 REspondeo requiri easdem solemnitates, quę requirũtur in alienatione, & ratio est duplex, quia est species alienationis, l. fin. vbi DD. C. de reb. Eccles. non alien. & propterea si non apparet præcessisse assẽsus præstationem, erit ipso iure nulla, vt pluries cẽsuit Rota Rom. & signanter in vna Romana inualiditatis census 24. Maij 1591. coram Pamphilio, & in vna Godicen. census, 25. Ianuarij 1597. coram Seraphino, & iterum in eadem 29. Ianuarij 1597. coram Corduba, & ita etiam Seraph. dec. 1329.
2 Secunda redditur ratio, quia census impositus super rebus alienari prohibitis, est nullus, Farinac. decis. 304. & propterea potest emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. consil. 102. num. 10. & tenuit Rota in vna Romana census de Coppis, 17. Martij 1577. corã Seraphino, & iterum in vna Spoletana terrarum, 11. Nouemb. 1599. cõram Mellino, & iterum in eadem.
3 Amplia principalem conclusionem procedere etiã in reductione census bonorum Ecclesiæ ex causa sterilitatis, & refectionis melioramentorum facta, quia est nulla etiam, quod fuerit obseruata per 30. annos, vt fuit resolutum in causa Mediolanen. bonorum 5. Maij 1597. coram Seraphino.
4 Amplia secundo procedere etiam in diminutione census, vt accidit in ciuitate Neapolitana, quæ cum habuisset plures censuales contractus cum diuersis ecclesijs, ac locis pijs, & pro quolibet centenario septẽ annuos aureos soluebat; verum cum in anno 1613. dicta Ciuitas vniuersaliter omnes contractus, tãm cum laicis, quàm cum Ecclesijs ad sex pro centenario reduxerit, in tali diminutione fuit petitus, & obtentus assensus Apostolicus.
5 Limita nunc non procedere, quando obligatur persona ad soluendum de fructibus rei Ecclesiæ, iuxta doctrinam Bart. in l. codicillis, §. institutio, ff. de legat. 3. Crauet. cons. 217. num. 4. Gabr. cons. 47. num. 12. libr. 1. & ita constituuntur census in bonis Ecclesiæ, & emphyteuticis, cum hoc modo non sit alienatio, & ita censuit Rota in vna vinearum de Maximis 4. Februar. 1577. coram Accorambono, & iterum 16. Nouembr. 1551. coram eodem Rodoan. de reb. Eccles. non alien. pag. 103. num. 26. & Cordub. de iure emphyt. ampliat. 40. Carroc. decis. 103.

Bene tamen est verum, quod existente contractu censuali cum Ecclesia inito, nullo, atque inualido ob
6 defectum assensus, tenetur ipsa Ecclesia restituere sortem principalem, vt fuisse in Rota decisum refert Far. decis. 301. alias enim Ecclesia locupletaretur cum alterius iactura, glos. in l. iubemus, la 2. §. sanè, verb. acquirere, C. de sacros. Eccles. & in cap. ad audientiam, verbo effugiendum, de reb. Eccles. non alien. cum enim
7 Ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiudicare. cap. per tuas de don. glos. fin. in cap. 1. de restit. in integ. quod tunc in primis locum habet, quando locupletior facta est, Abb. in cap. si quis presbyterorum, de reb. Eccl. non alien.

RESOLVT. LXIX.

An assensus Apostolicus, suppleat defectum inobseruationis formæ.

1 *Alienatio cum assensu Apostolico est nulla, si rescripti forma non obseruatur.*

2 *Aliena-*

2 *Alienatio est nulla, si in commissione adest clausula (vocato Abbate) & de eius citatione non constat.*
3 *Gratia facta de emphyteusi, non extenditur ad emphyteusim in perpetuum.*
4 *Supplicatio attenditur pro validitate, vel inualiditate, non instrumentum.*
5 *Alienatio est nulla, si in gratia dicitur, bona specificanda esse, & postea non fuit earum specificatio facta.*
6 *Vtile per inutile vitiatur in hoc casu.*
7 *Alienationem esse intra summam, tenetur probare, qui ea nititur.*
8 *Confirmatio est inualida, instrumento non exhibito.*

SVpponatur, quòd alienata fuit res Ecclesiæ, non tamen seruata forma tradita in rescripto si in euidentem, quæstionis nunc est, an sit nulla alienatio, non obstante, quod fuerit assensu Apostolico roborata, seu confirmata: & pro nullitate facit text. in cap. cum dilecto, vbi DD. de rescript. Dec. in cap. prudentiam 4. notab. de off. deleg. Abb. cons. 41. nu. 3. lib. 1. Paris. cons. 41. nu. 13. lib. 4. Gozad. cons. 73. n. 2. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glos. 21. num. 11. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. tit. de cau. util. num. 204. & ita pluries censuit Rota Romana, & signanter in una Cortonen. rescissionis locationis, 26. Ianuarij 1590. coram Orano, & iterum in una Papien. Tenutæ, 17. Iunij 1596. coram Seraphino.

Vnde si in gratia si in euidentem adest clausula (vo-
2 cato Abbate) & de eius citatione non constat, alienatio est nulla, Abb. in cap. exhibita, vlt. not. de iud. Dec. cons. 173. n. 2. & 233. vol. 1. Aymo. cons. 182. n. 9. vers. 4. vol. 1. Bellam. cons. 16. Rota decis. 30. de rescrip. in nouis, & fuit dictum in una Cortonen. bonorum, 28. Maij 1588. 9. Iunij 1689. & 26. Ianuarij 1599. coram Platta, & iterum in vna Cremon. aquarum, 9. Maij 1594. coram Illustriss. Arrigonio, & iterum in vna Auximana bonorum. 28. Nouembr. 1554. coram Orano.

Idem si gratia præfata, si in euidentem loquatur de concessione in emphyteusim, & concessio fiat in per-
3 petuum, hoc casu non subsistetur alienatio in perpetuum, Abb. d. cons. 41. nu. 3. & Gozad. cit. cons. Rota in vna Papiens. tenutæ della Maddalena, 17. Iunij 1596. & 26. Iunij 1597. coram Seraphino.

Item si in supplicatione si in euidentem narratur factum alio modo, quàm verè factum sit, ad validitatem,
4 vel inualiditatem attenditur supplicatio, non autem instrumentum, Rot. in vna Senen. prædij, 28. Aprilis 1589. coram Seraphino, & est eiusdem decis. 868. & in eadem 7. Maij 1590. coram Gipsio.

Et si in gratia si in euidentem dicatur, quod fiat spe-
5 cificatio bonorum, si non sit facta specificatio, alienatio erit nulla, neque confirmatione suffragatur, Rota in vna Cortonen. rescissionis locationis 26. Ianuar. 1590. coram Orano, & in vna Nouarien. decimarum, 14. Octob. 1582. coram eodem, & 15. Maij 1593. coram Blanchetto, & iterum in dicta Cremon. aquarum, 9. Maij 1594. coram Arrigonio, & idem tradit Dec. cons. 142. n. 7. vers. præterea, & num. 8.

Item si in confirmatione dicatur, concessionem fuis-
6 se factam ad tertiam generationem, & verè sit facta in perpetuum, confirmatio erit nulla etiam respectu concessionis ad tertiam generationem, Abb. cit. cons. 41. & Rot. in d. Corton. rescissionis locationis, 26. Ianuarij 1590. coram Orano.

Idem dicendum, quando datur licentia alienandi limitata pro certa summa, quia debet is, qui alienatione nititur probare alienationem fuisse intra summam, DD. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Pari. cons. 17. num. 28. lib. 1. Dec. cons. 60. nu. 3. & fuit latè resolutum in Rota, in una Romana deuolutionis de Piccionibus, 28. Maij 1582. coram Rubeo, & facit Rota diuers. decis. 165. lib. 2.

9 Neque confirmatio facta non exhibitio instrumento, erit valida, Rota in d. Corton. rescissionis locationis 26. Ianuarij 1590. coram Orano.

RESOLVT. LXX.

Assensus Apostolicus, an requiratur in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ seruando, seruari non possunt.

1 *Assensus Apostolicus in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, non requiritur.*
2 *Bona, quæ seruando seruari non possunt, quæ dicantur.*
3 *Pecunia res mobilis dicitur.*

IN hac resol. negatiuè respondetur secundum gl. expressam in summa, 12. q. 2. Nauar. cons. 4. num. 3. de reb. Eccl. non alien. Rebuff. in compend. eiusdem materiæ, num. 25. Socc. in fallent. regulæ 110. num. 2. Vgolin. de potest. Episc. §. 7. nu. 5. Quaranta in summ. Bullar. verbo alienatio, n. 38. Nouis. in sua praxi cap. 75. num. 7. qui omnes mouentur.

Primo, per text. in l. lex, quæ tutores, §. vltimo, C. de adminis. tut. ubi etsi res minorum sino decreto alienari nequeunt, quæ tamen seruando, seruari non possunt sine decreto licitè alienantur.

Secundo, per tex. in l. fin. C. quando decret. opus non est, ubi idem pariter disponitur, pro quorum omnium confirmatione est glos. expressa in cap. nulli, de reb. eccl. non alien.

Dicuntur autem bona, quæ seruando seruari non possunt, quę non solent durare triennio, glos. in l. 1. C. si aduer. vsucap. Bart. in l. potest, col. 1. in princ. ff. de auct. tut. Alex. Aug. & reliqui communiter in l. 1. §. quæsitũ, ff. ad Trebell. vel non sunt duratura triennio absque notabili deterioratione, secundum Beroum cit. cap. nulli, Mainard. dec. 16. lib. 3. & Balb. dec. 24. vel etiam ultra triennium absque notabili deterioratione, Rodoan. cit. tract. q. 6. & tales sunt vestes attritæ, quæ veterascunt, animalia superuacua, & similia, Abb. Card. & communiter in d. c. nulli, licèt sint mobilia pretiosa, iuxta glos. in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælat.

3 Pecunia etiam inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt, numeratur, quia retenta nihil operatur, cap. eijciens 88. distinct.

Verùm limitatur primo, vt alienari minimè possit absque assensu Apostolico magna quantitas pecuniæ, quæ est in Ecclesiæ proprietate, non in fructu, vt fuit latè resolutum in Rom. Rot. in vna Venetiarum nullitatis contractus, 13. Nouemb. 1602. coram Pamphilio, vbi fuit quoque dictum istud procedere, licèt præfata pecunia veniret conuertenda in utilitatẽ dictæ Ecclesiæ; ratio verò huius limitationis, videtur esse illa, quia potest Ecclesia in contractu emptionis decipi in pretio, Bero. cit. cap. nulli, n. 83. Rodoan. tract. tit. de pecu. eccl. n. 15. Tiraq. de tetract. 1. glos. 7. n. 106. & facit tex. in l. 3. §. quid ergo, ff. de contrar. actio. tutel. Secunda est ratio, quia præfata pecunia non erat in redditu, vel fructu, vt de ea Prælatus, prout de alijs fructibus disponere posset, clem. 1. de reb. Eccles. non alien. sed erat in proprietate monasterij, & erat magna quantitas ducatorum 4000. propterea requirebatur assensus prout fuit decisum, quam decisionẽ refert Nouis. in præfato c. 75. in annot. num. 14.

Limita secundo in pecunia redacta ex venditione rei immobilis, quia inter immobilia numeratur, & assensus exigitur Tiraq. de utroque retract. §. 1. glos. 7. n. 113. Rodoan. ubi supra q. 6. quidquid scripserit Foller. in sua qrax. vers. & annotentur bona.

Pecunia vero destinata ad emptionem immobiliũ, an dicatur mobilis, vel immobilis fuit de cisum in Curia Archiepisc. Neapoli inter mobilia connumerari ex doctrina Ias. in l. cætera, §. sed si parauit ff. de l. 1. Boer.

decis. 209. Mantica de coniect. lib. 9. tit. 3. nu. 2. Pinell. in l. 1. n. 42. Cod. de bon. matern. & ex his fuit decisum non requiri assensum in alienatione d. pecuniæ.

RESOLVT. LXXI.

Assensus Apostolicus, an requiratur in permutatione, quæ fit inter rectores Ecclesiæ.

1 *Permutatio rei ecclesiæ cum sæcularibus non valet.*
2 *Cessante causa prohibitionis cessat prohibitio.*
3 *Permutatio inter rectores valida est, & quare num. seq.*
7 *Spirituale cum spirituali permutari potest.*

SÆpè quæritur, an authoritate ordinaria, possint rectores Ecclesiarum inter se bona Ecclesiastica permutare absque sedis Apostolicæ beneplacito, & consensu, & partem negatiuam probare videtur text. in cap. casellas 10. q. 2. & cap. sine exceptione 12. q. 2. entrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. & l. sancimus C. de sacrosan. Eccles. quæ procedunt tantum in
1 permutationibus fiendis cum sæcularibus, ne bona Ecclesiæ profanis vsibus applicentur, & ita probat expressè text. in d. extrauag. ambitiosæ ibj (profanis vsibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare præsumunt in proœmio) quod causam finalem dispositionis indicat l. fin. & ibi Bart. n. 3. ff. de hæred. instit. Iason. in l. si pacto quo, n. 14. C. de pact. & cum in permutationibus, quæ inter rectores Ecclesiæ fiunt non transferatur dominium ad profanos vsus, cessat causa prohibitionis, & cessante causa prohibitionis, cessat, & prohi-
2 bitio, cap. cum cessante de appellat. latè Tiraq. in tractatu cessante causa par. 1. limit. 23. n. 1. quoniam cum laicis non licet permutare, nec illis bona Ecclesiastica in emphyteusim concedi possunt absque iuris solemnitatibus Rodoan. q. 36. num. 19. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 17. num. 2. Rot. diuers. decis. 178. n. 1. par. 2. Praxis Cur. Archiepisc. Neapol. cap. 15. nu. 74. & propterea libenter concludendum est in praxi inter rectoro
3 res Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis licitam esse permutationem per tex. expressum in cap. hoc ius porrectum §. sibi inuicem 10. q. 2. cap. 1. de reb. Eccl. non alie. cap. ad quæstionem de rer. permut. §. istud Auth. ut de cætero commutat. & cap. ubi glos. verbo ad inuicem, & ibi Bart. in princip. col. 5. & in tit. præcedenti, & in Auth. item sibi inuicem iuncta glos. C. de sacro-
4 san. Eccl. & ratio poterit esse, quia cum res permutandæ ambo sint spirituales, ideò licita est in iure permu-
5 tatio, spirituale enim cum spirituali potest permutari, ut per glos. in citat. cap. ad quæstionem verbo (queat) In praxi tamen seruatur contrarium cum in permutatione quoque requiratur assensus.

RESOLVT. LXXII.

Assensus Apostolicus an operetur retentionem fructuum reuocata alienatione.

1 *Possessor fructus perceptos, & bona fide consumptos ante litē motā restituere non tenetur, & quare, n. 2. 5 6. & 7.*
3 *Possessor facit fructus suos, etiam quando habet titulum coloratum.*
4 *Possessor non facit fructus suos, quando assensus est subreptitius, & quando in hoc casu facit suos.*
8 *Possessor fructus extantes reuocationis alienationis tempore suos non facit, nec etiam error iuris excusat. n. seq.*
10 *Possessor fructus nō facit suos, quādo locupletior est factus.*
11 *Possessor fructus perceptos tempore publicationis causæ suos non facit, & quare.*
12 *Possessor fructus extantes tempore litis motæ spatio triennij vsucapere non potest.*

1 SVpponatur, quod fuerat res Ecclesiæ alienata, interueniente assensu Apostolico, & alijs à iure requisitis solemnitatibus, & post aliquem temporis cursum, alienationem præfatam non cedere in euidentē Ecclesiæ vtilitatem declaratum fuit, & proinde fuit facta reuocatio; quæstionis nūc est, an possessor teneatur restituere rem vna cum fructibus per eum perceptis, & respondetur fructus perceptos ante litē motam super reuocatione alienationis, & consumptos bona fide nō teneri restituere, Boer. decis. 18. nu. 3. Benint. decis. 20. per totum, & probatur in c. ad nostra, de rebus Eccl. non alien. cuius conclusionis quatruplex est ratio.

2 Prima, quia possidetur res cum titulo, & bona fide, & propterea fructus facit suos l. in bonæ fidei, ff. de acq. rer. dom. Bart. in l. ex diuerso ff. de rei vend. Abb. in cap. delicto n. 21. de præben. Felin. in cap. de quarta num. 32. de præscript. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 3. Nauar. cons. 11. de offic. ordin. & in cons. 2. de præscrip. & cons. 14. n. 12. Et hoc procedit etiam si adesset titu-
3 lus coloratus, Bart. in l. sed & si lex. §. scire ff. de pet. hæred. Gomez. de trienn. quæst. 42. Maynar. decis. 22. licet. secus esset dicendum, vbi titulus esset nullus, seu iniustus, & essemus in casibus, in quibus titulus haberetur pro non titulo, pura si assensus esset subreptitius,
4 quoniam tunc possessor teneretur ad fructuum restitutionem, non solum perceptorum, sed etiam percipiendorum, Ozas. decis. 160. num. 12. Roman. sing. 343. & Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. & Hastefiscal. lib. 10. quidquid voluerit Borgnin. decis. 13. de contract. par. 2. Limita in eo, qui possedit per triginta ann. bona fide, quia à restitutione fructuum in omni casu excusatur, Affl. decis. 240.

5 Secunda est ratio, quia vnus habet rem, alter verò pretium, & hanc opinionem in materia reuocationis alienationis ex capite læsionis vltra dimidiam sequutus fuit de Pont. cons. 28. n. 6. & seq. lib. 1. Anna. consil. 24. cod. vol. Guttier pract. 9. q. cap. 134. Magon. decis. Floren. 23. in fine, de Franch. decis. 495. nu. 3. & decis. 119. nu. 10. par. 1. Mynsing. obser. 73. cent. 4. Gomez. var. resolut. cap. 2. num. 42.

6 Tertia est ratio, quia possessor non potest dici fuisse in mora.

7 Quarta est ratio, quia possessor per decretum superioris, & sic per assensum Apostolicum, annullato contractu non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi interueniente dolo, Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. fin.

8 Limita nunc principalem conclusionem, & primo in fructibus extantibus tempore reuocationis alienationis, quoniam tunc sunt restituendi, nec hoc casu bona fides aliquid suffragatur, Afflict. decis. 178. & est tex. expressus in l. certum C. de rei vendicat. Couar. loco cit. & Ferret. cons. 225. vol. 2.

9 Limita secundo, vt nec etiam error iuris excuset possidentem rem Ecclesiæ minus debite distractam, vt ad fructus perceptos non teneatur, Gramm. decis. 79. n. 9.

10 Limita tertio, vbi fructus, essent consumpti, verum possessor esset effectus locupletior, ita de Franch. decis. 31. Ann. alleg. 113. & Couar. loco cit.

11 Limita quarto in fructibus lite pendente à tempore publicationis causæ perceptis, nam tunc incipit mala fides d. l. certum C. de rei vend. Afflict. decis. 59. Rota Lucens. decis. 47.

12 Limita quinto quoad fructus extantes, si illos spatio triennij bona fide tenuerit, quia sic vsu cæpisset, Bellam. decis. 412.

RESOLVT. LXXII.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione commendæ Sancti Ioannis Ierosolymitani.

1 *Commendatarij perpetui ordinum militarium prælatis æquiparantur, & num. 3. nec non beneficiarijs.*

2 Com-

2 *Commendæ, seu præceptoriæ Sancti Ioannis Ierosolymitani in generali reseruatione non veniunt.*
4 *Equites Ierosolymitani nullo modo eorum commendata bona alienare possunt, neque vltra triēnium locare absque solemnitatibus.*
5 *Conseruatores Religionis contractus nulliter factos per commendatarios reuocare possunt.*

REspondeo, dicendo, quod commendatarijs perpetuis militarium ordinum (excepta alienandi facultate) omnia competunt, quæ veris prælatis iuxta
1 sacros Canones, ca. is qui, de electio. in 6. & quæ resoluuntur de Beneficiarijs pariter, & de his commendatarijs accipienda sunt; Fulg. cons. 23. Gemin. cons. 417. Natt. cons. 514. n. 5. lib. 3. & fuit in Rota resolutum te-
2 ste Mohedan. decis. 10. de caus. poss. & proprie. quamuis præfatæ præceptoriæ Sancti Ioannis Ierosolymitani non veniant in generali reseruatione, de qua in cap. 2. de præben. in 6. secundum quod refert fuisse per Rotā decisum, Achill. de Gras. decis. 9. citat. titul. & ideò in specie dicit Calder. consil. 8. locat. quod isti commen-
3 datarij possunt locare res suæ comēdę in plures annos ad instar prælatorum, dummodò locatio non excedat triēnium, iuxta terminos Paulinæ, quia alias esset alienatio, & propterea non poterit valere, nisi adhibeantur causæ, & solemnitates, de quibus in iuribus de reb. Eccles. non alien. agitur. Ias. cons. 94. vol. 1. Ruin. consil. 157. & seq. lib. 6. Gomez. de reg. trien. q. 5. pag. 195. Capyc. decis. 3. n. 9. & ideò iure merito Medina resoluit in clem. 1. de reb. Eccles. non alien. quod equites Ierosolymitani nullo modo possunt bona eorum commendæ
4 alienare, seù vltra triennium locare absque assensu Apostolico, quam opinionem sequitur Dec. cons. 204. n. 2. vol. 1. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. nu. 3. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. pag. 347. n. 3. & tandem pro huius decisionis confirmatione accedat, quod in proprijs terminis tenuit Rodriq. li. 1. qq. reg. q. 26. art. 12. in fin. vbi resoluit, quod locationes ad longum tempus factas per præfatos Commendatarios, siuè alienationes sine solemnitatibus, & causis in alienatione rerum Ec-
5 clesiasticarum requisitis possunt conseruatores religionis virtute facultatis eis concessæ reducere, ac reuocare bona sic alienata ad dictam mensam.

RESOLVT. LXXIV.

Assensus Apostolicus an dicatur subreptitius, si in eo tacetur litis pendentia.

1 *Assensus Apostolicus redditur subreptitius, si in rescripto litis pendentia expressa non fuerit, & quare.*
2 *Expressio generalis non sufficit vbi particularis est necessaria.*
3 *Obreptio non euitatur, si deliberata principis mens per verborum inuolucrum effugiatur.*
4 *Obreptio in parte rescripti totum vitiat.*
5 *Expressio in rescripto est necessaria, tam appellationis propriæ, quàm partis, tàm iudicialis, quàm extra, & ad quem sit appellatum, & per quem.*
6 *Expressio litis est necessaria dato, quod citatio fuerit exequuta, non tamen reproducta.*
7 *Expressio litis exceptione elidibilis non est necessaria.*
8 *Limitatio ad text. in cap. super eo ext. de cohabit. cleric.*
9 *Expressio attentatorum post appellationem per Iudicem à quo non est necessaria, & quare.*
10 *Expressio appellationis desertæ non est necessaria.*
11 *Expressio sententiæ nullæ, seu processus non requiritur.*
12 *Expressione non facta prouisionis alterius nullæ, confirmatio beneficij est valida.*

SVpponatur in facto, quod quidam alienauerat bona cuiusdam Ecclesiæ, mediante assensu Apostolico, in cuius impetratione non fecerat mentionē: qualiter bona alienata erant litigiosa, & sic super eis pendebat lis, quæstionis nunc est an præfatus assensus dicatur subreptitius ob taciturnitatē dictę litis, & respōdendum est affirmatiuè propter iuris regulam expres-
1 sam, quæ se habet, quod rescriptum redditur subreptitium, si non fiat mentio de litis pendentia, secundum Felin. in cap. super literis col. 9. vers. amplia tertio de rescrip. vbi dixit, quod rescriptum committens causam auditori in curia est subreptitium, si non facit mentionem de litis pendentia in partib. & voluit etiam Affl. decis. 220. num. 13. Bellam. decis. 102. Valas. decis. 11. Abb. consil. 98. par. 1. & consil. 101. Lanar. cons. 8. Zab.
2 cons. 15. n. 3. & seq. Gabal. milleloq. 83. nec mentio generalis sufficeret, vbi particularis exigitur secundum eumdem Affl. cit. decis. 220. nu. 16. & Cornazzan. decis. 23. & obreptio non euitatur, si quis per inuolucrum verborum effugiat deliberatam mentem principis.
3 Gramm. dec. 66. n. 18. & obreptio in parte rescripti vitiat totum rescriptum, Ozasc. dec. 142. n. 29. Affl. decis. 119. num. fin. Rebuff. de constit. Franciæ titul. de rescript. num. 109.
5 Amplia, vt fieri debeat etiam mentio de appellatione interposita, tàm propria, quàm partis aduersæ, tàm iudiciali, quàm extraiudiciali, tàm si appellatum sit ad Papam, quàm ad inferiorem, tàm per appellantem, quam per appellatum, Gabr. de iudic. concl. 4. Lancell. de attent. tit. de inual. rescrip. lit. pend. DD. in cap. oblatæ, de appellat. Rom. cons. 230. in fin.
6 Amplia secundo etiam si præfata lis pēderet virtute citationis executæ, nō tamen reproductæ in actis, quæ licèt dicatur circumducta c. 1. de dol. & contum. in 6. Vestr. in prax. lib. 4. eod. tit. in princ. Grat. dec. 209. nihilominus debet de ea fieri mentio.
7 Limita nunc, vt nō sit necesse facere mentionem alicuius litis elidibilis exceptione, vel replicatione, gl. in c. ex tenore, vbi DD. in c. 1. & in c. in nostra de rescrip. & gl. notabilis in c. cum nostris verbo de facto, & ibi Panor. de concess. præb. & in c. suggestum verbo posterius de iur. patron. gl. in regula non præstat impedimē-
8 tum de regul. iur. in 6. & ita limita text. in c. super eo de cohabit. cler. qui dicit non valere lit. facti seriem non continentes. Immò Panor. Ant. de But. & Imol. in c. dilectę de excep. tenent, quod de attentatis post appella-
9 tionem per Iudicem à quo, non est opus facere mētionem; cum veniant retractanda c. non solum de appell. hinc est, quod de appellatione deserta non est opus fa-
10 cere mentionem secundum Imol. in c. ex p. 2. not. col. fin. de appel. & alibi. Pan. post Host. in c. per vestras 3. col. de don. int. vir. & vx. dixit, quod de sententia nulla,
11 seu processu nullo, mentio fieri non debet; ac Oldrad. cons. 299. dixit, quod de lite, quæ est nulla; non debet fieri mentio, & Rom. cons. 483. dixit, quod valet im-
12 petratio confirmationis beneficij non facta mentione de prouisione alteri facta, quæ erat nulla.

RESOLVT. XXV.

An assensus Apostolicus in alienatione bonorum alicuius commendæ requiratur.

1 *Commendatarius absque superioris authoritate monasterij bona alienare non potest.*
2 *Prohibitio legis, & hominis in commendæ alienatione.*
3 *Ad probandam vtilitatem non sufficit alienātiū assertio.*
4 *Assensus Apostolicus in alienatione bonorum alicuius commendæ requiritur.*

PRo resolutione huius dec. affertur decis. Rot. 597. in nouiter nouiss. recoll. per Farin. quæ his continetur verbis. Domini resoluerunt pro informante, scilicet instrumentum emphyteusis non subsistineri, tum propter

propter duplicem prohibitionem alien. videlicet quia Commendatarius non potest sine auct. superioris bo-
1 na monasterij alienare in præiudicium successorum,c. in venditionib.17. q.4. Fed. de Sen. cons.143.& Papæ
2 commendantis, & penitus quamcumq; alienationem interdicendo, quæ excludit omnem facultatem commendatarij alienantis, saltem auctoritate propria, Feder. de Sen.d.cons.Calder. cons.1.de reb.eccl. non alien.& facit l.2.de vsucap.pro empt.Bart.& DD. in l. filiusfam.§.diui,deleg.1.vbi Ias.nu.29. & seq.

3 Tum etiam,quia neque constat de causa vtilitatis, in qua non statur assertioni alienantium,Fed.de Sen.d. consil.Rota decis.716.part.1. neque de solemnitate, 4 quæ copulatiuè requiruntur,c.1.de reb.eccl.non alien. Couar.qui alios citat, & attestatur de communi. var. resol.li.2.c.17.n.2.& fuit dictum coram Iusto 9. Iulij in vna Mediolanen.bonorũ, & ex lectura instrumẽti satis constat solemnitates non esse seruatas; ex quib. visum fuit dubium propositũ esse sine probabili difficultate.

RESOLVT. LXXVI.

Assensus Apostolicus an requiratur in infeudatione rei Ecclesiæ.

1 *Assensus Apostolicus requiritur in rei Ecclesiæ infeudatione.*
2 *Assensus Apostolicus non requiritur in renouatione infeudationis,nec etiam in feudo decimarum.*
3 *Laici regulariter decimas retinere non possunt.*
4 *Prælatures sibi reuersas,non solum extrancis, sed etiam consanguineis infeudare potest.*
5 *Prælatus non solum feuda sibi aperta infeudare potest, sed etiam suo prædecessori.*
6 *Prælatus res solitas concedi, non potest infeudare, si cessat prima concessionis causa, nec etiam solitam concessionem alterare, nu.7.*
8 *Solemnitates requiruntur in renouatione infeudationis rei ecclesiæ incorporatæ.*
9 *Res quando dicatur ecclesiæ incorporata.*
10 *Correctio iurium antiquorum circa infeudationem per Constit.Pij V.*

1 REspondeo dicendo requiri assensum Apostolicum, vt latè per Clar. in §.feudum q.13. de Franch. in tit.de his,qui feud.dare pos. c.in prin.

Dubium tamen graue est, an idem dicendum sit in 2 renouatione infeudationis, ita vt interuenire debeant illæ solemnitates, quæ in rei Ecclesiasticæ alienatione requiruntur, & in hoc communis est resolutio non requiri,Bart.in Auth.qui rem,n.4. C.de sacrosanct.eccl. Bald.in l.nulli,num.12.& seq.C.de Episc. & cler. Abb. in c.vt super,n.11.de rebus eccl.non alien. Crau.cons. 54.col.1.volu.1.Curt.iun.de feud.1.par.2.partis princ. q.1.Socc.cons.120.num.23. Leo in Thes.for. eccl.c.15. par.1.num.29.

Amplia primo procedere etiam in feudo decimarũ, quod solitum est laicis infeudari, nam si ad Ecclesiam reuertatur, poterit Prælatus illud alteri laico feudum concedere,glos.in ca.prohibemus,verbo laicus, de decim.Imol.in c.ex parte,post num.10. de feud.subdens, quòd hæc opinio communiter seruari videtur, & post eum,ita dicit communiter teneri,& obseruari in praxi Ias.consil.155.in fine li.2.& in c.1.n.13.de ijs,qui feud. dare pos.Cur.de feu.par.2.q.8.Dec.consil.131. in fin. 3 vol. 1. licèt enim decimæ apud laicos regulariter esse non possint,tamen ex quo erant solitæ infeudari, præsumitur eas licitè apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam alijs laicis concedi posse.

4 Amplia secundo, vt possit Prælatus huiusmodi res postquam ad ecclesiam sunt reuersæ,illas infeudare nõ solum extraneis,sed etiam consanguineis, & affinibus suis,dummodò præfata infeudatio nõ sit multum onerosa ecclesiæ,vel alias suspecta,Bald.in d.c.1.n.9. & in l.1.ff.de rer.diuis.Iacob.de Belu.lib.9.feud. q.17. Ripa de peste,in 2.cap.de remed.preseruat.2.conclus.& ita de consuetudine obseruari videtur, quia hodie potius agnatis, quàm alijs beneficia à Prælatis conceduntur, gl.in cap.1. in princ. verbo Italicorum, si de inuest. inter.Dom.& vas.

5 Amplia tertio, vt possit pariter Prælatus infeudare non solum feuda, quæ tempore suæ prælaturæ aperiũtur,sed etiam ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt, secundum Guid.Pap.decis.154.nu.2. quidquid voluerit glos.quę communiter reprobatur in c.1. verbo feudum dare,de his qui feud.dare pos.

6 Limitatur,& primo,vt Prelatus non possit infeudare res solitas concedi,quando cessat prima causa concessionis, puta si res inculta data in feudum, redacta ad culturam,rediret ad Ecclesiam,tunc enim non poterit de nouo concedi sine assensu Apostolico, Abb. singulariter in c.vt super,de reb.Eccl. Curt.vbi sup. q.1.

7 Limitatur secundo,vt non possit concedi alterando solitum,puta si solet concedi masculis,non potest concedi fœminis,Bart.in d.auth.qui rem, num.7. Clar.cit. quæst.13.n.7. & est communis opinio,secundum Curt. iun.loco supra cit.quæst.6.colum.2.& seq.Alex.cons.9. num.2.lib.3.

8 Limitatur tertio, quando res solita infeudari, esset incorporata mensæ ecclesiæ, quæ non potest amplius infeudari sine solemnitate,Abb.d.c.vtsuper,& est communis opinio, secundum scribentes cit.c.1. de ijs, qui feu.dare pos. & ita refert fuisse decisum Guid.Papa in decis. 154. sed quando dicatur res incorporata mensæ sunt plures opiniones,quas refert Curt. vbi supra q.5.

9 Sed melior est opinio,quod requiratur expressa Prelati declaratio, vt si expresè describi faciat rem reuersam inter bona mensæ,iuxta Bart.in l.si vacantia, C.de bonis vacant. lib. 10. vel tacita declaratio hoc est, quod Prælatus collegerit fructus ipsius,prout solet facere in alijs rebus incorporatis, & hanc opinionem dicit esse magis communem Cur.in d.q.5.& Clar. d.q.13.

Hodie tamẽ omnia supradicta correcta sunt quoad ciuitates,castra, terras,oppida, ac loca Sedi Apostolicæ,tàm mediatè,quàm immediatè subiecta,quæ deuo-
10 luta, & pro tempore deuoluenda, absq; alia vlteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione, eo ipso Sedi,& Cameræ Apostolicæ incorporata,ac ad ius,proprietatem,& dominium pristinum,ac possessionem redijsse censentur, perinde ac si per quadraginta annos,& vltra,ciuitates, & loca prædicta à Sede Apostolica immediatè possessa,& nunquam in feudum,aut alium titulum concessa fuissent,vt patet in Constit.Pij V.quam ad litteram refert Leo in præd.c.15.nu.12.

RESOLVT. LXXVII.

Assensus Apostolicus an requiratur in affrancatione Canonis.

1 *Assensus Apostolicus in affrancatione canonis requiritur,& quare,nu.2.*
2 *Affrancatio absque alio assensu adest tale pactum, & quare,num.4.*

IN huiusmodi difficultate (ne diutius lector in ea moretur) conclude pro affirmatiua, sic præcisè tenuit Soccin.in l.1.§.item acquirimus,n.18.& seq. ff.de verb.oblig.Tiraq.de leg.connub.glos.5.nu.198.& seq. Monal.cons.60.n.6.vol.1.Ferret.cons.62.n.21.

2 Cuius conclusionis ratio illa potissima videtur,quoniam affrancatio est species alienationis, c.nulli liceat 12.q.2.cap.si quis presbyterorum,& ibi Abb.4.not. de reb.eccl.non alien.Rot.decis.13.& seq.par.1. diuers.& tandem,

tandem, quod requiratur assensus Apostolicus in affrancatione, fuit dictum in vna Romana prætensæ deuolutionis 10.Martij,& 10.Maij 1595.coram Mellino.

3 Notandum tamen est,quod in casu, quo interfuisset assensus Apostolicus posset censualis, vel res emphyteutica affrancari, existente pacto de affrancando in contractu apposito,non obstante caducitate, Dec.in l. bonæ fidei,nu.11.C.de pact.Barb.cons.51.col.18.vers. capio nunc alium articulum,vol.1.Manent.de iure emph.q.4.n.4.& iuxta hanc opinionem decidit Rota Pe-
4 dem.teste Thesaur.filio dec.12.par.1.,Ratio est,quia emphyteuta,qui cadit à iure emphyteusis, non cadit à iure fundi, seù affrancandi, vt pluries fuisse decisum in Sac.Neap.Cons.refert Vrsill. decis.250. de quo meminit de Franc.dec.261.n.4.& dec.267. eodem n.

RESOLVT. LXXVIII.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Cappellaniæ.

1 *Bona Cappellaniæ fundatæ absque Episcopi licentia,possunt sine solemnitatibus alienari, & quare nu.2.*
3 *Episcopus fundans tanquam laicus Cappellaniam de bonis proprijs, illa bona possunt alienari absque solemnitatibus.*
4 *Pactum factum in tali Cappellania non dicitur simoniacum.*
5 *Cappellania talis à laico,vel à fœmina obtineri potest.*
6 *Aetas requisita ad obtinendum beneficium ecclesiasticum in tali Cappellania non requiritur.*
7 *Laicus illam conferre potest,nec eius respectu quis ad recitationem diuini officij tenetur, nec ad illius titulum poterit aliquis promoueri,nu.8.*
9 *Episcopi nullum ius Ecclesiasticum in tali Cappellania habent.*

1 SVpponatur,quod fuerit fundata quædam Cappellania absq; aliqua Episcopi,vel Superioris auctoritate,vt in illa succedant clerici de parentela; quæstionis est, An territorium, cuius redditus debetur præfatæ Cappellaniæ, possit alienari absque assensu Apostoli-
2 co;& resoluendum est affirmatiuè;eiusq; ratio est,quia non est beneficium ecclesiasticum, secundum Guid. Pap.dec.187.Dec.cons.135.n.1.& 210.nu.4.Fel.nu.2.& Dec.eod.nu.in cap.ex parte, de rescript. Spinus de testam.glos.4.principali,n.42.Nauar.cons.5.de præbend. & cons.7.Valasc.decis.6.n.12.Parisius cons.34.num.9. vol.4.Tholos.in instit.rei beneficiariæ,cap.12.num.10. Rodriq.in summ.c.42.par.2. Salzed.ad Diaz c.18. n.9. Salzat.de vsu,& consuet.c.12.num.46.Auend.de exeq. mandat.2.part.c.4.n.3.

3 Quod amplia procedere,etiam si fundator esset Episcopus,& in forma communi tanquam laicus de bonis proprijs talem Cappellaniam fundaret,non verò Episcopali auctoritate,Nauar.citat.cons.7.nu.1.& seq.& Gonzales glos.5.nu.21.vnde cum huiusmodi Cappellania non dicatur beneficium Ecclesiasticum, proinde nec illius territorium erit Ecclesiasticum.

Immò nec pactum factum ratione talis Cappellaniæ
4 sine Papæ auctoritate erit simoniacum, ex quo non est quid spirituale; cum beneficium Ecclesiasticum non sit; nec quid spirituale auctoritate Episcopi erectum, Rota decis.365.n.2. par.2.diuers.Veral.decis.356. par. 2.& talis Cappellania posset obtineri à laico,vel fœmi-
5 na,nisi voluntas testatoris, vel fundatoris contrarium declararet, Valasc.d.dec.60.Rot.dec.264.& 265.nu.1. par.2.& decis.182.n.2.par.1.sic etiam in ea non requiritur ætas 14. annorum requisita ab obtinendum be-
6 neficium Ecclesiasticum decis.Rot.482.in fine par.1.& ita declarauit Sacra Congregatio Concilij; pariter
7 quoque poterit laicus patronus illam conferre, si testatoris voluntas ita voluerit, Guid. Pap. citat. decis. 187.& Tholos.cit.c.11.n.10.ad finem.Item ratione talis Cappellaniæ non tenetur quis ad recitationem diuini officij; Ludou. Lopez in instruct. consc. 2. part.c. 92.Spinus de testam.glos.4.n.42.prout neq; ad titulum illius, tanquam ad titulum beneficij poterit quis ad
8 sacros ordines promoueri, Salzed. ad Diaz in pract. crimin.canon. c.18.nu.9.Spinus,vbi sup.vers.neque ad titulum, neque Episcopi in tali Cappellania ius insti-
9 tuendi,seù destituendi,nec visitandi,nec aliud ius diœcesanum habent;vt latè per Paris.cons.34.li.4. Ex quibus omnibus concludo territorium præfatæ Cappellaniæ cum non sit res Ecclesiastica posse alienari vllo præcedente assensu Apostolico.

RESOLVT. LXXIX.

Assensus Apostolicus an requiratur in renouatione emphyteusis agnatis facienda.

1 *Assensus Apostolicus in renouatione emphyteusis agnatis facienda non requiritur,& quare, nu.2.*
3 *Renouatio est facienda non vni,ex proximioribus.sed omnibus descendentibus,& transuersalibus,etiam fœminis num.4.& 5.*
6 *Renouatio ab Ecclesia est facienda proximioribus fœminis, dato,quod in prima inuestitura masculi tantum fuerint vocati.*
7 *Renouatio est facienda, etiam si primus contractus fuerit nullus declaratus,& hæc procedunt tàm in emphyteusi laicali,quam Ecclesiastica.*
8 *Renouatio non est facienda, si propter culpam recipientis est finita, prout etiam, quando iuri petendi eam renunciatum fuerit, nu. 9.*
10 *Renouatio solis hæredibus est facienda, quando hæreditaria est, & tunc quando hæres est capax, alioquin proximiori.*
11 *Renouatio non est facienda, si per annum non fuerit petita, & annus computatur à die scientiæ, & agnati possunt reuocare inuestituram (spatio 30.annorum)factam intra annum extraneo,nu.13.*
14 *Scientia, quando agitur de amissione iuris plenè est probanda.*
15 *Renouatio non est facienda, quando Ecclesia vellet pro se bona retinere.*

1 EGregia est disceptatio inter scribentes,an assensus Apostolicus sit necessarius in renouatione, quę fit per Ecclesiam proximioribus agnatis, finita generatione,& communis resolutio est, quod non requiratur ex regula, quod in rebus solitis concedi non exigatur solemnitas iuxta verba expressa extrauag.Ambitiosæ;
2 est namque ratio,quia Ecclesia cogitur facere renouationem Crotus consil.86.li.1. Gabriel consil.1.n.32.& 13. vers.contrarium est verius vol.Anchar. cons.17. & 174.Alex.cons.80.n.10.vol.1.Ruin.cons.12.n.22. vers. postremo non obstat lib.1.& cons.161.n.36.cod.li.quæ conclusio nonnullis modis ampliatur.

Et primo,vt locum habeat,tametsi proximiores sint plures in eodem gradu,quia omnibus æquè renouatio
3 fieri debet, & non vni eorum tantum. Tiraq. de primogen.q.17.appos.4.Decian.cons.71.vol.3. & fuit latè resolutum in vna Ciuitatis castelli 23.Iunij 1586.coram Platto.

Amplia secundo procedere non solum in agnatis descendentibus, sed etiam transuersalibus, Gabriel.
4 cons.86.n.12.li.1.Gozad.cons.8.n.51.& consil.71.Dec. cons.131.col.fin.& cons.328. Clar.in §.emphyteusis q. 43.& secundum hanc opinionem pluries censuit Rota Romana, & signanter in vna Lucana emphyteusis 6. Iunij 1567. coram Oradino, & iterum in vna Romana relocationis domus 3.Iulij 1595. coram Gipsio.

Amplia

Amplia tertio, quamuis proximiores, qui petunt renouationem sint fœminæ, Rom. cõs. 22. Ruin. cons. 151. num. 18. vol. 2. Bero. consil. 98. & 99. libr. 1. & istud pro-
6 cedit, quamuis ex tenore prioris iuuestituræ masculi tantum vocentur, quia nihilominus Ecclesia tenetur proximioribus fœminis renouare, vt latè per Bero. cit. cons. 98. & 99. & fuit decisum in Rota Romana in vna Bononien. bonorum 13. Ianuar. 1583. coram Robusterio, & iterum in vna Ciuitatis Castelli emphyteusis 23. Iunij 1586. coram Plato.

7 Amplia quarto procedere etiamsi locatio præcedēs fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum solemnitatum, vt fuit resolutum per Rotam in dicta Romana relocationis domus 3. Iul. 1595. coram Gipsio.

Amplia quinto, siuè emphyteusis sit laicalis, siuè ecclesiastica, Ruin. cons. 12. num. 22. vers. postremo non obstat lib. 1. cons. 161. num. 36. eodem libr. Crot. cons. 86. Anchar. cons. 17. & 174. Alex. consil. 80. num. 10. & seq. vol. 1.

8 Limitatur hæc conclusio, vt non procedat, quando emphyteusis esset finita propter culpam recipientis, vt puta, ob non solutum canonem, Paris. cons. 101. nu. 132. vol. 1. Roman. cons. 312. in princip. Socc. cons. 161. nu. 23. vol. 2. Felin. cons. 32. num. 9. Gozadin. cons. 46. n. 16. & seq. & ad materiam de Ponte dec. 12. & de Franc. decis. 193.

9 Limita secundo, quando fuisset renunciatum iuri petendi renouationem, Soc. iun. cons. 9. nu. 14. lib. 7. & fuit decisum in Rot. Roman. in vna Ceruien. bonor. 23. Mart. 1583. coram Seraphino.

10 Limita tertio, vt non procedat, quando emphyteusis esset hæreditaria, quia solis hæredibus renouatio fienda est, licet alij proximiores in gradu reperiantur. Valasc. dec. 128. & 101. Gabriel de iure emphyt. concl. 1. nu. 10. iuxta quam opinionem Rota Romana pluries censuit, & signanter in d. Ceruien. bonorum, & iterum in vna Bonon. bonorum de Bologninis 10. Decembr. 1564. coram Seraphino, declaratur hęc limitatio, nempè si hæres proximior esset incapax, tunc debet fieri renouatio proximiori capaci, vt fuit resolutum in vna Cæsenaten. Palatij 7. Nouemb. 1597. coram Penia.

11 Limita quarto, vt non procedat, quãdo non fuit petita renouatio intra annum, quia tunc agnati amittũt omne ius, quod habent ad renouationem petendam, Gabriel, qui innumeros citat alleg. concl. num. 10. iste tamen annus vtilis est, nec computatur, nisi à die sciẽtiæ, vt fuit resolutum in d. Ceruiens. bonorum, & cum agatur de amissione iuris, hæc scientia debetur plenè,
12 & concludenter probari, ita vt non sufficiant coniecturæ, Rota decis. 7. de dolo, & contum. in antiq. Mohedan. decis. 160. Caputaq. decis. 116. par. 1. Put. decis. 114. lib. 1.

13 Notandum tamen est, quod quando intra annum alius extraneus fuit inuestitus, tunc agnati possunt reuocare huiusmodi inuestituram etiam spatio 30. annorum, vt fuit latè resolutum in Rota Romana in vna Brixien. feud. 29. Aprilis 1587. coram Bubalo, & alleg. Ceruien. bonorum coram Seraphino.

14 Limita quinto, vt non habeat locum, quando Ecclesia vellet pro se bona retinere, quia tunc magis communis, & verior est opinio, vt non cogatur illa reconcedere proximioribus defuncto, in cuius persona emphyteusis est finita etiam absq; eius culpa, Verall. dec. 303. & seq. p. 1. Beninten. dec. 19. de Franch. decis. 191. & hanc tanquam veriorem, & æquiorem, Rota sæpius amplexa fuit, & præsertim in vna Rauen. bonorum 20. Nouembris 1587. coram Mantica, & facit decis. Rot. diuers. 195. n. 7. & 9. par. 2.

RESOLVT. LXXX.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione, quæ fit per capitulum sede vacante.

1 *Capitulum sede vacante ipsius Ecclesiæ bona absq; assensu Apostolico alienare non potest.*
2 *Capitulum sede vacante potest Ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti auctoritatem interponere.*
3 *Capitulum sede vacante bona ipsius Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, absque solemnitatibus alienare potest.*
4 *Capitulum sede vacante pro instante necessitate ipsius Ecclesiæ absq; licentia superioris pecunias mutuò recipere potest, vbi etiam requisita pro tali mutuo faciendo.*
5 *Ecclesia, & Prælatus successor ex mutuo facto per capitulum sede vacante obligatur.*

1 REspondeo dicendo, quod capitulum non potest alienare bona ipsius Ecclesiæ vacantis absque assensu Apostolico per text. expressum in cap. si qua de rebus. & in cap. precariæ 12. quæst. 2. & facit c. is qui,
2 vbi Arch. & reliqui de electio. Poterit tamen cõsentire, & interponere auctoritatẽ Ecclesię inferiori ex causa alienare volenti, Panorm. in c. cum olim q. 3. de maior. & obed. Franch. in c. vnic. n. 3. de reb. Eccles. non alien.
3 Rebuff. in praxi in tit. de deuolut. num. 104. Limitatur etiam in reb. quæ seruando seruari non possent, quas liberè poterit alienare, Pauin. par. 2. q. 8. sub n. 3. etiam sine alterius auctoritate, Abb. in cap. 1. ne sede vacãte, & tãdem limita, vt pro instantibus necessitatib. ipsius
4 Ecclesiæ vacantis, etiam sine superioris auctoritate possit pecunias mutuò recipere, prout tenet gl. in cap. cupientes §. ad hæc vers. aliunde, de elect. in 6. quod intellige cum manifesta sit in hoc Ecclesię vtilitas, & negotium dilationem non haberet, nec caperet, & de facili superioris auctoritas haberi non posset, alias se-
5 cus: adeo quod ex tali mutuo obligetur Ecclesia, & Prælatus successor Pauin. d. quæst. 8. num. 20. Franch. d. §. ad hæc n. 4. Cuttier. lib. 1. canon. q. c. 1. nu. 132. Balb. decis. 52. n. 6. & seq. Monal. cons. 15. n. 3. vol. 1. Rodoa. de reb. Eccles. q. 30.

RESOLVT. LXXXI.

An alienatio facta cum clausula accedente consensu Sedis Apostolicæ ante consensum huiusmodi habitum aliquod ius quæsitum sit.

1 *Reseruatio assensus facit conditionalem actum.*
2 *Conditio suspendit, & nihil ponit in esse.*
2 *Alienatio facta cum reseruatione assensus nullum ius tribuit ante illius expeditionem.*

REsponsio est negatiua, & ratio est, quoniam præfatus contractus est conditionalis, vt in proprijs terminis videtur concludere Paris. consil. 11. n. 13. vol. 4. Menoch. consil. 170. vol. 1. Anna singulari 447. & in Constitutione Regni diuæ memoriæ nu. 194. qui dicit
1 reseruationem assensus facere actus conditionales, pro vt etiam extat Glos. expressa in l. item Labeo, §. 1. in vers. pure ff. famil. herc. Brun. cons. 42. in fine, Curt. iun. cons. 77. n. 3. Iser. in cap. Imperialem §. scriba col. 2. vers. secus si vendidit de prohibita feudi alienatione per Federicum, & ibi Capyc. col. 218. in paruis Paris. de reintegratione fol. 147. & Moderni in cap. 1. quid sit inuestitura; conditio autem nihil ponit in esse l. substituto ff. de acquir. rer. dom. c. 1. de sponsal. in 6. latè Philipp. Dec. in leg. cum ad præsens, & ibi ante eum Bart. Bald. & reliqui ff. si cert. pet. vnde nullum ius etiam ad rem ante assensum præstitum quæsitum esse asserere possumus arg. tex. in l. si quis sub condition. ff. si quis

omissa

omissa causa testamenti, & voluit Aret. cons. 11. col. 1. & in simili concludit Cassan. in decis. 24. super regul. Cancellariæ, & iuxta hanc sententiam tenuit Rota in vna Romana domus 9. Decembr. 1588. coram Illustris. Seraphino, & mota fuit ex vi præfatæ clausulæ, quæ semper conditionem inducit, & actum suspendit vt per Caputaq. decis. 82. num. 3. par. 3. Cassad. decis. 2. num. 7. de simonia Boer. decis. 243. num. 11. Guido Papa decis. 163. num. 1. Marta decis. 195. num. 3. & seq. Mandos. de signat. gratiæ tit. si in euidentem in fine.

RESOLVT. LXXXII.

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione patrimonij, ad cuius titulum quis fuerit ordinatus.

1 *Patrimonium loco beneficij subrogatur.*
2 *Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur priuilegio bonorum Ecclesiæ gaudet.*
3 *Patrimonium tale est liberum pro decima soluenda, quemadmodum sunt res Ecclesiasticæ, non tamen à charitatiuo subsidio.*
4 *Patrimonium tale filio non est imputandum pro legitima.*
5 *Assensus, siue Episcopi beneplacitum in alienatione patrimonij, ad cuius titulum aliquis fuerit promotus, non autem Apostolicus requiritur.*
6 *Assensus ordinarij in alienatione huiusmodi patrimonij non requiritur, quando clericus tempore alienationis congruè vnde viuat, habet, & quare.*

1 IN hac decisione dubitandi ratio oriri videbatur ex eo præsertim, quoniam huiusmodi patrimonium subrogatur loco beneficij, & rei Ecclesiasticæ, & sic debet sapere eius naturam l. si tam angusti ff. de seruit. l. parabolani C. de Episc. & cler. Castrens. cons. 73. & 266. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 10. n. 80. & ne in opprobrium clericatus cogantur mendicare ita tenet Auend. resp. 17. Matienco in l. 1. tit. 25. gl. 1. n. 4. lib. 5. noue recompil. Spin. in spec. testam. glos. 18. princip. n. 72. Menchac. lib. 3. de succes. creat. §. 22. nu. 43. & tale pa-
2 trimonium gaudet priuilegio bonorum Ecclesiæ, vt refert Padilla in l. si quis à liberis vers. solent nu. 36. vbi cumulat alios DD. ff. de lib. agnosc. Selua de benef. p. 1. q. 3. n. 30. Gomes. in §. fuerat n. 6. de actio. Couar. in c. Rainal. §. 2. n. 7. de testam. & lib. 1. var. resol. c. 4. num. 4.
3 Gratian. regul. 194. nu. 7. nec de eo soluitur decima, quemadmodum non soluitur de alijs in rebus Ecclesiasticis gl. singul. in cap. tuis de præbend. Azeued. li. 1. tit. 4. n. 9. lib. 1. recompilat. & ex eo soluitur charitatiuum subsidium Episcopo Bellen. in tract. de charitat. subsid. q. 31. Remig. in eiusdem nominis tractatu q. 52. Ceual. q. 527. comm. contra comm. nec tale patrimonium imputatur filio in legitimam, vt latè per Crauet.
4 cons. 136. per totum Faber. in l. emancipare n. 6. versic. credo Cod. de collat. & iuxta hanc opinionem refert fuisse decis. Polidor. Ripa decis. 232.

Quidquid tamen sit de iure communi, hodie verò ex noua lege Sac. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. ordinati ad titulum patrimonij non possunt bona à se alienare, seù renunciare sine Episcopi licentia, & ita quotidiè fit, & practicatur, nec requiritur assensus Apostolicus Nauar. in Manual. c. 22. n. 18. & in cons. 14. n. 2. de tempor. ordinat. Paris. lib. 2. de resignation. benef. q. 6. n. 1. & 35. vbi etiam de iure communi, hanc dicit veriorem opinionem ex cap. sanctorum distinct. 70. & quod ita practicatur, quæ tamen opinio temperanda, & intelligenda est; nisi clericus tempore alienationis habeat congruam substentationem; quia tunc, ex dispo-
6 sitione Concilij absque licentia ordinarij poterit, bona ad quorum titulum est ordinatus alienare, quia in hoc casu cessat ratio finalis Concilij (ibi ne cogantur mendicare) & sic debet cessare illius dispositio l. adigere §. quamuis ff. de iur. patronat. quam interpretationem sequi videntur Paris. vbi supra n. 6. & 9. & Azeued. vbi supra n. 6. & Cæual q. 527. iub nu. 8.

Super prædictis tamen est cogitandum, quia articulus non caret difficultate.

RESOLVT. LXXXIII.

Quid operetur clausula in assensu Apostolico adiecta scilicet consentientibus dilectis filijs.

1 *Consensus expressus est necessarius in alienatione, in qua requiritur pro forma, num. 2.*
2 *Consensus requiritur expressus: quia hoc habet ex sui natura.*
3 *Consensus quando dicatur expressus, & quando tacitus.*

SVpponatur, quod fuerat porrecta supplicatio Summo Pontifici per vnum ex canonicis eiusdem Cathedralis pro assensu præstando super alienatione petij territorij præbendæ eiusdem Canonici, & Papa in assensu asserat consentientibus dilectis filijs canonicis talis Ecclesiæ; quæstionis nunc est an præfatus assensus sufficiat, quod sit tacitus, an verò requiratur, quod fuerit expressus, & resoluendum est: necessarium esse
1 expressum consensum: glos. in verbo expressus in c. statutum §. in nulla extr. de rescript. in 6. & ibidem Geminian. n. 3. & Franch. nu. 5. Tiraquell. de legibus connub. glos. 7. num. 7. Rot. decis. 15. num. 2. de offic. deleg.
2 in nouis, & maximè hoc procedit, quando exigitur pro forma, vt in casu nostro cap. cum ab vno iuncta gl. verbo mandantibus, & ibi Geminian. nu. 2. de re iudic. in 6. Abb. in cap. dilecti nu. 10. de arbitr. Gomez. in regula de impetrantibus beneficia per obitum Famil. Card. quæst. 13. num. 2. in fine, & sequent. & ibidem Mandos. quæst. 29. num. 5. cum sequent. vbi propterea concludunt, requiri consensum expressum in casu dictæ regulæ, quia est formalis Dec. cons. 409. num. 3. & 4. Parisius de resignat. benefic. lib. 8. quæst. 8. n. 25. cum seq. lib. 9. q. 17. n. 67. & 73. Verall. decis. 82. n. 6. part. 3. Puteus decis. 282. n. 3. lib. 3. Tiraq. de legibus connubialibus glos. 7. ex n. 5. vsque ad nu. 15. vbi in proposito plura notanda, cumulat, & à nu. 16. vsque ad n. 48. octo de modis limitat; & alijs multis declarat Paulus Cranutius Theorem. 25. n. 10. lib. 1. imò licet non requireretur pro forma, est tamen de natura consensus, vt sit expressus, vt probatur in l. 1. C. de filiofam. minore
3 Dec. cons. 36. circa primum versic. præterea, & secundo, & cons. 419. & iuxtà hanc opinionem fuisse decisum in cap. Imperiali testatur Mussing. cent. 4. decis. 87. & Gail. lib. 2. obseruationum decis. 71. num. 2.
4 Sed quæro, & quando dicatur consensus expressus, & quando tacitus. dic, quod expressus dicitur, quod verbis exprimitur; tacitus verò, qui ex factis resultat glos. in Clement. sæpè §. fin. verbo contradicentib. versiculo secundo nota de verbor. signific. Castrens. in l. si conuenerit post n. 6. ff. de appellat. & consensus expressus dicitur multis modis, de quibus per Bar. in l. 1. n. 7. ff. de vulgar. & pupill. Mandos. vbi supra n. 2. & 3. Paris. cons. 33. num. 10. & sequent. volum. 4.

RESOLVT. LXXXIV.

Assensus Apostolicus an requiratur in concessione re. feudalis in Burgensaticum.

1 *Concessio rei Ecclesiæ feudalis in burgensaticum absq; assensu est nulla, & quare.*
2 *Decisio Regiæ Cameræ Summariæ Neapolis prolata in causa Archiepiscopi Tarent. columnæ.*

Suppo-

SVpponatur in facto, quod prelatus quidam conceſſerat rem feudalem Eccleſiæ cuidam, non tamen in feudum, ſed in Burgenſaticum ſine Breui Apoſtolico, quæſtionis nunc eſt, num præfata conceſſio teneat de iure, & ſic dictus Prælatus inciderit in cenſuras extra-
1 uag. Ambitioſæ, in qua quæſtione breuiter reſpondendo dicas; præfatam cõceſſionem ab initio nullam fuiſſe, ratio eſt, quia Prælatus non poteſt præiudicare Eccſiæ in feudalibus. Iſern. in c. 1. §. & iterum ſi clericus de cap. Corrad. Abb. in cap. verum nu. 18. de for. compet. Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 20. de conſtitut. Alex. conſ. 128. num. 6. & 7. vol. 1. & in Regia Camera Summaria Neapol. fuit ventilata lis inter Illuſtriſs. Archiepiſc. Tarentinum Columnam cum Ioanne Thoma Galatait ſuper conceſſione Caſtri Monaciſij conceſſi ſine aſſenſu Regio, & Apoſtolico: in qua cauſa ſubintrauit Regius Fiſcus, petendo feudum eſſe deuolutũ, quia fuerat conceſſum in Burgenſaticum, negando qualitatem feudalem, & tandem ſuit condemnatus conuentus ad relaxandum Caſtrum Eccleſię oppoſitis per fiſcum non obſtantibus, ita Anna ſing. 398.

RESOLVT. LXXXV.

Aſſenſus Apoſtolici impetratio facta nomine Rectoris an probet mandatum eiuſdem Rectoris.

1 *Impenſa in actu facit præſumi mandatum, & ratihabitionem.*
2 *Aſſenſus impetratus non probat rectoris mandatum.*
3 *Verba aſſertiua contra tertium non probant.*

REſpondetur, & dubium faciebat pro affirmatiua ratio illa, quæ communiter traditur per DD. ſcilicet quod impenſa in actu facit præſumi mandatum,
1 & ratihabitionem, vt latè per omnes in l. cum ſedulus, ff. de verb. oblig. Felin. in c. ſicut, n. 35. de re iud. Creſc. deciſ. 1. de præſump. & idem deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Maſcard. de probat. concl. 106. nu. 39. Verùm
2 hoc non obſtante, in contrarium eſt communis praxis, nam etſi alienatio rei Eccleſiæ fuerit facta ſimpliciter abſque aſſenſu, vel reſeruatione Summi Pontificis, & poſtea fuit impetratus aſſenſus, & Rector alienans oſtendit reuocationẽ alienationis, & pariter negat eius voluntate fuiſſe impetratum aſſenſum, non per hoc probatur eius mandatum, ex eo, quod in præfato aſſenſu fuerat enũciatum probatum pro eius parte fuiſſe ſupplicatum Summo Pontifici; & ratio eſt, quoniã illa verba aſſertiua non probant contra tertium, niſi
3 aliundè probentur Bar. in l. ex hac ſcriptura, ff. de don. Gemin. conſ. 44. Oldr. conſ. 136. Verall. dec. 140. p. 2. & ita fuiſſe iudicatum in Sacr. Conſ. Neap. in aſſenſu ſuper feudis refert Frecc. de ſubfeud. q. 24. & ita etiam fuit dictum in Rot. Rom. in vna Cortonen. bonor. 26. Ianuarij 1590. coram Illuſtriſs. Platta.

RESOLVT. LXXXVI.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in iuriſpatronatus conſtitutione de Eccleſia libera.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus in conſtitutione iuriſpatronatus de Eccleſia libera requiritur, & quare.*
2 *Epiſcopus Eccleſiæ libertatem alienare non poteſt.*
3 *Donans Eccleſiæ conſecratæ, eius non efficitur dominus.*

SVpponatur in facto pro deciſionis elucidatione, quod quædam cappella ad collationem Ordinarij foret; deinde laicus eiuſdem cappellæ cenſum auctus fuerit, conditione adiecta, vt domus ſuæ patronatus efficeretur, dubium nunc eſt, an requiratur aſſenſus Apoſtolicus, vel Ordinarij.

1 Reſpondetur affirmatiuè, nempè requiri aſſenſum Apoſtolicum, cuius concluſionis eſt ratio, quia iuris-patronatus impoſitio in Eccleſia libera eſt quid oneroſum Eccleſiæ, cui videtur quædam ſeruitus imponi, quæ eſt alienationis ſpecies l. fin. C. de rebus alien. non alien. cap. nulli, vbi Panorm. latiſſimè de rebus Eccleſ. non alien. Rodoan. rubr. 1. q. 23. Bald. in rubr. C. de vſufruct. verſ. quid ergo, num. 1. Feder. de Senis conſ. 234. incipit ſuper primo puncto, col. vlt. ante fi. Alexandr. conſ. 25. nu. 3. & ſeq. Lamber. lib. 1. de iurepatron. part. 1. art. 4. q. 10. n. 5. verſ. limitat. Rocchus in eiuſdem nominis tract. verbo dotaui, q. 2. & eſt tex. & ibi Panorm. & reliqui in cap. ſignificauit, de teſtib. Et propterea,
1 Epiſcopus Eccleſiæ libertatem alienare non poteſt, Balb. dec. 135. & ex ijs, ex communi ſententia, Epiſcopus non poteſt iuſpatronatus in Eccleſia libera conſtituere, vt ante omnes tenuit gloſ. 1. in cap. piæ mentis, 16. qu. 7. propè medium, dum dicit, quod donans
3 Eccleſiæ iam conſecratæ, non per hoc patronus efficitur quæ, vt in caſu dubitabili loquatur, intelligi debet cum Epiſcopi conſenſu; cum qua gloſ. conueniunt Archid. ibi num. 4. verbo patronus Innoc. in rubr. de iurepatr. n. 2. Card. Alex. in cap. hortamur, col. 1. verſ. & facit tex. 39. diſt. c. Petrus, 70. diſt. Panorm. in c. 3. col. 2. n. 9. de iurepat. & conſ. 28. n. 1. vol. 2. & fuſius conſil. 106. verſ. præterea, eod. vol. Alex. conſ 74. ad fin. vol. 4. Rocch. cit. tract. verbo pro eo, quod de diœceſani, in fin. Felin. in tract. quando lit. Apoſt. noc. n. 10. & communem enunciat Menoch. conſ. 90. n. 11. vol. 1.

RESOLVT. LXXXVII.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in diſmembratione fructuum beneficiorum.

1 *Diſmembratio beneficium non extinguit, ſed alterat, vel minuit.*
2 *Solemniates requiruntur in diſmembratione fructuum beneficiorum, ſicut in alienatione.*

1 REſpondetur, quòd licet per diſmembrationem non extinguatur beneficium, ſeu Eccleſia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, ſeù redditibus; vnde in præfata diſmembratione, ſeù diminu-
2 tione, eadem cauſa, & ſolemnitates requiruntur, quæ in rerum Eccleſiæ alienatione, cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in 6. & cap. 1. ne Sede Vac. & ibi DD. gloſ. in clem. vnica de reb. Eccleſ. non alien. verbo defenſor, & ibi etiam DD. Rota deciſ. vnica, eodem tit. & deciſ. vnica, de ijs, quæ fiunt a Prælat. in nouis Mand. in regul. Cancel. 22. q. 13. num. 12. Gambarus de offic. leg. lib. 5. rubr. de diſmemb. num. 14. ſeq. Practicabilia Rotæ nu. 15. & 16. verſ. penult. Rota diuerſ. deciſ. 574. par. 1. & ita pluries fuit tentum per Rot. Rom. & ſignanter in vna Marſicana diſmembrationis fructuum 14. Febr. & 28. Martij 1584. coram Pamphilio, & iterum in vna Toletana Parochialis de Madrit 25. Iun. & 19. Nouẽbris 1602. & 1. Februarij 102. coram Corduba.

RESOLVT. LXXXVIII.

An continuatio locationis pendente tempore expeditionis aſſenſus in alienatione faciat, vt quis incidat in cenſuras.

1 *Continuatio locationis dum expectatur aſsenſus expeditio in alienatione, nõ eſt poſſeſsio nec trãslatio poſſeſsionis.*
2 *Conducens rem pro aliquib. annis, ſi ipſis elapſis continuat cenſetur tacitè reconducere.*
3 *Mutatio voluntatis in iure non præſumitur.*
4 *Animus præſumitur talis in futurum, qualis fuit in præteritum.*

5 Volun-

5 *Voluntas vniuscuiusque dispositioni iuris consentanea esse præsumitur.*
6 *Voluntas à iure communi est regulanda.*
7 *Habens titulum validum, non censetur mutare velle cum inualido.*
8 *Voluntas absoluta potius consideratur, & præsumitur in possessione, quam conditionata.*
9 *Continuatio locationis pendente tempore expeditionis assensus in alienatione, facit, vt quis incidat in censuras, & quare.*
10 *Titulus nouus facit mutare causam possessionis.*

SVpponatur in facto, quod quidã conduxit prædiũ per triennium à beneficiato, quo tempore elapso, ab eodem obtinuit cõcessionem in perpetuam emphy. teusim, saluo, & reseruato assensu Apostolico, quæstionis nunc est, num si dictus conductor continuet in retinendo dictum prædium sequenti anno ante expeditionẽ prefati assensus, incidat in censuras Paulinę, quemadmodum si in eum esset translata vera possessio.

1 Rationes dubirandi sunt plures. Prima, quia ista non est nec possessio, nec possessionis translatio rei Eccle-
2 siæ, sed potius detentio titulo locationis, qui enim conduxit rem pro aliquibus annis, si postea continuat sequenti anno, censetur tacita reconductio, l. qui ad certum, vbi Bart. ff. locat. l. item quæritur, §. qui impleto, ff. eodem Affl. decis. 365. Faber. decis. 40. Cod. de iure emphyt.

Tum secundo, quia ab initio prefatus conductor retinuit dictum prædium titulo locationis sibi factæ, & per continuationem sequentis anni non præsumitur mutasse voluntatem, seu causam possessionis, quoniã
3 voluntatis mutatio in iure non presumitur, Magon. decis. Lucens. 26. n. 38. Cacher. decis. 59. n. 13. Verall. decis. fin. par. 3. Carocc. decis. 21. nu. 27. latè Mascard. concl.
4 1323. & animus talis præsumitur in futurum, qualis fuit in præteritum, Bertrandus consil. 39.

Tum tertio, quia voluntas in actibus hominum, quę-nam fuerit ex iuris cõmunis dispositione optimè colligi, & probari potest, vniuscuiusque etenim voluntas iuris dispositioni consentanea esse præsumitur, ita Bal.
5 in l. 1. colum. 5. C. de sacrosan. Eccles. & in l. 2. in fi. C. de cond. insert. & in l. precib. C. de impub. & alijs subst. & in l. si duo, ff. de acq. hæred. sequitur Anchar. cons. 6. nu. 8. & cons. 393. dicens, quòd quęlibet voluntas, & dispo-
6 sitio debet à iure communi regulari.

Tum quarto, quia titulus quo cæpit retinere dictum prædium Ecclesiæ, scilicet conductionis est bonus, &
7 validus; quando autem quis habet titulum bonum ab initio, si continuat, non censetur velle mutare cum titulo nullo, & inualido, secus si ab initio habuisset titulum inualidum, & nullum, Carroc. d. decis. 21. tum etiam, quia præsumitur quis possidere rem ex volun-
8 tate absoluta potius, quam ex conditionata.

Sed tamen vt liberè quid sentiam dicam, contrariũ
9 est in praxi tenendum: quia talis videtur possidere Ecclesiæ rem absque Sum. Pont. assensu, & sic protestatio saluo assensu est contraria facto argumento eorũ, quæ notantur in cap. cum M. Ferrarien. de constit. latè Bar. in l. si vxorem C. de neg. gest. Minad. decis. 24. Acce-
10 dat etiam, quoniam nouus superuenerit titulus, & ex illius superuenientia intelligitur mutata causa possessionis absque alia animi declaratione Rot. apud Achil. de Grass. decis. 4. de caus. possess. & propriet. vbi in fine dicitur, hanc opinionem tanquam magis æquam, & iuri consonam semper fuisse in Rota seruatam, ad idem Card. Put. decis. 170. lib. 1. Cresc. decis. 168. alias 5. de restitut. spoliat. & Farinac. decis. 405. per quæ patet responsio ad contratria, iuxta quam opinionem fuit pariter decisum per Cur. Archiep. Neapol. anno 1615. coram per illustri, ac doctissimo Viro Petro Ant. Ghiberto, tunc Generali Vicario.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

RESOLVT. LXXXIX.

Assensus Apostolicus an requiratur in constitutione procuratoris ad alienandum bona Ecclesiæ.

1 *Assensus Apostolicus in Constitutione Procuratoris ad alienandum bona Ecclesiæ requiritur, & quare.*
2 *Alienatione prohibita, omnia sunt interdicta, per quæ alienatio sequi potest.*
3 *Minore, vel muliere prohibitis per statutum donare; nec etiam confiteri permittitur.*
4 *Procurator Ecclesiæ habens mandatum generale ad alienandum, non potest alienare nisi habeat speciale.*

1 IN huiusmodi difficultate rem paucis perstringendo, concludo pro affirmatiua; ad hoc autem asseuerandum moueor infrascriptis iuribus, & rationibus; primo quoniam quemadmodum alienatio rei Ecclesiæ cẽsetur ipso iure nulla, si fuerit celebrata sine causa, & solemnitatibus, ita etiam dicta procuratio ad alienandum, eadem enim solemnitas, quæ requiritur in alienatione, requiritur pariter in procuratoris constitutione ad alienandum, ex qua procuratione sequi posset alienatio; ita punctualiter tenuit Soccin. consil. 87. incip. præsentis consultationis difficultas, colu. 2. vers. sed difficultas oritur vol. 2. & idem Socc. cons. 52. instrumento sindicatus volum. 4. Bal. in l. præses C. de transact. & in l. 2. C. si aduers. transact. Frec. de subfeud. 22. limit. & ad constitut. diuæ memoriæ fol. 117. Maur. alleg. 50. & ita tenuit Rota in vna Rom. Casalis Longhezze 27. Maij 1794. coram Seraphino, vt patet in eius decis. 1080. num. 2.

Cuius cõclusionis duplex potest assignari ratio; pri-
2 ma quoniam qui nõ potest alienare, nec etiam potest actum facere, per quem alienatio sequi possit, gl. in l. item quia ff. de pact. Bart. in l. codicillis §. mater ff. del. 2. Dec. cons. 282. n. 2. cum alijs allegatis vol. 1. latè Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. nu. 6. vers. quarto eadem
3 constitutio; hinc est, quod minor, vel mulier prohibiti per statutum donare, prohibentur etiam confiteri in quolibet alio contractu, quando per talem confessionem posset alias statuto fieri fraus; quia in fraudem talis confessio præsumitur, Puteus dec. 55. lib. 3. Achil. de Grass. decis. 1. de confes. Crescen. dec. 2. eodem tit. latè Soccin. cons. 65. col. 5. vol. 1.

Secunda est ratio, quia aliter dicendo fieret fraus legi, secundum Soccin. vbi supra, Abb. in ca. cum tempore de arbitr. Imò non sufficit mandatum generale
4 prælati ad alienandum bona Ecclesiæ, sed requiritur speciale ad vendendum talia bona, per ea quæ scripsit Balb. in rubr. C. de contrah. empt. q. 3. in fin. qui dixit, quod generalis sindicatus ad vendendum bona nõ sufficit, sed requiritur particulare mandatum, & in specie in bonis ecclesiæ tenuit Dec. cons. 142. col. 5. versic. & in simili in alien. n. 8. vol. 1.

RESOLVT. LXXXX.

Qua praxi vtendum in præstando assensu ab Episcopo super re Ecclesiastica alienanda.

REspondetur primo, si est de rebus solitis alienari, ita practicatur, primo datur memoriale, vel libellus, seu petitio Episcopo, quo petitur prestari ab ipso assensum. Secũdo Episcopus decerni capi informationem, quæ capta, & viso, quod tẽdit in euidentẽ Ecclesiæ vtilitatẽ interponit decretũ, & præstat assẽsum.

Secundo, si est de rebus non solitis, & impetratur a Sede Apostolica, breue quod vocatur si in euidentem, solet committi ordinario, qui capta informatione, & viso prout supra interponit decretum, & nomine sedis

Apoſtolicæ tanquam delegatus ab illa præſtat aſſenſum, ita praxis ex ſtylo curiarum ſumitur.

RESOLVT. XCI.

An aſſenſus Apoſtolicus requiratur in locis, ubi Paulina non eſt uſu recepta.

1 *Extrauagans Ambitioſæ in dubio præſumitur vſu recepta, & quare, num.2.*
3 *Extrauagans Ambitioſæ ius facit commune.*
4 *Non vſus ſtatuti probatur, quando vſus non probatur.*

1 REſpondetur, quod præfata extrauagans præſumitur in dubio uſu recepta, & neganti uſum incumbit onus probandi, Benint. deciſ. 13. Magon. deciſ. 19. licet Mohed. in deciſ. 1. de Conſtitutionib. & Rodoan. q. 36. n. 20. & q 58. n. 25. videantur contrarium aſſeuerare, & ratio eſt; quoniam quælibet lex, ſeu conſtitutio
2 habet talem præſumptionem, ſecundum Deci. conſ. 649. Rebuff. in concordatis tit. de collat. §. præfatique ordinarij verſ. poſt præſentium, Rolan. de lucro dotis q. 99. & in conſ. 99. lib. 2. Aug. in epitome deciſ. tit. de conſtit. Pariſ. de reſign. lib. 4. q. 2. in fin. Mohed. deciſ. 2. n. 4. de prob. Rot. deciſ. 56. n. 4. & dec. 97. n. 2. & dec. 775. p. 1. diuerſ. ead. Rot. dec. 301. n. 2. p. 2. & fuit pluries reſolutum, ac deciſum per eandem Rot. Rom. & ſignanter in vna Hiporigen. Canonicatus 24. Maij 1584. coram Orano, & iterum in vna Meliten. Abbatiæ 24. Ianuarij 1590. coram eodem.

Et maximè hodie præfata concluſio procedit, quo-
3 niam dicta extrauagans ius commune facere dicitur, Rodriq 1. tom. q. regul. q. 6. art. 11. Fabius dec. 262. n. 6. par. 3. diuerſ. lib. 3. & ita in terminis fuit reſolutum per eand. Rot. Rom. in vna Brixien. locationis 5. Decemb. 1594. coram Pegna, in qua fuit dictum, prout etiam in dicta Meliten. Rotam non ſeruare deciſ. Mohed. 8. de locato. dicentem probandum eſſe vſum d. extrauag. quam tamen ſequuta eſt alias Rot. in una Larden. bonor. 6. Iunij 1588. coram Gipſio, ut fuit etiam dictum in una Comen. 5. Iulij 1593. coram Pegna, & videtur ſentire Mandoſ. de ſignat. grat. tit. ſi euidentem verſ. emanauit alias motus, & c. quod dicta deciſ. Mohed. 6. ſeù 1. de conſtit. non ſeruetur in Rot. ait Pariſ. ſupra, &
4 ita eſt tenendum, quamuis Caputaq. deciſ. 203. p. 3. dicat contrarium non uſum ſtatuti probari eo ipſo, quod non probatur uſus, & Granut. ad Simonetam de reſeruatione benef. q. 99. n. 14. aſſerit quod probare quis tenetur extrauagantem eſſe uſu receptam, & Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. quod lex promulgata non præſumitur uſu recepta, quia eſt quid facti cui rationi reſpondetur præſumi nihilominus uſu receptam, ex quo ligat, & ideò ſtatutum nullum, ſeu inualidum non præſumitur uſu receptum, quia non ligat, ſeù arctat, ut in d. deciſ. 775.

De uſu uero, & obſeruantia d. extrauag. ambitioſæ, vide Auctores ſupra citatos, necnon maximè Io. Guttier. lib. 1. Canon. qq. c. 8. Molin. de contract. diſp. 466. n. 8. Sum. Bull. in ver. alie. rer. Eccl. n. 48. Cæſ. de Graſs. deciſ. 4. de reb. Eccl. non alien. Graff. in deciſ. aur. lib. 4. cap. 24. num. 18. & 20. Nauar. in man. c. 27. num. 150. & Salzed. pract. crimin. Bernard. Diaz cap. 71.

RESOLVT. XCII.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in repudiatione legati Eccleſiæ delati.

1 *Prælatus in quærendis Eccleſiæ præiudicare poteſt, non autem in quæſitis.*
2 *Aſſenſus Apoſtolicus in repudiatione legati Eccleſiæ delati, non requiritur.*
3 *Repudiatio non eſt alienatio.*
4 *Prælatus repudians acquirere videtur.*
5 *Acquiſitio momentanea in conſideratione non eſt habenda.*
6 *Pecunia Eccleſiæ legata ad bona emenda, abſque aſſenſu Apoſtolico alienari non poteſt.*

1 DOctores communiter admittunt illam iuris concluſionem, quod Prælatus in quærendis, Eccleſiæ præiudicare poteſt, ſecus in quæſitis, prout teſtatur Valaſ. deciſ. 77. Luſitaniæ, Rot. diuerſ. deciſ. 233.
2 num. 6. lib. 3. & ead. Rot. dec. 284. nu. 9. eod. lib. & propterea cum hæreditas delata, nondum tamen Eccleſiæ incorporata, dicatur ius quærendum, ideò poſſe
3 Prælatum abſque aſſenſu Apoſtolico repudiare; huic etiam adiungitur, quod repudiatio, non eſt alienatio, l. alienationis, ff. de verb. ſign. quemadmodum non acquirendo, non dicitur quis alienare in fraudem creditorum, l. qui autem, ff. de ijs, quæ in fraud. cred. de cuius intellectu latè de Franch. deciſ. 102. ideò fuit pluries in Rota Rom. deciſum potuiſſe Prælatum abſque vllo cenſurarum incurſu hæreditatem ſuæ Eccleſiæ delatam repudiare, prout in vna Auerſana S. Benedicti 5. Nouemb. 1597. coram Litta; & iterum in vna Bonon. de Papazonibus 13. Maij 1588. coram Fabio, vt patet in dec. 30. Rot. diuerſ. lib. 2. par. 3. & iterum per eandem Rotam fuiſſe deciſum teſtatur Card. Put. deciſ. 519. lib. 2. ex quib. deciſionibus hodie euidenter appareret, hanc opinionem in praxi eſſe ſeruandam, iuxtà quam nonnullis me interrogantibus conſului in facti contingentia.

4 Non obſtat, quòd Prælatus repudiando videtur acquirere, vt per Rip. conſ. 170. col. 2. vol. 1. & per conſequens non eramus in quærendo, ſed in quæſitis, quoniam non potuiſſet repudiare, niſi ſaltem ordine intellectus intelligeretur adijſſe, quoniam reſpondetur
5 hanc momentaneam acquiſitionem non eſſe habendam in conſideratione, vt fuiſſe deciſum in Rota Catalon. ſcribit Peguer. deciſ. 143.

6 Nec obſtare poterit, quod pecunia legata eccleſiæ, vt inde bona emantur, non poſſit abſque aſſenſu Apoſtolico alienari, Arnon. comment. 19. quia ibi apparebat de agnitione legati, & c. ex quibus omnibus hodie apparet non ſeruari opinionem, quam olim Rota amplexa fuit non poſſe Prælatum abſque ſolemnitatibus de iure in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum requiſitis legatum, ſeù quouis modo relictum repudiare, vt per Caputaq. in deciſ. 359. par. 3.

RESOLVT. XCIII.

An aſſenſus Apoſtolicus requiratur in collatione hoſpitalis vltra triennium.

2 *Adminiſtratio rerum hoſpitalis vni vltra triennium non poteſt committi, niſi aliter in fundatione cautum fuerit.*
2 *Adminiſtratio aliorum locorum piorum vltra triennium eſt permiſſa.*

COncil. Trid. ſeſs. 25. de reform. c. 8. poſt alia de hoſpitalibus, ſtatuit, quod adminiſtratio, ſeù gubernatio huiuſmodi locorum vni, & eidem ultra trienniũ deinceps non committatur niſi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obſtante quoad omnia ſupradicta, quacunque vnione, exemptione, & conſuetudine, in contrarium etiam immemorabili, ſeù priuilegijs, aut indultis quibuſcunque.

1 Ex quibus verbis apertè demonſtratur reſponſio ad quæſitum: quod amplia primo procedere, etiam in hoſpitali cuius à triginta annis, & citrà collatio, & inſtitutio in perpetuum, titulo adminiſtrationis dari conſueuit.

fuerit. Quia Concilium excipit vnum casum dumtaxat, quando aliter in fundatione cautum est, vt censuit sacra Congregatio. Amplia secundo decretum hoc Concilij loqui in administrationibus hospitalium non
2 autem aliorum piorum locorum, vt censuit eadem sacra Congregatio, vt testatur Garzia de benef. tom. 1. part. 1. cap. 3. num. 9. & seq.

Sed offert se difficultas, an hoc procedat etiam quãdo hospitale est vnitum alicui ecclesiæ, seu beneficio, vt non obstante vnione eius administratio sit committenda alicui, vsque ad triennium dumtaxat, & videtur dicendum non procedere. Non enim credendum videtur esse de mente Concilij tollere vnionem, & illa verba. NON OBSTANTE QVO AD OMNIA SVPRADICTA QVACVNQVE VNIONE: quæ habentur in derogatione in fine posita non videntur referenda ad dicta d. vers. nec administratio, ad quæ commodè referri non possunt, sed ad superiora, est enim facienda distributio accommoda ad tradita per Felin. in cap. causam, quæ de rescript. num. 42. & 5. limitatione, & Ant. Gabr. de clausulis conclus. 9.

Nihilominus contrarium videtur verius ex dictis verbis, quæ videntur clara cum dicatur, QVOAD OMNIA SVPRADICTA, & dici potest Concilium non tollere in totum vnionem, sed quod ea non obstante, ecclesia, seu is cui facta est vnio non possit in perpetuum vltra triennium deinceps administrare, & gubernare hospitalia. Sed quod debeat alijs committere ad triennium.

RESOLVT. XCIV.

An assensus Apostolicus requiratur in mandato facto ad locandum res ecclesiæ ultra triennium.

1 *Assensus Apostolicus in mandato ad locandum res Ecclesiæ vltra triennium non requiritur.*

INter cæteras ampliationes quas tradũt DD. ad extrauagantem ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alien. circa prohibitionem locationis vltra triennium est, vt procedat etiam in mandato ad locandum res ecclesiæ, seu beneficij, ut scilicet non possit concedi alicui vltra triennium ita, ut si detur mandatum ad locandum erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator absque nouo mandato non poterit iterum locare, & idem si mandatum expressum detur ad locandũ, bis, ter, aut pluries ad triennium, mandatum enim finitur elapso primo triennio, ut expresse voluit Dec. in suo singulari Consilio 282. Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. num. 6. Rodoan. q. 6. §. ult. num. 3. & 4. Graff. in decis. aur. cas. consc. lib. 4. cap. 24. num. 20.

Sed hanc sententiam merito reprobat Molina de contract. disput. 466. in fin. dicens sibi non solum dubiam, & scrupulosam nimis videri, sed etiam omninò falsam, & quod nullo solido fundamento, aut iuri nitatur, quoniam esset irrationabile si abiens in partes longinquas non posset dare mandatum ad locandum res
1 sui beneficij, seu Ecclesiæ toto tempore, quo absens fuerit; unde contra prædictam sententiam Decij, est praxis vniuersalis, & consuetudo recepta, secundum Garsiam de benefic. tom. 1. par. 2. cap. 1. num. 72.

RESOLVT. XCV.

Assensus Apostolicus an requiratur in remissione iuris quæsiti Ecclesiæ per contrauentionem alterius.

1 *Assensus Apostolicus non requiritur in remissione iuris quæsiti Ecclesiæ per alterius contrauentionem.*
2 *Legatario quæritur ius ante legati acceptationem.*
Aloys. Ricc. Prax. Pars 1.

SVpponatur in facto quod quidam testator prohibuerat bona sua alienari posse, & in casu alienationis alienans ipse cadat à iure suo, & bona applicentur Ecclesiæ, supponatur insuper, quod accidit casus alienationis, & propterea fuit inducta caducitas sequuta alienatione, quæstionis nunc est an Ecclesia possit huiusmodi ius sibi quæsitum remittere absque assensu Apostolico, & respondeo nullum requiri assen-
1 sum, quia licet caducitas incurratur sequuta alienatione etiam ante acceptationem ipsius Ecclesiæ, cui quæritur ius ad effectum, vt remitti possit, & licet stet ista simul quod contraueniens cadat ipso iure, & quod alteri non acquiraturius sine acceptatione Ripa in his terminis in l. 1. n. 51. ff. deleg. 1. Mainard. dec. 13. l. 3. Cassad. dec. 2. & 3. de locato, Puteo. decis. 8. lib. 2. Bella mera decis. 322.

Verum intellige supradicta procedere quoad effectum reuocabilis acquisitionis, non autem ad effectum acquisitionis irreuocabilis, & irremissibilis ab Ecclesia. cui quæritur ius, sed reuocabiliter, ex quo illud remittere potest l. fin. C. de sacrosanct. Eccl. Bald. consil. 190.
2 vol. 1. Alex. de Neuo cons. 16. nu. 17. & seq. sicut videmus in legatario, cui quæritur ius ante acceptationẽ, & illud transmittit ad hæredes Ripa in l. in fideicommiss. nu. 14. ff. ad Trebel. facit text. in l. à Titio ff. de furtis l. cum pater §. fundo ff. deleg. 1.

Et in proprijs terminis nostris quod ante acceptationem quæratur ius per Ecclesiam remissibile, absq; assensu Apostolico quando Testator applicauit bona Ecclesiæ in casu contrauentionis fuit resolutum per Rotam Rom. in vna Regien. bonorum 1. Aprilis 1585. coram Felicis recordationis Clemente Papa VIII. tunc Auditore.

RESOLVT. XCVI.

Assensus Apostolicus in alienatione rei Ecclesiæ præstitus cum clausula, quod pretium subrogetur in aliud prædium emendum, quid operetur.

1 *Clausula, quod pretium subrogetur in aliud prædium, quid importat.*
2 *Assensus Apostolicus expeditus cum hac clausula, est sub modo, non autem sub conditione.*
3 *Emptor non tenetur, quod pretium rei maioratui suppositæ ad aliud prædium emendum conuertatur.*
4 *Emptoris non est onus, quod pretium in Ecclesiæ vtilitatem conuertatur.*

HVic quæstioni respondẽdo dico prefatam clausulam in assensu appositam operari, vt nõ emptor debeat esse sollicitus, quod pretium conuertatur in
1 emptionem prædiorum, sed venditori huiusmodi onus incumbere, cui licentia suffragatur, secundum Gratia. lib. 1. disceptationum Forensium cap. 45. num. 26. nec quis debet esse sollicitus de persona contrahentis l. 1. §. uon autem ff. de exercitoria actione, & facit text. in l. fi. ff. eod. vbi vt Dominus obligetur sufficit, quod fi-stitor acceperit mutuam pecuniam pro causa deputata, licet postea illam in eum vsum non conuerterit, ad idem expenditur tex. in l. 1. ff. eod. vbi idem dicitur de eo, qui magistro nauis mutuauit in nauis refectionem, is enim habet eũ obligatum, qui magistrum naui præposuit, etiam si non probet nauem fuisse refecta ea pecunia, facit etiam quod Bart. scripsit in l. alio nu. 24. ff. de alim. leg. quod ementes ab executorib. qui habebant licentiam vendendi pro soluendis legatis tuti sũt si pretium eis actualiter soluerint, licet non probent, quod legatarijs pecunia fuerit soluta: item facit, quod idem Bar. dixit in l. doli mali n. 8. ff. de nouat. quod mutuans procuratori constituto pro faciendo aliquo edi-

ficio obligat Dominum, quamuis non appareat, quod ex ea pecunia factum fuerit ædificium.

2 Rurſus adducitur, quod in præſenti facto aſſenſus Apoſtolicus non ſub coditione, ſed ſub modo fuit præſtitus, ita tamen quod pretium vertatur in emptionem alterius rei, Bal. conſ. 219. n. 5. vol. 2. dicitur enim modus, quando implendum eſt onus poſt iam quæſitum emolumentum, l. cum tale §. 1. ff. de condit. & demonſt. Bar. in l. quibus diebus §. termilius num. 1 ff. eod. Ruin. conſ. 26. num. 9. vol. 2. Bero. conſ. 30. n. 6. conſ. 66. n. 5. vol. 2. conſ. 153. n. 2. vol. 3. Alciat. conſ. 210. nu. 2. conſil. 236. n. 1. Natt. conſil. 273. n. 28. Crau. conſ. 609. n. 14. in fin. Menoch. conſ. 60. n. 47. conſ. 131. nu. 2. & fuit deciſum in Rota, vt patet in deciſ. 31. n. 2. par. 1. diuerſ. Sed quando aſſenſus eſt ſub modo præſtitus, tunc aſſentiẽs videtur fidem eius ſequi, cui modum adiecit, & ideò ſi non impleatur non agitur contra tertium, ſed contra implere debentem, vt declarat Bart. in l. ſicut §. illud ff. quibus modis pignus ſoluatur.

Vlterius accedat, quod in proprijs terminis voluit Molina de primogenit. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. num. 20. vbi conceſſo aſſenſu alienatori rem maioratui ſuppoſitã,

3 quod pretium conuertatur in aliud prædium emendũ, non tenetur emptor curare, quod ematur prædium ex ea pecunia, ſed ſat eſt, quod pretium ſoluat, vbi etiam ſubdit, ita pluries fuiſſe iudicatum, prout etiam refert deciſum in Senat. Mant. Surd. deciſ. 156.

4 Tandem facit, quod volnit gloſ. in auth. hoc ius porrectum in verſ. aliter in 1. ſolut. C. de ſacroſ. Eccl. vbi dicitur, quod non ſpectat ad emptorem curare, quod pretium conuertatur in vtilitatem eccleſiæ, &c.

RESOLVT. XCVII.

An aſſenſus Apoſtolicus requiratur in alienatione bonorum monaſterio per alicuius ingreſſum quæſitorum.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione rei quæſitæ monaſterio per ingreſſum alicuius requiritur, & quare.*
2 *Prælatus in tali re nec tacitè, nec expreſsè Eccleſiæ poterit præiudicare, & quare.*
3 *Prælatus in huiuſmodi rebus ſibi quæſitis non poteſt præiudicare Eccleſiæ, etiam ſi egiſset iure ſucceſsionis, non autem ingreſsus.*
4 *Bona delata monaſterio per ingreſsum religionis; ad hoc vt quæſita, non autè quærenda iudicentur, quid eſt neceſse.*

1 REſponſio eſt affirmatiua, ratio eſt, quia bona ingredientis tranſeunt ipſo iure in locum ingreſsũ, ſecundum Alex. conſ. 128. vol. 1. & Menoch. conſil. 300. vol. 2. & adeò verum eſt, quod non exigitur aliqua apprehenſio, ſecundũ Bar. in l. cum hæres, ff. de acq. poſs. & de illis habetur ratio, prout de quæſitis non de acquirendis. Bal. conſ. 17. volum. 1. & procedere hoc tàm quoad proprietatem, quàm quoad poſſeſſionem, Bald. in auth. ſi qua mulier nu. 15. C. de ſacroſ. eccl. quidquid dicat Theſſ. deciſ. 48. quod in caſibus in quibus dominium trasfertur ſine traditione, non trasfertur poſſeſſio, niſi actum fuerit expreſsè in ingreſſu, antequam in monaſterium tranſirent, quod illi non acquirantur, l. ſi adoptauero, ff. de adoption. Bar. in auth. ingreſſi n. 28. & ibid. Bal. in 3. appoſit. C. de ſacroſ. eccl. Alex. conſ. 88. num. 4. vol. 2. Rub. conſ. 28. num. 3.

2 Et redeundo ad quęſtionem propoſitam, dico, quod Prælatus in prędictis bonis nec tacitè, nec expreſsè poterit præiudicare monaſterio abſque ſolemnitatibus, quæ de iure requiruntur in alienandis bonis Eccleſiæ, cum non ſimus in quærendis, ſed in acquiſitis, vt fuit per Rot. Rom. deciſum in vna Peruſin. bonorum de Bartolinis 19. Nouembr. 1584. coram Illuſtriſs. Pamphilio, quam deciſionem amplia, quamuis Monaſterium egiſſet ad dicta bona tanquam ſibi delata ex ſucceſſione, non autem ex ingreſſu.

4 Vlterius, quod huiuſmodi bona iudicentur tanquam quæſita, facit quod in eis requiritur bona fides ad hoc, vt intret præſcriptio c. fin. de præſcription. cũ aliàs in quærendis non requireretur, Soc. conſil. 74. col. 4. nu. 7. vol. 1. Monal. conſ. 32. num. 4. Bart. conſ. 10. vol. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo reuertantur nu. 39. C. de reuoc. don. & Grat. lib. 1. Forenſ. diſcept. cap. 118. num. 32. cum trib. ſeqq.

RESOLVT. XCVIII.

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in alienatione oblationum, quæ fiunt alicui deuotæ Imagini.

1 *Oblationes ſpirituales dicuntur.*
2 *Oblationes factæ imagini depictæ in alicuius priuati ſæcularis pariete ſibi non debentur.*
3 *Rector laicos, vt oblationes percipiant deputare poteſt, non autem de altari.*
4 *Epiſcopus in oblationibus Eccleſiæ rectori factæ nullam habet poteſtatem.*
5 *Epiſcopus imaginem in Eccleſia rectoris exiſtentem ipſo contradicente in aliam transferre non debet.*
6 *Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione oblationũ imagini deuotæ factarum nõ requiritur, & quare, cũ declaratione.*

1 RAtio dubitãdi pro opinione affirmatiua inter cæteras videbatur, quod cũ huiuſmodi oblationes dicantur ſpirituales; iuxta tex. & quod ibi not. in c. ex parte de verb. ſignif. c. cum inter, vbi plenè Pancr. n. 5. & ſeq. eod. tit. vnde ſi oblationes fierent Imagini depictę in pariete alicuius priuati; tunc non acquiruntur

2 domino domus, ſi eſt laicus, Rauen. ſing. 468. Soccin. de oblat. cap. 8. & Maluet. in eiuſdem nominis tract. dubio 4. n. 6. & fuit in Rot. Rom. reſolutum in vna Calaguritana oblationum 21. Octob. 1588. coram Pamphilio; licet benè poſſit Rector parochialis Eccleſię deputare laicos, vt nomine ſuo oblationes, & dona percipiant, & cuſtodiant, dummodò illa nõ percipiant de altari; quia inhoneſtum eſt, vt laici ſuper altari ponant manus; Archid. & Gemin. in c. ſanctorum, 10. q. 1. & ita tenent omnes, præſertim Butri. & Abb. in cap. decernimus col. 1. de iudic. & ibi Dec. col. 14. q. 4.

4 Item facit, quod Epiſcopus de prędictis oblationibus vllam habet poteſtatem; Hinc eſt, quod trãslatio imaginis exiſtentis in aliqua eccleſia, ad quam concurſus habetur, & ei plura offeruntur dona, fieri non debet

5 per Epiſcopum ad aliam Eccleſiam, vel cappellam, rectore contradicente; vt tenuit Rota in vna Hiſpalen. translationis imaginis, 9. Martij 1598. coram Pamphilio.

6 Verum præfatis non obſtantibus, contrarium iudicaui, ea motus ratione, quoniam de præfatis habetur ratio vti de bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, maximè vbi in eis non eſſent vota argentea, atque pretioſa, & ita iudicaui in Curia Nolana, cum ibi Iudex aſſumptus fuerim.

RESOLVT. XCIX.

An Alienatione reuocata non ritè facta, emptori per Prælatum pretium veniat reſtituendum.

1 *Pretium offerendi neceſsitas non incumbit rem propriam vendicanti.*
2 *Prælatus emptori tenetur pretium reſtituere reuocans alienationem malè factam, & quare.*
3 *Eccleſia iure vtitur minoris.*
4 *Minor ad pretium reſtituendum tenetur vendicans rem non ritè alienatam.*

5 *Emptor*

5 *Emptor non est fraudandus in fructibus, vel pretio, si Ecclesiæ restitutio in integrum conceditur.*
6 *Ecclesia cum alterius iactura non est locupletanda. Ecclesia est cultrix iustitiæ.*

1 REspondetur, & pro negatiua faciebat mihi dubium, text. in l. si mancipium C. de rei vendic. vbi vendicanti rem propriam necessitas offerendi pretium non incumbit.

2 Verum contraria sententia iuri consona, & magis recepta probatur ex infra dicendis.

3 Primo, quia ecclesia vtitur minoris iure glos. in cap. auditis de in integ. restit. Bal. cons. 28. vol. 1. Alex. cons.
4 100. num. 3. & seq. eod. vol. Menoc. cons. 270. vol. 2. sed minor rem non ritè alienatam vendicans tenetur ad pretij restitutionem l. prædiorum C. de prædijs minor. Igitur, & Ecclesia.

Tum secundo, quia pro hac sententia habetur tex. in terminis in c. 1. de in integr. restit. vbi si in contractu venditionis, vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum; emptor tamen, siuè conductor nõ
5 debet fraudari in suo pretio, vel sumptibus per eum factis, ex quo euidenter apparet Ecclesiam teneri ad pretij restitutionem.

6 Tum tertio, quia alias Ecclesia locupletaretur cum alterius iactura. l. iure naturæ ff. de reg. iur. & c. locupletari eod. tit. in 6. & cum sit iustitiæ cultrix cap. 1. §. 2. de alien. feud. & ne scandala possint laicorum mentibus generari, dicentium vbi est clericorum Deus cap. magnæ ext. de vot. si velit rescindere contractum, emptor non est molestandus, quoad restitutionem pretij.

Tandem, quia pro hac ead. sententia extat DD. numerus inter quos adstipulantur Azeued. in comm. leg. Hispan. tit. della libert. de las Iglesias lib. 6. in fine. Vgol. de potest. Episc. c. 14. §. 5. Graff. cons. 2. num. 8. de reb. Eccl. non alien.

Non obstat tex. in l. si mancipium: quoniam ibi arctatur tantummodò ad oblationem, non autem ad realem executionem secundum Carroc. lib. 3. concl. 20 de locat. & cond.

Notabilia quædam in materia alienationis rei Ecclesiæ.

ALienans rem sub contractu censitico, vel emphyteutico, vni, & ille si postea plurib. alienauerit, poterit petere censum, seù canonem à quolibet illorum, quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredũ multiplicitate, l. 2. §. ex ijs, ff. de verb. oblig. Nauar. cons. 15. de reb. eccl. non alien.

In alinatione rei ecclesiæ vtilitas attendenda est tempore postremi contractus, non autem primi, Bald. cons. 57. num. 2. vol. 2. Rom. cons. 19. nu. 2. & Cæsar. de Grass. decis. 4. de reb. Eccl. non alien.

Alienari non debent ecclesiæ bona, quando adsunt fructus beneficij pro satisfactione, glos. in cap. 1. verbo defensore, de reb. eccl. non alien. in 6. & ibi Io. Monac. Abb. in cap. nulli nu. 5. eod. tit. Silvest. verbo alienatio secundo Tabien. verbo alienatio, nu. 4. Soccin. consil. 29. nu. 16. vol. 1. & fuit dictum in Rota Roman. in vna Auximana bonorum 1. Febr. 1580. & in vna Placent. bonorum 1. Nouemb. 1580. & 7. April. 1581. coram Seraph.

In alienatione bonorum, in quibus Ecclesia non habet directum dominium, illius est habenda ratio, deducendo æstimationem, vt fuit dictum in vna Rom. calis de Pictis 15. Iunij, coram Seraphino 1587. vt patet in eius decis. 792.

Alienatio rei ecclesiæ facta ex causa necessitatis valet quocunque modo finem habeat, dummodò sit vtiliter cœpta, sed ex causa vtilitatis omnino, & in principio, & in fine adesse debet vtilitas, Rota diuers. dec. 65. num. 4. par. 2.

Commissarij, quibus à Rom. Pont. committuntur rescripta si in euidentem, sunt excommunicati ipso facto, ex Bulla Pauli IV. si sunt inferiores, si Episcopi per annum suspensi ab executione officij, & obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ, si suæ conscientiæ prodigi, in grauamen, aut detrimentum ecclesiæ per gratiam, timorem, vel fordes alienationi consenserint, aut decretum, vel auctoritatem interposuerint. Ij verò, qui dolo, vel fraude scienter in detrimentum ecclesiarum procurauerint alienationem, siuè damnum, sunt etiam ipso facto excommunicati, & non possunt, nisi à Papa absolui.

Res ecclesiæ solita alienari, si reuertatur, relocans non dicitur alienare, sed continuare alienationẽ factã, Rot. in causa Bonon. de Pipinis 20. Nou. 1575. coram Robusterio, vt in decis. diuers. 554. in princip. par. 1.

Emptor supplicans pro confirmatione alienationis rei Ecclesiæ, non videtur fateri narrata esse vera, sed potius videtur petere sibi dari Iudicem, qui videat, an causæ narratæ sint veræ, vt fuit dictum in vna Placentina euictionis 8. Decembris 1588. coram Pamphilio. An autem idem sit in venditione, vide in dicta causa.

Legans censum alicui Collegio, vel Capitulo, cum hoc, vt singulis annis celebretur anniuersarium pro anima illius, non potest Collegium, siuè Capitulum illam pecuniam legatam diuidere inter Canonicos, vel Presbyteros præsentes, sed debet conuerti in annuum censum, prout in clem. exiui, §. cumque annui redditus, de verb. signif. quia debet seruari pro futuris Presbyteris per regulam, qui sentit commodum de reg. iur. & Matth. 5. in vinea Domini, & per tex. in cap. cum secundum Apostolum, de præb. Nauar. cons. 8. de reb. eccl. non alien.

Prælatus faciens incidere arbores fructiferas, & non fructiferas sine consensu Capituli, & Abbas sine consensu Conuentus, & absque causa necessitatis sit ipso iure suspensus ab officio, Nauar. cons. 15. & vij. de rebus eccles. non alien.

Consuetudo, quod res Ecclesiæ debeant locari proximioribus finita locatione ab antiquis colonis est vtilis Ecclesiæ, & ratio est, quia conductores, & emphyteutæ inuitantur ad meliorandum bona ecclesiæ data eis occasione, & spe relocationis, Caputaq. decis. 230. par. 1. Et Beneuenti adest statutum confirmatum à Sixto V. Immò potest cogi finita emphyteusi, vt reconfirmet emphyteusim hæredibus descendentibus à primis emphyteuticarijs, & appellari ad superiores de iure canon. per glos. in cap. bonæ, de postulat. Prælat. Staphyl. de lit. grat. fol. 143. num. 3.

Fructus indebitè percepti ex bonis Ecclesiæ malè alienantis, applicari debent Fabricæ Sancti Petri de Vrbe; ita Pius Quintus in Bulla 221. quæ incipit, Ex debito, & alia 113. quæ incipit, Exigit.

Episcopus potest impartiri suam auctoritatem permutandi possessiones, seu prædia vnius ecclesiæ, cum possessione alterius ecclesiæ, cap. vnico. de rer. permut. in 6. & etiam permutandi ecclesiam cum altera, duobus habentibus, illas, cap. quæsitum, de rer. permut. & Nauarr. cons. 15. de reb. eccl. non alien.

Finis tituli Solemnitatis.

PRAXIS COMMISSARIORVM Apostolicorum.

RESOLVT. C.

An commissarius, cui committitur si in euidentem, debeat esse necessario constitutus in dignitate Ecclesiastica.

1 *Commissarius, cui committitur si in euidentem, debet esse in dignitate constitutus.*
2 *Delegati Apostolici non possunt personis in dignitate non constitutis subdelegare.*
3 *Commissarij Apostolici tunc debent esse in dignitate, quando eis iurisdictio conceditur.*
4 *Commissarij, quibus committitur si in euidentem sunt Iudices, & quare, n. 5. & 7.*
6 *Clausula, quod extraiudicialiter se informent, non tollit partis citationem.*

HVIC decisioni responsio est affirmatiua per text. expressum in c. statutū de rescript. in 6. vbi causæ à Sede Apostolica committi debent personis in dignitate Ecclesiastica existentibus, per quem text. plura ad hoc cumulat Ias. in rubr. ff. de offic. eius, & latè Bellon. cons. 8. imò exequutores, siuè delegati litterarum Apostolicarum, non possunt subdelegare per. 1 2 fonis non constitutis in dignitate, vel non habentibus qualitatem dicti, c. statutum, Rot. dec. 58. de præb. in antiq. & latè per Austr. ad Cappell. Thol. dec. 12.

Et pro confirmatione d. c. statutum, eiusq; conclu- 3 sionis facit, quod tantummodò locum obtinet, quando conceditur iurisdictio, tunc enim erit necesse, delegatos esse in dignitate Ecclesiastica, cum dictum c. statutum, loquatur de iudicibus, ac de mixtis exequutoribus, prout sunt Commissarij, quibus committitur 4 si in euidentem, Bisignet. decis. 7. quod autem sint verè Iudices, ac mixti exequutores, euidenter patet ex pluribus infra dicendis.

5 Tum primo, quia eis necesse est citare partes propter clausulam vocatis vocandis, Rot. decis. 32. de rescript. in nouis, Balb. decis. 29. Rubin. decis. 26. quod procedit etiam si Papa mandasset, quod extraiudi- 6 cialiter de euidenti vtilitate ecclesiæ se informent, quia propter verba extraiudicialiter non tollitur partis citatio, Bellam. dec. 68. & 672. Cresc. dec. 12. de priuil. Bald. in l. non dubium, n. 22. C. de legib. & in l. neq; natales, n. 10. C. de prob. Marsil. in l. de vnoquoque nu. 16. ff. de re iud. & Ferret. cons. 82.

7 Tum secundo propter clausulam consuetam poni in rescripto si in euidentem, scilicet (si ita est, vel si ita tibi constiterit) Guid. Pap. decis. 70. Bellam. dec. 302. nam virtute prefatarum clausularum delegati censentur verè Iudices, & eis iurisdictio, non autem nudum ministerium fuisse commissum, & propterea subintrare terminos d. c. statutum.

RESOLVT. CI.

An canonicis Ecclesiæ Cathedralis si in euidentem, committi possit.

1 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis propriè non dicuntur habere dignitatem.*
2 *Canonicatus in Ecclesia Cathedrali dicitur dignitas, secundum latam interpretationem, & n. 9.*
3 *Canonicis Ecclesiæ Cathedralis (si in euidentem) potest committi.*
4 *Canonici sunt in magno honore.*
5 *Canonici vnum corpus cum Episcopo faciunt.*
6 *Canonici dicuntur primi gradus Clerici.*
7 *Canonici præcedunt Abbates, habentes vsum mitræ, & baculi.*
8 *Canonicis est præstanda reuerentia à Clericis Diœcesis, ac Episcopi fratres dicuntur.*
11 *Canonici Mendicantium conseruatores esse possunt.*
11 *Conseruator debet esse in dignitate constitutus.*

1 REspondetur, quod quamuis Canonici Ecclesiæ Cathedralis ex propria significatione non dicā. tur habere dignitatem, vt per omnes in cap. statutum, præsertim Fel. num. 12. Sarn. nu. 20. de rescript. in 6. nihilominus, quoad delegationem, & sic quoad commissionem si in euidentem suscipiendam æquiparantur dignitatibus, Rot. decis. 16. de præb. in nouis. Verall. decis. 257. par. 1. Mainard. decis. 18. libr. 3. & sic secun- 2 dum latam interpretationem, Canonicatus in Cathedrali dicitur dignitas, ita vt præfatis Canonicis possit 3 si in euidentem, committi, dispositio enim extenditur ad casum comprehensum sub lata significatione vocabuli, Dec. in l. 1. col. 5. C. de transact. Verall. decis. 84. 4 par. 1. Canonici enim sunt in magno honore, secūdum Fel. in c. pastoralis, de off. deleg. faciūt enim vnum cor- 5 pus cum Episcopo c. cum clerici de verb. sign. c. quanto, de his, quæ fiunt à Prælat. dicuntur Clerici primi 6 gradus, Præpos. in cap. Episcopos, 18. dist. in processionibus, & sessionibus quomodolibet sint collegialiter 7 congregati; precedunt etiam Abbates, habentes vsum Mitræ, & Baculi, Dec. in c. 2. de iudic. Nauarr. in capit. 2. de maior. & obed. Sair. decis. 3. cod. tit. Item alij Cle- 8 rici Diœcesis tenentur præstare reuerentiam Episcopo, & capitulo Cathedralis, d. cap. cum clerici. Item Canonici dicuntur fratres Episcopi, vnde ipsi solum recipiant Episcopum ad osculum, c. dilecto, de præb. Item dicuntur Coadiutores, consiliarij, Senatus, membra Episcopi, vt latè per Paleot. in Archiep. Bononien. par. 7. fol. 513.

9 Et quod canonicatus dicatur dignitas facit decis. Achill. de Grass. 1. de rescrip. vbi concludit, quòd quā- do Breuia ab Vrbe solent committi Canonicis, si postea cōmittātur constitutis in dignitate, poterūt expediri per Canonicos attēta verisimili mēte cōmittētis.

10 Secundo facit, quod Canonici possint esse conseruatores Mendicantium, vt patet in compendio priui- 11 legiorum Mendicantium, verbo Conseruatores, quod officium non nisi personis existentibus in dignitate committi potest, cap. fin. de off. deleg.

RESOLVT. CII.

An Commissarius Apostolicus possit augere censum, seu canonem.

1 *Commissarij non possunt excedere commissionis fines, & quomodo hæc conclusio declaratur, n. 6. & 7.*
2 *Commissarij non solum commissionem, sed ipsius qualitatem obseruare debent.*
3 *Actus factus contra substantiam formæ commissionis non valet, nec etiam contra qualitatem.*
4 *Habens commissionem ad beneficium acceptandum vigore vnius gratiæ non poterit ex alia acceptare.*
5 *Commissarius Apostolicus censum, seu canonem augere potest.*
8 *Commissarij tenentur commissionem in effectu seruare, non autem in forma superficiali.*

PVlchra admodum, & frequens est dubitatio illa, an Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidentem, possit augere canonem, seu censum: Ra- 1 tio dubitandi erat quòd isti Commissarij non possunt excede-

excedere fines commissionis,cap.cum dilecta, extra de rescript.& tex.est ad literam in cap.per tuas, de arbit.& in cap.porro,& ibi Glos.de priuil. immo non solum est seruanda commissio, sed qualitas commissionis,cap.cum venissent,& ibi notabiliter,Bal.de eo, qui mit.in poss.Curt.ad Alex.in l.transactionis, C.de transactio. Hinc est quod sicut non valet actus factus contra substantiam formæ commissionis,ita nec contra qualitatem,cap.Pisanis,& ibi Abb.4.notab.de rest. spol.qui tex.est singularis,secundum Bal.in cap.2. circa principium, de sent.& re iud. & Iason in l.si procurator,num.3.C.de procurat.Item omne, quod fit præter formam commissionis,est ipso iure nullum, l. item eos,§.sed si ita,ff.quod quisque vniuer.Viu.decis.335. & seq. Hinc est, quod habens commissionem ad accepta-
4 ndum beneficium vigore vnius gratiæ, non potest acceptare ex alia,secundum Rom.cons.256.vnde cum in rescripto si in euidentem, Papa mandauerit Commissarijs interponi decretum super alienatione rei ecclesiæ pro canone ibidem expresso, videbatur propterea præfatos Cõmissarios non potuisse censum augere,excedendo fines eorum commissionis.

5 Verùm præfatis non obstantibus,mihi videtur contrarium in praxi posse teneri,Prout ita fuit decisum in Rota Romana in vna Aretina bonorum 19. Martij 1599.& est dec.Seraph.1307.n.9.per hæc verba(Commissarij excesserunt fines commissionis,cum auxerint canonem, quem Papa mandabat confirmari, quatenus in euidentem, quia processerunt legitimè confirmando simpliciter locationem eo modo, quo facta fuerat, deinde augentes canonem de partis consensu ad maiorem vtilitatem, quod facere poterunt, pinguius adimplentes id, quod per se iam sustineri poterat sine augmento)ad idem facit decis. Rot. collect. à Farin.191.vbi euidenter apparet,posse Commissarios consensu partium augere canonem,seu censum.

6 Non obstant contraria,nam respondetur,& primo, quia quando commissio pinguis adimpletur,prout fecerunt Commissarij,non dicuntur egredi commissionis formam,text. notabili in l.si quis mihi bona,§. penult.vers.quod si ex parte,ff.de acq. hæred. Alex. in l. puberem,C.de iure deliber.Ias.cit. l.si procurator, nu. 6.C.de procurat.

Secundo respondetur,quod qui facit illud, quod est vicinum commissioni,prout fuit factum in casu,in quo disputamus,non dicitur excessisse commissionem,tex. est notabilis, in l.iam tamen, §. antepenult. ff. de iud. solu.verb.quasi iuxta mandatum,etsi non mandatum fuerit,per quem tex.ita notat glos.in cap.nullus 2.gl. 61.dist.Abbas in cap.causas 2.col.de re iud.& in cons. 62.sub n.7.par.2.col.4. & facit glos. in cap. innocens, verbo clementior, 22.q.4. quæ dicit,quod si Commissarius facit aliquid, quod non differt multum à commissione,non dicitur excessisse fines commissionis, vt tenuit alia Glos.in cap. licet ego 8.quæst.1.& facit tex. in cap.in causis,& ibi Glos.extr.de elect.& in cap.post translationem, de renunc.

Tertio respondetur, quod sufficit seruare commissionem in effectu,licet non in forma superficiali,text. est in l.fin. ff.mandat. & Bald. in l. si quis mihi bona §. penult.ff.de acquir.hæred.

RESOLVT. CIII.

An Commissarius Apostolicus, cui committitur si in euidentem possit cognoscere de validitate seu subreptione assensus.

1 *Commissio est stricti iuris, nec commissario excedenti illius fines est parendum.*
2 *Commissarius super vna causa,de alia non potest cognoscere.*
3 *Rescriptum,siue priuilegium in dubio pro impetrante præsumitur.*
4 *Commissarius apostolicus de subreptione assensus cognoscere potest.*
5 *Commissarius impetrantem ad expensas condemnare potest.*
6 *Commissarius abutentem Apostolico rescripto potest condemnare in expensis,& damnis alteri parti.*

HVic resolutioni respondetur, & pro ratione dubitandi; primo facit, quod commissio est stricti iuris, & commissario excedenti illius fines, impunè
1 non paretur Gail.lib.1.obseruat.35.& commissarius super vna causa non potest cognoscere de alia non cõ-
2 prehensa in rescripto Bar.in l.2.C. si à non comp. Iud. & propterea rescripta commissionalia sunt strictè intelligenda secundum Magon.dec.87.Rot.Flor.&Balb. dec.131.vnde cum facultas cognoscendi de subreptione non videatur ei expressè concessa, propterea dicendum est non posse de illa cognoscere.

3 Secundo facit,quod in dubio præsumitur pro impetrante rescriptum, siue priuilegium, & onus probandi contrarium incumbit ei contra quem rescriptum, seu priuilegium venit,Ripa in cap. cum M.Ferrariens.n.7. de constit.de Franch.decis.113.nu.4. Vin.decis.66. per totum Corbu.de iur.emphyt.in tit.de caus. priuat. ob non solutionem canonis limit.20.n.10.

Verùm præfatis nihil facientibus,contrarium est in praxi tenendum, quod.s.possit commissarius cognoscere de subreptione assensus Apostolici per text. ex-
4 pressum in clem.1. de rescrip.& in c.cæterum eod. tit. & per tex.in c.de cætero vbi scribentes de sent.& re iud. & est communis opinio secundum Panorm. in c. super literis nu.31.de rescrip. hinc est quod si assensus fuerit impetratus per mendacium,cognoscet commissarius secundum gl.in l.2.C.si cont.ius vel vtilit. pub!.

5 Amplia nunc, & primo vt Prælatus commissarius possit etiam condemnare ad expensas dictum impetrantem cit.clem.1.de rescript. Alex. cons.16.num.4. volum.1.Menoch.cons.304.volum.2.Monal.consil.60. num.3.& seq. volum.1.

6 Amplia secundo etiam,quoad abutentem rescripto Apostolico secundum glos.in cap. fin. verbo expensis de rescript.Bombin.cons.22.Henriq.cons.16.

RESOLVT. CIV.

An Commissarius cui commissum est si in euidentem teneatur super euidenti vtilitate examinare testes, & citare partes.

1 *Euidens ecclesiæ vtilitas per testes, & legitimas probationes est probanda,nec commißario de ea asserenti credendum.*
2 *Stylus hodiernus in breui Apostolico.*
3 *Dictio siue aduerbium legitimè quid denotat.*
4 *Citatio partis requiritur, etiam si in commissione fuerit dictum, quod extraiudicialiter cognoscat, quæ opinio hodie non est vsu recepta.*
5 *Citatio,quando non requiritur,& quando testes non sunt examinandi.*
6 *Clausula vocatis vocandis quid importat.*

ABbas in cons.41. lib.1.tenet, quod non; sequitur Felin. in cap.ad nostram num.3.& seq. de iure iur.Rodoan.in rubr. de caus.cogn.in alienat. faciend. num.74.q.23.& sequuta fuit Rota in vna Lauden. bo-
1 nor.8.Iunij 1588.coram Gipsio;nihilominus contraria opinio est verior,& iuri consona,quod debeat euidenter constare de vtilitate ecclesiæ per testes, & alias legitimas probationes, & non credatur assertioni commissarij,aliàs alienatio iudicabitur nulla, ita voluit

Ro-

Rota Bonon. decis. 2. Petri de Benint. Rubin. decis. 22. Crescent. decis. 12. de priuil. mouentur per text. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. in quo aderat instrumentum alienationis, & in ipso enunciabatur vtilitas ecclesiæ, & quia non probabatur, fuit declarata nulla alienatio, sequitur Franc. & Bellamer. in clem. si vna
2 de reb. eccl. non alien. & hæc opinio suadetur, attento stylo hodierno, quo in breui Apostolico ponitur clausula, si tibi legitimè constiterit; quæ causæ cognitionem denotat, & partis citationem, iuxta veriorem
3 opinionem gl. in clem. præsenti de censibus & in clem. multorum de pœn. Abb. in cap. sacro de sent. excom. & in cap. conquerente de restit. spol. Fel. in cap. si constiterit de accus. & ita decidisse, Rot. habetur in antiq. decis. 32. de rescrip. Guid. Pap. decis. 70. quod amplia
4 etiam si esset dictum quod extraiudicialiter se informet, quia non per hoc censetur sublata partis citatio Bellam. decis. 672. & decis. 68. Cresc. d. decis. 12. de priuil. & fuit dictum in vna Conchen. bonorum 13. Iunij 1591. coram Mantica. Contrariam opinionem tenuit Abb. cons. 41. vol. 1. Ferre. cons. 82. num. 1. vol. 1. Rot. diuers. decis. 160. num. 8. par. 2. & ita fuit dictum in vna Lodien. census 15. Ian. 1597. coram Cord. quæ opinio hodie practicatur.

5 Limita nunc conclusionem principalem, & 1. quando Papa derogat Paulinæ, & simpl. committit vt se informet Rot. diuers. decis. 479. nu. 2. & 716. nu. 1. par. 1. & decis. 160. num. 8. par. 2. & fuit dictum in causa Leodien. census 29. Ianuarij 1596. coram Orano, & 15. Ianuarij 1596. coram Corduba.

Limita 2. vt dixi alias, quando Papa committeret, vt extraiudicialiter se informet Abb. d. cons. 41. lib. 1. Felin. cons. 19. nu. 13. & seq. Dec. cons. 99. Rota diuers. decis. 160. n. 8. par. 2. & idem Dec. in l. certum nu. 15. C. vnde cognat.

6 Sub limita prefatam limitationem, quando adesset clausula vocatis vocandis, quia tunc requiritur citatio cap. exhibita, vbi Abb. num. 6. ext. de iudic. Rot. decis. 300. de rescript. in nouis Dec. cons. 173. num. 2. & Rot. in dicta Leodien. census 29. Ianuarij 1669. coram Orano.

RESOLVT. CV.

An Commissarius si in euidentem possit mortuo Papa ferre decretum.

1 *Commissarius in breui si in euidentem non potest sententiam ferre mortuo Pontifice.*
2 *Intellectus cap. si super gratia de off. deleg. in 6.*

PRo parte affirmatiua videtur dicendum, nempè potuisse Commissarios Pontifice mortuo ferre decretum, per tex. in cap. si super gratia de offic. delegat. in 6. vbi gratia non expirat per mortem Papæ; facit decis. Bellam. 301. & Sayr. de priuileg.

1 Contrariam tamen, ac iuri consonam esse testatur Balb. decisio. 29. ac secundum eam iudicasse Senatum Chatalon. dicit Peguer. decis. 128. pro qua etiam facit elegans tex. in cap. si cui §. secus de præben. in 6. vbi si de prouisione facienda certæ personæ fuerit collata potestas alicui executori, illa expirat omninò, si concedens re integra moriatur, & ita voluit pariter Rota decis. 12. de offic. delegat. in nou. Roman. in l. 2. §. sed si quis ff. de donat. Iaf. in l. more vers. circa text. de iurisd. omn. iud. Cardin. in cap. petijsti 7. q. 1. Felin. in cap. relatum, vers. limita istam de offic. deleg.

2 Non obstat tex. in cap. si super gratia, quia procedit, quando gratia Summi Pontificis est iam perfecta, & datus merus executor, Bellam. citat. decisione, secus si adhibenda est causæ cognitio, quoniam si antequam adhibetur moriatur Pontifex expirat, ita tenet Bald. in l. fin. ff. de constit. Princip. col. 1. vers. sed pone, quod Princeps, Dec. in rubr. de constit. n. 41. Præpos. in d. capit. petijsti, Gem. & Anchar. in d. c. si super gratia, & in terminis decreti, si in euidentem, vt non possit expediri commissarijs est decis. Peguer. cit.

RESOLVT. LXXXV.

An commissarij Apostolici, quibus litteræ si in euidentem diriguntur, vices suas alteri demandare possint.

1 *Commissarij Apostolici quibus commissiones si in euidentem diriguntur, alteri vices suas demandare non possunt, & quare, n. 5. 6. & 7.*
2 *Regula; delegatum Papæ, vel Principis, causas sibi commissas subdelegare posse limitatur.*
3 *Commissio si in euidentem in primarijs dignitatibus constitutis dirigitur, & quare.*
4 *Commissiones si in euidentem grauissimum continent negotium.*
8 *Clausulæ, quæ apponuntur in literis commissionis, ad hoc vt commissarius subdelegare non possit.*

1 QVamuis enim regula sit, quod delegatus Papæ, vel Principis possit causas sibi commissas alteri sub delegare, vt communiter per DD. in cap. quoniam Apostolica de off. deleg. & in l. à Iudice, C. de iud. cum similibus; tamen in hac quæstione negatiuè est respon-
2 dendum, vbi in delegatione apponuntur verba personalitatem exigentia delegati, & negotium, quod demandatur, vtilitatem publicam præseferat, aut causa grauissima censeatur, prout semper contingit in præfatis literis Apostolicis si in euidentem dirigi solitis
3 ordinario, vel eius Vicario, ac simul alijs in ecclesia sti, cis dignitatibus primarijs cõstitutis, cum clausulis benè iudicantibus electam fuisse eius industriam personæ, & maximè propter vim præelectionis factæ à Sede Apostol. de illis, prout animaduertit ex se circa præelectionem personæ factam à Summ. Pont. in literis Apostol. quibusdam directis, Guid. Pap. in d. c. quoniam Apostolica sub n. 5.

4 Quod autem hæ litteræ grauissimum negotium cõtineant, ac publicam vtilitatem, præseferant incolumnitati ecclesiæ consulendo, ne ipsius bona damnosè perdantur, omnibus notum est, & patet ex tot bullis, & extrauagant. super hoc editis, & ex tot constitutionib. grauissimas indicentib. penas malè alienantibus, adeò vt ratione negotij grauissimi publicam vtilitatem respicientis commissarij præfati non valeant alteri vices
5 suas demandare per tex. in d. cap. quoniam §. 15. autem cui vbi latè Guid. Pap. de actu commisso publicã vtilitatem respiciente, qui subdelegari nequeat sub n. 7. Abb. sub n. 2. Butr. n. 12. vers. secunda regul. est, & nu. 15. & ex magnitudine ministerij commissi censeri electam personæ industriam voluit Bald. ibi sub num. 5. &
7 Vant. de nullit. iurisd. deleg. n. 21. Iaf. in l. more n. 65. ff. de iurisd. omn. iud. cum alijs quos cumulat Menoch. de arb. lib. 1. q. 54. & 68. & in tract. de præsump. lib. 2. q. 21. n. 4. Gratian. decis. 157. n. 11.

7 Multo minus subdelegare possunt attenta forma mandati diligenter custodienda l. diligenter ff. mand. maximè, quod in dictis literis plures adijciuntur clausulæ, quibus electa censetur industria personæ eius modi sunt (discretioni, vel circũspectioni tuæ cõmittimus) conscientiam veltram oneramus (per vos vel coram vobis) cum similibus, quibus clare apparet istis delegatis negotium personaliter commissum, & sic eis fuisse inhibitam subdelegãdi facultatem, communiter DD. notant in d. c. quoniam Apostolica d. §. is autem, & in l. inter artifices de solut. Crescent. decis. 1. de off. deleg. Grat. d. dec. 157. Iaf. qui alios cumulat, ac dicit notandum in l. à iudice 12. limit. C. de iudic.

Notabilia in materia Commissariorum Apostolicorum.

PRimo, si per commissarios fuerit pronuntiatum pro euidenti vtilitate alienatio præsumitur vtilis ecclesiæ donec contrarium probetur Seraph. in decis. 1125. & ratio est, quia in dubio præsumitur pro executoribus, vt inquit Abb. cons. 41. Dec. cons. 341. n. 12. Capyc. dec. 16. n. 5. & sæpissimè fuit in Rota resolutum & signanter in vna Senogallien. siluæ 13. Febr. 1580. coram Cotta.

Secundo. Processus formatus à commissario in alienatione rei ecclesiæ non citata ipsa ecclesia, est nullus ipso iure, Rota in vna Aretina bonorum 19. Martij 1599. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 1307. Aegid. decis. 187.

Tertio. Signatura iustitiæ non potest concedere licentiam alienandi bona Ecclesiæ, bene tamen potest Iudices commissarios subrogare, vt fuit in Rota resolutum in vna Auximana prædij 13 Nouemb. 1585. coram Orano, vt refert idem Seraphinus cit. dec. n. 8.

Quarto. Confirmatio commissariorum alienationis rei ecclesiæ contra formam rescripti Apostolici est nullius roboris, & momenti, Rot. in vna Papien. tenutæ de Magdalena 17. Iunij 1596. coram Illustr. Seraphino, vt patet in eius decis. 1195.

Quinto. Confirmatio commissariorum præsumitur ex lapsu temporis, verum per exhibitionē tituli inualidi cessat præfata præsumptio, Seraph. in dec. 1235.

Sexto. Defectus causæ alienationis reddit nullū ipso iure decretum commissariorum Ruin. in cons. 68. n. 5. lib. 1. Gemin. in cons. 48. n. 9. & Seraph. in dec. 518.

Finis Tituli Commissariorum.

PRAXIS LOCATIONIS rerum Ecclesiæ.

RESOLVT. CVII.

Locatio bonorum ecclesiæ an valeat, si non constet de euidenti ecclesiæ vtilitate.

1 *Euidens vtilitas non solum requiritur in alienatione verum etiam in locatione, & quare n. 3.*
2 *Læsio in locatione quomodo probetur.*

1 AD validitatem locationis rei ecclesiæ non sufficit, vt ecclesia non fuerit dānificata, sed requiritur præterea, quod lucrum sentiat, cap. fine exceptione 12. q. 2. vbi Bellam. n. 1. Gem. n. 2. vers. in hac quæst. Imol. in cap. ad aures nu. 1. de reb. eccl. non alienan. Anton. de Butr. in c. ad nostram n. 5. & seq. de empt. & vendit. & ad probandam læsionem sufficit articulare
2 quod ex locationibus præteritis ecclesia plus percipiebat, Ias. cons. 4. n. 7. & 16. vol. 1. Dec. cons. 142. nu. 6. & fuit resolutum in vna Anchonitana locationis, & iterum in Romana Casalis Turricellę 10. Mart. 1578. coram Cantuccio, & quod quidem vtilitas, ita sit necessaria in locatione, sicut in alienatione tenuit Rota in vna Anchonitana de Faundinis 1. Maij 1584. coram Bubalo, & Farin. decis. 25.

3 Cuius ratio est, quia locatio æquipollet emptioni, seù alienationi l. 2. ff. locat. secundum quam rationem arguit pariter Bald. cons. 21. vol. 1. Menoch. cons. 112. volum. 7.

RESOLVT. CVIII.

An nouus Prælatus teneatur stare locationi factæ per prædecessorem infra triennium.

1 *Nouus Prælatus locationi prædecessoris stare tenetur quatuor concurrentibus manifestè, num. 3.*
2 *Successor non tenetur stare locationi, quando locatio est facta nomine proprio à prædecessore, & quare.*
4 *Successor locationi stare tenetur, quando prædecessor à Sum. Pont. locandi potestatem habuit, per quamplures annos, & in illo tempore conductorem à nemine, nec à successoribus esse molestandum.*
5 *Successor locationi stare tenetur per prædecessorem factæ, quando annus esset inchoatus, & res integra non esset.*
6 *Conductor locationi factæ per prædecessorem stare tenetur cum successore, quando annus etiam est cœptus.*
7 *Conductor perseuerare cum eisdem pactis initis cum prædecessore non tenetur cum successore.*
8 *Consuetudo vim habet, vt successor teneatur locationi factæ per prædecessorem stare.*

1 REgulariter Prælatus successor non tenetur stare locationi, vel cōductioni prędecessoris, vt tenuit Card. Put. decis. 181. lib. 1. & 421 eod. lib. Frac. Merch. decis. 102. part. 1. per text. expressum in l. emptorem, C. locat. vbi nouus dominus nō tenetur stare Colono.

Verùm contraria opinio in praxi est magis recepta, & iuri consona, quam firmauit Summ. Siluestr. in verbo locatio n. 11. Franc. Marc. decis. 196. n. 4. in fi. par. 2. Abb. q. 3. n. 5. & seq. & in cap. fin. ne prælat. vices suas, Rodoan. q. 57. n. 53. vers. quia successor in beneficio, & latissimè eam defendit Caualcan. decis. 44. par. 1. vbi à n. 23. vsque 41. quam plurimos DD. pro hac opinione allegat, ostenditque esse veram, & magis communem, & secundum eam pluries fuisse iudicatum in diuersis tribunalibus, atque respondet omnibus contrarijs; & secundum eandem refert decisum Martha decis. 180. & Guid. Papa decis. 480.

Qui omnes intelligunt hanc vltimam sententiam tantummodo procedere, quatuor concurrentibus, scilicet, quod locatio fuerit facta nomine Ecclesiæ. Secundo, quod sit facta pro vtilitate Ecclesiæ. Tertio, quod pecunia sit conuersa in Ecclesiæ vtilitatem. Quarto, quod interueniat authoritas superioris, vt de communi, & magis communi testantur, addent. ad Alban. cons. 108. post Bald. in d. l. emptorem num. 9. vers. numquid successor, C. locat. Mynsing. cent. 3. obser. 41.
2 & Balb. decis. 29. & propterea quod locatio est facta à Prælato nomine proprio successor non tenetur stare locationi, Bal. cons. 255. vol. 1. Socc. cons. 34. nu. 4. lib. 3. Rot. decis. 1. de locat. in nouis, Mohedan. decis. 271. in fine, & mouentur, quod in tali casu non potuerit prædecessor successorem obligare, ex quo actio personalis in eum non transit, vt intelligit Card. Put. dec. 181. lib. 1. Paris. decis. 192.

3 Animaduertendum tamen, quod de quatuor requisitis supradictis debet manifestè constare, alias non tenetur successor in beneficio stare colono, Rodoan. d. quæst. 57. num. 81. videtur esse decisio, Menoch. cons. 499. vol. 3. Burs. cons. 33. n. 6. vol. 1. & cons. 351. nu. 6. vol. 1. & Polidor. obser. 115.

Nunc limita principalem conclusionem, & primo quando Summus Pontifex concederet licentiam lo-
4 candi ad tot annos, & vt dicto tempore conducrante, conductor à nemine, nec à successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de signatu. gratiæ titul. de indulto locandi, vers. supponamus, Carroc. de locat. par. 3. concl. 11. & ad materiam vide Gratian. cons. 96. nu. 25. Duen. reg. 240. nu. 9. Valas. decis. 40. Guttierez lib. 2. Canon. q. c. 8. num. 66.

5. Li-

5 Limita secundo, quando inchoatus esset annus, vel laborerium, & res non esset integra; puta si terræ fuissent satæ, vt fructus pendentes de proximo colligendi, Corn.cons.199.vol.1.Menoch.cons.181.volum.2.quia tunc pro isto anno incepto successor in beneficio tenetur stare Colono, ita Franc. March. decis.196. part. 2.Caual.d.decis.44.num.34.Cacheran.decis.182.Balb. decis.29.

Amplia limitationem hanc, vt huiusmodi obligatio extendatur etiam ad ipsum conductorem, scilicet, 6 vt pro anno cepto non possit recedere à locatione, vt quia fortè videret parum vtilitatis consequutum esse Franc.March.d.decis.102.Caualcan.ibid.n.24.

7 Sublimita quoad hoc, vt conductor non teneatur perseuerare cum eisdem pactis initis cum prædecessore; verum vt tanquam colonus partiarius fructus anni cepti diuidat cum successore.Borgnin.d. dec.44. n.23. vers.& quod pro illo anno, Ozas.dec.82.Polidor. Rip. obser.116.

8 Limita tertio existente consuetudine loci in contrarium, Franc.March.decis.144. par.1. Carocc. loco cit.concl.14.

RESOLVT. CIX.

An res Ecclesiæ vltra triennium locari possit absque Assensu Apostolico.

1 *Res Ecclesiæ absque requisitis, vltra triennium locari nõ potest, & idem est in prælato regulari num.seq.*
3 *Beneficiatus alteri beneficiato in eadem Ecclesia vita durante portionem obuentionum, vel fructuum suorum locare non potest, & quare.*
4 *Locatio vltra triennium valida, si adest de consuetudine.*
5 *Locatio vltra triennium exigui valoris est valida, & quare.*

1 REspondetur id omninò fieri non posse non adhibitis solemnitatibus extrauag. Ambitiosæ, de reb.Eccl. non alien. & ita fuit resolutum in Rota Romana in vna Senen.prædij 8.Octob.1584.coram Pamphilio, Berou.cons.8.n.9.volum.3. Bald.cons.16. nu.7. & seq.vol....Plot.cons.19.n.62.Dec.cons.143.nu.3.Vgolin.in tract.de potestat.Episcopi cap.14.§.7.post n. 5.ex quibus videtur hodie correctam esse decisionem, glos.in clem.1.huius tit.vbi permittebatur locatio infra decennium, non vltra, quia tunc dicebatur ad longum tempus secundum Boer.decis.23.

2 Quam conclusionem amplia procedere, etiam in Prælato regulari, Burs.at.cons.398.num.16.vol.1. Menoch.cons.99.num.7.& seq.vol.4.& Monal. consil. 16. vol.1.& fuit resolutum in d.Senen. Prædij 8. Octobris 1584.coram Pamphilio.

3 Amplia, vt non possent duo beneficiati in eadem Ecclesia alter alteri locare (vita durante) portionem obuentionum, & fructuum suorum, quia esset species alienationis secundum Nauar. consil.10. in nouis, de reb.Eccles.non alien.

Nunc limita, & primo non procedere, quando adesset consuetudo in contrarium locandi, scilicet, vltra 4 triennium, quia esset seruanda, pulchrè Paris.cons.98. lib.4.Macerat.lib.2.var.resolut.cap.17.nu.16. & seq. Gamma decis.Lusitan.388.in fine.

5 Limita secundo in locatione vltra triennium exigui valoris, quia tex.in cap.terrulas 12.q.2. procedit non solùm in alienatione, sed etiam in locatione, secundum Thoming.decis.23. & ita decisum refero Ego ipse in decis.Curiæ Archiepisc.Neapol.decis.22.Crot. cons.96.num.14.volum.1.

RESOLVT. CX.

An beneficiatus possit ità disponere de fructibus, vt possit eos locare etiam ad longum tempus.

1 *Beneficiatus, siue Rector antiquo tempore fructus, siue beneficij commoditates pro toto suæ vitæ tempore locare poterat, non autem post extrauagantem Ambitiosæ num.seq.& 4.*
Fructus beneficij sunt bona Ecclesiastica.

ET quidem Abb.in cap.fin.ne Præl.vices suas nu.4. notat ex glos.2. ibi, quod Rector Ecclesiæ potelt locare fructus pro toto tempore vitæ suæ. Quæ tamen glos.reuera id non dicit, vt rectè animaduertit Annan. ibi num.7.subdens, quod illud fieri non possit, ex tex.& glos.in vers.eius, in clem.1.de reb.Eccles.non alien.& sequitur Lopez in leg.9.tit.17.par.glos.1.

Vnde de iure antiquo vera videbatur dicta sententia Abbatis, quod Rector Ecclesiæ, seu beneficiatus 1 posset locare fructus, seu cõmoditates sui beneficij pro toto tempore vitæ suæ Silues.t. in summa, vers. simonia §.14.& Tole lib.5.cap.91.quamuis prædia, seu possessiones non possent locari ad longum tempus, seu vltra nouem annos, quia esset alienatio, Lapus alleg.30. in fine,& ibi Mandos.& alleg.80.addit.1.Couar.lib.2.variar.resolut.cap.16. nutu.1.Rodoan.rubr.1. cap.14.& rubr.33.& fin.q.6.Valasc.de iure emphyt.q.29.Molin. de primogen.lib.1.cap.21.nu.15.Gars.de expens.c.14. nu.1.Et est receptissima sententia, vt per Censal.lib.2. var.resol.q.29.licet ipse contra teneat. Difficultas est quid hodie dicendum sit, stante extrauagante ambitiosæ, quæ omnium rerum ecclesiasticarum vltra triennium prohibet locationem.

In qua multi tenent, dictam extrauagantem habere locum in locationibus bonorum, non autem in 2 locationibus fructuum,& reddituum, ita quidem, vt ipsa res, seu prædia prohibeat locare, non verò fructus,& redditus ecclesiasticos ad aliquod beneficium pertinentes, ita Couar.lib.2.var.resolut.c.16.n.6.Rodoan. d.q.6.§.vltimo, nu.4.Caroc.p.3.tit.de rebus eccl. loc. num.51. Graff.in decis.aur.casuum conscientiæ, lib.4 cap.24.num.20.

Et Auendanus de exeq.mand.1.p.cap.4.num.42.ait dictam extrauag.loqui de bonis ecclesiarum, non tamen de bonis ad clericos pertinentibus, & beneficia non esse bona ecclesiastica,& Molin.d.lib.1. de Hispa. primogen.cap.21.n.27.tenet posse beneficiatum locare vltra triennium, non tamen ad longum tempus res beneficij,& etiam ad vitam fructus, seu commoditates beneficij, sed non meminit de dicta extrauag. & sequitur Mol.de contract.2.tom.disput.666.qui postea agit de dicta extrauagan. non tamen tangit hanc difficultatem de locatione fructuum.

Verius tamen est, quòd dicta extrauag. non solum habeat locum in locationibus rerum,& bonorum, seu prædiorum beneficij, vel ecclesiæ, sed etiam in locationibus fructuum, quod probatur ex illis verbis, OMNIVM RERVM, ET BONORVM ECCLESIASTICORVM, nam, & fructus beneficij, seu ecclesiæ, sunt 1 res,& bona ecclesiastica, cum ab ecclesia proueniant, suntque eius ministris assignata propter diuinum ministerium, quidquid Auend.sup. malè, & perperam dicat non esse bona ecclesiastica.

Et hanc sententiam tenet Rebuff. in cap. extirpandæ,§.qui verò,7.dist.de præb.Boer.decisio.224. Gamma decis.156.Mandos.de signat. gratiæ, tit.de indulto locandi redditus beneficij, Alex. Stiat.in dicta extrauag.Ambitiosæ,num.6.& 61.in fine.Nauar.in manuali cap.25.nu.137.& in cons.11. de reb. eccl. Guttierez lib.1.canonicarum quæstionum,cap.8. num.15. quem sequitur Zenedo in coll.76.ad decret.nu.3.& coll.32.

ad

ad textum,num.30.Riccard.in rub.instit.de locatione num.5.Philiarc.de off.Sacerd.2.p.lib.4.c.22.Graff. sibi contrarius lib.3.cap.4.nu.7.Arm.verb.locatio,num.5. Rodriq.in sum.1.tom.cap.18. num.5. Veha in summa 1.par.cap.36.cas.40.Tolet.in summa lib.5. c.91. Solis. de cens.lib.2.cap.3.nu.10. Corduba in summa q. 103. Lopez in Instructorio conscientiæ,1.tom.c.191.& in Instructorio negotiantium,c.2.lib.8.Quintanaduen. li. 2. num. 69. vbi ait, quod multi ad fructus extendunt dictam extrauagant. quamuis nu.66. dicat, placere nonnullis rerum ecclesiæ, non fructuum locationem bene esse prohibitam.

Et Flores in addit.ad Gam.decis.156.ait, istam sententiam de rigore veram esse,licet in praxi dicat ,non seruari. Quam etiam magis practicari, ait Zaullus quæst.199. in commun. contra commun. licet asserat quamlibet opinionem esse probabilem,& ita passim in praxi seruatur.

Et iuxta hanc opinionem Rota Rom. in vna com-
4 mendæ locationum 5. Martij 1600. iudicauit, quod sicuti bona ecclesiæ non possunt locari vltra triennio, ita nec fructus, & locationem pro lõgiori tempore factam,vt sub beneplacito Apostolicæ Sedis, ante illud obtentum,potest Prælatus,vel locator reuocare; vnde sequitur fructus pensionis ecclesiasticæ non posse vendi aut locari vltra tres annos, ex d.extrauag. Ambitiosæ,vt in terminis consuluit Nauar.d.cons.11.de rebus eccles.non alien.& ego consultus respondi.

RESOLVT. CXI.

An si ex prædijs ecclesiæ quolibet triennio fructus colliguntur,possint vltra triennium locari.

1 *Prædia vltra triennium locari possunt, quæ fructus quolibet triennio reddunt.*
2 *Extrauagans Ambitiosæ,de quibus loquatur rebus.*
3 *Locatio rei ecclesiæ per sex annos,vel nouennium aliquando fieri potest.*
4 *Emphyteuta non soluens canonem rei ecclesiæ per quinquennium,quæ quolibet triennio fructus reddit,non cadit à iure suo.*
5 *Silua cedua ecclesiæ vltra triennium locari potest.*

1 REspondetur affirmatiuè ex doctrina Barb.in rub. de reb.eccl.non alien.num.6. & seq. Nauarr. in comment.de rebus eccl.num.21.Couarr.qui comprobat lib.2.variar.resolu.cap.16.Guttier.lib.1.canonic. q.cap.7.nu.12.& seq.Alex.Rauden. decis.22. Arismin. Tepat.lib.iuris sentent.verbo locatio, Vgolin. de potest.Episcopi,cap.14. §.7. post num.12. Leffius de iust.
2 & iure,lib.2.cap.24.dub.2.qui referunt extrauag. Ambitiosæ loqui de rebus, quæ quotannis dant fructum, vnde si aliqua res solum alternatim fructus redderet, poterit locari ad sexennium, si tertio quoque anno dumtaxat poterit ad nouennium, quia primum
3 triennium æquiualet vnico anno, & ita secundum, & tertium.

Quam cõclusionem amplia in emphyteuta rei, quæ non fructificat,nisi tertio quoque anno, vt non deuol-
4 uatur ecclesiæ, si non soluerit per quinquennium,neq; per octo annos,si non soluerit laico,iuxta terminos, c. potuit,de locat. & l.2. C.de iure emph. & voluit Balb. cons.991.n.16.vol.3.& cons.17.n.4.vol.1. Iason. in Auth.qui rem,vbi post eum Alex.nu.10. C.de sacrosanct.eccl. Hippol.sing.409.

5 Quare silua cedua ecclesiæ hac ratione locari poterit, non tamen anticipatis solutionibus fieri poterit iuxta dispositionem Conc.Trid.sess.25.c.2.de reform. quoniam fieret præiudicium successori, secundum Vgol.in.loco citato.

RESOLVT. CXII.

An in locatione vltra triennium rei ecclesiæ solitæ locari assensus requiratur Apostolicus.

1 *Assensus Apostolicus in locatione vltra triennium rei ecclesiæ solitæ locari non requiritur, & quando requiratur in hoc casu,nu.2.*
3 *Res ecclesiæ solita locari,si est incorporata,non potest absque solemnitatibus vltra triennium locari.*
4 *Res ecclesiæ solita locari vltra triennium duobus de modis cognoscitur.*

1 REspondetur in præfata locatione assensum minimè requiri ex consilio Ploti 22.& 19.num.62. & Dec. cons.142.nu.3.& fuit resolutum in Rota in causa Senens.prædij 8.Octob. 1584.coram Pamphilio,quam conclusionem limita.

2 Primo,vt non procedat, quando non adest eadem causa concessionis,siquidem res ecclesiæ solita locari, tunc demum sine solemnitatibus locari potest, quando adest eadem causa concessionis,alias secus,Abb.in c.vt super,n.11.vers.ego crederem,de reb.Eccl. non al. Cur.Iun.de feud.p.2.q.1.n.10.Rebuff. de alien. rei eccl.n.35.Menoch.cons.25.n.6.vol.1.Bursat.cons.16.nu. 3.& seq.vol.1.& fuit latè dictum,ac resolutum in Rot. Romana in vna Mediolan.bonorum 23.Ianuarij 1593. coram Orano.

3 Limita secundo,quando res Ecclesiæ solita locari,esset incorporata Ecclesiæ, quia tunc non poterit absq; sollemnitatibus locari,Card.in c.2.q.12.de feud. Guido Pap.dec.154.Garz.decis.99.Mant.cons.26.nu.15.& seq.Berret.cons.111.n.12.Curt.Iun.de feud.p.2.q.1.n. 10.Rodoa.de reb.eccl. non alien.q.13. & vide in eadē Mediolan.bonorum 23.Ianuarij 1593.quod autem dicatur facta incorporatio vide Anchar. cons.156. Menoch.cons.69.n.10.& seq.vol.....Clar.in §.feudum, q. 13.n.3.& seq.& Berret.cit.cons.111.n.12.& seq.

Sed quæstionis est,quando dicatur res solita locari, vltra Dec.cons.142.n.4.& in Auth.qui rem n.20. C.de sacrosan.Eccl.Mol.de contract.disput.468.n.20. Crescent. dec.1.de consuet.vide dec. Rotæ Seraphini 434. quam placuit hic ad verbum referre.

Domini resoluerunt, quod ad hoc vt concessio castri,de qua agitur,facta sine solemnitatib.teneat, tamquam de re solita locari,vnum ex duob.requiritur,vel quod præcedat vna locatio solemnis,& valida,& illico dicitur res locari solita,nec cursus temporis requiritur,vel hac deficiente,adsint duæ locationes cum cursu 40.annorum,Præpos.in c.1.nn.25. cum seq. qui feudum dare possunt,Alex.cons.9.nu.3. vol.3. Iacob. de Sancto Georgio de feud.vers.feudorum,n.39.Ias.consil.155.qui de communi,vers.quarto facit, lib.1. eandem communem dicit Seisel in specul.feud.fol.171. cũ seq.& fol.183.nec obstat,quod ex cursu temporis præsumuntur solemnitates,quia hoc non potest procedere in terminis huius decisionis,alias redderetur falsa communis opinio. An verò probentur tales duæ concessiones cum cursu 40.annorum in casu, de quo agitur,erit videndum:hæc ille.

RESOLVT. LXII.

An locatio rei Ecclesiæ in plures annos facta, valeat saltem quoad tres annos.

1 *Locatio rei ecclesiæ facta vltra triennium, per triennium valet.*
2 *Emphyteusis concessa vltra tempus à iure permissum, quo ad tempus non prohibitum tenet.*
3 *Donatio facta vltra quingentos aureos sine insinuatione nõ est valida,sed firma remanet pro sũma à iure permissa.*
4 *Vtile in separabilibus non vitiatur perinutile.*

5 *Indul-*

5 *Indulgentiæ concessio per Episcopum vltra tempus sibi permissum, non tenet, sed est valida pro statuto tempore*
6 *Locatio vltra triennium non est valida etiam pro triennio, & ita in praxi.*

1 IN hac decisione, vt ordinatè procedam, duas reperio principales opiniones.

Prima fuit illorum, qui asseruerunt, præfatam locationem validam esse quoad triennium, & isti fuerunt Carroc. de locat. par. 3. concl. 9. nu. 97. post Lap. alleg. 80. Mol. de primog. Hisp. li. 1. c. 21. Aquil. in l. 1. §. sed si mihi, n. 34. cum multis seq. ff. de verbor. oblig. Calcan. cons. 124. col. penul. & Monal. cons. 112. vol. 2. & secundum hanc opinionem refert Senatum Lusitanum iudicasse Gam. decis. 87.

Mouentur primo, quia emphyteusis concessa vltra tempus à iure permissum, quamuis non valeat, quoad totum illud tempus à concedente permissum, valet quoad tempus à iure statutum, secundum Bal. in auth.
2 qui rem, C. de sacrosan. Eccl. Castr. in auth. si quas ruinas, C. eod. Alex. cons. 38. volu. 2. Bal. cons. 327. volu. 3. Clarus in §. emphyteusis, q. 6. vers. scias tamen, & in §. feudum, q. 13. vers. sed quid si alter, & est communis opinio, secundum Ias. & Dec. in auth. qui rem, C. de sacrosan. Eccles. quam sequuntur omnes relati à Tiraq. lib. 2. de retract. par. vlt. num. 144.

3 Secundo, quia donatio facta absq; insinuatione vltra quingentos aureos, in excessu solum vitiatur, & firma remanet in summa à iure permissa, l. sancimus, & l. penul. C. de donat. Bald. cons. 339. vol. 3. Ias. cit. l. 1. §. sed si mihi, n. 7. & seq. ff. de verb. obligat.

4 Tertio, quia in separabilibus vtile non vitiatur per inutile, d. l. 1. §. sed si mihi, ff. de verbor. obligat. & in cap. vtile, de reg. iur.

5 Quarto, quia concessio indulgentiarum facta per Episcopum vltra tempus sibi permissum, licet fuerit nulla in tempore illo, erit tamen valida infra illud cap. Indulgentiæ, de pœnit. lib. 6.

6 Altera fuit opinio contraria primæ, locationem. s. esse nullam, etiam pro triennio, ac extrauagantem Ambitiosæ, annullare contractum locationis in totum, & hanc opinionem tenuerunt Couar. lib. 2. var. resolut. c. 16. Ann. singul. 327. Rodoan. q. 58. Molin. de contract. q. 66. & 77. Alban. decis. 107. Tiraq. de retract. ligna. §. 23. gl. 1. nu. 12. & hæc opinio est magis recepta, & iuri consona, & propterea in praxi sequenda, & secundum eam fuit decisum in Curia Romana in vna locationis Brixiens. 5. Decemb. 1594. coram Pegna, & iterum in vna Comensi locationis 20. Martij 1600. coram Pamphilio, & sæpius in alijs causis, & secundum eandem opinionem iudicasse Cons. Neapol. refert. Afflict. decis. 107. in causa Domini Motiæ.

RESOLVT. CXIV.

An locationis instrumentum de biennio in biennium vsquequo conductor vixerit sit nullum in vim extrauag. Pauli II.

1 *Locatio de biennio in biennium facta quousque vixerit est nulla, & contrahentes, pœna extrauag. sunt affecti, & quare num. 5.*
2 *Vita hominis tempus non habet determinatum.*
3 *Ætas, complexio, & quod peius, peccata mortem accelerant.*
4 *Sexagenarius dicitur decrepitus.*

1 IN præsenti dubitatione respondeo cum decisione Thomæ Triuis. Rot. Venet. 21. par. 1. vbi refert per illam Rotam tentum fuisse præfatum locationis instrumentum fuisse nullum, & proinde subintrare pœnas extrauag. Ambitiosę de reb. Eccl. non alie. quæ extrauag. annullat quoscumque contractus, nempè emphyteusim, & locationes ad longum tempus, idest vltra triennium duraturas.

Nec obstat, quę pro contraria adducebantur parte, .s. quod huiusmodi locatio non dicatur ad longum tempus facta ob id præcipuè, quia est duratura, quousque conductor vixerit, & quia vita ipsius conductoris
2 non habet tempus determinatum, nam mors non habet diem, & horam limitatam, nisi quoad Deum, etenim aut ob ætatem, vel complexionem, seù ob peccata nostra mors citius præsumitur Glos. in cap. qua fronte
3 vers. decedat de Appellat. cap. qualiter 2. de Accusat. nec poterat maximè dici ad longum tempus in casu à Triuis. adducto ob id, quòd conductor tempore prædictæ locationis erat sexagenarius, & vltra, & sic in ætate decrepita, prout consuluit Crauet. conf. 108. nu. 2. vol. 1. Riminal. cons. 229. vol. 2. Ruin. cons. 92. n. 10. vol. 4. & cons. 141. n. 18. vol. 5. & alij quos cumulat Borgnin. in add. ad decis. 145. Verum prætatis non obstantibus, contrarium fuit ibi decisum quam ego pariter in praxi sequutus sum; & quod locatio tali modo facta sit
4 nulla, & dicatur ad longum tempus voluerunt. in Rub. ff. de rei vēdic. Socc. Iun. cons. 63. n. 11. vol. 2. Dec. cons. 204. n. 5. Pinell. in l. 3. par. 3. n. 63. C. de bon. mater.

RESOLVT. CXV.

An res Ecclesiæ solita locari ad modicum tempus, si locetur ad longum tempus, vel vltra à iure permissum vitietur in totum.

1 *Res Ecclesiæ solita locari ad modicum si vltra tempus à iure permissum locetur in totum est inualida.*
2 *Rei Ecclesiæ vltra tempus à iure permissum locatio, in totum vitiatur, si vnica erit pensionis solutio.*
3 *Clausula (non alias aliter, nec alio modo) si adest in instrumento rei Ecclesiæ alienatæ nihil operatur, sed contractus in totum erit nullus si beneplacitum non fuerit obtentum.*
4 *Res Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim vsque ad tertiam generationem si vltra concedatur, concessio est valida vsque ad tertiam, secus autem quoad reliquas.*

RESpondeo ex Bart. in auth. qui rem nu. 7. C. de sacrosan. Eccl. vbi Ias. n. 1. & 22. qui asserunt præfatam locationem in totum vitiari, idem Bart. cons. 159. nu. 4. ver. 4. est videndum vol. 1. Bal. cons. 339. n. 6. vol. 2. Lapus alleg. 80. vbi addent. lit. H. Alex. cons. 17. nu. 10. volum. 4. Calcan. cons. 125. n. 22. vers. in contrarium est veritas. Curt. Iunior de feud. par. 2. q. 6 n. 13. Molin. de Primogen. Hispaniar. lib. 1. c. 2. nu. 28. Couar. lib. 2. var. resolu. c. 16. sub n. 5. & Alciat. cons. 25. n. 6. & seq. & fuit resolutum in vna Brixiens. locationis 5. Decemb. 1594. Coram Pegna, & in eadem 17. Maij 1595. & in vna
1 spolij Montis Felicij 18. Martij 1596. coram Orano.

Præsertim si constet contrahentes pro minori tempore non fuisse contracturos Bart. 159. n. 8. volu. 1. Lapus dict. alleg. 80. sub nu. 3. post med. vers. nam conductor, Aret. in l. quod dicitur la 2. nu. 9. vbi alij ff. de verborum obligat. Socc. in l. 1. §. Sed si mihi n. 9. vers. nona conclusio ff. eod. Bal. cons. 22. vol. 1. Bursat. cons. 16. n. 3. vol. 1. Alex. in d. §. sed si mihi nu. 5. & cons. 17. nu. 10. vers. 3. vol. 1. Modern. in consuetud. Parisiens. titul. 1. q. 41. n. 46. Couar lib. 2. variar. resolut. c. 16. nu. 5. vers. sed primæua, & latè fuit dictum in vna locationis 21. Maij 1595. coram Blanchetto.

1 Intellige secundo si pro toto tempore fieret sub vna pensione, quia in totum vitiatur nec valet pro tempore permisso Bald. cons. 475. n. 58. vol. 1. post tex. in l. si plura ff. de ædilit. edict. Tiraq. de retract. lignag. §. 23. glos. 1. n. 5. vers. ex ijs etiam, & fuit dictum in causa Melfiens. & Rapollen. fructuum 19. Ianuarij, & 9. Februa-

bruarij 1582.coram Cantuccio,vt habetur in decis.diuers.709.nu.6.p.1.

3 Et idem procedere dicunt in alienatione, vbi fuit reseruatus assensus Apostolicus cum clausula nō alias aliter,nec alio modo,quia non obtento beneplacito in totum vitiatur ad glos. in l.si quidem vbi Bald. & Sal. Cod.de excep.& idem Bal.cons.21.n.6.& seq. vol. 1.& fuit dictum in Rota in vna Romana locationis 2.Maij 1593.coram Blanchetto.

Hæc autem,quæ de locatione diximus, minime in concessione in emphyteusim procedunt, si quidem res
4 Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim in tertiam generationem,si concedatur vltra tres, valet concessio, vsq;ad tertiam,licet quoad reliquas sit nulla Castrens. in Auth.qui rem in fi.vbi Dec. n.22. qui testatur communem,& Cagnol.n.60.qui dicit communiorem C.de sacrosanct.eccles.Curt.Iun. de feud.p.2.q.6.n.11. Modern. Paris.§.42.p.10.n.43.vbi pariter de cōmuni testatur, & fuit in Rota resolutum in causa Vlisbonens. 2. Iunij 1567.coram Sarmiento Tiraq.de retract.lignag.§.29. gl.1.nu.12. & de retr.conu.in fine n.145.& seq.Idcirco non obstat contraria opinio, quam tradunt Angel. in §.emphyteusim nu.17. in Auth.de non al.Ias. in Auth. qui rem n.21.vers.ego teneo C.de sacrosanct.Eccl. Couar. lib.2.variar.resol.c.16.n.5. circa med. vers. ego profecto per text.in §.si vero etiam, & per §. emphyteusim in Auth.de non al.Tiraq. de retr.lign.§.23.gl.1.n.13.

RESOLVT. CXVI.

An alienatio ad longum tempus appellatione alienationis rerum Ecclesiæ contineatur.

1 *Locatio ad lōgum tempus appellatione alienationis rerum Ecclesiæ continetur,& quæ n.seq.*
3 *Locatio ad longum tempus effectum inualidationis, non autem incursionis pœnæ producit.*

1 BReuiter est pro affirmatiua concludendum, sic eleganter notatur in l.codicillis §.institutio ff.de leg.2.& in clem.1.de reb.eccles.non al.Affl.dec.107. n. 2.& 4.Boer.dec.224.Borgnin. dec.14. de contr. Trituis. dec.22.p.1.Gabal.milleloq.160.Ratio duplex assignatur
2 , prima quia per locationem ad longum tempus constituitur ius in re,quemadmodum per alienationē Bellam.dec.747.& latè Couar.lib.2.var.res.c.16. nu.1. Secunda est ratio, quia in locatione ad longum tempus, vel ad vitam eædem solemnitates requiruntur in bonis Ecclesiasticis, quæ requiruntur in alienatione Papon.lib.1.tit.13.arrest.4.

3 Suprapositam conclusionem singulariter limita, & sic illā intellige procedere ad effectum inualidationis locationis,scilicet,vt contractus sit ab initio nullus,secus tamen quoad effectum incursus pœnarum,quoniā taliter afflictantes, seu locatores excusantur,nec incidunt in censuras, Calder. in c. cum contingat de iureiur.Cou.vbi sup.n.3.& seq.& fuit latè discussum in Rota Rom.in vna Rauenn.domus 2.Aprilis 1546. coram Cantuccio, & in proprijs terminis facit decisio Rot. 26.par.2.diuers.

RESOLVT. CXVII.

An locatio facta vltra triennium, rerum Ecclesiæ, sit in totum nulla,an vero sustineatur pro triennio.

1 *Vtile per inutile quoad separabilia non vitiatur, & sic locatio facta vltra triennium secundum hanc opinionem per tres annos est valida.*
2 *Tempus permissum à prohibito separatur.*
3 *Donatio sine insinuatione excedens quingentos solidos in excessu tantum vitiatur.*

IN hac decisione variæ sunt sententiæ,prima est valere pro tempore permisso tantummodo, & hanc tenet Bald.in Auth. si quas ruinas n.2. C. de sacrosan. Eccl.Castrens.in Auth.qui rem n.7. & Dec.nu.23. qui dicit esse communem,& ab ea non recedendū,C.eod. tit.Tiraq.de retractu conuent.in fine n.144.Iun. Clar. §.emphyteusis q.6.num.2.& §.feudum q.13.in fin.Dicens veriorem,& magis commun.Gamma decis.vlt.n. 3.Molin.de Hispan.primog.lib.1.cap.21.n.28.Carroc. in tract.loc.& cond.p.3.concl.9.ampl.4.tit.de reb.Eccles.locan.nu.44. & seq.Ioan.Guttierez can.4.lib.2.c. 13.Zauallus q.199.n.15.Nouiss. in praxi Archiepiscopali curiæ Neap.c.73.n.10.& Molina de contract.disp. 467.& alij per eos relati.

Et hanc sententiam frequentiori calculo receptam dicit Couar.lib.2.var.res.c.16.nu.5. & magis communem,& in praxi seruandam Flores in add.ad Gam. decis.156.licet secundum rigorem d.extrauagantis,& in puncto iuris verius credat in totum vitiari.

1 Quæ fundatur primo ex eo quod inseparabilibus vtile per inutile non vitiatur leg. vtile lib.6. & l.1. §.sed mihi ff. de verb. oblig. & in proposito tempus permis-
2 sum separari potest à prohibito.Secūdo ex l.sancimus & l.penult.C.de don.vbi donatio sine insinuatione excedens quingentos solidos non vitiatur, nisi in excessu. Tertio ex Auth.de non alien.§.quod autem in fine,
3 intelligitur tamen ista sententia, vt non procedat in locatione ad vitam,vel ad longum tempus,Cou. vers. ead.ratione vterq;Molin.& Guttier.n.8.locis cit.

Secunda principalis sententia est, prædictam locationem in totum nullam esse,& omnino vitiari, & hāc tenet Bar.in d.auth.qui rem num.7.& in cons.159. n.8. lib.1.Lapus alleg.80.vbi Mandos.in vlt.apostilla, Ias. in l.1.si quis ita ff.de verb.obligat.& in d.auth.qui rem n.21.& in l.2.n.169.C.de iure emphyteu.Ripa in d.§.si quis ita nu.32.Prob.ad Monachum in c.vlt.n.2.de pœnit.& remiss.in 6.Afflict.dec.107.Couar.d.n.5.Rodoa. d.quæst.6.§.item ex præmissis,n.21.Quintanad. ecclesiastica lib.2. num.61. & Graff.lib.4. cap.24. num. 20. in decis.aur.

Et tenuit Rota in vna Romana deuolutionis quarta Februar.1583.coram de Rubeis, & iterum in vna Placentina decimar.2.Iunij 1586. coram Bubalo, & iterū in vna Brixien.locationis 5.Decemb.1594. coram Pegna,in qua fuit resolutum locationem bonorum cuiusdam præpositurę factam vltra triennium, in totum vitiari, & cum Rota teneat istam sententiam potest dici iam magis communis,cum Rota per se faciat cōmunē opinionem Sarnensis in proem.reg. cancel.q.2. vers.4.

RESOLVT. CXVIII.

An locatio rerum beneficij facta vltra triennium cum iuramento ab ipso beneficiato præstito de non contraueniendo firmetur iuramento in præiudicium ipsius,ita quod non possit contrauenire.

1 *Iurans non alienare bona Ecclesiæ auditur postea contrauenies.*
2 *Nemo debet ex proprio delicto commodum, & pœnam reportare.*
3 *Extrauagans ambitiosæ inducit priuationem beneficiorum ipso facto.*
4 *Extrauagans ambitiosæ est prohibitiua, & obligat etiam ad mortale.*
5 *Extrauagans ambitiosæ non est vsu recepta,quoad pœnas extrinsecas.*

ET videtur quod sic ex decisione Mohedan. 9. de locat.& Mandos. ad Roman. cons.369. cit.11. & ex doctrina Alex. Stiatici in repetitione extrauagant. ambitiosæ numer.69. & 70. Mozzeus de contractibus

tit.9.n.3.qui dicunt,quod licet ille, qui malè alienauit bona ecclesię cum iuramento de noncontraueniendo, audiatur volens ea recuperare nomine ecclesiæ,& ad
1 ipsius ecclesiæ commodum,vt per glos.quam DD. sequuntur in cap. si quis presbyterorum de rebus ecclesię non alienādis,& tenuit Rota teste Crescent.in dec. 1.de iur.iuran.ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittendus, imo quod esset priuandus commodo alias ad ipsum peruenturo ex talib.bonis,stante
2 regula iuris,quod quis ex suo delicto nō debet pęnam, & commodum reportare l.Relegatorum,ff.de interdictis,& releg.l.siue hæreditaria in fin.ff.de negot.gest.
3 Sed quod magis viget,est,quod per d.extrauagantē beneficiati ipso facto priuātur beneficijs,quorum res, & bona alienarunt, & sic etiam si non iurassent, non videntur posse sibi repetere res vltra triennium locatas.

Nihilominus tamen verius videtur præfatam locationem non firmari iuramento,etiam in præiudicium beneficiati,& eo non obstante posse contrauenire,ratio est,quòd d.extrauagans est prohibitiua, & obligat
1 ad peccatū etiam mortale,vt patet ex ipsis verbis prohibitiuis,vt ex pœna excommunicationis, & alijs ipso facto impositis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis c.Quintauallis, vbi plenè per Scribentes de iur.iurando cap.1.eodem titul.in 6.nec est obligatorium contra bonos mores prędictum, c.non est obligatorium de regul.iur.in sexto,latè Bartolus in l. si quis pro eo,ff.de fideiussoribus,Panormitan.& reliqui in cap.cum contingat citato tit.de iur.iurando.

Et in proprijs terminis,quod præfatus beneficiatus non ligetur iuramento,quo minus valeat contrauenire locationi vltra triennium factæ, voluerunt Bero. cons.92.n.1.2.& 10.vol.1.Alexandri.cons.92. Monald. consil.150.volum.2.Cordub.Theologicarum quæstionum quæst. 103. Garzias in tractat. de beneficijs tom. 1.par.2.cap.2.num.84.& sequent.& facit quod voluit Rota decis.26. nu.2.part.2. diuersorum, vbi Prælatus iurans non locare res ecclesiæ,si illas locat ad longum tempus non incurrit in pœnam periurij,vt voluit etiam Additio ad Mohedan.cit.decis.9.

Non obstant contraria,nam respondetur,quod licet supradicta extrauagans sit in nonnullis locis recepta quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis,& locationis,Tamen quoad pœnam extrinse-
5 cam maximè priuationis beneficiorum non videtur recepta,vt per Nauar.inManua.c.27.n.150.Salzed.ad Diaz.cap.71.Guttier.lib.1.Canonicarum quęstionum cap.8.n.9.Molina de contractib.disp.466.Tolet.lib. 5. c.3. vnde cum pœna priuationis non sit recepta, & ex alia parte talis prohibitio locationis, & eius nullitas sit inducta in fauorem ecclesiarum,& earum ministrorum,vt patet ex proemio dictę extrauagantis,propterea rectè poterit beneficiatus contrauenire, & agere contra dictam locationem ex doctrina Pauli de Castro in l.filiusfam.§.Diui num.3.& 4.ff.de legat.primo, Molin.de Hispan.primogen.lib.4. cap.1.nu.20. & seq. Guttier.lib.3.practicarum quæstionum cap.41. n.8.

RESOLVT. CXIX.

Quæ sint innouata in materia locationis per Sacrum Concilium Tridentinum.

1 *Locationes factæ de bonis Ecclesiasticis solutionibus anticipatis successori non præiudicant.*
2 *Locatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, vel facultatum Vicarios nominandi est inualida, & simoniaca.*
3 *Locatio Ecclesiæ omnium bonorum, cum facultate beneficia conferendi est valida, & non simonicca pro pretio aureorum bis mille; probato, quod absq; facultate conferendi bona pro eodem pretio arrendata essent.*
4 *Locationes factæ ad longum tempus à triginta annis citrà sunt annullatæ.*

NOnnulla, vt patet in sess.25. cap.magnam de reformatio. cap.11. & primo locationes factæ de bonis ecclesiasticis,anticipatis solutionib. nullatenus sunt validæ, in præiudicium successorum. Benè tamen
1 afficiunt locatorem,vt fuisse in Rota decisum testatur Mohedan.dec.8.de confirmat.vtil.vel inutil.Rodoa.q. 6.prope finem n.53.Carroc.par.2.de loc.conclus.20.n. 76.quod ampliatur procedere etiāsi percepisset pēsiones,Bal.in c.si quis n.3.qui succes.feud.tenean.Rebuf. in compend.alienat.n.18.& iuxta hanc opinionem refert fuisse iudicatum,Cornazan.Rot. Lucens.dec.104.

Item fuit innouatum, nemini licere locare iurisdictiones ecclesiasticas, vel facultates nominandi vica-
2 rios in spiritualibus; nec conductoribus per se, aut alios ea exercere,quod adeò est verum,vt si quis locat aliquid,quod sapit spiritualitatem,esset locatio simoniaca;vnde si efficiatur locatio ecclesiæ cum omnibus bonis,& facultate cōferendi beneficia pro scutis duo-
3 bus mille,& probaretur; quod etiam sine facultate conferendi bona arrendata fuissent prò scutis duobus mille, quod talis locatio non esset simoniaca,alias secus,vt tenuisse Rotam refert Put.dec.80.lib.1.

Tandem innouantur,& annullantur locationes omnes factæ ad longum tempus à triginta annis citra,vel
4 ad viginti nouem,aut bis viginti nouem annos, & ita consuluit etiam Anchar. cons.952.par.2.

Notabilia in materia locationis rei ecclesiæ.

LOcatio rei ecclesiæ vltra triennium,non valet etiā tempore permisso,Afflict.decis.107.num.2. & 4.

Beneficium accensari non debet vltra triennium, olim tamen poterat vsq;ad septennium Boer.dec.224.

Locatio ad non modicū tempus constituit ius in re, etiam in bonis ecclesiasticis,tamen successor nō tenetur seruare pactū antecessoris,Ægid.Bellam.cōcl.747

Locatio ad longum tempus,vel ad vitā easdē solēnitates requirit,sicuti & alien.Papo.lib.1.tit.14.arrest.4.

Locatione finita ad longum tempus facta per ecclesiam, ipsa primi conductoris hæredibus locare tenetur,Vinc.de Franch.decis.123.

Locatio facta ad longum tempus est valida,si in locationis instrumento dicatur, quod nullum vtile dominium transferatur in conductorem Ioan.de Arnon. sing.72.hæc cautela est dubia nostris temporibus.

Constitutio annullans locationes factas in personas clericorum,& similium personarum, vendicat sibi locum, etiam si locationes reperiantur factæ in euidentem ecclesiæ vtilitatem,Iacob.Put.decis.2.lib.1.

Successor Prælatus non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris,Put.decis.181.lib.1.& 421. Franch.March. quæst.102.part.1. vbi distinguit; fallit pro illo anno,quo mortuus est Prælatus,& conductor terras laborauit, Borgnin.decis.15.de contract.

Consuetudo,quod res ecclesiæ datę in emphyteusim iterum debeāt locari proximioribus,finita locatione, est ecclesiæ vtilis,sed quare vide Verall.decis.230.p.1.

In locatione rerum ecclesiasticarum debet præferri idem conductor alteri conductori de nouo venienti, Papon.lib.1.tit.13.arrest. 6. Contrarium tamen tenet Ioan.de Arnon.sing.66.

Conductor bonorum ecclesiasticorum non habet spolium, Papon.lib.13.tit.9. arrest. 6.

Locatio fundi facta puta ad quinquennium, cùm sterilis,ac inutilis esset, industria ac diligentia coloni conductoris factus fructuosus,ac fertilis,ex hoc locatio perpetua redditur, vt ad hæredes quoque conductoris transeat etiam extraneos,nec tertia generatione finitur,Hyppol.sing.550.

Fructus ecclesiæ possunt locari, & vendi laicis, &

in eos

in eos cadunt, hoc verò non procedit in oblationibus altaris, Rom. sing. 664.

Conductor rei ecclesiæ ne soluat pensionem, an possit opponere consensum superioris non interuenisse, vide Cresc. dec. 1. alias 122. tit. de loc. & cond.

Prælatus fructus beneficij locare potest, Franc. Marc. q. 102. part....

Conductor arrendans beneficium nummis quia percipit fructus, tenetur soluere collectas, & alia onera realia, March. q. 471. n. 10. p. 1.

Finis Tituli Locationis.

PRAXIS EMPHYTEVSIS Ecclesiasticæ.

RESOLVT. CXX.

An Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidentem, circa concessionem in emphyteusim rei ecclesiæ habeant potestatem faciendi, vt in extraneos transeat.

1 *Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidentem, non habet potestatem transferendi emphyteusim in extraneos.*
2 *Rescriptum non extenditur ad non expressa.*
3 *Rescripti obseruatio dat rescripto formam, & natura rescripti est, vt petitioni adaptetur.*
4 *Quod non petitur, non committitur.*
5 *Delegatus fines mandati excedere non debet.*
6 *Delegatus non habens specialem formam in mandato iuris formam seruare tenetur.*
7 *Voluntas Papæ in dubio præsumitur qualis de iure esse debet.*
8 *Verbum, concedo in perpetuum, quid denotat.*

SVpponatur, quod emphyteusis ecclesiastica fuerat concessa pro se & descendentibus in perpetuum, quam Papa requisitus de beneplacito, mãdauit quibusdam Iudicibus, quod si in euidentem esset ecclesiæ vtilitatẽ auctoritate Apostolica eam confirmarent, qui facto processu nedum confirmarunt, verum etiam decretauerunt ad extraneos habere transitum; quæstionis nunc est, an potuerint talem facere confirmationem. Et ex pluribus est concludendum pro parte negatiua, tum primo, quia oportebat, quod delegati potestatem concedendi habuissent
1 emphyteusim in extraneos, cùm alias sit de iure cõmuni prohibitum, gl. communiter recepta in leg. etiam, ff. solut. matrim. Castrens. cons. 189. vol. 2. Alex. cons. 120. num. 7. volum. 1. Grillenzo cons. 91. Afflict. decis. 109. & in commissione hoc nõ reperitur, propterea huiusmodi rescriptum est strictè interpretandum, vt scilicet nõ
2 extendatur ad non expressa, c. p. & C. de off. deleg. Rot. dec. 13. de procurat. in nouis. Rota diuers. dec. 8. par. 1.
3 Viu. decis. 336. Et obseruatio ad vnguem rescripti, dat formam eidem rescripto, Bald. in c. 1. col. 7. tit. an agn. natura enim rescripti est, vt petitioni adaptetur, Bald. in l. eam, quam, col. 2. vers. item, vbi sequentes, C. de fideicom. Dec. cons. 142. nu. 4. ad finem, & quod non est
4 in petitione, non est in commissione, & sic delegatio semper præsumitur facta, prout de iure, Gras. dec. 349. n. 6. nam mandatum Papæ est semper reducendum ad ius commune, Gem. cons. 48. n. 5. Veral. dec. 145. p. 2. &
5 iurisdictio delegati non est extendenda vltra fines mãdati, quia est odiosa, c. 1. de off. deleg. in 6. Rota diuers. dec. 30. p. 1. & ad ea, quæ in commissione non exprimũ-

tur, non se extendit, Gasp. Thesaur. decis. 3. Viuius qui dicit semper præsumendum esse pro rescripto. dec. 91. & propterea si aliter agatur, est nullum, c. cum dilecta, de off. deleg. Nam qui agit vigore specialis commissionis, debet formam seruare, c. is qui, de præb. in 6. & si quis agat vltra formam ei datam, potest contra illũ agi interdicto vnde vi, secundum Inn. in c. si quando,
6 extra de off. deleg. & si non detur specialis forma, tenetur seruare formam iuris, c. si quid clericis, de foro comp. Quare concludo, non potuisse illos delegatos excedere commissionis fines, & sic ad extraneos emphyteusim extendere.

7 Non obstat, quod in dubio præsumitur talem fuisse voluntatem Papæ, quia respondetur, quod in dubio talis præsumitur voluntas, qualis de iure esse debet, Alex. cons. 54. num. 22. vol. 4. Dec. cons. 123. num. 6. volum. 1. Monal. consil. 13. vol. 2. Rubeus Alex. consil. 65. num. 3. & talis esse, & fuisse, dicenda est, qualis ex verbis dignoscitur, l. de quibus ff. de legibus, l. Paulus, ff. rem rat. haberi.

Nec obstat secundo, quod in impetratione assensus Apostolici fuerit dictum, quod concedebatur in per-
8 petuum, quod verbum, secundum aliquos, videtur importare transitum ad extraneos, iuxta Socc. consil. 266. col. 13. vers. secundo premissa, vol. 2. Anchar. cons. 443. n. 8. Abb. cons. 74. n. 3. 1. vol. quia respondetur crebriorem ac magis communem opinionem esse, huiusmodi verbum importare solum perpetuitatem in descendentes, non autem quoad extraneos, secundum Alex. cons. 9. n. 12. & 13. vol. 2. Dec. cons. 141. n. 5.

RESOLVT. CXIV.

An emphyteusis semel concessa cum assensu Apostolico poterit semper sine eo concedi.

1 *Res ecclesiæ solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato, absq; alio assensu alteri concedi potest, & idem procedit in casu n. seq.*
3 *Clausula (saluo beneplacito Sedis Apostolicæ) est conditionalis.*
4 *Consuetudo quod tempus requirat ad hoc vt assensus præsumatur.*
5 *Solitum, quomodo à consueto differat.*

1 REgula enim est iuris, quod res ecclesiæ solita cõcedi cum beneplacito Apostolico semel impetrato, potest absque alio assensu alteri concedi, quotiescunque casus euenerit, c. 2. de feudo, per quem tex. ita consuluit Rom. cõs. 70. 1. dub. & per extrauag. Ambitiosæ, in vers. præterquam, & hanc dicit communem esse opinionem Rolan. cons. 1. n. 45. vol. 1. Alex. consil. 9. vol. 3. & cons. 16. n. 5. & seq. eod. vol. Dec. cons. 329. n. 3. in fin. Rodoan. de reb. eccl. non alien. rub. 33. & hæc opinio pluries fuit recepta in tribunalibus, vt testatur Guid. Pap. decis. 100. & secundum eam hodie practicari refert Balb. dec. 92. Affl. decis. 305. n. 9. & seq. Rota dec. 360. n. 13. & seq. p. 1. diuers. Isern. in cap. 1. num. 4. de ijs, qui feud. dare pos.

Quo casu sufficit, rem semel fuisse concessã in emphyteusim ad hoc, vt *in* perpetuum remaneat conuertibilis, absque alio procedere beneplacito, & ita fuisse in Rota resolutum testatur Sarnen. in reg. de triennali,
2 q. 14. vers. nec obstat, Vrsil. qui probat hanc esse communem opinionem in decis. 305. sub nu. 10. & decis. 21. num. 6. quod procedit etiam si in altera concessione
3 dictũ fuerit, saluo beneplacito Sedis Apostolicę, quatenus opus sit, quia est clausula conditionalis, secundum Bald. in cap. cumana, de elect. & non requiritur, & in hoc casu non innitimur consuetudini concedendi, quæ triginta annos videtur requirere, siue alterum
4 paruum tempus, secundum Rodoan. d. tract. q. 10. sed

innitimur super beneplacito alràs conceſſo, quo caſu ſufficit ſemel ſic fuiſſe conceſſum, ſecundum Martham deciſ. Rot. Piſan. 81. qui allegat Scrader. de feud. par. 4. c. 2. n. 25. verſ. ego tamen, Rodoan. d. q. 10. nu. 10. & ſeq. Menoch. conſ. 16. num. 3. & ſeq. volum. 3. & Monald. conſ. 16. num. 6. & ſeq. volum. 3.

5 Quomodo autem diſtet ſolitum à conſueto, vide text. in l. Mela, ff. de aliment. legat. & Creſcent. in pulchra deciſ. 1. de conſuet. Menoch. conſ. 79. volum. 1. Papon. lib. 13. arreſt. 1. 7. & 9.

RESOLVT. CXXII.

An in emphyteuſis eccleſiaſticæ conceſſione vſq; ad tertiam generationem, primus acquirens connumeretur.

1 *Primus acquirens non connumeratur in generatione, & quare, num. 3.*
2 *Primus acquirens non connumeratur in generatione, etiam ſi in conceſſione fuerit dictum, vſque ad tertiam ipſius generationem.*
3 *Verbum (finitum) in conceſſione emphyteuſis eſt ſubſtantiale.*

1 ET negatiuè reſpondendum eſt, ſcilicet primum acquirentem minimè connumerari in generatione, ſed primam generationem oriri ab eius filijs, & hanc tenuerunt Spec. tit. locat. §. num. aliqua, num. 15. Bald. in l. 2. col. 1. & 2. verſic. quero, C. de iur. emphyt. & in auth. defuncto col. 1. C. ad Tertull. Ang. in §. adeo, col. 1. inſtit. de locat. Caſtrenſ. conſ. 338 col. 1. & 2. vol. 2 Soc. conſ. 25. col. pen. verſ. ſeptimo ex alia vol..... Corn. conſ. 223. col. 3. verſic. in terminis, vol. 4. & conſ. 31. n. 4.
2 qui ampliant præfatam concluſionem ipſam verificari etiam ſi in inſtrumento locationis eſſet dictum in' ipſius tertiam generationem, vt voluit etiam Card. Alexand. in cap. 1. §. & quia, col. penult. qui feu. dare poſſ. Gab. lib. 3. commu. opin. tit. de emphyt. col. 4. & Villagut. dec. 1. in 2. dubio, Bal. conſ. 448. vol. 3. & 375. vol. 4. Cald. conſ. 9. col. 1. tit. de locat. Alex. conſ. 110. circa fi. vol. 3. & conſ. 125. vol. 5. Soccin. conſ. 15. n. 4. vol. 1. Corrad. conſ. 25. n. 27. Ruin. conſ. 166. n. 6. vol. 1. Dec. conſ. 62. in princ. Clar. §. emphyteuſis, q. 34. verſ. ſed certè, vbi atteſtatur de magis communi opinione, & hanc tenuit Rota in vna Romana domus, 21. Ianuarij 1591. coram Oradino, & iterum in vna Farz. villæ Capreolæ 10. Maij 1592. coram Pegna, & in vna Aſſiſienſis emphyteuſis 13. Nouembris 1598. coram Gipſio Farin. deciſ. 218. & 220.

3 Ratio verò deciſionis Rotæ fuit quia cum acquirens ſit cauſa, & origo generationis, non poteſt ipſe in prima generatione connumerari, vt per multa exempla declarat Bal. citat. conſ. 448. volum. 3.

Non obſtat deciſ. Veralli 18. par. 2. quia ibi non aderat verbum finitum, quod verbum, ſecundum Rot. videtur ſubſtantiale, vt procedat concluſio ſupra poſita, Farinac. deciſio. 218.

RESOLVT. CXXII.

An in emphyteuſi Eccleſiæ recepta pro ſe, & filijs, & nepotibus fœminæ comprehendantur.

1 *Fœminæ in conceſſione emphyteuſis eccleſiæ pro ſe, & filijs, & nepotibus non comprehenduntur, quod non procedit in emphyteuſi priuata, num. ſeq.*
3 *Fœminæ ſemel vocatæ, ſemper dicuntur vocatæ, ſi fœmina ſtipulatur.*
4 *Fœminæ ſunt vocatæ ſi conceſſio eſt pro filijs, & hæredibus vſque ad tertium genus, & quare.*
5 *Generis appellatione fœminæ continentur.*
6 *Fœminæ cenſentur vocatæ, ſi ex verbis inueſtiturę conſtet, contrahentium voluntatem eſſe illas vocare.*

1 RESpondetur negatiuè, quia in ea ſtricta interpretatio fieri debet, tum propter naturam ſtipulationis, tum etiam vt minus præiudicium eccleſiæ inferatur, Rot. diuerſ. deciſ. 125. num. 20. par. 2. & tenuit Rota in vna Ceruien. bonorum 7. Februarij 1587. coram Seraphino, & eſt deciſ. eiuſdem 604. cuius deciſionis ſecunda eſt ratio, quia in contractibus præſertim ſtricti iuris, qualis eſt emphyteuticus, verborum proprietas attenditur, Rolan. conſil. 93. num. 3. lib. 2. Ideo maſculinum non concipit fœmininum, Theſaur. deciſ.
2 249. Gabriel. de verb. ſignif. concluſ. 6. num. 39. In emphyteuſi verò priuata aliud eſt dicendum, ex deciſ. de Franch. 30.

Limita primo concluſionem principalem, quando ſemel vocatæ fuerint fœminæ, quia tunc emphyteuſis
3 ſemper tranſit ad fœminas, puta ſi conceſſio ſit facta pro filijs, & filiabus, & nepotibus, nam cenſentur appellatione nepotum comprehenſæ etiam neptes, Menoch. conſil. 111. quam limitationem intellexit Rota in d. Ceruien. bonorum, quando ſemina ſtipulatur pro ſe, & filijs ex eius conjecturata mente, vt latè per Roland. conſil. 76. num. 6. volum. 3. ſecus quando maſculus eſt ſtipulator, qui quando voluit fœminas exprimere, id fecit, Corn. conſil. 49. num. 2. & conſil. 27. volum. 4. Alex. conſil. 45. lib. 7.

4 Limita ſecundo, quando emphyteuſis eſſet conceſſa pro filijs, & hæredibus vſque ad tertium genus, nam ſtipulatio cenſetur concepta etiam pro fœminis,
5 cum generis appellatione ex proprietate ſermonis, fœminæ etiam contineantur, vt cenſuit Rota in vna Sutrina bonorum 9. Decembris 1587. coram Blanchetto; Anchar. conſil. 44. Tiraq. de retract. ligni. §. 1. gloſſ. 9. num. 219.

5 Limita tertio, ſi ex alijs verbis inueſtituræ conſtet, contrahentes voluiſſe vocare fœminas, quia tunc facile receditur ab ipſa opinione, quæ fœminas excludit, Rota in vna deuolutionis bonorum, 14. Ianuarij 1602. coram Iuſto.

RESOLVT. CXXIV.

An in conceſſione emphyteuſis Eccleſiæ appellatione legitimorum, & naturalium legitimati per reſcriptum comprehendantur.

1 *Filij legitimati per reſcriptum in emphyteuſi Eccleſiæ comprehenduntur.*
2 *Eccleſia eſt mater pudicitiæ.*
3 *Legitimatio ab habente poteſtatem facta omnem maculam tollit.*
4 *Inceſtuoſi, vel ſacrilegi legitimati ab habente poteſtatem in emphyteuſi Eccleſiæ comprehenduntur; & qui tales dicuntur.*

1 VEra, & receptiſſima eſt DD. ſententia quod in emphyteuſi Eccleſiaſtica appellatione filiorum legitimorum, & naturalium continentur legitimati ab habente poteſtatem, vt latè tradunt ſcribentes in cap. in præſentia ext. de probat. reiecta opinione Bald. contrarium ſentientis in cap. quæ in Eccleſiarum num. 34.
2 de conſtit. nam licet repugnet menti Eccleſiæ, quæ eſt mater pudicitię, quod naturales ſuccedant, tamen hoc
3 ceſſat, vbi ab eo, qui habet poteſtatem fuit deleta hæc macula, vt tenuit Rota in vna Bononien. de Bolognin. 21. Martij 1568. coram Seraphino.

4 Hęc tamen concluſio ampliatur procedere, etiam ſi ſolum legitimi eſſent vocati, nam adhuc veniunt inceſtuoſi, vel ſacrilegi, vt putà nati ex Sacerdote, vel moniali profeſſa, vel etiam ex vtroque ſimul, dummodò

modò sint legitimati ab habente potestatem, Caputaque decisio. 146. par. 2.

RESOLVT. CXXV.

Sextæ partis diminutio, quando fit in concessione rei Ecclesiæ in perpetuum.

1 *Diminutionis ratio sextæ partis in perpetuo rei Ecclesiæ emphyteusi solet haberi, & quare 2. & 4.*
3 *Sterilitas est causa diminutionis sextæ partis in emphyteusi.*
5 *Res Ecclesiæ in perpetuum concessa pro eadem pensione, qua singulis locabatur annis, concessio pro Ecclesia vtilis est dicenda; nec sextæ partis diminutionem in hoc casu esse faciendam.*

1 TEx. in auth. perpetua C. de sacros. Eccles. disponit, quod in emphyteusi perpetua rei Ecclesiæ solet haberi ratio diminutionis sextæ partis, vt voluerunt Iaf. conf. 54. n. 5. verf. corroboratur vol. 1. Alban. conf. 22. vol. 1. Parif. conf. 331. vol. 2. & conf. 90. nu. 6. & feq. vol. 1. & fuit refolutum in Rota Romana in vna Caſalis Torricellæ 28. Iunij 1578. nu. 5. part. 2. & iterum in vna Romana domus 30. Martij 1590. coram Mantica, & in vna Mediolan. 10. Ianuarij 1597. coram Pamphilio; Bononien. bonorum 21. Maij 1589. corã Pamphilio.

2 Ratio cur fiat hæc diminutio eſt propter computationem futuri periculi ſecundum Bal. in d. auth. perpetua. Specul. tit. de emphyt. n. 19. Salſon in lucerna Laudemiorum n. 22. Amod. à Pont. in tit. de ijs, qui feud. dare poſſunt nu. 81. & ſeq. facit text. in §. dudum auth. de non alien. Archid. in c. perpetua 10. q. 2. & ibi Bellam. qui dicunt, quod quando res Eccleſiæ cladem paſſa non eſt, non debet fieri diminutio ſextę partis, ſed tunc

3 demum, cum ſterilitas ſuadet, vel cauſa, puta propter futura pericula, Anchar. conſ. 122. Mantica conſ. 93. n. 8. & ſeq. Borgnin conſ. 23. n. 5. Alex. conſ. 112. vol. 1. Butrin. cit. auth. perpetua aſſerens, ideò concedi dimjnutionem ſextę partis, quia Eccleſia habet certitudinem

4 percipiendi ſingulis annis quid certum penſionis nomine, & liberatur à futuris periculis, vt fuit reſolutum in Rot. Romana in vna Bonon. Sancti Apollinaris vlt. Aprilis 1582. coram Cantuccio.

Vnde ſi res Eccleſiæ in perpetuum concedatur pro eadem penſione, pro qua ſingulis annis locabatur eccleſiæ dicitur vtilis, Anchar. conſ. 122. n. 1. & q. 51. n. 7. Iaſ. d. conſ. 54. n. 5. eod. verſ. Alciat. conſ. 93. n. 3. Menoc. conſ. 494. n. 6. vol. 4. & fuit latè reſolutum in Rota Romana in vna domus in Burgo 30. Martij 1590. coram Mantica, vbi quoque fuit dictum, eo caſu minimè eſſe faciendam ſextæ partis diminutionem, quemadmodũ fit quando inuenitur alius, qui velit plus dare, cui prælatus debet concedere, Abb. in c. ad aures, n. 4. de reb. Eccleſ. non alien. Rauden. de Analog. c. 91. nu. 13. Maſcard. de probat. concluſ. 198. num. 6. & ita fuit in Rot. reſolutum in vna Anchonitan. bonorum 2. Mart. 1584. coram Bubalo.

RESOLVT. CXXVI.

An emphyteuta Eccleſiæ teneatur ad cenſus exiſtente contractu nullo.

1 *Res eccleſiæ conceſſæ in emphyteuſim ſine ſolemnitatibus quamuis contractus ſit nullus, tamen pro eis cenſus eſt ſoluendus Eccleſiæ.*
2 *Emphyteuta non tenetur ad cenſus exiſtente contractu nullo, ſi adeſt bona fides.*
3 *Prælatus ſiuè rector, quando de damno in re Eccleſiæ euento teneatur.*

1 IN hac reſolutione reſpondeo cum deciſione Sacri Conſilij Neapol. de qua per Vincenc. de Frãc. 297. cuius verba placuit inſerere, fuit concluſum in Sacro Conſilio, quod ſi res Eccleſiæ fuerint conceſſæ in em-
2 phyteuſim non adhibitis ſolemnitatibus à iure requiſitis, quod quamuis contractus ſit nullus, nihilominus emphyteuta tenebitur ad cenſus, ac ſi contractus validus fuiſſet in beneficium Eccleſiæ; per tex. in §. ſi verò, auth. de non al. reb. Eccl. vbi Angel. in principio, quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. 2. col. 3. verſ. vnum tamen C. de iur. emphyt. Bart. qui meminit de Angel. conſ. 59. Caualc. deciſ. 46. num. 3. verſ. quarto reſpondetur, Capyc. in inueſt. verbo Prælati Eccleſiarum 24. concluſ. fol. 148. quod tamen non admiſimus in contractu emphyteutico inito inter Reuer. Rectorem Sacri Collegij Sanctiſſimi Nominis Ieſu de Vrbe cum Io. Maria de Farro, & eius hæredibus, ex quo in inſtrumento conceſſionis, licet optima fide fuerat facta aſſertio, quod Reuerendiſs. Generalis habebat poteſtatem alienandi ex Bulla Apoſtolica, quæ poteſtas poſtea fuit reperta qualificata, & ſic non erat in aliqua culpa emphyteuta, qui optimo viro credidit, ſecundum gl. in l. Titio fũdum, verb. obijci, ff. de cond. & demonſt. quam ſequitur Alex. conſ. 173. col. 3. verſ. eo maximè vol. 2. Iaſ. in l. 1. 3. col. verſ. 2. limita ff. de eo per quem fact. erit, Curt. in tract. de feud. par. 2. q. 3. cum concordantibus per Aymon. conſ. 319. vol. 2. & licet diceretur, quod hoc non poterat opponi contra collegium; ſed tantum cõ-
3 tra dictum Rectorem, vel Prælatum; diximus hæc procedere, quando Prælatus eſſet ſoluendo, vt dicunt gl. Cyn. & DD. in auth. qui res C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ideò de menſe Iunij 1583. iudicauimus; Sacro collegio deberi fructus territorij conceſſi, qui prætendebantur ſatis minores, quam cenſus promiſſi Caro Actuario. Hæc ille.

RESOLVT. CXXVII.

An Eccleſia poſſit cogi ad renouandum finita emphyteuſi per generationem, ſi velit pro ſe retinere.

1 *Eccleſia pro emphyteuſis renouatione (ſi pro ſe vult retinere) non eſt cogenda.*
2 *Eccleſia ſi non vult inueſtire proximiores agnatos de emphyteuſi, finita generatione, iniuriam eis facit, & quomodo hæc maxima declaretur.*
3 *Prima charitas à ſeipſo incipit.*
4 *Nemo de proprio alicui beneficium facere tenetur.*
5 *Conſultatio cum alterius damno non eſt facienda.*
6 *Renouatio emphyteuſis de deſcendentibus eſt facienda, etiam ſi Eccleſia vult pro ſe retinere, dummodo adſit conſuetudo immemorabilis.*

1 ECcleſiam poſſe prædia in emphyteuſim conceſſa pro ſe retinere, non eſt dubium, ita Abb. in c. bonæ, 2. n. 28. verſ. hoc dictum limitarem, de poſtul. præl. Curt. ſen. conſ. 47. n. 10. Calcan. conſ. 8. nu. 45. Iaſ. conſ. 24. vol. 3. latè Ruin. conſ. 152. nu. 3. vſq; ad fi. vol. 2. Gozad. conſ. 39. n. 22. & 24. & ita voluit Ripa in l. 1. & ſeq. de priuil. credit. Staſil. de lit. grat. & iuſt. fol. 7. 9. verſ. ſed iſtum dictum; & in hanc ſententiam procliuior eſt Clar. in §. emphyteuſis, q. 44. in fi. quam opinionem amplexa pluries fuit Rota, vt teſtatur Veral. dec. 303. par. 1. & iterum in vna Rauen. bon. 20. Nouemb. 1589. coram Mantica, vbi fuit concluſum, Archiepiſcopum Rauen. non potuiſſe cogi ad renouandã emphyteuſim proximioribus agnatis, ſiuè filijs defuncti, ſi velit pro Eccleſia retinere, & hanc eandem opinionem tenuiſſe Rotam Bonon. refert Petrus Beninten. deciſ. 19.

2 Non obſtat, quòd ſi Eccleſia poſt finitam generationem recuſat proximiores agnatos inueſtire, iniuriam

eis facere videtur, Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua. Roman. cons. 22. nu. 5. Alex. cons. 80. nu. 19. & seq. vol. 1. Dec. cons. 131. Paris. cons. 29. nu. 1. lib. 1. quia respondetur Bart. sententiam niti æquitate, & ideò intelligendam, quando Ecclesia vellet extraneos inuestire, & agnatis defuncti præferre, sed si velit pro se retinere, æquitas ei magis suffragatur, quia prima charitas incipit à se ipso, c. non satis, 86. dist. l. præs. C. de seru. & aqua. Hinc est, quod nemo de proprio tenetur alicui facere beneficium, c. præcariæ, il 1. in fi. 10. q. 2. & nulli cum alterius damno est consulendum, c. 1. §. non est, 22. q. 2.

Suprapositam principalem conclusionem, limita nō procedere, stante consuetudine immemorabili renouā. di emphyteusim descēdētibus per tertiam generationem, & ita fuit pluries resolutū in Rot. ex Bal. in auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccl. & ex alijs latissime deductis in vna Nonantulan. bonor. 19. Mart. 1591 coram Mantica, in qua fuit conclusum, Illustris. Cardinalem Commendatarium nō posse pro Ecclesia retinere bona finita emphyteusi per tertiam generationem, sed teneri ad renouandum ipsis descendentib. sicuti ab immemorabili tempore fieri consueuit.

RESOLVT. CXXVIII.

An emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus transeat ad hæredes extraneos.

1 *Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, non transit ad hæredes extraneos.*
2 *Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque transit ad extraneos hæredes.*
3 *Emphyteusis ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque transit ad Collegium, & aliam ecclesiam.*

1 REspondeo, dicendo, emphyteusim Ecclesiasticam quamuis ad filios transeat, nihilominus ad extraneos minimè trāsire, sed dumtaxat ad filios, vel descendentes ipsius recipiētis, iuxta tex. in §. emphyteusim, & quòd ibi notatur in auth. de non alien. gl. & DD. in l. etiam, ff. sol. matr. Calder. cons. 6. tit. de locat. Ruin. cons. 117. vol. 1. & cons. 109. vol. 3. Gozad. cons. 39. vol. 6. Curt. iun. cons. 130. n. 5. Socc. iun. cons. 71. nu. 3. vol. 1. & hanc esse communem opinionem testatur Viuius li. 1. comm. opin 248. & vltra prædictos sequitur quoque eandem opinionem & ait, quod consuetudo ferè vbiq; eam approbat. Corn. cons. 100. col. 11. vol. 4. & Aflict. dec. 100. qui testatur de communi, & refert ita fuisse iudicatum in Sacro Regio Cons. Neap.

2 Limitatur tamen hæc conclusio quotiescunq; in inuestitura feudi concessa adesset verbum pro se, & hæredib. quibuscunq; quoniam tunc per hanc dictionem porrigitur effectus ad omnes hæredes etiā extraneos, secundum doctrinam Bal. in l. 1. q. 24. ff. de rer. diuis. per tex. in c. 1. de feu. nō hab. propriam nat. & cum Bal. cōcurrit Rom. in l. etiam in princ. ff sol. matr. iuxta quam limitationem refert fuisse decisum in Sacro Cons. Neapol. Vrsil. dec. 335. & 338. & in decis. 100. dicit, eo casu, quando est facta concessio pro se, & hęredibus quibuscunque quod transit etiam ad Collegium laicorum, &
3 ad aliam ecclesiam, & hoc refert fuisse decisum in quadam causa Sancti Ioannis in Corte, cum Nicolao Iacobo de Rogerio; & commissarius fuit Scipio de Aretio, Actuar. verò Ludouicus Romanus anno 1552.

RESOLVT. CXXIX.

An Prælatus possit remittere caducitatem emphyteutæ Ecclesiæ absque censurarum incursu.

1 *Remissio est species alienationis.*
2 *Prælatus non potest renunciare appellationi.*
3 *Pater est legitimus administrator filij.*
4 *Pater non potest remittere caducitatem.*
5 *Caducitas est ius quærendum.*
6 *Caducitas dependet à voluntate beneficiati.*

ACcidit præsens casus in Curia Auersana, dum ibidem Auditoris officium gerebā apud Illustriss. Dominum meum Cardinalem Spinellum, nam cum quidam Parochus d. diœcesis concessisset petiam terræ redditiuū suæ præbendæ in emphyteus. qui emphy. nō soluit canonem per biēnium iuxta terminos auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles. cui remissa fuerat caducitas à præfato Parocho, propterea fuit dubitatum, si inciderat in censuras; dubiū mihi faciebat pro incursu
1 censurarum, quoniam remissio est species alienationis secundum Bart. in l. si fraudator, ff. quæ in fraud. credit. Roman. consil. 114. post Alex. in consil. 115. vol. 5.
2 Hinc est, quòd Prælatus non potest renunciare appellationi, atq; liti, Bal. in l. fin. C. de temp. appell. & in l. 1. in fin. C. de bonis mat. & Castren. in cons. 233.

3 Dubitabam vlterius, quod pater, qui legitimus est administrator bonorum sui filij, ad text. in l. 1. C. de bon. mater. circa quod æquipollet Prælato, qui pari-
4 ter dicitur habere legitimam administrationem, cap. fraternitatis, de donat. non potest remittere caducitatem ab emphyt. filij contracta, vt fuisse decisum testatur Gamma in decis. 374.

Verùm præfatis minimè obstantibus, iudicaui contrarium, prefatum Parochum minimè incidisse in censuras Paulinæ, ex pluribus, tùm primo, quia ius caduci-
5 catis sapit magis ius quærendi, quam quæsiti, vt per Artaman. in decis. 2. de locatione, Laderch. cons. 239. patet, & in consil. 112. & Prælatus potest in iure quærendo Ecclesiæ præiudicare, vt est communis opinio, secundum Ias. in l. si seruus, C. de pact.

Tum secundo, quoniam pro hac eadem sententia extat communis opinio, vt per Clar. in §. emphyt. q. 9. & seq. Curt. de feudo, par. 2. q. 2. princip. n. 7. Ias. cit. l. si seruus, nu. 2. C. de pactis, & in cons. 253. vol. 1. Berous cons. 67. vol. 1. & idem Ias. in l. legatum, n. 18. ff. de leg. 1. & ita fuit in Rota Romana resolutum in vna Hyporigen. emphyt. 17. Ianuarij 1580. coram Litta.

6 Tum tertio, quoniam hoc dependet à voluntate beneficiati, vt latè per Afflict. in dec. 97. Mastril. in dec. 193. & Valasc. in decis. 31. & quibus modis intelligatur remissa caducitas, vide latissimè per Menoch. de præsumpt. 212. Afflict. in decis. 129. Capyc. in decis. 18. n. 10. & an canonem recipiendo, latè Surd. in dec. 300.

RESOLVT. CXXX.

1 *Incisio arborum frugiferarum de iure est prohibita.*
2 *Emphyteuta non potest extirpare siluam cæduam pro vinea inibi plantanda.*
3 *Beneficiatus extirpans oliuetum, pro vinea plantanda, non incurrit in censuras.*

An beneficiatus, qui extirpauit oliuetum, & ibidem vineam plantauit, contraxerit censuras.

ALiàs occurrit casus, quem ego solus iudicaui, & placuit hìc subnectere: an præfatus beneficiatus inciderit in censuras, & contra ipsum vrgebat pri-
1 mo de iure prohiberi incisionem arborum frugiferarum, vt de emphyt. est doctrina Bar. communiter recepta in l. diuortio §. si fundum, nu. 3. ff. solut. matrim. Gamma in decis. 199. Ioseph. Ludou. in dec. Valasc. in decis. 50. Rot. Lucens. diuers. in decis. 150. & de beneficiato, quod incidat in pœnas Paulinæ testatur Nauar. cons. 5. de rebus Eccles. non alien.

Secundo faciebat dictum Bal. nu. 2. & ibi Ias. num.

99. in

99. in l. 1. C. de iure emphyt. vbi concludunt, quod em-
2 phyteuta non potest extirpare siluam cæduam, & ibi vineam plantare inuito domino, quia destructa vinea, non manet silua, & vt antea erat, ex l. quæsitum, §. illud fortassis, ff. de leg. 3. quæ ratio, & Doctorum traditio militat in præsenti specie, quando oliuetum extirpatur, & in locum eius plantatur vinea.

Cæterum ijs non obstantibus, mihi videtur concludendum contrarium ex pluribus, tum primo, quia probatum fuit coram me oliuetum prædictum fuisse iam antiquum, & modicum fructum solere dare, & aliquas ex illis arboribus ferè inutiles esse: ex quibus desumi-
3 tur legitima causa ne in censuras incidat, Bald. cons. 191. vol. 1. & in auth. si quas Ruin. in princip. C. de sacrosanct. Eccles.

Tum secundo, quia dum constabat ex illis arboribus aliquas inutiles fuisse, consequens est, vt subintret iuris regula, quod res inutiles, & onerosæ Ecclesiæ possunt alienari absque assensu Apostolico, cap. item domus, 12. quæst. 2. cap. fugitiui, & cap. cum non liceat eadem causa, & q. & glos. in summa eadem causa, & quæst. idem tenet Innoc. Host. Boic. in cap. nulli de reb. Ecclesiæ non alien. Hostien. in summa eodem tit. §. ex quibus vers. quinta causa, & facit glos. in cap. 1. de iis, quæ fiunt à Præl. Et iuxta hanc opinionem fuisse decisum testatur Guido Papa in dec. 156. & pro hac etiam sententia facit, quod voluit Feder. de Senis in cons. 403. vbi si Prælatus iurauerit non alienare inconsulto Papa, potest alienare, dando in emphyt. rem inutilem, atque exigui valoris.

Notabilia in materia emphyteusis rei Ecclesiæ.

Emphyteusis Ecclesiæ, quando legitimè est facta cõcessio, ad extraneos hæredes transit. Afflict. decis. 100. Dec. cons. 171. & Rolan. cons. 96. vol. 1. quod procedit si tempore concessionis constaret de vtilitate Ecclesię, & de solemnitatibus adhibitis, alias secus Hieron. Magon. decis. 12. Bero. quæst. 17.

Emphyteuta Ecclesię non soluens canonẽ per triennium cadit à iure suo, & tenetur nihilominus ad solutionem ipsius canonis præteriti temporis Ioseph. Ludou. decis. Perus. 54. vide Anton. Corset. in suis singul. lit. E. singulari emphyteusis 2. sed minores excusantur, Ioseph. Ludou. d. decis. 54. nu. 5. & omnes possunt moram purgare infra modicũ tempus Caspar. Gabal. milleloq. 221. & vide cap. fin. ext. de locat. & conduc.

In hac caducitate propter canonem nõ solutum vide plenè per Borgn. decis. 30. de contract. par. 2. & quid si fuerit appositum pactum in contrarium, vide Anton. Corset. in suis sing. lit. E. d. singul. emphyteusis 2. & quando nõ sit locus caducitati vide Hyppol. sing. 409.

Emphyteuta Ecclesiæ non soluens Canonem singulis annis, licet non possit expelli, nisi elapso biennio, tamen si iurasset singulis annis soluere, & non soluerit, poterit elapso biennio expelli Cors. d. singul. Hyppol. singul. 226.

An rescriptum Papæ, quò emphyteutæ conceditur, quod propter canonem non solutum non cadat à iure suo, valeat, vide Franc. Cremonen. singul. 107.

Emphyteuta Ecclesiæ si per annum cum dimidio cessauerit à solutione Canonis, & citatus à Prelato fuerit contumax, cadit ab emphyteusi, non expectato toto biennio, Corset. dict. singul. & Hyppol. de singul. 226. Ecclesia si non soluerit censum cadit à feudo, vel emphyteusi Bartol. in l. placet C. de sacrosanct. Eccles.

Emphyteuta Ecclesiæ cessans à solutione canonis, ita demum cadit à iure suo, si dominus declarauerit Bart. in auth. qui rem supr. cit. tit.

Neque cadit à iure suo si non soluerit per biennium, stante conuentione, quod non possit expelli, si per biennium non soluerit nisi facta prius interpellatione

Emphyteusis etiam Ecclesiastica deuoluitur ad Dominum directum cum omnibus meliorationibus, & augumentis, quando deuoluitur ex culpa emphyteutæ, secus si absque culpa de Franch. decis. 191.

Meliorameta emphyteusis Ecclesiæ finitæ ob lineam finitam debentur non Ecclesiæ, sed liberis, & descendentibus emphyteutæ, vel hæredibus etiam extraneis August. Berou. quæst. 131. nu. 4. Crauet. consil. 251. Menoc. cons. 111. 2. vol. Roland. consil. 93. vol. 2. & consil. 76. vol. 3.

Emphyteusis Ecclesiæ concessæ prò se, & hæredibus suis, naturalibus, vt transeat ad fœminas descendentes, sicut ad masculos, Bero. quæst. 18.

Ecclesia tenetur renouare rem emphyteuticam proximioribus, alias daretur appellatio, propter lineam finitam, secus si propter censum non solutum Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 63. num. 20. Veral. decis. 230. par. 1. & quod teneatur etiam renouare hæredibus emphyteutæ scribit Marc. quæst. 105. part. 3.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa vsque ad mortem, an possit vendi, & an teneatur Ecclesia illam renouare emptori in tertiam generationem prout fieri solitum est, vide Pet. Benint. decis. 87.

Emphyteuta Ecclesiasticus donat irrequisito domino, & idem in emphyteuta priuati, quando in donatione, seu alienatione fuerit dictum saluo iure directi Domini, Franc. Marc. q. 549. num. 3. & 4. p. 1.

Emphyteusis Ecclesiastica transit ad nepotẽ virtute contractus, licet neq; natus, neq; conceptus sit, non obstante patris repudiatione Marc. quæst. 102. par. 2.

Emphyteusis concessa sine solemnitatibus, & causa, vel sine euidenti vtilitate Ecclesiæ non valet ipso iure, & redit ad ecclesiam vna cum fructibus à die occupationis, seù inuestituræ non obstante præscriptione, & multa de materia vide per Borgn. Cauale. decis. 45. de contract. par. 2.

Ecclesia si est læsa in cõtractu emphyteutico habet beneficium restitutionis in integrum, & quadriennii non currit, nisi post mortem illius rectoris, qui fecit contractum, & à die scientiæ ibidem d. decis. 45. nu. 61.

Ecclesiastica bona, ad hoc, vt possint dari in emphyteusim plura requiruntur tradita per eundem Borgn. d. decis. 45. num. 27.

Emphyteuta Ecclesiæ soluens fictum, vti emphyteuta perpetuus per annos quadraginta, & vltra, præsumitur ritè inuestitus, & præcessisse, quæ præcedere debeant idem Borgni. decis. 29. de contract. num. 4. par. 2. limita, vt in eodem loco per eum num. 15.

Inuestitura bonor. Ecclesiasticorum, quando dicatur valida, & quando non, vide cons. impressum inter decisiones Borgn. post decis. 30. de contract. par. 2.

Emphyteuta an possit cadere; si ecclesiæ non ostendit inuestituram, & originem, ac dominum bonorum; sed solum confessionem, & recognitionem vide eund. Borgn. decis. 32. num. 84. ibid. & decis. 43. num. 56. p. 1.

Emphyteusis antiquissima non requirit causam, & solemnitates, sicuti alienatio; vide tract. de Anal. c. 38.

Ecclesia, quando agit contra emphyteutam ad cẽsus solutionem, & probat solutionem decennalem, habet intentionem suam fundatam, licèt non ostendat titulum, sufficit enim, quod alleget, & probet solutionem, Verall. decis. 292. part. 1. & decis. 271. part. 2. dictum limitans, quando agitur de præiuditio tertij, & contra ecclesiam, tunc enim non sufficit dicta probatio dicta decis. 292.

Legitimatus in specie ad bona Ecclesiastica emphyteutica à potestatem habente ita legitimandi, admittitur ad ipsam emphyteusim, alias secus Magon. decis. Lucens. 10.

De mensa Ecclesię, quando censeantur effecta bona in emphyteusim concessa, & ad ipsam reuersa vide per Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 433. & cons. 79. vol. 1.

Em

Emphyteuta ecclesiæ tenetur ad censum, data etiã nullitate contractus, fallit tamen, quando fuit dictum in concessione, qnod concedens habeat potestatem concedendi sine assensu Apost. de Franc. dec. 296. p. 2l

Fauore ecclesiæ res, pro qua soluit aliquid annuum, potius præsumitur emphyteutica, quam censualis, sed quando hoc procedit vide Aug. Bero. quæst. 14.

Emphyteusis ecclesiæ, monasterio acquiritur per ingressum illius, qui ad emphyteusim vocatus erat, etiam si esset concessa cum pacto, quod non possit in certam Ecclesiam alienari Bero. quæst. 70.

Emphyteusis concessa pro filiabus, quæ virum legitimum habuerint seu acceperint, per ingressum filiæ in monasterium transit. Bero. quæst. 70. iam dicta.

Successio emphyteusis ecclesiasticæ traditæ ad vsũ successionis, quæ à laico transiuit in ecclesiam, quomodo reguletur vide D. Sen. Sola in constit. antiq. Sabaudiæ tit. de iur. emphyt. glos. 7. num. 13. super decreto reipublic. part. 2. fol. 24.

Ecclesia concedens rem in emphyteusim perpetuò, solum videtur concedere vsque ad tertiam generationem Franch. Cremon. singular. 116.

Emphyteusis concessa alicui à monasterio cum pacto, quod etiam in fœminam transeat, quæ nubat subdito iurisdictioni monasterij potest retineri, licet extraneo nupserit, si is velit iurisdictioni ipsius monasterij se submittere Cors. in sing. lit. E. sing. Emph. 1.

Emphyteuta ecclesiæ non potest expellere colonum bene elaborantem terras de fundo, in quo per maximum tempus stetetit, aliàs priuatur emphyteusi ibidem singul. emphyteusis 3. sed quando dictum procedat, vide Hyppol. singul. 548.

Ecclesia, & si in perpetuum bona alienat, dat tamen in emphyteusim, vide de materia per Bart. in auth. perpetua C. de sacrosanct. Eccles. & in auth. de non alien. vel permutat. reb. eccles. Emphyteuta ecclesiæ meliorationes suas non vendit, nisi seruatis ijs, de quibus in cap. fin. ext. de loc. & cond.

De rebus ecclesiæ concessis in emphyteusim iuxta solitum, & lege prohibente nempè in perpetuum vide Afflict. decis. 107.

Bona ecclesiastica alias in ẽphyteusim data, reuersa ad ecclesiam, poterunt in emphyteusim rursum tradi, non seruata solemnitate alias requisita Guid. Pap. q. 100. vide consil. impressum inter decis. Borgnin. post decis. 20. de contract. par. 2. num. 56. & seq. & num. 198. Papon. li. 1. tit. 14. Arest. 1. 7. & 9. Menoc. cons. 79. vol. 1.

Terræ Ecclesiæ incultæ possunt per Prælatum cum solemnitate dari in emphyteusim perpetuam, vel in feudum Guid. Pap. quæst. 158.

Concessio in emphyteusim rei eccl. a sit alienat. & fieri possit, & qualiter, vide Pet. de Ben. decis. 13.

Emphyt. eccl. si concedatur pro se, & suo hærede tã. tum de p. hærede est intelligendum Maresc. q. 103. p. 2.

Emphyteusis ecclesiæ super qua non interuenit decretum Apostolicum, nulla est Affl. decis. 85 inum. 5.

Emphyteutica res venit in generali hypotheca. & potest obligari Afflict. decis. 191.

Emphyt. eccl. concessa pro se, & filijs, an fœminæ comprehendantur: variæ sunt DD. opiniones sed pro eoncordia vide Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 19. & de Franch. decis. 30. Magon. decis. 7.

Finis Tituli Emphyteusis.

PRAXIS POENARVM CONTRA alienantes bona Ecclesiæ.

RESOLVT. CXXXI.

Malè alienans rem Ecclesiæ ad quid teneatur.

1 *Alienans absque requisitis in foro interiori, & exteriori tenetur, & quando accipiens teneatur remissiuè.*
2 *Excusatus à peccato, intelligitur etiam excusatus à restitutione, & quando dignoscatur excusatus à peccato.*

RESpondeo dicendo, quod Nauar. proponit hanc dec. in tract. de reb. Eccl. non alien. num. 24. & 25. & pro eius resolutione dicit, quod est tractanda in foro exteriori, & interiori. Quoad forum interius dicit, quod interdum accidit, quod alienans peccat, & in hoc casu solum ipse tenetur ad restituendum, & interdum accidit solum accipientem peccare, & tunc ipse solus debet damnum restituere, & interdum vtrumque peccare, & omnes tenentur restituere. Ecclesia autem non peccat, & delictum personæ non debet nocere illi, nec etiam teneri; vnde quando excusantur à peccato alienans, & accipiens, excusantur similiter à restitutione, & ad sciendum, quando à peccato excusantur, est necessario considerandæ qualitas personarum, negotiorum, & erroris, aut ignorantiæ, an sit iuris, aut facti, & qualis iuris, aut diuini, vel humani, an clari, aut dubij, vt videre est apud Felin. in cap. 4. num. 24. de præsumpt.

Quoad forum autem exterius, idem respondendum, si idem probatur in eo, quod in interiori, sed frequenter in exteriori; iudicandum est secundum præsumptiones aliquas allegatas, & probatas, quæ frequenter sunt contrariæ veritati, & consequenter contrarium tunc est iudicandum in illo foro.

RESOLVT. CXXXII.

Pœnę alienantium bona ecclesiastica quot, & quænam sint.

1 *Pœna alienantium bona ecclesiastica absque requisitis sex reperiuntur.*
2 *Alienans bona Ecclesiastica in nonnullis casibus absque solemnitate à pœnis excusatur.*
3 *Verbum* præsumpserit, *quid denotat.*

POenæ demum, quas patitur malè alienans prædicta bona, hæ sunt, nam primò in excommunicationem ipso facto incidit, vt habetur in extrauag. ambitiosæ de reb. eccl. non alien.

Secundo ipso facto priuatus est beneficio ecclesiastico, cuius bona alienauit, & sine alia declaratione vacare censetur, & idcircò conferri liberè potest ab ordinario, ad quem eius collatio pertinet, vt dicitur in eadem extrauagan.

Tertio eidem amplius illud conferri non potest, vt ibi dicitur.

Quarto Episcopus, vel Abbas ingressum Ecclesiæ interdictum habet, & si per sex menses immediatè sequẽtes sub interdicto huiusmodi animo indurato perseuerauerint, ipsis mensibus elapsis sunt suspensi ab administratione suæ ecclesiæ, seu monasterij in spiritualibus, & temporalibus, vt habetur in dict. extrauagan.

Quinto per sententiam deponi possunt glos. in c. mo.

nemus

nemus 2.q.2.& Abb.in c. si quis presbyterorum n. 10. de rebus eccles. non alien.

Postremò mortiferè peccant,id quod probatur,quia ipso iure sunt excommunicati præter prædictas pœnas; nam excommunicatio maior, non infertur,nisi pro læthali peccato cap.nemo,& cap. nullus 11.q.3. & facit cit. cap. si quis presbyterorum, & Vgolin. de potest. Episcop. cap.14. §.6.

2 A prædictis tamen pœnis excusatur alienans in nonnullis casibus; primo ex bona fide; quia dicitur in tex. præsumpserit, quod verbum denotat dolum atque temeritatem Bald.consil.486.n.5.vol.4.Arch.in c.si quis
3 suadẽte 17.q.4. & Nauar.in proprijs loquens terminis consil.19. de rebus Eccl. non alien.secundo reuocatio alienationis, & pœnitentia ante realem, & pacificam traditionẽ etiam excusat d.cap. si quis presbyterorũ, & ibi glos.verbo celeriter Couar.lib.2. var. resol.c.16. n.7.reuocatio enim post traditionẽ non excusat à censura,Nauar.consil.3.n.4.de reb.eccl. non alien. Tertio excusat ignorantia facti probabilis, ac ignorãtia iuris in personis non ita peritis.Nauar. in Manual.Confess. cap.23.num.44.& faciunt in argumentum tex.in cap.si celeriter,&c. si Apostolicæ extr. de cler.excommunic. ministran.iuncto cap.eos de tempor.ordin.lib.6.

RESOLVT. CXXXIII.

An pœna priuationis beneficij ipso iure inflicta contra alienantes bona Ecclesiastica sine solemnitate intelligatur ipso iure absque declaratoria.

1 *Pœna priuationis beneficij ipse iuri alienanti datur absque solemnitate.*
2 *Sententia declaratoria requiritur ad amittendum beneficium alienantis bona ecclesiastica absque requisitis.*
3 *Pœna inflicta ipso iure semper Iudicis declarationem requirit tam in foro fori,quam conscientiæ,num.4.*

INter pœnas inflictas ab extrauag. ambitiosæ, contra alienantes bona ecclesiastica absque solemnitate, quoad beneficiatos, est priuatio ipso facto illius
1 beneficij,cuius bona alienauerint. Quæstionis nũc est, an requiratur sentẽtia declaratoria illiusque executio per Iudicem, cui respondetur quod communis resolutio scribentium est pro affirmatiua,prout extare videtur in proprijs terminis Paulinæ Henriquez lib.13. de excommun.cap.56.Quaran.Summ.Bullar.vers.alienatio in fine, cuius conclusionis vera est ratio, quoniam pœna inflicta ipso iure, requirit semper Iudicis declaratoriam, in quam pœnam neminem incidere antea testatur Achil.de Grass.decis.1.de pœnis,Gram. dec.5. Surdus decis.143.Gaspar.Thesaur.decis.40.Anton.Faber.decis.3. de pœnis, & ita totum mundum seruare testatur Magon.decis.16.Gram.citat.decis.quod adeò
4 verum est,vt procedat pariter in foro cõscientiæ,quoniam pœna ipso iure inducta non habet locum in foro conscientiæ ante condemnationem glos.in cap.fraternitas 12.quæst.2. Felin.in cap.1. numer.41. de constit. Nauar. in Manual. confess.cap.23. num.66. Molin. de iustit.& iur. disput. 86.

Finis Praxis alienationis rerum Ecclesiæ.

PRAXIS IVRISPATRONATVS.

RESOLVT. CXXXIV.

Iuspatronatus quibus modis probetur.

1 *Iuspatronatus quibus modis acquiratur.*
2 *In fundatione iurispatronatus exigitur consensus Episcopi, & an sufficiat ex post facto interuenire.*
3 *Regula fundationis, & donationis ampliatur variis modis.*

ECtis omnibus probandi modis, quibus olim probabatur iuspatronatus, nunc per sanctissimam dispositionem Concilij Tridentini sess.25.de
1 reform. cap. 9. ad tres tantummodò probationis species reducitur, scilicet duas quoad patronatus priuatorum,& alteram quoad personas potentes, vniuersitates,cæterosque,in quibus vsurpatio præsumitur.Prima igitur est per authenticum instrumentum fundationis, vel dotationis, quoniam præfatis modis,& non aliter tàm inter laicos, quàm clericos iuspatronatus acquiritur, gl.communiter recepta in cap. piæ mentis, 16. q.7.cap.3.de iurepatronat. conf.7.eod.tit.

2 Intellige primo, dummodò in tali fundatione, seù dotatione interuenerit auctoritas,siuè consensus Episcopi, & non alias,cap. nobis,& ibi DD.de iurepatronatus, Rota diuers. in decis.222. & 223. nu.3. part.1. & in dec.85.par.2. & fuit pluries per eamdem Rotam resolutum,& signanter in vna Imolen.iurispatronatus 18. Nouembris 1578. coram Cantuccio, & iterum in vna Toletana iurispatronatus 18.Martij 1602. coram Corduba, & facit decis.99.par.2. diuers.

3 Qui consensus sufficit, quod interueniat ex post facto,Rota in vna Aquen. iurispatronatus 7.Nouembr. 1601. coram Illustrissimo Seraphino,& præsumitur interuenisse ex diuturnitate temporis, vt fuit resolutum per Rot. in vna Romana iurispatronatus 10. Martij 1595. coram Illustrissimo Millino, Caputaq. in decis. 185. par.2. & fuit pariter decisum in vna Lucana cappellę 20.Iunij 1567.coram Seraphino,non tamen præfatus consensus poterit præstari per Vicariũ Episcopi absque speciali mandato,Cald.cons.3.de offic.Vic.Fer. ret.cons.327.& cons.343.& 444.Rot.decis.2.de confirmat. vtili,vel inutili, Rota in vna Placentinæ de Mirabel.coram Licta,& an,& quando præsumatur facultas Vicarij,qui iuripatronatus consentijt,vide Rot.in dec. 96. par.1. diuers. Capitulum tamen Sede vacante potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam,vt fiat patronus, Calder.cons.3. de iurepatr. & an Regulares possint ædificare sine licentia Ordinarij vide latissimè per Rodriquez 2.tom.q.regul. quæst.49.art.3.

3 Intellige,& amplia secundo,vt fundans,construens, vel dotans Ecclesiam, seù beneficium,acquirat iuspatronatus, etiam si illud non reseruauerit, dummodò expresè non remiserit, cap.nobis, de iurepatron.Rot. in decis.5. eod.tit.in antiquis,& in decis. 167. fundans tamen Ecclesiam, seù cappellem potest in totum, vel pro parte remittere iuspatronatus, & limitatè illud inducere in prejudicium hæredum,vel descendentiu m vt sibi placuerit,cap.significauit de testamen.cap.1.de iurepatron.in 6.Rota diuers.in decis.385. par.1.nu.14. & iterum fuit tentum in vna Cremon. iurispatronatus 18. Maij 1578. coram Robusterio, & iterum in vna probationis iurispatronatus,9. Iunij 1578. coram Illustrissimo Seraphino.

Declaratur tertio, ita demum acquiri iuspatronatus ex dotatione. si sit congrua, & sufficiens, nam dotans insufficienter,nõ efficitur patronus, cap. quicunque,16. quæst.7.Abbas in cap.ad audientiam,de eccl. ædific. num. 4. Rota in decis. 528.sub.num.2.par.1.diuers. & censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba: *Dotans insufficienter,quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit iuspatronatus,sed dicitur benefactor.*

Declaratur quartò, vt acquiratur ex dotatione ecclesiæ etiam iam constructæ,& etiam iam consecratæ, quando esset absque dote,& cum consensu Episcopi id fieret,Innoc. in rubr. de iurepatron. Rot. in decis.528.

part.

part. 1. diuers. & in decis. 99. part. 2. Balb. in decis. 69. Malinar. in decis. 63.

Declaratur quinto, quòd licèt ex dotatione acquiratur iuspatronatus, non tamen ex simplici donatione, legato, vel largitate bonorum, nisi hæc fiant pro dote tacitè, vel expressè, quia simpliciter donans, vel legans videtur potius benefactor, quàm dotator, & acquisitor iurispatronatus, & iura indulgent iuspatronatus non benefactori, sèd dotanti, cap. filijs, 16. quæst. 7. Rota diuers. in decis. 167. num. 3. part. 2. & iterum fuit per eamdem Rot. decisum in vna Imolen. iurispatronatus, 7. Iunij 1577. coram Cantuccio, & in vna Aretina cappellaniæ iurispatronatus, 16. Decembris 1594. coram Seraphino.

Declaratur sexto, quòd sub ver. concilij dotationis, vel fundationis comprehenditur etiam illud, quod acquiritur per reædificationem, Mainard. in decis. 69. par. 3. istud tamen intellige, quando ecclesia esset penitus diruta, seu destructa, ita vt noua consecratione indigeat, nam in tali casu acquiritur iuspatronatus perinde, ac si ab initio cõstrueretur, quamuis reficiens ecclesiam non penitus destructam, non efficiatur patronus ita glos. in cap. 3. de iurepatronatus, Rota diu. in decis. 598. num. 1. & 2. par. 1. & in decis. 306. par. 1. & in decis. 269. part. 2. diuers. & iterum fuit per eandem Rotam decisum in vna Rheggien. Archipresbiteratus, 13. Ianuarij 1553. coram Augustino.

Declaratur septimo, quod sub verbo pariter dotationis, vel fundationis comprehenditur illud, quod prouenit ex constructione, quamuis nulla de eo fiat mentio, vt apparet ex decreto eiusdem Concilij sess. 14. de reform. cap. 12. Seraph. in decis. 518. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 9. à num. 6.

Declaratur octauo, quod fundare ecclesiam propriè dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo ecclesia construatur, seu ædificetur. cap. Abbas, 18. q. 2. & latè ego ipse in decis. 22.

RESOLVT. CXXXV.

Dixi authenticis documentis.

1 *Pro forma est, vt patronatus probetur authenticis scripturis.*

1 QVoniam non sufficit probare fundationem patronatus per testes, cum pro forma, & substantia requiratur probatio per authenticas scripturas, Gonzalez glos. 18. num. 79. in 8. regul. cancel. Piaseg. in praxi part. 2. cap. 5. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba, *Congregatio Concilij censuit requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constituendam, quod probatio per testes non sufficiat.*

RESOLVT. CXXXVI.

Quæ authentica documenta dicantur.

Authentica documenta, quæ dicantur.
1 *An liber visitationis sit authenticus.*
2 *Arma, & insignia an probent iuspatronatus.*
3 *Instrumentum faciens mentionem alterius instrumenti an*
4 *probet.*
5 *Bulla Episcopi an probet.*
6 *Iuspatronatus an probetur confessione Episcopi.*

1 SCriptura authentica dicitur propriè, quæ conficitur per Actuarium publicum cum duorum, vel triũ testium subscriptione, glos. in cap. 1. in verbo scriptura. de fide instr. & tunc dicetur probatio probata, Verall. in decis. 421. par. 2. & in decis. 256. part. 3. Toming. in decis. 22. Coler. in decis. 129. ex quo infero ad varia in praxi digna.

2 Primo infertur, quod libri visitationum licet probẽt, quoad visitationem personarum, & sacramentorum, Verall. in decis. 158. par. 2. Valasc. in decis. 10. Iasred. in decis. 179. & passim seruat Rota Rom. vt refert Seraphin. in decis. 99. part. 1. non tamen sufficerent ad probandum iuspatronatus, & cum fiant absque causæ cognitione, ita Piaseg. in prax. episcop. p. 2. cap. 5. n. 7.

3 Infertur secundò, quòd arma, insignia, literæ, siue epitafia inscripta in lapidibus marmoreis, licet, si fuerint de recenti, nullo modo probẽt arg. l. fin. C. de rel. & sumptibus, in antiquis verò iunctis alijs adminiculis coadiuuant ad probandum iuspatronatus, ita Pol. Ripa decis. seu obseru. 68. Guid. Pap. in decis. 341. Caputaquen. in decis. 190. part. 3. Anna sing. decis. 283. pulchrè Seraph. in decis. 1. 141. par. 2. & fuit optimè resolutum in Rota Romana in vna Hispalen. de las cuevas 13. Ianuarij 1590. coram Illustriss. Pamphilio. & iuxta hanc etiã opinionem quotidie practicari in Curia Archiepisc. Neap. & pluries fuisse decisum refero ego ipse in decis. eiusdem Curiæ 293. vbi multa ad hoc.

4 Tertio infertur, quod neque pariter dicetur authenticum quo ad probationem iurispatronatus instrumẽtum, in quo enunciatur aliud instrumentum, vbi fit mentio de fundatione, Afflict. in decis. 173. Achill. de Grass. in decis. 1. de off. deleg. Ant. Faber in decis. 15. C. de edendo, quemadmodum etiam ad probandum fundationem iurispatronatus non sufficit præsentatio instrumenti constitutionis procuratoris ad præsentationem instituendi, quia id vel vsurpatione, vel præscriptione contingere poterit, vt fuisse in Rota resolutum testatur Mohed. in decis. 2. de iurepatronatus.

5 Quoad hunc tamen effectum dicitur authenticum documentum Bulla Episcopi, seu consensus in scriptis datus ad fundandum, construendum, siue dotandum, arg. tex. in cap. post cessionem, iuncta glos. de probationibus, quidquid dicat Gram in decis. 81.

10 Infertur tertio, quod neque probatur confessione Episcopi afferentis, tale beneficium esse de iure patronatus, Bal. cons. 5. volum. 1. Ripa consil. 28. & fuisse in Rota decisum scribit Caputaq. in dec. 138. par. 1. Animaduertendum tamen est, plurimum esse tribuendum sententijs Ordinariorum ad fauorem iurispatronatus, & præsentatorum, si latæ reperiantur, Seraph. cit. decis. 1141. & fuit pluries per Rot. resolutum in vna Taurin. beneficij, 5. Martij 1564. coram Orano, & iterum in vna Comens. cappellaniæ 17. Iunij 1591. coram Penia. & ratio est, quoniam Ordinarij non solent multum fauere istis præsentationibus, Rot. in decis. 1. de iurepatronatus, in nouis, Cardin. Paleot. in decis. 23. Card. Put. in decis. 172. lib. 1. & in decis. 242. lib. 2. de enunciatiuis verbis, quid coadiuuent vidi Rot. in decis. 11. de iurepatron. in nouis.

RESOLVT. CXXXVII.

Authentica documenta quid continere debent.

1 *Authentica documenta quid continere debent, cum multis alijs.*

1 REspondeo quod, vt scriptura dicatur authentica debet continere omnia requisita à iure necessaria tam in confectione quàm in extractione, quorum plura enumerantur vltra Abb. in ca. fin. de fide instrumentorum etiam per Afflict. in decis. 6. inter requisita etiam adhiberi debet citatio partis ad dicendum contra iura, tempore productionis, quia alias non probarent nec dicerentur de actis, Rota in decis. 1. de fide instrumentorum in nouis, Veral. in decis. 99. par. 2. & in decis. 117. par. 3. Cæsar. de Grassis in decis. 16. num. 4. de

probat.

probat.Cassad.in dec.8. de rescriptis,& in decis.12.super regulis Cancel.Farin.in dec.800.

Limita primo conclusionem de citatione partis, vt non procedat primo quando instrumenta fuerint extracta partim ab eisdem Notarijs partim à successoribus in officio,& habentibus facultatem Regiam illa extrahendi,quia censetur esse in forma probanti iuxt. decis.Putei 14. de fide instrumentorum,Caputaq. in decis.351.p.2.nec in his terminis loquitur cit.dec.Rotæ prima de fide instrumentorum, prout ita censuit Rota Romana in vna Mediolanens. iurispatronat. 29. Ianuarij 1589.coram Comitulo.

Limita secundo, quando pars est in causa ne formiter extrahantur, cum in odium impedientis quoquo modo legitimam extractionem stetur scripturis informibus cum earum simplici copia, Bal. in l.publicati n. 8.& sequenti C.de testamentis Dec. in cons.36. Rota diuers.in decis.159.lib.2.& ita pluries censuit Rota, & signanter in vna Cartaginen.portionis 14.Nouembris 1594. coram Seraphino, & iterum in vna Astoricens. prioratus 13.Maij 1598.coram Illustriss.Millino.

Et vltra citationē necesse erit etiam recognoscere instrumenta Caputaquens.in dec.99.n.2. p.2. licet in instrumentis antiquis vltra 70. annos talis recognitio non sit necessaria:Caputaq.in dec.5.p.3.Puteus in decis.151.lib.1.neque in alijs casibus,de quibus per eundem Puteum in dec.359.lib.2.Boer.in dec.154.

RESOLVT. CXXXVIII.

De secunda specie probationis iurispatronatus.

1 *Per multiplicatas præsentationes præsumitur titulus fundationis.*
2 *Amplia etiam si præfatæ præsentationes essent interpellatæ.*
3 *Multitudo verificatur in tribus.*

SEcunda species probationis quo ad personas etiam priuatas est per multiplicatas præsentationes à
1 tempore immemorabili, aliasve secundum iuris dispositionem, & taliter facta probatio præsumitur titulus fundationis,Bisignet.in decis.4.de probat.Cardin. Puteus in decis.205.lib.1.Rota diuers. in decis.707. nu.2. par.1. Achil. de Graffis in decis.4. de iurepatronatus, Mohed. decis.3. eod. tit. & fuit resolutum in vna Mediolan.iurispatronatus.

Quod ampliatur procedere,licet neque per instrumenta præsentationum,neque per testes de immemorabili deponentes nulla fiat enunciatio,nec mentio de fundatione vel dotatione,Achil.de Graffis cit.decis.4. num.7.de iure patronatus, Rota diuersorum in decis. 792.num.11.par.1. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij in hæc verba *Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis,vltra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, & dotatione.*

2 Ampliatur secundo,vt præsentationes multiplicatæ probent iuspatronatus,dato,quod essent interpellatę, & non successiuæ Cassad.dec.2.nu.7.de probat. Tanis. dec. 84. Maximè si præfatas præsentationes probetur effectuatas fuisse ob successiuam vacationem per obitum præsentatorum iuxta cons.Oldrad.219.nu.2. cum alijs deductis per Rotam in vna Reatina beneficij 17. Iunij 1577.coram Seraphino,& est eiusdem dec.337.& ratio est quia probatis extremis media præsumuntur, Cassad.in dec.4.de iure patronatus,Cotta dec. 92. Seraphinus dec.1141. & fuit pluries per Rotā decisum, & præsertim in vna Cæsaraugustana Cappellaniæ 4. Maij 1579.coram Illustr. Blanchetto, & iterum in vna Bonon. parochialis 1578. coram Brauo, & tandem in vna Cappellaniæ coram Illustrissimo Lancellotto.

4 Et multiplicatio præsentationum est necessaria,Caualc. in decis. 17.num.10. & seq. part. 2. requirit tres præsentationes vt censeatur satisfactum menti Concilij, quod videtur etiam de mente Achil.de Grass. in dec.7.de iurepatronatus, nam multitudo verificatur, & consistit in tribus glos.in leg.1.§.hoc rescripto ff. ad Syllan.& in §.fin. instit.de iure person. tamen in Curia Archiepiscop. Neapolit. quotidie practicatur vt duæ sufficiant,quia alias difficilis esset probatio, vt refero ego ipse in decis.122.

RESOLVT. CXXXIX.

Dixi a tempore immemorabili.

1 *Immemorabilis quomodo probetur.*
2 *Testes deponentes de immemorabili,quid deponere debēt.*
3 *Immemorabilis an probetur per scripturas.*

1 SEd quomodo immemorabilis probetur, grauis est inter DD. controuersia, & per testes non dubitatur dummodo concurrant posita per glos. in cap.1. de præscriptionibus in 6. vt sunt, primò, quod testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. testificentur de visu.Secundo quod testes necessario dicant communem opinionem esse, quod de contrario vsu non extet memoria. Tertio quod testes ita semper viderint, & au-
2 dierint. Quarto quod nunquam fuerit obseruatum contrarium,quæ requisita vltra gl.in cit.c.1.ponuntur à Mising.cent.1.dec.30.Mohed.in decis.12. de iurepatronatus, Viu.in dec.77. qui dicit in causis matrimonialibus debere nominari duos ex maiorib. Caputaq. in dec.290.p.3.& in dec.291. eodem lib.Guid. Papa in decis.357.Capyc.in decis.194.

An autem præfati testes debeant deponere in vniuersum de omnibus quatuor requisitis, vel sufficiat, vt duo de duobus, & alij de residuis, & respondeas, quod licet in Regia Camera Summariæ referant quidam fuisse iudicatum vnumquemque testium debere deponere de omnibus requisitis, veruntamen postea hoc non fuit admissum in Sacro Consilio, vt apparet ex decis.de Franch.56.est enim difficilis probationis, merito debent coniungi ad faciendum vnum totum, Franch.in decis.80. & in factis antiquis mille præsumptiones etiam imperfectæ ad probandum coniunguntur,Card. Put. in dec.101. lib.2. quomodo autem fiat probatio in antiquis,Vide Guid.Pap.in dec. 357.Bellam.in dec.70.Card.Put.in dec.76.& in dec.78.lib.1.

Sed controuersia principalis videtur an immemorabilis possit probari per scripturas, & respondendum est cum distinctione, cum qua alias transiuit Rota vt
3 patet in dec. 583. collecta à Farin. vbi fuit dictū quod licet non possit probari directè negatiua hæc non esse memoriam in contrarium,tamen bene per indirectum vt in simili dicunt DD. possessionem directè instrumētis non probari,vt per Abb.in c.nobis n.3.de præscrip. Soc.cons.105.in fi.vol....exempli gr.si per instrumentū probetur per centum, & amplius annos continuatos fuisse aliquos præsētatos ad aliquod beneficiū succes. siuè vnum per alterius obitū substitutum in beneficiū præmortui,vtiq;pro latum quoq; erit quod alio modo prouisum non fuerit de d. beneficio, & non constare contrarij memoriam,factum enim affirmatiuum continuū habet implicitam negatiuam sui contradictorij.

RESOLVT. CXXXX.

Vis præfatæ immemorabilis quibus casibus cesset.

1 *Immemorabilis non suffragatur,quando constat de iniusto, & inualido titulo,ac mala fide vers.sequent.& in fine, quando lis esset inter ipsos præsentatos.*

Quam-

QVamuis plures ſub ſe contineat effectus, de quibus 30.enumerat Gaſpar Teſſ.in dec.27. aliquid per Oſaz.in deciſ. 101. de Franch. in deciſ. 166. Ioſef. Lud. in deciſ. Peruſ. 106. tamen nonnulli reperiuntur caſus,in quibus non ſuffragatur,etiam quo ad probandum ius patronatus inter quos ſunt. Primus quando
1 conſtaret de iniuſto & inualido titulo,atq;infecto;quia tunc nihil operatur, quamuis legitimè eſſet probata, vt cenſuit Sacra Congregatio Concilij.Paris de confident,quæſt.28.Gonzalez gl.18.n.48.Triuiſ.in dec.55. n.69.lib.2.ratio eſt quoniam cum conſtet de veritate infecti tituli, & infecti principij; & ſic ſimus in claris, ceſſat præſumptio, quæ ex præſcriptione immemorabili reſultat,ita Verall.in deciſ.314.par.3. Creſcent. in deciſ.21.n.4. de probationibus, Card. Puteus in deciſ. 189.n.5.lib.1.& in deciſ.222.lib.3.dec.436.lib.2. Rota diuerſ.in dec.731.n.18.part.1. Triuiſ.cit.deciſ.55. par. 2. exemplificari poterit præfata ratio, puta ſi appareat,quod fuerit vſurpatum iuſpatronatus ex priuilegio.& non ex fundatione Gonzalez loco cit.n. 48. Pariſ. vbi ſupra num. 240. vbi refert declaraſſe Sacram Congregationem.

Secundus caſus eſt, quando conſtaret de mala fide c.1.de præſcriptionibus cap.fin.eodem,& ita deciſum refert Miſing.cent.1.obſer.30.Iaſred.in deciſ.69.Balb. de præſcriptionibus par.3.tit.de bona fide quæſt. 6.

Item requiritur ordo præſcriptus à Conc.in probatione iuris patronatus, quando cum Eccleſia ſeu Ordinario, non autem quando inter ipſos præſentantes de illius pertinentia ageretur,quo in caſu leuiores ſufficiunt probationes,vt fuit reſolutum in vna Pampilonen.beneficij de Lanzi 10.Aprilis 1595.& 20.Nouemb. eiuſdem anni coram Mantica, & alias ſæpius ſecundum Gonzal.18. num.59.& habetur etiam apud Farinac. deciſ.526.

RESOLVT. CXXXI.

An reperiatur alius modus probandi ius patronatus quàm fundationis.

1 *Verba(alia ſiuè ſecundum iuris diſpoſitionem)quid denotant.*
2 *Titulus conſtructionis ſufficit ad probandum iuſpatronatus,& quare.*
3 *Immemorabilis probat legitimum titulum.*
4 *Iuſpatronatus probatur per famam concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione.*
5 *Iuſpatronatus in antiquis probatur per ſolam famam.*

EX verbis Concilij Tridentini in verſic. aliaſue ſecundum iuris diſpoſitionem, colligitur reperiri alium modum,nam iſta verba ſignificant, idem, quod
1 alio modo,Caputaquenſ.in dec.210.nu.5.par.1.Card. Puteus in dec.170.lib.3. vnde ſi probatur titulus con-
2 ſtructionis, quamuis non exprimatur expreſſe à Concilio, nihilominus ſufficeret, & ſatisfactum eſſet illius diſpoſitioni, Caputaquenſis in deciſ.133. par.2. Rota diuerſ.in dec.588.n.1.part.1.Caſſad.in dec.6.n.7.de iu. repatronatus:ratio eſt, quia licet Concilium præferuet iuspatronatus competens ex fundatione, vel dotatione,non refundat illud, quod aliàs poteſt probari ſecundum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis (aliaſue) quod ſæpè Rota cenſuit, vt patet ex Gabrieli in conſ.192.& conſ.198.lib.3. Menoch. conſ. 241.num.1.& 7.lib.3.& in conſ.336.lib.4.Rota diuerſ. in deciſ.331. part.2. & in deciſ.798. par.1. ſub num.4. vbi habetur quod in his perſonis in quibus non præſumitur vſurpatio,nil immutatur per Concilium, ſed relinquitur in diſpoſitione iuris communis, vt dicit Gonzalez gloſ.18.num.54.

Vnde non ſolum iuspatronatus probatur ex immemorabili Valaſc. deciſ.163. quæ probat legitimum ti-
3 tulum ex fundatione,vel dotatione,Abb. in cap. quærelam nu.9.de electione Felin. in cap. cauſam num.6. de præſcriptionibus,Mohed.in dec.3.de iurepatronat. Rot.diuerſ.in deciſ.214. & in deciſ.220.lib.2.eadem Rot.in deciſ.243.& in deciſ.254.lib.3.part.3.& iterum eadem Rota in vna Pampilonen. Beneficij 13. Ianuarij 1557.coram Litta.

Sed etiam probatur per famam,concurrente longiſ-
4 ſima quaſi poſſeſſione præſentandi ſecundum iuris diſpoſitionem,Achil.de Graſſ.in deciſ.4. nu.10. de iurepatronatus Card.Puteus in deciſ.60.& in deciſ.140.in fin.lib.1.Rota diuerſ.in deciſ.481.lib.3.par.3.diuerſ.& fuit dictum in vna Imolen. iuriſpatronatus 28. Maij 1585.coram Pamphilio,quę eſt 1.part.diuerſ.dec.792. & iterum invna Aretina Cappellę coram Litta,quam-
5 uis in antiquis ſolum famam probare iuspatronatus abſque poſſeſſione, ita vt non cenſeatur reuocatum per Concilium,vt fuit reſolutum in vna Tiraſonen.iuris præſentandi 5. Maij 1593. coram Pegna, & iterum in eadem 24.Ianuarij 1594.coram Litta.

RESOLVT. CXXXII.

De tertia ſpecie probationis.

1 *Vſurpatio iuriſpatronatus in quibus præſumatur perſonis.*
2 *Iuspatronatus ſpectans ad familiam DD. de Carracciolis ſiue ad alias eiuſdem qualitatis præſumitur ex vſurpatione.*
3 *Vltimum ſtatum poſſeſſionis in beneficijs ad effectum manutentionis ſufficere quomodo intelligatur.*
4 *Prouiſiones Apoſtolicæ beneficij ſtatum non mutant.*
5 *Teſtes de familia, iuspatronatus non probant, neque habentes intereſſe in cauſa.*
6 *Sententia,quæ non verificatur ex actis, non probat.*
7 *Sententia quando dicitur antiqua.*
8 *Epiſcopatus qui poſſidentur per Cardinales præſumuntur ex vſurpatione, & quare.*

IN perſonis verò potentibus, ſeu vniuerſitatibus plenior, & exactior probatio exigitur, quoniam vltra ſupradicta,requiritur,vt preſentationes ſint continuatæ,non minori ſpatio,quam 50. annorum, & authenticis ſcripturis probentur.

Cuius probationis ratio eſt;quia in præfatis perſonis præſumitur vſurpatio, vt ſecundum Butri. in cap. cum dilectus verſ.2.de officio delegati Ptolom.in deciſ.86.Card.S.Cruc.deciſ.70.Pereg.in deciſ.22. Card. Puteus in dec.59. nu.1.lib.1. & iuxta alias Rotæ deciſiones relatas per Gonzalez in gloſ.18.num.63.eoque magis procedit in Italia,nam dicit Card. Puteus in deciſ.205. lib.1. quod propter receſſum Curiæ ab Italia omnes Domini,& populi cæperunt eſſe tiranni, & iura Eccleſiæ occupare.

RESOLVT. CXXXIII.

Vſurpatio in quibus præſumatur.

1 REſpondeo,quod inter præfatas perſonas connumerantur Domini Caſtri,vt ſunt Domicelli,Comites,Marchiones,Duces, ac Principes, vt de familia Columnæ,Vrſinorum,Sabelliorum tradunt Card.Put. in deciſ.58 lib.1.Peregr.in deciſ.5.lib.1.Tolom. in deciſ.86.Caputaq;in deciſ.128.part.2. qui dicit, ita deciſum, & iterum Rota reſoluit in vna Sabinen.beneficiorum 15.Nouembris 1582.coram Aldobrandino, & alias pluries fuit reſolutum in Rota.

Et ſic ampliatur, nedum in non recognoſcentibus ſuperiorem, verum etiam in recognoſcentibus,Card. Puteus in d. dec.59.lib.1.& fuiſſe pluries in Rota reſo-

lutum

lutum affirmat Paris. de confidentijs,q.28. sub n.243. nam Barones huius Regni Neap. habentur loco personarum potentium, ita vt in eis quoque præsumatur vsurpatio, & per consequens subintret forma tradita a Concilio ad probandum illorum patronatum, vt censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba, *Congregatio censuit Barones, & alios Dominos perpetuã iurisdictionem obtinentes comprehendi in hoc decreto Concilij,prout sic illam refert Gonzalez.in gl.18.num.66. in vers. in his personis*, hinc etiam fuit alias in Rota dubitatum si familia Caracciolorum dicatur de potentioribus, & tandem fuit decisum, quod sic, vt in vna beneficij S.Andreæ 24.Ianuarij 1571. coram Illustrissimo Lancellotto,cuius verba sunt hæc.

Fuit conclusum D.Decium præsentatum à patronis existentibus in quasi possessione præsentandi non debere instituj, quia nec de fundatione, nec de dotatione eorum iurispatronatus,nec de antiquissimis præsentationibus constat, iuxta requisita à Conc.Trid.sess.25.c.9. sed tantum docetur de præsentationibus factis intra spatium trigintanouem annorum:accedit etiam, quia cum hoc iuspatronatus spectet ad nobilem, & Illustris. familiam DD. de Caracciolis, siue etiam ad alias eiusdem qualitatis, videtur ex 2 *vsurpatione potius ac quasi,non ex fundatione,iuxta dec. Crescent. 13. quo casu, præter immemorabilem temporis cursum,de quo,vt dictum est,non constat,requiruntur etiã præsentationes continuatæ spatio quinquaginta annorum, quod tempus, nec minus adest, propterea ab eodem Concilio in ijs casibus nedum titulus iurispatron. si quis adesset, sed ipsa quasi possessio in totum abrogatur,& irritatur,ita vt beneficium tanquam liberum possit à suis collatoribus conferri,& prædicta facilius procedunt, quia stante lite orta ante institutionem de qua agitur, etiam de iure communi requiritur discussio plena proprietatis iurispatronatus,cons. Dec. consil.177.n.1.*

Verùm quia pro parte eiusdem Decij allegatur confessio facta per D.Octauianum in literis suæ prouisionis,quia Cappella hæc, de qua agitur, est de iure patronatus, licèt sit hoc extra dubium, DD. reseruauerunt hoc pariter iudicandum,si pro eo Decius audiri voluerit.

Et quia hoc nec sit,neque fuerit,dicitur,quod verbum in Bullis appositũ, est generale, & inquit (asseritur) quod verbum tanquam generale, & impersonale, non censetur prolatum per impetrãtẽ,Rot.in antiq.dec.74.& 727.Cassa. dec.4. de probat.n.9. Et iterum in ead.19. Decemb. 1608. coram Attrebaten. quæ sic se habet.

Proposito dubio an constet de quasi possessione præsentandi ad Ecclesiam S.Andreæ de Rabattina extra,& propè ciuitatem Neapolitanam apud littus maris, quæ sit manutenen. ita vt Reuerendiss. D. Decius Caracciolus Archiepiscopus Baren. præsentatus veniat instituendus, negatiue resolutum fuit,nam etsi ad effectum manutentionis 3 *sufficiat vnicus actus, & vltimus status præsentationis,c. consultationis,& ibi Abb.n.2. & 9. de iurepatronatus,c. quærelam,de elect. Dec.consil.134.n. 1. & Crescent. dec. 2. in fine de iurepatron. id procedit quando iurispatronatus existentia non controuertitur, sed tantum agitur inter plures patronos de illius pertinentia, Achill.dec.5.n.3.de iurepatronat. Alioquin ex dispositione Concilij,& declaratione Cardinalium interpretum requiruntur eadem probationes in possessorio,quæ in petitorio,vt fuit dictum in Volterrana iurispatronatus 28. Maij 1593. coram Illustrissimo Mellino, & in Romana parochialis 31. Ianuarij 1600. coram Reuerendiss. Pacen.*

In proposito autem nullus titulus exhibetur,nec instrumenta præsentationum continuatarum per spatium centũ annorum, prout requiritur,fuit resolutum in Firmana iurispatronatus 8.Martij 1591. coram bon. memor. Orano, & in Barchinonen. vnionis 5. Decembris 1597. coram bon.memor. Gipsio, sed vt decisum fuit, coram bon.mem. Cardinali Lancellotto in hac eadem causa die 29. Ianuarij 1571. omnes præsentationes intra spatium 30.annorũ cõ-

tinentur,videlicet ab anno 1528. die 23.Ianuarij,quo fuit institutus Fabius Caracciolus præsentatus 6. Nouembris præcedentis vsque ad annum 1567. quo obijt Marius Caracciolus, post cuius obitum inter Octauium Brancatium prouisum Apostolicum,& Decium Caracciolum seniorem præsentatum à patronis fuit introducta lis, & causa commissa in Rota, quamobrem nec subsistit probatio per famam,quæ nõ admittitur nisi in antiquis, & concurrentib. coniecturis fuit decisum in Tirasonen cappellaniæ 14. Decembris 1608. coram Reuer. Caualerio,& in primis longissima quasi possessione, vt fuit tentum in Imolen. iurispatronatus 28.Maij 1584. quæ est diuers.792.p. 1. Adest quadragenaria,Cassad. decis.2.num.3. & 4. de prob.Put. dec.60. in fin. lib. 1. & fuit resolutum in supradicta Barchinon. coram bon. memor. Gipsio, & ad hoc non possunt 4 *deseruire prouisiones Apostolicæ,quæ non mutant statum beneficij,Achill.decis. vltima,de iure patron. & fuit dictum in Bonon. iurispatron. 16. Ianuar. 1608. coram Reuer. Sacrato, sed earum tempora de medio deducuntur, Guidobon. decis. 125. fuit decisum in Bracharen. de Iuncas 19.Decemb.1597. coram Reuer. Decano.*

Nec verò probatur publica vox,& fama,quia ex testibus examinatis de hoc anno,vnus tãtum,videlicet primus iuxta primũ deponit,quod audierit publicè dici,quæ quidẽ verba important famam,Cassa.dec.3.n.4.& 7. de probation. Caputaquen.dec.7.p.2.& decis.289.p.3. verum subiungit, quod audierit à diuersis personis, & sic dictum suum restringit,& alius testis examinatus de anno 1559. deponit à 30. annis citra,quod verificatur etiam in vna 5 *die ante, Bartol. in l. Celsus, n.25. ff. de vsucap. & testis qui asseritur examinatus in Curia de anno 1570. non est habendus in consideratione, propterea quod non appareat quomodo fuerit examinatus:alij vero testes examinati de anno 1531. sunt de familia Caracciola,& aliorũ prætendentium iuspatronatus,& habent interesse in causa,quare non merentur fidem, l. omnibus, & ibi Bald.n.3.C. de iestib.Roland.cons.3.n.55.vol.1.Aym. cons.249.n.14. Neque potest fieri fundamentum in sententia Ordinarij de* 6 *anno 1528. in qua enunciat se vidisse instrumenta præsentationum,& præsertim Bullam bo.me. Alexandri Carafæ institutionis quond. Fabij Aiosæ in dicta Ecclesia, quia hæc sententia non probat, cũ non iustificetur ex actis, neq; iudici creditur de assertionibus,nisi factæ sint præuia causæ cognitione, & de illis appareat in processu. Soccin. cons.47.n.13.vol.4.fuit dictũ in dicta Romana parochialis,& in Lauden. deuolutionis 23. Mart.1544. coram Reuerendis. Pacen.& in Sabin.aquæ 29. Mart. 1604. corã me.Nec potest probari sententia antiqua, Cassad.dec.3.n.3. de prob. quia sententia dicitur antiqua. quãdo excedit* 40. 7 *annos,cùm sit lata ann.1528. et bis fuerit lata ann.1567. vltra quod in hoc casu Domini censebant requiri probationẽ temporis immemorabilis, cum præsentationib. continuatis per spatium 50. annorum, quæ omnes probentur effectum sortitæ ex authenticis scripturis,posito etiã quod nos versemur in iure patronatus potentiũ,propterea quod concurrant plures familiæ,quas nõ est verisimile facilè in vnum conspirasse ad fundandam, vel dotandam Ecclesiam,Crescẽt.dec.1.de iurepat.Et quod dicitur processisse ab vno stipite Caracciola, sed mediantibus fœminis fuisse diuisum in plures familias, hoc non probatur, quin potius partes,et testes videntur alias asseruisse contrariũ,quam dec. habes inter postremo selectas per Farin. 235.t.1.p.2.*

Ampliatur secundo, procedere etiam in Episcopa- 8 tibus,qui tenentur,& possidentur per S.R.E.Cardinales, vt fuit resolutum in Rota in vna Sabinen. beneficiorum 15. Nouembris 1582. coram Illustrissimo Aldobrandino; nam viget eadem ratio ob absentiam Summorum Pontificum,& Cardinalium dum Auenioni morabantur.

Amplia tertio procedere, vt præsumatur quoque vsurpatio in personis congestis per Card. Puteum in decis.59.60.61. & decis.62.lib.1.

RESOLVT. CXXXXIV.

Præsentationes debere esse continuatas an sit de forma.

1 *Præsentationes continuatæ sunt de forma sacros. Trident. Conc. & quæ dicantur continuatæ.*

1 REspondeo affirmatiuè, quoniam Conc. dat pro forma, præter immemorabilem, & reliqua necessaria, quod præsentationes debeant esse continuatæ,& sortitæ effectum.

Amplia primo,vt per huiusmodi decretum censeantur sublati modi,quibus de iure communi acquirebatur iuspatronatus,vt resoluit Rota in vna Reatina iurispatronatus,20. Octobris 1587. coram Robusterio, & in d.Sabinen. beneficiorum 15.Nouembr. 1582.coram Aldobrandino.

Amplia secundo, vt nec sufficiant præsentationes centum annorum, vel ducentorum, si non sint continuatæ, vt scilicet vna subsequatur aliam,quoniam ita ostendit illud verbum (continuatæ) vt latè per Marc. Ant.Bard. de tempore vtili c.2.n.1. & latissimè in c.8. Iacobat. de Conc. lib.7.art.1.n.130. Steph. de Feder. de interpret. iuris,p.1.n.126.

Amplia tertio, vt neq; suffragentur præsentationes continuatę per tantum tempus,vel maius si omnes nõ fuerint effectum sortitæ, & dicuntur effectum sortitæ quoties habuerunt effectum,vt quia Ordinarius cum vacaret beneficium instituit,quem præsentauit patronus,iuxta dec.Rotæ,teste Achill. de Grass. in dec.fin. de iure patron. latè Mascard. de probat.conclus.121. col.3. Insuper,vt dicantur præsentationes effectuatæ, necesse erit,vt præsentatus acceptauerit, vt fuit decisum in Rota 4.Decembr.1551. coram Ant.August. & facit decis. Caputaq. in decis.131.p.2.

RESOLVT. CXXXXV.

Præsentationes continuatas esse probandas per scripturas authenticas an sit pro forma.

1 *Præsentationes,vt per scripturas authenticas probentur, est de forma.*

2 *Scriptura authentica iurispatronatus deperdita, illa per testes probari non potest,& quare.*

1 REsponsio est affirmatiua, quia quando agitur de iurepatronatus harum personarum,Concilio nõ satisfit, quod probarentur præsentationes per testes, vt in proprijs terminis fuit in Rota resolutum in d.Sabinen.15. Nouemb.1585.hinc etiam facit,quod voluit Rota in vna Archipresbyteratus,2.Maij 1588. coram
2 Pamphilio,quod deficientibus scripturis authenticis, non sufficit illas probare per testes, cum huiusmodi probatio per instrumenta requiratur pro forma.

Amplia primo prefatam probationem esse necessariam nedum in probandis præsentationibus continuatis,verum etiam in probatione effectuationis illarum,quoniam in vtroque casu exigitur probatio per authenticas scripturas,vt voluit Gonsalez,glos.18.n. 84.& tenuit Rota in d.Sabinen. sæpius adducta.

Amplia secundo, vt neq; adimpleri possit per æquipollens,nec vllo casu probari possit per testes,Rot. in dec.199.n.3. & seq.p.2. & ratio est, quia debet adimpleri specificè,Fel. in c. cum dilecta,n.10. ampliat.11. de rescript. Dec. in consil.112.n.3. Boer. in decis.1.n. 44. Segura in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, n. 12.ff. de leg.1.

RESOLVT. CXXXXVI.

An in probatione iurispatronatus paruæ vniuersitatis desideretur forma probandi tradita à Concilio.

1 *Vniuersitas parua tenetur probare iuspatronatus iuxta formam traditam in Conc. & quare.*

2 *Iuspatronatus vniuersitatis paruæ,præsumitur ex vsurpatione,cum declarationibus.*

1 REspondeo, locum habere etiam si communitas, seu vniuersitas sit parua, quia non propterea cessat hæc præsumptio considerata per Concilium, tũ etiam,quia cum generaliter de vniuersitatibus loquatur, nec distinguat inter vniuersitates magnas, & paruas,nec nos distinguere debemus,vulgata l.de pretio, ff. de publicin. in rem actio,tum etiam,quia rationes propter quas Ecclesia presumitur libera,& non de iurepatronat. ad not. in c.querela,de elect.militant pariter in quacunque vniuersitate,nam potest esse,quod ex oblationibus fidelium,& hominum communitatis, Ecclesia fuerit constructa,non tamen animo acquirẽdi iuspatronatus,Achil. de Grass. in dec.4. de iurepat. Card.Put. in dec.57. & in dec.205.lib. 1. Crescent. in decis. 13. Verall. in decis. 318.p. 2. & quod etiam in
2 parua vniuersitate presumatur iuspatronatus ex vsurpatione, tenuit Rot. in vna Bonon. iurispatronat.20. Martij 1589.coram Gipsio,& ad idem expenditur decis. eiusdem Rot. teste Farin. in dec.643. & fuit etiam resolutum in vna Forosempronien. parochial. 4.Febr. 1594. coram Illustrissimo Mantica,& iterum in vna Illirden. beneficij 11.Martij 1596. coram Penia.

Quam conclusionẽ dupliciter intellige, primo procedere, maximè in Italia, in qua propter recessum curiæ,omnes populi ius presentandi vsurparunt Spec. de iurepat.col.3. vers. & nota,& Card.Put.vbi sup.

Intellige secundo in locis, in quibus Ordinarij collatores sunt inferiores Episcopo, & minoris auctoritatis, quorũ qualitate attenta, facilè præsumi potest vsurpatio,& quod non fuerint ausi vniuersitatib. contradicere,vt per Put.in decis.57.l.1.Achill.in dec.4. de iurepatr. & fuit in Rota resolutum in vna nullius Archipresbyteratus, 2.Maij 1588. coram Pamphilio,secus si in collatoribus fuerit æqualis, vel maior auctoritas, quàm in vniuersitate, quoniam tunc cessat dispositio Concilij, quia quod dicitur in magnatibus, seu vniuersitatibus præsumi iura Ecclesiæ vsurpata, procedit vbi non datur æqualis concursus potentiæ, & auctoritatis in collatoribus, secus si conferentium sit æqualis,vel maior auctoritas,quàm in vniuersitate, vt fuit per Rot. resolutum in vna Toletan. iuris nominandi, 10.Mart.1582. coram Illustris. Blanchetto.

Intellige tertio, si tota vniuersitas hoc ageret, secus autem si certa pars illius prætenderet iuspatronatus,Gonsalez gl.18.n.69. Garz. de benefic. p.5.c.9. n.102. referens ita declarasse Sacram Illustris. Congregationem.

RESOLVT. CXLVII.

Amissio scripturarum,in quibus probabatur iuspatronatus, an possit testibus probari.

1 *Amissio scripturæ authenticæ iurispatronatus secundum vnam sententiam per testes probari potest.*

RAtio dubitandi pro opinione affirmatiua oriri videbatur,ex tex. expresso in cap. cum olim,de priuileg. vbi amissio instrumentorum probatur testibus deponentibus de illorum tenore, ad quod etiam expẽditur tex.in l.sicut,C.de fid.instrum.& iuxta quo-

rum

rum sententiam fuisse decisum in Sacro Cons. scribit Affl. in dec. 274. Viu. in decis. 166. & facit etiam decisio prax. Curiæ Archiepis. c. 63. n. 12. volentis, quod si per
1 testes probaretur esse deperditas scripturas, & deponerent de tenore illarum, in quibus continebantur continuatæ præsentationes, tunc satisfieret menti Concilij, per tex. in citato cap. cum olim.

Cæterum supradictis minimè obstantibus, mihi magis suadetur opinio contraria, quam tenet Gonsalez glos. 18. n. 82. tenentis, quod eo ipso, quod Concilium non confidit de testibus, consequenter remanet exclusa ista probatio, nam aliter de facili excluderetur dispositio d. Consilij, & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Sabinen. iurispatronatus, 15. Nouembris 1582. coram Clemente VIII. vnde si non probaretur ex eisdem scripturis authenticis, quod omnes præfatæ præsentationes continuatæ sortitæ fuerint effectum, prout Concilium disponit, non releuaret talis probatio, Rot. in decis. 199. part. 2. diuers.

RESOLVT. CXLVIII.

Præsentatio quando dicatur sortita effectum.

1 *Præsentatio, non autem nominatio coram superiori est facienda.*
2 *Acceptatio in iurepatronatus est præsentationis pars.*
3 *Præsentatio in iurepatronatus de absente fieri potest.*

REspondetur, tunc propriè dicũtur præsentationes sortiri effectum, quando Ordinarius illarum vigore instituit præsentatum à patrono, & præsentatus, & institutus acceptauit, possessione subsequuta.

Dixi præsentatum, ad differentiam nominati, quo-
1 niam præsentari, non verò nominari debet superiori, Achill. de Graff. in decis. fin. de iure patronatus.

Dixi, acceptauit, quoniam acceptatio est pars præ-
2 sentationis, & ante illam non dicitur perfecta, Card. in cap. fin. de iurepatr. Lambert. lib. 2. part. 2. quæst. 5.
3 art. 2. sub num. 2. hinc prouenit, quòd licèt præsentatio fieri possit de absente, ad tex. & ibi not. in c. accedens, de præbend. Mastrill. in decis. 2. part. 1. tamen non acceptata, nullam vim substinet, vt fuisse in Rota decisum testatur Farinac. in decis. 567.

Et quod huiusmodi requisita sint substantialia, voluit Caputaquen. in dec. 131. & in dec. 418. par. 2. Crescent. in decis. 5. de iurepatron. Rot. in decis. 147. n. 1. & in decis. 167. part. 1. diuers.

RESOLVT. CXXXXIX.

Iuspatronatus fundatum pro se, & descendentibus à sua linea, quomodo intelligatur.

1 *Linea quid est.*
2 *Iuspatronatus fundatum pro sua linea, intelligitur de linea directa.*
3 *Linea à patre debet sumere initium.*

SVpponatur in facto, quod quis in creatione patronatus in instrumento fundationis vsus fuerit his verbis (pro me, & descendentibus ex linea mea) fuit dubitatum coram me, de qua linea huiusmodi verba intelligenda erant, & pro huius quæstionis dilucidatione,
1 est in primis supponendum, quod linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens, Ioa. Andr. in arbore consanguinitatis, Capyc. decis. 159. nu. 5. Tiraquell. de retractu lignag. §. fin. glos. 9. nu. 2. fol. 127. allegans
2 plures alios. Vnde in præsenti casu linea debet intelligi de directa, non de inflexa, & per transuersum, secundum Bald. cons. 171. testamento cauetur, vol. 3. & idem Bal. cons. 121. volu. fin. Castrens. cons. 299. volu. 2. Ann. cons. 122. in princip. vol. 2. Mieres. de maioratu, part. 2. q. 6. n. 18. Qua propter ad præfatum patronatum vocati cẽsentur omnes descendẽtes de linea ipsius testatoris. Ratio est, quia linea alicuius dicitur propria, quæ habet originem, & descendit ab illo per directum, non autem per transuersum, Ruin. cons. 23. nu. 6. Corneus cons. 198. col. fi. vol. 3. Signorell. cons. 93. colum. 2. Barbat. in repit. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. Et à
3 patre debere semper sumere initium testatur Bal. consil. 394. vol. 3. lib. 3. Bero. cons. 77. nu. 15. lib. 2. Nec sufficeret, quod sint de eodem cognomine seu familia ipsius fundatoris, secundum Ruin. cons. 153. nu. 10. lib. 2. Cuman cons. 2. Salic. inter consilia Ancharani consil. 97. colum. penult. vers. alios ergo sensus, sed oportet, quòd descendant à linea prædicta fundatoris, nec sufficit, vt dixi, quod sint de eodem cognomine, Roland. à Valle cons. 23. num. 39. & 40. lib. 4.

RESOLVT. CL.

Præsentatio quomodo sit facienda.

1 *Præsentatio in iurepatron. præsentialiter est facienda, & aliter facta non tenet, & patrono curret tempus n. 4.*
2 *Differentia inter præsentationem, & nominationem.*
3 *Præsentatio de clerico absente non valet.*
4 *Præsentatus ante institutionem est examinandus, si est idoneus.*

IN quamplurimis causis contigit mihi hæc dubitatio, & semper dixi, præsentationem fieri debere præsentialiter, idest sensibus corporis illius, qui præsentatur, adeò quod præsentatus debet esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem solum mittere instrumentum præsentantem aliquem solum mittere instrumentum præsentationis Ordinario, vt per Silu. 3. par. q. 1. n. 6. & q. 2. nu. 45. Rot. in proprijs terminis dec. 3. de iurepatr. in nou. vnde Achil. decis. 12. eod. tit. tenet, quod præsentatio intelligitur tantummodo, quando fit personaliter su-
2 periori; alioquin dicitur magis nominatio, vt tenuit eadem Rot. in decis. 211. in nou. Franchus in cap. fin. §. verum, in 1. notab. de iurepatronatus, in 6. Rocchus de Curt. in tractat. iur. patronat. quæst. 41. circa med. Milis in repert. verb. patronus, & iuxta hanc opinionem fuit in Rot. resolutum in vna Asculana parochial. 13. Ianuar. 1548. coram Anton. Augustin. Et ob hanc
3 rationem præsentatio facta de clerico absente, non valet, glos. in clem. dudum, in verb. præsentare, de sepult. notat Abb. in cap. ea noscitur, sub n. 3. de his, quæ fiunt à prælat. & Rot. in cit. d. decis. 3. de iurepatr. in nou. Hinc prouenit, quòd aliter facta præsentatio, quam vt supra, vltra quod erit nulla, patrono currit tempus, Iun. in cap. in Lateranensi, in vlt. notab. de præb. Monal. cons. 149. num. 3. & seq. volum. fin. Rubeus Alex. cons. 93. quæ opinio, scilicet, quod præsentatio fieri debet personaliter, corroboratur etiam decreto Concilij Trid. sess. 24. cap. 18. de reform. & sess. 25. c. 9. Et in hoc animaduertant Ordinarij, nam quidam Auctor testatur, in quodam Archiepiscopatu fuisse fictè quemdam præsentatum, & deinde iustitutum non existentem in rei natura, & patronus sibi vsurpabat fructus benefi-
4 cij singulis annis, contra decretum Sacr. Concil. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. & sess. 24. cap. 3. vers. patroni, & sess. 25. c. 9. Abb. in c. cum parati, col. fin. de appellat. Et hoc patet etiam ratione, quia præsentatus debet prius examinari ab Ordinario, ad finem videndi si est idoneus, secundum Panor. mit. in cap. pastoralis, num. 7. de iurepatronat. Anchar. in cap. ius cæpti, nu. 2. de præb. in 6. Rebuff. q. 20. num. 15.

RESOLVT. CLI.

An laicus possit præsentari ad beneficium.

1 *Laicus ad beneficium præsentari non potest, nec etiam ad iuspatronatus.*
2 *Pensio laico reseruari non potest.*
3 *Laicus ad iuspatronatus nominari potest cum declaratione.*

1 REsponsio est negatiua, quoniam laicus est incapax rerum spiritualium.c.causam,de prescrip.& cap. decernimus, de iudic.nec ei poterunt beneficia ecclesiastica conferri cap.cum adeo,de rescrip.& cap. ex insinuatione, de procurat. Ex quibus patet iterum responsio, quòd laicus non potest presentari ad beneficium iurispatronatus,vt resoluit Lambert.in vlt.par. 2.libri,q.2.art.3.Parisius de resignat. benef.q.4.nu. 5. lib.4.Gonsalez,glos.5.§.5.n.13. Rebuff.cons.150. n.6. Anchar.cons.60.num.4.Mandos.cons.6.& in cons. 15. nu.8.& hanc nuncupat communem opinionem idem Paris.loc.cit.& Lucius alleg.50.iuxta quam iudicauit Rot.Rom.in vna Imolen.iurispatronatus 19.Nouembris 1584. coram Orano.

2 Amplia præfatam conclusionem procedere etiam in pensione,quia laico reseruari non potest,Peregr.decis.50.lib.fin.

3 Limitatur tamen non procedere per viam nominationis, nam laicus nominari potest ad beneficium secundum Crescent. decis.3. de iurepatr.intellige dummodo nominatus antequam præsentetur Ordinario, sit effectus clericus Abb.in cap.fi.n.4.de iurepatr.& in his terminis, quod nominatio facta per patronos laicos,etiam de non clerico ad beneficium sit valida,fuit tentum per Rot. in vna Burgen. Abbat.19. Nouembr. 1588. coram Penia, vbi ad iura dicentia præsentationem de laico factam esse nullam,fuit responsum,quod sunt intelligenda de præsentatione propriè dicta, quæ tunc fit cum præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem accepturus.

RESOLVT. CLII.

An præsentatio de clerico absente substineatur.

1 *Præsentatio clerici absentis non est valida, & quando est valida,num.2.& 3.*

1 VEra, & recepta est iuris conclusio, præsentationem de clerico absente factam non valere,glos. in clem.dudum,in verb.præsentare,de sepult.Abb.in cap.ea noscitur,sub num.7. de his,quæ fiunt à præl. & in cap.pastoralis,sub num.8.de iurepat.& tenuit Rot. in decis.3.de iurep.in nou.

2 Limitatur tamen dupliciter præsens conclusio, & primo,vt non procedat,vbi alias presentatus est aliter notus habenti illum instituere, vt examinatione non egeat,Lambert. de iurepatr.1.par.2.lib.q.11.art.3.Citadi.in eiusdem nominis tractatu par.6. artic.9. q.32. post Abbat.in cap.pastoralis,eod. tit. & iuxtà hanc opinionem pluries censuit Rot.Rom.& signanter in vna Valentin. beneficij 16.Maij 1582. coram Illustrissimo Lancellotto,& iterum in vna Regien.beneficij,14.Decemb.1587.coram Illustriss.Pamphilio.

3 Limitatur secundo,vt non procedat,quando præsentatio fuit intra tempus datum ad præsentandum ratificata,Abb.cons.76.nu.3. de iurepatr. Lambertin. quæst.11.art.4. Rocchus in verb.honorificum, quæst. 9.nu.27.Card.in cap.fin. vers. quare de iurepatronat. & Rot.decisio.3.eod.in nou.

RESOLVT. CLIII.

Præsentato,quod remedium competat,casu quo Ordinarius instituere renitet.

1 *Præsentatus (Ordinario non instituente) potest appellare, & quare num.seq.*
3 *Beneficium per obitum præsentati non vacat.*
4 *Præsentatus)Prælato non instituente cum causa)appellare non potest.*
5 *Causa legitima non instituendi præsentatum, quæ dicatur.*

1 REspond. posse præsentatum ab eo appellare, qui potestatem habet instituendi, recusatque sine legitima causa,facit ad hoc text.in c.pastoralis, & ibi glos.verb.appellauerint,& in cap.fin.de iurepatr. & in cap.concertationi,& in c.à collatione de appell. in 6. & Episcopus tenetur huic appellationi deferre secundum gl.in cit.cap.pastoralis,Laderch.in cons.141.post Roland.in cons.22.n.6.& seq.vol.1.Et quod recusante Episcopo instituere præsentatum per patronum possit adiri Superior,qui illi prefiget terminum ad instituendum,quo elapso poterit prouidere,refert decisú Fran.

2 Mar.decis.451.p.1.Ratio huius opinionis,est,quia patrono perseuerante,nec variãte,acquiritur ius presentato ad rem Rota in dec.17,de iurepatronatus in antiquis,Cassad.in dec.18.de præb.Bellam.in dec.167.Lapus alleg.8.n.4.Abb.in c.cum Bertoldus,n.9.& ibi Fel. n.1.& in c.causã,quæ,nu.26.de prescript. de quo latè per Macerat.var.resol.lib.1.resol.9.& 104.n.23.Vnde

3 per obitum præsentati non dicitur vacare beneficium Tanis.in dec.92.Rot.in decis.269.& propterea virtute prefati grauaminis poterit appellare,arg.tex.in l.illud ff.de appell. & maximè, quia præsentato fit iniuria, si non admittitur secundum Menoch.in cons.59. volu.3. Bursat.cons.32.nu.5. & in tali casu poterit appellare, secundum quod voluit Perez.in l.1.tit.6.n.42.

4 Intellexi tamen supradicta procedere quando Ordinarius absq;iusta,& legitima causa recusaret admittere presentatum,tunc enim à prefata non admissione conceditur appellatio, secus enim si legitima adesset causa,glos.in cap.nullus,de iurepatr.Archid.in c.1.85. dist.Gemin.& Franch.in c.1.n.16.& seq.de iurepatr.in 6.& hoc casu superior nec instituere,nec poterit ad id inferiorem cogere,arg.tex.in c.in literis,63.dist.

5 Inter causas vero legitimas cõnumeratur maximè, si præsentatus esset persona indigna, quia vltra quod priuantur patroni illa vice iure præsentandi, Rot. in dec.5.de iure patronat.in nouis,Bellam.in dec.171.& 571.Crescent.in decis.11.de iurepatr.Ioan.de Lignan. in clem.1.eod.tit.Boic.in cap.auditis,de electione,excusatur Ordinarius illum reijciendo, & iuxta hanc opinionem iudicaui in quadam causa mihi delegata.

RESOLVT. CLIV.

Affixio edictorum an sit necessaria in institutione iurispatronatus.

1 *Edicta in institutione iurispatr. sunt necessaria, alias collatio erit nulla,non autem præsentatio.*
2 *Edicta in iurispatr. institutione non sunt necessaria, vbi consuetudo in contrarium viget.*

SVpponatur in facto, quod quidam Episcopus ad presentationem quorundam prætensorum patronorum instituit aliquem ad beneficium absq;affixione edictorum;propterea fuit coram me dubitatũ de viribus prefatæ institutionis,& ego solus iudicaui pro nul-

1 litate: istæ enim literę edictales in materia iurispatronatus sunt magni momẽti,quando quidem non appositis

sitis edictis, collatio, seu institutio annullatur, non ipsa præsentatio Bellam. decis. 611. nec minus quasi possessio præsentandi. c. fin. de elect. quamlicet loquatur in electione, attamen obtinet quoque locum in præsentatione compatronorũ, gl. in verb. electione, Gemin. Franch. Anchar. & reliqui in d. cap. fin. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæst. 6. princ. artic. 17. & 18. Lapus alleg. 8. col. fin. asserens vbique obseruari, atque practicari, Abb. in c. postquam, in 3. not. de electione, Imol. in clem. 2. in verb. præsentare, de iurepatron. & aliter institutus dicitur potius occupator illius beneficij, cap. ex insinuatione, vbi Panor. in 2. not. eod. titul. & idem Abb. Fel. & reliqui in cap. cum Bertoldus, de re iudic. Cravet. cõs. 177. & iuxta hanc opinionem, scilicet præfata edicta esse adeo substantialia, vt institutio ipsa, annulletur ipso iure, pluries fuisse per Rot. Rom. resolutum testatur Caputaq; in dec. 95. p. 1. & in dec. 128. p. 2. idem suo tempore fuisse decisum scribit Card. Put. in dec. 306. lib. 1. & iterum resoluit Rot. teste Crescentio in decis. fin. de iurepatron. Seraph. in decis. 399. & tandem fuit dictum in vna Parmen. beneficij, 28. Nouembris 1586. coram Gipsio, vbi fuit annullata institutio
2 facta ab Ordinario eodem die resignationis, ex quo edicta apposita non fuerunt; verum tamen hoc nõ procederet, si aliud reperiretur de consuetudine illius ecclesiæ, ad quam quis est præsentatus, quia ea omnino deberet attendi, vt fuisse in Rota resolutum refert Bellam. in decis. 620. Viuius in decis. 309. Polid. Ripa in decis. 273. Costa de remedijs subsidiarijs remed. 12. Ant. var. resolut. cap. 108. num. 44.

RESOLVT. CLV.

An institutio facta intra terminum edicti sit nulla.

1 *Institutio facta intra edicti terminum est nulla, & quare.*
2 *Institutio hæc, vt annulletur, duo requiruntur.*

1 IVdicaui pro inualiditate præfatæ institutionis, ex pluribus, tum primo, quia necesse esset, vt literæ edictales expeditæ remaneant affixæ per totum terminum in eis contentum, Clem. 1. & ibi glos. de iudic. Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 6. princ. art. 24. nu. 3. Caputaq. in decis. 95. par. 2.

Tum secundo, propter opinionem illorum qui tenuerunt præfatam institutionem posse annullari per viam attentatorum, vt in specie voluit Calder. in cons. 1. de elect. Fed. de Senis cons. 193. nu. 5. & seq. Sot. cons. 10. nu. 45. Lambertin. d. lib. 2. part. 1. q. 6. princ. art. 12. Borgn. Caualc. in dec. 17. num. 89. & omnes intelligunt istud procedere, si in termino litterarum edictalium fuissent facta institutio, secus vbi literæ edictales essent iam resolutæ.

Tum tertio, quia aliàs censeretur præclusa via opponendi, ad cuius finem fuit adinuenta præfixio termini, secundum Balb. in cons. 196.

2 Tandem animaduertendum est, duo requiri, vt institutio hæc nulla censeatur, primo, quod constet litteras edictales affixas fuisse, & intra terminum competentem iudicis arbitrio amotas Menoch. de arbit. iud. cent. 5. casu 463. n. 3. Surd. cons. 181. n. 36. Lambert. loco cit. art. 24. Sot. d. cons. n. 45. Veral. in dec. 95. par. 2. Ant. resol. 20. n. 10. & seq. Secũdo requiritur, quod si patroni sint certi, debent nominatim, & in specie citari, non per edictum, Viu. in dec. 309. & de Rubeis cons. 153.

RESOLVT. CLVI.

An qui non contradixerit in termino edicti, sit postea audiendus.

1 *Non comparens tempore edicti iuris patron. non est audiendus.*

1 REsponsio est negatiua, tum primò, quia pro hac opinione extat tex. expressus in proprijs terminis loquens in l. si eo tempore, C. de remiss. pign. vbi non comparens in termino (re non integra) post terminum non auditur, ad idem Bal. cons. 191. n. 3. & seq. volum. 1. Surd. cons. 50. n. 4. Mandell. cons. 122. Medic. in decis. 9. post Affl. in decis. 28.

Tum secundo, quia ita voluerunt Oldr. cons. 3. Lambert. cit. tract. lib. 2. p. 2. q. 6. princ. art. 26. Ant. var. res. q. 21. n. 15. & Costa de remed. subsid. c. 12.

RESOLVT. CLVII.

Conditiones adiectæ in fundatione iurispatronatus an sint necessariò seruandæ.

1 *Forma fundationis iurispatronatus est attendenda.*
2 *Patronus quamlibet legem cum Episcopi consensu apponere potest in iurispatr. fundatione.*

1 IN vna Nolana ab eiusdem Ciuitatis Episcopo mihi delegata, circa leges adiectas à quodam fundatore, ego dicebam, formam fundationis attendendam esse, c. verum, de cond. appositis, Lambertin. lib. 1. part. 1. q. 9. princ. art. 1. nu. 1. & ab ea non esse recedendum, scribit Ant. de Butrio in cons. 4. Laderch. in cons. 116. Alban. in cons. 159. Menoch. in cons. 22. vol. 1. & posse
2 patronum quamlibet legem cum Episcopi assensu apponere Franch. Marc. in dec. 473. & 493. part. 1. & præsertim fundari poterit cum reseruatione alicuius rei temporalis, Abb. in c. 1. n. 2. in c. grauis, n. 1. & in c. quaquam, de censibus. Item poterit disponere, quod post mortem vnius Rectoris, alter sit Rector, vt refert iudicatum de Amat. in decis. Rot. Marchiæ 4. Item quod præsentandus sit actu Sacerdos, Farin. in dec. 570. Tandem ad dubium mihi transmissum respondeo, non posse patronum adijcere pactum, seu conditionem in fundatione, per quam ius Episcopale minuitur, & propterea concludo quod cum ipsius Episcopi assensu potest apponi conditio, quod institutio spectet inferiori, secundum Panormit. in c. cum dilectus, not. 4. de consuetudine, Rocch. de iurepatronat. vers. pro eo, quod dicæcesani consen. nu. 25. Lambert. in eiusdem nominis tract. lib. 1. part. 1. q. 9. princ. art. 1. n. 55. & 96.

RESOLVT. CLVII.

An in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum comprehendatur etiam iuspatronatus.

1 *Iuspatronatus in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum comprehenditur.*
2 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*

IN hoc articulo placuit mihi inferere dec. Rot. quæ sequentibus verbis complectitur, & pro opinione negatiua, quod non comprehendatur iuspatronatus, adducitur Inn. in c. ex litteris, n. 2. & ibi Card. q. 11. de iurepatr. Dec. in cap. sedes, n. 3. de rescript. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 13. nu. 4. Lambert. de iurepatron. lib.
1 fi. par. 2. q. 5. art. 14. per totum. Sed contrarium censuerunt Domini, ex quo opinio Inn. non est recepta, vt animaduertit Abb. in d. c. ex litteris, n. 12. & Dec. in c. sedes, loquitur in iuribus ad certum locum restrictis, & eodem modo DD. relati à Couar. vbi supra. Neq; opinio Lambertini est vera, fundat enim se in restrictione, quæ inducitur ex particula illa (mea) quæ nihil facit, vt animaduertit Rebuff. in l. bonorum, de verb. signific. & contrarium tenuit Abb. vbi supra, Dec. in cons. 127. nu. 2. prope finem, vbi de communi, Put. in decis. 351. lib. 2. Ferret. cons. 179. nũm. 2. Non obstat, quòd dictio

(bonorum) sit restricta ad mobilia, & immobilia, quia vlterius processum fuit ad iura, & actiones vniuersas, & ideo cessat obiectum, quod fit appellatione bonorum in contractibus non venire vniuersitatem, vt per Bal. in cons. fi. n. 4. lib. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §.
2 fin. gl. 7. n. 5. venit enim iuspatronatus appellatione iurium vniuersorum, Bald. in cons. 32. num. 3. lib. 1. transit enim cum vniuersitate, d. c. ex litteris, & c. cum seculum, de iurepatron. Bero cons. 66. n. 29. & cons. 78. n. 3. lib. 3. quæ deducuntur contra validitatem donationis & præsentationis reseruata sunt suo loco discutienda.

RESOLVT. CLIX.

An patronus possit bona temporalia ipsius ecclesiæ ministrare.

1 *Patronus, etiam laicus religiosus ecclesiæ bona temporalia ministrare non potest, cum num. seq.*
3 *Patronus habet in bonis ecclesiæ sollicitudinis administrationem.*

REsponsum dedi in hac quæstione in facti contingentia per expressa verba Concil. Trid. sess. 25. c. 9. de reform. cuius sunt, videlicet. *Patroni autem beneficiorum cuiuscumque ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, vniuersitates, collegia quæcumque clericorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum, quorumcumqre beneficiorum, etiam si verè de iurepatronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, nul. latenus, nullaue causa vel occasione se ingerant, sed illos*
1 *liberè Rectori, seu beneficiato non obstante etiam quacumque consuetudine distribuendos dimittant.* Et ita etiam expressè probatur in c. propterea, de iurepatron. vbi patroni non possunt bona temporalia ministrare, & in illis se ingerere, quoniam hoc tantummodo spectat ad Cappellanum, & ita pariter fuit sancitum in Concilio Toletan. cap. 4. Lambertin. 1. par. quæst. 2. princ. art. 15. Abb. & reliqui in c. præterea, n. 3. de iurepatron. Fel. in
2 c. venerabilis, n. 9. & seq. de excep. His addo, quòd laici etiam Religiosi nullam habent de iure facultatem disponendi, se ingerendi de rebus ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, cap. bene, & ibi gl. latissimè 96. dist. cap. non placuit, & tex. in c. laicis, 16. q. 6. facit ad idem tex. in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constit. & cap. cum laicis, de reb. eccl. non alienan. latè Philip. Dec. in c. decernimus, de iud. Vnde Archid. in c. bene 16. q. 6. tenet triplicem esse administrationem rerũ ecclesiasticarum, verùm tamen laicis nullam ipsarum competere, nisi solicitudinis. Et hoc dicebam cõtra Magistrum Andream Barberium Ciuitatis Nolæ, compatronum cuiusdã beneficij, ad quod fui eatenus institutus, qui per 20. annos, & plus dicebat sibi conductum fuisse quoddam territorium illius beneficij, & resiltebat recedere ab illius conductione, dicendo se habere quamdam prælationem in huiusmodi conductione, eo quia beneficium illud fundatum fuit à suis ascẽdentibus, & de ipsorum bonis.

RESOLVT. CLX.

An meretrix possit acquirere iuspatronatus.

1 *Meretrix est infamis.*
2 *Meretrix iuspatr. acquirere potest, & quare.*
3 *Spurius est infamis, & Deo non est amabilis, neque honorabilis hominibus, & iuspatronatus potest acquirere.*
4 *Quilibet rei suæ est moderator, & arbiter.*
5 *Meretrix turpiter agit, non turpiter accipit neque ad restitutionem tenetur.*
6 *Iuspatronatus quare sit honorificum.*

DVbitandi ratio pro conclusione negatiua videbatur, quod ob suam inhonestatem dicitur infamis, taliter, quod ob hoc à dignitatibus, & honoribus remouetur, l. 2. C. de dignitatibus lib. 12. reg. infamis, de reg. iur. in 6. & patronatus esse ius honorificum non dubitatur, iuxta doctrinam gl. communiter receptam in cap. nobis, de iurepatronatus.

2 Cæterum hoc non obstante contrariũ iudicaui, motus ex pluribus, tũ primo quia spurius licet sit infamis, c. si gens 56. dist. vbi Bonifacius inquit, tales filios neq; Deo amabiles, neq; hominibus honorabiles esse; quod
3 etiam voluit Calixtus Pontifex in c. coniunctiones 35. q. 2. dicens infamia eos esse notandos, & infames esse censendos, ad idem l. si fratres, C. de inoff. testam. Thes. in decis. 126. Viu. in decis. 134. & tamen à facultate acquirendi iuspatronatus successione, constructione, vel dotatione non reputantur inhabiles, vt per DD. in c. cum seculum, de iurepatronat. Gemin. Præpos. & Cardin. in c. lege Imperatorũ 10. dist. Rocch. in verb. competens alicui q. 2. post Bal. in cons. 323. colum. fi. vol.... Monald. in cons. 199. n. 6. & seq. vol. 2. Merend. cons. 61. Card. Paleot. in tract. de spurijs, q. 61. per tot.

4 Tum secundo, quia quilibet est moderator, & arbiter rei suæ vulgata l. in re mandata, C. mandati, & iustum est vnicuiq; sua committere, l. nemo exterus, C. de Iudæis, & iniquum est liberis hominibus facultatẽ disponẽdi de reb. proprijs adimere, l. diuus, ff. de iurepat.

5 Tum tertio, quia licet meretrix turpiter faciat, non tamen turpiter accipit, vnde ad restitutionem non tenetur, l. idem quoties, ff. de cond. ob turp. causam, Bal. in cons. 122. Alex. cons. 190. vol. 2. Rocchus loquens in proprijs terminis loco citato, q. 1. col. 2. vnde si meretrix ipsa de meretricio questu facit eleemosinam, seu construit ecclesiam, acquirit tunc absque dubio iuspatronatus, vt per gl. in verbo ex illicitis, & Arch. in cap. non est putanda 1. q. 1.

Tum denique, quia quilibet Christianus est re ipsa capax iurispatronatus, per text. in cap. piæ mentis, & cap. Fulgentius 16. q. 7. & cum mulier quantumcumque meretrix, Christiana nempè sit, meritò igitur ipsius iurispatronatus capax remanet. His addo quod dicunt, Io. And. Ant. de Butrio & Panorm. pro substinenda hac opinione facientes regulam, quod qui potest matrimonium contrahere, & in ecclesia orare, potest, & iuspatronatus acquirere.

Non obstat, quod iuspatronatus sit ius honorificum, vt in rubrica eiusdem tituli dicitur per omnes in eius diffinitione, & infamibus personis non competere, quia (teste Roccho de Curte in d. tractatu) illud inductum quippe est, & conceditur gratiosè principaliter
6 in beneficium ecclesiarum, ne laici ab illarum ædificatione retrahantur, vt notat Abb. in cap. quoniam, eod. tit. glos. singularis, & communiter recepta in cap. cum dilectus eod. & tenuit Rot. Rom. in vna Bononiens. iurispatronatus 13. Ianuarij 1589. coram Illustrissimo Pamphilio.

RESOLVT. CLXI.

An iuspatronatus acquiratur ex augmento dotis.

1 *Iuspatronatus per dotis augmentum non acquiritur, & quando in hoc casu acquiratur, num. seq.*

MVltoties vidi dubitare circa præsentem articulum, verum tamen semper dixi, veriorem opinionem esse, quod non acquiratur, tunc enim dicitur ditari potius, quam dotari ecclesia, quæ tamquam libera, non est redigenda in seruitutem ex solo augmento dotis, secundum gloss. expressam, & communiter receptam in cap. piæ mentis 16. q. 5. in verb. piè, ad med. vers. si quis autem post consecrationem. Dixi

tamen

tamen ad effectum prædictum, necesse esse ecclesiam totam suam dotem amisisse, & eidem nouam dotem dari, Rocchus de iurepatr. in verb. & dotauit q. 3. nu. 3. in fin. fol. 24. vbi dicit, quod ita est tenendum quamuis Abb. & Host. contrarium sequantur, Bero. cons. 21. nu. 26. lib. 1. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 6. art. 1. 4. & 6. Rota diuersor. decis. 457. n. 18. & in decis. 528. num. 2. p. 1. & eadem Rota in vna Placentina parochialis, 14. Iun. 1580. coram Mantica, & iterum in vna Sarzanen. beneficij, 14. Ianuarij 1599. coram Illustris. Mellino, & tandem in vna Campsan. iurispatronatus, 5. Iulij 1589. coram Licta, ex quibus omnibus desumitur conclusio, quod qui ex noua dotatione prætendit acquirere iuspatronatus debet docere dotem primam fuisse redactam de esse ad non esse, vt voluit etiam eadem Rota in vna Lucana Decanatus, 22. Martij 1577. coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Perusina de confinio, 3. Decembris 1576. coram Illustrissimo Aldobrandino, ita vt ecclesia egeat noua consecratione, vel noua dote, Rocchus de iurepatronatus, in verbo construxerit, n. 12. q. 8. & Rota in d. Campsan. iurispatronatus.

Est tamen notandum, quod iuspatronatus ex augmento dotis, etiam concessum à Papa à quadraginta annis citra, subijcitur examini, & reuisioni Ordinarij, vt probatur in Conc. Trid. cap. 9. sess. 25. concessum vero ante annos quadraginta à confirmatione Concilij, non subiacet dictæ reuisioni, sed firmum remanet Gabr. cons. 195. lib. 1. & ita censuit sacra Congregatio, & tenuit pluries Rota, & signanter in vna Lucana Canonicatus 24. Maij coram Bubalo, & iterum in vna Rapollen. iurispatron. 19. Ianuarij 1594. coram Mantica, & tandem in vna Valentina de Carlettis 4. Maij 1601. coram Lancellotto.

RESOLVT. CLXII.

An iuspatronatus ex priuilegio reuocatum censeatur.

1 *Iuspatronatus ex priuilegio sublatum censetur, & quando etiam ex priuilegio non censeatur sublatum, n. 5.*
2 *Iuspatronatus concessum ad instar iurispatron. fundationis, & dotationis dicitur ex priuilegio, & per consequens sublatum.*
3 *Immemorabilis iuripatr. ex priuilegio non suffragatur.*
4 *Iuspatron. ex concessione, & Episcopi priuilegio competere potest.*

REsponsio est affirmatiua, vt probatur per expressa verba Concilij Trident. sess. 25. de reform. c. 9. vers. reliqui, super quo extat declaratio Sacræ Congregationis, quæ sic ait, *Ex hoc versiculo dubitatū fuit, an patronatus ex priuilegio conferri debeant sublati, & Congregatio die 14. Decembris 1581. & 1586. censuit esse ablatos patronatus ex priuilegio, non autem ex fundatione, vel dotatione.* Iuxta quam opinionem pluries tenuit Rota Romana, & signanter in vna Comen. iurispatronatus 8. Iunij 1601. coram Seraphino, & iterum in vna Cassanen. beneficij 4. Iunij 1578. coram Bubalo, & in vna Valentina Cappecuriæ coram Blanchetto, & in vna Auximana iurispatronatus 2. Maij 1595. coram Corduba, & tandem in vna Albanen. iurispatronatus, 26. Nouemb. 1598. coram Orano.

Amplia procedere etiam si in priuilegio habeatur, iuspatronatus competere ex priuilegio, sed quod habeatur, & reguletur perinde, ac si competeret ex vera, & reali fundatione, & dotatione, nam non ideo desinit esse ex priuilegio, cum illa qualitas insit in priuilegio, ita resoluit Rota in vna Placentina parochialis de Mirabel. 19. Ianuar. 1594. coram Orano, de qua decis. meminit Gonzalez super regula 8. Cācell. gl. 18. nu. 97. Cardin. Puteus decis. 322. libr. 1. & in decis. 308. libr. 3. Mohedanus decision. 11. de iurepatronatus.

Amplia secūdo etiam si in priuilegio dicatur, quod sit eiusdem prorsus naturæ, & roboris, ac si ex dotatione, & fundatione competeret, cum sit ad instar, & non propriè ex fundatione, & dotatione, Gonzalez gl. cit. 18. n. 102. Rota in vna Cordub. 20. Nouembr. 1566. coram Io. Aldobrandino, iuxta quam opinionem censuit Sacra Cōgregatio Concilij per hæc verba, *Patronatus, qui fuerint concessi, vt essent eiusdem prorsus naturæ, roboris, &c. cuius iuspatronatus laicorum, & nobiliū, Regum, ac si ex fundatione, & dotatione forent, Congregatio censuit censere sublatos, quia cum sint ad instar, & propriè Regum, nec ex fundatione, ideò non comprehendi sub exceptuatis.*

Amplia tertio, vt in præsenti casu non profit immemorabilis, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij dict. cap. 9.

Amplia quarto, vt nec possit pariter competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, cap. 2. de reb. eccl. non alien. in 6. Rocchus, in verb. pro eo, quod de diœcesani consensu, nu. 34. Stafileus de literis gratiæ, titul. de modo impetrandi §. 1. Lamb. 1. p. lib. 1. q. 10. art. 4. & tenuit Rota in vna Nolana cappellæ, 19. Ianuar. 1594. coram Arigonio.

Suprapositam principalem conclusionem limita nō procedere in priuilegijs concessis ex causa onerosa, vt fuit resolutum in vna Valentina parochialis 30. Ian. 1581. Rota diuersor. 687. p. 1. & in decis. 269. p. 2. & iterum eadem Rot. in vna Patauina patronatus, 23. Ianuarij 1590. coram eod.

RESOLVT. CLXIII.

Iuspatronatus quando dicatur ecclesiasticum, & quando sæculare.

1 *Priuilegium cōcessum hospitali Diuæ Mariæ Annūciatæ.*
2 *Iuspatronat. tunc dicitur ecclesiasticum, quando de bonis ecclesiasticis est erectum, & laicale de proprijs bonis.*
3 *Iuspatronat. relictum Confraternitatibus, laicale etiam dicitur.*

MAgistri Hospitalis D. Mariæ Annunciatæ de Neap. obtinuerunt à Summo Pontifice, vt de
1 relictis eidem Ecclesiæ pro Missis celebrandis constituantur quatuor cappellani, qui præfato oneri Missarum incumberent, & constituantur ad presentationem ipsorum Magistrorum, fuit dubitatum in curia Archiepisc. an præfatum iuspatronatus censeatur ecclesiasticum, an verò laicale, ego dicebam fuisse ecclesiasticum, quia vt tale dicatur, necesse est, quod competat personæ ecclesiasticæ ratione suæ ecclesiæ, Paris. cons. 128. vol. 4. Roland. cons. 191. num. 10. vol. 1. Tusch. practic. concl. concl. 619. Vgolin. de potestate Episcopi c. 51. Zerol. in prax. in verb. iuspatronatus, nu. 2. Vnde licèt præfati Magistri essent laici, nihilominus de rebus
3 ecclesiæ fundauerunt patronatus, propterea censendū est ecclesiasticum, & sic attenduntur bona ex quibus fundatur, non autem persona fundatoris, vt in simili dicitur de iurepatronatu erecto à clerico de proprio patrimonio, quod dicitur laicale, Achill. de Grass. in decis. 1. de iurepatronat. Crescent. in decis. 9. eodem titul. & dicit Mohed. in decis. 9. de iurepatron. quod iuspatronatus dicitur laicale, si fuerit à clerico erectum de bonis proprijs, & laici reperirentur in possessione, vt voluit etiam Crescent. in decis. 3. eod. tit. Put. in dec. 228. lib. 2.

3 Supradictis accedat, quod iuspatronatus Confraternitatibus relictum, dicitur laicale, etiam quod sit sub nomine alicuius Sancti, nisi sit fundatum de bonis ecclesiasticis, prout in casu nostro Rota diuers. in decis. 574. num. 7. part. 1. vbi sub num. 8. ampliat procedere

dere etiam si in tali Confraternitate sint aliquæ personæ ecclesiasticę, dummodo non sit contemplata persona ipsorum.

RESOLVT. CLXIV.

Patrono inopi an debeantur alimenta.

1 *Alimenta debentur patrono iurispatron. vrgente ad inopiam, cum ampliat. & limit.*

INter vtilitates prouenientes ex fundatione iurispatronatus principalior videtur, vt patrono ad inopiam redacto debeantur alimenta, & ita in casu de quo agitur, in Curia Boiani iudicaui ex doctrina Abb. in cap. nobis, vbi cœteri de iurepatron. cap. quicumque, 16.q.7. hæc enim obligatio est naturalis, vt benefacienti cum eguerit beneficiamus, l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petit. & ita decisum refert Seraphin. in decis. 668.

Amplia, vt debeantur præfata alimenta, etiam si dos donata perempta fuerit, Pau. de Cittadin. in tract. de iurep. art. 4. q. 9. n. 17. post Bald. in l. fin. nu. 9. C. de iure emphyt. Lambert. lib. 3. q. 3. princ.

Amplia secundo, vt debeantur alimenta etiam pro tempore præterito, Bartol. in l. diuortio, n. 3. ff. sol. mat. Bald. in l. fi. §. sed quia nostra, n. 5. C. commun. del. Dec. in l. de alimentis, C. de transact. Soccin. consil. 37. n. 37. vol. 4 Marta decis. 41.

Amplia tertio procedere etiam si patronus donauerit iuspatronatus, nam poterit hæc alimenta ab eo cõsequi, quem ante donationem præsentauerat, quia ius alimentandi nunquam censetur donatum, cum cohæreat personæ patroni præsentantis inseparabiliter, secundum Panorm. in cap. præterea de sepult. Lambert. in 3. q. princ. art. 13. lib. 3.

Limita nunc dupliciter, primo quando non esset probata summa patronorum egestas, cum sit necessaria ad finem obtinendi alimenta, c. quæcumque, vbi glos. in verb. ad inopiam, vers. istud autem, 16. q. 7. & c. nobis de iurepat. Bald. in l. fin. in fin. C. de reuoc. don. Corn. in l. si quis à liberis, §. solent, num. 20. & 25. ff. de lib. agnosc.

Limita secundo, vt non debeantur præfata alimenta iuxta qualitatem patroni, vt fuisse in Rota decisum testatur Farinac. in dec. 594.

RESOLVT. CLXV.

Patrono contempto, nihil esse faciendum per Ordinarium in beneficio iurispatronatus.

1 *Iuspatronatus inaudito patrono non est conferendum, quod non procedit in Summo Pontifice, n. 4.*
2 *Permutatio facta ab Ordinario iurispatron. laicalis annullari potest.*
3 *Collatio, & institutio facta absque præsentatione patroni, est nulla, non autem quando non contradixit.*

IN quampluribus causis fuit discussum, atq; controuersum circa præsentem articulum, & semper dixi,
1 nihil attentandum esse, inaudito patrono; qua propter permutatio facta per Ordinarium de beneficio spectãte ad præsentationem laici patroni (ipso contempto, & non vocato, poterit annullari, quamuis non sit nulla ipso iure, vt per Guid. Pap in decis. 374. Franc. March. in dec. 240. nu. 4. par. 1. Bellam. in decis. 177. & 181. intelligendo, vt debeat annullari per sententiam, si patronus eius contemptum prosequatur intra tempus, in quo præsentare poterat, idem Bellam. in decis. 181. & 751. Papon. lib. 3. tit. 9. arrest. 3. Crauet. cons. 153. & Cappell. Tholos. in decis. 107. & de modo impugnandi prouisiones factas in præiudicium patronorum, vt reparentur vide per eundem lib. 3. tit. 9. arrest. 1.

Item dicebam, collationem, atque institutionem factam per mortem, vel resignationem absq; consensu patroni esse ipso iure nullam, idem Guid. in decis. 374. Mohed. in decis. 268. & 326. Bellam. in decision. 128. Franch. March. in dec. 474. 482. 493. & 1140. p. 1. licèt consensus patroni superueniens conualidet ipsam collationem secundum Boer. in cons. 34. Dec. in cons. 117. & 678.

Idem dicendum est in resignatione, quamuis infra quatuor menses à patrono non fuerit contradictum, Put. in dec. 312. lib. 2. & in dec. 181. lib. 1. tamen in possessorio prouisus absque consensu patroni, & eo contempto, debet obtinere contra ipsum patronum, vel ipsum præsentatum, Papon. lib. 3. tit. 9. arrest. 2.

3 Et quod collatio facta sine patroni præsentatione sit nulla, vide Roland. cons. 47. volum. 1. Guid. Pap. singul. 828. Curset. singul. 1. Abb. q. 5. num. 7. Limita quando patronus non contradixit, quia tunc esset valida collatio, secundum Casad. in decis. 2. de locat. Limita se-
4 cundo in Papa, nam eius prouisio de beneficio iurispatronatus clerici, & laici simul, valet etiam patrono laico non vocato, Rot. in decis. 46. de concessione præbendæ in antiquis.

RESOLVT. CLXVI.

Tempus præsentandi à quo die currat.

1 *Tempus præsentandi à die scientiæ currit, ita in praxi, & quare.*

IN Curia Auersana coram Illustrissimo Domino meo fuit dubitatum, quænam opinio esset seruanda circa præsentem articulum, stante varietate decis. Rotæ, dicebant, quod quamuis olim in Rota seruabatur, vt patronis curreret tempus ad præsentandum à die vacationis, & non à die notitiæ, vt per Rot. in dec. 1. de iurepatronatus, Cœterum hodie contraria est tenenda opinio, & in praxi sequenda, quæ ex pluribus fundari poterit.

Tum primo, quia in omni materia, quantumcumque leui, tempus non currit ignoranti, text. est in proprijs terminis in l. 2. C. qui admitti, Baldus cons. 199. n. 3. & seq. vol. 1. Alex. in cons. 13. vol. 1. Dec. in cons. 479. n. 5. vol. 2. Abb. & communiter omnes in cap. quia diuersitatem, de concessione præb. & in c. fin. vbi Ant. de Butrio, & Anan. de electione, Afflict. in decis. 128. Mendic. in decis. 9.

Tum secundo, quia etiam tempus quatuor mensium, quod Ordinarijs conceditur ad conferendum beneficia Rot. in decis. 263. in nouis. Iafred. in decis. 13. Rota diuersorum in decis. 481. par. 1. non currit nisi à die scientiæ, vt fuit in Rota resolutum in vna Toletana beneficij 28. Nouembris 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 380. Rot. in dec. 7. de præbend. in antiquis. Intellige quando ignorantia esset verisimilis, alias curreret, vt per Achil. de Gras. in dec. vnica, de supplenda negligentia prælatorum.

Tum denique, quoniam hodie hæc opinio seruatur in Rota, vt patet ex allegatis per Caputaq. in dec. 248. part. 2. Card. Puteus in decis. 6. de præbendis, Seraph. in decis. 1380. part. 1. Rot. in decis. 13. de iurepatron. in antiquis, & in vna Signina iurispatronatus, 22. Iunij 1596. coram Orano fuit in Rota resolutum, quod si impetretur beneficium de iurepatronatus laicorum per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, ob non factam præsentationem intra tempus à iure statutum; non valet impetratio, nisi probetur scientia certa, & indubitata patroni vocationis beneficij.

Cuius dec. nulla alia ratio reddi poterit, quia tempus non

pus non currit ignoranti, vt supra diximus, & maximè procedere in tempore præsentationis testatur Gaballin.milleloq.152.vbi alios allegat.

RESOLVT. CLXVII.

Patronus an possit variare.

1 *Patronus iurispat.laical.ante institutionem variare potest alium cumulatiuè præsentando, secus ecclesiasticus.*
2 *Patronus sæcularis potest variare, sed à prima præsentatione absque causa non potest.*
3 *Patronus secularis non potest variare, lite pendente, nec secundo.*

IN Curia Calatiæ fuit coram me dubitatum, si potuissent quidam patroni variare; dicebam, quod si erant laici poterant ante institutionē Episcopi, & aliū successiuè præsentare accumulando, quod non possunt facere patroni ecclesiastici, cap. quod autem cap. cum autem, & cap. pastoralis, vbi DD. de iurepatr. latè Guttierez de iuramen. confirmat. par. 3. cap. 13. Spinus de testam. glos. 4. num. 73. Zauallus comm. contra com. mun. q. 265. & 693. Rot. in decis. 16. de renunciat. in antiq. Cauale. in decis. 17. num. 87. de contractib. p. 2. Cravet. cons. 63.

Et Rota in vna Bononien. parochialis, 24. Novembris 1593. coram Litta iudicauit, quod patroni laici possunt in præsentatione variare, & alium præsentare cumulatiuè, sed non possunt recedere à prima præsentatione sine causa.

3 Limita primo, vt non possit variare, neque per viam accumulationis, lite pendente, Calder. in cons. 1. vt lite pend. Rocch. in verb. honorificum, quæst. 23. post Lambert. 1. par. 2. lib. q. 6. art. 12. Crescent. in dec. 10. de iurepatron.

Limita secundo, vt semel tantum, & pro prima vice censeatur permissa, Calder. in cons. 16. de iurep. Prob. ad Monachum, in c. cum in illis, n. 18. de præb. Nauar. in c. placuit, n. 66. de pœn. distin. 6. Gomez in c. cum in multis, n. 35. de rescrip. in 6.

RESOLVT. CLXVIII.

An præsentatio, & institutio contra formam fundationis sit nulla.

1 *Præsentatio, & institutio contra fundationis formam est nulla, num. 6.*
2 *Forma priuilegij, & contractus, legem eisdem tribuit.*
3 *Præsentatio est vnus iurispatr. effectus.*
4 *Beneficiatus non beneficiato præferri debet.*
5 *Formæ omissio in iurispatr. fundatione præscripta, præsentationem annullat.*
7 *Cappellanus prout est in fundatione, ita satisfacere debet.*
8 *Præsentatio, & institutio contra formam fundatoris cum consensu patroni est valida pro vna vice.*

1 REsponsio est affirmatiua, ratio verò est à priori, quoniam lex posita in fundatione inducit formam, cuius omissio vitiat actum, cap. quæritur, §. Episcopum, 22. q. 2. Fel. in c. cum dilecta de rescrip. Gram. in dec. 79. Viu. in dec. 335. & forma priuilegij, & con-
2 tractus dat legem priuilegio, & contractui, c. porrò, & c. accepimus, de priuileg. Abb. & alij in cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. Cur. sen. in consil. 48. Cephal. consil. 480. & 598. col. 2. vol. 4. Brun. cons. 52. & Viu. in
3 dec. 336. & maximè attendi debet, cum præsentatio sit vnus ex effectibus iurispatronatus Seraph. in decis. 457. & in prouisione iurispatronat. forma contenta in fundatione seruari debet, & conditiones in ea appositæ sunt custodiendæ diligenter, vt resoluit Rota in vna Cæsaraugustana cappellaniæ 16. Martij 1587. coram Illustrissimo Seraphino; hinc est, quod concessio iurispatronatus facta sub conditione augmenti reddituū, inducit formam, Rota in vna Paduana iurispatronatus, 31. Maij 1591. coram eodem, & in beneficijs iurispatronatus, in quibus certa forma in fundatione apposita est seruanda, non habet locum regula, quod nō
4 beneficiatus beneficiato præferri debeat, idem Seraphin. in decis. 774. & Rot. in vna Vlixbonen. prioratus, tenuit conditiones appositas, in translatione iurispatronatus esse ad vnguem seruandas, vt patet in
4 dec. eiusdem 1414. & quod omissio formæ in fundatione iurispatronatus præscripta, ipsam præsentationem annullet, tenuit Rot. teste eodem Seraph. in dec. 1270. Franch. March. in dec. 493. & 1133. p. 1. Cravet. in consil. 153. Cacher. in cons. 191. nu. 13. & seq. & idem Aymon. in cons. 65. num. 5. hinc est, quod si in fundatione fuerit apposita conditio, quod præsentaretur ad ecclesiam persona de genere fundatoris, omninò adimpleri debet, idem Franc. Marc. in dec. 1152. & 1154. p. 1. & adeo hoc verum est, quod Farinac. in decis. 582. scribit Rot. præsentationem factam de extraneo con-
6 tra voluntatem fundatoris, qui beneficiū consanguineo, & descendenti à se conferri voluit, non admisisse, per tex. in c. decernimus, 16. q. 6. c. illud, vbi Abb. & alij de iurepatr. Mohed. in decis. 268. Card. Puteus in decis. 11. de iurepatronatus, & ita consuluit Socc. in cons. 30. nu. 4. lib. 3. Quibus omnibus addo, quod Cappellanus
7 non potest satisfacere oneri iuncto alibi, quam in limine fundationis, fuit dictum, vt per Grass. in cons. 4. de præbendis, lib. 2.

Cæterum supradictis minimè obstantibus, in causa Nolana mihi delegata iudicaui contrarium, scilicet
8 posse Episcopum pro vna vice tantum de consensu patroni instituere non habentem requisita per fundatorem, latè Fel. in c. cum accessissent, col. 8. de constit. Mohed. in dec. 1. de iurepatr. Bellam. in decis. 179. Crescent. in decis. 7. cit. tit. His addo quandoquidem permitti, à lege fundatoris recedi, prout in casu dec. Caputaq. 364. d. 2. vbi præsentatio facta per duos ex trib. patronis, valet, licèt in fundatione caueatur, quod non valeat, nisi facta fuerit ab ipsis tribus.

RESOLVT. CLXIX.

An iuspatronatus acquisitum sibi, fratribus, & eorum hæredibus, competat etiam sorori.

1 *Iuspatr. concessum sibi, fratribus, & hæredibus etiam sorori competit, & quare.*
2 *Iuspatronat. non solum masculis, sed etiam fœminis competit.*
3 *Iuspatr. hæreditarium in mulieribus etiam transit, tam ex testamento, quàm ab intestato.*
4 *Iuspatronat. relictum consanguineis, seu de parentela, familia, & genere, nuptis fœminis ex illis descendentibus competit.*
5 *Vxor de familia dicitur viri.*

1 IN præsenti puncto iudicaui pro opinione affirmatiua, quia soror venit appellatione fratrum l. fratres C. de inoff. testam. l. tres fratres, vbi gl. ff. de pactis, Bar. Bald. Castrens. & Ias. in l. Lucius, §. quæsitum, ff. de legatis 3. Castr. in cons. 427. vol. 1. Abbas cons. 36. par. 1. quod procedit etiam si ab homine nomen fratris proferatur, Dec. in l. fœminæ, n. 122. ff. de reg. iur. & Alex. cons. 85. vol. 4.

2 Et iuspatronatus competere, tam masculis, quàm fœminis testantur omnes communiter in Clem. 2. de iurepatr. Viuius comm. opin. 608. & fuisse in Rota decisum scribit Cassad. in decis. 1. de iurepatr. & fœmina potest fundare ecclesiam, constituere, & dotare, Abb.

in cap.

in capit.fin. & ibi Addentes de conceſſ.præb.& in c.ex litteris,& c.cum ſæculum,de iurepatronatus, Rota in deciſ.10. de iurepatronatus, in nouis, quinimò iuſpatronatus hæreditarium etiam in fœminas hæredes trãſit ſecundum Dec.in conſ.127.n.3.in fine,Rolan. conſ. 47.n.7.vol.1.Pariſ.conſ.48.n.5.vol.1. & hoc tam ſi eſſent hæredes ex teſtamento,quam ab inteſtato gloſ.in clem.fin.& ibi Card. q.6. de iurepatron. immo iuſpatronatus relictum conſanguineis, ſeu qui ſunt de genere,parentela, domo,ſeu familia competit etiam fœminis nuptis deſcendentibus ex illis,Gab.in conſ.105. lib.1.Molin. de Hiſp.primog.lib.3.c.4.Velaſq.in l.tauri 40.gl.9.n.14. reiecta opinione Guttier. contrarium ſentientis in conſ.3.n.6. nec in hoc caſu habetur ratio ad dec.Teſſ.123.vxorem dici de loco.& familia viri,& ipſam eſſe principium,& finem familiæ, ad text. in leg. pronunciatum,§.familiæ,ff.de verb.ſign.

4

RESOLVT. CLXX.

Præſentare an poſſit patronus mortuo vno ex præſentatis lite pendente vel cedente.

1 *Patronus,mortuo vno ex præſentatis (lite pendente, vel cedente)alium præſentare non poteſt.*
2 *Præſentatio facta poſt rem iudicatam,lite pendente ſuper reſtitutione in integrum non tenet.*
3 *Diſpoſitio text.in cap.1.vt lite pend.procedit, tam in vacatione naturali,quàm ciuili,& quando non procedit. num.5.*
4 *Patronus lite pendente,variare non poteſt.*
6 *Patronus poteſt alium præſentare, lite pendente, vno defuncto,quando lis eſt inter alios.*

COntingit multoties dubitari an diſpoſitio tex. in c.1.vt lite pendente,quæ vult,quod lite pendente,vno ex electis mortuo, vel cedente,non poteſt alter eligi,locũ ſibi vendicet in præſentatione, & licet magna ſit ſcribentium controuerſia, communior tamen
1 opinio eſt pro affirmatiua,vt per Io: Andr. Franch. & alios in d.cap.1.Calder.conſ.1.cit.tit.Lapus alleg. 22. & Mandoſ.ad eumdem,qui nuncupat pariter hanc eſſe cõmunem in alleg.122. lit.H. Gomez in reg.de ſubrogatione litigantium,q.6. & 13. Rot. diuerſ. in deciſ. 442.nu.6.p.1.& fuit per eamdem Rotam reſolutum in vna Zamoren.beneficij de Morales,30. Maij 1586. coram Orano,vbi fuit dictum,quod lite inter præſentatos pendente,alteroque ex litigantibus defuncto, patrono non permittitur ſine vitio attentatorum, alium præſentare,& iterum fuit deciſum in vna Cappellaniæ Salamant.20. Nouembr.1592. coram Illuſtriſſimo Pãphilio, vnde eadem Rota in vna Pampilon. parochialis 13.Ianuarij 1591.coram eodem reſoluit,quod præ-
2 ſentatio facta poſt rem indicatam,pendente lite ſuper reſtitutione in integrum non ſuſtinetur.
3 Cuius tex.diſpoſitionem procedere,ac locum habere,tam in vacatione naturali,ſcilicet per obitũ, quam in ciuili,puta per reſignationem,vel aſſequutionem alterius beneficij ſcribunt Gonſalez gl.51.n.212.Garz. de beneficijs p.5.c.9.& iuxta præfatam opinionem iudicauit Rota Romana in vna Valliſoletana Scholaſtriæ 17.Iunij 1602.coram Illuſtriſs.Lancellotto.
4 Ampliatur ſecundo, vt neque patronus laicus, lite pendente, variare poſſit,Milis in ſuo aureo repert. in verb.patronus,Aymon.conſil.63.n.3. Couarr.practic. q.cap.36.num.7.verſ.3. Lancellott. de attent. c.4. nu. 560.& fuiſſe deciſum teſtatur Creſcent.in deciſ. 10. de iurepatronatus.

Cæterum ſupradicta diſpoſitio c.1.& 2. vt lite pen-
5 dente, limitatur primo, quando ſuperſtes collitigans præſentaretur,ſeu prouideretur ab Ordinario, quia tunc ceſſat ratio per d.c.aſſignata, ſcilicet,ne propter nouos aduerſarios litigia prorogari contingat,ſecundum Pariſ.conſ.30.n.4.lib.4.Gabriel de iudic. concl.4. n.42.Franch.in d.c.2.nu.6. in gloſ.penult. & ſequuta eſt Rota in vna Mediol. iuriſpatronatus, 23. Ianuarij 1596. coram Mantica.

Limitatur ſecundo, & intellige procedere, quando lis penderet inter duos præſentatos à diuerſis patronis, nam tunc non eſt licitum variare, nec vno defun-
6 cto poteſt alius præſentari,ſecus autem, vbi lis verteretur inter alios, quia tunc non prohibentur patroni præſentare, alias ſequeretur,quod poſſet de facili impediri patronus, introducendo litem ſuper beneficio, vt fuit in Rota reſolutum in vna Bergonten.cappellaniæ,19. Iunij 1579. coram Bubalo,de nonnullis limitationibus ad hanc materiam pertinentibus, vide Caſſad.in dec.4.& 5.& in deciſ.3.vt lite pendente.

RESOLVT. CLXXI.

Patroni an poſſint ſeparatim præſentare.

1 *Patronus poteſt ſeparatim præſentare,quando iuſpat.ſpectat ad plures vti ſingulos,ſecus autem ſi iure collegij: & quid vbi adeſt ſtatutum,vel conſuetudo viget in contrarium,num.2.*
3 *Maior pars patronorum præfertur in iurepatr.*
4 *Iuſpatronatus tranſit inſolidum ad omnes hæredes.*

SVpponatur in facto præſentationem cuiuſdam patronatus ad plures patronos ſpectare; fuit dubitatum coram me in quadam cauſa delegata,an præſentatio ab vno ipſorum facta ſeparatim ſubſtineatur,
1 ego dixi, quod vbi plures ſunt patroni poſſunt ſinguli ſeparatim præſentare,alijs non requiſitis,quando iuſpatronatus ſpectat ad eos vti ſingulos, vt in dubio præſumitur, & non vti vniuerſos, & iure collegij, ita Io.Andr.in c.quoniam de iurepatronatus,Abb.in conſil.76.p.2.Aymon.Crauet.in conſ.63.num.1. Cæſar de Graſſ.in deciſ. 1. de iurepatron. & tenuit Rota in vna Legion. cappellaniæ, 6. Iunij, & 5. Decembris 1565. coram eodẽ,Rota in vna Caſalen.parochialis,2. Martij 1584. corã Robuſterio, & in vna Calaguritana beneficij 10.Iunij 1588.& 16.Maij 1591.corã Comitulo tenuit, præſentationem pertinentem ad beneficiatos vti ſingulos,non vti vniuerſos,vt in dubio præſumitur poſſe fieri à ſingulis diuiſim, nec eſſe neceſſariam vocationem patronorum; quam ſententiam iterum amplexa eſt eadem Rota in vna Piſtoren. beneficij, 17. Februarij 1574. coram Clemente Octauo tunc Auditore.

Limita tamen præfatam concluſionem non procedere,quando vigeret ſtatutum,vel in loco reperiretur
2 inducta conſuetudo, per quam plures patroni ſoliti eſſent ſimul conuenire ad præſentandum, Rot.in vna Calaguritana beneficij de Aranquiz 11. Decembris 1591.coram Illuſtriſſimo Pamphylio.

Vnde pro corroboratione principalis dubitationis adduxi deciſ.Cæſaris de Graſs.2.de iurepatronat. vbi præſentatio facta ſeparatim à cõpatronis valet,quando ius præſentandi eis competit tanquam ſingulis, nõ autem iure collegij: coadiuuatur vlterius,quod vbi sũt
3 plures patroni, maior pars præfertur, ſed vbi ſunt æquales,debent concordare,Franc.Marc.in dec.119.p. 1.hinc Crauet. in conſ.63. tenuit, quod ſufficiat conſenſus maioris partis præſtitus ſeparatim; tandem facit,quod iuſpatronatus tranſit ad omnes hæredes inſolidum,de Franch.in dec.85.

Conſen-

RESOLVT. CLXXII.

Consensus patroni an requiratur in alienatione terræ patronatus.

1 *Patrono potest præiudicari, cũ bona iurispatr. absque suo consensu alienantur.*
2 *Patronus cogi potest de suo contribuere in defectum pro Ecclesiæ refectione.*
3 *Consensus patroni in alienatione terræ iurispatr. non requiritur, & quare.*
4 *Interesse de præsenti, non casus aduersæ fortunæ est inspiciendum.*

FVi assumptus in Iudicem in Curia Episcopali Nolana, & dum me accingerem pro decidenda causa; dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua, quia
1 ex hac alienatione posset patrono præiudicari, cũ eius interst bona conseruari pro Ecclesia patronata, nedum respectu alimẽtorum, quæ ei deberi possent, si indigeret, cap. nobis, de iurepatr. latè Milis in suo aureo repert. in verb. patronus, verũ etiam quia in defectum, cogeretur de suo cõtribuere Parocho ad refectionem
2 Ecclesiæ, secundum Panorm. in cap. ad audientiam, de Eccles. ædific. Sayr. in decis. 1. eod. tit. Valasc. in decis. 103. Cappell. Tholos. in decis. 498. & Cassad. in decis. 3. num. 2. de iurepatron.

Item honorabilius ius cõpetit patronis in pinguiori Ecclesia, & aliàs honor est commodo præferendus, l. Iulianus, ff. si quis omissa caus. testament.

3 Cæterum prefatis minimè obstantibus iudicaui cõtrarium ex pluribus, tum primò, quia ius patronis ad actum præsentationis limitatum est, & etiam opponendi, se, si res Ecclesiæ dissipentur, aut absque iusta causa distrahantur, secundum Innoc. in rubr. nu. 1. & in cap. nobis, de iurepatronat. & est tex. in cap. filijs, 16. q. 7. Innoc. & Abb. in cap. vnio, vt Eccles. beneficia. Bartol. in §. 1. in princip. in auth. de alienat. emphyt. Rocchus de iurepatron. in verb. honorificum, num. 10.

Tum secundo, quia nullo iure hoc cautum reperitur, secundum Anchar. in cons. 122. ex narratis in facto liquet, col. pen. Menoch. in cons. 161. nu. 4. volum. 1. Burs. cons. 124. volum. 1. Bombin. in cons. 13. & 44. latè Henriq. cons. 91. num. 16.

Tum denique quia iuxta hanc opinionem iudicasse Rota Romana testatur Cassad. in dec. 3. de iurepatron.

Non obstant contraria, quia respondetur, quod solum debet inspici interesse de præsenti, non autem casus aduersæ fortunæ in futurum, l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. Dec. cons. 177. Rimin. cons. 122. Artam. in cons. 191.

RESOLVT. CLXXIII.

Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.

1 *Iuspatr. de per se vendi non potest, sed cum vniuersitate, declara pront in num. 8.*
1 *Iuspatron. cum hæreditate vendita transit, & quare.*
3 *Iuspatr. per donationem omnium bonorum transit.*
4 *Iuspatrpn. transit in fideicommissarium vniuersalem.*
5 *Iuspatr. in vxorem vsufructuariam omnium. bonorũ trãsit, & præsentatus ab ipsa, præsentato ab hærede præfertur.*
6 *Vsufructuarius omnium bonorum hæredi æquipollet.*
7 *Iuspatr. de per se nõ cõfiscatur, secus si est cũ vniuersitate.*

1 COmmunis, & recepta est omnium sententia, iuspatronatus de per se, vti annexum spiritualitati, vendi non posse, cap. decernimus, de iudicijs, & cap. quanto, & cap. de iure, de iurepatr. verum cum vniuersitate bonorum transire fatentur omnes, per illum tex. in cap. ex literis, de iurepatr. & in cap. cum sæculum. huius tituli, Lamber. 2. par. 1. lib. q. 5. per totam, Tiraq. de primogen. q. 36. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 13. Roch. in vers. ipse, vel is q. 23. Paul. de Cittad. in eiusdem nominis tractat. q. 9. par. 3. Ex qua conclusio-
2 ne infero primo, cum hæreditate vendita transire iuspatronatus, Felin. in cap. causam, quæ, num. 8. de præscript & in cap. cum Bertoldus in fin. de re iudic. Ratio est, quia hæreditas est ius vniuersale, l. hęreditas, ff. de pet. hæred. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Lucana iuspatronatus, 6. Nouembris 1598. co-
3 ram Licta, quemadmodum transfertur etiã per donationem omnium bonorum, vt fuisse decisum in Rota, testatur Seraph. in decis. 725. Item transfertur in fideicommissariũ vniuersalem, Rota in vna Aretina Capellaniæ 13. Iunij 1584. coram Bubalo: His accedat etiã, quod resoluit eadem Rota in vna Alexandrina beneficij 29. Martij 1590. coram Illustriss. Mantica, vbi fuit dictum, iuspatronatus transire in vxorem relictam,
5 vsufructuariam omniũ bonorum à suo marito, taliter quod præsentatus ab ea, præfertur præsentato ab hærede, nam vsufructuarius omnium bonorum æqui pol-
6 let hæredi vniuersali, l. fin. de vsufr. l. & facit decis. Gui-
7 do Papa decis. 340. Tandem facit quod iuspatronatus de per se non confiscatur, sed si esset cum vniuersitate feudi, aut villæ, confiscaretur confiscato feudo, c. cum sæculum, vbi DD. omnes de iurepatronat. Bart. in l. si finita, §. de vectigalibus, ff. de damno infec. Ias. in l. 2. in princip. C. de in ius vocand. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in Sacr. Cons. Neapolitano in causa Sancti Petri delli Bonifacij, testatur Anna sing. 291.

8 Animaduertendum tamen est, quod licet iuspatronatus veniat quando fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu rei, vt quia fit venditio de Castro, feudo, hæreditate, vel similibus, quæ sub se hereditatem continent, non tamen transit mediante cessione, seù venditione omnium bonorum, iurium, seù actionum, verbis generalibus, & vniuersalibus facta, nisi sub tali cessione, tale quid vniuersale verè comprehendatur, cui adhęreat istud iuspatronatus, vt puta, villa, castrum, seù hæreditas secundum Innocentium cit. cap. ex literis num. 2. Rota in citata Lucana iurispatronatus, & ratio est, quia quando fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu verborum resoluitur in singularitates secundum decisionem Rotæ 1152. lib. 3. p. 3. & hæc dicebam in quadam causa.

RESOLVT. CLXXIV.

Dos quanta constitui debet à patronis, vt acquiratur iuspatronatus.

1 *Quot capita, tot sententiæ.*
2 *Monasterium vt construatur, quanta dos est assignanda.*
3 *Dos pro Ecclesia non collegiata quanta esse debet.*
4 *Solemnia missarum absque clerici suffragio celebrari non possunt.*
5 *Mansus liber sufficit pro dote Ecclesiæ.*

ILLVSTRISSIMVS Dominus meus Cardinalis Carraffa iussit, vt DD. opiniones circa articulum, colligerem, ac postea in Congregatione retulissem; vnde dixi varias reperiri DD. sententias, vt merito dici
1 possit illud comici, quot capita, tot sententię, nam glosa in cap. quicumque, glosa prima, n. 16. quęst. 7. voluit, quod debeat esse tanta, quod ad necessaria ministrorum, & ad luminaria sufficiat, allegat text. in c. nemo de consecr. distinct. 1. & facit Monal. cons. 291. de Rubeis cons. 21. Felin. in cap. ad aures colum. 3. de rescriptis Cassad. in decis. 19. de præbendis Verall. in decis. 328. p. 3. glosa in cap. cum sicut de consecrat. Ecclesiæ
2 tenuit, quod si construitur Monasterium, tanta dos assignari

signari debet, quod in eo esse possint presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores, & Lectores; item debent in ea hospites recipi, & iura Episcopalia solui, si verò
3 esset Ecclesia nõ collegiata, dos ad minus pro duobus sufficere debet, & facit alia glosa in capit. vt quisque in verbo clericum de vita, & honestate clericorum; quibus accedat ad idem textus in terminis in cap. de monachis, de præbendis, & tex. in cap. 15. cui eodem titul. in 6. Menoch. in cons. 459. volum. ij. Cacher. in cons. 159. num. 3. & sequent. Merend. cons. 30. Bombin. cons. 22. num. 6. & sequent. & quod tanta esse debeat dos, quod presbyter saltem cum vno ministro viuere possit, tenuit Panorm. in cap. cum sicut num. 5. de consecrat. Ecclesiæ, vbi etiam vult, quod debet haberi respectus ad spirituales oblationes, & ratio esse poterit,
4 quoniam solemnia missarum absque suffragio clerici celebrari non possunt, cap. proposuit de filijs presbyterorum, idem Panorm. in cap. 1. de censibus, & in cons. 89. ex themate proposito, num. 3. & 7. volum. ij. Felin in cons. 13. num. 8. & sequen. Rocc. de Curt. de iurepatronat. in vers. & dotauit quæst. 8. num. 15. vbi attestatur esse de mente omnium communiter.

Hostiens. verò in d. cap. cum sicut num ij. voluit sufficere certam quantitatem terræ (quam vocat mansum) pro dote assignare, pro qua opinione est tex. in
5 terminis in cap. 1. de cēsibus, vbi statuit Summus Pōtifex Eccl. fundandę debere tribui mānsum liberū, à quolibet seruitio temporali, quibus opinionibus relatis sua Illustrissima Dominatio non admisit petitionem cuiusdam qui assensum petebat; pro fundando patronat. cum oblatione duodecim ducatorum pro dote.

RESOLVT. CLXXV.

An possit constitui procurator ad præsentandum, cum beneficium vacabit.

1 *Votum captandæ moris de iure est improbatum.*
2 *Patronus potest constituere procuratorē ad præsentandū, cum beneficium vacauerit.*
3 *Patronus nō potest promittere aliquem præsentaturum ad beneficium, & quare.*

1 DVbium faciebat, quoniam cōtinet votum captādæ mortis, quod de iure improbatur, ad tex. in cap. nec captandæ, & cap. detestandæ de concession. prebendæ in 6. cap. 1. & cap. ij. eodem titul.

Verum tamen hoc non obstante indicaui contrariū; quia hic patronus dedit mādatum pro præsentan-
2 da persona idonea, & habili succedente ipsa vacatione, nec fuit expressa persona præsentāda, & propterea huiusmodi mandatum erit validum, & præsētatio substinebitur, vt fuit in Rota resolutum in vna Pāphylionen. iurispatronatus 13. Februarij 1595. coram Iusto.

Non obstat tex. in cap. fin. de concessione præbendæ,
3 vbi sicut non potest patronus promittere se præsentaturū aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem præsentandi, tanquam beneficium vacet, quia respondetur, tunc procedere quando patronus dedit mandatum pro præsentanda certa persona ab eo nominata in casu vacationis certi beneficij; & tale mandatum non est validum, nec præsentatio ipsa substinetur, quia continet votum captandæ mortis, & ita in poprijs terminis Cassad. in decis. 5. de iurepatronatus, & iterum tenuit Rota in vna Pamphylionen. parochialis 17. Maij 1495. coram Peregrino, & iterum in eadem 19. Ianuarij 1598. corā eodem, at secus vbi patronus dat mādatum generale pro omnibus suis negotijs, & etiam ad præsentandum succedente vacatione, præsertim si subsit iusta causa dandi tale mandatum; vt puta longæ absenti æ suæ, vt per Ioan. Andr. in d. c. fin. num. 3. & alios in d. decis. allegatos.

RESOLVT. CLXXVI.

Præsentari an possit suspensus ab ordine.

1 *Suspensus ab ordine præsentari non potest, & num. 5.*
Suspensio excommunicationi æquipollet.
2 *Excommunicatus ad beneficium præsentari non potest.*
3 *Tempus præsentationis in beneficijs attenditur.*
4 *Collatio beneficij, electionis est species.*
6 *Suspensus, acceptando beneficium peccat.*
7 *Suspensus, circa beneficium obtinendum censetur irregularis, & suspensus ab ordine, ab officio dicitur suspensus.*

1 IVdicaui pro negatiua ex pluribus, tum primo, quia suspensio æquipollet excommunicationi, cum ipsa quoque inter Ecclesiasticas censuras numeretur cap. quærenti de verborum signific. glos. in cap. statutum, & c. cōstitutionem eodem titul. in 6. Bal. in cap. præterea num. 4. & seq. de appellat. Felin. in cap. de cętero num. 5. de sententia, & re iudicata, sed excommunicatus non potest præsentari ad beneficium: Lapus al-
2 legat. 8. Arch. in cap. 1. colum. 3. de exceptionibus in 6. Lambert. 1. par. lib. 2. q. 6. princ. art. Rebuff. in concordatis titul. de excommunicat. non vitandis colum. 3. Rochus in verb. honorificum q. 4. n. 19. & Rot. in decis. 4. de iurepatronatus in antiquis, igitur, & suspēsus.

3 Tum secundo, quia in beneficijs attenditur capacitas clerici tēpore præsētationis Bald. in cap. vnico n. 15. vt Ecclesiastica beneficia, Alex. cōs. 90. vol. 1. Dec. in cons. 25. n. 3. Rota diuers. in decis. 69. p. 1.

4 Tum tertio, puta collatio beneficij est species electionis, cum in conferendis habeatur ratio vnius personæ potius quam alterius glos. communiter recepta in cap. fin. de officio vicarij in 6. sed suspensus non potest eligi cap. si de elect. cap. si celebrat de clerico excommunicato ministrante Abb. in cap. cum dilectus num. 19. de consuetudine, & cap. cum inter de electione post Arch. in cap. nullus 63. distinct. Bertach. qui nũ. cupat hanc esse communem in tract. de Episcopo par. 1. lib. 2. Spec. q. 4. in tit. de libelli concept. §. fin. ad finem, latè Couar. in repet. cap. alma mater par. 1. §. 7. col. ij. de sententia excommunicat.

5 Tum quarto, quia in proprijs terminis huius opinionis quod præsentari non possit, tenuit Lamber. de iurepatronat. lib. ij. par. 1. quæst. 9. princip. art. ij. Henriq. in summ. Theolog. moral. lib. 13. cap. 32. vbi ampliat. etiam si defectus esset occultus, & toleratus. l. 1. cap. 14. num. 5. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 163. vers. septimo infertur, vbi etiam dicit peccare acceptando, Borgas. de irregularitate par. 6. num. 8. & 23. Paris. in cap. Apostolicæ num. 17. de exceptio. Flam. Paris. de resignatione beneficij lib. 4. quæst. 3. nu. 60.

7 Tum denique, quia suspensus censetur irregularis, saltem quò ad obtinenda beneficia Lamber. d. quæst. 9. princ. art. ij. licet verè non sit irregularis, nisi celebrauerit in ipsa suspensione c. 1. de sententia excommunicat. in 6. cap. 1. in fine de sententia, & re iudic. eodem lib. & tex. in d. cap. si celebrat. Item suspensus ab ordine dicitur suspensus ab officio cap. cũ illorum num. ij. de sententia excommunic. Paris. in d. cap. Apostolicæ num. 17. vbi testatur de communi, Felin. ibidem num. 16. Abb. in d. cap. cum dilectus num. 20. Henriq. cit. cap. 32. num. 3. in fine.

RESOLVT. CLXXVII.

Excommunicatus an possit præsentari ad beneficium iuspatronatus

1 *Excommunicatus ad iuspatron. præsentari non potest, & num. 4.*

2 Ex-

2 *Excommunicatus minori excommunicatione ad iuspatr. præsentari non potest.*
3 *Tempus præsentationis in beneficio attenditur.*
5 *Excommunicatus ad iuspatron. nominari potest.*
6 *Excommunicatus ignorans excommunicationem ad iuspatron. potest præsentari.*

RAtio dubitandi pro sententia affirmatiua; quia poterat euenire, quod beneficium absolutionis obtineret,&propterea antequã instituereturesset Ecclesiæ reconciliatus, sicque capax beneficij Ecclesiastici argum.tex.in cap. propterea de appellationibus.

Cęterum iudicaui contrarium ex pluribus.Tum primò,quia ita voluerunt Lapus alleg.8.ac ibidem Mandos. latissimè, & idem Mandos. ad Roman. in consil. 192. lit.H. &in cons.22. num.5. Arch. in cap.1.col.3. de exceptio.lib.6.& in cap.quæ contra in ij.not.9.dist. expresse Lamber. de iurepatron.1. par.2.lib.6. quæst. princ.art.1.Rebuff.in concordatis titul.de excommunicatis non vitandis col.3.Roch. in verb.honorificum quæst.4. n.19. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in Rota testatur Seraphin. in decis. 195.par.1.

2 Ampliatur procedere etiam in excõmunicato, excommunicatione minori secundum Couar.in cap.Alma mater par.1.§.7. in princip.1.col. de sententia excommunicationis Cordub. lib.2. Theol. quæst.p.191. Achil. de censuris q.18. & mouentur per tex. in cap.si celebrat. de clerico excommunicato ministrante.

3 Tum secundo quia in beneficijs attenditur,vt supra dixi,capacitas clerici tempore præsentationis, vt post alios tenuit Rota in decis.69.par.1.Bisignet. in dec.1. de iurepatr. Cornaz. in decis.59. nu. 13. Anton. lib. 1. variar.resol.q.19. in princip.tempore autem quo præfatus clericus fuit præsentatus erat suspensus,igitur.

4 Tum denique,quia excommunicatis beneficia conferri non possunt cap.postulasti de clerico excommunicato ministrante, glos. in cap. si forte de elect. in 6. Arch.in cap.nullus 63. dist. Innoc. in cap. cum nostris de concessione præbendæ Stafil.de literis gratiæ,& iustitiæ fol. 82. col. 2. Bertac.in trac.de Episcopo par.1. lib.2.q.4. & latè Couar. in cap.alma mater.1.par.§.7. & fuisse in Rota resolutum scribit Cassad.in decis.1.de concess. præbendæ.

Limitaui tamen suprapositam conclusionem dupliciter.

5 Et primo, non procedere in nominatione, nam quamuis excommunicatus præsentari non possit, poterit tamen ad beneficium patronatus nominari,quia per nominationem vllum ius acquiritur nominato, iuxta decisionem Rotæ de qua per Achil. de Grass. in decis.13. de iure patronatus.

6 Limitarem secundo non procedere vbi collatio esset facta nescienti excommunicationem, quia potest retinere post absolutionem, dispensante eo ad quem collatio pertinebat, Bald.cons.13. volum.1. Menoch. cons.91.vol.1.Oldrad.cons.125.Cassad.citat. decis.

Immò potest acceptare beneficiũ sibi ante excommunicationem collatum, & post absolutionem possidere Sayr.lib.2.c.5.Emanuel Sà in verbo excommunicatio nu.28. text. in cap. proposuit de clerico excommunicato ministrante.

RESOLVT. CLXXVIII.

Irregularis an possit præsentari ad beneficium iurispatronatus.

1 *Irregularis ad beneficium iuspatron. præsentari non potest,nec etiam si ignorauerit se esse irregularem.*
2 *Irregularis ob pœnam, in iurepatron. nullum ius acquirit, & ad fructus restituendos tenetur.*
4 *Praxis in beneficiorum collatione.*

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

4 *Irregularis ab officio est suspensus.*
5 *Irregularis beneficijs ante irregularitatẽ obtentis non priuatur,nec ab actu iurisdictionis impeditur,sed ordinis.*

1 REspondi negatiuè ex pluribus,tum primò,quia communis est canonistarum opinio beneficium non posse conferri ei qui tempore collationis sit irregularis, Dynus in regula 1.de regulis iuris in 6.Innoc. in cap. cum nostris in princ. de concessione præbendæ,Alexan.cons.3.num.5.vol.1.Dec.in cons.131.eod. vol.Milis in Aureo suo repertorio in verb.irregularis, vnde si contigerit ei beneficia conferri, collatio erit ipso iure nulla Nauar.cap.25. n.153. & in cons.17. de præbendis,& dignitatibus Faber.in decis.13. C. de sacrosanct.Eccl.Lopez par.2.c.93.quod procedit etiam si nesciret, se fuisse irregularem Alex. de Neuo consil. 95.nu.3.& seq. Comit. cons.93. quia huiusmodi ignorantia non efficit acquisitionis capacitatem, Nauar. cap.27. num. 172. Emanuel Sà in verb. beneficium n. 24.Alban.cons.117.& Paris.consil.134.vol.1.

2 Immò si beneficij collatio fiat ei, qui ob pœnam, vel ob aliam causam irregularis sit, vltra quod ab initio erit ipso iure nulla, vllum pariter ius tribueret beneficiato, immò teneretur beneficium dimittere, & fructus ab eo perceptos in animæ iudicio restituere, secundum Fel.in c.2.col.3. de rescriptis, Lambert. de iure patronatus lib.2.par.1.q.9.art.4. Milis loco cit.n. 5.Rebuff. in tract.de pacificis possessoribus num. 226. Card.Paris.consil.136.nu.40.vol.4.Couar.in reg. peccatum 2.part.§.8.n.6.& hinc inoleuit praxis, quod in
3 collatione beneficiorum dari soleat absolutio à talibus impedimentis, vt ait Emanuel loco citato.

4 Tum secundo,quia irregularis suspensus est ab officio,cuius causa datur beneficium cap. fin. vbi bona gl.de rescriptis in 6. Abb.in cap. Apostolicæ n.20. de consuetudine Paris.in cap.Apostolicæ n.17. & ibidem Felin. num.12. de exceptionibus.

His accedat,quod scribit Emanuel Sà in Aphorism. Confess.verb.irregularitas num.4.vbi irregularis non est capax beneficij, nec pensionis datæ in titulum be-
5 neficij, non tamen priuatur prius acquisitis, nec impeditur ab actu iurisdictionis, sed solum ordinis, allegat Azorium lib.10. cap.14. quæst.9.

RESOLVT. CLXXIX.

An vnio beneficij de iurepatronatus spretis patronis sit nulla.

1 *Vnio beneficij iurispatron. spretis patronis est nulla cum declar. num.seq.& 4.*
3 *Vnio beneficij spretis patronis ex temporis diuturnitate valida reddi non potest.*
5 *Iurispatr.mentio in dubio de Ecclesiastico intelligitur.*
6 *Vnio beneficij patronis non contradicentibus etiam in quadrimestre est inualida.*

1 IN vna Nolana,iudicaui vnionem factam inscijs,& spretis patronis esse nullam per text.expressum in cap.cum debitus de iurepatron. & ita etiam, Bero. consil.5.num.59. volum.1. de Rubeis cons.30. num.3. Monald. cons.140. vol.1. Bononiens. cons. 20. num.5. & seq.Lambert.de iurepatr.lib.2.par.3.q.2. principali art.2.num.3.& lib.3.q.6. principali, art.2.Paris.de resignatione benef.lib.2.q.4.nu.11. vbi testatur de communi opinione, iuxtà quam pluries fuisse decisum in Rota Romana refert Serafin. dec.193.par.1.& iterum per eandem Rotam fuisse resolutum scribit Bellamera decis. 107. & in decis. 128. Card. Puteus decis.412. nu.3. part.1. Caputaq. decis.346. part.3. Rota diuersorum decis. 133. num. 4. part.2. Bisignettus decis. 3. de iurepatron. Thomas Fastolus decis.1. num.3. eius-

dem tituli Thes. For. Ecclesiastici cap. 31. num. 13.

2 His accedat maxime procedere, si præfata vnio esset facta patronis instantibus pro institutione, & confirmatione præsentati ab ipsis, cum tunc dicatur vnio attentata lite pendente, Lancell. de attent. lite pendente part. 2. cap. 4. in præfatione num. 529. & seq. nec ex diuturnitate temporis valida reddi poterit Magon.

3 Rotæ Lucens. decis. 62. num. 15. & decis. 98. num. 5. Puteus decis. 374. & in decis. 389. num. 3. part. 2. Surdus consil. 61. num. 53. Turret. cons. 44. num. 45. vol. 1. Contar. in l. 1. limit. 9. n. 42. C. si de momentanea poss. Vantius de nullit. in rubr. intra quod tempus num. 8.

4 Ampliatur secundo, vt nec etiam procederet vigore indulti alicui Episcopo concesso derogandi iuri patronatus, quia id censetur in Ecclesiastico, secundum Lambert. de iurepatron. lib. 2. part. 1. quæst. 6. princ. art. 6. nu. 35. & lib. 3. q. 8. princ. art. 3. nam vbi fit

5 mentio de iurepatronatus, in dubio intelligitur de Ecclesiastico, Lap. alleg. 84. Turret. cons. 71. num. 56. vol. 1. Cephal. cons. 615. n. 91. vol. 5.

6 Amplia tertio procedere etiam patronis non contradicentibus Io. And. in c. 2. de religiosis domibus Paul. de Cittad. de iurepatr. q. 14. n. 3. Paris. lib. 2. q. 4. num. 21. Puteus in dec. 412. num. 2. part. 1. vbi ampliat etiamsi non contradicerent infra quadrimestre.

RESOLVT. CLXXX.

An minor 14. annorum possit præsentari ad beneficium iurispatronatus.

1 *Minor 14. annorum olim ad iuspatron. præsentari poterat, hodie minimè.*
2 *Summus Pontifex solet dispensare minoribus 14. ad beneficium obtinendum.*
3 *Minor 14. annorum, quando in fundatione cautum est, ad beneficium præsentari potest.*
4 *Lex posita in fundatione ad vnguem est seruanda.*
5 *Collatio beneficij contra fundatoris instituta non valet, cum limitat.*

IN facti contingentia dixi, quòd licet olim de iure communi minor 14. annorum esset habilis ad beneficia Ecclesiastica obtinenda c. si eo tempore de rescriptis in 6. c. ex eo, vbi latè Arch. & Io. And. de elect. lib. 6. Abb. in cap. super ordinat. de præbendis, & dignitatibus Card. Puteus in decis. 339. num. 3. part. 1. & in dec. 46. par. 2. Iafred. Lanfranc. in dec. 21. & poterat Episcopus, quo ad talia simplicia dispensare cap. vnico de ætate, & qualitate in 6.

1 Nihilominus hodie dicitur esse inhabilis ex dispositis per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. de reform. cap. 6. vbi ante decimumquartum annum inceptum nullus potest beneficium Ecclesiasticum obtinere, & ita etiam voluit Nauar. cons. 11. n. 3. de præbendis, Paris. de resignatione beneficij lib. 2. q. 7. & lib. 4. q. 1. num. 7. & q. 9. n. 3. Viuius lib. 1. communium opinionum opin. 191. de Rubeis cons. 122. Franch. Leo in Thesaur. fori Eccl. par. 2. cap. 18. n. 14. Anton. lib. 1. var. resol. q. 112. casu 51. Raudens. in decis. 135. n. 22. & seq. Mainard. in decis. 29. lib. 3.

Non obstat decisio Rotæ 482. num. 3. 1. par. diuers. vbi testatur dictum Sacrum Concilium Tridentinum habere locum dumtaxat in beneficijs liberis, non autè in patronatibus, quia contrariũ seruari in praxi testa-

2 tur Ant. loco cit. & propterea solent obtineri dispensationes à Papa, etiam in beneficijs de iurepatronatus & ratio est, quia d. tex. Concilij loquitur generaliter de beneficio, cuius appellatione venit etiam beneficiũ de iurepatronatus secundum Iafred. in decis. 193. Ant. Faber. in decis. 17. C. de Episcopis, & clericis Ferret. lib. 1. obseru. 123. Rebuff. in praxi beneficij vers. secu-

lare beneficium n. 15. & seq. Nicol. Delph. in tract. de iurepatr. lib. 1. n. 26 cum seq. Gonsal. glos. 5. n. 32.

Limita supradicta minimè procedere, vbi in fundatione beneficij aliter esset cautũ, quia tũc posset quis

3 ex vi legis in fundatione adiectæ, etiamsi esset minor 14. annorum ab beneficium patronatus præsentari, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij super d. cap. 6. sess. 23. de reform. quã refert, & sequitur Emanuel Sà in Aphorism. confessariorum in verb. beneficium n. 30. Merend. cons. 33. Schendeid. cons. 93. & ratio est, quia

4 lex posita in fundatione ad vnguem est seruanda argumen. tex. in l. à testatore ff. de conditionibus, & demonstrat. Crescent. in decis. 7. de iurepatronatus. Nauar. cons. 3. de clericis non residentibus, & collatio beneficij contra fundatoris iustituta non valet, & est ipso

5 iure nulla idem Nauar. in Manual. confessar. cap. 25. n. 117. quod limitatur quando lex posita à fundatore non esset recepta; quia tunc non esset seruanda, Emanuel Sà in verbo iuspatronatus num. 4.

RESOLVT. CLXXXI.

An si lis, quæ vertitur inter patronos, non finiatur intra tempus datum ad præsentandum, collatio beneficij ad Episcopum deuoluatur.

1 *Episcopus iuspatronatus litigiosum inter patronos conferre potest tempore elapso sine euincentis præiudicio.*
2 *Episcopus, tempore à iure dato elapso, non potest beneficium conferre, si de Ecclesiæ libertate inter ipsum, & patronos controuertitur.*
3 *Episcopus iuspatronatus ob temporis lapsum conferre non potest, si inter præsentatos est lis de prælatione præsentationis.*

PRo huius quæstionis dilucidatione affertur decisio Rotæ in proprijs terminis in vna Terdolen. iurispatronatus, 19. Februarij 1601. coram Penia, vbi infra scripti casus distinguuntur.

Primus casus est quando dubitatur an beneficiũ sit iurispatronatus, & tunc si patroni inter se litigant de iure, vel possessione iurispatronatus, Episcopus nõ potest statim cõferre, sed debet expectare patronos laicos per quatuor mẽses, & Ecclesiasticos per sex, intra

1 quos causa debet finiri, & causa non finita, Episcopus liberè conferre potest sine præiudicio euincentis, cap. si vero, cap. cum propter, cap. quoniam de iurepatr.

Secundus casus, quando non constat de iurepatronatus, nec præsentantes esse patronos, & tunc non obstante contradictione præsentatorum, Episcopus potest liberè conferre, nec tenetur expectare quadrimestre, vel semestre.

2 Tertius casus, quando lis est super libertate Ecclesiæ inter Episcopum, & patronos, & hoc casu ob lapsum temporis non est locus deuolutioni, Abbas in cap. cum vos, num. 7. de officio ordinarij, Rota diuersorum decis. 411. num. 3. par. 1. & iterum eadem Rota in vna Pegionen. parochialis, 7. Octobris 1587. coram Illustrissimo Blanchetto.

Quartus casus non potest Episcopus conferre ex

3 iure deuoluto, quando lis est inter ipsos præsentatos in tempore super prælatione eorum præsentationis, etiam si lis intra tempus requisitum non finiatur, Rota in vna Tordolen. iurispatronatus, 8. Februar. 1599. & 10. Ianuarij 1600. coram Penia, & tandem in vna Bracalen. beneficij, 3. Martij 1603. coram Ludouico.

RESOLVT. CLXXXII.

Mandatum speciale an requiratur ad præsentandum.

1 *Mandatum speciale ad præsentandum requiritur.*
2 *Mandatum speciale ad possessionem capiendam requiritur.*

In qua-

1 IN quadam causa controuertebatur, si mandatum speciale erat necessarium, vt præsentatio facta à procuratore substineatur, & respondi affirmatiuè ex duobus.

Primo, quia ita pluries iudicauit Rota Romana, teste Seraphin. in decis. 559. par. 1. Put. in decis. 312. lib. 3. Caputaquens. in decis. 365. num. 1. par. 2.

2 Secundo, ob argumentum à simili de captura possessionis beneficij, in qua exigitur mandatum speciale, Cappell. Tholos. in decis. 489.

RESOLVT. CLXXXIII.

An Episcopus possit erigere iuspatronatus ex augmentis dotis.

1 *Episcopus ex dotis augmento iuspatronatus erigere non potest, & quare.*
Quid in Ecclesia indotata.
2 *Beneficium in dubio præsumitur liberum, non autem iuspatronatus.*
3 *Summus Pontifex pro notabili augmento dotis solet dispensare, vt in iuspatronat. erigatur beneficium liberum.*

PRo affirmatiua faciebat Franc. Marc. in dec. 473. n. 1. & in decis. 493. num. 1. par. 1. Lamber. de iurepatron. lib. 1. par. 1. q. 3. princip. art. 16. n. 1. & colligitur ex Concilio Trident. de reforma sess. 25. c. 9.

1 Cæterum contrarium iudicaui, quia beneficium à principio liberum non potest, nec debet redigi in seruitutem, Abb. cons. 59. n. 3. par. 1. Lamber. de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 6. princ. art. 1. nu. 6. Paris. cons. 47. nu. 20. vol. 4. Rebuff. in prax. benefic. vers. tertia pars signat. & in vers. necnon, num. 3. Rota diuers. in decis. 457. n. 18. & in decis. 528. num. 2. & in decis. 40. vbi limitat in Ecclesia indotata, & decis. 548. par. 1. & in decis. 99. n.
2 3. par. 2. & in dubio non præsumitur iuspatronatus, sed beneficium liberum, Paris. cons. 20. in princ. volum. 1. Alban. cons. 199. volum. 1. Mascard. de probationibus conclus. 1221. num. 2. & 6. volum. 3. & fuisse decisum scribit Cæsar de Grass. in decis. 1. n. 3. de dilationib.

3 Est tamen verum, quod Summus Pontifex pro augmento notabili dotis facto Ecclesiæ pauperi solet concedere iuspatronatus, prout ita obseruatum vidisse testatur Lambert. in d. lib. 1. par. 2. q. 4. princip. art. 4. num. 1.

RESOLVT. CLXXXIV.

Inter præsentatos quis præferatur.

1 *Præsentatus à maiori parte eſt instituendus.*
2 *Gratificatio habet locum in vocum, & meritorum paritate, nec ab ipsa appellatur.*
3 *Ciuis præfertur extero, sicuti senior iuueni.*

IN nonnullis causis euenit controuerti facta præsentatione plurium, quis illorum veniret præferendus dixi, quod licet regulariter instituendus sit, qui à ma-
1 iori parte præsentatur cap. quoniam vbi glos. in vers. maioribus, & ibi Bero. latissimè de iurepatronat. Abb. cons. 76. volum. 2. Ruin. cons. 50. num. 3. vol. 3. Decia. cons. 32. volum. 1. Paris. cons. 134. volum. 1. Caualc. in decis. 11. num. 21. volum. 3. & fuisse decisum in Rota Romana patet in decis. 117. par. 2. diuers.

2 In paritate tamen vocum, & meritorum, est locus gratificationi cap. cum autem vbi communiter DD. de iurepatronatus, Cæsar de Grass. in decis. 1. nu. 9. de iurepatronatus, Borgnin. in decis. 32. nu. 6. par. 5. Bisignet. in decis. 3. de exceptionibus Sayr. in decis. 3. de iurepatronatus, nec licet à præfata gratificatione appellare, secundum Dec. in cons. 129. n. 1. vol. 1. & ita fuisse resolutum in Rota Rom. testatur, Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 19. n. 3. & proinde possessio capta virtute gratificationis non poterit dici attentata secundum Lancell. de attētatis par. 2. c. 4. in præsentatione n. 155.

3 Item ciuis extero: Nonius cons. 24. & in consil. 72. nu. 4. & in cons. 29. Rolan. cons. 47. n. 66. vol. 1. Alciat. cons. 93. nu m. 6. & fuisse in Rota decisum scribit Rota diuers. in decis. 299. par. 1. Cæsar. de Grass. in decis. 1. num. 12. de iurepatronatus, Card. Puteus in decis. 254. lib. 1. Seraphin. in decis. 293. par. 1. Lambert. de iurepatronatus lib. 2. par. 3. q. 5. princ. art. 4. num. 5.

Item senior, Iuueni, Lambert. d. q. 5. principali art. 13. num. 1. Rot. diuers. in decis. 122. par. 1. quod regulariter in omni materia procedere testantur communiter omnes in l. cum quid ff. si certum petatur, & in cap. clerici de iuditijs, per tex. expressum in l. fin. ff. de fide instrumentorum.

RESOLVT. CLXXXV.

L. Cum hæres ff. de acquirenda possessione an locum habeat in iurepatronatus.

1 *Apprehensio actualis ad iuspatronatus acquirendum requiritur.*

QVamuis per aditionem hæreditatis omnia trāseant in hæredem ipso iure, possessio vero minimè, nisi fuerit apprehensa actualiter, vt in l. nostra, cuius occasione multoties fuit dubitatum, si procedat in iurepatronatus, & ego respondi affirmatiuè, quia prædictæ legis dispositio procedit etiam in iuribus incorporalibus, vt latè per Bald. in cap. pastoralis n. 3.
1 & seq. de causa possessionis, & proprietatis. Item, quia actualis apprehensio requiritur ad acquirendum iuspatronatus secundum Gabriel. cons. 185. nu. 17. vol. 2. Caputaq. in decis. 135. par. 2. Achil. de Grass. in dec. 9. num. 1. de iurepatronat. Cassad. in decis. de causa possessionis, & propriet. & Bellam. in decis. 701. Rot. diuers. in decis. 299. par. 2. Crescentius in decis. 25.

RESOLVT. CLXXXVI.

Constitutio Regni in aliquibus an locum habeat in iurepatronatus.

1 *Fœminæ stantibus masculis à præsentandi successione excluduntur cum declarationibus.*

STantibus masculis, filiæ fœminæ excludūtur à successione, sed dubitatum fuit coram me, si procedat etiam in successione iurispatronatus, & Anchar. in cap. ex insinuatione num. 2. de iurepatronatus Feder. de Senis in cons. 111. Rochus de curte in tract. iurispatron. in verbo ipse, vel ipse à quo quæst. 6. Paul. de Cittadinis par. 9. quæst. 1. ampliat. 3. Lambert. par. 2. lib. 1. art. 15. quæst. 2. princip. tenent habere locum, ac
1 pariter procedere in iure præsentandi.

Intellige primò, tunc procedere si filia reperiretur dotata de bonis illius, à cuius hæreditate venit excludenda, Thess. in decis. 68. & in dec. 101. Anna alleg. 81. ex quo infertur, quod si nō fuerit dotata de bonis patris, ab intestato succedit per ius commune in iurepatronatus, & alijs bonis, vt per Caualcan. in decis. 13. in princip. par. 3. & idem in decis. 29. eod. lib. Artaman. in decis. 29. titul. de iurepatronatus.

Intellige secundo ab intestato, sed si pater eam hæredem cum masculo instituit, tunc benè succedit, vt per Afflict. in constit. Regni, in aliquibus quæst. 5. n. 12.

Intellige tertio si filius vixit, sed eo mortuo non relictis filijs masculis ipsa fœmina succedit, tum in hæreditate, tum in iurepatronatus Abb. cons. 92. vol. 2.

RESOLVT. CLXXXVII.

An filius viuente patre habeat vocem in iure patronatus.

1 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona. Vox filij dicitur etiam patris.*
2 *Filius viuente patre in iurepat. vocem nō habet, & quare.*

DVbium mihi faciebat, quod pater, & filius vna eademque persona censentur l. fin. C. de impube-
1 rum, & alijs substitutionibus, & vox filij dicitur etiam patris §. ei qui instit. de inutilibus stipulationibus, & filius dicitur dominus bonorum paternorum eo viuente l. in suis ff. de liberis, & posthumis, & patre mortuo non sit in eo necessaria hæreditatis additio, cum fiat continuatio dominij l. in suis ff. de suis, & legitimis.

2 Cæterum prætatis non obstantibus iudicaui contrarium ex pluribus, tùm primò, quia in tali iurepatronatus præsumi debet, vt acquisitio fuerit facta ordine successiuo, prout in successione bonorum, Bar. Ias. & alij in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & posthumis Couar. in cap. Raynutius §. 2. num. 4. de testamentis, Ripa in cap. ex parte, num. 54. de rescriptis Alex. consil. 22. num. 8 vol. 3. Dec. in consil. 25 num. 2. Rui. in consil. 168. nu. 9. volum. 2. Curtius iun. in consil. 168. & in consil. 22. num. 4. latè Clar. in §. testamentum quæst. 80. versic. 2. conclusio Ozasch. in decis. 81. num. 11, cum sequent. Mant. de coniecturis vltim. voluntat. lib. 8. tit. 14. n. 13. Pereg. de fideicommiss. artic. 17. n. 423. & 636. & de Franch. in decis. 559. vnde existente patre, ac viuente, non videtur admittendum esse eius filium ad præsentandum.

Maximè cum sint personæ, in quibus de iure cadit ordo charitatis, & necessitatis simul, quo casu præsentatio fieri debet successiuè scilicet vnus post alium, secus in personis, in quibus caderet ordo charitatis tantum, quia tunc omnes censentur vocati simul, & semel Dec. in consil. 95. n. 2. Soccin. sen. in consil. 90. n. 1. lib. 1. Corn. in consil. 229. volum. 3. Ias. consil. 206. volum. 2. Couar. loco cit. n. 3. & fuisse decisum scribit Guid. Pap. in decis. 222. & Cacher. in decis. 81.

Tum secundo, quia istud iuspatronatus transfertur gradatim de patre in filium, & stante primo gradu cessat secundus l. cum pater §. penul. & l. peto §. fratre ff. deleg. 2.

Tum postremo, quoniam secundum præfatam opinionem scripserunt Calder. in consil. 19. de iurepatronatus, Feder. de Senis consil. 122. num. 3. Oldrad. consil. 22. Rochus de Curt. in verb. competens alicui q. 7. nu. 19. Lambert. de iurepatr. 2. par. lib. 1. art. 2. q. 6. principali.

RESOLVT. CLXXXVIII.

Clausula, dummodò alteri tempore datæ præsentium, non sit ius quæsitum, adiecta cum derogatione iurispatronatus quid operetur.

1 *Clausula (dummodò alteri, &c.) ius quæsitum ad rem præseruat, & quando hoc ius dicatur quæsitum cum limit. num. 209.*
2 *Præsentato ante institutionem nullum ius competit.*
3 *Verbum, quæsitum, quid importat.*
4 *Clausula (anteferri) quid denotat.*
5 *Clausula (non obstantibus cum decreto irritante) quid operatur.*
6 *Clausula (dummodò alteri, &c.) literarum Apostolicarum executionem non suspendit.*

COmmunis, & ab omnibus recepta est opinio, in cap. cum Bertoldus de re iudic. per huiusmodi
1 clausulam præseruari ius quæsitum ad rem, quod quidem ius optimè acquisitum censetur per præsentationem ipsam, vt voluerunt DD. & si manter Felin. citato cap. Gomez. in reg. de trienn. q. 35. num. 2. Eneas de Falco. in tract. de reseruat. Fall. 47. Rochus de Curte de iurepatronat. in verb. ius quæst. 4. num. 9. Mandos. in comment. reg. Cancell. in tit. de non toll. iure quæs. reg. 17. quæst. 2. & latè Felin. in cap. cum olim. num. 8. de sent. & re iudic.

Et iuxta hanc opinionem pluries in Rota Romana decisum scribit Bellamera decis. 167. & in decis. 191. Card. Puteus decis. 103. lib. 2. Caputaq. dec. 150. lib. 1. & latè Anton. Faber decis. 22. C. de Sacrosanct. Eccles. Ex quo apparet hodie non seruari opinionem Calder. cons. 8. Rebuff. in praxi beneficiaria sub tit. de forma nouæ concessionis in principio.

Quia respondetur omnes loqui iuxta decisionem Rotæ 17. de præbend. in nouis vbi habetur, quod per prædictam clausulam non conseruatur habenti ius ad rē ex acceptatione expectantis sed ex præsentatione, quod intellige tunc verum esse vbi statim post præsen-
2 tationem sequuta fuerit institutio ab Episc. Cassad. decis. 3. n. 3. de præb. Balb. decis. 16. Crescent. dec. 7. de iurepatronat. & ante institutionem nullum ius quæritur præsentato secundum Rotam dec. 6. n. 6. par. 2. diuersorum de Beninten. Rota Bononiens. decis. 23. n. 1.

Quamuis non ignorem nonnullos fuisse, qui contrariam tenuerunt sententiam, scilicet per verbum, illud quæsitum in clausula adiectum, non conseruari
3 nisi tantummodo ius in re, & mouentur, quod verbum quæsitum includit ius radicatum, seu incorporatum ac plenum. Sarn. sub reg. de non tollendo iure quæsito n. 13. quæst. 4. Rota diuersorum decis. 759. nu. 4. par. 1. & ius ad rem non est plenum, vnde de eo non est faciendа mentio in collatione Papæ. Puteus dec. 265. n. 4. par. 2. & in decis. 357. n. 8. par. 1. Cassad. decis. 3. n. 3. de præbend. Parisius de resignatione benefic. lib. 2. quæst. 9. num. 3. Rebuff. in praxi beneficiali in tit. de rescripto si neutri num. 26. & 32.

Quicquid tamen prefati scripserunt, ego in praxi tenui contrarium, & in facti contingentia iudicaui iuxta primam opinionem, Bene verum est eam limitari dupliciter. Et primo non procedere quoties adiecta esset in literis Apostolicis, clausula anteferri, quia per eam
4 sublatum cēsetur omne ius ad rem quouis modo quæsitum, cap. penult. de præbend. in 6. Felin. in cap. causam quæ num. 27. in princip. de testibus, & in cap. capitulum num. 6. & seq. de rescriptis, Mandos. de signatura gratiæ in rubr. de expectatiuis versic. nulli dabatur, Lapus alleg. 79. n. 1. Romanus cons. 256. Zabarella consil. 105. num. 5. & in consil. 136. eodem nu. Ferrett. consil. 3. num. 13. & consil. 5. num. 4. Paris. cons. 119. n. 8. volum. 4. & iuxta hanc opinionem firmauit Rota Romana teste Caputaq. d. 237. num. 5. par. 1. præsertim si eisdem literis esset appositа alia clausula, non obstantibus, vna cum decreto irritante Felin. in cap. in nostra num. 15. de rescriptis Paris. consil. 5. num. 94. vol. 4. Crescent. decis. 7. de conc. præben. num. 5.

Limita secundo tunc procedere in iure quæsito ad
6 rem alio modo quam ex narratis in litteris Apostolicis Geminian. consil. 88. col. penult. Oldrad. consil. 330. in fine Ferrett. consil. 185. n. 3. Gomes. de non tollendo iure quæsito, quæst. 1. nu. 41. & Crescent. citata decisio.

Tandem est animaduertendum quod, esto, quod ex dicta clausula dummodo alteri, &c. præseruaretur ius
7 ad rem quæsitum per præsentationem, non tamen ob id executio literarum Apostolicarum cum derogatione iurispatronatus esset suspendenda, vt firmauit Rota Romana de qua per Achil. de Grass. in decis. 18. de probat. & ratio est quia quandoquidem dictio, dūmodo de sui natura non importat conditionē, sed admonitio-

nitionem, secundum Ioan. Andr. in cap. non potest de præbendis in 6. quem refert, & sequitur Rota in decis. 1. de condit. appositis in antiquis, & Menoch. de arbit. iudicum lib. 1. quæst. 86. num. 28. Declara, quod licet non indicat propriè conditionem nec suspēdat executionem gratiæ præseruat tamen iura, ita vt constito de iure alteri quæsito gratia reddatur nulla Achil. de Grass. decis. 18. num. ij. in fine de probat. & fuit resolutum in vna Camerin. Canonicatus 4. Decem. 1573. coram Clemente Papa Octauo tunc Auditore.

RESOLVT. CLXXXIX.

Quæ requirantur, vt vniuersitas iuspatronatus acquirere possit.

1 *Vniuersitas ad hoc, vt habeat iuspatronat. quæ sunt ei necessaria.*
2 *Iuspatronat. vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione.*

1 IN facti contingentia dixi tria concurrere debere. Primo, quod ipsū iuspatronatus fuerit reseruatum ab Episcopo Lamber. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 9. princip. art. 1. num. 50. Rot. diuersorum in decis. 85. & decis. 99. par. ij. Crescent. in decis. 3. de except. late Doctores in cap. significasti de testibus, nisi inferior haberet potestatem dandi licentiam ædificandi Ecclesiam in sua parochia. Rota ibidem num. ij. & in decis. 99. nu. 4. Abb. in cap. cum dilectus in 4. notab. de consuetudine, Rochus in verbo pro eo, quod de diœcesani consensu num. 25.

Secundo requiritur dos competens, & certa iuxta Sacrum Concilium Tridentinum de reformatione sessione 6. cap. 12. & 13. Mascard. de probationib. concl. 956. num. 36. volum. ij. post Bald. in consil. 333. volum. ij. Alex. consil. 90. vol. ij. Dec. consil. 575. eodem volum. Rota diuersorum decis. 60. num. ij. par. ij. & cō firmatur quia iuspatronatus in Ecclesia parochiali ædificari, & consecrari non potest absque dote cap. nemo de consecr. dist. 1. Rota decis. 141. par. ij. diuers. Balb. decis. 35. Bellam. decis. 90.

Tādem est necesse, vt illa Ecclesia sit dotata nomine vniuersitatis nō autem per singulos, & ratione singularium eleemosinaliter, Lambert. de iurepatronatus lib. 1. par. 1. quæst. 7. principali articulo 15. num. 9. & idem Lamber. quæst. 8. principali art. 5. num. 4. Menoch. consil. 192. col. 2. volum. 1. Monald. consil. 180. vol. 2. Anton. lib. 1. var. resolut. cap. 47. num. 4. & ratio esse poterit quia hoc modo, & non alio dicitur quid fieri vniuersitatis nomine l. sicut ff. quod quisque vniuersitatis, & ita iudicauit Rota Romana teste Mohed. in decis. 1. tit. de furtis, & coadiuuatur etiam ex eo, quod
2 iuspatronatus vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione, Puteus in decis. 57. & decis. 58. 59. lib. 1. & idem decis. 205. eodem lib. 1. Caputaq. decis. 128. numer. 1. par. 2. Caualcan. decis. 11. num. 57. & decis. 28. num. 10. par. 3. Achil. de Grass. decis. 4. de iurepatronatus Mohed. decis. 10. eodē tit. & Crescentius decis. 1. Rota diuers. decis. 5. par. 3. lib. 2. & in decis. 632. part. 3. lib. 3. & Gabriel. consil. 192. vol. 2.

RESOLVT. CLXXXX.

An clericus patronus possit se ipsum præsentare.

1 *Patronus clericus se ipsum præsentare non potest.*
2 *Actualis distinctio inter præsentatum, & præsentantem debet esse.*
3 *Patronus clericus à cōpatronis, eligi, & præsētari potest.*
4 *Patronus constituens procuratorem ad præsentandum, ille procurator patronum clericum præsentare potest.*

1 RESponsio fuit absque difficultate pro opinione negatiua ex pluribus; tum primo quia pro eo est textus expressus in cap. per nostras de iurepatronatus vbi patronus Ecclesiæ vacantis quamuis sit clericus, ad eam se præsentare non potest, & voluit etiam Abbas consil. 25. num. 2. volum. 2. & in capitulo consuluit vbi Ioannes Andreas, & Ancharanus de iurepatronatus, Bald. consil. 13. num. 3. volum. 1. Ant. de Butrio. & reliqui in cap. finali de institutionibus, Lambertinus 1. par. lib. 2. q. 8. princ. art. 6.

Tum secundo quia, vt ambitiosus esset repellendus cap. in scripturis 8. q. 1. cap. his qui 1. quæst. 6. l. si quāquam C. de Episc. & clericis l. qui omnia ff. de procuratoribus, & non ambitione, sed labore vnumquemque ad honorem conuenit peruenire l. contra publicā C. de re militari lib. 12. & facit textus in capitulo miramur, 61. distinctione.

2 Tum tertio quia debet esse actualis distinctio inter præsentandum, & præsentatum, cap. cum ad nostram de institut. & inter baptizatum, & baptizantem, cap. debitum de baptismo, & à simili facit textus in l. prætor ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, & l. vltima ff. de officio prætoris, & hæc est ratio, quare persona electa non videtur computanda inter eligentes vt augeat numerum eligentium, quia à se ipso oriri non debet cap. didicimus 24. quæst. 1.

3 In praxi tamen animaduertendum est primo quod eligi, & præsentari potest ab alijs compatronis, vt per Barbat. consil. 33. num. 19. volum. 2. Roland. consil. 3. vol. 1. Calderinus consil. 7. de iurepatronatus Bero. in cap. quoniam num. 53. eodem tit. Rocch. de Curte in verbo honorificum quæst. 4. versic. circa aliud num. 25. Bertachinus in tract. de Episcopo par. 3. lib. 1. quæst. 24. num. 35. Lambertinus in 5. artic. 8. quæst. principali prima parte 2. lib. folio 85. Hostiensis in summa de iurepatronatus in fine num. 11. Angelus de Clauasio in summa in verbo iuspatronatus num. 9.

Hodie vero in praxi obseruatur, vt patronus constituat procuratorem cum potestate præsētandi, nā talis procurator virtute prefati mandati poterit clericū
4 patronum ad eiusdem beneficium patronatus præsentare, Lapus allegat. 8. vbi latissimè Mandos. Abb. Io. And. Boic. & Anchar. in cap. finali de concessione præbendæ, & ita fuisse in Rota decisum, & iuxta eā quotidie seruari testatur Caputaquens. in decis. 138. part. 2.

RESOLVT. CLXXXXI.

In iurepatronatus familiæ relicto quinam succedant.

1 *In Iurepatr. relicto familiæ, omnes de familia succedunt.*
2 *Fundator iuris patr. vocans tres de familia comprehendit omnes de familia.*
3 *Iuspatr. non transit taxatiuè, sed demonstratiuè.*

SVpponatur in facto quendā fundasse ius patronat. ad cuius præsentationem voluit ac ordinauit, vt omnes de sua familia admitterentur, fuit coram me dubitatum de modo admissionis præfatarū personarum de familia: dicebam ego omnes de familia esse
1 admittendos, Borgni. decis. 9. num. 17. & in decis. 43. par. 1. Beccius consil. 43. nu. 7. Menoc. de præsumptionibus lib. 6. præsumptione 16. num. 47. quod procederet tamen si testator dixit omnes de sua casata, domo, seù parentela, quia tunc venirent omnes de familia ipsius, Parisius consil. 1. num. 60. consil. 75. num. 1. cons. 47. num. 53. vol. 3.

Procederet pariter etiam si fundator vocauerit tres
2 de familia, nam comprehenduntur omnes de familia ipsius l. pronunciatio. §. familiæ ff. de verborum significatione l. finali C. eodem tit. Gabriel cons. 132. num.

59.lib.1. Mant. de coniect. vlt. volunt.l.8.tit.12.n.12.

Et quod omnes admittantur; voluit text. in terminis in l.cum ita §.in fideicommiss.ff.de leg.2.& in l.peto,§.fratre, ff.de leg.2.Crotus cons.67.n.12.volum.21 Alexander cons.213.num.3.Peregrinus de fideicommiss. art.xxij.n.17. & seq. Lambert. in proprijs terminis de iurepatronatus lib.1.p.2.art.9.q.2.princ.n.12. & iuxta hanc opinionem fuit pluries per Rotam Romanam decisum, & signanter in vna Papiens. iurispatron.19.Februar.1601. coram Illustris. Lancellotto, & iterum in vna Placentina iurispatronatus decimo Iunij 1602. coram Licta.

Est tamen notandum in praxi,quod testator volens
3 iuspatronatus esse de sua familia non intelligitur taxatiuè,vt ad eos tãtum spectare debeat,& non ad hæredes,sed demonstratiuè, vt resoluit Rota in vna Cremonens, 6.Iunij 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt in decis.264. eiusdem, & licet idem testator velit, quod præsentatio ad iuspatronatus relictum familiæ fiat per duos,vel tres de familia, si familia redigatur ad vnum tantum, non ob id extinguitur iuspatronatus,idem Seraphin. in decis.368.

RESOLVT. CXCII.

Quo ordine succedatur in iurepatronatus familiæ relicto.

1 *Vocati collectiuè pro vno reputantur.*
2 *Ius præsentandi,prius ad eum spectat,qui testatori est proximior.*
3 *Fideicommisso relicto familiæ proximior succedit.*
4 *Argumentum de feudo ad iuspatr. est validum.*

SVpposita conclusione,quam in præcedenti decisione firmauimus,fuit iterum dubitatum, quo ordine essent admittendæ præfatæ personæ de familia à fundatore vocatæ.

Difficultatem mihi non mediocrem faciebat conclusio illa,quod vbi plures sub nomine collectiuo vo-
1 cantur;illi omnes pro vno reputantur, & consequẽter æquale ius habere debent, vt in proprijs terminis iurispatronatus firmauit, Dec.cons.122.vol.1. Corneus cons.26.num.3.vol.4. Monaldus cons.74.n.5.& sequenti:Lambertinus de iurepatronatus lib.1.p.2.1. quæst.princ,ar.28.

Cæterum hoc non obstante iudicaui contrarium;
2 nam dixi non ad omnes simul, & semel spectare ius præsentandi,sed ad eum dumtaxat de familia, qui pro tempore erat proximior testatori, motus auctoritate textus,qui in hac materia solet allegari in l. cum ita, §. in fideicommisso ff.deleg.2.vbi ad fideicommissum familiæ relictum primo debent vocari,seù admitti nominati ab ipso fideicommittente,quibus deficiẽtibus
3 admittendus est,qui eo tempore reperitur proximior, cuius textus dispositionem habere locum etiã in iurepatronatus voluerunt Bald. cons.1.num.8.vol.3. Gabriel.cons.196.n.3.& 4.vol 2.Calderinus consil.19.de iurepatronat. Menoch. cons.380.vol.2.Mising.consil. 122. & seq.Couar.pract.quæst.cap.38.in fine, & ita iudicasse Senatum Delfin. testatur Franc. March. in dec.1135.p.1. & iuxta hanc opinionem fuit per Rotam resolutum in vna Regien. iurispatronatus de Zacchis 26. Nouemb. 1602. coram Penia.

Insuper mouebar, quod ita censetur dispositum in successione feudi, Hernia in c.1.n.23. circa medium, Capyc. in mueſtitura, §. feudorum successione am-
4 pliatione 13. & validum esse argumentum de feudo ad iuspatronatus voluerunt, Cardinalis in Clementina plures columna finali de iurepatronatus,Lambertinus lib.1.p.1.q.3.principali articulo 8.& Decianus cons.32.n.12.l.1.

RESOLVT. CXCIII.

Iuspatronatus an hodie acquiri possit in Ecclesijs Regularium.

1 *Iuspatron. fundatione,dotatione, & ædificatione acquiritur.*
2 *Iuspatron. in Ecclesijs Regularium acquiri non potest,nisi ex priuilegio: cum ampl.*

LIcet tribus modis iuspatronatus acquiratur,fundatione scilicet,dotatione,& edificatione, vt per
1 Doctores communiter in rubrica huius tituli, quod adeò verum est,vt iuspatronatus,iuxtà Decr.S.Conc. Trident. debeat probari ex fundatione,vel dotatione. Seraph. in dec.1367. imò quod non est ex fundatione, vel dotatione, est sublatum ex dispositione eiusdem Tridentini,vt resoluit Rot. Romana in vna Braccharen. iurispatronatus de padronello 6. Maij 1599. coram eodem,vt patet in decis.1312. & istud procedere etiam de iure communi voluit idem in dec.598.

Cæterum iuspatronatus in beneficio regulari ac-
2 quiri non potest nisi ex priuilegio Apostolico,text. est expressus in cap. nobis,& ibi Abb. & reliqui communiter de iurepatronatus,Ferrettus cons.123.Parisius cons.212.vol,2.& fuit decisum in Rota Romana in vna Albanen. Monasterij 26. Nouembr. 1588. coram Orano,vt refert, & sequitur Illustrisimus Seraphinus in decis.1367.

Amplia primo vt necesse sit in limine fundationis constare de priuilegio gl. in verbo de sua iurisdictione Hostiens.col.2. Ancharan. n.16. Abbas n.9. in citato capitulo nobis,Lambertinus de iurepatronatus lib.2. p.1.q.5.ar.1.n.10. & ita Moed.dec.340. Puteus decis. 366. Seraph. in dec.1399.p.2.

Amplia secundo procedere etiam in conuentuali habitu tantum Alexander cons.74. vol. 2. Mandellus cons.16.vol.1. Turrettus cons. 195. n.6.& seq. Peregrinus decis. Patauin.128. Seraphin. citata decis. n.3. & fuit in Rot. resolutum in vna Regien.24.Maij 1585. coram Illustrisimo Pamphilio.

RESOLVT. CXCIV.

Consensus patroni an exigatur in imponenda pensione.

1 *Consensus patroni in pensione imponenda non requiritur.*
2 *Illegitimus clericus pensionem obtinere potest.*

1 IN vna Nolana iudicaui non requiri consensum patroni, motus ex decisionibus Rotæ quas colligit Farin. in decis.680.& 902. pro cuius dilucidatione placuit hic ad verbũ inserere aliã in vna Colimbrien. pensionis vndecima Februarij 1598. coram Seraph. *fuit conclusum per Dominos translationem pensionum de quibus agitur fuisse validam:nã constat de facultate trãsferendi in reseruatione pensionis, & hoc non obstante clausula,accedente consensu patroni,quia est referenda ad resignationem,& collationẽ tituli, vt patet ex lectura,cũ illa verba posita sint in clausula separata,& suadetur ex eo,quod in collatione beneficiorũ de iure patronatus solet hæc clausula poni,non autem in reseruatione pensionis,in qua non est necessarius consensus patroni,vt per Gigan.de pension.q.23.n.8.Cassad. in dec.3. de iurepatron. Rebuff. in 3. p. signatura in verbo necnon iurispatronatus n.28. & bene per Gambar. de officio legati lib.6.tit. de pension. num.94. cum sequentibus; non obstat,quod opponitur de inhabilitate Ioan. ex quo in clericatu enunciatur illegitimus,quia sæpius fuit decisum illegitimum non esse inhabilem ad obtinendam pensionem,nisi ratione clericatus, &*

ideo

2 *ideo dispensatus ad clericatum non indiget aliqua dispensatione ad pensiones obtinendas, & fuit decisum in causa Veronen. pensionis coram bon. mem. Robusterio 3. Iunij 1572. Sarnen. de Annal. q. 21. late Paleot. de noth. & spur. q. 58. vbi reprobat Gigan. q. 16. qui contrarium tenet, idem fuit resolutum in causa Legionen. seu Zamoren. pensionis coram eodem Robusterio 11. Octobris 1577. & in d. causa Veronen. pensionis, & in alia Cæsaraugustan. pension. coram R. P. D. meo Gipsio 19. Febr. 1590. respectu verò Quirini alterius translatarij res caret prorsus omni difficultate cum ipse habeat clericatum à suo ordinario recognitum per tres testes datos in memoriali, ideò conceusum pro validitate translationis pensionum.*

RESOLVT. CLXXXXV.

An præsentatus ad Cappellam debeat esse actu Sacerdos.

1 *In dubio qualitas sacerdotalis in fundatione iurispatronatus non est præsumenda.*
2 *Cautela in decreto fundationis apponenda.*
3 *Ad beneficium sacerdotale pro vna vice de consensu ordinarij & patroni non sacerdos præsentari potest.*
4 *Summus Pontifex qualitati sacerdotali derogare potest.*
5 *Præsentandus non propterea debet esse sacerdos, quia in fundatione est onus celebrandi Missas; nisi expressè fuerit cautum.*
6 *Residentia in beneficio simplici non requiritur.*
8 *Qualitas beneficij pat. per primam patroni prouisionem cognoscitur, & per obseruantiam.*

AB Illustrissimo Episcopo Caiatiensi fuit mihi transmissus punctus decidendus; si præsentatus ad Cappellam debeat esse actu sacerdos, cui respondi per hæc verba.

Illustrissime Domine in hoc articulo considero tres diuersas iuris conclusiones esse distinguendas.

1 Prima sit conclusio, in dubio sacerdotij qualitatem non esse præsumendam in fundatione iurispatronatus Farinac. in decis. Rotæ 570. Lanfranch. in decis. 199. Spin. in Specul. testament. glos. 4. n. 19. Cæual. de communibus contra communem quæst. 191. & propterea
2 in decreto ordinarij interposito in fundatione est nominatim, & in specie exprimenda secundum Rocchũ de iurepatronat. vers. pro eo, quod de diœcesani n. 27. Lambert. eodem tit. lib. 1. par. 1. quæst. 9. principali artic. 1. n. 1. cum sequent. Rota in decis. 4. de testamentis, & istud esse de substantia testatur Bero. cons. 5. n. 14. cum sequent. volum. 1.
3 Licet ad beneficium sacerdotale possit præsentari non sacerdos de consensu ordinarij, & patronorum omnium pro vna vice secundum Ripam respons. 1. n. 6. de institutionibus Bero. d. cons. 5. n. 35. cum seq. vol. 1. & Crescent. in decis. 7. de iurepatronatus.
4 Et Papam dictæ qualitati sacerdotali in fundatione adiectæ posse derogare testantur Rebuff. in praxi beneficiar. vers. 3. pars signaturæ n. 44. licet non per clausulas generales secundum Rot. in decis. 41. de concess. prębendæ in antiquis, & in decis. 41. de consuetudine in nouis Caputaq. in decis. 127. n. 2. par. 1. & Mandos. de signatura gratiæ in rubrica derogationes iurispatronatus vers. clausula non obstante.

Secunda conclusio sit; presentandum nõ debere esse presbyterum ex eo; quod in fundatione dicatur cappellanum debere celebrare Missas Bero. d. consil. 5. n. 28. Monal. consil. 129. volum. 2. Franc. March. in decis. 799. part. 2. Gratian. in decis. 155. Anna consil. 24. cum satis prouisum censeatur voluntati testatoris si per alium celebrare faciat; Reg. qui per alium de regulis iuris in 6. tradit Card. in cap. de multa in fine in vers. quinto quæro de præbendis, Lapus alleg. 35. & iuxta hanc opinionem censuit Rota Rom. in vna Romana cappellaniæ 23. Ianuar. 1589. coram Illustrissimo Pamphilio, cuius verba sunt.

Domini attenta resolutione Illustrissimorum Dominorũ Sacri Concilij Interpretum in causa Pistorien. quod præsentandus necessario non debet esse presbyter ex eo, quod in fundatione dicatur cappellanũ debere celebrare diuina officia, quia iuxta alleg. Lap. 35. nisi expressè caueatur, quod per se ipsum hoc agat, satis censetur prouisum voluntati testatoris: si per alium diuina celebrare faciat ad reg. qui per alium facit &c. & tradit Card. in c. de multa in fine vers. 5. quæro de præbend. receserunt à resolutis in hac causa, & dixerunt cappellaniam nõ esse sacerdotalẽ, quia ex verbis fundationis non astringitur cappellanus ad seruiendum capellæ in diuinis, & Missas celebrandas per seipsum, & cum simus in beneficio simplici, in quo ex generali quadam totius orbis consuetudine non requiritur residentia, vt post Card. tradit Imol. in cap. fin. n. 9. de cler. non resid. sufficiet, quod deseruiat per substitutum, ad notata in cap. super eo de præben. in 6. Lap. de alleg. 35. n. 4. & alleg. 117. sub nu. 2. Card. d. cap. de multa in fin. Dec. in c. cum omnes in 2. lect. n. 55. de constit. cum alijs allegatis.

Neque obstat, quod in hoc casu verba fundationis videantur directa in ipsum cappellanum, cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinẽs certas Missas qualibet hebdomada in eadem Cappella celebrare deberet; quia illa non respiciunt factum ipsius celebrationis Missarum ab ipsomet cappellano, sed potius sunt posita ad denotandam obligationẽ, & onus quod ipsa testatrix cappellæ imponebat, & sufficit, quod onus expressè non sit ita impositum cappellano, quod per alium explere non possit, quia alias, cum à iure personalis residentia non exigatur, poterit per alium inseruire, ex præallegatis. Vltra quod etiam in casu resolutionis congregationis verba erant directa ad cappellanum prout etiam in casu allegationis Lapi, vbi testator mandauit dimidium bonorum suorum presbytero eligendo dari pro celebrandis Missis.

Quod dicitur in casu decis. Pistorien. non fuisse factam mentionem celebrationis Missarum, sed tantum diuinorum tollitur ex ratione deseruiendi per alium, quæ militat vtroque casu.

Et eò magis venerunt Domini in hanc sententiam, quia concurrit mens fundatricis, quæ colligitur ex præsentatione ab ipsamet facta de Hieronymo de Sarragonibus, qui huic Cappellæ deseruiuit per substitutum, Paris. cons. 50. n. 19. lib. 4. & postea fuit fere semper possessa à simplicibus clericis, qui Missas per alios fecerunt celebrari, vulg. l. si de interpretatione ff. de legibus Aym. cons. 101. cum similibus.

Tertia sit conclusio, ad cognoscendam qualitatem beneficij patronatus inspicienda est prima patroni prouisio Lambert. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 30. n. 22. Cranet.
6 cons. 20. num. 2. Beccius cons. 70. n. 10. Surd. cons. 10. num. 54. & in consil. 73. num. 64. hinc etiam cognoscitur ex obseruantia subsequuta an presentatus debeat esse sacerdos in actu, vt per Monald. in cons. 122. vnde si tempore peracto fuerit præsentatus sacerdos, erit argumentum huiusmodi qualitatem semper esse necessariam, ita Beccius in cons. 6. n. 16. Bursat. cons. 51. Cephal. cons. 29. num. 3. Turret. cons. 99. num. 2. vol. 1. Surdus in decis. 129. num. 19.

RESOLVT. CLXXXXVI.

An illegitimus succedat in iurepatronatus.

1 *Illegitimus in iurepatron. non succedit.*
2 *Naturalis de parentela non dicitur.*
3 *Naturalis absque Summi Pontificis, vel ordinarij dispensatione beneficium Ecclesiasticum habere non potest.*
4 *Successio in iurepatr. æquipollet bonorum successioni.*

5 Na-

5 *Naturalis legitimatus in iurepat.succedit cũ declaratione.*
6 *Obreptio modica legitimationem vitiat, cum ampliat.*

IN fundatione cuiusdam iurispatronatus reseruatio cantabat,videlicet reseruauit fundatori, & descendentibus ex linea masculina vsque in infinitum, proinde fuit coram me dubitatum si in præfata reseruatione censeantur comprehensi filij illegitimi ipsius
1 fundatoris, & responsio fuit pro opinione negatiua motus ex pluribus.

1 Tum primo quia filij illegitimi non dicuntur esse de parentela Bart. communiter receptus in l.tutela ff.de capitis diminutione Guid.Papa in dec.536.Lanfrãch. in decis.559. Ant. Faber. in decis.51. C. de verborum significatione, & Gaspar Tess. in decis.29. nec pariter dicuntur de linea Lamber.lib.1. par.2. q.2. princ. art. 27.& 29.num.36.Gabriel consil.195.n.5.vol.1.Peregr. de fideicommissis artic.22.num.81.cum seq. Farinac. de inquisitione q.13.n. 52. cum sequent. & num.73. & tandem non dicuntur de familia secundum Ias. in l. suggestioni in princ. C de verborum signjficatione.

Et propterea cum in fundatione præfati iurispatronatus sit reseruatum descendentibus ex linea masculina vsque in infinitum, & sic illis tantum de parentela, ideò veniunt excludendi secundum Gabriel. in consil.99.n.4.vol.4.& in d.consil.195.Menoch.de præsumpt. lib.4. præsumpt.91. num.6. Mantica de coniecturis vlt.volunt.lib.8.tit.11.n.7.

3 Tum secundo quia iuxta Nauar. in cons.6. de filijs presbyterorum nullus illegitimus potest absque dispensatione Papę, vel Episcopi habere beneficium Ecclesiasticum,cui accedit glosa communiter recepta in cap.fin.eod.tit.Felin.in cap.postulasti n.4. & sequent. de rescriptis. Rota in decis. 1. & in decis. 2. de filijs presbyterorum in nouis.

Tum demum quia secundum decis. Rotæ de qua pe Seraphin. 799. par. 1. successio iurispatronatus
4 æquipollet successioni bonorum,à qua repelluntur illegitimi Auth.ex complexu C.de incestis nuptijs,Beccius in consil.18.Albanus qui eodem argumeuto vsus fuit in cons.125.Lambert.art.26.n.6.Guttierez consil. 29. num. 4. & sequent. Rocchus in verbo competens num.6.& sequent.

5 Limitarem supradicta non procedere,si fuerunt legitimati, quia tunc tollitur omne obstaculum, tàm iuris, quam facti l.3.C.de natalibus restituendis Rot. diuers. in decis.505. par.1. intellige dummodò qualitas incestus fuerit specificata Paris.cons.9.num.86. & consil.15.n.54.vol.2.Gozad. cons.6.n.6.Roman.cons. 194.Franc.Becc. in cons.18. num.6. Burs at. cons.390. num.55.vol.4. Menoch. de arbitr. iudic.lib.2. cent.3. casu 203. num.2. & sequent. & in consil.629.nu.3.vbi in specie firmat esse exprimendam qualitatem matris cons.732. num.49. cum sequent.& cons.799. num.26.
6 & modica obreptio vitiat legitimationem idem Paris. consil.9. n.87.volum.2.

Quod procedit etiam si legitimatio ampliſſimas sub se contineret clausulas,Menoch.d.casu 203.vbi plures cumulat, Doctores, licet alias satisfacere videantur secundum Paris.d.consil.15.num.65.vol.2. Menoch.d. cons.19.num.23.Rota diuers.in decis.368.par.1.

RESOLVT. CLXXXXVI.

Præsentans inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem an priuetur pro ea vice facultate præsentandi.

1 *Patronus inhabilem præsentans sub conditione impetrandi dispensationem pro ea vice facultate præsentandi non priuatur.*
2 *Patronus durante quadrimestre tempore alium in beneficio cumulatiuè præsentare potest.*
3 *Scientia interpretatiua non sufficit, sed certa.*
4 *Deuolutio non efficitur, nisi tempore toto completo.*

IN hac de qua agitur questione placuit mihi hic inserere ad verbum decis.Rotæ Romanæ in vna Firmana Altaris S.Ludouici 4.Mart. 1596.corã Illustriss. Seraphino quæ sic se habet. *In resolutis non constare de deuolutione,nam præsentatio Coriolani fuit de mense Sep-*
1 *temb.1591. cum decreto, quod deberet obtinere dispensationem super requisitis à testatore,& poterant patroni du-*
2 *rante quadrimestre dispensatione per Coriolanum non obtenta,de nouo saltem cumulando præsentare,neque priuati erant hac facultate, tanquam præsentauissent indignũ, ex quo facta sub conditione obtinendi dispensationem,vnde tempus deuolutionis incæpit à die obtentæ nulliter dispensationis 23.Octobr.1592.vnde tempore impetrationis Riccardi non erat deuolutum beneficium, neque constat sufficienter,quod is ad quem primo fiebat deuolutio,haberet notitiam nullitatis dispensationis,quod tamen erat necessarium,Rot.decis.5.de rer.permut.in nou. & 13.de iurepat. in antiq.Bisignet.dec.3.eo.tit.Lapus alleg.78.n.12. Rocch.in verb.honorificum n. 58. de iurepatronatus. Nec sufficit, quod ipse sciret conditiones iurispatronatus, &*
3 *quod Coriolanus non erat qualificatus, nisi sciuerit etiam nullitatem dispensationis, quia non sufficit scientia interpretatiua,sed requiritur certa,vt per Lap.alleg.78.n.12. &*
4 *Rocch.vbi supra quæst.27. in fine,deuolutio vero non fiebat ad alios nisi completo toto tempore; quod competebat plebano Rot.decis.6.de iurepatron.in nou. Abb.in cap. quia diuersitatem num.8. de concess. præbend.*

RESOLVT. CLXXXXVIII.

Iuspatronatus an transeat ad hæredes extraneos.

1 *Appellatione hæredum in dubio præsumitur de suis, non autem extraneis.*
2 *Mentio hæredis posita in contractu est intelligenda de sanguinis hærede.*
3 *Stipulans dare alicui, & hæredibus,intelligitur de suis.*
4 *Iuspatron. transit ad hæredes extraneos.*
5 *Iuspatrona. de familia, ea finita, ad extraneos hæredes transit.*
6 *Iuspatronat. reseruatum cum dictione taxatiua ad extraneos hæredes transit.*
7 *Clausula, hæredibus quibuscunque, quid operatur.*

QVidam fundauerat iuspatronatus pro se, & suis hæredibus, deinde cum nullos descendentes ex sua linea habuisset,instituit quendam extraneum omnium bonorum suorum hæredem vniuersalẽ, qui prætendebat per præfatam hæreditatem transijsse etiam iuspatronatus, verum illius loci Episcopus dicebat beneficium fuisse effectum liberum, & proinde ad eius collationem spectare excluso penitus patrono, vnde cum iudicio meo esset transmissus punctus dicendus; dubitationem mihi non mediocrem faciebat contra patronum, quod in dubio appellatione hæredum intelligitur de suis, non autem extraneis l. sciendum ff.
1 de verborum significatione,Baldus cons.327.vol.2. & in cons.13.vol.1.Alexander cons.69. vol.1. & in cons. 222.vol.2. Decius,consil.50.vol.1. & sequenti,Menochius cons.220.volum.1.hinc Rot.Rom.in vna Senen. prædij 28.April. 1589. coram Seraphino, tenuit men-
2 tionem hæredum in instrumento factam intelligi de hæredibus sanguinis,& consequenter ad extraneos nõ
3 porrigi, vnde, qui stipulatur aliquid dari sibi, & eius hæredibus intelligitur de suis,textus est ad hoc singularis in l.secundũ responsũ C.de contrahenda stipulatione,& præsumendum est testatoris intentionẽ fuisse pro suis hæredibus l.si hæres ff.de probationibus.

Cæte-

4 Cæterum præfatis non obstantibus iudicaui contrarium motus ex pluribus, tum primo, quia ita tenuit Rota Romana in vna Cremonen. beneficij iurispatronatus 21. Nouembris 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in decis. 378. & iterum in vna Cassan. beneficij 29. Aprilis 1580. coram eodem, vt patet in decisio. 456.

Tum etiam, quia iuxta magis receptam scribētium
5 sententiam iuspatronatus reseruatum illis de familia transit ad extraneos, si est finita linea, Cassadorus decis. 1. num. 3. de iurepatronatus Caualcan. decis. 17. n. 20. part. 2. Rota diuersorum decis. 385. num. 1. part. 1. Rota Macerat. decis. 40. lib. 1. Calderinus cons. 2. de iurepatronatus, Parisius cons. 48. vol. 4. Ferrettus cons. 131. & in cons. 143. num. 23. Alban. cons. 488. num. 6. Decius cons. 3. num. 24. Morat. cons. 23. num. 5.

Reiecta nonnullorum opinione contrarium sentientium, inter quos sunt Zabarella cons. 48. Cioffus cons. 18. num. 1. Ferretus sibi ipsi contrarius in cons. 144. nu. 1. Gabriel cons. 196. num. 2. vol. 2. Couar. lib. 2. variarum resolut. cap. 18. num. 10.

Tum pariter, quia secundum aliquos Doctores tunc huiusmodi iuspatronat. non transiret ad hæredes extraneos, quando limitatè, & taxatiuè inductum, & re-
6 seruatum fuisset pro hæredibus sanguinis. Rocchus de Curte in versic. ipse vel is n. 18. Calderinus cons. 19. de iurepatronatus, Parisius d. cons. 48. numer. 6. Rota diuersorum in decis. 385. num. 14. par. 1.

Tum denique, quia cum postea vidissem instrumentum fundationis inueni fuisse adiectam clausulam, hæ-
7 redibus quibuscumque quæ operatur, vt transeat ad hæredes extraneos; vt optimè per Rotā Auenionens. in decis. 125. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Ciuitatis Castelli Castri Montoni 10. Maij 1577. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 325.

RESOLVT. CLXXXXIX.

Præsentatio an reddatur nulla ex inualiditate institutionis.

1 *Præsentatio vires trahit ex institutione.*
2 *Præsentatio ex institutionis inualiditate nulla non redditur, & quare.*
3 *Præsentato est quæsitum ius, etiam institutione nulla existente.*
4 *Electio legitimè facta per inualidam confirmationem non annullatur.*
5 *Vtile per inutile in separatis non vitiatur.*

IN quadam causa curię Epi scopalis Sarnensis mihi commissa decidenda dubitabatur, si præsentatio ritè rectèq. facta à patronis reddatur nulla ex institutione subsequuta inualida; dubiū mihi faciebat, quod cum præsentatio trahat robur ex ipsa institutione
1 propterea ipsius validitas erat inspicienda argumēto textus in l. si quis nec causam ff. si certum petatur l. & si non sunt ff. de auro, & argento legato.

Cæterum hoc non obstante cōtrarium iudicaui motus authoritate communis opinionis, de qua per Vi-
2 uium c. 323. & iuxta hanc opinionem fuisse in Rota Romana resolutum scribit Seraph. in decis. 1238. per hæc verba, *nullitas institutionis non inficit præsentationem factam per patronos fuisse validam, & in tempore factam licet institutio sit nulla.*

Cuius decisionis triplex est ratio, prima quia ex præsentatione facta intra tēpus debitum de persona ido-
3 nea à veris patronis ius fuit quæsitū præsētato etiam, quod institutio fuerit nulla; vt pluries resoluit Rota, & signanter in vna Casalen. parochialis 10. Aprilis. 1598. coram Seraphino, & iterum in eadem 5. Nouembris eiusdem anni coram Millino, Quiroga dec. 299. Cotta decis. 351. Seraphinus decis. 1274. Sarnen. in regula de iure quæsito non tollendo quæstione prima.

Secunda ratio quia non debet culpa Episcopi malè instituentis patronis nocere, Rota decis. 4. de iurepatronatus in nouis, Cotta decis. 351. Seraphinus citata dec. 1238. Rota dec. 17. de præbendis in nouis, & iuxta hanc sententiam pluries resoluit eadem Rota præsertim in vna Romana iurispatronatus 14. Octobris 1589. coram Robusterio, & iterum in vna Astorigen. Archidiaconatus 15. Ianuarij 1583. coram Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore.

Tandem nouissima ratio est, quia quemadmodum per confirmationem inualidam non annullatur electio
4 legitimè facta cap. confirmationem de electione in
5 sexto, ita, & præsentatio; cum in separatis vtile perinutile non vitietur, regula vtile de regulis iuris in sexto.

RESOLVT. CC.

Clausula, iurapatronatus illæsa seruare volentes, quid operatur.

1 *Cognitio causæ accedens clausulæ (iurepatronat. illæsa seruare volens) est iuris tributiua.*
2 *Clausula (iurapat. &c. absque causæ cognitione iura patroni conseruat.*
3 *Cognitio causæ in dubio præsumitur, præsentatione admissa.*

SVpponatur in facto; quod in quadam Bulla institutionis cuiusdam beneficij patronatus reperiatur inserta supradicta clausula; dubitabatur si deinde contingat casus vacationis præfati beneficij, releuetur patronus ab onere probādi iuxta formam Cōcilij virtute istius clausulæ, cui quæstioni ego distinguendo respondi, quod aut fuerit adhibita causæ cognitio per ordinarium, & tunc institutio Episcopi cum insertione
1 huius clausulæ nedum est præseruatiua, verū etiā iuris tributiua, vt fuit in Rota resolutum in vna Mediolan. iurispatronatus 10. Nouembris 1595. coram Illustriss. Blanchetto, secundū quod refert Seraphinus in decis. 1421. par. 2. Cotta decis. 300. Peregrin. decis. 23. si vero non præcesserit causæ cognitio, tunc per insertionem
2 istius clausulæ nō operatur, nisi quod iura patronis illæsa conseruantur, vt fuit etiam in Rota resolutum in vna Romana parochialis 2. Ianuarij 1600. coram Corduba.

Quamuis in dubio presumatur adhibitam fuisse
3 causæ cognitionem per ordinarium, qui præsentationem admisit: Rota diuersorum in decis. 457. n. 17. par. 1. & iterū in vna Lucana Decanatus 22. Martij 1577. coram Clemente Octauo tunc Rotæ Auditore.

RESOLVT. CXLVII.

In iurepatronatus quomodo succedatur.

1 *In iurepatr. succeditur in stirpes, non in capita, & quare.*
2 *Plures loco vnius habentur.*
3 *Vniuersitates obtinentes iuspatron. quælibet vnam habet vocem.*
4 *In iurepatro. si succeditur iure legati, donationis, vel singuli, vti singuli, succeditur in capita non autem in stirpes, & quid si adest obseruantia, quod semper succedatur in capita.*

ABsque difficultate semper fuit dictum in curia Archiepiscopali in iurepatronatus succedi in
1 stirpes, non autem in capita, per textum expressum in Clemētina si plures de iure patronatus, & ratio est secundum Innocentium in cap. 1. eod. tit. quia hæc successio regulatur ad instar successionis hæreditatis, in qua locū habet successio in stirpes §. quod placuit de hæredit.

hæredit. quæ ab intestato deferuntur, latè scribentes in Authentica cessante Cod. de legitimis hæred. Bald. consil.23.volum.1. Alex. consil.32.volum.2.ita, quod secundum eundem Innocentium,si plures vni patrono succedunt, illi plures loco vnius habentur;argumento tex. in l. si qui fundus, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & hanc opinionem sequuti sunt Abb. & reliqui omnes in cit. cap. 1. præsertim Bero. num. 59. vsque ad 63. Lambertin. 1. par. l.1. q.1.princip.ar.24. Paulus de Cittadinis in eiusdem nominis tractatu p.1. ampliat. 6. n. 6. Rocchus in verbo ipse n.2. Decianus consil.32.n.6.vol.1.Ruin.conf.50.n.4.vol.5. Tutius de iurepatronatus q.8.

Et in casu mihi proposito talis erat facti species;nã tres erant patroni, qui morientes, vnus reliquit quatuor filios hæredes;alter quinque,alter vero octo,nam dixi,quod isti filij succedunt in stirpes, non autem in capita, & in hac præsentatione tãtum operabitur vox octo filiorum,quantum vox illorum quatuor,& quinque; cũ illi octo repræsentent vnum, illi quatuor vnũ, illi verò quinque vnum, & sic de reliquis per text. in dicta Clementina si plures, de cuius ratione vide celebrem glosam in capitulo si plures in verbo communi 16.q.7. hinc est, quod si plures vniuersitates obtinent iuspatronatus, quælibet vniuersitas habetur pro vna voce,nec sunt considerandа singula capita hominum, vt pulchrè per Menochium consil. 316. volum.4. Merenda consil. 28. Arixminus Tepatus lib. 1. variarum iuris sententiarum titul. de iurepatronatus circa medium Pacific.conf.123.

Suprapositа tamen conclusio limitari poterit tripliciter.

4 Et primo, vt procedat, quando succeditur iure hæreditario, secus si alio iure nempè legati,vel donationis,quia tunc si donetur iuspatronatus familię,omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes ; ita Alexander conf.63.n.3.& 4.vol.1.Bal.in l.2.sub n.4.C. de suis,& legitimis;& ita tenuit Rota Romana in vna Regin.13.Nouemb.1601. coram Penia.

Limita secundo quando iuspatronatus pertinet ad singulos,vt singulos, non vti vniuersos,siquidem quãdo competit alicui collegio, seù familiæ, vt vniuersis sit præsentatio per stipitem, & non per capita, ita Lambertinus 2.part.1.lib.artic.25.quæst. 1. principali num.17. & ita iudicauit Rota Romana in vna Statuarien. iurispatron.11.Ianuar.1583. coram Illustrissimo Pamphilio.

Limita tertio vbi obseruantia esset in contrarium, vt fuit in Rota resolutum in vna Burgen.Abbat.16.Iunij 1589. coram Penia.

RESOLVT. CCII.

Præsentatus an debeat examinari ab Episcopo.

1 *Præsentatus ab Episcopo est examinandus,& quare.*
2 *Illiterati clerici odio sunt habendi, ac cœcis comparandi.*
3 *Illiteratura est defectus intollerabilis.*
4 *Illiteratus plus est odiosus homicida.*
5 *Collatio beneficij illiterato facta est ipso iure nulla.*
6 *Examinatus,& approbatus in vno beneficio, in alio non est examinandus,& idem in notorio litterato.*

SVpponatur in facto quendam fuisse præsentatum ad aliquod beneficium simplex, qui ob suam prætensam eximiam doctrinam renitebat examinari,proinde dubitabatur quid iuris:& respondi de hoc nõ esse dubitandũ,stante expressa dispositione S.Conc. Trident.sess.9.c.13. de reform. vbi cauetur, præsentatos
1 à patronis non esse admittendos, nisi prius à locorum Ordinarijs examinati,& idonei reperti fuerint.

Cuius sanctissimæ dispositionis ratio est, vt literati ad beneficia Ecclesiastica admittantur, ignari enim, & illiterati clerici maximo odio habentur,c. ignorantia,38.dist.cap.nisi cum pridem,de renunciat. & cęcis comparantur.cap. post translationem, eod. tit. & secund.Bald. in cap. congregato,de elect.Illiteratus est nullus in Ecclesia Dei,& else irregularem, & repellẽdum ab Ordinibus voluit tex.in c. præcipuus 34. d. c. illiteratos,36.dist.cap.1.55.dist.Maiol. de irregular. l. 1.c.32. Nauar. in c.si quando,de rescript.Pelagius de planctu Ecclesiæ,lib.1.art.48. Diaz in praxi crimin.c. 21. & illitteraturam esse defectum intollerabilem di-
3 spposuit Summus Pontifex in cap. si in laicis,38.d.glos. in cap. si forte,in verbo scientia,de elect.in 6. Hinc dixit Diaz in cit. cap. 21. num.6. illiteratum magis esse
4 odiosum,quam homicidam, & propterea collatio beneficij ipsi facta est ipso iure nulla, secundum Panor-
5 mitanum post Innoc. in cap. cum in nostris, de concess.præb. Felin. in c.per tuas,sub n.1.de simonia,Paris. de benefic.resign.l.4.q.11. quò fit, vt conferẽs beneficium illiterato, teneatur resarcire Ecclesiæ damnum,secundum Anchar.in Clem.1.num.5. de ætate,& qualitate. Quæ omnia intellige, & declara, vt per Garz.t.2. de benefic.p.7.c.7.n. 12. & infra. Limita-
6 primo,id quod de examinatione diximus, non procedere quando quis esset semel examinatus, & idoneus repertus, fuisset approbatus,quia si ei fuerit facta collatio alterius beneficij, vel alias præsentatus ad aliquod iuspatronatus,non debet iterum examinari,tex. est expressus in c. accepimus, de ætate, & qualitate, & pluries canonizatus à Rota, teste Seraph. in decis. 1323. Paleot. decis.83. Caputaque dec.367.l.2. Rota dec.16.num.1.p.2. diuers. & in Curia seruari testatur Gonsal. super regul.8. Cancel. gl.4.n.88. Masobr. in praxi habendi in vers.pag.23.n.24. & 25.

Tamen Rota in vna Calaguritana beneficij 13. Ianuar.1587. coram Pamphilio tenuit contrarium, scilicet,quod cæptus beneficiari in quolibet assensu denuò examinetur: sed credo,Rotam in hac decis. intellexisse,quando examen esset pro forma assignatum, quia tunc nullatenus omitti potest, alias actus corrueret, vt sensit eadem Rota in vna Calaguritana beneficij 12. Octob.1587. coram eod.Pamphilio,de qua meminit Gonzales loc.cit.n.93.

Limita secundo, quando quis esset notoriè illitteratus,cap. qui Episcopus,iuncta glos.2.23.dist. c. nullus,24.dist. & ibi gl. vnica,Felin. post alios, in cap.fin. n.28. plura cumulans, de præsumpt. Decius per text. ibi in cap. constitutis num.3. de appell. Gregor. Lup. in l.15.tit.16. partita prima in glos.1.latè per Mandosium in regula 24. de malè promotis, quæst.3. num.4. cum pluribus sequent. & facit glos. celebris in cap. Petro,47.dist.

RESOLVT. CCIII.

An beneficium iurispatronatus possit renunciari absque consensu patroni.

1 *Renunciatio beneficij iurispatronatus inconsulto patrono, non tenet,ac eo contradicente est nulla,& quare, cum declarationibus.*
2 *Resignatio beneficij iurispatronatus, patrono sciente, & patiente,tenet.*
3 *Resignatio facta absque Domini consensu, reconualidatur consensu superueniente.*

PLuries fui cõsultus super hoc articulo, & antequã vidissem Rotæ Romanæ decis. semper allegabam Calderinum in cons.6. de renũciatione,qui consuluit, patronum,etiam laicum, non esse vocandum,quando præsentatus per eum, & postea per Episcopum institutus vult renunciare beneficio,quia secundum eum,

iura

iura loquentia de renunciatione, locum habent tantum de Epiſcopo habente facultatem inſtituere; cap. admonet,& cap. quod in dubijs de renunc. quam opinionem ſequitur Pauinus in tract. de offic. & poteſt. cap. ſede vac. par. 2. quæſt.2. num. 16. iuxta quam ſententiam olim fuiſſe per Rotam Romanam deciſum ſcribit Mohed.deciſ.6. de iurepat.

1 Cæterum præfatis non obſtantibus, contraria opinio eſt verior, & communis, quod ſcilicet in renunciatione beneficiorum iuriſpatronatus requiratur conſenſus patroni, vt voluerunt Innocent. & reliqui communiter in cap. fin. de renunc. Panormitanus in cap. de multa,col.4.de præbend.& in cap.ſignificatũ, col.2. eod. tit.vbi etiam Imola col.1. Crauetta conſil.153. num.10. Mandoſius conſ.7.nu.1. latè Couar. lib.1 pract.queſt.cap.36.& fuiſſe deciſum in Rota Romana,teſtatur Peregr.deciſ.102.lib.3.

Quæ opinio adeò vera eſt, vt renunciatio facta patrono contradicente, erit nulla, ſecundum Mandoſ. cit.conſ.7.num.4.Burſat.conſ.411.num.5.lib.4. & ita fuiſſe in Rota Romana deciſum teſtatur Puteus deciſ. 412.lib.1.idemque fuit deciſum in vna Gerunden. beneficij 29. Ianuarij 1539. coram Epiſcopo Rauellen. & iterum fuit deciſum in vna Hiſpalen.2. Decembris 1538. coram eodem Mohedan. deciſ.4. de iurepatr. Peregr.deciſ.102.lib.2.

Et ratio eſt,quia patronorum intereſt, ne beneficiati dimittant eorũ beneficia,ipſis inauditis,cap. in Lateranen.de præbend. Lapus allegat.96. & hac de cauſa renunciatio facta ſpreto patrono eſt nulla,licet non ipſo iure, Taniſ. deciſ.90. & in deciſ.82.Rota in vna Mediolan. Canonicatus 8. Ianuarij 1543.coram Ptolomeo,quod procedit etiamſi patronus non contradicat infra tempus datum ad præſentandum, Put. deciſ. 412.lib.1.& per hanc reſignationem non cenſetur ius abdicatum à reſignante, vt reſoluit Rota in vna Mediolanen.Canonicatus,15. Ianuarij 1543. coram Ioãne Paulo: vnde ſi moriatur reſignans,beneficium poterit impetrari per obitum de conſenſu patroni, ſecũdum deciſ.Rot.326. teſte Mohedano, & ratio eſt,quia per talem reſignationem nõ abdicatur ius à reſignante. Mohed. citata deciſ. Ptolomeus deciſ.102. Achil. de Graſſis deciſ.10. de reſtit. ſpoliat.Puteus cit.deciſ. 412.& iſtud procedit etiam in reſignatione, quæ fit in Curia, vt reſoluit Rota, teſte Cardinale de Sancta Cruce in deciſ.71.

Nunc ſuprapoſitam concluſionem principalem limita dupliciter, & primo non procedere, quoties patronus ſciens,& patiens non reclamauit, nam hoc caſu reſignatio tenet. Peregr. deciſ.202.lib.3. Taniſ. deciſ.8.hinc eadem Rota reſoluit renunciationem inualidam abſque conſenſu patroni validari ex patientia, & tacito conſenſu patronorum, idem Peregr.in deciſ. 208.lib.3.& in deciſ.307.

2

3 Limita ſecundo, non procedere quoties ſuperuenerit cõſenſus Domini,nam tunc reconualeſcit reſignatio facta abſque conſenſu, Rota in deciſ.5.de rerum permut.in nouis.

RESOLVT. CCIV.

An iuſpatronatus ſicut principaliter vendi non poteſt, ita nec actio ad ipſum.

1 *Ceſſio liti, & cauſæ feudali valet ſine Regio aſſenſu.*
2 *Renunciatio hypothecæ à creditore debitori feudatario valet ſine aſſenſu.*
3 *Conceſſio iurium feudalium,quæ non exercentur, valet in Regno, quemadmodum, & rerum demanialium ſterilium.*
4 *Actio iudicatur iuxta naturam rei ad quam datur.*
5 *Actionem habens,rem habere dicitur.*
6 *Venditio etiam cum pacto de retrouendendo, dicitur perfecta.*

INter cętera nobiliſſimæ Nolanæ vrbis ornamenta, eſt omnium iudicio, Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Parietẽ,toto orbe innumeris miraculis celeberrima,cuius Sacellum cum Canonici Regulares illius Eccleſiæ conceſſiſſent cuidam nobili, ab illius ciuitatis Senatu conceſſionem ægre ferente,Canonici conueniuntur,& Eccleſiam prætenditur eſſe de iurepatronatu Ciuitatis ex ſucceſſione in iuribus fũdatoris, cuius arma vſque ad hunc diem in valuis Eccleſiæ, &Monaſterij apparent. Poſt multa ſumens occaſionem conceſſionarius amicus electorũ procurat, vt liti ciuitas cedat,illius optimatibus nimium ægreferentibus, tũ publicũ damnum, tum etiam, & modum. Quare Perilluſtris Dominus Cyrus Maſtrillus ſtudio,ac pietate in patriã nulli illius ordinis ſecundus, trecentos aureos eos Ciuitati offert pro ceſſione dicti iuriſpatronatus, cũ pacto, quod ſi litis victoriam reportaret, in electione ciuitatis eſſet habere iuſpatronatus, reſtituto illi pretio vna cum tertijs: quod glorioſę Virginis miraculo concluſũ crediderit,etſi vt liti cederet Senatus,haberetur.

Quæſiuit à me propterea Senatus ille an ſicut principaliter iuſpatronatus vendi nõ poteſt, ita nec actio ad ipſũ ſecundo, an ſtante pacto illo de retrouendendo ſubſtineatur venditio. Et prima facie videtur affirmatiua opinio indubitabilis, ex ijs quæ leguntur apud Capyc.deciſ.156. vbi fuit deciſum, quod ceſſio liti, & cauſæ feudali valeat ſine Regio aſſenſu,quamuis illius alienatio ſine aſſenſu nõ ſubſiſtat, vt in cap.1.de prohib.feud. alien. per Lothar. & in cap. Imperialem, de prohib.feud. alien.per Foder. & in conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,ergo eodem modo etſi ſit prohibita particularis alienatio iuriſpatronatus, non erit prohibita ceſsio,nec venditio iuris ad illud. 1

Secundo; ad idem adduci poteſt deciſ. Afflicti 232. vbi fuit deciſum, quod renunciatio hypothecæ ſuper feudis per creditorem feudatario debitori,valeat etiã ſine Regio aſſenſu facta. Et hæc opinio eo magis ſequenda eſt in caſu noſtro, cum Senatus vocatus eſſet, vt liti ciuitas cederet, quo caſu ſumus in terminis dictorum per Fabium de Anna in conſil.51. vbi æquiparat conceſsionem terrarum incultarum,in terminis d. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ,conceſsioni iurium, etſi feudalium, quæ tamen non exercebantur, ita vt ſubſtineatur alienatio huius iuriſpatronatus,cũ niſi eſſet facta,fuiſſet liti ceſſum, pro quo Senatus vocatus erat. 2

Contrarium tamen mihi videtur ſine vllo ſcrupulo verius in iure, & pro hac negatiua opinione eſt regula iuris communis, quæ ſe habet, quod actio iudicatur iuxta naturam rei,ad quam datur,de qua plura habes apud Tiraq.de retractu lignag.& in §.1.glo.7.num.3. & Arnold. Ferrar. in conſuet. Burgund.in titul. de teſtam.§.2.fol.166.& Cotta ſingulariter ad regulam legimus apud D.de Franchis deciſ.75.& 593.& apud Annam alleg.122.& Annam filium conſil.55. Theſ. deciſ.160. & faciunt dicta per Bart. in l.poteſt, ff. de auctor.tut.quas ne relator videar, non pono,tu eas conſulas. Et inde eſt,quod qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur, dixit tex.in l. qui actionem, ff.de regul.iur. Imò, & in bonis noſtris rem habere dicimur, cum actionem ad rem habemus, iux. tex. in l.rem in bonis, ff. de acq.rer. dom. quemadmodum non dicimur amiſiſſe illud, ad quod recuperandum ius habemus, l.ſi quis vi, ff. de acqu. poſſ. 3 4 5

Nec in contrarium adducta obſtant, & primo deciſ. Capyc.156.quia ſi rectè inſpiciatur, non deciditur ibi valere ceſsionem iuriũ, & actionum feudalium ſine aſſenſu, ſed tantum valere quoad inſtantiam, & item, vt etiam poſt alios animaduertit D. de Franch. 6

dicta

dicta decis. 593. ita vt potius probet contrarium.

Nec obstat secundo decis. Afflict. cum casus noster sit diuersus, & in proprijs terminis feudalibus aliud est quærere, an valeat remissio hypothecæ à creditore debitori feudatario sine assensu, vel si valeat venditio facta à creditore illius iuris hypothecæ nō feudatario debitori, sed extraneo. Primo casu quis dubitat, valere remissionem, cum (vt considerat in proprijs terminis Ann. cons. 55.) res de facili reducatur ad suam pristinā naturam, & dicatur eo casu res fauorabilis, per not. per Iaf. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. verum etiam cum sit facta in augmentum feudi, & sic liberando feudatarium ab onere hypothecæ, quo casu fieri potest etiam de iure Regni, ex ijs, quæ adducit Andr. in constit. constitutionem Diuæ memoriæ, & pulchrè per Ann. cons. 51. & passim per nostros regnicolas, qui in secundo casu communiter contrarium firmant, cum fiat commutatio de persona ad personā, quod omninò est in iure feudorum prohibitum sine assensu, & solū permittitur in refutatione, quæ fit à patre filio fictione iuris, cum reputetur eadem persona.

Nec obstat tertio loco adductum, tum quia nō habemus in iurepatronatus illius venditionem permissā, quādo infructuosum esset, prout in feudo; tum etiā quia negatur huiusmodi esse hoc iuspatronatus, etsi nullius redditus, cum ratione qualitatis Ecclesiæ sit maximæ qualitatis; negatur & tertio, quod ex quo, vt liti cederet Senatus vocatus erat, ideo fuit cessio iuriū quæ non exercebantur, cum multa potemt accidere, quo minus liti cederetur, nec certi sumus de consensu vocati regiminis, arg. §. illud instit. de rer. diuis.

Nec pactum illud de retrouendendo, quicquam iuuat, cum sit nihilominus perfecta venditio, per ea, quę Thes. dec. 75. post Tiraq. de retractu conuent. §. 3. gl. 1. num. 14.

Et huius sum opinionis lector, nec te D. Cyni moueat auctoritas, etsi omnes illum iuris Coryphæum fateamur, cùm hoc casu potius prudentiam, quàm iu. risprudentiam exercuisse (cùm vtraque si quis alius polleat) certo existimaret.

RESOLVT. CCV.

Patronus an possit iuspatronatus renunciare in præiudicium filiorum.

1 *Iuspatronatus in præiudicium filiorum renunciari potest, si à persona descendit, secus si ex genere, n. 4.*
2 *Primus acquirens vocatis in inuestitura præiudicare potest.*
3 *Dominus feudi primus filijs præiudicare potest.*
5 *Successor fundatoris reliquis præiudicare non potest.*

QVæstio etiam non minus elegans est, num possit à patrono iuspatronatus in præiudicium filiorū, ac legitimorum hæredum renunciari; in quo articulo Romæ consultus respondi distinguendo, quod aut loquimur in iurepatronatus descendente ab ipso renunciante, & tunc cum ipse idem sit, qui illud fundauerit poterit per eum fieri renunciatio in præiudicium fi-
1 liorum, quæ opinio fundatur authoritate, & ratione: authoritas igitur est Archidiaconi in cap. vnico de iurepatron. in lib. 6. Alexand. cons. 13. n. 10. vol. 5. Alban. cons. 75. n. 7. & seq. Paris. cons. 22. vol. 1.

Quorum opinio corroboratur ex eo, quod primus acquirens semper potest præiudicare vocatis in inuestitura, vt est communis opinio, secundum Clariū in §.
2 feudum q. 41. & in §. emphyteusis, q. 16. vers. sed his præmissis: hinc est, quod pater primus acquirens emphyteusim potest filijs præiudicare alienando, vel renunciando, secundum Gabriel. concl. 2. de iure emph. Cæpolla cons. 31. n. 10. Ruin. cons. 7. n. 23. lib. 1. Alciat. cons. 33. legati verba n. 20. & 25. n. 9. Crot. loquens in emphyt. gratuita in cons. 33. n. 12. & 13. iuncto n. 27. Afflict. dec. 112. n. 6. Nat. cons. 475. per totum, lib. 2. & cons. 501. n. 13. lib. 3. Cephal. cons. 468. n. 32. cum sequenti, & cons. 608. n. 31. vers. deuenio ad secundū, lib. 4. vbi dicit, quod sicut pater fuit ille, qui acquisiuit pro se, & filijs; sic potest ille accedente Domini cōsensu filijs præiudicare, hancque esse magis communē opinionem, ex ratione, quia respectu filiorum dicitur donatio causa mortis, quæ potest per ipsum donantē reuocari, eandem etiam opinionem argumentando tenuit Hieron. Gabri. cons. 123. n. 45. & Iafred. cons. 248. num 11. vt refert, & sequitur, Vrsill. ad Afflict. decis. 248 n. 11. & secundum eam pluries Sacr. Concil. Neapolitanum determinasse refert idem Vrsill. ad Afflict. in dec. 112. sub n. 4.

Corroboratur secundo per argumentum, quod pri-
3 mus acquisitor feudi potest filijs præiudicare, secundum Iason. communiter receptum in l. 2. col. vlt. C. de iure emphyt. Socc. cons. 25. vol. 1. Crot. cons. 22. vol. 1. Paris. cons. 98. n. 10. Alex. cons. 12. Dec. cons. 390. vol. 1. Curt. senior. cons. 83. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in Sac. Concil. Neap. testatur Afflict. in decis. 112. & in Rota Siciliæ fuit dictum posse primum feudi acquisitorem feudi formam mutare, vt refert Mastril. decis. 56. n. 20. & seq.

Aut iuspatronatus non ab ipso patrono, sed à genere descendit, & sic transit ordine successiuo de vno
4 in aliū, quo casu prior in gradu sequentib. præiudicare non potest. gl. sing. in l. peto §. fratre, verb. ex familia ff. de leg. 2. quæ asserit, quod si res alienari prohibita cunctis de familia consentientibus, alienetur, possunt illi, qui postea nascuntur, alienationem reuocare. Guiliel. Bened. in repet. c. Raynutius, verb. & soboles quam gestabat in vtero, num. 49. de testament. Nicol. Boer. aurea decis. 12. n. 4. hanc etiam sententiā tenent, Anchar. & Franc. n. 4. vers. in gl. verb. eidem, in d. c. vn. in princ. de iurepatronatus, lib. 6. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 18. n. 10. qui reprobat Lambert. contrarium tenentem. Probatur etiam iuspatronat. competit filijs, vel alijs vocatis beneficio fundatoris in leg. vnum ex famil. §. 1. ff. de legat. 2. successor igitur fundatoris non poterit reliquis præiudicare, l. si duobus, §. sin autem sub conditione, & in authentica res, quæ C. comm. delegatis, & fideicomm.

RESOLVT. CCVI.

An Episcopus possit prorogare tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patronis à iure concessum.

1 *Episcopus tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patrono prorogare potest.*
2 *Iudex ex causa tempus à iure statutum potest diminuere, & protrahere.*
3 *Terminus à iure præfixus prorogari potest, cum declar.*

ILlustrissimus Episcopus Galatinus quęsiuit à me si potuisset tempus quatuor, vel sex mensium patronis à iure cōcessum prorogare, cui quæsito dubitationem non mediocrem mihi faciebant. Primo quoniam cum præfatum tempus sit à sacris canonibus indultū patronis, c. verū vn. §. de iurepatr. lib. 6. sed Episcopus non potuit facere aliquid contra ius canonicum c. institutionis 25. q. 2. c. licet illi, quod regulare fuit de off. ordin. Calder. cons. 5. de const. Paris. cons. 27. n. 59. vol. 2. Barbat. cons. 21. Alex. cons. 35. vol. 1. & latissimè Felin. in c. quod super his de maiorit. & obed.

Secundo, quia tempus prædictum videtur à iure limitatum ob publicam vtilitatem ne diutius Ecclesia careat Rectore, arg. tex. in cap. 1. & 2. de iurepatron.

Me-

Menoch.consil.122.vol.1.Auserr.consil.41.n.8.Bombin. consil.18.num.4. Henriquez consil.60.num.6.& proinde non prorogari testatur Bald.consil.4..

Cæterum præfatis non obstantibus, contrarium
1 consului suæ Illustrissimæ Dominationi, & iuxta meũ consilium fuit executum,& ad ita iudicandum mouebar ex pluribus.

Tum primo,quia iuxta hanc opinionem tenuit Rot. Roman.in vna Placentina beneficij 13. Ianuarij 1560. coram Ioanne Petro, quam sententiam amplexa fuit iterum Rot.teste Crescent.in dec.11.& in dec.12. de dilat.& idem Crescent.in dec.5.de iurepatron.quibus accedat Lambert. in eiusd. nominis tract. par.2. q.1. art.27.& 28.& q.6.art.22.n.3.vbi voluit posse ordinarium tempus quatuor, vel sex mẽsium concessum patronis à iure ad præsentandum prorogare: & istud ad finem,vt ijdem patroni possint pro idoneo præsentando deliberare.

Tum secundo,quia ex causa si lex potest terminum
2 à iure statutum abbreuiare,& prorogare, vt per Bart. & alios in l.2.ff. de re iudic. latè Canonistæ in c. cũ sit Romana de appellat.glos.in c.oblatæ,& in c.personas eod.tit.Capell.Tholos.decis.196.decis.445. decis.426. Mising.decis.40.cent.3. Cresc. tit. decis.11. de dilat.

Tũ tertio,quia cum post patronos possit Ordinarius per sex menses prouidere,nec antea potestas cõferendi ad superiorem deuoluatur,ad notata per Geminianum in c.fin.§.fin.vers. quid si laicus de iurepat.lib.6. Rot.in dec.6.de suppléd.neglig.Prelat.in antiq.& ead. Rot.in decis.6. de iurepatron. in nou. & fuit dictum in Curia Arch.Neapol.nõ est ratio cur non possit,& hoc patrono cõcedere,& per hoc intelligitur prorogationem valere in sui præiudicium, nõ superioris ad quem post tempus Ordinario concessum deuoluitur ius cõferendi,Abb.in cap.cum sit Roman. in 3.col.& seq. de appellat.post Bal.in l.cum dies §.arbitrio ff.de arbit.

Tum tandem, quia cum non agatur de præiudicio alterius, sed ipsiusmet prorogantis, arg. eorum, quæ scripserunt Bar.& Alex.in l. cum stipulatus sim, ff. de verb. oblig. Angel.in l.siue pars, C.de dilat. Ant. de Butrio in c.significasti col.4.in fin. vers. item quando non interest de appell. Propterea dubitandum non est quin prorogari possit, quia quando DD. dubitant an terminus à iure præfixus possit prorogari,intelligitur quando factum tangit ius partis, secundum Panorm. in cit.cap.cum sit Romana in princip. col.3.

RESOLVT. CCVII.

Derogatio iurispatronatus an comprehendat iura patronatus laicorum.

1 *Derogatio iurispatronatus non comprehendit laicorum iuspatronatus, nec Præceptorias Sancti Ioannis Hierosolymitani, nisi expressè fuerit mentio facta.*
3 *Derogatio generalis non obijcitur habenti quasi possessionem præsentandi.*
3 *Derogatio generalis iurispatronatus laicorum litigiosum comprehendit,etiam regium,ac quæsitum ex consuetudine, vel præscriptione, num.sequenti.*

1 HAnc opinionem negatiuam tenẽt vnanimi consensu Doctores omnes in cap.cum dilectus de iurepatron. & alij innumeri, quos refert Couar.pract. quæst.c.36.quib. addo Ioseph.Ludouicum lib.1. commun.concl.cap.43.& propterea inferunt,quod si Papa in derogatione non fecisset specialem mentionem de iurepatronatus laicorum,non censeretur illi derogasse; vnde reseruatio regulæ octo mensium non comprehendit præfatum iuspatronatus, Verall. in decis. 405. lib.1.Seraph.in dec.1334.par.2.Ant.Faber.in dec.6.C. de iurepatr.quemadmodum quoque in ea nõ veniunt iura patronatus, seu Præceptoriæ Sancti Ioannis Hierosolymitani,Achil. de Grassis in decis.9.de præbend. Cassad. decis.4.& 12.de præbend.Et istud,quod supra diximus de iurepatronatus laicorum non comprehendi in generali derogatione,ampliãt procedere, quamuis iuspatronatus esset mixtum,quoniam ad hunc effectum reputatur laicale. Felin. in tract. quando literæ Apostolicæ, ampliatione 6. Silua in tract. de beneficijs part.2.quæst.14.Rebuffus in tract.de nominationibus,q.15. vers. 3. & iuxta hanc opinionem pluries fuisse decisum in Rota Romana testatur Achil. de Grass.in dec.3. de iurepatron. Puteus decis. 157.lib.3. Caputaq.decis.405.Seraph.cit.decis.reiecta opinione eiusdem Rotæ in antiquis decis. 266. de concessione præbendæ, in antiquis.

2 Et etiam ad hunc effectum videtur sufficere sola quasi possessio præsentandi, secundum Zabarell. in consil.69.n.4.Calder.consil.23. de præb.Rocch.de iurepatr.in verb. competens, quæst.24.& fuisse decisum in Rota testatur Simonetta de rescriptis, quæst. 70. Mohed.decis.179. Puteus decis.206.lib.1.Tanis.decis. 3.Crescent.in dec.3. de iurepatr.& fuit dictum in vna Vigen.beneficij 19.Nouem.1599. coram Illustris.Paphilio, neque etiã de hoc casu est necessaria probatio descendẽtiæ patronorũ,ex quo reperitur in quasi possessione præsẽtãdi,Cresc.in dec.9.de iurepatronatus.

Nunc suprapositam conclusionem principalem limito multipliciter.

3 Et primo,non procedere in iurepatronatus laicorũ litigioso, nam quamuis Summus Pontifex in derogatione non fecisset de ipso specialem mentionem, censetur tamen illud fuisse comprehensum, secundum Calder.consil.vnico, vt lite pend.Lapus, & Gemin. in cap.1.eod.tit.in 6.Cassad.in decis.6. vt lite pendente.

Amplia hanc limitationem etiam procedere si iuspatronatus esset Regium,nã quamuis de ea sit facienda specialis mentio,nihilominus non procederet quãdo esset litigiosum, iuxta decis.Rotæ Rom. teste Crescentio in dec.8. de iurepatr. Sublimita quando in derogatione fieret mentio de lite,nam procederet de lite inter quamcunque personam, & quandocunque beneficium sit litigiosum. Verall.decis.127.par.2.

Limita secundo, non procedere in prouisione beneficij iurispatronatus quæsiti ex consuetudine,vel præscriptione,quoniam quamuis sit laicorum,non requiritur derogatio,secundum decis.Rotæ, de qua per Seraphinum decis.719.

Limita tertio,quando derogatio iurispatronatus esset obtenta post præsentationem patronorum, nam nihil operatur,secundum Seraphinum in decis.1270.

RESOLVT. CCVIII.

Iuspatronatus an transeat in monasterium.

1 *Iuspatronatus in monasterium transit, cum declaratione, 6.*
2 *Argumentum validum est de feudo ad iuspatron.*
3 *Feudum in monasterium transit,feudatario religionem ingresso,cum declaratione.*
4 *Monasterium loco hæredis habetur.*
5 *Monachus omnia per ingressum religionis in monasterium transfert.*
7 *Iuspatronatus per ingressum religionis primogeniti transit in secundogenitum, vel successorem.*

1 DVbitabilis est quæstio, vtrum iuspatronatus, patrono monasterium ingresso, transferatur in monasterium? & videtur,quod sic ex pluribus.

2 Tum primo, quia validum est argumentum de feu-
3 do ad iuspatronatus,vt pluries scripsi ex dec.Rotæ: & de iure clarum est, feudum transire in monasterium,

feudatario religionem ingresso. Afflict. decis.320. Capyc.decis.10.& 31.Cacher.decis.27.num.14.Ann.sing. decis.207.Io.Papon.lib.13.tit.1. Arresto 1.& conferūt dicta per de Franchis in decis.20. quod verum intelligas,quādo pro eo præstatur seruitium reale, quia tūc viuente feudatario, retinebit monasterium quoad cōmoditatem, Bald. in cap.1.n.2.de vassallo, qui arma bellica deposuit,Fel. in c.in præsentia,num.46.de probat.Ruin.consil.42.num.9.vol.1.Crauetta consil.303.

4 Tum secundo, quia iuspatronatus transit in hæredem, sed monasterium habetur loco hæredis, vt latè per Doctores in cap.in præsentia,de probat.Mastrillus in decis.65.de Franchis decis.29.Caualc.decis.1.par.3. Valasc.decis.6.

5 Tum deniq; nam monachus se, suaq; omnia per ingressum religionis trāsfert in monasterium,authen.ingressi,C.de sacrosāc.Eccles.ergo,& iuspatr.esto,quod transit cū vniuersitate bonorum, glos.in clement.fin. in verbo hæredis,de iurepatr.Alex.in l.quamuis,ff.ad Trebel. Calcan. consil.74.num.8. Bolognet. consil.25.n. 6.Ias.in l.1.n.71.ff.deleg.1.& in l.2.n.2.C.de in ius vocand.Lopez in commento leg. Hispan. lib.1.tit.6.l.1.

6 Quam opinionem intelligas solummodò procedere casu, quo iuspatronatus sit annexum vniuersitati bonorū,ad quæ monasterium venit: ergo in consequentiā venit iuspatronatus,quod vt pateat euidētius,ponamus aliquod exemplum, nempè, Petrus habet castrum,& in eo Ecclesiam,cuius ipse iuspatronatus habet: vendito castro, vel titulo pro hærede translato, transitum facit etiam iuspatronatus in emptorem,seu hæredem,vel vt supra diximus in fiscum. Multò igitur fortius in monasteriū,quod capax est iurispatronatus. at si iurispatronatus qualitas nō adhæreret certæ rei, sed esset personalis,extincta persona cuius industriam elegit fundator, tacitè nominasse crederem alium descendentem,seu collateralem, aliamvè quamlibet personā.Extincto etenim,vel naturaliter,vel ciuiliter patrono,extinguitur,& quod dictum ius præsentādi trāseat in nominatum verè,non in nominatum per fictionem, quemadmodum esset monasteriū. ita tenet Bellam.consil.33.Refert & sequitur Tiraq.de primogen.q.

7 10. asserens per monachationem iuspatronatus in secundogenitum,& sic in successorem transire.

RESOLVT. CCIX.

An Iudex in diuisione hæreditatis vni ex pluribus patronis adiudicare possit iuspatronatus.

1 *Iuspatronatus à Iudice vni ex pluribus patronis in hæreditatis diuisione adiudicari non potest.*
2 *Ancharani opinio declaratur.*

IOannes Andreas, & Panorm.n.3.in c.quærimoniā de iurepatronatus post Hostiens.in summa de iure-
1 patron. §.qualiter vers.nouus heres,tenent quod nō, Rocchus Curtius de iurepatronatus vers. ipse vel is, nu.26. Gregorius Lopez in l.12.verb. patris, tit.15. part.1. quorū opinio communis est: quāquā Ancharanus in dicto cap.quærimoniam. colū.fin.nu.6.cōtrariū voluerit,eo ductus fundamēto quod scilicet Ecclesiæ sit vtilius habere vnum patronum, quā plures, qui rē communem plerunque negligunt. l.2.c. quando.& quibus quarta pars debet.lib.10.secundū quem potest adiudicari vni iuspatronatus:respōdeo tamē,quod ex quo iura plures esse patronos patiuntur per clement. plures de iurepatron. id tamen debet pati Iudex, nec debet esse clementior lege, at nec illud videtur cōcludens fundamentum:nam Ecclesia multitudine patronorum potius leuatur,quam grauatur:eo quod plures habet defensores,c.filij 16.quæst.7. tamen dictum Anchar. posset habere locum, quando aliqua villa adiudicatur vni in diuisione, in qua esset iuspatronatus, nō habita ratione,æstimetur nè valor iurispatronatus, vt hoc respectu plus alteri adiudicetur hæredi, arg. cap. ex literis,de iurepatronatus, nota obsecro istā resolutionem,quæ optima, ac in actu practico sæpè contingibilis.

RESOLVT. CCX.

Patruus an excludat nepotem in successione Iurispatronatus,& è contra.

1 *Nepos excludit patruum à iurepatr. in quo primogenitus vocatur,& num.6.*
2 *Maior affectio est in patruo,quam in nepote.*
3 *Patruus,quando nepotem à iurepatron.excludat.*
4 *Patruus ad sui patris, vel nepotis successionem vocatur.*
5 *Firmius est ius,quod iure communi venit, quam quod singulari.*

DVbitabilis est etiam quæstio vtrum in iurepatronatus,in quo primogenitus est vocatus patruum
1 nepos excludat; videtur dicendum quod sic,nam primogeniti filius dicitur primogenitus non solum fictè, sed etiam verè. Panorm. consil.85.colum.penult.vers. item pars remanet in filio l.1. Dec.in Authētica præterea colum.12. numer.20. cap. vnde vir, & vxor, est etiam optimus tex. in cap. quæritur §.item opponitur 22.quæst.2.vbi probatur quod succedens in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum. Quem tex.ad hoc dixit optimum Gregor. Lopes in l.2.tit.15.p.2.verb. (si dexasse filio, aut filia)nepos ergo natus ex primogenito,præferēdus est.In tali iure ex vi repræsentationis, hanc quæstionē tractauit Baldus in l.cum antiquioribus C.de iure deliberandi; ac tanquam arduam,& difficilem indecisam reliquit Iason etiam in l.maximum vitium num.4.C. de lib. præteri. qui plures ibi istam quæstionem discutientes adducit. Hanc etiam opinionem in maioratu tenet post Oldrad.decis.Cappell.Tholos.433.incip. an Iusprimogenit.vbi Steph.Aufrer.testatur hanc veram, & communem sententiam; Eadem etiam dicit communem, & æquiorē Barthol.Cassan.plures alios referens in consil. 53.incipient.Francoys Rondoboys,vers.facit illa vulgata, & communis opinio. Idem etiam refert plures eandem sententiam sequentes in Cathal. gloriæ mundi, 5.par.considerat.42. vers.1. fuit opinio Io.And.discutit latissimè Tiraq. in tract. primog.q.40. & verior videtur hæc opinio secundum Couar. alios ad id citantem in pract.quæst.cap.38.

Non tamen desunt, qui contrariam partem tuentur, quos refert Cassan. in d.consil. 53.vers.secunda opinio. & Io.Lup.loco prælleg.quæ magis communis est secundum Alex. consil 4. incip.ponderatis verbis testamenti, col.3.num.11.lib.4. quem refert Nicola.Boer. qui plures ad idem adducit,in cōsuet. Bituricen.tit.de
2 testamentis §.2.col.3.videtur etiam hoc casu præferē. da opinio hęc.Maior enim est affectio ad patruum qui est in priori gradu quā ad nepotem,qui est in dispari.

At quando prioritas gradus consideratur,nō admittūtur nepotes cum patruo, imò patruus eos excludit.
3 l.3.§.si duo de legit.tutor.Bal. in l.cum ita §. in fideicōmisso q.fi.ff. deleg.2.Tiraq. in tract.de vtroque retract.lib.1.§.11. glos.7.num.1.& 2.licet enim alias nepos filiū aui,patremque suum repræsentet:non tamen id procedit, cū fit mentio de proximiore, l.si libertus præterito,§. si libertus,ff. de bon.liberto.nec tunc cōprehenditur sequēs,licèt is sit qui soleat proximiorem repræsētare, per tex.in l.iubemus,in prin. iuncto §.vlt: C.ad Sen. Consil.Trebel.vbi Bal. per illum tex. inquit, quod licet vbi fit mentio de filijs,comprehēdantur nepotes, qui succedunt in locum illorum per l.liberorū, ff.de verb.signif.at vbi de filijs,& de grādu mentio fit,

nepo-

nepotes minimè comprehenduntur. Ergo cum nomen primogeniti, vt proximioris gradũ denotet, exprimeretur, meritò nepos ſub eo non comprehenderetur.

Item patruus ad ſucceſſionem ſui patris, aut nepo-
4 tis, vocatur: vt patet, præter leges noſtras ex ſententia Apoſtoli ad Galat. 4. & ad Rom. 8. dicentis, filius ergo hęres, gloſ. in l. neceſſarijs, verbo teneãtur, ff. de acquir. hæred. Nepos verò iure quodam ſingulari, ob id ſcilicet, quod patrem repræſẽtat. per §. cum filius inſtit. de
5 hæred. qualit. & differ. firmius autem eſt ius, quod venit iure communi, quàm quod iure ſingulari l. eius militis, §. militia, ff. de teſtam. milit.

Itẽ nulla ſucceſſio datur filio viuente patre l. 2. §. interdum. ibi, improbum eſſe Iulianus exiſtimat eum, qui ſollicitus eſt de viui hæreditate ff. vulg. & pupill. Si ergo patri nullum erat ius acquiſitum, nec erit nepoti cõcedẽdum. Adde quæ de repreſentatione notat Guiliel. Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine, num. 56. de teſtam. tamen concludendum eſt etiam in iurepatronatus præferendum eſſe nepotẽ pa-
6 truo, ex Couar. in pract. quæſt. c. 38. num. 13. & in anniuerſarijs pro anima relictis cum clauſulis vinculi, & reſtitutionis ad inſtar maioriæ, ita Ant. Gomeſ. in d. l. 40. Tauri. q. 11. num. 65. ad fin. & ita ſeruatur.

RESOLVT. CCXI.

Ius præſentandi an competat marito in iurepatronatus dotali.

1 *Iuſpatronatus dotale eſt vxoris, non autem viri.*
2 *Cautela in præſentatione iuriſpatronatus dotalis.*

SIngularis eſt etiam hæc quæſtio. Mulier habuit in dotem quoddam Caſtrum, aut bonorum vniuerſitatem, cui iuſpatronatus cohærebat: cum quo caſtro, vel vniuerſitate fuit ad eã ius præſentãdi translatum: dubitatur vtri cõpetat ius preſentãdi, marito, an vxori; videtur quod marito, nam in ipſum translatum eſt ius, & fructus rerũ dotalium. Sed iuſpatronatus competit ratione vniuerſitatis; ergo, & ius preſentandi cõpetere debet cap. ex litteris de iurepatronatus. Prętera rei vendicatio datur ratione dominij, §. omniũ Inſtit. de actionibus l. in rem actio ff. de rei vendicatione, quæ cõpetit marito l. doce ancillam, c. de rei vendicatione. Dos etenim penes illum ſit, oportet, qui ſupportat onera matrimonij l. ſi dos, & ibi Alexander. num. 2. ff. ad l. Falcid. ergo, & iuſpatronatus, & ſic præſentandi competit ei per prædicta. Facit quod notat Lambert. de iurepatronatus 7. art. 5. q. princ. 1. p. 1. lib. vbi quinque argumentis ſuffragatur opinio; ac deinde à n. 7. adducit alia fundamenta in contrarium, at in nu. 12. iterum iſtam complectitur quæ communis eſt opinio.

Sed vltra relata per Cæſarem Lambertinum, videtur, quod vxor habeat iuſpatronatus, nec tranſeat in virum, licèt enim maritus, durante matrimonio, Dominus rerum dotalium iuris fictione dicatur, vxor tamẽ vera domina eſt, & naturalis, nec potuit feciſſe lex, vt omninò veritas ſupprimeretur, l. in rebus, C. de iure dot. eſt enim ipſius vxoris proprium patrimonium, d. l. in rebus, §. volumus.

Facit etiam, nam vxor durante matrimonio poteſt illud vendicare, ſi maritum ad inopiam vergere viderit. l. vbi adhuc, C. de iure dotium, Bar. in l. ſi conſtante, ff. de ſolut. matrim. Gomeſ. in §. fuerat, inſt. de act. quod ei minimè liceret, ſi domina rei dotalis non eſſet. Quare iſte eſt caſus, in quo duo ſunt eiuſdem rei inſolidum
2 domini, propterea in caſu noſtro conſulerem, vt maritus præſentaret cõſentiente vxore, vterque enim poteſt preſentare, licet enim vxor verè ſit dotalium rerũ domina, huiuſmodi tamen dominium, durante matrimonio obumbratur, d. l. in rebus, per quã maritus plenam dotis adminiſtrationem habet, & per d. l. doce ancillam, hanc quęſtionem propoſuit Rocc. de Curte de iurepatr. verbo ipſe, vel is, num. 60. quæſt. 28.

RESOLVT. CCXII.

An probatis extremis præſentationibus, media præſumantur.

1 *Præſentatio media præſumitur, extremis probatis, numero 3.*
2 *Prædia præſumuntur feudalia quando alia circumcirca ſunt feudalia.*

INter cætera, quæ dubitabantur in quadam cauſa iuriſpatronatus Illuſtriſs. Principis Hieracis erat, ſi media præſentatio præſumenda erat, probatis extremis, de qua quæſt. ego conſultus, dixi, indubitatam eſ-
1 ſe iuris concluſionem, media præſumi, probatis extremis, gloſ. communiter recepta in cap. accedens, in verb. proceſſu vero tẽporis poſt med. de cõuerſ. coniug. Fel. in cap. inter dilectos, de fide inſtr. vbi ſi probetur, aliquem dediſſe mandatum procuratori ad impetrandum, & probet ſe ab eo recepiſſe literas, de quib. mandauerat, ſatis videtur probatum, quod per ipſum procuratorem fuerunt impetratæ.

Corroboratur à ſimili de eo, qui vult probare, ſe poſſediſſe tẽpore requiſito ad præſcriptionem complendam, nam dicitur probaſſe continuam poſſeſſionem totius temporis, ſi probet quod in initio poſſedit, licèt de medio tempore nihil probauerit, gloſ. in cap. volumus 16. q. 4. latè Menoch. de præſumpt. c. 64. nu. 1. lib. 6. Surd. conſil. 73. num. 46. vol. 1. Monal. conſil. 13. vol. 1. Cacher. conſ. 70. num. 4. vnde Rota in deciſ. 11. de iurepatr. in nouis, voluit, quod ſi fuerit probata vacatio beneficij, & inſtitutio, ex hoc præſumetur, præſẽtationem præceſſiſſe inſtitutionem, quamuis de præſentatione aliter non conſtet, quam per verba narratiua inſtituentis, Franc. Marc. dec. 479. num. 7. p. 1. & ſequitur Fel. in cap. poſt ceſſionem, col. 5. de probat. Euerar. in loco argumentandi ab extremis 116. Menoc. præſumpt. 36. num. 5. in fi. lib. 6. Alc. de preſumpt. reg. 2. q. 22. Maſcar. concl. 730. par. 2. facit etiam de probatione, quod ſi quis in ſtudio fuerit verſatus anno 1570. & 1572. quod includatur annus medius 1571. Menoch. conſ. 829. num. 19. volum. ....

2 Facit etiam illud de prædijs, quæ præſumuntur feudalia, quando alia quæ ſunt circũcirca cõſtat eſſe feudalia, Menoc. præſumpt. 91. nu. 63. Surd. conſ. 565. nu. 6. lib. 4. & cum probatur citatio præcedens, & intimatio ſubſequens cum inſtrumento adiudicationis, ſatis dicitur probatum medium, quod eſt decretũ dationis inſolutum, Fel. in d. c. inter dilectos, nu. 5. de fide inſtrum. & tenuit Rota in vna Romana ſpolij, 23. Feb. 1603. coram Otemberg.

3 Redeundo tamen ad quæſtionem mihi propoſitam, dico præſentationes (quamuis vna præſentatio media deficiat) dici continuatas, quoad probandum iuſpatronatus, iuxtà formam Concilij, prout in terminis reſoluit Rota, vt patet in deciſ. 545. p. 1. Seraph. dec. 1141. Bellam. deciſ. 422. adeò, vt etiam media præſumantur eſſe illius, cuius ſunt extrema, Menoch. conſil. 1101. num. 5. Gratian. diſcerpt. forenſ. cap. 392. tomo 2.

RESOLVT. CCXIII.

An præſentatio ſimoniaca facta per vnum ex patronis, noceat alijs

1 *Præſentatio ſimoniaca facta per vnum ex patronis, vt vniuerſis, alijs nocet.*

2 *Præsentatio simoniaca vnius patroni, alijs minimè nocet.*
3 *Præsentatio quando dicatur simoniaca.*
4 *Beneficiatus per simoniam possidens beneficium, se ignorante commißam, ei regula de triennali suffragatur.*

FVit mihi commissa causa ab Episcopo Theani, in qua inter cætera dubitabatur, an præsentatio simoniaca per vnum ex patronis noceat alijs, vbi simpliciter eundem præsentatum non simoniacè præsentauerint: in qua quæstione dubitationem mihi faciebat regula iuris, vtile perinutile non vitiari.

Verum hoc non obstante, contrarium iudicaui, motus authoritate tex. in cap. nobis, & ibi Abbas in 2. notabili de simonia, & in cap. Matthæus in versic. secundo collige, eodem titulo Rocch. in tract. de iurepatr. verb. & vtile, quæst. 3. Roman. consil. 317. glos. in cap. cum super in gl. fin. de confessis, & fuisse in Rota Rom. decisum testatur Crescen. decis. 5. de simon. Farin. dec. 22. & iterum tenuit Rota in vna Caurien. canonicatus, 10. Maij 1581. coram Illustriss. Seraphino per hæc verba, præsentationem esse simoniacam, & propterea Domini tenuerunt esse reprobandam, etiam quod simonia commisla fuisset cum vno solo, dicto cap. nobis, vbi Abb. de simon.

Sed contra hanc Rotæ decis. videtur extare alia, vt patet in collectis à Farin. decis. 103. & eadem Rota in vna Comen. iurispatronatus 6. Martij 1595. coram Illustriss. Millino, vbi fuit resolutum, quod præsentatio simoniaca vnius patroni non reddit præsentationes alias simoniacas in præiudicium præsentati, qui nullam scientiam habuit simoniæ, sed sunt validæ ad effectum, vt sustineatur præsentatio, in fauorem præsentati ignorantis.

Tamen pro concordia istarum decis. pugnantium, decidendum est, quod hæc Rotæ resolutio procedit vt vera est in patronis præsentantibus vti singulis iuxta decisio. Rotæ 1. 2. Cæsaris de Grass. de Iure patronatus tunc enim quilibet præsentat de perse, & tot sunt præsentationes, quot patroni, & si vna præsentatio sit vitiosa, seu simoniaca, non tamen aliæ, secundum regulam iuris in 6. vtile per inutile non vitiatur; at decis. præcedens loquitur in præsentantibus, vt vniuersis seù iure collegij dict. cap. nobis, nam tunc vnica est præsentatio, & consequenter simonia commisa cum vno, tangit, & vitiat reliquorum præsentationes.

Simoniace tandem dicitur facta præsentatio, primo si fieret sub conditione, vt præsentatus aliquid soluat, vel eroget etiam in vtilitatem ecclesiæ C. ex multis 1. quæst. 3. vbi præpositus Turrecremat. Abb. Felin. & Reliqui in c. cum M. Ferrarien sis de constit. & iuxta hanc opinionem fuit in Rota resolutũ teste Crescent. in decis. 5. de sim. & iterum tenuit eadem Rota in vna Messanen. Cappellaniæ coram Aquens. ex quibus rejicitur doctrina Decij cons. 118. Lambert. de iurepat. lib. 2. part. 2. artic. 3. nona quæst. principali.

Secundo dicitur pariter præsentatio simoniaca, vbi patronus præsentasset cappellanum ad ecclesiam parochialem sub his conditionibus videlicet, quod teneatur in ea habere duos cappellanos, quos nominabat; item, quod teneretur salicare porticum eiusdem parochiæ, vt fuisse in Rot. resolutum testatur Achil. de Grass. in decis. 4. de simon.

Tandem est animaduertendum pro præsentis quæstionis finali cognitione, quod possidens beneficium habitum per simoniam, se ignorante commissam, habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio Regulæ de triennali. Rebuff. de pacificis posseſsor. num. 198. Vgol. in tract. de simonia cap. 6. §. 4. num. 2. & pluries resoluit Rota, & signanter in vna Calaguritana confidentiæ 23. Ianuarij 1593. coram Illustriss. Mantica.

RESOLVT. CCXV.

An præsentatus cui mouetur lis possit aliquid soluere aduersario, vt à litè discedat.

2 *Renuntiatio beneficij semper debet esse pura, & libera.*
2 *Iudex ex officio potest prouidere, vt altera pars liti cedat.*
3 *Præsentatus habens ius in re, aduersario aliquid soluere pro litis renuntiatione potest duobus concurrentibus, sed cum limitatione.*

PRo huius art. resolutione considerabam varias esse distinguendas conclusiones.

Prima sit conclusio, quod quomodocumque fiat renuntiatio semper debet esse pura, & libera, quare sub conditione facta inducit simoniam, & proinde nulla, Cappella Tholos. dec. 438. Boer. dec. 117. n. 4. Rota dec. 7. de renuntiat. in antiquis, Mohed. dec. 6. de iurepatr.

Secunda sit conclusio, Potest Iudex ex suo officio prouidere, vt vna pars cedat liti super spiritualibus, & pro bono pacis recipere expensas ab alia parte, nam præsumendum est, quod Iudex non mandaret dari pecuniam pro iure spirituali, sed quia videt partem non fouere iustam causam proinde mouetur eam reducere ad renuntiandum liti, & pro bono pacis sprouidere de aliquo tẽporali, verum inter partes absque Iudice huiusmodi pactio minime admitti debet, cum posset in se continere simoniam, quia renũtians liti forte haberet ius in causa Abb. in c. cum pridem n. 8. de pactis.

Tertia conclusio vbi præsentatus habuerit ius in re per confirmationem vel institutionem, poterit aliquid soluere aduersario, vt liti renuntiet cap. cum dilectus il 1. de simonia glos. in cap. cum pridem vbi Panorm. & reliqui de pactis Foller. in praxi canonica par. 2. cap. 18. n. 42. Rebuff. in praxi tit. de simonia n. 17. & de pacificis posseſsoribus nu. 136. vers. vigesima conclusio. Menoch. cons. 67. n. 17. vol. 1. Paris. consil. 135. nu. 20. vol. 4.

Hæc tandem conclusio, vt procedat, duo concurrere debent.

Prima vt habeat ius acquisitum etiam in possessione, quare licet per institutionem subsequutam acquiratur ius in re præsentato ex dec. 10. de iurepatronatus in antiquis, non tamen præfatum ius est taliter efficax, vt possit præsentatus dare pecuniã aduersario, vt liti renuntiet; quia vt dixi exigitur Ius quæsitum ex possessione, ita Abbas in citato cap. Matthæus nu. 4. & in cap. ad aures num. 9. de simon. Felin. in repert. in verb. vexatus in possessione, Didac. Spin. in speculo testament. glos. 7. n. 37. Selua de benefic. par. 1. quæst. 7. num. 36. & Sotus lib. 9. de iustitia & iure q. 6. artic. 1. Sylvest. verbo simonia nu. 3. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 43. num. 5.

Limita hoc, si aduersarius impediret vim inferendo vel procurando pro indigno, quia tunc licet præsentatus careat possessione, potest aliquid soluere dicto Aduersario absque labe simoniæ Nauarr. in manuali cap. 23. num. 102. Michael de Palaz. de contractibus lib. 2. cap. 9. pag. 146.

Secundo requiritur, vt is, qui dat pecuniam ad redimendam vexationem sit certus se habere ius in beneficio, & aduersarius nullum ius habere glos. in c. dilectus il 1. de simonia Abb. dict. c. cum pridem num. 7. de pactis Silvester in summa in verb. renuntiatio n. 6. & Nauarrus citato loco.

RESOLVT. CCXVI.

Vicarius in ecclesia patronata an sine patrono constituatur.

1 *Vicarius in ecclesia patronata absque patroni consensu constitui non potest.*

2 *Fun-*

2 *Fundatores in fundatione ius acquirunt.*
3 *Vicarius perpetuus post mortem constituentis non durat.*
4 *Vicarius est amouibilis ad Episopi libitum.*

1 DE hoc articulo Romæ Consultus in facti contingentia dixi deputationem fuisse nullam, quia in ecclesia patronata non constituitur rector perpetuus sine patrono cap.decernimus 16.quæst.7.c.si quis Episcoporum ead. caus.quæst.5. Innoc. in cap.ad hæc de offic. Vicar. & illic glos. in verb. Episcopi,Card.in Clement.1.num.13. de offic.Vicar. & Vital. ibi n.57. quem adducit Cucch. in sua instit. de Vicar.in diuin. num. 302. lib.1. probat Lambertin. in art.7.5. quæst.
2 princ.5.lib.48. de iurepatron.Fundatores enim ecclesiarum, ex qua fundatione sibi ius acquirunt cap.quicumque il 2.16. quæst.7. debent præsentare Rectores ordinario, nec potest ille aliud ordinare,alias ordinatio est irrita,vt in suprascriptis iuribus.ergo constitutio d.Vicarij, quæ præsumitur perpetua, quando simpliciter, & sine præfixione temporis constituitur ad tex.in l.Falso C.de diuer. rescrip. est nulla, quod probant iura allegata,& sequitur Lambertin. de iurepat. in 3.lib.art.7.5.quæst.princ. Nec obstat cap.cum ex eo de elect. in 6. quia ibi loquitur de Vicario temporali cõstituto in beneficio absentis causa studij; Quinimo textus ille probat consensum patroni requiri in his, quæ spectant ad ecclesiæ patronatæ regimẽ,dum vult quod Episcopus,& eorum superiores cum his, qui ecclesias habent subiectas, possit dispensare ad septennium, quod insistentes literarum studio promoueri non teneantur,& quod prouideant per bonos,& sufficientes Vicarios curam animarum exerceri.

Glosa tamen in c. ad hæc in verb.Episcopi de offic. Vic.tenet consensum patroni non requiri in Constitutione Vicarij perpetui,& reddit rationem;quia patronus habet tantum præsentare,cum ecclesia vacat,& in casu nostro nõ dicitur ecclesiam vacare ex dicta constitutione, & ex Panor. in cit.cap.ad hæc post Glos.in cap.postulasti de iurepatr.dicit Grillen.in cons.4.pro.
3 uisionem Vicarij etiam perpetui nõ durare post mortem personæ constituentis, quin patronus possit aliũ præsentare; quod est argumentum, quod prouisio valeat viuente ipso Rectore seu ordinario etiam sine consensu patroni,Lambert.de iurepat.in 7.art.5.prin. q.3.lib.& Bert.de Episcop.par.7. lib.4. nu.14. cum ibi per eum allegatis probat,quod Vicarius est amouibi-
4 lis ad libitum Episcopi.

RESOLVT. CCXVII.

Quid faciendum per Episcopum vbi plures personæ præsentantur à patrono.

1 *Episcopus (pluribus præsentatis à patrono) digniorem instituere tenetur, & quare num. seq.*
3 *Episcopus omittendo digniorem,dignum instituens,mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem si beneficium debetur ex aliqua lege.*
4 *Dignior prætermissus appellare potest,& quis dicatur dignior num.seq.*

CIrca præsentem articulum de quo pluries cõsultus semper respondendo dixi, quod quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, tunc Episcopus tenetur digniorem
1 instituere c.tertio de iurepat.& c.si forte 63.dist. Rocchus in verbo honorificum q.16.Lambert.in eiusdem nominis tractatu.p.2.q.2.art.26. Lopez in l.5.tit.15.p. 1.Perez de Lara lib.2.c.2.n.134. Azor.instit. moral. 2.p.lib.6.c.22.q.14. Vega in summa p.1.c.36. casu 34. & iuxta hanc opinionem tenuit Rot.in vna Beneuentana parochialis 13.Iunij 1590. coram Orano.
2 Cuius decis.ratio est ne beneficia ecclesiastica indignis conferantur c.nihil de ætate,& qualit.c.finali eodem tit.vnde Episcopus instituendo dignum ommisso
3 digniori peccat mortaliter Diuus Thomas 2.2.q.36. art.2 & q.185.art.3. & quod lib.6. art.9. & quod lib. 8.& art.6.Io.Maior in 4.sent.q.8.& 9. Caietan.2.2.q. 62.art.2.Archiep.Florent.2.p.tit.1.c.20.§.1. Rocchus de Curt.de iurepatr.verb. honorificum q.15. Siluester in sum.verb.electio 1.q.16.latissimè Lambert.de iurepatr.lib.3.art.10.q.princ.p.1.n.5. fol.252. colum.4.& faciunt,quæ notat Rebuff.in pract.benefic.pag.39.nu. 62.sub rub.requisita ad collationem bona, & insignis vir Dominicus Soto lib.3. de iustit.& iure q.6.art.2.& Couar.reg.peccatum 2.part.§.7.n.4.de reg.iuris lib.6. nouissime id nunc probant.

Quamuis non teneatur ad restitutionem præter quam si beneficium deberetur digniori ex aliquo statuto vel lege reperto in concursu, tunc enim si minus digno conferat,peccat,& tenetur ad restitutionem;vt fuisse decisum testatur Gratia. in decis.Rot.Marchiæ 97. post Nauarr.in manuali c.17. num.74.

4 Immò sunt, qui tenent, quod dignior prætermissus poterit appellare,vt sunt Panorm. in c. cum autem n. 5. de iurepat.Lambert.dict.art.26.& dicto art.2.Dec. cons.129.Azor.2.p.lib.6.c.22.q.14. Garsia de benef.p. 7.c.4.Gratian.dec.97. & tenuit Rot.Roman.in vna salamantina Cappellaniæ coram Mantica,& extat Bulla Pij V.incip.in conferendis vers.vt autem non solum dignis &c. quidquid in contrarium voluerunt Couar. in reg.peccatum p.2.§. Didac.Perez l.2.tit.6.lib.1.ordinamẽt.à Guttierez canonicarum q.lib.2.q.11.n.23. quamuis gratificatione Episcopi,quando sunt æque digni,non detur appellatio secundum Decium in consil.129.n.1.Fuscum de visit.lib.2.c.10.n.3.& Rota in vna Hispalen. beneficij coram Brauo,& ita etiam voluit Alexander Raudensij decis. 35.& 36.

5 Illud tamen hic non est prętermittendum,quis dicatur dignior, & respondetur, quod in hac materia non simpliciter dicitur ille, qui doctior sit vel sanctior; sed is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet, Perez lib.1.tit.6.Greg.Lope§ in l. 5. verb. digno tit. 15. p. 1. & pluries tenuit Rot. Roman. præsertim in vna Ciuitatis Castelli 16. Iunij 1589. coram Orano, & iterum in vna Beneuentana parochialis 13. Iunij 1590. coram eodem,teste Farin. dec.655. & in decis.677. & relationi examinatorum de habilitate examinati standum esse;refert idem fuisse decisum in dec.672.

Notabilia quædam in materia iurispatronatus.

PRimo iuspatronatus est quoddã ius honorificum, onerosum, & vtile alicui competens in Ecclesia, pro eo quod de Diœcesani consensu ecclesiam construxit,fundauit vel dotauit ipse, vel is,à quo Causam habuit March.de Mant. Singular.5.

Iurispatronatus tres sunt termini; præsentatio, admissio, & institutio, de quibus per Gaspar. Gab. Milleloq.150.

Quod patronus habeat ius præsentandi,& patronatus ius sit specialiter, & exorbitans,& de gratia indultum laico, in quo nullum ius cadit spirituale, scribit Ægid.Bellam.conclusio.751.

Cappellaniæ fundatæ per laicos in fundis proprijs sine consensu Diœcesani non sunt beneficia Ecclesiastica,& tunc hæredes fundatoris possunt sine authoritate superioris conferre dictas Cappellanias cuilibet Guid.Pap.quæst.341.

Collatio non confertur patrono per executorem Ægid.conclusion.212.

Patroni laici possunt cõferre beneficia Ecclesię Collegiatæ,& præsentare,vide Boer.in dec.32.imò mulier ex priuilegio Romanorum Pontificum potest benefi-

cia conferre, idem Boer. d.decis.32.n.10. Cassad.decis. 1.tit. de iurepatronatus.

Beneficia spectantia ad collationem laici, quando Episcopo non acquirantur vide Ægidian.concl.107.

Præsentandi, qui habent potestatem, non semper habent facultatem instituendi Bellam.concluſ.701.

Patronus infra tempus iuris ad parochialem Ecclesiam præsentans religiosum regularem iuri non satisfacit, nec excusatur per hoc à negligentia, minus hoc casu deuolutio impeditur Ægid.concl.750.

Iuspatronatus est indiuisibile, tamen venit accessoriè ad Castrum, alteri fratrum assignatum Marc. q. 145.part.1.

Pactum inter patronum, & præsentatum, vt debeat resignare, seu renuntiare beneficium tertio est simonia; sed tunc an possit dispensari super tali crimine vid.Marc.q.475.n.5. & 12.p.1.

Patronus per procuratorē, & per literas potest præsentare, & præsentatus ad ordinarium accedere (vt ab ipso examinetur, & instituatur) tenetur, & facta præsentatio sine mandato à quibusdam personis nomine patroni potest ratificari infra tempus ad præsentandum concessum Marc.q.479.p.1.

Præsentatio patroni clerici habet vim electionis, & patroni consensus ex post facto superueniens sufficit DD. de Rota decis. 1. tit. de institutio. in antiq. alias 525. vide Puteum decis.181.l.3.

Nepos admittitur cum patruo ad iuspatronatus, vide eundem Marc. q.1133.p.1. Eligere & præsentare habens facultatem, potest eligere, & præsentare eius patrem filium nepotem idoneum, & capacem alias secus Boer.d.decis.11.

Patronus semel potest eligere, aut nominare, tantum, Gom. Leo decis.11.n.4. in decis. diuersorum.

Patroni non debent præsentare aliquos, nisi discreti sint, & honestæ famæ cap. in Lateranensi ext. de præbend. & dignit.

Patronus ex fundatione Ecclesiæ consequitur tria, nempe ius præsentandi, onus defendendi, & si vergat ad inopiam sibi subuenitur Abbas q.3. n. 14. & c. quicumque 16.q.7.

Rex Frāciæ an habeat iuspatronatus conferendi dignitates, & beneficia ecclesiastica vide Boer.dec.32.

Voluntas Episcopi præfertur voluntati patroni, quoad vtilitatem Ecclesiæ Bellam.concl.177.n.5.

Patronus donans ecclesiā, an censeatur donare ius, quod in ea habet, vide eund. Bellam.concl.705.

An Papa censeatur motu proprio dispensare super iurepatronatus, vide eumd. Bellam.concl.752.

Iuspatronatus Communitatis non probatur per testes Communitatis Veral. decis.134.p.2.

Papa statuto fundationis derogare nunquam intelligitur, etiam si clausula motus proprij apponatur Marcus q.493.n.10.p.1.

Præsentans nulliter, non priuatur facultate præsentandi, sed potest iterum præsentare, Crauetta consil.63. num.fin.

Dispositio legis, si vnquam C.de reuoc. donat. an habeat locum in iurepat. Dec. consil. 375. Iuspatronatus in Ecclesia conuentuali habere non est licitum, nisi ostendatur priuilegium Apostolicum Puteus dec. 366 lib.2.n.6. vel constet de licentia Episcopi concessa tempore fundationis Ecclesiæ idem dec.379.l.2.

Priuilegiū præsentandi quando per non vsum amittatur, vide Puteum in præcit.dec.379.& Vera.130.p.2.

Patronus est iurisdictionis illius Episcopi, sub cuius iurisdictione beneficium est situatum Vera.decis.178. part.1.

Episcopi concessio, quod beneficium sit de iurepatronatus, non nocet ecclesiæ, & successori idem decis. 128.part.2.

Iuspatronatus non cadit in regula Cancellariæ, & priuilegio beneficiorum reseruatorum, vide Borgn. dec.17. de contract.p.2.

Ecclesia iurispatronatus laicorum non est subiecta examinationi per concursum, nec Reg.Cancellarię, de beneficijs reseruatis Borg. d.dec.17.n.18. & seq.

Compatroni ex causa possunt reuocare alienationes, & permutationes bonorum factas à Cappellanis sine eorum interuentu, & sine legitima causa; secus si causa legitima adsit, Borgn.d.decis.17.n.33.& 64.

An ordinarius possit destituere beneficiatum in ecclesia patronata Grillenzon cons.7.

Patronus excommunicatus non potest præsentare Rot.decis.2. de iurepatronat.

An extrauagans execrabilis habeat locū in patrono laico quoad pœnas Rot. decis.3.eod.tit. in antiq.

Iurispatronatus expressio non est necessaria in venditione territorij, Rota decis.4.

Iuspatronatus acquiritur eo ipso, quod beneficium constituitur cum authoritate Episcopi Rota decis.5.

Præsentatus à pupillo maiore infante præfertur præsentato à Tutore Rot.decis.6.

Præsentatus à donatario præfertur præsentato à patrono Rot.decis.17.

Patronus potest præsentare ad beneficium vacans de iure, licet non vacet de facto Rota decis.9.

Episcopus, quando præsentatum idoneum instituere differt, quomodo ipsi præsentato prouidendum sit vide Franc.Marc.dec.491.p.1.

Finis Praxis Iurispatronatus.

PRAXIS MATRIMONIALIS.

RESOLVT. CCXVIII.

Quid faciendum per iudicem subsistente iusta, ac legitima causa non contrahendi matrimonium.

1 *Sponsi sunt à Iudice monendi iusta existente causa non contrahendi matrimonium.*
2 *Causa iusta, vel non, matrimonium non contrahendi iudicis arbitrio remittitur.*
3 *Ecclesia non debet esse facilis ad finalem compulsionem.*
4 *Causæ iustæ, ac legitimæ non contrahendi enumerantur.*

1 REspondeo, pro huius quæstionis dilucidatione, tres esse distinguendas conclusiones, prima sit conclusio legitima subsistente causa iudicem tantum modo monere debere sponsos, & sic nullo modo illos coarctare ad contrahendum DD. communiter in citato c. ex litteris de sponsalibus, Abb. in c. requisiuit n.4. huius tit. Alexand. cons.212.n.5.vol. 5.Gabriel.cons.159. & in cons.186.n.2.vol.2. Nauarr. in manuali c.22.n.27. & 72. Ledesma q.43.art.1.vers. 3.concluſ. Triuisan. de priuilegijs sponsaliorum priuilegio 3.n.3. & priuil.7.n.3. & iuxta hanc opinionem, fuit decisum in Rota Rom. vt apparet in dec.497.p.1. diuers. Franch. Marchus decis.521.num.2.par.1. & in decisio.520.part. 2. Rot. Maceraten. in decis. 2.lib.1. Lamphrancus decis.61.

Secunda sit conclusio ad iudicandum, an sit iusta, vel iniusta causa non contrahendi remittitur arbitrio iudicis Abb. in citato c. requisiuit n.4. quem refert,
2 & sequitur Menoch. de arb.iud.lib.2.Cent.5.casu 455. num.2.Alex.cons.212.n.5.vol.2.Gab.in d.cons.159.n. 3. & consil.186.num.6. Henriq. in summa Theologiæ moralis lib.11. de matr. cap.14.§.7. circa finem, Rota Roman. in d.decis.497.num.2. tum quia Ecclesia

debet

debet esse difficilis ad finalem compulsionem, præsertim
3 quando dignoscitur pertinacia Abb. in d.c.requisiuit num.6.in fin.Io.Bapt.Ferr.cons.171.nu.6.cum sequenti,& Gabriel in cons.186.num.3.& 5.& 11.

Tertia sit conclusio inter causas iustas ac legitimas non contrahendi, est magna disparitas inter sponsos,
4 puta si vnus erat ditissimus, alter vero pauper, Paris. cons.58.nu.38.volum.4.Cacheranus cons.23. item nobilis,alter vero ignobilis,vt fuisse decisum in Rota Roman.testatur Cæsar.de Grassis in dec.2.de spōsalibus.

Secunda causa est capitale odium ortum inter prædictos, Gabr.d.cons.186.num.8.c.requisitus vbi Abb. nu.4.de sponsalibus Menoch. de arbitrar.iudicum lib. 2.Cent.5.casu 445.num.3.cum sequenti, Tadeus Pisanus in rubr.quot modis sponsalia dissoluantur num.9. Triuisanus de priuileg. sponsaliorum priuilegio 7.& istud procedit etiam si odium esset causatū culpa ipsius sponsi Romanus cons.190. num.5. Rota Maceraten.decis.2. Ledesma de Sacramēto Matrimonij artic. 1.vers.5.conclus.& fuit in Rota resolutum in vna Abulen.Matrimonij 28.Maij 1593.corā Blanchetto,& iterum in vna Valentina matrimonij 16. Ianuarij 1579. coram Clemente VIII. & iterum in vna Hispalen.8. Februarij 1580. coram de Rubeis, quibus addo decis. Seraphin.1112.

Tertia causa est timor exhæredationis, puta si parentes exhæredare velint, nam pluries hæc causa fuit à Rota Romana approbata, & visa releuans ad recusationem implemēti sponsalium præsertim in vna Tullen. matrimonij 1596.coram Penia,& iterum in vna Toletana matrimonij 27.Ianuarij 1595.& in vna Romana matrimonij 15.Februarij coram Orano, quod procedit etiam si præfata sponsalia essent iurata secūdum Ruinum cons.203.n.5.vol.1. DD. communiter in citato c.requisiuit, Siluester, & reliqui summistæ in verbo sponsalia.nu. 10. & fuit dictum in citata Valentina matrimonij & his omnibus addo Seraph. optimè loquentem in decis.1258.num.1.& 2.

Quarta causa est suspicio morbi gallici; argumento textus in cap.litteras de cōiugio leprosorum,Maiolus de irregularitate lib.2.cap.19.facit text in c.quemadmodum §.quid si post.de iureiurando, & fuit in Rota resolutum in vna Toletana matrimonij 27.Iunii 1595. coram Illustrissimo Seraphino, vt in præalleg.decisio. 1112.num.8.

RESOLVT. CCXIX

De causis separationis matrimonij.

1 *Causæ separationis matrimonij nouem enumerantur.*
2 *Adulterium est capitale delictum.*

1 EST hic notādum nonnullas reperiri causas, ex quibus licitè peti poterit matrimonij separatio,præsertim in eo qui sit ecticus,vulgo phtificus,aut cui alitus fœtet intolerabiliter, Borgn.decis.18.n.26.part.2. item propter morbum gallicum Bertazolus consil. 228.Natta cons.24.vol.1.& alij per me commemorati in decis.65.Curiæ Archiep.nu.5.par.2. & ibidem attestatus sum cōtrarium obseruari in praxi,necnon iudicatum fuisse ob talem morbum minime cōcedendum esse thori separationem, & ita exequutum, item ob furorem incomportabilem, & adeo vehementem, vt periculū sit habitare cum coniuge furioso, Couarr.in 4.decretal.par.2.c.7.§.5.nu.3.optime de Franchis decis.312.nu.7. vbi in fine testatur matrimonium de quo ibi agebatur ob huiusmodi causam fuisse per sententiā iudicis ecclesiastici separatū quod ad thorum, itē ob crimen nefandum c.omnes causationes 33.q.2. item ob maleficium impediens copulam coniugalem propter sortilegia post factas orationes, confessiones, ac alia spiritualia præsidia, vt tollatur intensa debilitas genitalis, ac remoueantur fascinationes, & incantationes c.si per sortiarias 32.quæst.1. immò si maleficium sit perpetuum,& ab initio fuit decepta ecclesia, sit totalis separatio iudicio ipsius ecclesiæ Franciscus Marc.dec.177.n.14.part.2.Cappell.Tholos. dec.380. c.1.cum sequentibus de frigidis,& maleficiatis c.porro de diuortijs latissime Thesau.fori ecclesie par.2. cap.9.n.105. cū seq.Borg.dec.18.par.2.Rot.Maceraten.decis.35.lib.1. Itē si vir accusat vxorē de adulterio,& nō probat, fit thori separatio ad instātiā mulieris,ita vt nec sub fideiussione veniat restituenda,quia adulterij delictū est capitale l.Gracchus C. ad legem Iuliā de adult.& ita fuisse decisum testatur Triuis.dec. 61.part.1. item si maritus vitæ vxoris fuerit insidiatus
2 Abb.in dict.c.litteras,& cap.secūdo de diuortijs, Præpositus in cap. quę sit in 2.notab.de diuort. Sūma Antonin.de diuortijs §.1. Siluester §.6. vbi reprobātes gl. in c.2.de diuort.dicunt nō teneri cōiugem cohabitare cum viro vbi est periculum corporis sui; maxime si veniet vxor via exceptionis glos.in d.c. litteras Abb. & Prepositus in d.c.2.de diuort.& hoc si aliter prouideri nō possit,Abb.in c.quemadmodū in fine de iureiuran.itē ob viri adulterium c.significasti c.ex litteris c.gaudemus de diuortijs Abb.in c.fin.nu.3.de adul.vbi allegat totum titulum 32.q.6.Paris.consil.53.num.42. colum.4.Diuus Anton. in summa par.3.c.5. vbi etiam dicit, quod si adulteria viri forēt notoria,vxor valeret propria authoritate, & absque iudicio ecclesiæ à viro diuertere,Couarr.de spōs. part.2.cap.7.§.5.nu.8.Thesaur.decis.130.n.4. Caualc. decis.18. num.2.part.2. & in dec.21.num.7.& 26.p.8.Seraph.dec.226.& Maceraten.cit.dec.35.lib.1.& ad materiam huius resolutionis vide prax.Archiep.cap.27.num.12.& seq.

RESOLVT. CCXX.

An solus conquestus mulieris de vitio nefando sit sufficiens ad separandum matrimonium.

1 *Matrimonium ob nefandum vitium separatur.*
2 *Dictum sodomitati facit indicium.*
3 *Virgini creditur asserenti se ab aliquo cognitam, & prægnantem.*
4 *Conquestus solus mulieri de vitio nefando non est ad matrimonium separandum sufficiens, & quare.*

1 NON dubitabatur in Cur.Archiep.Neap. separationem matrimonij fieri posse ob nefandum crimē per tex.in c.adulterij c.flagitia 32.q.7.Abb.in cap. maritis de adult. & hæc est cōmunis opinio secundum Lambert. de iurepatron.lib.1. & p.2.quæst.9.artic.19. Couar.in 4.decretalium.p.2.c.7.§.5.num.6. Clarus in §. sodomia vers. præponitur, facit tex. in cap.omnes causationes 32. quæst.7.Dec.in.l.si quæ mulier n.8.C. de secund.nup.& iuxta hanc opinionē varijs in tribunalibus fuisse decisum testatur Lanfranc. decis.71. prout in Curia Episcopali Papię testatur M.Antonius dec.46.num.8.lib.3. in Curia Fiuisanen.Caual.dec.18. num.26. par.2. ac tandem in Rota Delfinatus refert Franciscus Marcus decis.739.part.2.

Dubitatum tamen fuit an conquestus mulieris solummodo asserentis se fuisse tentatam ab eius viro de crimine nefando sit sufficiens ad separandum matrimoniū, & videbatur prima facie,quod sic ex pluribus.

1 um primo,quia præfata separatio venit cōcedenda vxori,etiam si fuisset tantum tentata ad dictum crimen,vt late per Menoch.in consil.286.num 14.Alban. cons.70.num.4.Monald.consil.62.num.10.& infra volum.2.Salzed. ad Diaz.c.88.Rot.Macer.d.decis.46.

2 Tum etiam, quia in hoc crimine dictum sodomitati facit aliquale iudicium, & probationem, Peguera in decis.

in decis.86.Gasp.Thesaur. in dec.25.p.2. idem Peg. in dec.85. Viuius in decis.259. Caualc. dec. 13.lib.3. late ego ipse in collectanea 525. quanto igitur magis in muliere hoc asserente.

Tum tertio,quia creditur Virgini dicenti se ab aliquo cognitam, & ex eo prægnantem esse,'Boer.decis. 299. & in dec.319. Ant.Faber.decis.18.C.de prob.Papon.Arresto 13.l.22. Toming.dec.72. igitur, & mulieri credendum est asserenti se ab eius viro fuisse tentatam.

Tum tandem, quia pro hac eadem opinione extat doctrina Innocētij in proprijs terminis in c.1.de adul. quem refert,& sequitur Graff.cons.1.eo.tit. vbi quando maritus pluries voluit trahere vxorem ad vitium sodomiticum, debet Iudex ex sola querela expositā vxorem sequestrare in domo alicuius honestæ personę ad finem ne tale delictum fiat.

4 Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium fuit decisum in Curia Archiepiscopali mota ex ratione text. in l.nullus ff.de test. & l. omnibus C. eod. vbi nemo est idoneus testis in proprio facto, quare hæc mulier,vt in proprio facto deponēs est repellenda,Rota Bonon. in decis.71. Farin.in dec.178. Rotæ Romanæ,Grammat. decis.28.n.12. Marta decis. Pisana 138. ac etiam,ne vxoribus occasio viros accusandi detur, quia facilis esset separandi matrimonij modus.

Non obstant contraria,quia locum habent,quando vltra assertionem innotescit aliquod inditium, per quod iudex poterit moueri ad ita iudicandum secundum Plot. in cons.143.p.1.

RESOLVT. CCXXI.

Exorta controuersia super impotentia, si maritus adulterium confiteatur, an vxor ex tali confessione ad separationem thori agere possit.

1 *Vxor matrimonium dirimere volens propter impotentiam non potest ad thori separationem agere si vir adulterium confiteatur,& quare n.seq.*
2 *Adulterium commissum est legitima separandi matrimonium causa.*
3 *Mulier inquisita de furto si adulterium confiteatur,ex hac confessione condemnari non potest.*
5 *Reus est priuilegiatus, data probationis paritate inter ipsum,& actorem.*

1 PRæsentis quæstionis responsio fuit negatiua, ex eo præsertim,quod huiusmodi confessio fuit emanata incidenter, & proinde non solet haberi in consideratione argumento textus in c.1. de exceptionibus,& iuxta hanc opinionem fuit decisum in Rota Romana in vna Paduana matrimonij 6. Martij 1595. coram Ludouisio,quam placuit hic ad verbum inserere.

Hypolita agebat super nullitate matrimonij cōtracti cum Marco, ex defectu impotentiæ, & cum positionibus ad illam probandam datis Marc. negaret, & redderet rationem (che sono quattro ò cinque giorni che io hò conosciuto carnalmente delle donne) Hypolita receſſit à priori iudicio,& cæpit instare pro separatione thori propter commissum adulterium,ex d. confessione resultans. Vnde dubitaui,an esset illi locus,& Domini tenuerunt partem negatiuam,nā licet adulterium per alterum ex coniugibus commissum sit
2 legitima causa separationis contra illum,qui commisit cap. intelleximus de adult. c. significasti c. gaudemus de diuort.c.ex parte de spons.Cou.in 4.2.p.c.7.§. 5.n.8.vers.5. huic diuortio, & benè probatur per confessionem adulteri d.c.intelleximus vbi Abb. n.3. & 4. glos.mag. post med.vers.nisi in cap.1,32.q.1.Cou.d.§. 5.n.12.Natt. cons.24. in prin. tamen confessio de qua quæritur,ex multis non probatur.

3 Primo, quia iudex contra formam expressam c. ex litteris de diuort. processit,nam in primis admisit positionem tertiam conceptam hoc modo,quod d.Marcus ante contractum matrimonium sæpe tentauit cognoscere fœminas carnaliter,& propter impotentiam non potuerit, cui Marcus non tenebatur respondere, nam si illam fateretur,detegebat turpitudinem suam, Lanfranch. in c. quoniā contra de prob. §. de responsionibus n.191.Bald. in l.2. §. quod obseruari n. 21. & 23. de iuram.cal.Caputaquen.dec.327.n.3.& 4.p.2. & cum bene respondisset Marcus, se non credere, castiganti illam, vt magis præcisè responderet, vnde intrat suspicio,quod d.confessio fuerit facta ad effectum se defendendi, & excusandi à suggestione, & impositione impotentiæ, ex quo capite solum prætendebatur dissolutio matrimonij,qua suspicione stante, dicta confessio non probat, vt notant omnes, in c. attestationes,de desponſ.impub.& in c. super eo de consang. & affin. & est decis. Put.118.n.13. & 14.l.2.

Secundo dicta confessio fuit facta accessorie, & incidenter ad alium effectum,& de re non deducta in illo iudicio, quo casu non præiudicat ad alium effectum, Dec. cons.310.num.4. Afflict. decis. 176. vbi
4 habetur, quod mulier inquisita de furto si confiteatur adulterium, non potest condemnari ex tali confessione, quod maximè procedit in hoc casu ex supra deductis ob periculum animæ, & fauore matrimonij ad tradita per Abb. in c. ex litteris,num.9. & ibi Henriquez num.6. de diuort.

Accedat, quod cum d. confessio contradicat confessioni ipsius Hypolitæ resultanti ex ipsa positione impotentiæ ad not. per Ioan. Andream, & Canon. in cap. fin. de iureiurando in 6.non potest probari adulterium, tum quia data paritate probationis Actoris, & rei,pro reo sit præsumendum ex vulg.iur. tum etiā, quia Hypolita non potest vti hac confessione, antequam reuocet suam positionem, quam reuocare non potest nisi docto de errore,Bart. in l.post leg. num.13. de ijs quibus vt indign. cum alijs alleg.

RESOLVT. CCXXII.

Cohabitatio triennalis, quando currere incipiat.

1 *Tempus triennij datum ad cognoscendum de impotentia secundum vnam sententiam currit tam ante, quam post iudicis pœnitentiam iniunctam.*
2 *Tempus triennij secundum alteram sententiam incipit post pœnitentiam.*
3 *Tempus pro cohabitatione dandum aliquando iudicis remittitur arbitrio.*

INdubitabilis est iuris conclusio impotentem ad copulam non posse matrimonium contrahere cap.1. c. quoad sedem, cap. ex litteris, & c. consuluit de frigidis,& maleficiatis;& si contraxerit esse de iure nullum,Gomes.Leo dec.39.diuers. Cappella Tholos. in dec.381.Caualc. dec.18.p.2. Romanus singulari 620. Menoch. latissimè de arbitrarijs iudic.lib. 2. casu 85. quare si de impotentia apparet,statim separabitur c. 1. eod.titul.alias cohabitabunt coniuges per trienn. c.laudabilem eod.

Sed dubitatum fuit à quo tempore currat prædictum tempus triennij, in quo dubio duæ sunt doctorum sententiæ.

Prima est Innocentij in cap. fin. eodem titul. volentis sufficere,quod per triennium cohabitauerint,siue ante, siue post pœnitentiam iniunctam à Iudice, quam opinionem sequuntur Card. n.15.Abb.n.12. Anan.n. 6.in d.c. & mouentur per verba eiusdē textus ibi intra prædictos octo annos,loquitur enim de illis annis,qui præcesserunt querelam nunc expositam corā Iudice.

Alte-

Altera est opinio Hostiens. in dicto cap. fin. quã sequuntur Ioannes Andreas num.6. Antonius de Butrio num.10. Ancharan.num.9. Baic.n.4. & Cappella Tholos.in dec.381.dicentes, quod vt cohabitatio triennalis dicatur formiter facta, requiritur, quod post pœnitentiam, per quam remouetur obex peccati, ex præcepto Iudicis inchoetur, cum aliquando propter peccata superueniant similia impedimenta; & iuxta hanc
2 opinionem consului, & fuit decisum, & mouebar ad eam tenendam ob id præsertim, quia ita iudicauit Rota Romana in vna dissolutionis matrimonij 5. Maij 1597. coram Orano idem tenuit Rota in vna Calaguritana diuortij 13. Iunij 1584. coram Bubalo, quæ decisio habetur apud Farinac. in impressis post 1. volum. suorum consiliorum, & est decis. 27.

Est tamen notandum in praxi, quod in pluribus ca-
3 sibus Rota terminum habitationis remisit arbitrio iudicis, & minorem triẽnio statuit, vt voluit in vna Taurinen. dissolutionis matrimonij 16. Martij 1590. coram Illustris. Platto, quam decisionem reperies in recollectis per Farinacc. & impressis post primum volumen suorum consiliorum, & est decis. 75.

Secundo notandum non facere fidem testimonium meretricis asserentis, virum post amplexum, & oscula secum cubantem frustra pluries tentasse cum ea coniunctionem carnalem, Rota in vna Daurinen. dissolutionis matrimonij, 30. Octobris. 1597. coram Orano, & iterum in citat. decis. 27. num. 8.

RESOLVT. CCXXIII.

An per Matrimonium vacet beneficium.

1 *Beneficium, accessus, regressus, per matrimonium contractum amittuntur, etiam forma Concilij non seruata num. 2.*

3 *Beneficium vacat etiam per matrimonium copula carnali non subsequuta.*

IN facti contingentia dixi indubitabilem esse iuris conclusionem per matrimonium vacare beneficium Ecclesiasticum cap. 1. & cap. diuersis fallacijs de
1 clericis coniugatis, latissime Mascardus de probationibus conclus. 182. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatione 41. n. 4. Gonzalez glos. 15. n. 43. Lessius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 34. num. 21.

Amplia primo vt per matrimonium nondum amittatur beneficium, verum etiam accessus, regressus, & alia iura ab beneficium competentia Paris. de resignatione beneficij lib. 1. quæst. 14. Zaullus quæst. 47. Salzedus ad Diaz cap. 80.

Amplia secundo procedere etiam si matrimonium clericus contraheret sine parocho, aut testibus, quia licet sit nullum ob inobseruantiam formæ traditæ per
2 Concilium Tridentinum sessione 24. cap. 1. nihilominus amitteret ipso iure beneficium, vt tenuit Rota Romana in vna Lucan. de insula Sancta, 6. Iunij 1585. coram Illustris. Lancellotto, quam decisionem ad literam refert Nicol. Garcia in tract. de benefic. tom. 2. par. 11. cap. 8. nu. 13. qui auctor num. 14. contrarium verius sibi videri fatetur, nempe, quod contrahens matrimonium sine parocho aut testibus, non amittat ipso facto beneficium (licet posset priuari sic contrahens scienter) arg. l. si quis legatum ff. ad l. Cornel. de falsis, quod & casibus comprobat, & alios Doctores in proposito tenentes adducit.

3 Amplia tertio, procedere etiam in matrimonio copula non sequuta Rota in dec. 1. de sponsalibus, in nouis, & ead. Rota in dec. 21. de probationibus in antiquis.

RESOLVT. CCXXIV.

De præsentia parochi in matrimonio.

1 *Parochi schismatici suspensi, excommunicatique præsentia in matrimonio sufficit.*

2 *Matrimonium contractum coram parocho, cui ab episcopo fuit interdictum, ne matrimonijs assistat, valet, & quid si non est specialiter vocatus, ac etiam si dolosè fuerit ductus.*

3 *Præsentia parochi intelligentis sufficit: vbi quid in parocho affectatè intelligere nolente.*

4 *Matrimonium illegitimè contrahens tenetur denuò in foro animæ legitimè contrahere.*

PRæsentiam parochi in matrimonijs contrahendis esse necessariam non dubitatur stante expressa disputatione Sacri Concilij Trident. sess. 24. de reformatione matrimon. cap. 1. & propterea hodie cessant matrimonia præsumpta in vim tex. in c. is qui de sponsalibus, vbi sponsalia de futuro transibant in matrimonium per carnis copulam Triuis. decis. 20. p. 1. & adeò est nullum prædictum matrimonium sine præsentia parochi, vt contrahentes propria authoritate, ac sine iudicis sententia resilire poterint Sayr. dec. 1. de sponsalibus, & sufficere eius præsentiam, etiam si esset schismaticus, suspensus, vel excommunicatus Nauarr. cons. 9. de spons. Sayr. dec. 13. eodem Ledesma de matrimonio q. 45. art. 5. vers. tertiò in dubium, imò si parocho esset interdictum ab ordinario, ne matrimonijs assisteret, & consequenter abdicata potestas authori-
2 zandi, nam hoc non obstante valeret matrimonium contractum coram eo secundum Zauallum in tract. de commun. contra commun. q. 604. num. 71. Ledesma de matrimonio citata q. 45. versic. quo proposito fundamento, Salzed. ad Diaz. in pract. crimin. cap. 73. versic. primum dubium, vbi referunt ita declarasse Sacram Congregationem, & valeret etiam si parochus non esset specialiter ad hoc vocatus, Nauarr. cons. 20. de spons. Sayr. decis. 24. eodem. Salzed. cit. loco, vbi quoque refert declarationem Sacræ Congregationis, Spino in speculo testamentorum glos. 15. princip. nu. 48. & 49. Medina in summa cap. 16. §. 15. Azeued. in l. 1. titul. 1. num. 5. recomp. nu. 39. & sufficeret pariter sola
2 parochi præsentia adducti dolosè, & renuentis, dummodo probè intelligat, & audiat contrahentium verba, licet ipse nulla verba proferat, Ledes. & Salzedus locis cit. Segura in director. iudic. eccles. part. 2. c. 15. n. 51. Mascard. de probat. conclus. 9. n. 9. & seq. Vega in silua lib. 6. cas. 114. & 115. & ita declarauit Sacra Congregatio, quod procedit etiam si parochus clausit aures, & affectatè non audiuit nec intellexit ex Salzed. Ledes. & Zeual. cit. loc. qui quoque referunt declarationem Sacræ Congregationis.

Item coram parocho compulso, & per vim etiam grauem adducto, Segura dicto cap. 15. num. 51. Spino in spec. testament. glos. 15. num. 48. & 49. Vega citato lib. casu 116. & Zauallus vbi supra, qui refert declarationem Sacræ Congregationis, & huiusmodi præsentia adeo est necessaria, vt nec valeat in foro interiori cõscientiæ secundum Ledes. de matrim. quæst. 45. artic. 5.
4 vers. est tertium dubium: bene verum est, quod in eodem foro conscientiæ, qui contraxit inualidè tenetur adimplere promissum, & iterum legitimè contrahere. Vera crux in appendic. dub. 9. vers. 2. propositio. Cordub. in summa q. 52. in fin. quicquid dicant Azeued. loc. cit. & Guttier. canon. q. c. 18. n. 4. quid verò dicendum de matrimonio in mortis articulo contracto vide Cucch. lib. 5. institution. tit. 11. num. 87. Spin. & Azeued. cit. loc.

RE-

RESOLVT. CCXXV.

Proprius parochus quis dicatur.

1 *Parochus proprius dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent tempore matrimonij.*
2 *Parochus ruralis an sit proprius.*
3 *Parochus proprius an dicatur ille, in cuius parochia contrahentes habitant animo non permanendi.*

EX Sacro Tridentino Concilio in c.1. de reformat. matrimon. sess 24. statutum extitit, vt qui aliter, quàm præsente parocho, cum duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere ausus fuerit; nullum, & irritum habeatur, quem quidem textum prædicti Sacri Concilij Sacra Congregatio super declaratione illius
1 declarauit debere intelligi de proprio parocho, in cuius parochia contrahentes domicilium habent, adeo, vt si matrimonium contrahitur in parochia viri sufficiat parochus viri, si in parochia mulieris, parochus mulieris interfit, & matrimonium perficiat, assistendo, & verba matrimonij faciendo, vt notat Nauarr. in manuali suo c.25.num.144. alias n.fin. & in cons.7. de clandest. desponsat. Ledesm. de matrimonio q.45.art. 5.vers.tertium dubium pag.195. ex declaratione Illustrissimorum Cardin. resoluentes, quod alterius, & cuiuslibet sufficit præsentia, & cum omnibus tenet Caualc. decis.12. num.21.2.part. Segura in directorio 2. part.cap.25.n.45. & Salzed.d.c.73. addit.2. versic. decimoquarto, in impressione anni 1594. & Spin.d.gl.15. nu.41. apud quos etiam inuenietur, vtrum sit necessarium, quod matrimonium celebretur intra propriæ parochiæ limites, in quo articulo vide Salzed. & Spin. Nauarrum, & Caualc. vbi supra.

Quare dubitatum fuit in quadam causa matrimoniali, quis dicatur proprius parochus ad finem cõtrahendi matrimonium, & fuit dictum esse illum in cuius parochia habitant tempore matrimonij, vt ex declaratione Sacræ Congregationis resoluit Vega in silua casu 225. & Segura dict.cap.15.num.50. Zauall.citat. quæst.604. num.50.

Non tamen sufficeret præsentia parochi ruralis illius, qui principale domicilium habebat in ciuitate, alterum tamen in rure vbi ad tempus in anno recreationis, vel colligendorum fructuum causa accedebat,
2 Menoch.cons.398.Nauar.cons.2.de clandest.desponsat. Sayr.dec.4. de sponsal. & pluries fuisse decisum in Rota Romana testatur Seraphin.dec.615. Rota diuersorum decis.644. & in decis.656.part.1.prout à simili quando
3 quis se transfert ad aliam parochiam animo reuertendi ad primam non potest contrahere coram parocho secundæ, Spin.cit.glos.15.num.45. Zaullus quæst. 458.n.36. Caualc.decis.12.nu.22.par.2. ex quibus euidenter apparet falsam esse opinionem Triuis.in decis. 23. part.1. volentis non posse contrahi matrimonium in præsentia parochi mulieris, si in parochia viri per annum habitauerit vti amasia in domo eiusdem amasij. vide Sanchez de matrim.lib.3.disp.23.

RESOLVT. CCXXVI.

Causæ matrimoniales an cognoscantur per Capitulum vel eius Vicarium Sede vacante.

1 *Cognitio causæ matrimonialis ad Episcopum tantum spectat.*
2 *Nuntius Apostolicus causarum matrimonialium cognitionem non habet, nisi esset legatus à Latere.*
3 *Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarius Episcopo in causa delegata non succedit, cum limitat.*

HVic quæst. dubitationem non mediocrem faciebat tex.in cap.accedentibus de excess.Prælatorum, qui confirmatus est per tex.Sacr.Conc. Trident. sess.24.cap.20. versic.ad hæc causæ matrimoniales de reformatione, quibus in locis disponitur cognitionem
1 causarum matrimonialium ad Episcopum, & non ad alium inferiorem pertinere, quare Farinacc.in decis. Rot.100.voluit ob hanc rationem non posse Abbatẽ, qui iura Episcopalia non habet de causis matrimonialibus cognoscere, vnde Rot. Rom. in vna Montis Regalis matrimonij 23. Ianuarij 1587. coram Seraph. tenuit cognitionem causarũ matrimonialium non habere Nuntium Apostolicum, nisi esset legatus à late-
2 re, & quod huiusmodi cognitio ad Episcopum tantum spectet, videndus est optimè Seraph.in dec.764.

Sed quicquid sit, ego distinguendo respondi, quod aut loquimur de ordinaria iurisdictione, & nõ videtur dubium, quia cap. in iurisdictionalibus succedit Sede vacante, in locum Episcopi, Rot.per Cantucc. dec.1. nu.13 in 2.lib.diuers.nouiss.Ioan.Franc.Pauin. de officio & potestat.cap.Sede vacante quæst.10.nu.8.1.par. princ. Imò venit appellatione Ecclesiæ c.cum clerici de verb.significatione cap.antiquas 10.quæst.1 quare si agatur de causa matrim.ex ordinaria iurisdictione, non videtur dubium quin Vicarius Sede vacãte deputatus à c.eam cognoscere valeat, qui in totali iurisdictione Episcopi succedit glos. in c. 2. ne præl.vic. suas & cum ea transit March.Anton.Cucch. in sua institut. canon.lib.2.tit.9.de offic.& potest.Cap.n.29.& 30.31. & 32.& illic nu.93. secundum allegata dicit, quod generaliter succedit in omnibus, quæ in spirituali, & temporali iurisdictione competebant Episcopo, vt idem tradit d.Pauin.in eodem tract.in 1.q.1.partis.

De delegata vero magis est dubitandum; nã quando est commissa causa Episcopo seu eius Vicario per hæc verba, scilicet dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi, videtur, quod capitulũ non succedat in delegatione per ea, quæ not.Lamp.alleg. 88. commune Florentiæ, & Pauin.in loco allegato, num.3. qui tamen ibi n.4. vers. verum pro concordantia, dicit quod cognoscere possit quando sit necesse, & vtile causam expediri, vt est tunc cum agitur de sedandis inimicitijs, vel de restituenda fama, & similibus, idem vt tenet Cuch. tit. quo sup.num.84. & ad tex.Concilij respondeprout habetur in summ.bullar.in verb.capituli, Sede vacante q.5.

RESOLVT. CCXXVII.

Puella quando sit sequestranda.

1 *Puella est sequestranda lite pendente.*
2 *Locus honestus qualis dicatur.*
3 *Puella de ciuitate in aliam transferri potest, quando matrimonium timetur vi esse contrahendum.*
4 *Puella non potest sequestrari, si alter coniugum esset in possessione, & quare.*

1 REspondetur lite pẽdente super matrimonio, quãdo enim agitur de illo cõtrahendo, & est suspicio, ne ei inferatur violentia, & consequẽter consensus nõ sit liber, debet ea sequestrari in aliquo loco honesto ad finem explorandi eius voluntatem, vt probant text.in c.cum locum de sponsal. & in cap.penult.de probat: inter loca honesta cõnumeratur vltra monasterium domus materna Cæsar. de Grass. in dec. vnica de diuor-
2 tijs, quam limita quãdo mater instaret pro dissolutione matrimonij, vt fuit in Rot.decisum in vna Romana matrimonij 29.April.1679. coram Illustrissimo Blanchetto, & redeundo ad casum primo loco positum, est animaduertendum, quod Rota Rom. in vna Hipporig.matrimonij 30.Martij 1589.corã Comitulo tenuit

pucl-

puellam,de qua erat dubium ne vi cõtraheret,esse adducẽdam ad Ciuitatẽ Mediolani extra locũ suspectũ
3 propter Principis loci timorẽ,& in Ciuitate Mediolani esse collocãdã in aliquo monasterio nõ suspecto,vt exploretur eius volũtas an cõsẽtiat habere talẽ in virũ.

Secundo notandum in praxi sequestrationem mu-
4 lieris non esse faciendam,vbi essent duo mariti litigãtes, & alter eorum esset in possessione secundum Io. And.Host. & Innoc. in d.c. cum locũ,& ibi Anchar. in fin. & ratio est ne incipiatur à sequestro l.vn.C. de sequestro,quia si mulier recessisset, & esset per vim traducta, nihilominus marito restitueretur, Bal. in c.fin. n.8. de probat. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota Romana teste Achille de Grassis in decis.vn. de sponsa. & tenuit iterum Rota in vna Neapolitana matrimon. 13.Ianuar.1549. coram Puteo. vide in hac materia Farinac.dec.crimin.t.2.decis.249.n.24.& 25.

RESOLVT. CCXXVIII.

An sponsalia contracta inter prohibitos de iure contrahere sub ea conditione,si Pontifex dispensauerit, adueniente dispensatione sit necessarius nouus consensus.

1 *Conditio suspendit actum,& nihil in esse ponit.*
2 *Nouus requiritur consensus,si sponsalia fuerunt contracta sub conditione,si Sanctissimus dispensauerit,& quare.*
3 *Summus Pontifex non habet ratum, quod illicitè fuerit gestum,dispensando.*
4 *Consensus mutuus debet esse,& non conditionalis.*

SVpponatur in facto pro huius quæst. dilucidatione fuisse sponsalia de futuro cõtracta inter consãguineos sub illa conditione,si Papa dispensauerit,quæstio-
1 nis nunc est, an sequuta dispensatione requiratur nouus consensus partium, & dubium faciebat pro negatiua sententia, quia conditio suspendit actum l. substitutio ff. de acquir. rerum domin. & nil ponere in esse voluit tex. in l. itaque & l.cum ad præsens d. ff. si certum petatur.

2 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium iudicaui motus, quia Papa dispensans non censetur habere ratum,quod prius illicitè gestum fuerat;sed solũ. modo impartiri licentiam contrahendi matrimonium;
3 non obstante impedimento ipsi narrato, ex dictis per Cardinalem,& Abb. in cap. super eo de condit.appos. & per Cou. in 2. p. 4. l.cap.3.n. 7. qui loquitur in fortioribus terminis videlicet in sponsalibus per verba de præsenti contractis, sequendo opinionem Theologorum,& hanc opinionem sequuti sunt Domini de Rota in vna Valentina matrimonij 21.Ianuar.1578. coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Taurinensi sponsalium 2.Decemb.1594.corã Gypsio, & in alia Abulẽsi.

Et hanc esse communem opinionem tenuerunt Tellus Fernand. in l.22. Tauri n. 18. & dixit communem Loaces in tr. de matrimonio Regis Angliæ dub. 12. in princip. & vide Couar. supra cap.3.n.7. & 8. & est cõmunis opinio Theologorum ex Soto in 4. sententiar. dist.29.q.2.art.1.pag.328. in fin. Palatius de contract. lib.5.cap.11.pag.497. & sequitur Nauar. cons. 1. de sponsa. & dicit etiam communem Chucalon ad Dec. in l. ea quæ raro n. 4. ff. de reg. iuris allegando Aret. hodie vero ex decreto Sac. Concilij Tridentini cap.1. sess. 24. de reformatione matrimonij, matrimonium contractum inter personas prohibitas sub illa conditione, etiam si Rom. Pontifex dispensset, & conditio verificetur,neque erit matrimonium de præsenti, neque sustinebitur tanquam sponsalia de futuro, & sic est necessarium, vt matrimonium postea celebretur seruata forma Concilij,quia consensus debet esse mutuus remoto impedimento,ita Victoria in sua summa ver.sponsa.col.2. quod sequitur Guttierez de iuramento confirmatorio 1.p.c.51.n. 32. idem in suis canonicis quæst.c.22. per totũ,qui latissimè,more suo, exornat istam quæstionem, & Couarr. super c.3.n.7. Mantieco in rubr. de matrimonio,gl.1.n.65. Steph. Caeta. in repetitione, c. ad limina 30.q. 1. in §.4.n.165. Ant. Scappus de iure non scripto lib.1.c. 49. Veracrux in speculo coniugat.3.p.art.12. Viuald.in cand. Ecclesiæ tit. de matrimonio ex num. 54. Iulius Clarus recept. sentent.§. incestus n.8. Sot. supra dist.29.q.2.ar.1. Palaz. de maioricatu 1. p. q.2.n. 6. Mocius de contract. tit. de matrim.§. de diu. matr.num.10. Spin. in specul. testament.gl.15.num.66. Didac. Perez. in l. 1. titul.1. lib.5.ordinam. pag. 41. quod sepe contingit de facto, & ita practicatur.

RESOLVT. CCXXIX.

Matrimonium, an probetur ex libro parochi.

1 *Matrimonium per parochi librum probatur, & n. 6. vbi etiam requiruntur.*
2 *Liber parochi vim habet maiorem, quàm liber rationis, qui probat.*
3 *Libris creditur publicis.*
4 *Liber visitationis plenè probat, quoad eius pertinentia, quemadmodum Cronicæ,& gabellæ.*
5 *Ætas per parochi librum probatur.*
7 *Factum antiquum solemniter actum præsumitur.*
8 *Consuetudo,quod liber pro authentico habeatur,tenet.*

NOn dubitatur in quadam causa matrim. an matrimonium esset contractum iuxta formam, & solemnitates S.Conc. sed tantummodo matrimonium non fuisse contractum, quare partes produxerunt li-
1 brum parochi, in quo reperiebatur nota supradicti matrimonij, proinde fuit coram me dubitatum, si sit standum præfato libro quoad plenam probationem, & dicebam,quod sic ex pluribus.

2 Tum primo, quia huiusmodi liber maiorem habet vim, quam liber rationis ex decis. Viuij 415. sed liber rationis probat Grat.decis.146. Francisc.Marcus decis.60.p.1. Cappella Tholos.dec.496.Surdus decis.99. Guid. Papa decis. 441. Ludouic. decis. Perus. 88. Triuis. in dec.16.n.1.l.1. Caputaq. decis. 155. p.2. Farin. decis.110. igitur,& præfatus liber.

3 Tum secundo, quia creditur libris publicis Grat. Rot.March. dec.137. Anna alleg.94. & ratio est, quia dicuntur fons veritatis,& veri præsumuntur, secundũ Magon. decis.59.Gaball.Milleloq.57.sed iste publicus liber dicitur, inter publicos autem libros connumerantur libri visitationum, nam plenè probant, quoad pertinentia Visitationis, item cronicorum Caputaq. decisio.160.part.2. item libri gabellariorum, Surd. in decis.326.

5 Tum tertio quia si ætas probatur per librum parochi vulgo Baptismale Ecclesiæ parochialis,Verall.decis.114.lib.1. Viuius decis.400. Polidor. Rip. dec.247. ergo, & matrimonium, & tradit in specie Caualcan. decis.12. sub n.22.vers. & liber parochi p.2.

Tandem,quia iuxta hanc opinionem tenuit Rota Rom. in vna Colonien sis status 20. Februar. 181. coram Robusten. quæ ita se habet.

Dubium erat circumscripta legitimatione examinis testium facta anno 1512. an liber parochi Sancti Petri Co-
6 *lon. faciat fidem contra D.Corradum in casu, & ad effectum de quo agitur,& fuit resolutum affirmatiuè. Dixerunt enim Domini, quod cum hic non agatur principaliter de probando matrimonio, sed incidenter tantum, quod quælibet probatio sufficit, Gemin.cons.17. Paris.cons.57. n.41.l.4.Put.dec.72.l.1. quæ elicitur ex libro parochi,ex quo constat de proclamationibus,& matrimoniali copu-*

la

la per illas cifras, vt teſtes probant. idcò ei eſt ſtandum, cum ſimus in his, quæ ſpectant ad eius officium c. cũ inhibitio de cland. deſponſat. & per Iaſ. in repet. admonendi n.132. ff. de iureiurando, præſertim cum ſub fideli cuſtodia ſemper fuit ſeruatus per parochos, faciunt not. in c. ad audientiam vbi Felin. de præſcript. latè Oran. de antiq. temp. §.4. limitatur in prin.

Et ad eumdem ſemper recurſum fuit pro verificatione matrimoniorum, vt per teſtes examinatos ſatis fuit probatum, ideò præſumitur: dicit Bald. conſ.400. incip. in libris n.2. lib.5. Conſiderarunt inſuper, quod ſumus in facto
7 *antiquo; & vltra centum annos; ideo præſumi omnia ſolemniter facta ad not. in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. & in l. ſi certis annis C. de Pactis Put. dec.171.n.2. deciſ.2. de teſtit. ſpol. His accedat depoſitio teſtium optimè pro-*
8 *bantium; quod ex communi obſeruantia, & conſuetudine illius loci idem liber de quo agitur, ſemper reputatus fuit, & reputatur pro authentico; & facit plenam fidem, & ad eum publicè recurritur pro fide copulatorum, quæ conſuetudo valet vt not. in c. cum dilectus de fide inſtrum. Abbas in c. 1. vbi Decius eodem tit. n. 2. & ex his dixerunt Domini librum iunctis teſtibus probare.*

RESOLVT. CCXXX.

An matrimonium contractum abſque præſentia parochi, & duorum teſtium habeat vim ſponſaliorum.

1 *Matrimonium contractum abſque præſentia parochi, & duorum teſtium non habet vim ſponſaliorum.*
2 *Actus à principio nullus, nullum producit effectum.*

FVit mihi quęſitum in quadam cauſa matrimoniali vertente in Curia Archiepiſcopali, an matrimonium de præſenti cõtractum ſine parocho, & teſtibus, vel ſine parocho ſolum, vel ſine teſtibus habeat vim ſponſaliorum, ita, vt in foro iudiciali alter contrahens poſſit alterum compellere, vt fidem adimpleat, & reſpondendo huic quęſtioni dicebam in ea duas diuerſas Doctorum ſententias reperiri.

Prima opinio eſt affirmantium, prout ſunt Segura in directorio iudic. eccleſ.2.par.cap. 15. Veracrux in appendice ad ſpeculum dub.9.verſ.ſecunda propoſit.fol. 42. & nouiſſimè, Ioannes Petrus Bimius, in conſil.62. num.34.l. 1. iſtam partem etiam defendit, & atteſtatur ita declaratum eſſe à Congreg. Cardin. Enriquez. in ſumma part.2.l. 11.cap.5.§.4. & Vega in ſua ſilua lib.6.caſ.120.

1 Altera opinio eſt negantium, & hãc defendunt Nauarr.in conſ.1.n.2. & 3. de ſponſalibus, Salzedus c.76. addit.2.verſ. vnde pariter, vnde Azened. in l.1.tit.1.l. 5.recõp.n.21. cum pluribus ſequentib. Spin. in ſpecul. teſtament.gloſ.15.princ.num.49. cum ſequenti, & iterum n.75. cum ſeq. Ledeſma de matrimon.q.45.art.5. verſ. ſed adhuc eſt maius dubium, pag.181. vide eum, & Guttier. de iur.confirm.1.par.cap.51.à num.37. vbi idem reſoluit etiam ſi adſit iuramentum, Zeuall. in commun. contra commun. q. 79. & iuxta hanc opinionẽ declaraſſe Sac.Congregationẽ refert Eman. Sà in aforiſm. confeſſariorum in verb. matrimonium n. 42. & hanc ſequor ſententiam.

Mouentur præfati ex pluribus, primo quia non interueniente parocho, & teſtibus non videtur adfuiſſe legitimus conſenſus, quare nulla oritur obligatio neque naturalis, nec ciuilis, nec ita contrahẽtes tenẽtur poſtea ſolemniter contrahere iuxta formam Concilij;
2 nam cum actus à principio ſit nullus, nullum producit effectum, l. ſicut de operibus lib.1. non putauit §. quæuis de bonorum poſſeſſione contra tabulas l.4.§.commendatum de re iudicata c. ad præſentiam de appell. Zaſius in l. cum quærebatur, n.3. de re iudic. Nauarr. c. cum contingat de reſcript. remed. 3. ſed in caſu propoſito contractus matrimonij eſt nullus propter defectũ legitimi conſenſus, qui non cauſatur niſi præſentia parochi, & teſtium interueniat. ergo nullam obligationem producit.

Secundo, nam actus geſtus contra legem prohibentem ſubſtantiam actus, eſt nullus, & nullam producit obligationem l. non dubium C. de legib. l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam. cap. ſtatutum, §. fin. de reſcriptis lib.6.cap. ſi diligenti de foro compet. ſed in ſuppoſito caſu annullatur ſubſtantia actus matrimonialis, hoc eſt, vt conſenſus nõ dicatur legitimus, qui eſt ſubſtantia matrimonij ſine præſentia parochi, & teſtium, ergo nullam obligationem producit.

Tertio nam ex contractu legi reſiſtente, vt in predicta ſpecie, non oritur obligatio etiam naturalis, l. ſi quis pro eo, de fideiuſſoribus l. ſi non ſortem de condit. indebiti auth. ſiue à me, C. ad Velleia. c. debitores de iureiur. explicat Fortun. in l. veluti n. 11. de iuſtit. & iur. Duare. in l. bonis §. fideiuſſor de verb. oblig. ſed in propoſito caſu lex reſiſtit contractui matrimonij, ergo ex eo nulla oritur deobligatio.

RESOLVT. CCXXXI.

Epiſcopus an poſsit exigere aliquid à præſentatis.

1 *Epiſcopi, vel capitulum à præſentatis, & alijs nihil exigere poſſunt, niſi conſuetudo antiqua adſit in contrarium in pios vſus ea conuertendi.*
2 *Epiſcopus aliquem recipiens in Canonicum, dulciaria exigere non poteſt ſub pœna; vbi etiam de capituli, ac priuatæ perſonæ pœna.*

NOtandum eſt ex Concilio Tridentino ſeſs. 24. c. 14. de reform. capitulum aut alios nihil omnino poſſe exigere ab ijs, qui ſunt electi, præſentati, inſti-
1 tuti; vel inſtituendi: confirmati, vel confirmandi; vel poſſeſſionem ingreſſuri, aut diſtributiones recepturi, niſi ex antiqua conſuetudine hæc in pios vſus ſolita ſint conuerti, alioquin cenſebitur ſimonia, & incurrẽt pœnas ſimoniacorum, vt ibidem Concilium, quod eſt diligenter notandum contra communem abuſum.
2 Immo Pius Quintus declarauit, Epiſcopum, qui aliquid, etſi dulciaria dumtaxat, exigeret in receptione alicuius in Canonicum, eſſe ſuſpenſum à Pontificalibus, & capitulum exigens ſubiacere interdicto: priuatas autem perſonas ſententiæ excommunicationis, & eos, qui ſic aliquid receperint, ad reſtitutionem recepti teneri, vt patet ex Bulla Pij V. declaratoria huius decreti, edita anno 1570. pridie Calend. Iunij. Video tamen paſſim non ſeruari, & omnino ignorari, Mandat tamen Concilium Epiſcopis, vt hæc in executionem deducant.

RESOLVT. CCXXXII.

An literæ diſpenſationum matrimonialium committi poſſint Abbatibus.

1 *Cognitio cauſarum matrimonialium ad Epiſcopum, & non ad inferiorem ſpectat.*
2 *Abbatibus literæ diſpenſationum matrimonialium committi poſſunt.*

IN facti contingentia reſpondendo huic quæſt. non mediocrem difficultatem faciebat tex. in c. accedentibus de exceſ. Prælat. vbi cognitio cauſarum ma-
1 trimonialium ad Epiſcopum, & non ad alium inferiorem pertinet, voluerunt etiam Anchar. & ibid. n. 12. Abb. in cap. 1. n. 11. de conſanguinitate, & affinitate. Couar. in epit. 2. part. c. 8. n. 12. & pluries tenuit Rota Romana præſertim in vna Burgen. iuriſdictionis 15.

No-

Nouembris 1594. coram Orano,& in vna Salamãtina iurisdictionis 17. Nouembris 1492. coram Illustriss. Seraphino vt patet in eius decis. 595.

2 Cæterum hoc non obstante contrarium consului, & motus fui ex decis. Rotę in vna nullius della Serena 19.Nouembris 1593. coram Illustrissimo Seraphino, cuius hæc sunt verba.

Fuit instatũ apud S.D.N.pro parte Reueren. Dom. Alfonsi Flori Prioris de Magazela Prouinciæ della Serena,vt occurrente casu sibi dirigerẽtur literæ dispensationum matrimonalium, & aliæ similes tanquam ordinario dictæ Prouinciæ, & causa discussa in Sacra Congregatione Cõcilij fuit resolutum,si Prioratus est nullius Diœcesis, & Prior habet, quasi Episcopalẽ iurisdictionem,literas huiusmodi esse committendas dicto Priori, ideo Sacra Congregatio de ordine S.D.N. mandauit mihi,vt in Rota videretur,si huiusmodi qualitates verificantur;ideo causa proposita,& visis probationibus,Domini dixerunt probari Priorem de Magazela habere propriam Ecclesiam, & vti ornamentis Episcopalibus,baculo,& mitra,necnõ ius benedicẽdi, & cõcedẽdi indulgentias, & hoc probari ex Bulla Fel. rec.Clemẽtis VII.quod vero habet territorium distinctum,& separatum a territorio aliorum ordinariorum vicinorũ mediãtibus certis limitibus, & quod confert beneficia,visitat Ecclesias,& corrigit delinquẽtes;optimè probãt testes exhibiti;quib.tamẽ,quia fuerũt examinati sine alicuius partis contradictione, vel vicinorum episcoporum citatione,an ad hunc effectum,cum agatur de leui præiudicio, velint Domini officiales Sanctissimi fidem adhibere, Rot. eorum arbitrio censuit relinquendum.

RESOLVT. CCXXXIII.

An parentes in causa matrimonij testimonium dicere possint.

1 *Parentes in testes recipiuntur matrimonij causa cum limit.*
2 *Matrimonium clandestinum per consanguineos probatur.*

LIcet regulariter parentes non admittantur ad deponendum l.parentes C.de testibus c.si testis 4. quæst.2.Grammat.decis.5.nu.16. & in decis.48.nu.13.
1 tamen pluries dixi regulã hanc non procedere in causa matrimoniali,in qua testimonium parentum recipitur, vt probat tex. in cap. videtur,& ibi glos.in verbo, coniungendo, in fine,vers. consueuit tamen induci, & ibidem Ant. de But. in primo notab. Hostiensis in primis verbis,Ancharan.in 4.not. extra, qui matrim. accus.post.idem probat tex.in c.super eo,il secondo, sũpto ibi argumẽto à contrario sensu,& ibi glos.Host.& cæteri Doctores cõmuniter extra de testibus, Bartol. in l.parentes, in princ. vers. idem est speciale, & ibi Alb.nu.4. ad finem vers. item fallit in causa matrimonij C. de testibus,Host. in summa de teste §.1. vers.vbi autem Alexand.cons.151.col.fin. sub n.11. vers. quæritur etiam vol.5.Dec.cons.263.in causa matrimoniali nu.26.vers.sed ad hoc respõdetur.Aret.cons.13. viso diligenter themate nu.10.vers.his præmissis,Paris.cõs. 55.attingam.num.28.& seq.vol.4. & cons.58.nu.3. eodem volum.Soccin.Iun.cons.29.circa præsentem consultationem,n.11. volum.2. & cons.31. themate prædicto num.13. vol.2.& Bertran. consil.209.n.1.vol.2. vbi testatur de communi opinione Nell. de testibus num.7. versic.4.fallit in causis matrimonialibus, Aufrer.de reprobat.test.nu.76. versic.4. fallit, Alberic. de male. de testibus cap.1. num.2. Lanfranc. in cap. quoniam contra in verb.testium depositiones n.59. versic.3. fallit de probation. Grot. de testibus part.4. num.113.

Limita tamen vbi esset disparitas in diuitijs potentia,& nobilitate alterius spõsorum,tunc tale testimonium esset suspectum, vt ibi habetur, & idem vbi apparet de affectione parentum, quia tunc repelleretur tale testimonium,vt quia pater,vel mater producit testes in causa pro filia secundum Panormitan. & Fel.in d.c. super eo,& Præpo. in d.c.videtur qui matr.accus. poss. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in Rota Veneta scribit Triuis.in decis.10.lib.1.& in Rota Delfinatus refert Frãciscus Marchus in decis.751.par.2.

Limita secundo quando agitur,& dubitatur de substãtia matrimonij ob affinitatem,secus si quæratur an matrimonium sit cõtractũ nec nè, quia tunc latius est distinguendum secundum Menoch.de arbitr.iud.lib.2. cas.102.Mascard.cõcl.1019.Farinac.de testibus q.54.

Insuper est notandum,matrimonium clandestinum posse probari per consanguineos, & hoc ad effectum tollẽdi peccatum,vt fuit in Rot.resolutum in vna Tullen. matrimonij 14. Iunij 1568. coram Aldobrandino.

RESOLVT CCXXXIV.

Matrimonio separato ob impotentiam coeundi, an iocalia,vestes & donata restituenda sint.

1 *Iocalia matrimonio separato ob impotentiam non ignoratam non sunt restituenda, & quare.*
2 *Impedimentum sciens donare videtur.*
3 *Impedimentum existens in principio,scienti est obnoxium.*
4 *Pretiosa matrimonio separato sunt restituenda.*
5 *Vestes existentes apud sartorem matrimonio separato ob impotentiam sunt restituendæ.*
6 *Iocalia matrimonio separato ob impotentiam ignoratam sunt restituenda.*

IN hac quæst. respondi,distinguendo scilicet, quod aut sciebat impedimentum impotentiæ, & tunc
1 nihil restitui debet,vt probat tex. in leg.penultima.ff. de donatio.int.vir. & vxor.Roman.cons.146.n.2. & 3. Ruin.cons.58. num.24.vol.2. Hypp. cons.90.num.5.& in sing.481.additio.ad Bartol. in l.in rebus §.seruus ff. solut.matrimon.Caualcan.decis.18.part.2.de Frãchis decis.52. Viuius decis.415. num.3. & huius quæst. duplex est ratio.

2 Primo quia sciens impedimentum videtur donare, & vt dolosus non repetit l.si quis alumna C.de nupt. & communiter scribentes in l.si cum dotem.§. si mulier ff.soluto matrimon.& in l.aununculo ff. de cõdit. sine causa.Fanutius de lucro dotis glos.3.num.11.vsque ad finem,Bellon.consil.84. Suarez.in tit.de Iaf.gananciας n.27.Beluis.in sua practica in tit.de initur.num.36.

Secunda ratio, quia impedimentum stans à principio imputatur scienti,non autem ignoranti,vt est tex. expressus, in l.si legibus Cod.de Episcopali audientia, Bald.cons.320.volum.2.Alexander cons.60. num.4.& seq.vol.1.Monald.cons.3.num.5.Merend.cons.18.

Non tamen omnia donata veniunt restituenda, sed dumtaxat illa,quæ sũt pretiosa,Corset.in sing. in ver-
4 bo conditio, Iason. in l.ipsa apud quem num.12.ff. de legatis 1. Cappella Tholosana in decis.88. Afflict. in decis.315.& procedere etiam in vestibus,& iocalibus;
5 existentibus apud sartorem, & non dum sutis,sed destinatis iugalibus,Cappella Tholosan. decis.387. & in decis.388.Caualchan. de vsufructu n.85. & in citata decis.18.num.18.

Et restitui debent, eo modo, quo reperiuntur, cum fuerint data ad vtendum Petr. de Vbald. in tractat.de duob. fratribus in 6.par.quæst.20. n.21.chart.73. pro vt etiam dicitur de bonis paraphrenalibus secundum Aretin.in §.fuerat,sub num 26.inst.de actio.Tiraquell. de retract.conuent.ad finem titul.num.86.Franc.Crement. sing.142. si paraphrenalia, sentit Afflict. decis.

147. Sylua nupt. l. 2. n. 71. cart. 167. Dec. in l. contract. n. 25. ff. de reg. iuris Caualc. in tr. de vsufruct. nu. 246. cart. 595. & in decis. 11. n. 6. & 7. 2. part. Soccin. cons. 9. postremo vol. 4. Laur. Sylua cons. 37. n. 3. & Paul. de Castro cons. 242. col. fin. vol. 2. nisi æstimata essent data, quia tunc æstimatio faceret emptionem, & venirēt in restitutione, vt per Paris. cons. 64. n. 17. & seq. vol. 4. & Sylua nupt. lib. 2. num. 71. & Caualcan. in dict. decis. 11. sub n. 7.

Si vero ignorauerit factum, & non ius, & sic existimauerit se esse potentem, & aptum ad matrimonium
6 contrahendum, tunc enim, quia est in bona fide prædicta iocalia, dotē, ac paraphrenalia repetere potest, & in dote consuluit Purpur. consil. 366. nu. 3. vol. 1. Cephal. consil 444. vol. 3. Abb. cap. 1. de donat. inter virū ex vxorem, & Bald. in consil. 3. fol. 4. in fine vol. 1. consil. matrimonialium diuersorum, per textum in cap. 2. de coniug. seruor. vbi dicit, quod diceretur quasi dos, & esset priuilegiata sicut vera dos, vti dos putatiua ad notata etiam per Bart. Alexand. & Doctor. in l. sicut dotem §. si mulier ff. solut. matrimon. licet maritus nō lucraretur dotem secundum statutum, si vxor moreretur ante solutionem matrimonij, vt in maleficiato cōsuluit Iason cons. 58. ad idem, & cons. 59. vol. 1. & de materia loquitur Abbas in d. c. 1. & ibi apostilla lit. F. de donat. int. vir. & vxorem, vbi latè Rodericus Soarez tit. de las ganancias num. 1. & seq. & num. 16. & Phanut. de luc. dot. glos. 3. sub num. 19. fructus vero dotis bene maritus lucratur ante solutum matrimonium, vti bonæfidei poss. sor, & ignorans impedimentum. Rolandus de luc. dot. quæst. 97. num. 9. Alexand. & Paul. de Castrens. in dict. §. si mulier, & Fanuc. d. glos. 3. num. 19. & in non viro potente loquitur Ioan. Bocca. sing. 5. & ibi addentes Cin. in l. 1. §. exactio col. 2. vers. quarto quæritur C. de rei vxor. actio. facit dictum Curtij Iunior. cons. 275. nu. 76. vol. 3. secus si non ignoraret factum sed ius, quia tunc nihil lucratur, vt per text. in d. l. si quis alumnam C. de nuptijs Caualc. vbi supra n. 23.

RESOLVT. CCXXXV.

De denunciationibus faciendis in contrahendis matrimonijs.

1 *Denuntiationes tres ante matrimonium sunt faciendæ.*
2 *Sponsus contrahens matrimonium absque denuntiationib. peccat mortaliter, & grauiori supplicio est plectendus si consumauerit.*
3 *Denuntiationes festiuis diebus sunt faciendæ, Et Episcopus non potest dispensare, vt feriali tempore efficiantur, & quare.*
4 *Denunciationes vbi sunt faciendæ.*
5 *Denunciationes sunt faciendæ, quando matrimonium in mortis articulo contrahitur.*
6 *Omissio denunciationum matrimonium non vitiat.*

EXtat constitutio Sacr. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. qua precipitur, vt antequam matrimoniū contrahatur, ter à proprio cō. trahentium parocho tribus cōtinuis diebus festiuis in
1 Ecclesia inter Missarū solemnia publicè denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, vt omnes reuelent impedimenta, si quæ sint, etiam occulta, de qua re agit Corduba in tract. cas. conscientiæ q. 189. in finalibus verbis, in hoc tamen dic vt per Guttierez l. 1. canon. qq. cap. 19. & de his monitionibus, quæ fieri debent in matrimonio differunt Victoria de Sacram. matrimon. num. 266. Gomez. lib. 49. Taur. num. 1. Mascard. volum. 2. de probationibus conclus. 1031. nu. 1. Thimoteus de visitat. ecclesiast. lib. 1. tractat. 3. Corrad. in templ. omnium iudicum lib. 2. cap. 12. nu. 21. Mantieco lib. 5. recollect. tit. 1. l. 1. gl. 1. ex num. 1. Perez lib. 5. tit. 1. leg. 1. vers. 3. modo ait, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 453. num. 2. Nauarr. manual. latin. cap. 22. n. 69. Mozius de contract. tit. de matrimonio §. de substantialibus, formalibus, & essentialibus matrimonij, n. 17. fol. 183.

Amplia, vt contrahentes absque denuntiationibus,
2 vel illis prætermissis absque licentia peccent mortaliter. Veracrux in appendice ad specul. coniug. dub. 1. & Spin. in specul. testament. gl. 15. num. 26. & Guttier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 51. num. 29. & Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. col. 26. ad fin. & Ledesm. de matrim. q. 45. art. 5. vers. sed adhuc est dubium, quem vide Molin. de Primogen. Hispan. l. 2. c. 16. Salzed. ad Diaz in pract. crimin. c. 73. in addit. 2. vers. peccaret tamen, quinimo illos in exteriori iudicio condignis legalibus pœnis plectendos ab Ordinario tenet Ioan. Segur. in direct. iudic. eccles. for. part. 2. c. 15. n. 30. & infra, quem sequitur etiam Salzed. loco prox. cit.

3 Amplia secundo, vt istæ denuntiationes fieri debeant tribus diebus continuis festiuis, & non posset fieri diebus ferialibus, etiam cum dispensatione Episcopi: ratio est, quia Episcopus non potest dispensare super cō. stitutione Concilij Generalis Siluester in verb. dispensatio num. 14. §. 9. glos. & Doctor. in cap. at si clerici de iudic. & Silua 3. part. q. 7. num. 2. Vgolinus de potestate Episcopi c. 15. §. 11. num. 4. vbi allegat textum in cap. cum inferior de maiorit. & obedient. & ita per Sacr. Congreg. declaratum refert prax. Archiepiscop. c. 26. n. 10.

Amplia tertio, vt huiusmodi denunciationes fieri debeant in vtriusque parochijs, vbi contrahentes magis versati sunt, & principaliorem habent larem secūdum Panorm. in cap. final. de clandestin. desponsat. Franc. Marc. decis. 715. part. 2. Zenedus in collect. 81. p. 2. Vgolin. loco citato, & Segura in direct. iudic. 2. par. cap. 16. num. 19. & in num. 20. dicit, quod fiant tribus diebus festiuis non immediatè se inuicem sequentibus, sed per aliqua dierum interualla, & in num. 21. ait, quod quando vna tantum fieri debet denuntiatio, dimissis duabus, non incontinenti matrimonium celebrandum est, sed per aliquod temporis interuallum expectandum est.

Est tamen animaduertendum in praxi, quod quam, uis præfatæ denuntiationes requirantur in matrimonijs contrahendis, tamen si omittantur matrimoniū
6 erit validum, Nauarr. cap. 22. num. 70. in 3. not. Couar. p. 2. c. 26. num. 10. Salzedus ad Diaz c. 73. vers. 1. ante omnia, Vgolinus de potestate Episcopi c. 15. §. 11. n. 6. vbi quoque refert declarationem Sacr. Congregationis, quare improbanda est opinio Menoch. qui contrarium tenet in cons. 60. num. 70. vol. 1. licet sic contrahentes peccarent mortaliter, omittendo præfatas denuntiationes absque licentia ordinarij, vt fuisse decisum testatur Caualc. in decis. 28.

RESOLVT. CCXXXVI.

Episcopus ex quibus causis possit remittere denunciationes in matrimonio.

1 *Iusta causa est necessaria, vt denuntiationes in matrimonio contrahendo omittantur.*
2 *Episcopus denunciationes absque iusta causa remittens mortaliter peccat.*
3 *Causæ sex per quas, denunciationes possunt remitti enumerantur.*

PEr dispositionem etiam Sacr. Concilij loco vbi supra permissum est Episcopis ex causis sibi bene visis remittere denūtiationes in matrimonio contrahendo, & iustam causam esse necessariam tenuerunt

Salze-

1 Salzedus in d.cap.73.addit.lit.D. & Segura dict.2.p.c. 16.n.17. & Sarmiento lib.1.selectar.interpret. c.6.n.7. Nauarr. in manual. lati. c.22.n.70.& n.85. Veracrux in appendice,Spin. dict.glos.15.num.28.Menoch. consilio 69.num. 62. cum sequenti, & num.71.vol.1. Paz. in praxi 2.tom.prælud.3.num.11. & idem Menoch. de arbitrar. lib. 2. Centur. 5. cas. 453. numer. 5. & Guttierez in canonicis quæstionibus c.19.n. 4. qui resoluunt necessariam esse causam, nec posse sine ea, post longam disputationem,denunciationes remitti.

Et adeò causa requiritur; vt de ea constare debeat ante dispensationem, per informationem, & processum, & vtrum sufficiat summariè, & affirmatiuè, resoluunt Segura dict.cap.16.numer.17. & Cæphalus in consil.421.num.61. cum sequentib. lib. 3. Paz. in praxi dict. prælud. 3. numer. 11. Guttierez in canonicis quæstionibus cap. 19. à num. 4. & numer. 12. & cap. 20.num.31.

2 Immò Ordinarius remittendo dictas denunciationes sine iusta, & rationabili causa peccat mortaliter; & affirmatiuam partem amplectuntur omnes, Spin.d. gl.15.n.28. Cæphalus dict.cons.421.num.18. Paz dict. prælud.3.n.11. Guttierez in dict. canonic. quæst.c.19. num.12. & Ledesma, de matrimonio, quæst.45.art.5. vers. dubium primum.

3 Inter iustas autem causas connumeratur, primo quod virgo sit sub tutela iniqui tutoris, qui eam viro ignobili,& dispari tradere vult Segura d.cap.16.n.15. Moccius de contractibus tit. de matrim. col.3. n.16. Spin.dict.glos.15.n.31. & Nauarr. in manual. c.16.nu. 37. & idem quando virgo esset à viro deflorata resoluit Seg. dict.c.16.n.16.

Secunda causa est si filij essent sub potestate nouercali, vt pariter resoluunt Seg. d.c.16.n.13. & Guttier. in canonicis quæstionibus cap.20.n.29. & n.30.

Tertia causa quando contrahitur matrimoniũ cum magnatibus,vnde Reges,& Principes videntur posse contrahere sinè bannis,quod intelligit Henric.Boich. in c. si ad finem extra de clandest. despons. quoniam non est consuetum, eorum matrimonia bandiri, licet Graff.p.1. decis. aurearum lib.2.cap.86. & de arbitrarijs confessariorũ lib.1.c. 41. simpliciter affirmet posse Episcopum omissis denunciationibus dispensare cum illis; quia cum magna deliberatione solent connubia tractare,& eorum matrimonia sunt valde nota,quare si aliquod impedimentum inter eos esse sciretur,Sotus in 4.sentent.dist.28.q.2.art.3. post tertiam conclusionem D.Anton.3.p.tit.1.c.16. Vega in sua Sylua lib.3. casu 211. sed contrarium fundat, & defendit Seg. in d.director.2.p.cap.16.n.7.

Quarta est vbi contrahere volentes diu habiti fuerint pro coniugibus, & in tali forma erant, & propter verecundiam non audent contrahere,Guttier. in tractat. de iuramento confirm.1.part.cap. 51.n. 22. vers. & tenendo,Nauarr. in manuali cap.16.num.37. Paludan. in 4.sentent.dist.28.q.2.act.3. concl.3. quamuis hanc causam repellendam existimet Segur. d.cap.16. num.14.

Quinta est quando matrimonium esset contrahendũ inter diuitem,& pauperẽ,nobilem,& ignobilem;senem,& iuuenem,& sic adesset disparitas ratione ætatis,conditionis,& qualitatis,vel diuitiarum, Palud.in 4.d.28.q.2.ar.3.concl.3. & ibi Sot.q.1.art.2. Henricus de Bottis de Synodo Episcopi 3.p.ar.1.n.158. Henric. Boich. in c. cum inhibitio §. super eo de clandest. desponsat. Diuus Anton. in summa 3. part. tit.1.c. 16.§.5. Nauarr. in Manual.cap.22.n.70.notab. 5. Segura d.2. p.cap.16.num.6. Salzed. dicto c.73. addit. litera C. in verbo dispensent, Menoch. d.cons.69.n.7. cum pluribus sequentibus lib.1. & Vega in Sylua lib.3. cas.211. Cucchus lib.5.instit.tit.11.n.65. vide Cæphal. consil. 421.num.23.& 24.lib. 3. qui contrariũ in proprijs terminis Concilij conatur probare,defendere,& fundare.

Sexta causa est vicinitas tẽporis,quo prohibitæ sũt nuptiæ,ita vt non sit tempus sufficiens faciendi dictas denunciationes,Salzed.d.c.73. eadem lit.D. & Zeuallus de communibus contra communem q.604.n.106. Segur. d.c.16.n.17.in fine,de qua causa vide Prax.Archiepisc.c.26. sub n.3.

Septima causa est,quando matrimonium esset contrahendum in mortis articulo, de qua consulendi sũt Franc. Sarmient. selectar.lib.1.c.6.n.7. Seg. d.cap. 16. n.4. Spin. d. gl.15.n. 26. Nauarr. in man.c.16.n.37. in fine. Prax. Archiepisc.d.cap. 26. sub n. 2. qui & alios concordes recensent.

RESOLVT. CCXXXVII.

An Vicarius Episcopi possit remittere denunciationes in matrimonio.

1 *Denunciationis facultas,an possit delegari.*
2 *Denunciationes in matrimonio à Vicario possunt remitti, & quare.*
3 *Vicarius dicitur Ordinarius.*
4 *Delegari omnia,quæ sunt iurisdictionis,possunt.*
5 *Vicarius forancus denunciationes remittere non potest.*

ANceps quæstio est an Vicarius Generalis Episcopi possit hodie licentiam concedere contrahendi matrimonium non præcedentibus denunciationibus? & partem negatiuam .s. non habere Vicarios Episcoporum ex iure suo dictam facultatem, nec dici Ordinarios in casu huius decis. constanter fundant,& defendunt Menoch.cons.69.n.55. cum seq. l.1. & 2. & de arbitr.cent.5.cas.453.nu.5. idem sensit, & Cæphal. cons.421.n.72. cum plur.seq.lib.3. Didacus de Spin.in spec.testam.gl.15. in princ.n.28.& 29. Piaz in praxi 2. tom.prælud.3.n.11. & eamdem sentire videtur, & approbare Ledes. de magno Sacram. matrim.q.45.ar.5. vers. quartum dubium col.2. Gonzal.variar.quæst.iuris c.27. per tot. præcipuè à n.19. vbi latè disp. & defendit Vicarios Generales Episcoporum non esse iudices ordinarios,sed delegatos.

Immò sunt,qui tenent præfatam facultatem remittendi denunciationes non posse delegari, vt sunt Cæphal.in d.cons.421.n.72. cum pluribus sequentibus,& Menoch.d.cons.69.n.55. cum sequentibus, licet affirmatiuam partem teneant,& latè fundant Spin.in d.gl. 15.n.29. & Paz d.prælud.3.n. 11. & Ledesma d. versic. quartum dubium in princ. scilicet, dictam facultatem remittendi denunciationes remitti,& delegari posse ab Episcopo: necessariam tamen esse specialem facultatem,& commissionem.

Affirmatiuam tamen opinionem constanter defendunt Veracrux in append. ad specul. dub.1.propos.6. ad fin.fol.40. & Seg. in direct.iud.Eccles.2.p.c.16.n.3. etiam stante Concilio prouinciali,& hanc partem affirmatiuam indistinctè,& intrepidè fundat, & defendit Guttierez canonic.q.c.19.num.13. & n.19. & pro hac parte adduci potest, & facit in terminis doctrina Flaminij Parisi.l.3. de resign. benefic.q. 11. à n.9. vbi latè fundat,& defendit,quod vbicunque in Conc.Trid. aliquid committitur Ordinarijs, vel eorum mentio fit, intelligitur etiam de Vicarijs Generalibus Episcoporum.Zeneda in collect 81.p.2.

3 Mouentur,tum quod in arbitrio ordinarij relinquitur,& Vicarius Ordinarius est cap. ex parte vbi Innocent. & reliqui de officio Vicarij, tum etiam quia cũ de Episcopo loquatur, non excluditur eius vicarius, nam vbi voluit Sãcta Synodus vicarium excludere id expressit, vt in absolutione ab hæresi sess.24.de reformatione c.6. tum denique, quod omnia, quæ iurisdictionis sunt,regulariter delegari possũt de iure Cano-

nico.cap.aqua & ibi glosa de Consecratione Eccl.vel altar. atque sic contra Menoch. tenuit eadem Addit. ad Diaz dicto cap.73. vers. sed dubium egregium est, Sbroz.de officio vicar.lib.2.quæst.47. Prax.Archiepiscopal. cap.26. ex his patet parochum simplicem in his denuntiationibus dispensare non posse,sicut etiam dixit Nauarr.in cons.1. de clandestin.desponsa.

5 Limita tamen non procedere in Vicarijs foraneis, quia ijs non permittitur facultas remittēdi denuntiationes prout Zeneda vbi supra, Spinus dict.glos.15. n. 29. & Guttierez quæst.canonicar.cap.19.num.16. negatiuè resoluunt.

RESOLVT. CCXXXVIII.

Causę dispensationis in matrimonio enumerantur.

1 *Dispensatio vel nulla, vel raro in matrimonijs est concedenda.*
2 *Dispensatio est iuris communis relaxatio ac odiosa.*
3 *Extensio in dispensatione locum non habet.*
4 *Regula cui conceditur maius in dispensationibus locum non habet.*
5 *Dispensatio in foro conscientiæ non extenditur in foro fori.*
6 *Dispensatio quoad vnum non censetur quoad alterum.*
7 *Princeps peccat sine iusta causa dispensans, sicut subditus petens; & quare.*
8 *Causæ dispensationum in matrimonio quænam sint.*

1 IN contrahendis matrimonijs,vel nulla omninò detur dispensatio,vel rarò:idque ex causa, & gratis concedatur in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, verba sunt Concilij Tridentin. sess.24.de reformation. matrimon.cap.5.in fine.

2 Quare cum dispensatio sit iuris cōmunis relaxatio 22. quæst.4. cap.pietas in fine, & esse odiosam,& vulnerare ius commune tradidit Rota Romana decisio. 140. & in decis.454.p.1. diuersorum, ideoque dicitur arida, & arcta Felin. in cap. postulasti nu.1. de rescriptis,& semper debet intelligi,vt minus derogetur iuri
3 communi Rot.diuersorum decisione 533. part.1.Mādos.consil.54.numer.11.Ozascus consil.68.numer.31. Surdus consil.453.n.4. volum.3.& in cons.523.num. 26.volum.4.est stricte intelligenda atque interpretanda cap.1.& 2.de filijs presbyteror.lib.6.cap.nō potest extra de preben.cap.quod dilecto extra de cōsanguinitat.& affinitat. & propterea in dispensationibus nō habet locum extensio,Mainard. in decision.21.lib.3. Caualcan.in decision.29.part.1.Rota in decision.1.& 2.de filijs presbyteror. in nouis, nec quidem fit extensio ad casum minorem, licet maiorem habeat rationem Hostiens. in cap. postulasti num.12. de rescriptis,Panormitan. in cap. ad aures num.7.eodem titulo,Milis in suo repertor.in verbo dispensatio fol.1012. & regula cui conceditur maius non habet locum in di-
4 spensationibus.Faber decisio.13. Codic. de Sacrosanctis Eccles. quia dispensationes sunt odiosæ, & strictè interpretandę secūdum Verallum decision.272. part. 1.Sayr.decision.7. de filijs presbyterorum, & in decis.
5 9.eodem titul. hinc est, quod dispensatio in foro conscientiæ non extenditur nec suffragatur in foro fori,vt latè scribētes in cap.de his de accusationibus Rota diuersorum in decis.606.part.1.Crescentius in decisione 14.de probation. & propterea tot esse debent dispensationes,quot sunt obstacula,Lanfranch.decisione 22. ratio est,quia, vt supra diximus,dispensatio vti odiosa non extenditur de casu ad casum,& proinde dispensa-
6 tus quoad vnum,non censetur quoad reliquum,Rota diuersor.decis.233.part.1.

7 Hinc est,quod peccat Princeps,qui dispensat sinè iusta causa,quemadmodum, & subditus illam petendo, Nauarr. in preludijs matrimonialibus penultim.q.n. 11.Sot.lib.4.de iustitia q.7.art.3. & in 4.dist.21.q.art.2 Couar.in 4.2.part.cap.6.§.9.n.9.Rodriquez in summa c.234. & ratio est, quia causa in dispensatione semper inspicienda est, & sufficit putare causam esse rationabilem,Sylvester verb.dispēsatio nu.4.& data facultate dispensandi intelligitur si sit causa legitima, Emanuel Sà verb.dispensatio nu.4.Causę vero ad dispensandum sunt multę,& prima incompetentia dotis,hoc est defectus dotis competentis ad contrahendum,& cum illo, qui mulierem petit in coniugem, & non cum alio sibi æquali, Nauarrus in manual.cap.22.in fi.nec habetur ratio, quod puella speret magnam hæreditatem, quæ sibi de necessitate nō debetur,etiā si sit materna Nauarr.in cons.19.de rescript.& nec si pater habens plures filias posset commodè dotare vnam,sed habita ra-
tione dotis aliarum filiarum non posset vnam dotare,
8 nam tunc dispensatio non erit subreptitia, exprimens dotis incompetentiam; nam illud dicitur fieri nō posse,quod commodè non possumus l.nepos proculo ff.de verborum significat.idem multo magis causa iusta esset,quando diues vellet ducere in vxorē cōsanguineā pauperē,cōstituendo illi dotē, vt Nauarrus vbi supra.

Secunda causa est angustia loci,& mandanda est dispēsatio exequutioni etiam si mulieri in alio loco insigni vicino suæ patriæ, virum suæ conditioni parem inuenire posset,Graff.de arbitrar.cōsess.cap.43.Nouissimus in prax.Archiepiscopal.c.25.nu.6.Rodriquez vbi supra num.2.intellige dummodò in dispensatione non ponatur dicta cōditio,quia tunc est interpretanda, vt verba sonant,& natura verborū requirit:Decius in c. at si clerici §.de adulterijs num.69. extra de iudic. sed aduertendum, quod magna diligentia vti debet delegatus,cui commissa est dispensatio propter angustiam loci,aut incompetētiam dotis,quia vt plurimum d.dispensationes solent esse subreptitię,& propterea bona esset cautela,vt curia se informet ex officio,& nō examinaret testes à parte productos, præcipuè quando personę,quę intēdunt cōtrahere sunt infimæ qualitatis,& locus nō esset valde angustus;insuper quādo impetratur dispensatio à Papa,dummodo augeatur dos, nō est admittendus vir ad constituendam dotem simpliciter super omnibus bonis suis,sed debet illam constituere in specie super aliquibus bonis,si illa habet,vt consultum sit vxori in casu eius mortis,ne de nouo indigeat tali dispensatione, ita dixit Nouiss.in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ d.cap.25.n.18. & de nonnullis alijs causis videre est apud Summistas.

RESOLVT. CCXXXIX.

An Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente matrimonium.

1 *Episcopus in impedimento dirimente matrimonium dispēsare potest quatuor concurrentibus, & quare.*
2 *Episcopus contra ius commune causa necessaria accedente statuere potest.*
3 *Vicarius Generalis Episcopi impedimento dirimente matrimonium dispensare non potest etiam illis quatuor cōcurrentibus,nisi cum speciali mandato.*

ARbitror posse Episcopum in impedimento, quod dirimit matrimonium etiam iam contractum dispēsare,dummodo quatuor concurrant,scilicet pu-
1 blicè,quod matrimoniū sit Contractum,secūdo,quod impedimentū sit occultum,tertio,quod separatio fieri non possit sine magno scandalo, quarto, & vltimo, quod ob paupertatem contrahentium aliamvè iustā causam Romanus Pontifex adiri nō posset, ita Silvest. in sua summa in verbo dispēsatio q.9.num.15.vers. ex

quibus

quibus concluditur, & quosdam alios idem sentientes refert Nauarr. in manual. c. 22. n. 85. vers. 3. dicendum Cordub. l. 1-q. 11. art. 1. col. 9. Sot. de instit. & iure, q. 7. art. 3. & in quarto sententiarum dist. 37. Rodriquez in summa c. 236. concl. 2. Vgolin. de potest. Episc. c. 60. §. 1. Graff. cons. 26. n. 19. de sent. excomm. & hanc esse communem opinionem summistarum refert Costa de remed. subsid. remed. 35. n. 3. & seq.

Mouentur, quoniam Romanus Pontifex id concessisset, si de hoc requisitus esset ob animarum salutem, ergo perinde est, ac si concesserit iuxta doctrinã glosæ in leg. tale pactum §. final. ff. de pactis, & ea, quæ dixit Ias. in l. Barbarius n. 3. cum pluribus seq. ff. de offic. prætoris, accedit Episcopum posse contra ius cõmune statuere; modo id faciat ex euidenti, & necessaria causa, quæ superiorem ad id concedendum moueret. arg. l. hominem, ff. mandat. & ita Iason. in l. omnes populi lectura secunda, ff. de iust. & iure: in hoc igitur casu dispensare Episcopus potest.

Non tamen eius Vicarius Generalis, nisi ad illud
3 haberet ab Episcopo particularem commissionem, secundum Paludanum 4. sent. dist. 34. q. 1. Rodriq. citat. cap. 236. n. 5. nec denique inferiores Prælati Episcopo, Nauar. cons. 6. de priuil.

RESOLVT. CCXL.

An in causa matrimoniali deferatur Iuramentum suppletorium.

1 *Matrimon. per parẽtes, fratres, & sorores probari potest.*
2 *Suppletorium iuramentum in causa matrimoniali defertur, & quando non.*

IN hac quæstione dixi de eius materia latissimè pertractari per Mascard. concl. 1033. Ferret. consilio 196. Gabriel concl. 9. de testibus, Crescent. dec. 23. de probat. cuius hæc sunt verba. Matrimonium, quando nõ est disparitas, potest probari, per parentes, fratres, sorores, & consanguineos ad not. per Abb. & Doct. cõmuniter in c. super eo il secondo de testibus, & in capitulo videtur, qui matr. accus. poss. quia quando mulier alias remaneret corrupta, hoc forsan nõ procederet, cum tunc de vituperio, & honore talium deponẽtium agi videatur ad not. per Aretin. in cons. 13. col. 7. & Dec. cons. 133. col. 2. vers. secundo dicta Margarita, Domini in isto casu, in vna Cæsaraugustana matrimonij, coram D. Pisaurien. fuerunt pro iuramento in sup-
2 plemẽtum, quod etiam in causa matrimoniali, quãdo est pluspuam semiplenè probatum, deferretur, vt per Abb. in cap. mulier col. penult. de iureiur. Alexand. in leg. 3. in princ. col. 3. vers. limitat tamen hoc Roman. de iureiur. Ias. in rep. l. admonendi, n. 231. eodem tit. licet Decius in d. consil. 133. colum. 2. videatur contrarium tenere, nam pro contraria opinione voluit Boer. decis. 85. exemplum ponitur, quando adsunt duo testes, quorum vnus non est integer, vel cum vno teste sint alia indicia, vel quando quis habet vnum testem, & pars aduersa subtraxit alium, Ioan. Andrea in cap. peruenit de testib. cog. Put. de iureiur. decis. 1. & 43. & fuit dictum coram Cardinali Seraphino in vna bonorum Dohanæ salis 5. Mart. 1582. & facit decis. Franc. March. decis. 753. p. 2.

RESOLVT. CCXLI.

Infidelis conuersus ad fidem; si velit contrahere matrimonium, an teneatur requirere coniugem habitantem in partibus infidelium.

1 *Matrimonium contrahitur inter infideles.*
2 *Infidelis conuersus non tenetur requirere coniugem infidelem; si fidelem ducere in matrimonio desiderat.*
3 *Fidelis, infidelis effectus ducens infidelem, si ad fidem reuertitur, & matrimonium contrahere cupit cum Christiana, requirere non tenetur infidelem.*

IN hac quæstio. non mediocrem mihi dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quod inter infideles potest contrahi, atq; constat matrimonium, quatenus est contractus naturalis, & concupiscentiæ remedium, Magist. in 4. sent. dist. 39. Sotus ibid. quæst. vnica concl. 1. S. Thom. in additione, ad tertiam partem q. 56. art. 2. Angelus in ver. matrimonium 3. impedim. 10. n. 1. Sylvest. eod. verbo q. 10. Nauarr. c. 21. n. 48. Victoria de Sacramento Matrimonij n. 294. Vinald. de eod. Sacramento q. 215. & propterea dicebat textus in c. Gaudemus de diuort. quod infideles iuncti in gradu prohibito leg. Canonica tantum, conuersi ad fidem non separantur.

Rursus faciebat, quia præfatum secundum matrimonium contrahi minimè posset per conuersum ad fidem, nisi infideli renuente conuerti, quare vt cõstet de eius renitentia, necesse est ipsum monere, vt probatur expresè in c. Iudæi, 28. q. 1. (*Ibi, quod si admoniti fuerint, & noluerint separentur*) & probant Archidiacon. ibid. n. 2. Bellamera nu. 4. Armilla in summa in verbo matrimonium n. 38. Nauarr. in cons. 2. de conuersione infidelium, Cucchus lib. 5. institutionum tit. 12. n. 103. Gaieta. In repetitione cap. ad limina 30. quæst. 1. cum alijs, quos congerit Sanchez de matrimon. lib. 2. disp. 74. num. 12.

Imò sunt qui teneant requiri Ecclesiæ authoritate præfigi infideli terminum, vt conuertatur, quo possit prius matrimonium dissolui, ita Hostiensis in d. c. gaudemus n. 13. super verb. compelletur, Ioann. Andreas n. 15. Butrius n. 20. Ancharanus nu. 26. Archidiacon. in cap. finali n. 2. vigesimaoctaua q. 2. & ibi Bellamera n. 2. Enriq. Boic. in cap. quanto n. 3. de diuort. sed verius est contrarium, quamuis esset vtilissimum id fieri, vnde satis erit, qualitercumque constet de infidelis voluntate, & Ratio est, quia cum hoc Matrimoniũ solo iure diuino dissoluatur, non est aliquod iudicis ministerium necessarium, secund. Panormit. in d. cap. Gaudemus n. 15. & ibi Præpositus in §. quia autem n. 14. Angelus verbo matrimonium 3. impedimento 10. num. 3. Veracrux in 2. parte speculi art. 33. concluſ. 3. quibus addo Hostiensem n. 3. & Butrium n. 9. in cap. quanto de diuort.

Tandem faciebat, quod scriptum reliquit gl. in d. c. quanto in verbo, qui relinquitur de diuortijs, vbi admonet, quamuis non sit necessarium, testes adhiberi dum infidelis monetur, ac renuit conuerti, aut legitimè habitare, & hoc ad finem, vt testentur si fortè lis postea intentetur de valore matrimonij initi à fideli, quam gl. opinionem refert, & sequitur Goffredus in summa in tit. de diuort. n. 10. & 11. & in tit. de conuersione infidelium nu. 2. Præpositus in cap. gaudemus §. quia autem n. 4. de diuort. Veracrux in 2. p. speculi. artic. 29. pag. penult.

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuisse seruatum in Curia Archiepiscopali refert praxis eiusdem in c. 27. num. 20. non obstant contraria, quoniam procedunt, quando conuersus esset dubius de obstinatione coniugis infidelis, quia tũc nõ posset denuò cõtrahere absque præuia monitione, qua certior redderetur, ita Ledesm. de matrim. dub. 56. concl. 8. Veg. in 2. Thom. summ. cap. 34. cas. 151. Vasq. in 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. & ideo, nõ est necessaria monitio vbi moraliter est certa obstinatio secund. Nau. cons. 2. de conu. infid. Enriq. l. 11. de matrim. c. 8. n. 5. Veracrux cit. ar. 29. ad finem, & Sanch. loc. cit. num. 16. & ita intelligenda est Doctrina Abb. dicentis in d. cap. gaudemus, infidelem esse requirendum, quia procedit, quando adest

coniectura, vel præsumptio infidelitatem relinquendi.
3 Amplia principalem conclusionem singulariter, etiam si fidelis abnegauerit fidem, & contraxerit cum infideli, ac pœnitentia ducta reuersa ad fidem fidelem accipere vult, adhuc nō est necessaria requisitio, prout Sacra Generalis inquisitio Vrbis rescripsit Curiæ Archiepisc. Neap. in tali casu.

RESOLVT. CCXLII.

Ad effectum contrahendi secundum matrimonium quomodo mors viri probanda sit.

1 *Mors primi coniugis quomodo est probanda, vbi praxis Cur. Archiep. Neap. n. 3.*
2 *Mors quomodo probetur quoad plures effectus.*

DVbitans de morte coniugis, & nisi prius certificetur, contrahere non potest, vt probatur in cap. dominus de secundis nuptijs, & in cap. in præsentia de sponsalibus, & ad idem facit text. in auth. hodie, vbi communiter scribentes Cod. de repudijs, & in §. quod autem in auth. vt liceat matri & auię, quare fuit dubitatum, quomodo probanda sit mors primi viri ad effectum vt vxor valeat contrahere secundum matrimonium, in qua quęstione licet nonnullis probetur modis de quibus per Mascardum in concl. 1030. mors quoad præfatum effectum probatur per publicam vocem, &
1 famam ex doctrina Boerij in decis. 288. Francisc. Marchus decis. 183. p. 2. Puteus decis. 520. lib. 2. Ioseph. Ludou. in dec. Rotæ Lucensis 49. item probatur per fa-
2 mam vbi agitur de vacatione Beneficij, Mohed. decis. 1. de probatio. Puteus dec. 132. lib. 3. Rota diuersorū in decis. 46. num. 15. p. 1. quemadmodum etiam probatur, dum quis visus fuerit ingredi in Bellum, & non exire, Rota Perusina decis. 30. Magon. dec. 44. Cappell. Tholos. decis. 312. Ozaschus decis. 108. item probatur etiam per productionem testamenti cum mandato iudicis, vt latè per Ioseph. Ludouicum in Rota Perusina dec. 49. cuius ratio est quia cum agatur de graui præiudicio, efficacior probatio exigitur glos. communiter recepta in leg. siquidem Cod. soluto matrimonio Rota diuersorum decis. 551. p. 1. Anton. Faber. in decis. 2. C. de probationibus.

Potest probari etiā mors quoad supradictum effectū per librum Rectoris in quo describi solet mors sepultorum in eius Ecclesia, Polidorus Ripa in decis. 247. Rota Perusina dec. 2. & fuit resolutū in Rota Romana in vna Romana hospicij de Lucatellis 30. Martij 1603. corā Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 1556.

In Curia tamen Archiep. reiectis omnibus supradictis modis, mors quoad effectum de quo supra aliter
3 non probatur, nisi per vnum testem de visu, qui deponat, qualiter vidit illum ab hac vita decessisse, & insuper necesse erit, quod examinentur duo alij testes, qui deponent de publica voce, & fama, de luctu mulieris, & acclamatione de morte viri, quæ praxis sumpta est ex citat. text. in c. in præsentia de sponsalibus, & vide prax. Archiep. c. 26. num. fin. Sanch. de matrim. l. 2. disput. 46. n. 10. 11. & 12. Farin. sec. 38. in criminal. inter caus. matrim. p. 1. vers. 25.

RESOLVT. CCXLIII.

Filius an semper præsumatur natus ex viro.

1 *Filius ex muliere vxorata ortus semper præsumitur legitimus, cum ampl. & limit. n. 3.*
2 *Probatio contra præsumptionē iuris, & de iure nō admittitur, nisi per partis cōfessionē, de cuius agitur interesse.*
3 *Coniecturæ ad probandam illegitimitatem quænam sint remissiuę.*

PRo indubitato fuit habitum, in Curia Archiepisc. filium natum ex muliere maritata præsumi verū, & proprium filium viri legitimum ad tex. in l. miles, §. defuncto, ff. de adulter. l. filium diffinimus, ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. si vicinis Cod. de nupt. cap. per tuas cum ibi notatis de probat. latissimè Gabriel concluſ. 14. de præsumpt. Alciat. in eiusdem nominis tractat. regul. 3. præsumpt. 37. Mascard. concl. 738. idq; procedere asserunt etiam, si constet mulierem cū alio rem habuisse ex Bald. cons. 437. n. 3. vol. 5. Curt. Senior cons. 31. num. 3. Graff. cons. 2. de adult. vol. 2. Monald. cons. 139. n. 11. vol. 1. Bomincius cons. 16. Henriquez consil. 35. idemque procedere etiamsi vxor in domo amasij perstitisset, si tamen vir ad eam aditum habere potuisset, Bald. in l. si matre Cod. de suis, & legitimis Decius cons. 657. num. 2. & ante omnes Cyn. in l. si vicinis, C. de nupt.

2 Est enim hæc præsumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium, nisi per partis, de cuius interesse agitur, confessionem, secundum Boer. decis. 299. n. 9. post Hypol. in l. 3. §. ad quæstionem in fine, ff. de quæst. vbi innumeros recenset Bero. quæst. 6. n. 2. Gonzalez q. 93. Alex. Trentacinq. l. 1. variar. quæst. cap. 131. & propterea asserenti contrarium incumbere onus probandi scripsit Iason. consil. 125. col. 1. volum. 4.

An autem suprapositā conclusio procederet etiam existentibus coniecturis in contrarium, & quę illę sint, deque alijs ad propositum, vide decis. 123. Curiæ Archiepiscopali p. 2.

Notabilia quædam in materia matrimonij.

IVstæ causæ, quæ sint, vt à sponsalibus recedi possit, vide per Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 455.

Quando sponsalia sunt iurata, an liceat ab illis recedere vide Abb. cons. 48. l. 1. & gl. in cap. si quippe in verb. quæritur 27. q. 2. Franc. Marc. q. 522. p. 1. & q. 746. p. 2.

Sponso, & sponsæ asserentibus sponsalia inuicem contraxisse, creditur, statur etiam confessioni coniugum asserentium, & allegantium subesse impedimentum in sponsalibus, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 103. tamen testimonio vnius coniugum non creditur, si is quærit sponsalia dissoluere, ib. n. 3.

Sponsam impuberem ad domum sponsi traducere, an licitum sit, & an sponsus pœna raptus puniri possit vide March. q. 70. p. 2.

Sponsus propter traductionem, & detentionem puellæ, sine maioris partis parentum consensu in quam pœnam incidat vide March. q. 71. & q. 73. sed quando liceat ipsam puellam traducere vide eundem q. 510. p. 1.

Iocalia, & anuli donati sponsæ ante contractū matrimonium efficiuntur sponsę, & non possunt repeti ab hęredibus viri, secus si sint donati vxori, ratio est quia donatio facta à sponso sponsæ valet, Natta cons. 315.

Post septennium sponsalia contrahi possunt cap. fin. 30. q. 2. Franc. Marc. q. 70. p. 2. n. 14

Filij de iur. ciuil. non possunt contrahere matrimonium sine consensu patris, secus de iure canon. Boer. decis. 197. n. 6. cui standum est Ozas. decis. 154. n. 9.

Vicarius iure non debet concedere licentiam filiofamil. contrahendi matrimonium non præcedentibus denuntiationibus, ob id ne pater ipsius filij hoc sciens, valeat impedire matrimonium contrahendum, Menoch. cons. 69. vol. 3.

Contrahentes nuptias inçestuosas qualiter puniantur, vide Pap. lib. 23. tit. 4.

Dos, & cętera omnia amittuntur, & fisco applicantur, vbi prohibitum matrimonium scienter contrahitur Vincent. de Franch. in dec. 52. n. 10.

Cle-

Clericus beneficiatus absque dispensatione potest matrimonium contrahere, licet ipso iure vacet beneficium Thom.Minad.decis.34.

Quando vxor teneatur sequi maritum quòcunque eat vide Cappell.Tolosan.quæst.160.

Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractus matrimonij attenditur, vt proles dicatur legitima Iac.Put.decis.77.lib.3.

Ignorātiam probabilem non potest allegare matrimonium contrahens cum professa in incluſorio inter moniales habitante, quæ ita (cum in habitu est)iudicari debet Put. decis.244.lib.3.vide ibidem decis.257. & 262.

Matrimonium quomodo probetur vide Paul.Æmil. decis. 203. & sequent. par.2. Hyeron. Maghon. decis. 86.Rotæ Luc. Gomesius Leo decis.1. in decis.diuerso. tom.2.Boer. cons.10. Menoch.consil.259.& consil.34. lib.4.March.quæst.701.part.2.

Quando agitur de matrimonio secundo probando contra primum liquida probatio requiritur idem Gomez d.decis.1.

Lite pendente super impedimento matrimonij non debet suspendi exercitium matrimoniale, idem lata sententia pendente appellatione Vinc. de Franch. decisio.130.

Materia permissa,& prohibita matrimonij,primi,& secundi generis attinentiæ, & affinitatis,plenè tractatur per Borg. Caualcan.decis.12.de contract.par.2.

Sententia in causa matrimonij regulariter nō trāsit in iudicatum,vide Andr.Gail.obseruat.12.lib.2.

Dispensatio matrimonij,in qua fit solum mentio de affinitate, & non de publica honestate quando valeat vide Boer.decis.264.num.28.

Dispēsatio præsumitur inter coniuges,qui in gradu prohibito contraxerunt, si per decem annos,& vltra in matrimonio vixerunt, & mortui sunt, Paul. Emil. decis.269.par.1.

Dispēsatio super matrimonio cum impetratur, quę qualitates sint narrandę ne subreptitia sit dispensatio, vide Menoch. de arbitr.lib.2.casu 203.num.12.

Filij nati in figura matrimonij,ex quo mulier habebat aliū virum secundo ignorante dicuntur legitimi, & naturales, & etiam scienti succedūnt,se quid omnibus parentibus sciētibus vide Vincent.de Franch.decis.130.imò filij nati lite pendente super legitimatione matrimonij dicuntur legitimi, & naturales, idem innatis post sententiam pendente appellatione ibidem num.3.& 6.

Finis Praxis Matrimonialis.

PRAXIS MONITORIALIVM.

RESOLVT. CCXLIV.

Quæ requirantur, vt Monitoria concedi possint.

1 *Monitoria ad hoc, vt concedantur quinq; sunt necessaria*
2 *Excommunicatio vltimum debet esse remedium.*
3 *Remedia ordinaria non sunt pro extraordinarijs omittenda.*

DE literis monitorialibus concedi solitis per ordinarios sub pœna excommunicationis pro rebus deperditis,quarum concessio est actus iustus, & extraiudicalis contra illicitos detentores, vel etiam cōscios ad reuelandum, vel contra recusantes dicere veritatem coram quocumque iudice, vel contra possidentes bona obnoxia alicui promissioni, seu obligationi,vt præter Neuizan.in silua nuptial.Osasc. & Abb.cum congestis per Costam in tracta. de fact. scient.& ignorant. distin.55.Centur.2. & per eundem Cost.de remed.subsidiar.remed.14.tradit Rip.tractat. de peste titul.de priuileg. ad curand.pestem num.122. cum sequent. Surdus cons.129. num.33.vol.1. cōprobat Nauar.de pact.consil.2. num.6.lib.1. & de censib. cons.3.num.3.lib.3.Francisc.March.decis.853. par.2.

1 Vt autem illarum concessio obtineatur quinque concurrere debent requisita.

Primum est quod nominatim(nisi contra testes)non concedantur ratione formæ, nisi præuia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter Anton. à Sola ad antiq.decret.Sabaud.titul.de tribunal.compet.addit. glos.nu.7. quamuis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem Francis.Marchus d. decis.645.part.2.per cap.constitutionem de sententia excommunic.lib.6.

Secundo requiritur, quod res, pro qua huiusmodi litteræ conceduntur, non sint minimi, aut exigui momenti Sola dict. loco num.9. Francisc. March. decis. 803.part.2. & nouissime Sacr. Conc. Trident. de quo infra in proposito aliquid est differendum.

Tertium est requisitū, quod contineant clausulam iustificatiuam, alias sunt inualidæ, Nauarr.d.cons.3. de censibus, & cons.3. de cleric.excommunicat.ministrant.num 1.lib.5.

Quartum,quod aduersarius non sit certus,alioquin via ordinaria esset experiendum Rim. Iun.in cōs.357. num.1.2.& 19.cum seq.volum.4. vbi insuper concludit esse persistendum in dictis monitorialibus,non obstante certitudine postmodum superueniente.

Quintum est requisitum, quod propterea pertinent principaliter ad hanc tractationem, quod dentur hæ litteræ monitoriales in subsidium,idest deficiente alia probatione:ne etiam hoc modo cōtingat euacuari sęculare forum, Nauarr.d.cons.3. de censibus,quia cum
2 excommunicatio debeat esse vltimum remedium cap. clericus de vita, & honestat. cleric. ex quo reputatur maxima pœnarum,vulgato cap.corripiātur 24.quæst. 3.quandiu habentur remedia ordinaria,non debemus
3 vti extraordinarijs,Sot.in 4.sentent. distinct. 22.quæst. 1.potissimum ex norma Sacr.Conc. Trident.de reformat.cap.3. incipien. quamuis sess.23. vbi disertis verbis habetur;quod excommunicationis gladius qui est neruus disciplinæ Ecclesiastice sobriè, & cum magna circumspectione est exercendus,& tunc demum,quādo alia via suum inuenire nō potest Berett.cons.3.nu. 2.& cons.5. num.29. idcirco inualuit praxis,vt in præceptis corā iudicibus Ecclesiasticis inferatur clausula sub pęna excōmunicacionis in subsidium. Quamobrē legitur in Thesaur.fori Ecclesiastici par.3.cap.7.num. 15.quod Sacra Illustrissimorum Cardinalium Cōgregatio in vrbe super d.cap.3.declarauit, quod si duo sint in forma Cameræ Apostolicæ insolidum obligati pro eodem debito, & contra vnum tantum deueniri posset ad executionem realem,vel personalem,contra ipsum insolidum est executio facienda, quia contra alium,contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis, ad instantiam creditoris censura relaxari non potest, & idem auctor subditi;Nisi facta executione personali,carceratus non esset soluendo,quia in subsidium contra alium ad censurarum relaxationem procedi posset.

RESOLVT. CCXLV.

Suspitio non leuis est contra eum, qui se opponit Monitorio ne publicetur.

1 *Monitoria ob nimiam partis animositatem se opponentis publicationi,sunt concedenda,& quare num.4.*

2 *Mulier*

2 *Mulier redditur suspecta, si custodiæ ac ventris inspectioni resistit.*
3 *Iudex parti se opponens suspectus redditur.*
5 *Veritas propter scandalum euitandum non omittenda.*
6 *Veritas iustitiæ basis est ac fundamentum.*

SÆpe sepius in Curijs Episcopalibus comparent Partes ad opponendum, & impediendum ne monitoria ab aduersa parte impetrata publicetur, quare cum in quadã Causa mihi delegata de hoc dubitaretur, iudicani existentibus nonnullis alijs causis, & præ-
1 sertim ob nimiam animositatem partis se opponentis publicationi, dixi esse cõcedenda capita monitoralia, maximum enim est indicium, & non leuis contra eum suboritur suspitio, qui aduersus Ecclesiastici Iudicis monitorium se opponit secundum Cravet. consil. 181. num. 6. & latius consil. 134. n. 29. & consil. 100. nu. 179. Sola ad decret. Sabaud. titul. vt nemo inuitus num. 7. Lazar. de monitor. super tit. 3. quæst. 12. nu. 3. ita Rot. diuers. decis. 383. num. 11. par. 1. Giurba Rot. Sicil. in decis. 94. n. 16.

Sic in Muliere se opponente ne sibi adhibeantur Custodes, fiatque sui corporis sequestrum, vt ab alio non corrumpatur, aduersus quam insurgit suspitio, ne partum agnoscere Maritus teneatur leg. 1. §. sed si Maritus ff. de liber. agnoscend. & supposiri partus præsum-
2 ptionem subit mulier, quæ ventris inspectioni resistit
3 leg. 1. §. si cui ff. de ventr. inspic. ac suspectus redditur Iudex si parti se opponat glos. in cap. statutum verbo copiam de rescrip. in 6.

4 Cuius principalis conclusionis ratio est quia veritas non est occultanda Clem. sepe de verborum significatione, nec propter scandalum euitandum est omittenda cap. qui scandalizauerit de regul. Iur. latissime Felin. in cap. nihil de præscriptio & veritati semper locum esse voluit text. in leg. Imperatores 5. penult. ff. de probationibus, Abbas consil. 15. n. 4. insudarunt namque legislatores, vt veritas in lucem veniat leg. final. ff. de probationib. Parin. de gabell. part. 1. n. 13. Costa de rat. por. quæst. 79. n. 9. Viuius dec. 189. addit. Cæph. consil. 569. num. 7. & iudicem nec ad aliud intentum, quam ad inuestigandam veritatem, exornat; Neuizan. in consil. 34. num. 6. Imbrian. de repud. part. 1. consil. 6. in. 6. pro qua inquirenda multa ex officio facere is potest, quæ alias nec posset, Rip. in l. 4. §. hoc autem Iudicium nu. 69. ff. de damn. infect. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 499. & in addit. n. 97. Decian. consil. 47. n. 1. volum. 1. summaque ope niti debet, vt eluceſcat veritas, & sepulta exurgat, quæ iustitiæ basis est, & fundamentum, Crauett. consil. 6. nu. 27. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 27. num. 2. & de coniectur. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 18. num. 12. Pacian. consil. 3. num. 60. Viu. dec. 189. num. 3. Ceual. commun. contra commun. quæst. 821. n. 9. Ceph. dicto consil. 569. Cassan. in tract. glor. mundi par. 12. consid. 26. Magon. dec. Lucens. 25. nu. 28. Borell. de compromisso §. 3. glos. 3. in principio, ideo probationum facultas non est coangustanda l. quoniam in fin. Cod. de Hæreticis.

RESOLVT. CCXLVI.

Monitoria generalia quis concedere possit.

1 *Monitoria generalia ab Episcopis sunt concedenda.*
2 *Legatus à latere monitoria concedere potest.*
3 *Nuntius Apostolicus monitoria generalia concedere potest.*
4 *Vicarius generalis Episcopi monitoria concedere potest, & quare.*
5 *Vicarius capitularis Sede vacante monitoria concedere potest, & quare.*
6 *Vicarius præsente Episcopo monitoria concedere potest.*
7 *Vicarius foraneus monitoria concedere non potest, & quare.*

1 DIxi in facti contingentia præfatam facultatem concedendi monitoria non nisi Episcopis competere, vt apertè patet ex Doctrina Suarez de censuris disputat. 20. sect. 1. Bald. in cap. si Sacerdos de offic. ordinarij, Ancharan. & alij quos longa serie commemorat Guttierez lib. 1. Canonicarum quæst. cap. 11. nu. 1. Neuizan. in silua nuptiali lib. 3. vers. monitoria nu. 28. quod probatur etiam ex Sacro Conc. Tridentino sess. 25. cap. 3. vers. (qua propter) vbi ipsius Episcopi Arbitrio quando sunt concedenda, relinquitur, vt refert etiam Costa in tract. de Iuris, & facti scientia, & ignorantia cent. 2. distinct. 55. nu. 1. tom. 1. Sayr. de censuris lib. 2. cap. 9. num. 33. Rodriquez in sum. part. 1. cap. 79. & in quæst. 11.

2 Amplia primò, vt possit concedere etiam Legatus à latere, quia & ipse quoque in prouincia sibi commissa iurisdictionem habet secundum glosam, & ibi communiter DD. in c. legatos 2. de offic. leg. in 6. Moneta in tract. de distributionibus quotidianis part. 2. quæst. 9. n. 6. Graff. in consil. 6. n. 8. de sent. excommun. Guttierez lib. 1. Canonicarum qq. cap. 11. num. 5. & sequenti Laza. de monitor. sect. 1. q. 5. vbi & hoc procedere
3 etiam in Nuntio Apostolico scribit ex Guttierez Graff. & Rodriq.

4 Amplia secundo in Vicario generali Episcopi, nam & ipse quoque generalia monitoria concedere potest, vt in proprijs terminis voluit Silua Nupt. lib. 3. vers. monitoria nu. 28. Diaz in Reg. 243. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 171. nu. 2. Graff. citat. consil. 6. de sententia excommun. & ita declarasse Sacr. Illustriss. Congregat. testatur idem Lazar. citat. tract. & sect. q. 6. & ratio est, quia per inclusionem Episcopi factam à Concil. non excluditur eius Vicarius, qui, vt habetur in cap. 2. de consuetudine in 6. & in cap. Romanæ, de appellat. in 6. faciunt vnum, & idem Tribunal, vt tradit ad idem Campeg. in tract. de Potestate Papæ, art. 1. num. 48.

Non obstat Conc. Tridentin. sess. 25. cap. 3. de reformat. volens à nemine prorsus preter quam ab Episcopo esse decernenda, quia respondetur ex hoc non tolli Vicario facultatem, & ratio est, quia quando Concil. voluit excludere Vicarium, vt in cap. 6. sess. 24. de reformat. loquutum fuit taxatiue, & expresse dicens Episcopis, non eorum Vicarijs esse permissum, vt animaduertit Sbrozz. citat. q. 171. Guttierez q. 22. lib. 2. Gratian. notabiliter in dec. 97. Nauar. in consil. 5. de sponsalibus Praxis Archiep. cap. 1. num. 1. & Graff. d. consil. 6. num. 12. Ita vt Vicarius Generalis ad hoc vt possit decernere huiusmodi literas non indigeat speciali mandato Episcopi, dummodo ipsemet Vicarius causæ cognitionem adhibeat, ex declaratione Sacræ Congregationis de qua testatur Thes. For. eccles. par. 3. cap. 7. sub num. 17.

5 Sub amplia primo vt præfata facultas censeatur pariter concessa Vicario Generali capituli Sede Vacante, ita Sayr. tract. de censuris lib. 1. cap. 9. nu. 33. versic. primum est, Pauin. de potestate capituli Sede Vacante q. 1. & seq. p. 1. Lazar. dict. sect. 1. q. 7. & ratio est quia capitulum cathedralis Ecclesiæ Sede vacante generaliter succedit in sui Episcopi iurisdictione etiam in administratione temporaliũ, & spiritualium, & præsertim in monitorijs concedendis testatur Pauin. loco supra cit. Cucchus in institut. maior. lib. 2. tit. 9. Guttierez lib. 1. canonicarum quæst. cap. 11. Cardinalis Tuscus tomo primo pract. iuris concl. lit. C. concl. 56.

6 Subamplia secundo, vt possit Vicarius etiam præsente Episcopo concedere monitoria Sbrozz. lib. 1. quæst. fin. Balb. in decis. 488. post Rebuff. in praxi beneficial. lib. 1. cap. 22. num. 187. nisi expresse prohibeatur Lazar. cit. q. 6.

Limita

Limita tamen ſupradicta minimè procedere in Vicario foraneo,& ratio eſt, quia non habet iuriſdictionem, nec facit idem conſiſtorium cum Epiſcopo ſecundum gloſ.communiter receptam in cap.1.in principio in verbo foranei de officio ordinarij gloſ. in clement.& ſi principalis eod.verb.de reſcriptis,Sbroz.ſepius cit.tract. q.23.n.5. cum ſequenti, Rota diuerſ. in dec.295.lib.2.Marant.par.4.diſt.5.num.22. in praxi.

RESOLVT. CCXLVII.

Monitorium an ſit promulgandum contra perſonas certas.

1 *Monitoria contra certas perſonas non ſunt concedenda.*
2 *Debitor notorius non eſt reuelandus.*
3 *Excommunicatio certos non ligat, & quare.*
4 *Excommunicatio eſt vltimum remedium, & pœnarum maxima.*
5 *Monitoria contra non ſoluentes decimas (dummodo ſint incerti) ſunt concedenda.*
6 *Monitoria ſunt contra culpabiles in aliqua piſcatione concedenda.*
7 *Monitoria quando non ſunt concedenda.*

VVlgare eſt dictum in ore omnium Dominorum Iudicum in Curia Archiepiſcopali monitoria minimè eſſe concedenda,quando certæ ſunt perſonæ,
1 quia tunc ordinariè eſt agendum, vt expreſsè patet ex Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.3. Neuiz.lib.3. num.48. Rota Auenion. in deciſ.120.num.3.Rot. Macerat.lib. 1.deciſ.112.Lazar.de Monitorio ſect.1.quæſt.10.nu.6. & ſect.4.q.1.num. 3. Coſta de ſcient. & ignoran. cent. 2.diſt.55.num.2.Theſ. fori Eccleſ.par.3.cap.7. nu.21. & ita refert deciſum Giurba in deciſ. Siciliæ 94.

Quare doctiſſimus Sotus in 4.ſententiarum diſt.22. quæſt.1.artic.2.voluit non debere reuelare debitorem qui notus eſt,quia hæc monitoria concedi tantum de-
2 bent deficiente probatione, & in ſubſidium aliorum Iuris remediorum; nec excommunicatio comprehen-
3 dit, atque ligat eos,qui ſunt certi,vt pulchrè habetur per Rotam diuerſ.in dec.383.par.1.Tuſcus lit.E. concluſ.441.num.3.Felin.in cap.2.de conſtit. Rimin. Iun. in conſ.357.num.3.vol.4. Sola ad decreta Sabaudiæ in tit.vt nemo inuitus gloſ.1.num.7.Gemin.in cap.fin.de elect.in 6.Card.in conſ.76. & in conſ. 155.

Ratio eſt, vt ſupra dixi,quia præfata monitoria cõceduntur in ſubſidium,deficiente ſcilicet alia probatione,ne hoc etiam modo ſæcularis forus enerueturita Abbas in cap.nouit n.28.de iudicijs,Felinus in cap. venerabilis num.12.& ſequent. de exceptionibus.Nauar. conſ.3. de cenſibus, Purpurat. conſ.363. Monaldus conſ.22. volum.1. & excommunicationem eſſe vltimum remedium dicit text.in cap.clericus de vita, &
4 honeſtate clericorum, & maxima pœnarum cenſetur cap.corripiantur 24.quæſt.3. & quamdiù remedia ordinaria habemus extraordinarijs vtendum non eſt cap.ad noſtram il 2.de iure iurando Berett.conſ.3.n.2. & in conſ.5. num.29.

5 Hinc prouenit primo,quod poterunt decerni contra non ſoluentes decimas, quando ignorantur perſonæ, ſecus ſi eſſent certæ, vt in proprijs terminis conſuluit Rimin. Iun.in cit.conſ.357.num.15. poſt gloſ.Card.& Imol.in Clem.diſpendioſam in verbo premoniti de Iudicijs,Monald.conſ.181.n.3.vol.1. Alciatus conſ.122. num. 3.& ſeq.

Secundo infertur, quod ob eandem rationem poterunt monitoria concedi contra culpabiles,& conſcios
6 qui piſcauerunt in ſtagno cuiuſdam, vt refert fuiſſe deciſum Franc.Marc.in dec.859. par.2. & idem in deciſ.865. par.2.

Infertur tertio, quod vbi quis litigat ſuper re amiſſa,ſi id poteſt probare per monumenta,non eſt ei con-
7 cedendum monitorium, & ſi non poteſt probare, non debet de facili cõcedi,niſi vbi aliter nequeat tueri ius ſuum,& cauſa eſt alicuius momenti, vt nouiſſimè tradit Lelius Zecchius de Repub. Eccleſ. tit. de Prælatis cap.1.n 6.§.excommunicat. Lazar.d.ſect.1.q.15.

Infertur quarto,quod literæ monitoriales non ſunt concedendæ, quando quis coram competenti Iudice ob indicia, quæ ſunt contra reum procedere poteſt, vel habet teſtes, vel inſtrumenta vt tradunt Sot. in 4. ſentent.diſt.22.q.1.art.2. Neuiz.in Silua nuptial.lib.3. n.48. Diaz in reg.243.limit.2.Riminald. conſ.357.n.1. & 2.volum. 4. Nauar. in cap. inter verba concluſ.6.n. 316. Henriq.in ſumm.lib.13.cap.17.num.4.lit.B.Rota diuerſ.in deciſ.383.num.8.par.2.Franc.Marc.in deciſ. 803.part.3.Guttierez lib.1. canonicarum quæſt. cap. 11.num.59.Rodriq.in ſumm.par.1.cap.70. nu.5.Sayr. tract. de cenſuris lib.1.cap.9. num.53. in fine Theſ.fori Eccleſ.d. cap.7. num.12. Monald. conſ.160. vol.2. Graff.par.1.deciſ.lib.4.cap.17. nu.8. & Tuſcus tom.1. pract. iuris concluſ. lit. C. concluſ. 256. in principio Lazar. in alleg. quæſt.15.

RESOLVT. CCXLVIII.

Monitoria an ſint concedenda eis quibus nullum competit intereſſe.

1 *Monitoria generalia habentibus intereſſe ſunt concedenda, & non alijs, & quare.*
2 *Actio ad exhibendum monitorio æquipollet.*
3 *Praxis Curiæ Archiepiſcopalis circa monitoria concedenda.*
4 *Monitoria ſunt reuocanda,ſi abſque petentis intereſſe fuerunt conceſſa, quod duobus limitatur modis.*

1 IN Curia Archiepiſcopali quotidiana eſt praxis, vt Monitoria generalia nunquam concedantur niſi habentibus intereſſe circa illarum petitionem, quæ fundatur ex pluribus.

2 Tum primò, quia actio ad exhibendum, quæ monitorio æquipollet, non datur niſi ei cuius intereſt l.penult.ff.ad exhibendum Bald. conſ.122. num.3.volum. 1.Alex. in conſ.33. volum.2. Decius in conſ.12. nu. 4. volum.1.Alban.in conſ.17.Alciat.conſ.29.Rot.diuerſ. in deciſ.53.num.4.volum.1.

Tum ſecundo, quia pro hac eadem opinione extat conſtitutio Pij V. quæ incipit Sanctiſſimus in Chriſto Pater, vbi ordinauit quod mandata in forma ſignificanti pro rerum ſubtractarum aut deperditarum reſtitutione,ſeù reuelatione expediantur ad eorum cũtaxat inſtantiam, quorum ciuiliter intereſt, quam Conſtitutionem ad literam refert Quaranta in ſumma Bullarij verbo excommunic. ad finem reuelandi, Tholoſ.in ſyntagm.iuris Canon.lib.4. tit.16. cap.2. in gloſ.lit.G.Lazar.ſect.1.cap.9.de monitor. & quæſt.18. ait,monitoria ad eius inſtantiam tantum, & rogatur cuius ciuiliter intereſt eſſe concedenda,dummodò intereſſe ſit propter peccatum, iuxta præfatam conſtitutionem Pij V.in qua fundatur practica eiuſdem Curiæ non concedendi dictas monitoriales,nec procedẽdi ad aggrauationem excommunicationis, quando apparet oratorem non habere intereſſe, ſed quando conceduntur,ponitur clauſula,dummodò petentis interſit in ducatis quinquaginta.

4 Amplia,vt adeò intereſſe petentis exigatur,quod ſi abſque eo fuerint conceſſa, veniunt reuocanda, Nauar.in conſil.7.de ſenten. excomm. Merend.conſil.22. Sayr.in Floribus dec.lib.5.tit.23.deciſ.8.Franc.Leo in Theſaur. fori Eccleſiæ par.3.cap.7.n.28.Lazar.ſect.1. quæſt.9.

Et intellige, vt non ſolum ad inſtantiam alicuius parti-

particularis personæ damnificatæ, sed etiam ad petitionem procuratoris alicuius ciuitatis damnum notabile passæ concedenda veniant, dummodò ab illa obtinenda habeat speciale mandatum sic Lazar. in eadem q.9. citans Lopez in instruct.consc. par.2.cap. 11.& Prax.Archiepisc.cap.1.num.12.

Limita in casu eiusdem Lazar.in citat.quæst.18.vbi quando interesse non est clarum,sed speratur in euentu litis, quæ vertitur coram Iudice laico, & timor est, ne bona dilapidentur, possunt concedi monitoria pro habendis testibus, & notitia bonorum, licet interesse non sit clarum.

RESOLVT. CCXLIX.

An lite pendente monitoria concedi possint.

1 *Monitoria lite pendente non sunt concedenda,& quare.*
2 *Monitoria lite pendente concessa (licet sint iniusta) tenent.*

1 PLuries fuit decisũ in Curia Archiepiscopali Neapolis,monitoria non esse concedenda,lite pendẽte cuius decis. ratio est, quia excommunicatio non comprehendit eos, qui sunt certi, & litigant,Rota diuers. in decis.383. par.1. diuers.num.8. Felin. in cap.2. de constitutionibus,Rimin.Iun.in cons.357.nu.3. Sola ad decreta Sabaudiæ in titul. vt nemo inuitus, glos. 1. nu.7.Gemin.in cap.fin. de electione Card. in cons.76. & in consil.155. ad idem expenditur decis. Siciliæ 94. vbi fuit dictum, quod pendente lite contra aduersarium aut alios,qui sunt certi,monitorium concedi nõ debet,vt sequitur etiam Rimin.in consil.122.Costa de remedijs subsidiarijs cap.14. num.1.

Contrarium tamen; quod non obstante litis pendẽtia coram Iudice seculari,procedi possit ad monitoria per Iudicem Ecclesiasticum post Graff.Greg.Tholos. Mar.Anton.Alban.& Crauet. latè comprobat Lazar. de monitor.sect.1.q.19.nu.9.& sequitur Thesaur. fori Ecclesiast.par.3.cap.7. n.23. vbi limitat non esse concedenda post sententiam latã, quæ transitum fecisset in rem iudicatã,de quib. vide in praxi Archiep.c.1. in fine secundi notab. & in tertio notab.vbi etiam traditur,quando in causa appellationis sint concedenda.

Est tamen in praxi animaduertendum,quod quamuis pendente lite generalia monitoria contra aduersarium concedi non debent: si tamen fuerint concessa
2 tenent, licet sint iniusta, glos. est sing. & communiter recepta in cap.1.vt lite non contestata,Sola glos.1. n. 9. quæst. 10. & fundatur ex vi regulæ, multa facta tenent de qua in l.patre furioso ff. de ijs qui sunt sui, vel alieni iuris.

RESOLVT. CCL.

Cuius valoris esse debeant res pro quibus monitoria concedenda petuntur.

1 *Monitoria pro quo rei valore sunt concedenda.*
2 *Excommunicatio monitorij si pro re leui concedatur non ligat, & quare.*
3 *Excommunicatio non ligat,nisi ex intentione proferentis.*
4 *Excommunicatio lata pro furto acus,vel rei paruæ furem non ligat licet læthaliter peccet, si graue fuit damnum subsecutum.*
5 *Praxis Romanæ Curiæ circa monitoria concedenda pro rebus subtractis.*

ET si Iudicis arbitrio relinquendum esse voluit Sãcta Synodus de reformatione sect.25.cap.3.quando pro re,loco,persona,aut tempore,concedenda sint
1 monitoria,non tamen ex ijs includitur,quod pro qualibet parua re decerni possit: si quidem non exigui, sed alicuius valoris esse debet, quod quidem apertissimè patet tum ex verbis eiusdem Concilij ibi, *ex re non vulgari*, tum etiam ex constitutione Pij V. incip. Sanctissimus ibi, *Id,quod præcipuè attendendum est, minimè vulgares res existere*.

Quæ conclusio adeò vera est,quod excommunicatio non ligat,si pro re parui momenti concedatur, & ratio est, quia pro re leui videtur nulla ex intollerabili iuris errore cap.per tuas de sententia excommunicationis,& maximè quia sacri canones prohibent excõmuninari pro leuibus culpis cap. dilecto de sententia excõmunicationis in 6.cap.corripiantur 24.q.3.Bald. in cap.1. n. 22. de iudicijs Panorm. in cap. constitutis n.4. & seq. de testibus Felin.in cap.venerabilis de exceptionibus,Rota diuers.in decis.199.par.1.

3 Facit insuper, quod excommunicatio non ligat nisi ex intentione proferentis glos.communiter approbata in cap. Apostolicæ de clerico excommunicato ministrante, Codecha in repet.c.de quo vult Deo nu.72. de iudicijs,Lazar.lib.canonicarum quæst.cap.12.sect. 1.Rodriq. in summ.tom.1. cap.171. Auila de censuris lib.1.cap.23.& verisimile non est Iudicem excommunicare voluisse contra dispositionem iuriũ prædictorum secundum Palat.in repet.cap. per vestras §.18. n. 22.de donat.inter virum,& vxorem,Menoch.lib.2. de arbitrarijs casu 542. n.14. Tolet. in summa lib.1.cap. 8.num.4.in fin.Sayr.in claui lib.9.cap.15. num.19. vbi dicit si excommunicatio daretur ob furtum,surreptor
4 acus aut alterius rei paruæ, ex cuius defectu graue damnum est subsequutum, quamuis peccet mortaliter, non tamen incurret excommunicationem etiam si damnum non restituat.

5 Quare stylus Curiæ Romanæ optimè obseruat vt monitoria minimè concedat nisi rerum subtractarum valor summam saltem quinquaginta aureorum attingat, licet sint separatim subtracti, vt ex tenore Papalis monitorij constat,Graff.cons.6. de sententia excommunicationis.

RESOLVT. CCLI.

Monitoria cur non concedantur contra scientes bona contenta in inuentario.

1 *Monitoria non sunt concedenda,quando altera pars de inuentario opponit,& quare.*
2 *Inuentarium contra hæredes probat.*
3 *Probatio contra Inuentarium non permittitur.*
4 *Hæredẽ omnia bona præsumitur in inuentario annotasse.*
5 *Hęres aliquid dolosè in inuẽtario ponere omittẽs,punitur.*

COmmunis praxis omnium Curiarum Ecclesiasticarum est,quod quando hæres petit monitoria contra scientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario,& propterea asserit non esse concedenda,
1 quia veritas alio modo sciri potest,solent ipsarum curiarum Vicarij concedere monitoria contra scientes bona hæreditaria non contenta in inuentario, quare fuit dubitatum cur de præfatis bonis in inuẽtario descriptis concedi non possint, & fuit dictum rationem
2 finalem esse, quia veritas aliter sciri poterit, & etiam quoniam inuentarium probat contra hæredem l. fin. §.fin.C.arbitr. tutelæ,Guido Papa decis.173.vnde pro inuentario in dubio præsumitur,præsertim si decretũ interuenit Bart.in l.qui tutores ff.de adminis.tut.Hosach.decis.182. num.11. Balb.decis.35. & probat fortius inter eos inter quos confectum fuit, Rebuff.de inuentario artic.1.glos.1.num.10.& prẽsumptionem inducit omnia descripta esse vera,& penes hæredẽ permansisse, secundum Afflict.decis.245.num.12. & idem Afflictus in decis.224. nu.14.Milanen. decis.18. par.2.

hinc

hinc est, quod probatio contra inuentarium, & sic contra prefatam præsumptionem fieri minimè potest, Osasch.citata decis.181. num.25.Bald.singul.75. Castrens. singul.17. licet Rebuff.citato loco dixit posse fieri per viam monitorij.

Quibus accedat, quod ob tantarum solemnitatum obseruationem semper præsumitur: de quibus solemnitatibus latè Afflict.decis.13.& in decis.44.nu.30.Ioseph.Ludouic.decis.98.Osasch.citat.decis.181.Decius cons.633.n.7.Abbas cons.73.num.2.Rebuff. de inuentario artic.1. Natta cons.214. num.12.

4 Tandem facit quod præsumitur hæredem omnia descripsisse secundum Lanfranch. dec.17. vnde hæres ommittens dolosè ponere in inuentario vnam, vel plures res, valeat tamen inuentarium, & punitur pœna duplici Rota Genuens.decis.35. Cassan. in consuetud. Burg. titul. des droictis rub.4.§.31.glos.2.num.4. vide tamen Bart. in l.6.ff.de his, quibus & in l.2.ff.ad legem Falcid.Abbas cons.73.num.2.

RESOLVT. CCLII.

Monitoria an concedantur in casibus criminalibus.

1 *Testis iuratus occultans veritatem læthaliter peccat.*
2 *Furem ad indicandum aliquis cogi potest.*
3 *Monitoria in criminalibus non conceduntur, & quare.*
4 *Stylus Curiæ Romanæ in monitorijs concedendis, ac etiam Curiæ Archiepisc. Neapol.*
5 *Monitoria pro causis criminalibus quando conceduntur.*

VIdebatur prima facie dicendum, quod sic, & ratio est ne crimina remaneāt impunita cap.vt famæ de sent.excomm.l.ita vulneratus ff.ad legē Aquil.
1 & quia occultare veritatem in teste est peccatū mortale: maximè præstito iuramento cap.quisquis 11.q. 1. secundum Bald.in l.4. §. fin. de condit. ob turpem causam, & inducit in pœnam falsi cap. 1. de crimine falsi secundum Bald. in l. Presbyteri C. de Episcopis, & cleric. Quinimò quando testis se subtrahit timore, vel gratia, præsumendum est contra ipsum ex officio
2 inquisitionis, secundum Bar.in l.1. §.sed & si quis ff.de falsis, & quis potest cogi ad indicandum furem, seù malefactorem c.qui cum fure de fur.l.ciuile C.de furt. & ibi glos. quæ notat argumentum pro literis monitorijs Episcoporum, & si dicatur quod licitè quis recipit pecuniam, aut præmium ad indicandum, seù manifestandum furem, vel alium malefactorem d. l. 4. §. fin. & l. solent ff. de præscript. verb. de quo latè per Franc. Marc. in decis.647.par.2.

3 Cæterum præfatis non obstantibus contrariū fuit dictum, & ratio est, quia inter cætera, quæ concurrere debent, vt cōcedātur monitoria, necesse est vt res nō sit criminosa, vel criminalis causa, vt latè per Lazarū de monitor.sect.1.q.10.& talis etiam dicitur si agatur tantum de pœna pecuniaria vbi fisco veniat applicāda l.agraria, vbi glos.ff.de termin.mot.Philipp.Maffin. ad l.primam C.de eden.nu.91. quod procedit præsertim, si copia reuelationum sit consignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, tum quia infamiæ notam affert, tum etiam ad euitandam irregularitatem Nouiss. in sua praxi Archiepisc. Neapol.cap.1.not.6.

Vnde ex stylo curiæ Romanæ, & generali diœcesanorum vsu in ipsis monitorijs ponitur clausula, nolumus autem, quod ex reuelatione huiusmodi, si eam
4 fieri contingat, nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi possit, alias reuelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra fidem faciat, ita quoque statuit Pius Papa V. in constit. incip. Sanctissimus, vt not. Thesaur. for.Eccles.par.3. cap.38. num.21.

Et quia aliquando reuelationes, & si non contineāt criminalitatem, eas tamen obtinentes vtuntur illis in criminalibus, solet Vicarius Papiensis, & alij in ipsis literis monitorialibus apponere ne huiusmodi reuelationibus possint vti criminaliter sub pœna excommunicationis, & alia arbitraria, & Neapoli etiam vt habetur in dicta praxi d.cap.1.nu.6. quando conceditur copia reuelationum solet imponi pœna excommunicationis latæ sententiæ parti, & Iudici, si dictis reuelationibus vtantur in criminalibus, quæ practica tutior mihi videtur.

Et quamuis Franc.Marc.decis.656. & dec.647.p.2. teneat monitoria iuridicè concedi posse super crimine pro habenda veritate, etiam si criminaliter agatur,
5 & ita etiam solere tradit Zecch. in tract. de Republ. Eccl.titul.de Prælat.in genere cap.1.§.5. versic.excōmunicatio verò; dummodò, inquit, in huiusmodi causis criminalibus concedantur cum tribus clausulis, primo ne fidem faciant, nisi ciuiliter tantum: secundo ad defensionem tantum, tertio quoad interesse, quibus factis Iudex non incurrit irregularitatem, etiam si mors inde sequatur.

RESOLVT. CCLIII.

Qui testimonium dixit vigore monitorij, an repeti debeat in iudicio.

1 *Testis in monitorio, repeti in iudicio debet, & quare.*

IN facti contingentia respondi affirmatiuè; motus, quia actus non debet operari vltra intentionem agentis l.eum cui ff. si certum petatur, & ita fuisse decisum in Senatu Sabaudiæ testatur Antonius Faber decis.16. C. de testibus, cuius hæc sunt verba.

Per monitorias, quas vocant Iudices Ecclesiastici literas, testimonium dicere iussus, licet testationem sua propria subscriptione firmauerit, repeti debet, quoniā ad finē, vt aiunt, reuelationis tantum; non etiam ad finem plenæ probationis huiusmodi testationum genus permittitur, si tamē per absentiam testis factum sit, ne repeti potuerit, atque ita euenerit succumbere illum, pro quo testimonium dicturus erat, puta ex contrarijs aduersarij probationibus; placet etiam in causa appellationis; adeoque post didicita testificata repetitione admitti posse impetrata ex rescripto Principis in integrum restitutione, refusisque in eam rem dilationum, & frustrationis sumptibus, sed ita tamen vt nuda simplexque sit repetitio, nec in nouam vllo modo deflectat auditionem metu scilicet corruptionis, & vt loquuntur subornationis, ita Senatus in causa fratrum Godett. contra D. de la Croix, pridie Id.Maij 1591.

RESOLVT. CCLIV.

Monitoria an sint concedenda, quando continent infamiam.

1 *Monitoria non conceduntur vbi continent infamiam.*
2 *Positioni continenti turpitudinem non est respondendum.*
3 *Copia reuelationum non conceditur quando continet infamiam.*

1 INter cæteras causas denegandi à Iudicibus Ecclesiasticis monitoria, principalior est vbi reperiretur in eis aliquod caput infamatorium, vt in proprijs terminis voluerūt Probus in cap.1.n.21.de iureiurand. & in cons.70.vol.1.Crauetta cons.71.Nouiz. in silu. nupt. lib.3.num.50.Graffius cons.6.de sent.excomm.Lazar. lib.1.Canon.quæst.sect.1. q.10. num. 7. vnde in praxi nunquam nominatur persona quæ præsumitur rem detinere, ne contingat ob id lædi eius famam Franc. March. par.2.decis.803.& 854. Menoch.de præsumpt. lib.4.præsumptio.190.n.35.& seq. Costa tract.de fact. scien.

scien. & ignor. centur. 2. dist. 55. num. 7. tomo 1. ex Sola super ord. & decretis Sabaudiæ tit. 6. sub rubr. de tribus compet. glos. 4. num. 7. post Vital. tract. de reis, & testimon. num. 22. & tale monitorium, in quo nominatur certa persona, esse abusiuum, & reijciendum tradit Tepat. lib. 1. var. iur. tit. de monit. Eccles.

2 His accedat à simili, quod positioni continenti turpitudinem, seù infamiam respondentis non arctatur is ad respondendum, secundum Bart. in l. Marcellus §. 1. ff. de rer. amot. act. & in l. fin. ff. de his quibus, vt indignis, & in cons. 187. & in l. 2. §. quod obseruari circa finem C. de iuram. calum. Bald. in l. 1. C. de pœna Iudicis, & in l. 1. C. de confess. Io. Andr. cap. 2. eod. tit. lib. 6. & idem Bald. in cons. 193. volum. 1. Lanfranch. in cap. quoniam contra in verb. responsione circa finem de probat. & latè Felin. in cap. cum dilecti colum. 2. de accusat.

3 Imò quando reuelationes receptæ continent infamiam non debet concedi earum copia in iudicio sæculari, sed sunt concedenda tantum nomina, & cognomina testium, qui reuelarunt, quos compellere potest Iudex laicus postea ad deponendum, dummodò non deponant super crimine, vt vsu receptum esse in Cur. Eccles. Neapol. testatur eius Praxis Archiepiscopalis cap. 1. notab. 5. in fine.

RESOLVT. CCLV.

An monitoria concedi possint super facto proprio.

1 *Monitoria concedi non possunt super facto proprio.*
2 *Obliuio non præsumitur.*
3 *In teste præsumitur obliuio lapso biennio.*

1 PRo huius quæstionis dilucidatione supponatur in facto quèdam dedisse mutuum centum Francisco, posteaque idem mutuans petijt in Curia Archiepiscopali monitorium contra scientes præfatum mutuum, propterea dubitatum, an esset concedendum, & fuit resolutum negatiuè ex pluribus.

2 Tum primo, quia obliuio non præsumitur regulariter secundum Bald. in l. cum alienam colum. final. C. de leg. per l. magnam C. de contrahend. & committèd. stipul. Guido Papa decis. 127. in camera parlamenti num. 4.

Et ratio est, quia memoria non est futurorum, nec præsentium, Authore Aristotele lib. de memoria, & reminiscentia, sed præteritorum tantum, vnde sensus est præsentium, spes futurorum, memoria præteritorum.

3 Sed hoc non sortitur aliter locum in teste examinato, lapso biennio, cum obliuio per lapsum ipsius biennij, & minoris temporis præsumatur in teste, ita glos. in cap. si testes 4. q. 3. per l. si arbiter, de probat. & in l. 2. §. sed quia de vet. iur. enuclean. Oldrad. cons. 183. num. 19. & seq. Crauet. cons. 28. nu. 4. volum. 1. Gram. mat. cons. crimin. 42. & cons. 47. Subdens ibi, quod obliuiisci quis facile potest de præterito, etiã de eo, quod ipse fecit, & in voto 36. num. 1. cum alijs sequentibus; Corne. cons. 261. volum. 4. & sequitur Cephal. cons. 77. num. 38. volum. 1. vbi ad propositum plura congerit de teste obliuisc. loquens, & Veral. decis. 279. testis impugnans num. 6. & seq. in 3. parte, Vbert. de Bobio in tract. de posit. nu. 38. Riminald. iunior. cons. 344. Dubitatur num. 75. cum alijs sequentibus volum. 3.

Tum maximè, quia obliuionis præsumptio cessat etiam in facto proprio recenti, cum tunc de gestis de recenti recordari præsumatur absque scrupulo aliquo, vt aperit Cephal. in præmemorato cons. 428. num. 38. Decian. cons. 62. ex præmissa num. 67. volum. 3. Memoria enim præsumitur rei paulo ante gestæ Riminald. iunior. cons. 228. num. 71. vol. 2. Plot. in cons. 40. num. 13. & Menoch. cons. 263. interrogatus num. 14. volum. 3. Viu. decis. 64.

Tum tandem, quia aut testes non fuerunt præsẽtes, quando fuit factum mutuum, & tunc non est necessarium monitorium, quia non adfuerunt testes, aut testes fuerunt præsentes, & præsumitur, quod pars petẽs monitorium, conoscat dictos testes, & sic cum sint certi, non conceduntur monitoria generalia, sed fit præceptum testibus quorũ nomina pars exprimit, de quo præcepto agitur in Praxi Archiepisc. Neapol. cap. 1. sub. n. 4. & per Lazar. de monitor. sect. 1. quæst. 15. num. 12.

Notabilia quædam in materia monitorij.

SAcerdos, quæ ei commissa sunt in confessione, etiã si moneatur, detegere non debet, Franciscus Marchus quæst. 772. num. 2. par. 1. Testes vt veritas habeatur, testimonium ferre per censuram Ecclesiasticam, & alia remedia compelli possunt idem Marchus q. 1167. num. 6. par. 1.

Pendente causa coram Iudice sęculari potest impetrari monitorium generale contra illos, qui nouerint veritatem ad testimonium perhibendum, & hoc quãdo testes ignorãtur March. quæst. 656. sub num. 3. par. 2. vide Ægid. Magist. tract. appell. cap. 10. in decis. diuersorum fol. 221. Crauet. cons. 181. num. 5. & 6. D. Sol. in antiquis constit. Sabaudiæ titul. vt nemo inuitus su. per decreto nullus fol. 171.

Quando aliquid non potest probari, fit monitio generalis, vt saltem quis verecundiæ rubore suffusus, pro tali excessu satisfacere compellatur, Marc. quæst. 853. part. 2.

De monitorio generali in forma maleficiorum publicato, & exequutioni demandato per eum, qui maleficium fecit, & hoc non obstante à Diuinis celebrãdis non superseßit vide per Marc. quęst. 801. par. 2.

Monitorium generale solum debet impetrari de rebus occultis, de quibus non potest haberi plena probatio, alias secus, idem Marchus quæst. 5094. num. 1. p. 2. vide Papon. lib. 18. tit. 7. Arrest. 12.

Licet dictum monitorium generale sit permissum in genere, non tamen permittitur in specie, ideò quis non potest in illo expresè nominari Marc. quæst. 646. par. 2.

An super crimine, pro habẽda veritate etiam si criminaliter agatur, possit concedi monitorium vide Marc. quæst. 647. par. 2.

Qui comprehẽdatur in monitorio generali virtute illius clausulæ scientes, & an principalis teneatur propalare, & quid in aduocato vide eundem q. 648. par. 2. Ægid. Magist. tract. appellatio cap. 10. in decis. diuers. fol. 221. & Papon. lib. 18. tit. 7. Arrest. 13.

Procurator fiscalis an virtute monitorij generalis conclusiones accipere possit contra aliquos, vide Marc. quæst. 651. par. 2.

Furem an quis virtute monitorij indicare teneatur vide eundem dicta quæst. 651. numer. 3. & quæst. 647. num. 3.

Monitorium obtentum pro habenda veritate non extenditur ad priuilegiatos nisi in subsidium, quando veritas aliter haberi non possit, Marc. decis. 656. num. 4. par. 2.

Monitorium per quod subditi extrahuntur extra patriam pro re mere temporali non valet, alias valeret pro omni re etiam pro laudemijs idem quæst 657. 2. part.

In causa monitorij in forma maleficiorum an possit tractari, etiam in tempore feriato in honorem Dei, vide eundem quęst 690. par. 2.

Contra tutum exceptione legitimæ præscriptionis, nõ habet locũ remediũ denũciationis Ecclesię Iaffred. Lanfranch. Bald. decis. 147. secus est in exceptione iniquæ

quæ rei iudicatæ. idem Lanfranch. dec.149. vide Menoch. cons.484.

Pariter dictum remedium denunciationis non habet locum contra filiumfamilias tutum exceptione Macedoniani, idem Iaffred.Lanfranch. decis. 150.

Monitorium omne scandalum pariens, veluti quando in illo nominatur certa persona, esse abusiuum, & reijciendum, habetur in quadam decis.Paris. in decis. diuers. fol.234.

Possessor obligatus ratione rei ad certam pensionem, de qua habet titul. apud se; potest compelli per monitorium, nemine dempto ad ostendendum ipsum tit. Papon. lib. 18. tit.7. Arrest.9.

Pro rebus immobilibus,& realibus, non concedunt literæ monitoriales, ibidem Papon. Arrest. 11.

Finis Praxis Monitorialium.

PRAXIS CAP. ODOARDVS DE SOLVT.

RESOLVT. CCLVI.

Dispositio huius cap. an differat à dispositione cap. peruenit.

1 *Clericus admittitur ad iuratoriam cautionem.*
2 *Clericus tenetur seruare indemnem suum fideiussorem.*

1 QVAMVIS remedia prædictorum textuum videantur fraternizare, secundum Costam de remed. subsid. remed.30.nihilominus in effectu differunt, quia per cap. Odoardus fuit dispositum,clericum non habentem vnde suis creditoribus satisfacere possit, & vt euitetur excommunicationis sententia, atque carcerum seruitus, admittatur ad iuratoriam cautionem, quando ad pinguiorem peruenerit fortunam, vt voluit etiã in c.si clericus,de sent.excom.in 6. l.miles,cũ gl.ff.de re iud.vbi Alb.Ias.& Rip.Fel.cons.9. Neuiz.cons.59.Afflict.ad cõst.Regni lib.1.rub.66.n.6. vbi docet,clericũ tunc dici non esse soluendo,quando non habet tantum, quod sufficiat ad eius alimẽta,additur Cou.lib.2.var.resol.c.1.Put.dec.56.l.1.Viu.decis. 529.lib.4. Seraph. de iur.priuil.91.Ceual.tract.comm. contra communes, q.701.& 729.Marches.amplissimè tract.de cõmissio.p.1.c.3.Farin.tract.crim.p.1.q.26.& 27.cum nouissimè adductis per Anton. decis.41. lib.1. & melius omnibus Guttierez tract. de contract.iurat. cap.17.

2 Per cap.autem peruenit,fuit sancitum,clericum esse compellendum per districtionem canonicam,atque per consignationem suorum beneficiorum seruare indemnem eius fideiussorem, seruare autem indemnitatem nihil aliud est, nisi defendere fideiussorem, iudicium in se suscipiendo, ita vt nil damni sentiat, qui morbo alieno laborat. Bart.ad l. pater,ff. de dot.præleg.Alex. consil 29. num.22. & consil.199.num.3. volum.7. Afflict.decis.318. Gamma decis. 379. num. 21. Benintend. decis.81. & Magon. Rot. Florent.dec.38. imò indemnitatis, & conseruationis iudicium, atque effectus idẽ sunt Alex.cons.114.vol.3. Paris.cons.109. n.37. cum seq.vol.1.Dec.consil.551.Honded.cons.25. nu.1.vbi exponit quid sit indemnitas, Crauetta tract. de indemnitate mul. in princ.Bertazol.Ciui.consil.84. num.34. Cæsar Sarz.decis.Bonon.34.num.2. & nuperrimè insigniter expendit Carol. Ialong. Racemat. 8. quod plurimum confert ad interpretationem indemnitatis promissæ in causa onerum, quemadmodum planum facit Crauet.cons.95.233. & 257.Osasc.decis. 91.iunct.eius cons.31.Decian.consil.31.n.136.& vltra volum.2. Alban. consil.115. n.9. & seqq. vol.1.

RESOLVT. CCLVII.

An vt concedatur cap. Odoardus, necesse sit vt in actis constet de clerici paupertate.

1 *Non nisi pauper clericus gaudet priuilegio cap. Odoardus & suam paupertatem probare debet.*
2 *Quomodo probetur clerici paupertas, num.3. 4.*

1 INter cætera,quę incumbunt clericis petentibus ad beneficium huius cap.admitti, illud principale est, vt probent de eorum paupertate,& miserabilitate; & ratio est,quoniam cum paupertas sit causa,atque fundamentum præfatæ concessionis,propterea acerrimè probari debet,ab eo præsertim,qui in ea se fundat, l.si verò,§.qui pro rei qualitate;& ibi glos,Bart.Castrens. Alex. Ias. & reliqui classici, ff. qui satisd. cogan.Socc. consil.24.lib.1.nu.51. latè Rimin. iun.cons.377. num. 17.Peregr.cons.23.num.11.vol.2.Brun.in tract.de cessione bonor.quæst.26.& notabiliter Afflict.in dec.377. num.4.cum tribus seqq.Gabriel.tit.de probat. concl. 7.Burg.de Paz consil.39.n.18.Ceual.tract.comm.contra comm.quæst.849.num.16.Put.dec. 87.lib.1. Natt. consil.334.num.3.Surd.de alimentis,tit.1.q.24.num.7. tradit Casanat.cons.27.num.8. Scacc. de appell.quæst.17. limit.8.sub nu.9.iudicis saltem arbitrio, l.paupertas, ff.de excusat. tuto.Honded.consil.93.num.3.& 30.vol. 1.Menoch.de arbit.iudic.cas.65.nu.7.Couar.lib.2.variar.resol.c.5.nu.8. Scacc. de appell.quæst.17. limitat. 40.n.9.Mascard.concl. 1154. n.8.Bald. cons.5.n.5.lib. 1.Tusc.tom.6.lit.P.concl.164.n.6.Sfor. de in integr. restit. quæst.11. num.53.

3 Quoad præfatum tamen effectum paupertas probatur per communem æstimationem,seù reputationem, vt quotidiè practicatur in Rota,& fuisse pariter in eadem decisum in vna Romana dotis 21.Iunij 1568. coram Illustrissimo Seraphino,vt patet in eius dec.58. & iterum in vna Portugallen. pecun. 18. Mart. 1553.coram Capisucco,quibus addo in proprijs terminis Verall.decis. 293. part.2.

6 Probatur etiam paupertas clerici quoad eũdem effectum ex eo,quod redditus,quos habet, nõ excedunt scuta 25.Rota in vna Legionen. congruar.10. Octob. 1572. coram eodẽ Illustrissimo Seraphino. vt patet in eius decis.173.n.7.facit Verell. decis.65.par.1.

1 Et diceretur etiam clericus pauper, si ex aliqua arte se substentare potuisset, & si respectu alterius personæ secus esset,secundum Seraph.dec.1279. ratio est, quia clericis ea prohibentur, clement. 1. de vita, & honest.cleric.

RESOLVT. CCLVIII.

An Clericus, qui negauit debitum admittatur ad beneficium cap. Odoardus.

1 *Negatiua responsio.*
2 *Limitatur.*

1 REspõsio est negatiua absque difficultate propter auctoritatem decisionum Rotæ Romanæ,vt patet in decis.841.n.1.part.1.diuersor. Puteus decis.321. par.2.Mohed.decis.2. de solutionibus,& ad idem facit decis.Antonini 41. part.1.Afflict. decis.296.

Quorum opinio fundatur,quia beneficiũ c.Odoardus respectu clericorum est ad instar beneficij cessionis bonorum laicis concedi soliti. Natt. consil.219.n. 8.Roland.cons.38.volum.1.Durret. consil. 29. vol. 1. Mandell.consil.200. nu.2. quare cum debitor negans

debitum non admittatur ad cedendum bonis,l.is,qui. ff.de cess. bonor. nec etiam clericus erit admittendus ad cap.Odoardus.

2 Limitarem tamen si debitum postea agnouisset siue ante, siue post sententiam,vt decisum refert Afflict.in decis.379. Vrsill. decis.296. Arnold. dialog.3.& 14.est tamen notandum, quod dicta negatione existente si clericus ob id fuerit condemnatus ad soluendum, sententia superinde lata transit in rem iudicatam,Soccin. reg.46.Fall.16.Afflict.decis.296.Farin.de carcer.q.27. n.70.cum seq.Put.decis.56.lib.1. Mohedan. de solut. decis.1.& decis.2.Rot.Rom.in nouissim.d.decis.841.& in decis.1188.part.3.lib.3.

RESOLVT. CCLIX.

An beneficium cap.Odoardus competat clerico doloso.

1 *Dolosus clericus non gaudet beneficio c. Odoardus,num.2.*
3 *Debitor luxuriosè sua consumens non admittitur ad bonorum cessionem.*

1 IN facti contingentia respondi negatiuè ex doctrina Iason.communiter recepta in §.fin.num.16.instit. de action. Socc. reg.46. Fall.16. Afflict.decis.296. Farinac.de carcerat.quæst.27. n.70. cum seq. Put. decis.56.lib.1.Mohed. de solut.decis.1. & 2.Rot. Rom.in nouissim. decis.841.& 1188. part.3.lib.3. Maceraten. decis.41.lib.1.

2 Quorum opinio corroboratur primo, quia si dolo versatus est filiusfam.dum contraheretur cum eo, aut aliter,beneficio, quod cum eo non gaudet, l. sed & si, §.interdum, & l.eum qui.ff.quod cum eo, Farinac. decis.164.num.11.& 16.& in decis.221. num.13. Paris. consil.94.num.8.13.42.54.volum.4.Socc.reg.16.Tusc. tom.3.lit.E.conclus.782.num.31.Vrsil.decis.308.num. 20.& hanc notabilem ad tex. in l.2.ff.& c. quod cũ eo, limitationem esse dixerunt Ferret.caut.54.& Carroc. decis.8.n.15.imò si in sola culpa filiusfam. sit à dicto beneficio excluderetur, ex Crot. tradit Paris.d.n.13. nec mirum, iuris namq; est dolosum debitorem insolidum teneri, vt nec priuilegio gaudeat, deducto negeat,quod alias competeret,Farinac.de delict.quæst. 26.num.5. Natt.consil.361.n.2. & 7.Laderch. consil.30. num.4.Macerat.decis.41.lib.1.Costa de subsid.remed. 28. sub num.7. Marta de iurisd.part.4.cent.2.cas.186. num.4.Marches. de commiss.part.1.commiss.4.cap.3. num.24. Put.decis.251. & 394. part.1.Brun.Sol.quæst. 9.num.6.Lancell. de attent.part.3. cap.31.num.44.sic de marito, qui si dolo fecit quominus dotem solueret eo priuilegio non posse vti,adnotauit tex.l.etiam §.1. ff.sol.matrim. Campeg.de dot.part.3.quæst.262.Surd. de alimentis titul.1. quæst.78.num.42. Beat.de debit. inop.cap.15.num.11.cap.16.num.21.in fin.idem in socero, voluit text.l.penul.ff.de iur.dot. Cãpeg. de dot. part.ij. quæst.250.Palat.Rub.in c.per vestras 3.notab. §.24.num.7. de don. inter vir.& vxor.Amat. decis.16. num.ij. & 13. Couar. in cap.quamuis init.ij. Relect.n. 7. de pact. in 6. Cost. de scien. & ignor.cent.ij.dist,32. num.10.Surd.de alim.tit.1.quæst.78.num.43.Sic etiam in cæteris dolum committentibus, tradit text. in l.sed hoc ita §.fin. ff. de re iudic. Surd. d.quæst.78. num.42. Beat.d.cap.16. num.12.in fin.Quod verum licet dolus aduersus tertium fuerit commissus,Bald.in cap.quæ in Ecclesiarum col.3. versic. quæro nunquid, de constit. Beat.de inop. debit.c.8.n.19. in fin. Imò idem dijudicandũ erit si maritus, aut alij,quibus priuilegium hoc datum est, sua incuria facti sint pauperes, d.l.etiam §. licet,Amat.d. decis.15.num.12.Felin.in cap.quç in ecclesiarum num.67.de cõstit.Surd.d.q.78. num.44.& si contrarium dixerit Mart.d.cas.186.num.4.quibus nec cessionem bonorum competere probat idem Marta de iurisd.part.4. cent.ij.cas.123.n.16.& quamuis dolus consistat in animo, rectè tamen per coniecturas,& exteriora probatur l.dolum, ff. de dolo,Mascard.de probat.conclus.131.132.133.Franch.decis.180.num.4 quæ iuxta personarum, & facti qualitatem iudici sunt arbitraria, Ruginel.part.1.qq.cap.11.num.66.Indicis autem arbitrium desumi iure potest, quando quis ad decipiendum alterum pro sui commodo verum tacet, aut falsum exprimit,& sibi soli cum alieno præiudicio prospicit, cum dolus sit in rebus suis,vel alienis dissimilis conuersatio,Ruginel.d.num.66.

3 Secundò corroboratur, quia debitor à cessione bonorum excluditur, qui omnem suam, creditorumque substantiam luxuriosè consumpserit.Neuiz.consil.59. Rebuff. consil.184. Thesaur.decis.36.num.5.neque clericus cap.Odoardus de solut.gaudet beneficio si in ludo,aut luxuriosè viuendo bona sua consumpserit.Ferret. consil.144. Nec ergo filiusfam. d.l.ij ff.& C.quod cum eo, gaudet,qui creditam pecuniam non in rem patris,sed in proprios casus magno cum dispendio cõsũpsit,nõ est enim æquitatis benignitas,quæ beneficiũ hoc filijsfam. indulsit. ex Azo. in summ.titul. quod cũ eod.Paris.consil.94.num.43. vol.1. Chartar. decis.7.n. 10. ita in alterius damnum extendi non conuenit, vt lata nimis fraudibus pateat via,quibus obuiandũ est.

Tandem corroborantur ex decis. Rotæ, de quà per Verallum decis.278.lib.1. cuius hæc sunt verba, dolosus non est admittẽdus ad beneficium cessionis bonorum,vel ad beneficium cap.Odoardus, vel cap.peruenit dec. est in terminis in antiquis 83.alias 22.de restitut.spoliat. quam sequuti sunt Domini in causa Toletana canonicatus de Dalauera, & parochialis de Barafas coram Reuer. D. Episcopo Vestano 14. Martij 1552. vt in eius lib. fol.109.

Inter coniecturas doli est prima,si clericus, tempore contractus sciebat se non esse soluendo, & falsò asseruit se habere idoneas facultates, & esse soluendo, ratione doli non debet gaudere,ex tex.not. in l.pen.ff. de reg. iur. Secunda coniectura si clericus in fraudem creditorum bona consumpserit, nam non potest gaudere dicto beneficio Ferret. vbi supra ex l. si quis dolo ff.de re iudic.

RESOLVT. CCLX.

An beneficium cap. Odoardus proficiat laico fideiussori clerici.

1 *Exceptiones, quæ competunt principali competunt etiam fideiussoribus.*
2 *Beneficium cap. Odoardus est personale.*
3 *Exceptio declinatoria competens clerico non extenditur ad fideiussores, nec beneficium cessionis bonorum proficit fideiussori.*

1 SVpponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione,laicum fideiussisse pro obligatione cuiusdam clerici, qui cum decoctus decesserit, eius creditores egerunt contra laicũ fideiussorem qui eisdem creditoribus opposuit beneficium cap. Odoardus, quare fuit dubitatum an præfatus fideiussor esset audiendus, & videbatur prima facie dicendum,quod sic, quia exceptio,quæ competit principali, fideiussori quoq; competit l.exceptiones ff.de excep.Bald.consil.379. volum. 2.Paul.de Castro consil.22.Alexandrin.consil.16. vnde fideiussoris obligatio accessoria est obligationis principalis l.fideiussor obligari, ff. de fideiuss. & pro vna, eademque reputantur l. fideiussor §.propterea ff. eod. Bart.in l.3.§. tutores ff. de suspectis tut. hinc est quod fideiussore existente soluendo nõ potest carcerari eius principalis secundum Valasc.decis.Lusit.13.

2 Cæte-

2 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium consului,& motus fui ex pluribus.

Primo quia præfatum beneficium est personale, & propterea personam clerici non excedit argumento tex.in cap.priuilegium de reg.iur.in 6.& facit tex.in l. hæres à debitore,§.quod si stipulator, ff.de fideiuss.& in proprijs terminis tradit Ceual.lib.1.cõmuniũ contra communem quæst.701.nu.14. Costa remed.subsid. remed.29.num 8.Guttierez de iuram. confirm.part.3. c.15.num.15.cum seq.Mancin.de absol.iurã.quæst.7. hinc est,quod beneficium restitutionis in integrum cũ sit personale,propterea non extenditur ad fideiussores minoris secundum Fabrum decis.1.C. de fideiuss. minor. Lanfranch.decis.15.prout à simili diximus de exceptione Velleiani, quæ fideiussori minimè conceditur l.mulieres C.ad Velleia.

Tum secũdo,quia exceptio declinatoria,quæ competit clericis non extẽditur ad eorum fideiussores secundum Roman.sing.645. Colerus decis.90. Afflic. dec.206.Mising.dec.15.cent.1. Faber decis.1.C. de fideius.Guid.Papa decis.562.Vrsill.decis.206.

Tum tandem, quia beneficium cessionis bonorum, quod quoad laicos æquipollet cap.Odoardus, non proficit fideiussori tex.est in proprijs terminis in §.fin. de except. institution. Barz. dec. Bononiæ 76. & Lanfranc.decis.525.

RESOLVT. CCLXI.

An beneficium capituli Odoardus peti possit in executione sententiæ.

1 *Exceptio perẽptoria potest opponi in executione sententię.*
2 *Cap. Odoardus beneficium non potest opponi in executione sententiæ.*
3 *Cap. Odoardus beneficium æquipollet ille ne quis, &c.*
4 *Exceptio, quæ non impugnat sententiam potest opponi in executione.*

1 EXceptio peremptoria licet opponi non possit post sententiam ad tex.in l.peremptoria C.sentent.rescindi nõ posse,latè Maran. in suo specul.par.6.memb. 9.num.11.cum simil.post innumeros, quos congerit Caualc. in decis.10.num.19.par.1.Mastrill.in dec.Rotæ Siciliæ 23. & in decis.51. volum.1.

2 Tamen hoc minimè procedit, in beneficio capituli Odoardus,quod quidem peti potest etiam post rẽ iudicatam, & in exequutione sententiæ, vt in terminis voluit Costa de remed. subsid. cap.29.nu.6.Buculten. consil.9.vol.1.Artaman.cons.17.num.4.& iuxta hanc opinionem ego pluries consului, & motus fui ex pluribus.

3 Tum primo, quia præfatũ beneficium cap. Odoardus æquipollet beneficio,ne quis cõueniatur vltra quã facere possit secundum Surd. decis.190.& tale beneficium opponi potest non tantum pendente iudicio,sed etiam post sententiam Jason. in §.sed si quis n.13.de actionibus Roland.cons.19. Cephal.cons.60.Nizol.alleg.4.num.3. & Costa remed.28.num.6.

4 Tum secundo, quia ita obseruatur in omnibus exceptionibus,quæ non impugnant sententiam,sed moderantur solum exequutionem, ac eam minuunt,vel limitãt, quia quandocunque possunt opponi etiam post rem iudicatam,nisi iam antea sententiã oppositę reiectæ fuerint gl.& Bart.ad l.1.C.de iur.& fact.ignor. Ripa ad l.2.n.9.& 10.ff. de re iudicata Alex.cons.89. ad fin.lib.1.Castrens.cons.1000.n.5.& cons.1. Signorol.cons.146.& Gayl.obseruation.113.num.5.lib.1.

Tum tandem, quia iuxta prædictã opinionem obseruatur in quãplurimis exceptionibus pro vt in exceptione Velleiani Mastrill. decis.51.in except.discussionis inuẽtarij,quæ licet sit peremptoria opponi potest in exequutione sententię,idem in decis.23.in exceptione rei non traditæ, quæ quãdocunque opponi potest, Surd. in decis.53. & tandem in exceptione compensationis secundum eundem in dec.161. quoniam sunt exceptiones mortificatiuæ sententiæ.

RESOLVT. CCLXII.

An clericus excommunicatus gaudeat beneficio cap.Odoardus.

1 *Excommunicatus non potest agere.*
2 *Frustra legis auxilium implorat,qui in legem committit.*
3 *Beneficium cap.Odoardus non actio, sed exceptio dicitur.*
4 *Clericus excommunicatus gaudet priuilegio fori.*

1 VIdebatur dicendum, quod non,ex pluribus.

Tum primò,quia excõmunicatus non potest agere, nec in iudicio aliquo modo comparere cap.intelleximus de iudic. cap. post cessionẽ de probat. cap. decernimus de sent. excomm.lib.6.de iure Regio probatur in l.4.tit.10.lib.2.fori,& in l.176.circa quam regulam vltra Doct. in supradictis locis,vide Nepotem à Monte Albano in tract. exceptionum ar.6. per totũ. Ioannem de Pigliano in tract. de cẽsura Ecclesiastica, num.26.& 27.Paris. in c.cum inter, & in cap.fin.num. 2.de except. Gigantem in tract.de pension.q.14.Cassan.in consuetud.Burgund.titul.*Des iustices*, rubr.1.§. vi.fol.63.col.4.num.15. Selua in tract. de benef. in 3. part.q.4.Gomes.in cap.1.n.16. de rescriptis in 6.hanc regulam cũ quatuor limitationibus ponit Soccin. in reg.132. hanc item cum quatuordecim limitationibus,ponit Fel.in d.cap.intelleximus a num.7.vsque ad finem, eandem cum duodecim limitationibus ponit Montaluus in d.l.4.titul.20. lib.2. fori in glos. in verb. Demandar,& quindecim ante eum ponit Dominicus de Sancto Geminiano in cap.1. de rescript.in 6.& circa hanc regulam vide 61. pœnas excommunicationis per Rebuffum in glos.concordatarum, in rubr. de excommunicat. non vitan. pag.382. col.2. cum 8, sequentibus.

Tum secundò, quia excommunicatus dicitur membrum diaboli extra Ecclesiam deiectus,c.omnis Christianus,11. quæst.3.& cap. seq.& de his,quæ foris sunt nihil ad nos cap.multi 2.quæst.1.

2 Tum tertio, quia frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit,cap.quia frustra de vsuris, l.1. C.de hæred.l. auxilium, ff. de minoribus,& facit text. in cap.fin.de immunitate Eccles.Sed clericus excommunicatus cõtemnendo claues Ecclesiæ dicitur in legem committere,secũdum Calderinum de senten. excommunic.igitur frustra priuilegio legis vti poterit.

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium iudicaui in quadam causa mihi delegata,& mouebar præsertim,quia beneficium cap.Odoardus nõ dicitur sub se continere actionem, sed potius exceptionem, quia contra petentem quod sibi debetur, solet opponi exceptio prefati capituli, sed excommunicatus potest esse in iudicio vti reus ad tex. in terminis in cap.intelleximus, vbi Doctores omnes de iudic. & sic per modum exceptionis, secundum quod adnotauit tex.in cap.cum inter de except.

3 Item quia clericus excõmunicatus gaudet priuilegio fori, & canonis, Franc. Marc.decis.418.part.2.Innoc. in cap. si vero num.3. de sent.excommun.Panormit.in cap. contingit circa fin.eod. Felin.in cap.à nobis, il secondo num.1. de sent. excomm. Decian. in tract.criminali lib.6.cap.7.num.20.

Et hanc dicit esse communem opinionem. Duenas reg.99.ampliat.8.Villalob. in sua Collect. communiũ opinion.lit. C.num.81.Clarus in §.fi. quæst.77.& ibidẽ Mainard.num.16.& facit tex.in cap.dictum.71.dist.& ita est

ita est tutior,& verior opinio,secundum Henric.Boic. & communiter Doctores in cap.Ecclesia de immunitate Eccles.

RESOLVT. CCLXIII.

An clericus gaudeat beneficio cap. Odoardus in delictis.

1 *Qui non habet in ære, debet luere in corpore.*
2 *Debitor Cameræ Apostolicæ non admittitur ad beneficium cap. Odoardus.*
3 *Saluus conductus non extenditur ad delicta.*
4 *In delictis non habet locum cessio bonorum.*

1 SVpponatur in facto,quòd quidam clericus ratione delicti esset condemnatus, instante fisco,in pœnam relegationis per decennium, ac etiam in pœnam centum aureorum parti læsæ pro interesse,qui clericus allegauit se nulla, vel perpauca bona possidere, quæ non sufficiebant ad solutionem dicti interesse, quare ad euitandam excommunicationem, petijt se admitti ad beneficium c. Odoardus, fuit dubitatum, quid iuris, & prima facie videbatur dicendum, quòd non sit admittendus, propter regulam iuris, qui non habet in ære,luat in corpore,l.fin.ff.de in ius vocando,l.1.§.fin. ff.de pœn.cum alijs concordantibus per glos.allegatis in cap. finem litibus, in glos. fin. de dolo, & contum. & de Franch. in decis.358.& Peguer. in decis.59. Thesaur.in decis.382.

2 His accedat, quòd debitor cameræ Apostolicæ, & per consequens fisci nõ potest vti beneficio c. Odoardus,quemadmodum debitor fisci vti priuilegio cessionis bonorum, Soccin. reg.65. in verb. cedens bonis, Diaz reg.25. eod. verb. Beat. de inope debitore, cap. 11.Guid.Pap.dec.211.nu.3.Boer.decis.341.Thes. cit. decis. 182. & ita seruari in Curia Delfinatus scribit Rebuff.consil.164.

3 Tertiò, pro eadem opinione facit, quod generalis saluus conductus, seù inducię debitori concessæ non vendicant sibi locum in debitore ex causa delicti, vt per Gram.in addit.ad Afflict. decis.5.Brun.in tract.de cessio:bonor.quæst.27. nu.4. Bald.latè cons.400. lib.1. Cuch.in tract.de morat.præscript.nu.39. & in hoc casu nullum est dubium, quin locus sit mutationi pœnæ, vt per Menoch.de arbitr. Iud.cas.447. centur.5. Hinc est, quod quando quis tenetur ad solutionem pecuniæ ex causa delicti non admittitur cessio per ea,quæ latè cõgerit Nat.consil.361.Boer.d.dec.341.Clar. §.fin.q. 95.& Didac.var.resol. lib.2. cap.1.nu.8. vbi idem Didac. ampliat dictam regulam procedere non solum si agatur de pœna erga fiscum,sed etiam si illa pœna sit æstimatio damni parti applicanda, dicens de hoc esse text.not in d.c. finem litibus, vbi Abb. & Io.Fab.in §. fin.inst.de act.& iure ciuili est text. in l.1. de in ius vocan.ibi,inofficiosus litigator, à quo puto extractum dictum cap. finem litibus, & hanc opinionem tenuit Menoch.lib.2.de arbit. cent.5. casu 447.n.17. post Alberic.Dec.Cæpoll.& Clar.quos allegat Seraph.de priuileg. iuram. priuileg.91. in fine.

Cæterum præfatis non obstantibus, in contrarium est verior sententia, vt per Boer. decis.349. Put. decis. 56.lib.1.Farin.de delict. quæst.18.num.56. & ratio est, quia lex admittens debitorem ad beneficiũ c.Odoardus loquitur in quocunque debitore §. fin. instit. de actionibus,ergo etiam in hoc debitore, & ita videtur velle idem Brun.quæst.174.par.princip.n.2.& clarius hoc vult Cuch.in tract. de morat.præscrip.n.8. Ludou. à Peguera inter quæstiones suas criminal. decis. 6. vbi ita iudicatum in concilio Barcinonæ testatur.

4 Nec obstant allegata in contrariũ,& primo ad reg. illam generalem respondetur,quod Doctores loquuntur quando pœna pecuniaria applicatur fisco,& sic inducta est ad vindictam publicam, tunc enim certum est, quod qui non habet in ære luit in corpore, secus verò quando illa pecunia applicatur parti non tanquã pœna, sed tanquam interesse ciuile, ita Ioan. Andr. & Abb.in d.cap.Odoardus,idem Abb.in d.cap. finem litibus Couar.in d.c.1.Menoch.de arbitr.Iudic.cas.447. quibus adde Ceual. in commun.contra comm.quæst. 701.num.8. & hæc est veritas, quicquid alij dixerunt, quos refert Couar. in d. cap.1.

Nec obstat illa Doctorum opinio, vt priuilegium principis non extendatur ad debitorem ex causa delicti,quia illa opinio non est certa,& contra illam multi tenuerunt, præsertim Bar. & Dec. in l.1.ff. si certum petat. quos sequitur idem Brun.d. quæst.27.n.8.

RESOLVT. CCLXIV.

An in obligatione in forma Cameræ habeat locum beneficium cap. Odoardus.

1 *Obligatio in forma Cameræ habet exequutionem paratam.*
2 *Obligatio in forma Cameræ nullam admittit exceptionem præter tres.*

1 INter cætera,quæ pro opinione negatiua adducuntur est,primo quod præfata obligatio exequutionem habet paratam secundum Alex. in l.ait prætor §. Iudex de re iudic.qui tamen loquitur, ita expresse, vt Castrens. in l.potest rem C. imò eo casu condemnatus non potest appellare Soccin.Iun.cons.138.n.5.lib.3. & de hoc instrumento plura ex professo scribit Gales. in tract. ad formul. Camer. obligat. quæst.3. iuxta quorum opinionem pluries censuit Rot. Roman. & præsertim in vna nullitat. obligationis Cameralis 4. Iulij 1574. coram Cotta, & iterum in vna Romana prætensæ exequutionis 27.Martij 1594. coram Litta.

Secundo adduci solet pro eadem opinione, scilicet, vt excludatur beneficium præfati cap.est, quia hæc obligatio regulariter loquendo nullã admittit exceptionem,præterquam falsitatis, solutionis, & pacti de non petẽdo, Cassadorus dec.vnic.de mutuis petition. Gall.cit.tract.4.par.quæst.1.Rot.collecta à Farin. in dec.86.& in decis.122. & eadem Rota in vna Romana exequutionis 6.Martij 1592.coram Orano, & iterum in vna Illustrissimorum de Sfortia 12.Apr.1593. corã eodem;hinc est, quod eius exequutio minimè impeditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ secundum Mohed.in decis. 1. & 3. de except. neque per exceptionem compensationis, Sessa Rotæ Arag. dec.90. neque per exceptionem absolutionis à iuramento secundum eundem Mohed. dec.6.eod.tit. & pariter per exceptionem enormissimæ læsionis secundum Paris. cons.99.num.29.volum.1. Alex. cons.92.num.15. & in cons.35.vol.6.& tenuit Rota in dicta Romana executionis 6. Martij 1593. coram Orano, & est decis.89. in recollect. per Farin. vnde cum præfatum beneficiũ cap. Odoardus sapiat naturam potius exceptionis, quam actionis,propterea dicendum non posse opponi contra præfatam obligationem,licet limitetur quãdo ex ventre instrumenti obligationis Cameralis oritur defensio, & nullitatis exceptio, quia tunc impeditur exequutio Bart.in l.1.§. & parui num.3.ff.quod vi aut clam Alex. consil.20.num.2.& 3. volum.6. Sarnen. in compend. num.84.Achil. decis.3.Felin. in rubr. de except.num.2.Soc.cons.27.nu.3.vers.2.compulsus lib.4. Ias.cons.170.vers.& si diceretur,lib.2.Cassad. dec.50. de rescriptis, quia nullitas instrumenti probationem reddit nullam,qua sublata non potest dici constare de obligatione,Afflict. decis.285.num.1.Roman.cons.42. & ita tentum fuit in vna Romana domus, & nullitatis coram Paleotto.

Cæte-

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium obseruatur in praxi, vt refert Gallesius de oblig. in for. cam. par.6. q.7.Merenna cons.22.Artaman.concl.63. Rubin. consil.21. & ratio est secundum Couar. lib. 1. var. resolut. cap.1.quia nulla congrua ratio assignari potest cur clericus gaudere non debeat prædicto beneficio inducto,in fauorem totius ordinis clericalis,vt sequitur etiam Beat. de inop.deb.cap.17. nu.6. quare non obstant contraria allegata de executione parata, quia procedunt in alijs casibus.

RESOLVT. CCLXV.

An clericus coniugatus vti possit beneficio capituli Odoardus.

1 *Clerici coniugati gaudent priuilegijs canonis, & fori.*
2 *Clerici coniugati non gaudent reliquis priuilegijs clericis à iure concessis.*
3 *Clerici coniugati tenentur ad solutionem Collectarum, & Gabellarum.*
4 *Clericus coniugatus ad effectum obtinendi beneficium capituli Odoardus æquiparatur puro laico.*

1 DVbitationem mihi non mediocrem faciebat pro opinione affirmatiua,quod clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali ad tex.notabilem in cap.1. vbi omnes Doctores de clericis coniugatis glos. in c. 1.in versic. omni de bigamis in 6. Imola in c. Ioannes num.4.de clericis coniugatis, Afflict.in constit. Regni Apostatantes vers. sed iuxta hoc quæro,Carauita Ritu 66.Clarus quæst.36.nu.7. Cappell. Tholos.decis.64. & in dec.377.Grammat.decis.10. deFranch.decis.417. latissimè Farinac. de inquisitione quæst.8. num. 9.

2 Cæterum hoc non obstante, contrarium est tenendum in praxi. Tum primò, quia licet clerici coniugati sicut alij clerici in sacris ordinibus constituti gaudeant priuilegio fori,ac etiam canonis,si quis suadente,non tamen gaudent alijs priuilegijs clericorũ,glos. est communiter recepta in c. vnico in verbo cæteris, & ibidem Franch.nu.5. de cler. coniug. lib.6. Card. in clem.1. de vita,& honest.cleric.Aufrer.in clem.1.in 3. notab.de officio ordinarij Bomin.in cap.1. col. fin. de officio Vicarij in 6. Parisius cons.40. num.20.vol.4. & hanc esse communem opinionem testatur Couar.practic.quæst.c.31.n.9.Farin. citata quæst.& particulariter,quod isti coniugati clerici non sint exempti à collectis,gabellis,alijsque Principis obsequijs notant in specie glos. in d.c.vnico in eodem verbo cæteris, & ibi DD. Abbas in c. ex parte de clericis coniugatis, Bertacchinus in tractatu de gabellis par.2.n.17.Capra in conclus.87.n.95.Guido Papa decis.383.& est communis opinio teste Couar. & Farinac. loco citato.

3

4 Tum tandem,quia de præfato clerico quod ad hunc effectum iudicatur vti de puro laico,vt in proprijs terminis voluit Natta cons.356.Bulcuten. consil.90.Cephal.cons.22.num.1. & Costa de remedijs subsidiarijs cap.29.

RESOLVT. CCLXVI.

An beneficium capituli Odoardus peti possit post tres conformes sententias.

1 *Tres sententiæ conformes in maxima habentur consideratione.*
2 *Præsumptio oritur contra renuentem soluere debitum.*
3 *Attendi debet, vt imponatur finis litibus.*
4 *Clementina, vt calumnijs non excludit beneficium capituli Odoardus.*

1 SVpponatur in facto quendam clericum fuisse per tres sententias conformes ad soluendum condemnatum, quare aduersus illarum executionem petit se ad beneficium cap. Odoardus admitti, vnde fuit dubitatum,si eius petitio de iure subsisteret, & sic admittenda esset, & ratio dubitandi pro opinione negatiua erat multiplex.Prima,quia in iure in maxima consideratione habetur numerus trium sententiarum conformium,vt latè per DD. in l. & post tres ff. de iudic. vnde contra tres cõformes non admittitur exceptio nullitatis clem. 1. de sent. & re iudic. de cuius intellectu, ampliationibus,& limitationib. latè Thes. in dec.122. & in dec.228. de Franch. dec.135. Grat.Rotæ March. dec.82.Cappell.Tholos.dec.430.Thom.Triuis.dec.68.

2 p.1.Mysing.obser.15.cẽt.1. Secũda,quia maxima oritur præsumptio contra effugientem,& renuentem soluere debitum c. suscitata de in integrum restitutione, c.nullus de præsumpt.Cassad.decis.1.de restit. in integrum de Laurent. Rot.Auenion.in decis.2.

3 Tertia, quia aliàs nunquam imponeretur finis litibus,contra tex.in c.finem litibus de dolo,& contumacia,& l.terminato C. de fructibus, & litium expensis, cum tot laboribus fuerũt obtentæ,vt malitijs hominũ obuietur l.in fundo de rei vend.Cappell. Tholos.decis. 54.Capyc.dec.53.Couar.pract.q.c.25.n.7.

Cæterum præfatis non obstantibus,contrarium consului, & iuxta hanc opinionem fuit etiam resolutum, de cuius decisionis ratione non est quippè mirandum ex pluribus.

Tum primo,quia clementina, vt calumnijs,non videtur excludere beneficium dicti c. Odoardus,de,quo non loquitur,& tanquam exorbitans non est extẽdendum,Paris.cons.119.vol.4. Alex.cons.62.n.17.vol.4.& in cons.fin.n.4.vol.6. & in cons.46.n.6.vol.1. post Bar. in l.si sine hærede,§. Lucius, ff. de administratione tutorum,& latè Canonistæ omnes in c. constitutus de in integrum restitutione, sicut communiter personæ priuilegiatæ non includuntur, quoties idem sermo indefinitè profertur à lege,vel à statuentibus glos. Alex.& Ias. in l.sciendum,ff. qui satisdare cogantur, & idem Ias. in l.1. in 3. notabili,& ibid. Ripa num. 14.ff.soluto matrim. Alex.cons.80.n.4.vol.1.

Tum secundo, quia iuxta hanc opinionem tenuerunt Ias.in §. fi quis in fraudem nu.13.de Action.Couar.2.var.resol.c.1.nu.9. Guttierez lib.1. de iuram. confirm.c.15.n.31. Thomas Triuis. decis. Rotæ Venetæ 8. num.5.lib.1.

Tum tandem, quia ita tenuit Rota in vna Alboren. 24.Nouemb.1540. coram Marc. Ant. vt testatur Put. decis.56.l.1. reprobata distinct.Bald. in l.1. C. qui bonis cedere possint,quod sequutus fuit Gomes. in compendio vtriusque signaturæ col.vlt.

RESOLVT. CCLXVII.

An beneficium cap. Odoardus locum habeat in contractu iurato.

1 *Iuramentum obligat præcisè.*
2 *Obligatio augetur virtute iuramenti.*
3 *Iuramentum debet adimpleri in forma specifica.*
4 *Instrumentum iuratum habet exequutionem paratam.*

HVic quæstioni quamuis nonnulli respondeant pro opinione affirmatiua, ego tamen consului contrarium,& motus fui ex pluribus.

1 Tum primo, quia iuramentum obligat præcisè ad factum communiter, citatur gl.in l. si pecuniã in principio super verbo,necesse ff.de condit.caus.data,& est communiter receptũ, vt patet ex innumeris, quos refert Gabriel.concl.8.de iureiur.Gozad.consil.32.n.12. Alex. cons.91. num.6. lib.2.Imol. qui valde commen-

dat in c.1.n.34. de iudic.de communi Iaſ. l. quoties n. 36.C.de re iudic.& conſ.9.n.10.lib.1.& l.cum,qui §.ſi iurauero,n.6.de iure iuran.Natta conſ.426.n.31.Dec. l.fin.n.10.ff.ſi cert.pet.Pedemon.deciſ.92.n.19.Rimin. iun.conſil.575.num.6.lib.5.Felin.in c.ad noſtrum n.12. verſ.ex quo intellectu,de iureiuran. eſtque communis ſententia legiſtarum, & canoniſtarum teſte Iaſ.in l. ſi pecunia,n.23.in fin.ff.condit.cauſ. data,Rolan.conſ.6. n.32.lib.1.Aymon.conſ.12. qui videatur.

2 Tum ſecundo,quia propter adhibitum iuramentum obligatio augeatur, & efficacios reddatur, vt multis exemplis comprobat Iaſ. in l.ſi conuenerit,n.8. & ſeq. de iuriſdict.omn. Iud.exornat Roland.conſil.5.nu.40. & ſeq.lib.1. & conſil.8. n.38.

3 Tum tertio, quia quando in contractu interponitur iuramentum, debet obſeruari atque impleri in forma ſpecifica, neque adimpleri poterit per æquipollens, Rolan.de communi conſ.6.n.29.& conſ.53.num.40. & ſeq.lib.1.Simon de Pret.conſ.138.nu.34.Brun.de ceſs. bonor.q.73,princ.n.16.Gozad.conſ.22.n.11.& 12.Iaſ. in l.eum,qui §.ſi iurauero,nu.6.& ſeq.de iureiur.Felin. in c.ad noſtram num.12.verſ.ex quo intellectu eod.tit. Cæſar de Graſs.dec.148.nu.15.iuramentum enim importat formã, Neuiz.conſ.50. n.18.& non verificatur in caſu ficto de communi Gozad.conſil.32.n.15.& 16.

4 Tum quarto,quia Iuramentum appoſitum in inſtrumento facit illud habere paratam executionem, Ripa in l.2.n.50.ff.ſolut.matrim.Iaſ. in l.fin.n.6.verſic.quartus caſus C.de ædict.diui Adrian.& in l.nulli n.8.C.de Iudic.& in l.2. n. 9. & ſeq. de iureiur. Marſil.ſing.356. Gramm.conſ.ciuili 11.n.3.Iaſ.conſ.9.n.1. & in vltima reſponſ.ad d.conſ.num.3.cum congeſtis à Tiraq.in l.ſi vnquam ſuper verb. donatione num.103.C.de reuoc. donat. Io. de Amic.conſil.31. num. 2. Seraph. priuil. 77.n.2. qui alios citat.

Notabilia quædam in materia capituli Odoardus.

1 IN obligationibus penſionum locum non habet Gomez de ann. poſſeſs. quæſt.53.

2 Clericus conuentus in actione reali non poteſt vti beneficio prædicto, Brun. de ceſſione bonorum quæſt. 3.num.14.

3 Clericus hæres non confecto inuentario non poteſt vti beneficio cap.Odoardus, Thomas Triuiſan.in deciſ.8. part.1.

4 Cleticus exercens illicitam negotiationem non poteſt præfato beneficio vti,quia tunc priuari debet priuilegio clericali, cap.fin.de vita & honeſtate clericorum.

5 Qui intendit gaudere hoc beneficio tenetur præſtare cautionem iuratoriam, vt Boic hic n.14. Abb. in initio, & Anan. & talis cautio neceſſario requiritur, quia ſi quis ob paupertatẽ vult hoc beneficium, quomodo fideiuſſores inueniret?& hoc colligitur ex clauſula, quæ in tali reſcripto apponitur conſtito ſummariè de paupertate, de qua per Marcheſan. de commiſs. vtriuſque ſignat. part.2.cap.7.num.53.

Finis Praxis cap. Odoardus de ſolut.

PRAXIS SACRAMENTI ORDINIS.

RESOLVT. CCLVIII.

A quo Epiſcopo conferendi ſunt ordines.

1 *Epiſcopus ſuis ſubditis ordines conferre tantum debet.*
2 *Epiſcopus ordinans non ſuos ſubditos ſuſpenditur.*
3 *Clericus ordinatus à non ſuo Epiſcopo gaudet priuilegio Clericatus.*
4 *Epiſcopus excuſatur à ſuſpenſione ob ignorantiam.*

1 EPISCOPVS ſuis ſubditis ordines conferre tantum debet, ita habetur in cap. cum nullus, & toto titulo de tempor. ordin. in 6. vbi prohibentur ne alterius ſubditis ordines conferantur, ergo ſuis conferri debent,idẽ habetur in c.nullus primas 9.queſt.2. & per totam eam quæſtionem, & in cap.1. cum duobus ſeqq. diſtinct. 91. & nouiſſimè in Concil. Tridentino ſeſs. 23. de reform.cap.8. ibi, vnuſquiſque à proprio Epiſcopo ordinetur, & cap. 10. eadem ſeſſion. verſicul. Qui regularis ſubditus ſibi non ſit, & cap. 3. verſicul. ſubditos ſuos non aliter,Nauarrus conſil.39. & conſil.31. de tempore ordinat. Sayr. deciſ.23. & in deciſ. 32. eodem titulo, & hoc ampliant procedere etiam in collatione primæ tonſuræ, quæ ſi ſubditis alienis conferretur, contrahitur ſuſpenſio Graff.conſ. 2.de tempor.ordinat.

2 Vnde Rota Romana teſte Verallo in deciſion.126. p.1.dixit per hæc verba,Clericus promotus à non ſuo ordinario eſt male promotus cap.1.& c.eos,qui clericos, vbi Doct.de tempor.ordin.lib.6. Pariſ.conſil.136. num.4. lib.4. & 9.quæſt.2. per totum,& quamuis male promotus habeat caracterem clericatus, tamen non habet exequutionem illius, Doctores in locis ſupra allegatis,& Pariſ.conſil.69.nu.21. lib.4. & Rebuff. in tractat. nominationum quæſt.22.num.12. Syluester in verb. irregularitas n. 10. verſ. 10. quicquid in contrarium dixerit Giudo Papa deciſ. 449. cum contra eum ſit gloſ. in cap. primatus 71. diſtinct. ſuper verb. obtineat, & Rebuff.vbi ſupra, licet ordinarius poſſit ratificare ordinationem factam ab alio cap.Salonitanæ cum gloſ.in verb.ac ſi me 63. diſt.& in cap. illud in gloſ. fin.71.diſtinct. Tamen requiritur, vt ratificatio fiat per ordinarium,vel eius officialem habentem ſpeciale mandatum, vel Epiſcopus agat in remotis, & Vicarius ſit etiam in ſpiritualibus Franc. in c. cum nullus in 4.notab. de tempore ordinat. in 6. & ibi Geminian.in §. Epiſcopo nu. 1. & quia ratificatio quando fit debet fieri in tempore antequam clerico ſic promoto conferantur beneficia,alioquin collatio non valet Imol.in cap.2. num.29.de inſtitution.& Franch. in cap. ſi eo tempore num. 8. de reſcriptis in 6. Probus in cap. nullus num.16. de temp.ord. in 6. Nec iſta ratificatio retrotrahitur in præiudicium tertij gloſ. Bart. & alij in l. bonorum ff. rem rat. haberi, Dec. conſil.229.num.6. Pariſ. conſil.12. num.17.lib.4. Sarnen. in reg. de iur. quæſ. non tollen. q. 13. num. 8. & ſeq.& ita fuit tentum die 10.Menſis Ianuarij 1552.coram D. Romano in vna Burgienſi dimidiæ portionis, prout in eius lib.tol.4.

3 Et præfatum clericum taliter ordinatum gaudere priuilegijs clericalibus refert Franc.Marc.in dec.175. part.1. Borell.conſ.15. Sayr.dec.27.de tempor.ordin. Nauar.conſil.29.eod.tit.

4 Limita ſuprapoſitam concluſionem, quatenus de ſuſpenſione loquitur non procedere vbi probabiliter Epiſcopus alterius diœceſis clericum eſſe ignorauerit,vt potè quia parentes eius de ſua diœceſi eum eſſe dixerunt, vel communiter pro tali habebatur, nam per cit,cap. eos,requiritur, vt ex præſumptione id fecerit,ob verbum illud præſumpſerit, præſumptio autem dolum requirit, quo caret hic Epiſcopus ob probabilem ignorantiam facti, atque ſic reſpondit ſacra Congregatio in eod. c. 8. & Nauar. in conſil. 40. de temp. ord.& Vgol. de poteſt. Epiſc. part.2. cap.26. §. 22. ſub num.2.

RESO-

RESOLVT. CCLXIX.

De originarijs Episcopo.

1 *Subditus quis efficitur quatuor modis.*
2 *Ciuis dicitur ille, qui in aliquo loco ortus est.*
3 *Ciuis allectus dicitur propriè Ciuis.*
4 *Filius sequitur originẽ Patris quoad ordines suscipiẽdos.*
5 *Nepos non sequitur originem aui quoad præfatum effectũ.*
6 *Filius non sequitur originem patris naturalis.*
7 *Natus in peregrinatione sequitur domilium Patris.*

1 ET quia de iure communi quatuor modis subditus Episcopo quis dicitur, habito respectu ad ordines, s. primo ratione originis, secũdo ratione domicilij, tertio ratione beneficij Ecclesiastici, quod quis habet in diœcesi Episcopi, vt dicitur in c.1. & c. nullus de temp. ord. lib. 6. quarto ratione habitationis triẽnalis cum Episcopo, vt habetur apud. Trid. Syn. sess. 23. de reform. c. 9. ob eã rem de his omnib. modis agamus, & & prius dè subiectione habito respectu ad orginem.

2 Vnde originarius, seù ciuis dicitur ille, qui natus est in aliquo loco leg. 1. ff. ad municipalem leg. ciues C. de incol. lib. 11. Afflict. dec. 284. Boer. decis. 272. post Bart. in leg. 3. Cod. de naturalib. lib. & in consil. 62. volum. 1. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 3. num. 15. Ant. Faber decision. 17. C. de verbor. signific. & hac ratione subiectio acquiritur Episcopo, scilicet ob ortum, qui fuit in sua diœcesi, vt dicitur in c. cum nullus de temp. ord. lib. 6. qui ergo Neapoli ortus est, quoad ordines suscipiendos, subiectus est Archiep. Neap.

3 Et quamuis ciuis dicatur etiam ille, qui in ciuilitatem allicitur, seù recipitur secundum Affl. in dec. 384. n. 14. Boer. decis. 272. Capyc. decis. 162. nu. 16. Gabail. Milleloq. 571. nihilominus in materia stricta, prout est receptio ordinis iudicarem non comprehendi hunc ciuem allectum quoad ordines suscipiendos ab Episcopo illius loci à quo fuit allectus, secundum Boer. in decis. 13. num. 24.

4 Amplia primo conclusionem procedere etiam in origine patris, quæ ipsa quoque inspicitur, quoad ordines suscipiendos, quare ab Episcopo diœcesis, in qua pater natus est, ordines suscipere filius potest quãuis alibi ipse natus sit, ita glos. in c. 1. verb. alienigenas de vsur. lib. 6. & Franc. ibid. in fine Gemin. & Anchar. post Iaf. in l. huiusmodi §. legatur ff. de leg. 1. Nauar. in cons. 19. de temp. ord. & ratio est, quia filij sequuntur originem patris l. assumptio §. 1. ff. ad municipalem l. si vt proponis C. de incol. lib. 10. & ciuilitatem paternam retinet filius, esto, quod alibi sit natus, quam in loco patris, Grammat. in decis. 103. n. 113. Gomes. Leo dec. 20. diuers. tom. 2. quare igitur, quis ordinibus initiari etiam potest ab Episcopo diœcesis, in qua Pater, Graff. tamen dec. 25. in tit. de approbat. contrarium asseruit, s. suam, & non patris originem spectandam esse, Doctores autem in cap. cum nullus ante factum, opinionem hanc tenendam concludunt, post factum priorem ad excusandos ordinatum, & ordinantem, & ita refert Addit. ad sum. Bullar. Quaran. in verb. ord. vers. quoad tertium.

Amplia secundo procedere etiam in professis in aliqua Religione, à qua eiecti ob delicta, fuerunt ordine, & habitu exuti, nã ordines suscipi debent ab Episcopo originis, modo alias habiles sint, ita dixit Nauar. in cõs. 84. de reg. & decisum refert Villagut in dec. 21. nõ enim amiserũt subiectionem originis, ex quo à natura est, arg. §. sed naturalia in instit. de iur. nat. gent. & ciu.

5 Nunc limita primo nõ procedere in origine aui, qui nepos non sequitur eius originem quoad acquirẽdam subiectionem pro ordinum susceptione. Vgol. de potest. Episc. p. 2. c. 26. §. 1. post n. 4. Couar. super 4. decretalium par. 2. c. 7. §. 1. num. 15. & fuisse decisum in Rot. Rom. refert Cæsar. de Grass. decis. 5. qui filij sint legit. & per eandem Rot. in vna Legionen. Cappell. 8. Martij 1577. coram Illustris. Seraph. & ratio est secundum Luc. de Penna in l. si filias, in fine C. de municip. & orig. post Bar. in l. assumpt. §. 1. circa fin. ff. de munic. quia ipse non est natus in potestate dicti aui.

Limita secundo id, quod de origine patris diximus non procedere in filio concepto, atque nato postquã eius Pater deserta Prouincia, vel loco originis, domicilium aliò transtulit, quia nõ potest dici originarius, vel naturalis loci iam prius deserti à patre, secundum Bal. in auth. sed omninò col. 8. C. ne vxor pro mar. Alex. cons. 13. vol. 1. & fuisse in Rota decisum scribit idem Cæsar de Grass. in dec. 15. de probat. Affl. cit. dec. n. 4. & 6. & fuit dictum in vna Legionen. Cappellaniæ 23. Martij 1576. coram eod. de Grassis.

6 Limita tertio in patre naturali, quia eius origo non inspicitur quo ad præfatum effectum. l. 1. in fine, ff. ad municip. l. eius qui ff. eod. & ratio est, quia appellatione patris non venit naturalis, secundum Bald. in cons. 23. vol. 1. arg. text. in l. fin. C. de natur. lib. & in l. fin. ff. de iur. delib. & in tali casu filius originem matris, non autem patris sequitur. Alex. cons. 50. vol. 1.

7 De eo verò, qui in peregrinatione nascitur, quod sequatur paternæ originis domicilium tenuit Bar. in l. 1. in fi. ff. ad munic. Boer. in decis. 13. n. 4. Faber. dec. 20. de verb. sign. post Bal. in c. 2. de conuers. infid. Vgol. cit. c. n. 5. communiter Canonistæ in c. Rodulph. de rescript. & hanc communem nuncupat Viu. in sylua opin. 804.

Limita tãdem suprapositam conclusionem minimè procedere in ciue ficto, prout in Officiali, & Doctore actu legentibus, qui præsumuntur ciues ciuitatis, quã regit, & in qua legit, Anna sing. 365. Guid. Pap. dec. 631. Diaz. c. 6. & in relegato, qui dicitur ciuis illius loci, vbi relegatus est, l. filij §. relegatus ff. ad municipalẽ.

RESOLVT. CCLXX.

De Episcopi Beneficij.

1 *Ratione beneficij quis efficitur subditus.*
2 *Amplia etiam si beneficium esset tale, vt non eximeret à iurisdictione primi Episcopi.*

1 SEcundo habito respectu ad ordines suscipiendos, quis subiectus est Episcopo diœcesis, in qua beneficium ipse habet, idest Episcopus loci, in quo quis beneficium Ecclesiasticum habet, superior eius est, & ei cõferre ordines potest, vt dicitur in c. cũ nullus de tẽp. ord. lib. 6. & DD. ibi communiter notant Nau. de orat. n. 11. Gemin. d. c. cum nullus, nu. 2. Rot. in decis. 70. de rescript. in antiq. & ratio est, quia respectu beneficij acquiritur domicilium secundũ Felyn. Butr. & Panor. in c. postulasti, de foro compet. Diaz in praxi cap. 10.

Amplia primo locum habere etiam si ad titulum eius beneficij ordinatus nõ sit, nam cit. c. cum nullus, non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de publ. in rem act. atque sic sentit glos. in eod. c. cum nullus, in verb. Ecclesiasticum:

2 Amplia secũdo locum habere etiam si esset tale beneficium, vt non eximeret à iurisdictione primi Episcopi, vtpotè quia beneficium hoc nõ requirat residẽtiam, ita dixit Franc. in ead. gl. & Addit. ad sum. Bullar. Quaranta, in verb. ordo pag. 350. vers. circa secundam.

Amplia tertio pariter locum habere licèt beneficiũ huiusmodi annexum habeat aliquem ordinem certum, vtpotè subdiaconatum, nam Episcopus, vbi est hoc beneficium, poterit ei non solum ordinem conferre subdiaconatus, verum etiam alios ordines, atque sic sentiunt, glos. ibi, & Franch.

Ampliatur quarto in præstimonio, cũ & ipsum quoque

que loco beneficij habeatur. & inter Ecclesiastica beneficia connumetur c. fin. de concess. præb. in 6. Abb. cons. 47. nu. 1. p. 2. Mandos. in reg. 34. q. 12. nu. 3. Achil. de Grass. decis. 7. de concess. præb. Garz. qui alios innumeros citat, in tract. de benef. p. 1. cap. 2. nu. 117. Declara omnia prædicta, quod ad hūc effectū videatur requiri possessio beneficij & nō sufficere solā collationē, seu titulū: ad hoc enim vt efficiatur de eius foro necessariū videtur, quod habeat beneficium cū effectu, imò & sola possessio, sine titulo iusto sufficere videtur ad hunc effectum; per illam enim videtur effici de foro illius Episcopi ex fetēt. Garz. de benef. p. 2. c. 4. nu. 16. & seq. Item declara, vt Episcopus, in cuius diœcesi est beneficiū, possit ordinare, etiāsi illius prouisio spectaret ad alium Episcopū, & hoc verum nisi eidē esset subiectum quoad iura Episcopalia, quia tunc ille haberet id facere Gem. in d. si. cū nullus nu. 5. & ibid. Franc. nu. 3. Add. ad sum. Bul. in ver. ordo, & Garz. in cit. c. 4. nu. 15.

RESOLVT. CCLXXI.

Vt beneficium Ecclesiasticum dicatur ad effectum, de quo supra, quæ concurrere debeant.

1 *Ponit sex requisita ad hoc vt beneficium dicatur Ecclesiasticum.*

1 IN facti contingentia respondi, quod ad hoc, vt sit aliquid beneficium ecclesiasticum, debet insimul sex requisita cōcurrere, quæ tradit Abb. cons. 47. illud de iure num. 1. p. 2. Dec in rubr. de rescript. nu. 3. vers. & ibi concludit, Gigas de pensionibus quæst. 86. num. 7. & 8. & alij infra citandi.

Quorum primum est, quod sit fundatū, Episcopi auctoritate interueniente, gl. in verb. si beneficiorū in fi. in clem. 2. de decim. & ibi communiter omnes, & Abb. in c. significatū nu. 5. in fi. de præb. Fel. in cap. ex parte, il 2. nu. 2. de rescript. Dec. cons. 210. viso puncto n. 4. Guid. Pap. in decis. 187. nu. 1. Rip. in c. decernimus n. 69. vers. in isto puncto de iud. Bertran. cons. 379. nu. 1. lib. 6. Rebuff. in praxi tit. quare instituta sint beneficia nu. 10. Gomez in reg. de annali q. 20. Spin. de testam. glos. 4. princ. num. 36. Lamber. de iurepatr. lib. 1. quæst. 9. art. 3. num. 1. & per totum. Rot. in decis. 509. num. 1. p. 1. diuers. Cæsar. de Grass. decis. 13. num. 9. de præb. Ratio est, quia nullus priuatus, sine Episcopi auctoritate, potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere, cap. ad hæc de relig. domib. Guido Papa dict. decis. 187 num. 1.

Secundum requisitum est, quod habeat quid spiritualitatis annexum, nam propter diuinum officiū datur beneficium, cap. fin. de rescrip. in 6. Abb. d. cons. 47. num. 1. vers. tertium consideratur. Anch. in reg. beneficium num. 4. de reg. iur. in 6. Barbat. in cap. in infra nu. 74. de rescript. Rebuff in tract. de pacif. poss. num. 287. vers. tertio cognoscitur Lamber. de iure patr. lib. 1. quæst. 9. art. 3. sub num. 3. vers. tertio requiritur.

Tertium requisitum est, quòd sit conferendum clerico, non laico, cap. cum adeo de rescript. cap. ex literis transact. cap. 2. de iust. Anchar. Abbas, & reliqui vbi supra, Sylua de benef. in princ. num. 2.

Quartum requisitum est, quòd conferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona, Episcopo, vel Prælato, nō verò à laico, c. si quis deinceps, c. si quis nullus 16. q. 7. & ibi glos. in summ. Anchar. in d. reg. beneficium nu. 3. Lamber. d. art. 3. num. 10. post princip. Rebuff. de pacif. possess. d. num. 287. in princip.

Quintum requisitum est, quod sit perpetuū, hoc est, quod nō conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam eius, cui confertur, hoc proprium beneficiorum est, cap. Sanctorum 70. dist. cap. penult. de clerico ægrotante, cap. si gratiosę, de rescriptis lib. 6. Milius in repertorio, verb. beneficium n. 24. Gigas d. q. 86. verfic. quintum requisitum Rebuff. cum alijs vbi supra vers. quinto dignoscitur Achil. decis. 1. num. 4. de offic. Vicarij.

Nam sicut matrimoniū carnale est perpetuum, est enim viri, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens §. 1. inst. de patria potest. sic, & hoc matrimonium, quod contrahitur inter beneficiatum, & Ecclesiam c. inter de tranfact. Rebuff. in praxi titul. requisita ob bonam collationem.

Sextum requisitum est, quod conferens non possit sibi illud conferre nec retinere cap. fin. de instit. cap. relatum de præbend. & ibi notatur.

RESOLVT. CCLXXII.

An tex. in cap. cum nullus de tempore ordinand. in 6. locum sibi vendicet in beneficio tenui.

1 *Substantia beneficij cōsistit in tit. non autem in quantitate.*
2 *Iura loquentia de beneficijs locum sibi vendicant in beneficijs exiguis.*

SVpponatur in facto, quod quidā clericus Neapolitanus aliquod obtinuisset beneficiū in Diœcesi Nolana, verū tenue, atque insufficiēs ad victū; quare fuit dubitatū an potuerit Episcopus Nolanus illū ordinare? & prima facie videbatur dicendum quod sic, ex pluribus.

Tum primo, quia text. in cit. cap. cū nullus simpliciter, ac indistinctè loquutus fuit, quod quis efficitur subditus ratione beneficij, ergo nec nos distinguere debemus, an beneficium sit pingue an tenue; argumento tex. in l. de pretio ff. de public. in rem act. & lex generaliter loquens generaliter etiā debet intelligi l. filiū ff. de leg. præstan. & in proprijs terminis, ita videtur quoq; sentire glos. in d. cap. cum nullus in verb. Eccles.

1 Tum secundo, quia substantia beneficij Ecclesiastici non consistit in quantitate, seu redditu, sed in ipso potius iure seu tit. argumento glos. in c. vnic. vt Eccles. benef. & propterea dicebat Artam. in consil. 22. quod in benef. Ecclesiast. plus, & minus non differunt specie.

2 Tum tertio, quia iura loquentia de beneficijs locū sibi vendicant etiam in beneficijs exiguis secundum Rub. in cons. 17. hinc est quod si impetrans rescriptum ad beneficia non fecit mentionem de beneficio tenui vitiatur rescriptū cap. si proponente de rescript. & taciturnitas etiam tenuis beneficij vitiat dispensationem super pluraritate c. non potest de præben. in 6. & etiam in beneficio tenui tenetur quis ad residentiam c. conquerente de cleric. non residentibus.

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium fuit dictum nō posse scilicet præfatum Episcopum Nolanum clerico Neapol. ratione beneficij tenuis sacros Ordines conferre, & motus fui ex tacita mente Concilij Tridentini sess. 21. de reform. cap. 2. vbi postulat, vt istud beneficium sit sufficiens ad victum honestè, vt quis possit sacris Ordinibus insigniri, & hanc opinionem tenuerunt Vgol. in. de potest. Episcopi cap. 26. §. 3. in fin. addit. ad summ. Bullar. in verb. ordo, & Piaseg. in sua praxi Episcopali par. 1. cap. 1. quicquid voluerit Henriq. cap. 22. §. 22. de sacram. ordin. est tamen bene verum secundum præcitatos, quod si beneficio tenui ordinandus vellet adiungere patrimonium sufficiens ad victum possit ordinari.

RESOLVT. CCLXXIII.

An ratione pensionis, quam quis obtinet in aliena diœcesi, possit ab illius Episcopo ordinari.

1 *Ratione pensionis quam quis possidet in aliena diœcesi non potest ab illius Episcopo ordinari.*

2 *Pensio*

2 *Pensio non dicitur beneficium Ecclesiasticum.*
3 *Pensio, & beneficium ponuntur vi diuersa.*
4 *Pensio, aut datur in titulum, aut in stipendium.*

1 IN facti contingentia respondi negatiuè, motus præsertim, quia text. in cap. cum nullus constituit tãtummodò subiectionem ratione beneficij, & propterea non est extendendus ad pensionem; pensio enim est quoddam ius temporale separatum, formale, & per se distinctum ab ipso beneficio, Gigas de pension. q. 28. Crescent. dec. 14. de re iudicata Cæsar de Grassis in decis. 3. n. 8. de præbend. Rot. decis. 425. n. 2. p. 1. diuers. hinc est quod priuatus, & inhabilitatus ad obtinenda beneficia, non est priuatus ad obtinendas pensiones Nauar. cons. 12. n. 15. de rescriptis, & pœna extrauagantis cum detestabile de simonia contra committẽtes simoniam in beneficijs non extenditur ad pensiones, Nauar. cons. 16. n. 2. de sim. & cons. 46. n. 1. de præbend. Gigas de pensionibus, vbi multa adducit q. 99. n. 6. & 10. & per totũ, & Clem. 1. de sequestr. poss. & fructuum disponens, quod sequestrentur possessio, & fructus beneficij litigiosi statim, quod pronuncietur prima sententia diffinitiua in possessorio, vel petitorio ad fauorem actoris, & contra reum possessorem, non habet locum in pensione, quia non est Ecclesiasticum beneficium, Gigas de pension. q. 46. per totum. Hinc est, quod licet in beneficijs Ecclesiasticis, non admittatur successio patris in filium c. 1. cum alijs de præbendis, tamẽ Pater clericus habens potestatem transferendi pensionem, quam possidet, potest illam transferre in filium suum clericum, etiam illegitimum, Gigas de pensionib. q. 86. n. 5. vers. prædictis tamen non obstantibus. Paris. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 21. Item in narratiua valoris non est detrahenda pensio imposita super beneficio, cum pensio sit onus temporale, & non perpetuum, Put. decis. 202. lib. 3. Rota decis. 184. n. 3. l. 2. p. 3. diuers. Item pensiones, etiam plures non inducunt incompatibilitatem aliquam cum beneficijs, Imola in Clement. gratiæ n. 10. de rescriptis, Gigas de pension. q. 42. Duen. in reg. 71. limit. 5. Benedict. Capra reg. 90. n. 90. Alphons. Hoieda de incompabilitate benefic. 2. p. c. 7. n. 1. & per tot. sic quoque Constitutio Pij IV. & Pij V. loquentes de confidentijs beneficiorum non habent locum contra transferentes pensiones per confidentiam, Nauarr. cons. 2. n. 6. vers. an autem de constit. & consil. 16. de simonia, & cons. 46. n. 1. vers. 3. de præbend. Paris. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 52. cum sequentibus, & in tract. de confident. q. 23. per totum, vbi plura cumulat, & fuit resolutum in vna Burgi. prætensæ confidentiæ 5. Iulij 1591. coram R. P. D. Pegna doctiss. Rotæ Auditore.

2 Et quod pensio non dicatur beneficium Ecclesiasticum patet ex text. in c. quamuis il 1. de præbend. l. 6. vbi probatur, quod quando mandatur alicui prouideri de beneficio, vigore dicti mandati non potest prouideri de pensione, ratio est, quia pensio non est beneficium Ecclesiasticum, & ita notat Gemin. ibi n. 2. quod appellatione beneficiorum non comprehenditur pensio, Anchar. ibid. 3. not. & communiter omnes Rebuff. in tr. de pacific. possess. n. 92. & seq.

3 Idem etiam probat text. in c. ad audientiam il 2. de rescriptis, ibi annuas pensiones, seù beneficia, ex quo tex. clarè patet, quod pensio, & beneficium ponuntur, vt diuersa, & ita notat ibi Abbas not. 1. Felin. num. 2. & latè resoluunt Selua de benefic. 1. part. quæst. 3. num. 3. Caccialup. in tr. de pension. q. 28. per totum, vbi respondet ad Barbatiam contrarium tenentem in d. c. ad audientiam, & satisfacit tribus fundamentis per eum adductis Alphonsus Hoieda de incompatibilitate benefic. 2. p. c. 7. n. 4. cum seq. Gomez de expectatiuis n. 92. Staphil. de lit. grat. tit. de expectatiuis forma 9. num. 25. Azeued. l. 1. tit. 4. nu. 5. lib. 5. recompilat. Rebuff. in tract. de nominationibus num. 39. Gregor. Tholos. in instit. rei benef. cap. 11. n. 5.

4 Quod etiam procedit siue pensio detur in titulum, vt communiter fieri solet, quando reseruatur super fructibus alicuius beneficij in fauorem alicuius clerici ad vitam illius, siue detur in stipendium, puta pro patrocinio præbendo, pro negotijs sollicitandis, pro pulsandis cãpanis, vel alijs seruitijs, vt Gigas d. q. 28. nu. 2. Mandos. in regula de annali q. 9. vers. ego vero, vbi propterea tenent, quod regulæ de infirmis resignantibus, & de annali non habent locum in pensione, quæ datur in titulum, Nauar. cons. 11. n. 2. de præbend.

Et pro hac etiam sententia facit, quod ad titulum pensionis quis ordinari non potest, nisi necessitas, aut commoditas Ecclesiæ aliud suadeat, prout Episcopus iudicauerit, vt disponitur in Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. vers. patrimonium verò, vel pensionem, vbi apertè docetur, pensionem non esse beneficium Ecclesiasticum.

Et pensionem habens, non gaudet priuilegio fori, sicut habens beneficium Ecclesiasticũ in terminis Concil. Trid. sess 23. c. 6. requirentis beneficium Ecclesiasticum, vt quis fori priuilegio gaudeat, quamuis nec habitum, nec tonsuram deferat, vt Sacra Congregatio censuit 19. Iunij 1586. sub his verbis, vt tradit Paris. de resign. l. 1. q. 11. n. 70. & l. 2. q. 15. n. 15. Azeued. in d. l. 1. tit. 4. lib. 1. recopilat. sub n. 5. vers. sed an pensio, & ita declarauit S. Congreg. per hæc verba: *Cui reseruata fuit pensio, vt clerico, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori.*

Tandem his omnibus accedat, quod scriptum reliquit Vgol. de potest. Episc. c. 26. n. 3. per hæc verba, excipitur tamen primò, vbi pensionem quis haberet etiam in titulum, non enim Episcopus illius loci, vbi est beneficium, vnde pensio habetur, ius habebit in pensionarium quoad ordines, quare nec Episcopus poterit ordinare Clericum, ob id quod patrimonium in sua Diœcesi habeat, ad cuius titul. vult ordinari, si ratione alia subditus ei non sit.

RESOLVT. CCLXXIII.

An beneficium obtentum in fraudem iuuet quoad susceptionem ordinum.

1 *Nemo debet ex suo delicto commodum reportare.*
2 *Ordo collatus ratione beneficij obtenti in fraudem tenet.*

IN facti contingentia respõdi negatiuè ex pluribus. Tum primo, quia ita tenuerunt Addit. ad summ. Bull. in verb. ordo, Piaseg. in praxi Episc. p. 1. c. 1. per hæc verba, & caueri debet ne beneficium conferatur in fraudem, ad hoc vt quis extrahatur ex aliena Diœcesi, talis enim fraus non prodesset cap. eos, qui de temp. ord. in 6. iuncta glosa, verbo figmento.

1 Tum secundo, quia nemo debet ex suo delicto commodum reportare l. siuè hæreditaria, ff. de negot. gest. & fraus, & dolus nemini patrocinari debet, l. cum causa de probat. & malitijs hominis est obuiandum, l. in fundo, ff. de rei vend. & pœna suos debet tenere auctores l. sancimus, C. de pœnis.

2 Benè tamen verum est, quod si ratione præfati beneficij ordo collatus fuerit, tenet, & valet collatio, secundum Guid. Pap. decis. 449. Franc. March. decis. 455. par. 1. Borrell. cons. 15. volum. 1. & ratio est, quia quod fieri non debuit, factum tamen tenet, l. 2. §. biduum, ff. quando appellat. sit, & in l. relegatorum, §. ad tempus, ff. de interd. & releg.

RE-

RESOLVT. CCLXXIV.

De Episcopo domicilij.

1 *Quis efficitur subditus Episcopo ratione domicilij.*
2 *Domicilium contrahitur solo animo, qui animus ex coniecturis colligitur.*

1 TErtio habito respectu ad ordines suscipiēdos, quis etiam Episcopo subditus domicilij ratione efficitur, quod quidem contrahitur, si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declarat expressè se habere animum contrahendi ibi domicilium, statim enim illud acquirit absque aliqua temporis expectatione, ita Butr. in cap. ad Apostolicæ de decimis, Abbas in c. fin. de parochijs, Franch. in cap. cum nullus de temp.ord. in 6. Felyn. in cap. dilectus filius, il 2. de rescriptis Petr. de Vbald. in tr. de canon. port. Episc. & Parochiali c.7.Mascard. de probat.concl. 534. Meno. de arbitr.Iud.lib.2.cent.1.casu 86. & aliqua tradit Afflict.decis.384. & Henriq.in sum.lib.10. de sacram. ordin.cap.22.§.2.

2 Quando verò non declarat animum, tunc recurritur ad coniecturas, quarum prima est, cùm quis in locum aliquem maiorem partem bonorum transfert, & ibi contrahit domicilium Bart. in l.placet, ff.ad municip. & hanc esse receptam sententiam testatur Meno. loco infra citato Paul.Piaseg.in prax.Episc.p.1.c.1.sub n.9. inferens, quod aliter sola emptio domus, vel alicuius partis bonorum domicilium non facit cap.dilectus de rescript.cap. si Episcopus de paroch. iunctis gl. in cit. cap. cum nullus, Host. in sum. de foro compet.num.4. Ang. & Armil. in verb. domicilium, si verò nihil habet in bonis habitatio decennij cum animo habitandi perpetuò requiritur, l.2.C. de incol. Nam domicilium in dubio per assiduam in loco habitationem cōtrahitur l.2.C.vbi Senat.vel Clariss.& quando quis dicatur assiduè in loco habitasse plures Doctores senserūt decennij cursum sufficere, quos recenset Rot. decis.105. nu.3.p.2.diuers. Aliqui verò tenent id Iudicis 'arbitrio terminandum esse, quos refert, & sequitur Meno. de arbit.Iud.lib.2.cent.1. cas.86.n.16. quinimò Nauar.in cons.2. de temp.ord. ad hoc, vt quis possit ordinari ab Episcopo domicilij, censet sufficere mansio non minoris temporis in loco facta, animo tamen ibi perpetuò permanendi. Quæ num.1. diximus intellige concurrente aliquo actu, seù signo significatiuo assumpti domicilij Abb. in cap.fin. de paroch. Felyn. in cap. dilectus n.11. de rescript. & ita iudicauit Rota Rom. in decis.150.p.2. In Curia tamen Archiepisc. Neap. seruatur, quod clerici exteri, qui cum dimissorijs suorum Ordinariorum in Ciuitate Neap. morantur, quamuis declarent se habere animum contrahendi domicilij in ea, & per longum tempus in ea habitauerint, non admittuntur ad ciuilitatem Neap. nisi capta informatione, quod in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiù Neapoli habitauerint, quòd præsumptio sit amplius non habere animum redeundi ad patriam, & postea, mediante decreto, declarantur ciues Neap. & nisi predicta fiant, non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines sine dimissorijs suorum Episcoporum, nec etiam permittuntur celebrare Missas in Ciuitate, & Diœcesi, & quod quis efficiatur ciuis per creationem ex decreto, vel priuilegio communitatis, sicut origine, latè comprobat Mar.Anton. var. resol.lib.2.resol.42.n.2. cum tribus seq.

RESOLVT. CCLXXV.

An quoad ordinum susceptionem, possit quis pluribus in locis domicilium habere.

1 *Pluribus in locis potest domicilium haberi.*
2 *Filius familias potest acquirere domicilium.*

1 IN hac quæstione respondendo dicebam, de iure veriorem esse sententiam, posse quem pluribus in locis domicilium acquirere, idque ostendebam auctoritate, iure, & ratione.

Auctoritate enim probatur primo per glos. in c. 1. de sepult. & glos. in cap.cum nullus in verb.domicilij de temp.ord. in 6. & in l. Senatores in verb. adiectionem ff.de Senat.& in l.in adoptionem C.de adop.Abb. in cap. in nostram n.10. de sepul.Affl. dec.384.n.4. & seq. Gabell. Milleloq.571.Tepat.lib.2. var. iuris sent. tit.319.Mascard. conclus. 535. Vgol. de potest. Episc. cap.26.§.2. hoc autem contingit, vbi in locis pluribus quis æquè habitat, exempli gratia, quis æstiuis temporibus in hoc loco, hyemalib. verò in illo, arg. text. in cap. is, qui de sepul. cui accedat Rot. diuers. decis. 674.p.2. Item potest tradi aliud exemplum, cum quis plura beneficia residentiam requirentia obtinet secūdum Fel.in cap.dilect.n. 3. de rescrip. Nauar. cons. 4. de constit. Piaseg. in prax. Episc. p.1.cap.1.vers. & ex ista diuersitate.

2 Ratione autem sic probo; nam filius fam. potest domicilium acquirere, l. placet ff. ad municip. & tamen subiungit I.C. in l.non vtique ff.eo.non vtique vbi pater habet, ergo patet posse quem duo domicilia habere, scilicet, proprium, & patris, stante præsertim reg. quod filius sequitur domicilium patris, l. assumptio §. si filius ff. ad munic.l.filios C. eod. de municip.lib.10. Ruiz decis.3. Rot.Lituan. Fel. in cap. Rodulph. n.14. de rescrip.Boer.decis.13.n.16.

Iure enim probatur per tex. expressum in l.eius qui §.1.ff. ad municip. vbi potest quis plura domicilia habere, & probatur etiam per text. in l. labeo ff. eodem vbi non est in iure dissonum, vt quis duo domicilia acquirat.

RESOLVT. CCLXXVI.

An per electionem vnius istorum Episcoporum censeatur præclusa via, quo minus pro reliquis ordinibus recipiendis possit ad alios Episcopos accedere.

1 *Clericus habet electionem, à quo velit ordines sumere.*
2 *Variatio cuilibet permittitur.*
3 *Quando vni competunt plura iura, vno sublato, seù electo alia illæsa remanent.*
4 *Exceptio, seù limitatio firmat, atque constituit regulam.*

SVpponatur in facto, quod quidam clericus Neapolitanus habebat beneficium in Diœcesi Auersana, & domicilium in Ciuitate Nolana, & consequenter omnes isti Episcopi sunt eius superiores, quare cum idem clericus sumpsisset quatuor ordines minores in Ciuitate Neap. fuit dubitatum, an potuisset accedere pro reliquis ordinibus recipiendis ad reliquos Episcopos superiores, & videbatur prima facie dicendum, quod sic, ex pluribus.

1 Tum primo, quia certum est præfatum clericum habere electionem à quo ordines sumere vellet, vt probatur in d.c. cum nullus, & qui potest eligere, potest etiam variare, l. eum qui certarum, ff. de verb. oblig. Tiraq. in l.boues §. hoc sermone num. 24. cum seq. ff. de verb. signif. Affl. in const. statuimus vt magnæ in 6.

no-

notab. q.23. num.25. & varians, eligere dicitur, secundum Caranit. in rit. 228. num. 17. & 233. num. 9. Achill. de Grass. decis. 15. & in decis. 14. de pension. Balb. decis.25.

2 Tum secundo,quia regulariter cuilibet permittitur variare, nec censetur prohibita, nisi in casibus à iure expressis, secundum Artam.in dec.3.de renunc.Affl.in dec.146. Hinc est primo, quod in causa appellationis possit quis variare agendo alia actione,vt in casu Affl. dec.53.vbi egit quis prius ex testamento, & nõ potuit obtinere, voluit postea agere in causa appellationis ab intestato,& fuit dictum,quod potuerit. Item testis potest vnum extra iudicium, & aliud in iudicio affirmare,& non iudicabitur falsarius, Guid. Pap.in decis. 593. Item patronus potest variare,& quomodo, vide Polyd. Rip.obser.197.licet non possit lite pend. Cresc. dec. 10. de iurepat. Item qui detulit iuramentum alicui potest variare,illudque reuocare. Thes. fil. dec.16. & vicinus,qui ius congrui petijt,potest pænitere,& recedere à sua petitione inuito emptore rei possessore, Vinc. de Franc.in dec.346.p.2. Hinc est,quod ille,qui produxit, & præsentauit testes, potest pœnitere, & reuocare suam productionem, ne examinetur. Rot. Auen.dec.116. in decis. diuers. to.3. & renuncians liti antequam pars sciuerit, vel ratum habuerit, pœnitere potest. Capyc.decis.133. num.fin.

3 Tum tertio,quia quando vni competunt plura iura, vno sublato, seu electo, alia illæsa remanent, l. si domus ff. de seruit. vrb.præd. quia per electionem vnius iutis quis non videtur alteri renunciare,Bart.in l.1.C. de fur.& in l.1.ff.de cond.indeb.& in auth.hoc loco C. si secundo nupserit mulier. Hinc est, quod si creditori competit actio hypothecaria, & personalis,electa hypothecaria,non tollitur ipsa actio personalis,l.aduersus C.de act.& oblig. quemadmodum actio communi diuidundo per actionem pro socio, l.actum ff.pro soc. & conditio furtiua per actionem furti, l. si pro fure ff. cond. furt.

4 Tum tandem, quia exceptio, seù limitatio firmat, atque constituit regulam, sed inter cæteras limitationes, quas tradunt DD. in hac re, est, vbi clericus ab vno ex præfatis Episcopis ordinatus esset ad titulum beneficij, quod residentiam postulet, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate,& necessitate Ecclesiæ, tunc enim Episcopus domicilij, nisi prius habeat à primo Episcopo,qui ordines cõtulit,quod cesset causa iusta, ob quam fuit ordinatus, ordines ei conferre non debet, sed remittere ad ipsum Episcopum, vt inseruiat Ecclesiæ,cuius gratia ordines ei collati sunt, ita addit ad summam Bullar. Stephan. Quaranta verbo ordo.

Cæterum supradictis non obstantibus contrarium consului nonnullis Episcopis domicilij,& beneficij cupientibus ordinare quosdam clericos,qui sumpserant ordines ab eorum originis Episcopis: quare non obstant in contrarium adducta, quia respondetur, quod magis communis opinio est, quod in dubio variatio prohibetur,& maximè in ordinibus,& beneficialibus, secundum Archidiac. in c. ne captandæ de concess. præb. in 6. Achil.de Grass. dec.13.de pens.sic clericus habens facultatem nominandi, nequit variare, Rot. decis.1.de præbend.in antiq.sic reseruatario non licet variare, Put. decis.193.lib.3. sic etiam in resignatione non habet locum variatio,idem dec.114. eod.lib. Vnde creditor, qui egit semel assistentia super certis bonis, nequit postea super alijs variare,Capyc.decis.33. sic quoque agens contra principalem,nequit variare, agendo contra fideiussores,Guid.Pap.dec.348. sic denique actuarius semel electus non potest variare, Polyd.Rip. obser.141. & cui permittitur electio,denegatur variatio, vt pulchrè dicit Thes. fil. decis.65.

RESOLVT. CCLXXVII.

De Episcopo habitationis triennalis.

1 *Subditus quis efficitur ratione triennalis habitationis.*
2 *Limita in tribus casibus.*

1 POstremò subditus est communi iure Episcopo quoad ordines, qui per triennium cum eo moratus est,idest Episcopus conferre ordines ei potest, qui per triennium secum moratus est, modo beneficium statim ei conferat,ita habetur apud Trid. Syn. sess. 23. de refor. c.9. & Nau. in cons.4. q.1. de temp. ord.

2 Limita nunc primo procedere in eo familiari, qui cum Episcopo fuerit commoratus,& presens inseruierit, alioquin si absit, esto sumptibus Episcopi vixerit, priuilegium hoc non habebit, ex quo ab eo cognosci non potest quoad mores,& reliqua,quamobrem triennium est præscriptum. Ita Lopez ad Diaz cap.26.versic. tertius casus, Maiol. de irregularitate lib. 4. c.2. num.5. Burgos in eiusdem nominis tractatu,quæst.27. num.13. Addit. ad summ. Bullar.Quaran.in verb.ord. versic.limita in eo pag.352.Vgol.de potest. Episc.cap. 26. §. 4.

Limita secundo non procedere in Episcopis titularibus, isti enim ratione familiaritatis neminem ordinare possunt,text. expressus Conc.Trid.sess.14.cap.2. de reform.in illis verbis,*etiam prætextu, familiaritatis continuæ cõmensalitatis suæ*,& hoc,quia non habet diœcesim, in qua familiaris fiat domiciliarius,cum neque ipsi dicantur esse in domicilio proprio, neque habent beneficia, de quibus prouideant ordinatis. Addit. ad Quaran.loc.cit. Imò Pius V.decreto suo conciistoriali ordinauit,ne tales Episcopi titulares Põtificalia exercere possint absq;expressa licẽtia sedis Apostolicę,nisi in diœcesi,ad quam fuerũt dati suffraganei, & quod de cætero non dentur, nisi Ecclesijs Cardinalium, & illis quæ solitæ fuerunt eosdem habere, & cũ assignatione certi stipendij ad minus duc.auri 200.de camera super fruct.illius Ecclesię quos propria auctoritate percipere possint,vt testatur Leo in sua praxi c.18. n.18.p.3.

Limita tertio,vt nequeat dispẽsare super interstitijs temporum, neque si quis esset illegitimus ad minores ordines illũ habilitare possit, vt perplura in vtroque negatiuam partẽ sustentando deducit Nauar.in cons. 27.& 28.de temp.ord.in antiq.optimè Rodriq.in sum. par.2.cap.14.n.10.vbi rationem assignat.& respondet contrario Piaseg.in Prax.Episc.p.1.cap.1.sub n.15.vbi quoad dispensationem circa interstitia in promouendo seruanda limitat, nisi arctetur intra certum tempus ad suscipiendum ordines propter beneficium acceptum requirens certum ordinem ex Nauarro, & Zerola in locis per eum citatis.

RESOLVT. CCLXXVIII.

An tempus triennalis familiaritatis ad effectum suscipiendi ordines ab Episcopo non suo, debeat esse continuum.

1 *Fines mandati non sunt excedendi.*
3 *Verbis Episcopi asserentis, quem esse familiarem, non creditur.*
3 *Tempus in dubio præsumitur continuum.*
4 *Familiaritas vt prosit, debet esse continuata.*

SVpponatur in facto, quod quidã clericus diœcesis Neap.sit familiaris Episcopi Nolani,& cum vellet ratione præfatæ familiaritatis ordines suscipere, fuit oppositũ non suffragari ipsi tale tẽpus,eò quod se absentasset per aliquos menses,quare fuit dubitatũ corã

me

me an tale tempus triennale debeat esse de necessitate continuum,& respondi,quod sic,motus ex pluribus.

1 Primò, quia ita expresè videtur dispositum per Conc.Trid.sess.14.c.2.de refor. ibi, *etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ, ex quo verbo continuè arguitur hanc facultatem, seù potestatem esse limitatam*,& propterea non debet excedere limites,l.diligenter,ff. mandati,tradunt latissimè Moderni in cap. cum ordinem, & in c. si quando, de rescript. qualitas enim tribuens hanc potestatem necessariò probanda erit,not.Lap. alleg.59.Bellam.decis.747.Mys. decis.1. cent.3.Affl.decis.240.

2 Nec verbis narratiuis Episcopi asseuerantis, quem esse continuum triennalem familiarem fides adhibenda erit,vt probat Paris.cons.136.n.31.vol.4.

Tum secundo, quia si alias diceremus,cessaret mês atque ratio finalis Concilij,scilicet cognoscêdi mores illius clerici per tale tempus ita Maiol. de irreg. l.4.c. 2.n.5. Lopez ad Diaz c.26.Vgol.de potest.Epis.c.26. §.4.Nauar.cons.11. de temp.ord.Suar.t.5.disp.31.sect. 1.n.15,Henriq. lib.10.in c.22.n.2. Fornar.de sacr.ord. c.5. Addit.Quaran, in sum.Bull. verb.ord. Piaseg. in prax.Episc.p.1.c.1.n.15. dicitur enim triennalis familiaris Episcopi,qui præsens semper assistit eidem Episcopo,nô qui in aliquo loco moratur per aliquod tempus,etiam si ibidem sumptibus Episcopi viuat Maiol. cit.loco n.5. Artam.cons.6. Rub. cons. 90. Rodriq. in summa p.2.c.14.n.10.

3 Tum tertio,quia in dubio tempus præsumi debet esse continuum,secundum Bart. in l.siue possidetis C.de probat.Bald.cons.50.vol.1.Menoch. cons.22.eod.vol. Cassan. in consuet.Burgund. in tit. de iust. rub. 1. §.8. glos.6.n. 13. & idem Bart. in §. aliud quoque in auth. de hæred. & Falcid.Tepat. l. 1. var. iuris sent.fol.335. hinc est quod annus nouitiatus ab vltimo ingressu continuus requiritur,Nauar. cons.17. de regularibus, & in cons.3,de conuers.coniug.Sayr.decis.40. & in decis.90, de regularibus.

4 Tum tandem quia familiaritas, vt pro sit debet esse continuata Bellam. dec.612.Cresc.dec.16. de rescrip. & in decis.18.de probat. Achil.de Grass.decis.13. de præb. & continuatio dicitur propriè quãdo nullo modo apparet de interm. l. si ex plagis §. tabernarius,ff. ad leg.Aquil.vnde cõtinuatæ præsentationes in materia iurispatronatus dicuntur,quando vna sequitur alteram secundum Borgn.in decis.17.p.2.idem in decis. 17.n.23.p.1. est enim continuatio rerum coniunctio, & subordinatio, quarum extrema inuicem se contingunt, vt latè per Bald. in tr. de tempore vtili, & continuo cap.1. Paris.de benef. resign.l.3.q.3.n.47. quare fuit resolutum ex supradictis præfatum tempus omninò continuum esse debere, & interruptum nihil suffragari;limitaui tamen non procedere si modicũ tempus abesset,quia de modicis non curatur l. scio ff. de in integrum restit. vel si ex causa legitimi impedimenti abesset puta infirmitatis,& simili.

RESOLVT. CCLXXVIII.

Huiusmodi triennium à quo tempore numerandum.

1 *Episcopus non potest ordinare familiarem suum non subditum,nisi per triennium secum moratus fuerit.*
2 *Qualitas adiecta verbo debet referri ad tempus verbi.*
3 *Tempora in dubio non coniunguntur.*

POne quod quidam fuisset in seruitio alicuius clerici per aliquod temporis spatiũ, qui clericus postmodum fuit effectus Episcopus, & cum dictus eius famulus vellet ab eo vti familiaris,ordines suscipere,fuit oppositum non esse familiarem triennalem, vnde fuit dubitatum coram me an sufficiat, quod triennium incepisset antequam Dominus esset effectus Episcopus, vt ordinari possit, & respondi negatiuè motus ex pluribus.

1 Tum primo,quia Concil.Triden.sess.23.c.9. loquitur de familiariate triennali habita penes Episcopum ibi, *Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit nisi per triennium secum fuerit commoratus*,igitur non debet extendi ad familiaritatem habitam penes personam priuatam,quamuis postea consequatur Episcopalem dignitatem.

2 Tum secundo, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi l. Titius ff. de milit. testam.Bald.cons.22.vol.1.Alex.cons.13.volum.1.

3 Tum tertio, quia si alias diceremus, tempora coniungerentur contra tex. in l.Pomponius §.1. & seq. ff. de acq.posses. & in l.in id tempus ff. de vsucap. verum quicquid sit ex supradictis,cõtrarium est in praxi hodie tenendum, cum iuxta affirmatiuam opinionem declarauerit,S.Congr.Illustris.Cardin.test.Fornar.de sac.ord.c.5. & tenet quidã Nouis. in sua praxi c.81.

RESOLVT. CCLXXIX.

Quæ scientia requiratur in ordinandis.

1 *Clerici debent esse literis instructi,& in his,quæ pertinent ad exercendum ordinem.*
2 *Defectus illiteraturæ est indispensabilis.*
3 *Ordinandi ad sacros ordines debent scire ea, quæ eorum ordini conueniunt.*

1 REspondetur de hoc agi in Conc.Trid.sess.23.can. 12.ibi, *dignos duntaxat*, & in eadem sess.cap.14. ibi,*diligenti examine præcedenti*,& c.13.dum vult quod instructi debent esse literis, & his quæ pertinent ad exercendum ordinem,quem volent suscipere, & ratio est quia illiterati ordinari prohibentur c. fin. de ætat. & qualit.cap.illiteratos 36. distinct.

2 Et ista literarum idoneitas est adeò necessaria,& de iure diuino,vtPapa non possit dispensare in eo,vt dicit Felin. in cap. si quando col.penult. vers. sed dicas, de rescriptis Gomes. in cap.1.num.113. de constit. lib.6. Nauar.c.27.n.205.notab. 2. dicit Papa raro, aut nunquam in hoc dispensare defectu directè,nec minus potest Episcopus Sylu.tr. de benef.4.p.quæst.7.nu.8.vers. 28.cap.fin. de temp. ord. lib.6.cap. illiteratos 99.dist. Diaz in pract.crim.can.cap.18. Sot. in 4. sent.dist.25. q.1.art.4.concl.3.Astens.lib.1.tit.13. & vt à primo ordine incipiamus,dicas,quod ad primam tonsuram ordinandus sufficit, si sciat fidei rudimenta, legere, & scribere Conc.Trid. sess.23.cap.4. de reform. ad alios minores promouendi linguam latinam intelligere debent ib.c.5. & 11.

3 Ad sacros maiores ordinandi scire debent ea, quæ exercendo eorum ordini conueniunt ibi capit. 13. ad presbyteratum talis scientia requiritur, vt ordinatus Sacramenta administrare, & populum in his, quæ ad salutem scitu necessaria sunt, instruere valeat ibid. c. 14. licet ad summum in presbyterio requiritur,& sufficit,vt sciat cantare,legere, construere, & intelligere verba illius idiomatis, in quo est missaturus glos. in clem. 1. de concess. præb. Gemin. in cap. si pauper. de præb. lib.6.Nauar.in c.1.§.caueat n.19.de pœnit.dist. 6. sed per Conc.Trid.sess.23.c. 14. de reform. plus requiritur nempè circa Sacramenta ministranda, & ad alios docendum.

RESOLVT. CCLXXX.

De titul. ordinandorum.

1 *Nullus ordine sacro initiari debet absque titulo beneficij, seù patrimonij.*

2 *Idem*

2 *Idem dicendum in regularibus non professis.*
3 *Ordinatus absque titul. est irregularis.*

1 ABsque titulo aut beneficij, siuè patrimonij neminē ordine sacro initiari posse adnotauit tex. in cap.nō licet de præb.& dignit.& ordinādo Episcopus tenetur de suo prouidere cap.si Episcopus eod.tit.quæ obligatio trāsit etiam ad eius successores, Abb.in cap. per tuas il 3.num.5.& Soccin.nu 1.de simonia tex.& DD.in cap.cum secūdum eodem titul.Abb. in cap.vel non est Compos.num.4.de tempor. ordin. Cordub. de Lara in l.si quis à liberis §.& si impubes, num.33.ff. de liber. agnosc.Io:Matieneo lib.5.recoll.tit.6.l.1.glos.9. num.8.Ant.Burgos.in cap. Ecclesiæ S.Mariæ nu.137. de constit.Rebuff.in prax.crim. de rescripto in forma communi num.1.

2 Amplia primò procedere dictū principale, vt neq; regulares nō professi, sine titul.possint ordinari, quinimō isti maiore prohibitione ligantur,& contraueniētes ipso facto incurrunt suspensionē executionis ordinum susceptorum propter ordinationem Pij V. publicatam die 12.Nouēbris 1568. nomine autem religiosorum professorum comprehenduntur etiā patres Societ.Iesu,& verè sunt religiosi professi licet tantum simplicia vota emiserint, vt declarauit Greg.Pap.XIII. cōstit.sua incip.Ascēdente Domino Anno 1584. octauo Kal.Iunij, qui Pōtifex etiam exemit dictos religiosos Societatis Iesu à præfata Constitutione Pij V. qui post tria vota simplicia ante solemnem professionem posśūt sine titulo ad omnes sacros ordines promoueri de licentia sui Præpositi Generalis, vt in literis datis 1575.quæ habentur in libro literarum Apostolicarum Societatis Iesu pag.130.quod & tradunt quamplures Doctores; Quæ Pij V. Constitutio habet locum, tām in nō professis, quam in nulliter professis, prout in Rota decisum fuit in vna Vergellen. canonicatus 3. Martij 1595.coram Illustris.Blāchetto, cum loquatur de his, qui licitè,& liberè ad sæculum redire possunt.

3 Amplia secundo vt sic ordinati regulares nō professi sine titulo in illo ordine ministrantes efficiantur irregulares vt censet Maiol. de irregularit.lib.4. c.5.n.1.

RESOLVT. CCLXXXI.

Patrimonium Clerici quantum esse debeat.

1 *Quantitas patrimonij est arbitraria.*
2 *Ponuntur considerandā ab Episcopis pro illa arbitranda, & num.3.& 4.*

1 QVantitas patrimonij ad cuius titulum ordinem sacrum quis susceperus est, quænā esse debeat communiter concludunt arbitrariam, vt in specie voluit Menoch.de arbit.Iud.lib.2.cas.380. Graff. de arb. Confess. lib.2.cap.49.Paris. de resign. benef. lib.4. qu. 2.nu.93.Cened.in collect.canon.part.2.cap.21. Graff. de temp.ord.cons.4.volum.1.Vgol. de potest. Episc.c. 26.§.12.in princip.Nouiss. in sua praxi Episc. cap.81. sub num.2.

2 In arbitrando verò maximæ considerationis in primis esse debet, vt tanta sit patrimonij quantitas, vt fructibus inde perceptis honestè sustentari ipse possit, vt disponitur in Conc.Trid.sess.21.cap.2.de reform.ibi valeat absque mendicitate alimenta sibi ministrare, ne mendicare cogatur in ordinis clericalis ignominiam, iuxta tex.in cap.Episcopus, & ibi Doctor. extra, de præbend.

3 Intellige hoc procedere de clericis promouendis ad ordines sacros, seù ad aliquem ordinem sacrum, non autem de promotis ad minores ordines, vt communiter concludunt Canonistæ in cap.2.extra de præbend. & ratio est, quia existens in minoribus potest retrocedere ab ordine clericali cap. 1. extra de clericis coniug. secus in promotis ad sacros.

Secundo debet esse in consideratione locus originis clerici, quandoquidē in vno loco minorem impēsam, quam in alio fieri cōtingit, minus enim patrimonium clerico sufficere videtur, qui moratur in oppido, seù moratur in villa, quam qui in ciuitate,& aliud ei, qui moratur in villa, quam qui in ciuitate, & aliud ei, qui moratur in ciuitate magna, quam qui in parua, vel ei, qui in metropoli; Lanfranch. decis.222. Artam. decis.3. de prob. Graff. d. cap.49.& Neapoli secundum Nouis. loco cit. non ordinantur nisi habentes ad minus annuos redditus ducatorum triginta sex.

4 Tandem considerari debet dignitas ordinandi secundum glos. cap. Episcopus verb. victu 10.qu.2. facit tex. in l. plenum §. præter habitationem, vers.& ex his, ibi largius cum vsuario est pro eius dignitate agendū, cui relictus est fundus ff. de vsu, & habit. ex quo tex. adnotauit Andr.Barol. in constit. Siciliæ incip. minoribus,& ibi post eum Affl. in 4.quæst. quod ratione nobilitatis, quę multa habet priuilegia, si inuestiatur nobilis de emphyteusi, operatur quod non admittatur spurius ignobilis, vel rusticus, quia de eis non uidetur cognitū, licet inuestitura loquatur pro se, & quibus dederit, nam intelligitur de personis habilibus, & paris conditionis, Bal. cons.207. quæstio est num.3. uers. sed considera, sic in delictis puniendis minor pœna imponitur nobili, quàm vili personæ, quia nobiles ignominiosis pœnis non subijciuntur, Fulgos. cons.157. supposito statuto col.pen.nu.4. pariter in beneficijs Ecclesiasticis assequēdis facilius datur dispensatio ad plura incompatibilia nobili, quā ignobili cap. de multa extra de preb. in fine cū ibi notatis, sic intuitu nobilitatis, uberius interpretatur, quando relictus esset vsus alicuius rei tā nobili, quam si plebeio, cui adde sēper, & dignitate legatarij legatum augeri per tex. in l. sed, & si susceperit §. sed & si proponant, ubi glos. notab. ff. de Iudicijs,& l.si seruus plurium §.vl.ff. de leg.1.& bene facit tex. in l.si longius in fine ff. de Iudic. Vbi augetur utilitas propter dignitatem,& quod scribit Bal. in d.l.filiusfam. per illum tex. ff. de donat. cum quid conceditur, nobili intelligitur prius esse concessum,& Angel. per tex. in d.§. sed & si proponant dicit, quod si testator paruum suum patrimonium iussit distribui inter pauperes, non potuerit inter nobiles pauperes distribui, licet sint pauperes, quia de nobilibus sensisse non uidetur donans modicum quid piam.

RESOLVT. CCLXXXIII.

An beneficium, ad cuius titulum quis sacris ordinatus est, possit resignari.

1 *Beneficium ad cuius titulum quis est ordinatus, resignari non potest.*
2 *Limita si quis haberet aliundè, ex quo se alimētare posset.*

1 REspondeo quod communis, & ab omnibus recepta sententia etiam in praxi est negatiua, quam tenet Nauar. in Manuali cap.22. num.18. Sebast. Medic. in l.vlt.glos.3.num.312.C. de legibus Nauar.cons. 14.num.2.de temp.ordinat.

Et probatur expresè in cap.2.Conc.Trid.de refor. sess.21.ibi, id uero beneficium resignare non possit, & loquitur concilium de beneficio, ad quod quis fuit ordinatus,& facit tex. in cap.Sāctorum dist.70.& in qua Ecclesia quilibet Titulatus est, in ea perpetuò perseuerat, ergo illam non potest renunciare, cum in ea debeat perpetuò perseuerare, hinc est, quod patrimoniū non potest alienare, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sit adeptus, vel habeat aliunde, ex quo possit uiuere Nauar. cons.13.num.3.de temp. ord. & ideo renunciatio dicti patrimonij est nulla, idem cons.16. eodem titulo.

Limita, vt possit beneficium, ad quod quis fuit ordinatus, renunciare, quando ille haberet aliunde ex quo posset viuere, facta mentione de duobus scilicet, quod ad illud beneficium sit promotus, & quod habet vnde viuere, vt probatur in d. decreto Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform. ibi, id verò beneficium resignari nō possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur nisi constito, quod aliundè viuere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit, quod etiam colligitur ex cap. Sanctorum ex cap. neminem dist. 70. ex c. Episcopus ex cap. tuis de præb. cum alijs supra allegatis, ratio quare in d. casu admittatur resignatio est, quia tunc quoties habet aliunde, ex quo viuere possit, cessat ratio sacr. Canon. de mendicitate, ergo debet cessare prohibitio, cap. cum cessante de appell. l. adigere, §. quamuis de iurepatr. latè Tiraq. in tract. cessante causa.

Et ratio cur debeat exprimi, quod fuit ordinatus ad titulū illius beneficij, est quia Papa potest ex hac narratione moueri ad non admittendam renūciationem, arg. d. cap. Sanctorum, & tamen regulariter debent narrari illæ qualitates, ex quibus posset moueri cōcedens ad negandum, vel ne, Felin. in c. in nostra de rescript. Sylua de benef. p. 3. q. 11. Menoch. de arbit. Iud. cas. 201. & communiter Doct. in cap. ad aures de rescript. Sebast. Med. in addit. ad Abbatem antiq. in c. admonet de renunc. vbi loquitur in terminis nostris, ideò si de hoc non fuerit facta mentio, nulla est resignatio, vt censuit S. Conc. Trid. Congr. de ann. 1588. & fuit resolutum in Rota in vna Salamantin. coram Orano Auditore Rotæ doctissimo mense Maij eiusdem anni 1588. Hinc est, quod de beneficio concesso miserationis gratia, faciendā sit specifica mentio. Vincent. de Franc. decis. 181. n. 8.

2 Quæ ratio etiam concludit, vt debeat exprimi, quod habet aliunde, ex quo viuere possit, nam alioquin non concederetur, & non admitteretur resignatio, prout quotidie fieri videmus, & ideò hæc clausula apposita in supplicatione, quia resignans habet aliunde vnde viuat, respicit substantiam gratiæ, nam attento stylo, alias nō solet concedi, iuxtā d. c. 2. sess. 23. Con. Trid. de refor. & ita fuit resolutum coram Orano 5. Decemb. 1586. in vna Lucana. Quamuis Nauar. in cons. 4. de renunc. teneat contrarium, cuius opinio posset procedere in foro conscientiæ, vt ipse paulò ante in d. cons. fir. mauerat in eo, qui renunciauit beneficium, ad cuius titulum fuerat ordinatus, reseruata pensione 100. duc. vt sit tutus in foro poli, cum habeat vnde viuat, licet non expresserit, quod fuerat ordinatus ad titulū illius beneficij; & hoc si fuerit facta resignatio coram Sum. Pont. sed Garzia de benef. p. 3. cap. 5. §. 1. num. 214. affirmat verius esse non valere, cum id traditum sit pro forma, & indistinctè annulletur resignatio aliter facta & nu. 216. quod sit nulla etiam in foro conscientiæ ex Ledesma expresè id tenente, & dicente longè probabilius, si verò Ordinarius admisit resignationem extra hunc casum, vtique tenetur de suo ministrare, arg. d. cap. Episcopus de præb. nam sicuti adest culpa in ordinando sine tit. ita adest hoc casu, hinc Conc. Congr. alias rescripsit his verbis; Ordinarius, qui admisit resignationem factam ab aliquo presbytero, qui nihil aliud præter illud beneficium habebat, vnde commodè sustentari possit, tenetur eum alere, nec potest eidem beneficium illud resignatum restituere, sed in eo instituti debet ille, qui præsentatus fuit à patrono, ergo si fuerit collatum huiusmodi beneficium, tenet collatio facta, & alias eadem Congreg. Conc. censuit, quod si Ordinarius non habens facultatem admittendi resignationes, nisi in certis casibus, iuxta Const. Pij V. si illam admiserit extra illos casus de beneficio habito in titulum, beneficium vacat, sed Ordinarius de proprio illi prouidere tenetur, & aliàs fuit decisum per eamdem Congr. Conc. quod si quis habens beneficiū, ad quod fuit in titulum ordinatus, iurauerit illud resignare, vel constituit procuratorem ad resignandum, & iurauit illum non reuocare, non compellitur renunciare, & poterit procuratorem reuocare, præmissa absolutione à dicto iuramento.

Amplia vt in sacris cōstitutus nec possit vllo modo beneficium resignare etiam si ad illius titulum non sit promotus, nisi aliunde habeat vnde commodè viuere possit ex constitutione Pij V. incip. quanta ecclesiæ Dei &c. ibi, sed nec horum nullus, &c. quæ constitutio licet loquatur de resignationibus factis coram Ordinario, habet tamē locum etiam in Curia quia militat eadem ratio in proposito prout sic in Rot. fuisse resolutum, & de stylo eiusdem Curiæ seruari testatur Paris. l. 3. de benef. resign. q. 14. n. 3. & lib. 5. q. vlt. n. 176. & Garzia loco proximè cit. n. 198. & seq.

RESOLVT. CCLXXXV.

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, quomodo esse debeat.

1 *Patrimonium clerici debet esse in rebus immobilibus.*

1 IN hac quæst. respondetur, quòd super re immobili constitui debet, quemadmodum etiam beneficium ecclesiasticum est, & pensio quæ nititur beneficio, vt per Nauarr. in cons. 34. de temp. ord. & Azor. in instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. vers. septimo quæritur, & ratione id probatur, si enim super rebus mobilibus non satisfactum esset Trid. Synod. res enim mobiles facilè vel extinguuntur, vel consumuntur, non igitur super mercibus, non super animalibus, non super obligatione personali constitui debet. Hinc Sac. Congreg. eod. c. 2. declarauit, non esse admittendū ad ordinē sacrum eū, qui non habens patrimonium sufficiēs promissionem habuit de aliquo, quod suppleret ipse, quod deerat, si tamen statim bona mobilia possint conuerti in bona stabilia, tunc secus dicendum esset, vt dixit Azor. ibid. vt voluit etiam Graff. cons. 4. de temp. ord. verū Vgol. de off. & potest. Episc. c. 26. §. 10. n. 1. hunc non esse admittendum censet, nisi prius stabile sibi parasset.

RESOLVT. CCLXXXVI.

Ordo clericalis quomodo probetur.

1 *Ordo clericalis probatur modis, de quibus infero.*

1 REspondetur, quod cum qualitas hæc sit extrinseca, propterea non præsumitur. Innoc. in c. super his de accus. Felin. n. 2. & alij in c. fin. de præsumpt. & Corras. 3. p. c. 1. n. 4.

Probatur primo litteris testimonialibus Episcopi, seu titulo ordinum l. si qua C. de Epis. & cler.

Secundo probatur testibus c. 1. & 2. de cler. peregr. Probus ad Monachum in c. 1. de temp. ord. in 6. nu. 12. Farin. in praxi crim. 1. p. q. 8. num. 40. & 41. post Guid. Pap. decis. 474.

Tertiò probatur per publicam vocem, & famam; nam ad probandum clericatum sufficit probatio de communi reputatione, & fama, Rota decis. 4. & 14. de prob. in antiq. Sarnen. de annal. q. 58. Caputaq. dec. 277. n. 8. 1. p. Mohed. dec. 21. n. 3. de renunc. Rot. decis. 1163. n. 5. lib. 2. p. 3. diuers. & in dec. 139. eo. lib. & Rot. in vna Hispal. & Corduben. benef. 2. & 16. Iunij 1597. coram D. Gipsio, & in alijs pluribus causis, & facit decis. Ægid. 113. & 114. quā sequuta est Rota in vna Legionen. Præstimon. 27. Nouemb. 1592. coram Pamph.

Quartò probatur per argumenta, & indicia, seu cōiectu-

iecturas Boer.dec.171.num. 25. Gabriel concluſ.1. de teſtib.num.69.Maſcard.de probat.concl.305.nu. 5. & Pacian.eo.tract.lib.2.c.34.n.70. & per ſemiplenas vel leues probationes probatur, Mandoſ.reg.18.q.11.nu. 10.& ita ſeruat Rota in poſſeſſorio,& petitorio,vt per Guidobon.dec.132.ſeu 133.in manuſcrip.Rot.deciſ.8. de cauſ.poſſeſs.in antiq.Pariſ.de reſignat. benef.lib.4. q.2.num.70. quicquid velit Rebuff. in praxi titul. de formalitter.tonſuræ n.26.Maſcard.de probat.concluſ. 304.n.8. & 19. & Farin.d.q.8.num. 44. & obſeruantia Rotæ per eum adducta procedit in clericatu illegitimi, vt patet ex allegatis per eum, & quamuis idem Rebuff.de nominat.q.22.n.13.Aym. de antiq.3.p.ſect. vidimus in genere n.33.& conſ.134.nu.40. Boer.deciſ. 171.n.13. & Menoch. de præſumpt. lib.6.præſump.76. n.23. Farinac. d.num.44. & Perez de Lara lib.2.cap.5. numer.6. poſt Bald. in cap. dudum 1. de elect. dicant quaſi poſſeſſionem clericatus non prodeſſe in agente, vt ſibi adiudicetur beneficium, & longam quaſi poſſeſſionem, ac bonam famam clerici requirat. Pacian. ſupra num.46.

Limitatur tamen prædicta doctrina, vt non procedat in materia obiectus, Rota deciſ. 2. de probat. in antiq.Guidobon.vbi ſupra. Aut vbi præſumptio eſt cõtra aliquem, puta, quia eſt illegitimus, qui debet probare ſuum clericatum per litteras,Guidob.ibi,& facit dicta deciſio Caputaquen. 227.nu. 10. tunc enim non ſufficit communis reputatio Sarnen. ſupra, Put.deciſ. 359.n.1.lib.1. Rota deciſ.26.lib.2.part.3. diuerſ.Mandoſ. de ſignat. gratiæ titul. de prouiſ.verſ. clericatus, vbi ait,quod clericatus illegitimi ex Rotæ obſeruãtia non probatur per communem famam, & reputationem,per conſ.Cornel.91.lib.1. Maſcard. concluſ. 305. n.13.niſi probetur diſpenſatio,Rota deciſ.129.lib.3.p. 3. diuerſ. Papaz. in addit. ad Rot. dec.2. de filijs preſbiterorum in nouis nu.13. quæ non probatur per narratiuam literarum Ordinarij, Verallus dec.128.lib.2. in manuſcriptis.

Probatur etiam clericatus vnico teſte Bald. & Fel. in cap. licet vniuerſis de teſt.ad fin. Iaſ. in repet. l.admonendi ff. de iureiur.num.198.Boer. d.dec.171.Petr. Gerar.ſing.49.Rebuff. de nominat.q.22.num.14. Corraſ.d.c.7.n.5. Mandoſ.reg.18.q.11.n.10. Mohed.d.deciſ.21. de renunciat.num.3. Guidobon.d. deciſ.132. & reddunt rationem,quia iſte actus de ſe, & ſui natura nemini principaliter præiudicat,& vti Pariſ. d.lib.4.q. 2.num.69. inſpicitur initium, & tempus ordinis collati,non beneficium,aut penſio de qua poſtea litigatur. Vnde iſta probatio ſufficeret etiam in iudicio quando lis eſſet ſuper beneficio.Sicut etiam ſufficit probatio per communem reputationem, quæ etiam eſt ſemiplena, vt dictum eſt. Quamuis in hoc contrarium teneat Rebuff. in praxi d. tit. de forma litterarum tonſuræ num.24. & de nominatio.q.14.num. 54. alias 32.Maſcard. concl.303.à num.4.Gab.concl.1.de teſtibus n.70.Pacian.d.lib.2.cap.34.num.64. Quibus conſonat Con.pract.cap.33.n.3. quem ſequitur Graff. in deciſ. aureis caſuum conſcientiæ lib.4. c.18.num.155. & Farin. d.q.8.num.43. & in tract. de teſtib.q.63.n.27. & ſeq. quos vide,& Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumptione 66.

Et ſolo ſigillo Epiſcopi recognito,probatur clericatus etiam collatus non ſubdito, Mohed. d.deciſ.21. de renunc. quamuis contra Maſcar.concl.305.n.2.

RESOLVT. CCLXXXVI.

An clericatus probetur per oſtenſionem ſuperiorum ordinum.

1 *Clericatus non probatur per bullas ſuperiorum ordinum.*

1 FVit dubitatum an probetur clericatus per bullas, ſeu oſtenſionem ſuperiorum ordinũ, puta Sacerdotij, ſeu Diaconatus, & non probari, nec ſatis eſſe oſtẽdere litteras Sacerdõtij tenet Rebuff.d.tit. de forma litterarum tonſ. n. 28. Corraſ.d.c.1.nu.5. Aymon conſ.134.n.45. Ferret.conſ.354.n.8.Maſcard.concluſ. 304. à num.13. & concl. 1145. à n.6. & Menoch.lib.6. præſumpt.76.n 3. Pacian. q.42. poſt Geminian. conſ. 91.& allegant Bartol. in l.illud ff. de acquir. hæred. & reddũt rationẽ,quia per ſaltum poſſet eſſe promotus.

Contrarium tamen fuit reſolutum ex ſententia Didac. Perez in l. 1. tit.8.lib.5.ord. Salz. in praxi, Bern. Diaz cap.24. litt.A. qui ait,non dubitare, hanc opinionem eſſe communiter receptam Put. deciſ.144.lib. 2. num. 5. vbi fuit reſolutum in vna Conchen.paroch. quod clericatus ſufficienter probaretur per oſtenſionem quatuor minorum, in quibus Epiſcopus promouens narrabat eum per prius ad clericalem tonſuram promotum, quia probatis maioribus, probantur minores, ex Bal. in l.ſi ſolemnibus C.de fide inſtrum.n.1. maximè vbi illa narratiua fit à perſona fide digna, Innocen. in c.1. circa fin.de cler. peregr. & in vna Leodicen.canonicatus 7. Decembris 1589. coram Pãphilio fuit dictum non poſſe dubitari de clericatu ſtante ſuſceptione maiorum ordinum,Put.d.dec.144. & fuiſſe dictum in cauſa Meten. canonicatus 25. Iunij 1584. coram D.Vice Comite,& in Bononien.canonicat. de Anno 1591. coram D.Pamphil. fuit reſolutum, clericatum probari ex litteris Oſtiariatus, quia cum non præſumatur ordinatus per ſaltum,ideo &c. & præſertim cum agatur de clericatu incidenter, & per litteras ordinantis dicentis,ſe ordinaſſe de licentia Ordinarij ſufficienter dici conſtare de tali licentia, præſertim cum ſint ordines celebrati in Eccleſia Cathedrali publicè, vt fuit conſideratum coram D.Seraphino in cauſa Neap. canonicatus,& dec.87. Cæſar. de Graſſ. &c. Et idem fuit reſolutum coram eod.D.Pamphil. in vna Burg. benef. de portugalete 13. Nouemb. 1595. nempe ex litteris Subdiaconatus probari clericatum, cum regulariter non præſumatur quis per ſaltum promotus, Put.dict.deciſ.149. in fin.lib.2. quod ſine difficultate procedit, quando Ordinarius eſt diſcretus, & prudens taliter, quod niſi ſibi de præcedentibus ordinibus conſtitiſſet,veriſimiliter ſequentes non contuliſſet;vt fuit reſolutum in d.Bonon.24.Maij 1551.coram D.Pamphilio, & habilitatem ad beneficium ſimplex conſtare, quia idoneus cenſendus eſt, qui aliàs ad ſacrum Subdiaconatum fuit approbatus c. accepimus de ætate & qualit. vt in cauſa Calaguritana portionis de Amarita 27. Ianuarij 1576. coram Lauretano,Caputaq. dec.347.p.2.

Quod quidem procedit etiam in clericatu illegitimi, vt in vna Aſtoricen.paroch. S.Brixiani quæ habetur in deciſ.124.p.3.lib.2. diuerſ. vbi fuit reſolutum, quod clericatus illegitimi probatur per litteras Diaconatus, vbi enim dicitur per litteras Decani, debet dicere per litteras Diaconatus, etiam ſi non fuerit promotus à proprio Epiſcopo, ſed per alium dicentem habere facultatem à proprio Epiſcopo ſequitur Maſcard.concl.305.n.3.

RESOLVT. CCLXXXVII.

An ordinatus per ſaltum ſit irregularis etiam quo ad ordines legitimè ſuſceptos.

1 *Ordinatus per ſaltum,eſt irregularis.*
2 *Non tamen procedit hoc quo ad ordines ſuſceptos.*

1 SVpponatur in facto, quòd quidam fuiſſet legitimè ordinibus minoribus inſignitus, & cum poſtmodum omiſſis ordinib. Subdiaconatus, & Diaconatus,

ad Sacerdotalem ordinem per saltum ascenderit fuit dubitatū an præfatus Sacerdos sit censendus irregularis etiā quo ad quatuor minores ordines, quos legitimè susceperat; in qua quæstione dicebam, quod licèt per saltum promotus sit irregularis, cap.1.vbi DD.de cler. per saltum promoto, Concil. Trident.sess.23.de reformat.cap.14.in fin. Specul.tit.de dispensat.§.iuxta sub num.13. Villadieg. de irregularitat. cap.8. de cler. per saltū promo. Diaz & Salzed. in prax. cap.24. Nauarr.cap.27.n.242.& Ferret.cons.354.nu.8.Maiol. de irregul.lib.4 cap.12. Vgol. eod.tractat.cap.38.§.1. num.1. Cetol.in praxi Episc.2. par.verb. irregularitas §.3.Lopez instruct. conscient. tom.2.par.2.c.29.Petr. Ledesma in summa de Sacram.Ordin.c.60.8.concl.2. difficultate, Vega in summ.c.12.num.224.& sic intrare doctrina, quod collatio irregulari facta est nulla. Quamuis Tolet.in summa lib.1.cap.72.Suarez 5.tom. de censuris, disput.31.sect.1.à num.44.Auila eod.tit.7 part. disput.9. dub.2. cum alijs doceant istam non esse irregularitatē, sed suspensionem, Sed & Nauarr. c.25. num.71.& cons.1.de Sacramentis non iter. num.11.& Sayr.de censuris lib.4.cap.14.num.26. qui tamē lib.7. cap.10.num.39.eum dicit irregularem, seu suspensum, quod tamen ad propositum parum refert, nam etiam collatio suspenso facta, est nulla.

2 Non tamen est irregularis per saltum promotus respectu ordinum inferiorum, quos legitimè susceperat, nam ab vsu eorum non est suspēsus, vt apparet ex dict. cap.1.& cap.sollicitudo 52.dist.& tenet Henriquez in summa lib.14. cap.6.num.3. & sentit Silvester ver.irregularitas §.11.& Abb. dict. cap.1.vlt. not. dicens, quòd ordinatus præposterè nō potest absque dispēsatione administrare in ordine sic susceptо, & nouissimè docet Suarez d.disp.31.sect.1.n.58. & Auila vbi supra.

Vnde quod dictum est, non valere prouisionem beneficij ei factam, non procedet in prouisione beneficij, quod non requirit alium ordinem præter illos inferiores, quos legitimè susceperat, vt alias in simili docet Suarez supra disp.40.sect.3.num.38.dicens, quando irregularitas non est totalis, sed respectu alicuius actus, aut temporis, tunc non reddet clericum incapacem cuiusque beneficij, sed tātum illius, quod habet annexam obligationē tali irregularitati repugnantē, quia cū hæc prohibito nascatur ex prohibitione circa exercitium ordinis non potest amplius extendi, quam illa, ex qua nascitur, & id procedere nō solùm in irregularitate sine peccato contracta, vt ait Nauar.dict. cap. 27.n.252.sed etiam in alia, nam ratio facta generaliter, probat, si culpa non obstante talis irregularitas nō impedit omnem actum ordinis, sed aliquem, vt in casu cap.2.de cler.non ord. ministrante.

Notabilia quædam in materia Sacramenti Ordinis.

PRimò Fœmina non est capax ordinis, & si forte ordinetur nō recipit caracterem, vt probat Tolet. l.1.c.57. neque hermaphroditus, nisi vigeat in eo virilis sexus vt idē lib.1.cap.63.esset enim contra Christi Domini institutionem, vt probat Valentia disp.9. quæst.4. puncto 1.& Henriquez leg.10.cap.16. Suarez tom.5.disp.51. sect.2. ex D. Thom. quæst.39. art.1. & ex alijs cōtra errorem Cataphrigarum de quo glos. in cap.diaconissam 27.quæst.1.Sylu. in ver.Ordo 4.Soto dict.25. quæst.1.art.2.& Valentia loco iam citato: dices an hermaphroditus in quo viget virilis sexus sit irregularis, Respondet Suarez loco citato, qui putat esse irregularem propter monstruositatem, sed Tolet.dict. cap.63.num.6. tenet non esse irregularem, addit tamen, quod si res est notoria, non esset ordinandus propter scandalum.

Secundo Masculus non est capax ordinis nisi fuerit antea Baptizatus, vt patet ex cap. veniens de presb. non bapti. item ex D.Thoma.q.35.art.3. & communi sententia.

Atqui ordo characterem cōfirmationis præsupponit de necessitate præcepti, non autem de necessitate sacramenti, vt Conc.Trid.sess.23. cap.4.de refor.Nauar.in cap.22.num.9. quamuis aliqui exponant, quod solum requiratur ad decentiam non autem de præcepto, lege Herinq. l.10.cap.14.num.2. & Rodriquez in sum.par.2.cap.17.sub num.10.

Debet præterea ordinandus esse initiatus primæ tonsura, vt colligitur ex Concil.Tridentin.sess.23.cap. 4.de reform.& ordines gradatim suscipere, idq; solum necessitate præcepti, vt Tolet.lib.1.cap.71.

Debet etiam habere legitimam ætatem de necessitate præcepti, nempe, vt nemo suscipiat primam tonsuram ante septennium completum iuxta cap. nullus de tempor. ord.lib.6.& ibi glos.alias Episcopus suspēditur per annum ab eius collatione nisi initiatus religionem ingressus fuerit Tolet.l.1.cap.61.num.1.

A septemnio, & deinceps possunt ordines minores suscipi, vt colligitur ex cap. de ijs d.28. & ex capitulo in singulis dict.77. vbi tempora quædam, & interstitia designantur, quæ arbitrio Episcopi relicta sunt. Nam in Conc.Trid.sess.23.cap.11. de reform. statuitur ne minores ordines conferantur nisi ijs, qui saltem latinā linguam intelligunt, & cap.6. supponitur ante annum 14. aliquem posse suscipere omnes ordines minores, prohibet tamen ante dictum ætatis annum beneficiū obtinere, & in c.5. iubet fieri inquisitionem de ætate eorum, qui initiandi sunt minoribus, non tamen præfigit certam ætatem, reliquitur ergo arbitrio Ordinarij.

At verò in cap.12.præfigit annum ordinibus sacris, ita vt nullus ad subdiaconatus ordinem ante 22. ad diaconatum ante 23.ad presbyteratū ante 25. ætatis suæ annum promoueatur. Verum in his satis erit annū esse inchoatum. vt Nauar.cap.25. num.116.Tol.lib.1. cap.61. Quid autem de hoc statuerint Iura antiqua, lege in clem. vnic.de ætate, & qualitate &c. & apud Sil.verb.ætas quæst.2. Tabrer. ord.4.q.1. Tol.lib.1.c. 61.& alios. Ad Episcopatū denique requirūtur 30.anni completi, iuxta c. cum in cunctis de electione, cum nihil fuerit de eo innouatum. Porro vniuersim cū præscribitur determinatū tēpus, an requiratur completus annus, an vero sit satis esse inchoatus, & quomodo in dubio hoc cognosci possit, nō est huius loci exponere, sed lege glos.in Clementin.generalem de ætat.& qualit. Sil. ver. ætas q.2. & ver.tempus Nauarr.cons.9.de temp.ord.vbi notat, quod regulariter dies cęptus habetur pro completo, sed annus cœptus non habetur regulariter pro completo præsertim cum in iure exprimitur debere esse cōpletū, vt iā dixi in Episcopatu.

Quoad interstitia vero sacrorum ordinum, de quibus Conc. Tridentin.sess 23. cap.13.& 14.nota in illis annum esse computandum, non mathematicè, sed ecclesiasticè, hoc est, esse attendendum cursum quatuor interstitiorum, non autem tempus 12. mensium completorum, puta à quadragesima ad Quadragesimam à Pentecoste ad Pentecostem &c. quæ aliquādo propter varietatem festorum mobilium occurrūt prius quam duodecimus mensis compleatur, vt Sixtus V. ex congregationis sententia declarauit; nunc restat soluere dubium an pro ætate legitima ordinis computādus sit dies Bissexti, Respondeo non esse computandum, quia annus à iure determinatus intelligitur ex 365. diebus continuis, vt Panormitan.in cap. quærenti de offic.deleg.nec curandum de bissexto, sequitur Sil. v.ætas q.3. & Henriq. lib.10. cap. 19. & alij, attamen ipse Panormitan.in cap. quæsiuit de verb. significatione limitat hoc in odiosis ex quo sequitur eadem ratione, ad professionē in Religione anno bissextili, satis esse ad probationem compleuisse dies 365. vt Sil. verb. relig.3. q.19.§.3.Henriq.loco cit.lit.K. sequitur item, quod si

quis

quis suspenditur per mensem Febr. anni Bissextilis potest vltima die eius mensis celebrare, ut Sil. V. ætas in fine.

Oportet denique eos, qui ordinibus initiantur esse probatæ vitæ, & in litteris sufficiēter instructos iuxta Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 4. & 13. de reformat. mundos item à peccato mortali, vel saltem contritos, vt D. Tho. in q. 36. art. 1. Sil. ver. ord. 4. q. 2. Cord. l. 1. q. 2. & alij.

Veruntamen si quis bona fide ordinetur, putans se rectè dispositum, & contritum esse quamuis vere non ita sit, excusabitur à peccato, vt Cajet. V. cōtritio, Nauarr. cap. 22. num. 3. Cordub. l. 1. q. 2. Henriq. l. 1. c. 22. num. 6. Suar. tom. 4. disp. 20. sect. 1. num. 20. & disp. 41. sect. 1. sed nota hæc habere locum in illis, qui in ordinatione non sumunt Eucharistiam, cum enim hæc esset sumenda iuxta ritum Ecclesiæ, præmittenda esset confessio sacramentalis, nempe ei, qui haberet conscientiam peccati mortalis, vt statuit Concil. Trident. sess. 13. cap. 7. & can. 11. de Sacramento Eucharistiæ l. Toletum l. 6. cap. 16.

Ordinari nō possunt bigami c. acutius d. 26. Sil. ver. ordo 4. q. 2. Tolet. l. 1. cap. 65. Suar. tom. 5. disp. 49. vt alios omittam, quos illi adducunt solemniter pœnitētes cap. ex pœnitentibus d. 50. Sil. loco cit. Tolet. c. 64. num. 7. Suar. disp. 42. sect. 2. num. 3. sed iam non est in vsu, quia non solent iniungi tales pœn. l. Bellar. l. 1. de pœn. c. 21. & 22. Neophiti, vt cap. 1. & 2. d. 48. Sil. loc. citat. Tolet. cap. 64. Suar. disp. 43. sect. 3. qui notat horum filios, qui baptizati sunt ante vsum rationis, non habere hoc impedimentum, curiales ideſt qui ratione officij obligati sunt Curiæ, & Iudices, Aduocati, forēses, Notarij, milites, & similes ministri c. 1. & 2. d. 5. absoluti verò à Curia hi possunt ordinari, nisi infames fiant vel alia ratione irregulares Sil. q. 2. citata, Tolet. cap. 60. Suar. disput. 47. sect. 4. num. 5. & eadem ratione arcētur ij, qui sunt ratiocinijs obligati, vt actores, executores, procuratores, curatores, & alij, qui habēt publicas administrationes forēses, de quibus Sil. V. ratiocinia Tolet. 60. Suar. disp. 51. sect. 3. Henriq. l. 14. cap. 5. & extat tit. in decretal. de obligat. ad ratiocinia.

Serui ordinari non debent. extra de seruis non ornandis, & d. 54. per tot. Sil. ver. seruitus §. 6. Tol. cap. 59. Suar. disp. 51. sect. 3. Henriq. leg. 14. cap. 5.

Corpore vitiati repelluntur d. 55. per multa cap. & in tit. de corpore vitiat. & titul. de cler. ægrot. de quibus Sil. V. corpore vitiatus, Tolet. c. 63. Suar. disp. 51. sect. 2. tales autem sunt, qui laborant morbo caduco, vel membro corporis sunt trūcati, aut notabiliter debilitati, ita vt impediatur exercitium ordinis, & monoculi, quibus deest oculus Canonis, itē energumeni, seù obsessi à dæmone, & mentecapti, & alij, qui ex defectu corporis, horrorem vel scandalum generarent, & denique hermaphroditi de quibus supra.

Illegitimi cap. 1. d. 56. & cap. 1. & vlt. de filijs presbiter. Sil. ver. Illegitimus, Tolet. l. 1. cap. 58. Suar. disp. 50. sect. 3.

Peregrini nisi habeant litteras authenticas, dicūtur autem tales qui non sunt oriundi de Episcopatu, vel non habent ibi domicilium aut beneficium, iux. cap. cum nullus de tempor. ordin. l. 6. ignoti verò dicuntur quorum vita, & origo non est nota Episcopo cap. Episcopus d. 24. & cap. quærendum 2. quæst. 7. Sil. ver. ordo 4. q. 2. Thol. cap. 48. Suar. disp. 42. sect. 3. nu. 5. Henriq. l. 10. cap. 22.

Infames à promotione, & ordinum exercitio repelluntur cap. laici d. 33. & cap. qui in aliquo d. 51. & cap. Infames 6. quæst. 1. Silu. ver. Infamia quæst. 3. Tolet. cap. 62. Suar. disp. 48. sect. 1. & seq. eademque ratione prohibētur ij, qui sunt obligati ad indecentia, vt Sil. ver. ordo 4. qu. 2. Suar. sect. 3. loco cit. qui addit filios, parentis infamis, seu vilis nō esse irregulares nisi iure exprimantur; lege etiam Henriq. lib. 14. cap. 5. num. 3. de filijs hæreticorum, & Toletus leg. 1. cap. 69.

Ordo collatus ab Episcopo excōmunicato, vel prēciso interdicto, suspēso, vel simoniaco est validus, quia talis potestatem ordinis non amittit cap. non nocet 1. quæst. 1. & cap. baptismus de Consecration. d. 4. diuus Thom. quæst. 38. artic. 2. Sot. dist. 25. quæst. 1. art. 1. Duran. quæst. 1. Henriq. lib. 10. c. 21. veruntamen si Episcopus esset denuntiatus talis nominatim, vel esset notorius percussor clerici, ab eo ordinatus esset suspēsus.

Episcopus non potest ordinare nisi suos subditos tantum, & si ordinauerit non sibi subditos absque licentia ordinarij illorum, suspenditur à Collatione ordinum per annum; & ab eo sic ordinati suspenduntur ab executione ordinum susceptorum arbitrio proprij ordinarij iuxta Concil. Tridentin. sess. 23. c. 8. de reformatione, & extendit hoc etiam ad titulares vti in sess. 14. cap. 2. de reformat.

Finis Praxis Sacramenti Ordinis.

PRAXIS IMPLORATIONIS BRACHII SÆCVLARIS.

RESOLVT. CCLXXXVIII.

Brachium sæculare quibus in casib. implorari possit.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica est distincta à sæculari.*
2 *Brachium sæculare in nonnullis casibus implorandum.*

1 ETsi ecclesiastica iurisdictio distincta, atque separata fuerit à sæculari per Dominum nostrum Iesum Christum, attamen cum ab eodem fonte processerint, proinde vna per aliam, si opus fuerit, adiuuari debet, vt ait glosa in cap. statuimus in verb. potestatem de maledic. Bellug. in spec. Princip. rub. 11. §. tractandum nu. 1. vers. vulgari interdicitur, & Franc. Marchus in decis. 269. in princ. p. 1. Vnde dicebat Iun. & glos. in cap. 1. de offic. ordin. quòd per potentiam sæcularem adiuuari debet potestas ecclesiastica, vt voluit etiam tex. in cap. administratores cum capitulis sequent. 23. quæst. 5. Archidiac. in cap. de persona 11. quæst. 1. Bal. in l. 2. C. de his, qui lat. occult. Felin. in cap. significasti de offic. deleg. & in cap. cum sit generale num. 8. de foro comp. Marchus cit. decis. 69. num. 3. & decis. 763. part. 1. Oldra. consil. 86. 89. & 319. Federic. de Senis in consil. 251. num. 5.

Et proinde constituenda est hæc regula, quòd Iudex ecclesiasticus potest implorare brachium sæculare, cui sæcularis illud impartiri debet cap. 1. & ibi omnes cap. quoniam in plerisque de off. ord. cap. statuimus de maledic. Archidiac. in c. periculoso nu. 5. de stat. reg. in 6. & Gul. de Monte Lud. in sing. 51. & Put. in tractat. de synd. in verb. brachium in princ. nu. 2. vers. vnus Iudex. & Maran. in disp. 1. nu. 26. vers. nono, quia, & Roland. in cons. 37. dubitatio exoritur, num. 2. uol. 4. ubi dixit, quod iura canonica prouident in exequutione iustitiæ, Episcopum debere implorare auxilium brachij sæcularis.

2 Et hoc inquam plurimis casibus, prout primò, quando inuenit resistentiam, Marsil. in tract. de band. in verb. Iudice num. 179.

Secundo, causa cogendi schismaticos reuerti ad Ecclesiam, Decian. cap. 69. num. 6. lib. 6. rer. crimin.

Tertiò, quando fecit quicquid potuit excommunicando, & interdicendo pro exequutione suæ sentētiæ & illam exequutioni mandare non potest, Afflict. in

procœmio const.num.54.vers.quando exequitur sentẽtiam,Felin.in cap.significasti nu.4.de offic.deleg.Lup. in cap.per vestras in 2.notab.num.48. de donat. inter vir.& vxor Decian. cap.26. num.5. lib.4.rer. crimin. Berret.cons.6.

Quarto, contra renitentes dare cautionem de non offendendo, Herculan.in tractat. de caut. de non offenden.part.5.num.8.

Quinto vbi Christianus fuisset negligens confiteri peccata sua semel in anno, nam cogendus est per cẽsuram ecclesiasticam,& postea ad ecclesiastici Iudicis requisitionem per brachium sæculare, vt ait Lup. in cap.per vestras, in notabilibus notab.2.§. sed est pulchra dubitatio,num.12.de don.inter vir. & vxo.

Sexto contra cõtemnentem sententiam excommunicationis,& dicitur contẽnere,ex quo infra diem per hominem assignatum,non satisfacit,vt ait Anchar.in cap.postulasti num.1.de homicid.& ibi Felin.nu.1. vbi tamen ait, quòd dicitur contemnere,si animo indurato eã tolerat per annum,quia est suspectus de hæresi.

RESOLVT. CCLXXXIX.

Ius implorandi brachium sæculare, quibus personis competat.

1 *Episcopis, & quibuscunque alijs Prælatis competit ius implorandi brachium.*
2 *Quæ facultas competit etiam Iudici delegato.*
3 *Iudex sæcularis tenetur suum brachium impartiri etiam si non fuerit petitum.*
4 *Imploratio brachij potest etiam peti à Iudice tyranno, seu excommunicato.*

1 EPiscopis, & alijs inferioribus Prælatis competere præfatam facultatem voluerũt Bal.cons.322.volum.1.Hartam.cons.23.Rodulph.variar.resol. qu.10. & quod competat etiã Abbatibus voluit Archidiac. in ca.periculoso sub n.4.in verb.inuocato, & ibi quoque Franch.in §.& quoniam in 3.notab.de stat. reg. in 6.& Foller.in praxi crimin.can.in Miscell.nu.48. vers. Prælatus inferior,& Philip. Prob.ad Io.Monachum in d.cap.periculoso nu.26.vers.sed quid,quando vbi ait, quòd Episcopi,& alij Ordinarij inferiores iurisdictionem consuetudine,vel ex priuilegio habentes,possunt inuocare brachium sæculare,& sub num.18.ver.& per hoc non placet,ait,quòd inferiores Prælati si habent potestatem excommunicandi, possunt inuocare brachium sæculare.

2 Et de Iudice delegato, quòd ei pariter competat huiusmodi facultas voluit Abb.per illũ tex.in cap.1. vbi Innocen.& reliqui de offic.ord.Dec.in cap.significasti de offic.deleg. Nauar.in cap.cum cõtingat remed. 1. de rescript.Costa de remed.subsid.c.21.Zened.collect. 13.par.3.& istud patet euidẽter ex vi clausulæ vsitatæ apponi in rescripto delegatorio,inuocato,si opus fuerit auxilio brachij sæcularis,de qua in indiuiduo,apud Fed.de Sen.cons.163.num.3.& in cons.251. num.4.

3 Quæ conclusio ampliatur dupliciter. Primo,vt procedat etiam si brachium sæculare non esset petitum; nam illud Iudex sæcularis concedere potest,atque tenetur ex suo officio, vt ait Archidiac. in cap. administratores sub num.3.in verb.conuenti 23.q.3.

4 Secundo amplia, vt iudex ecclesiasticus possit in casu hæresis implorare brachium sæcularis etiam excommunicati,vt Tiranni, & qui de facto occupauit dominium illius loci, vel Magistratus,dummodo sine periculo moræ non possit recurrere ad legitimos Dominos, vt ait Gundi sal.in tract.de hæret.q.19.sub n.8. & ver.& est aliud speciale,& Dec.in cap.20. num. 34. lib.5.rerum criminal.

RESOLVT. CCLXXXX.

An in imploratione brachij sit necessaria citatio partis aduersæ.

1 *Iudex sæcularis ex Iudicis officio tenetur impartiri brachium.*
2 *In his,quæ potest Iudex ex officio non requiritur citatio partis.*
3 *Brachium sæculare imploratur contra contumacem.*
4 *Contumax ad sui præiudicium habetur pro præsente.*
5 *In inuocatione brachij sæcularis non requiritur citatio.*
6 *Præsens non est citandus.*

ET videbatur primæ facie dicendum, quod sic, ex doctrina Bellug. in spec. Princ rub.11.§.tractandum sub nu.8.in fin.verb.& ideo,& Natt. in cons. 519. nu.14.cum pluribus sequentibus vol.3.& Gayl.in obseruat.115.sub nu.6.lib.1.practic. obseruat. & Boss. in tit.de foro compet.num.88. ver.& quicquid sit.

Cæterum, quicquid sit, in praxi est contrarium obseruandum, & ratio est multiplex.

1 Prima, quia iudex sæcularis potest, atque tenetur ex suo officio concedere brachium sæculare, secundum Archidiaconum in cap.administratores, sub nu. 3. in verb.conuenti 23.quæst.5.

2 At in his quæ potest facere Iudex ex officio,non requiritur citatio partis, vt ait post multos Marsil. in l. de vnoquoque nu.65.vers.sed teneas, ff.de re iud. nisi iudex faceret ad instantiam partis,quia quotiescũque iudex aliquid facit, etiam ex officio,sed tamen ad instantiam partis, semper citatio requiritur, vt ait Benintend.in decis.55.num.2.vers.sed in tali petitione. Cogita an istud fundamentum sit verum,cum videris ea, quæ scripsit Gabriel in tit.de citat.concluf.1.num. 329.vers.14.limita.

3 Secunda ratio est, quia brachium sæculare inuocatur, & conceditur contra contumacem, vt ait Feder. de Senis in cons.164. super inuocatione num.5.ver. cũ ergò, & Petr.Foller.in praxi crimin.cano.in verb.non comparentes num.15.vers.item imploratur, & Martin de Fano in tractat. de brach.sæcul.implor. num.2. vers. quando autem, nisi casu specialissimo falsitatis commisso in litteris Papæ,nam eo casu brachium sæculare implorari, & concedi debet absque eo, quod delinquens sit contumax, vel incorrigibilis, vt ait Martin.de Fano in tract.de brachio sæculari implor. sub num.2.vers.alias nisi persona.

4 Sed contumax habetur pro præsente ad sui præiudicium,vt est tex.in auth.qua in prouincia in fin.Cod. vbi de crim.agi opor.& ibi notat Bald.num.16.& voluit gloss.in l. de vnoquoque in verbo præsentibus ff. de re iudic.& iterum Baldus in l.cum fratrem, sub nu. 8.sub ver.tu tene C.de his, quibus,vt indign.& in cap. præterea sub num.5.sub vers. uel dic melius, de dilat. & Marant.in tit.de contumacia num.28.vers.decimaoctaua pœna est in 6.par.de ord.iud.

5 Et præsens de necessitate non est citandus, uel monendus, ut statim dicat, ergo de necessitate non requiritur citatio in inuocatione brachij sæcularis, arguendo à primo ad ultimum, quod argumentum validum est in iure, ut ait Euerard. in loco à primo ad ultimum in sua top.regal.

6 Quod autem præsens regulariter non sit citandus, hoc uoluit Specul.in tit.de libel.concept. §.13. nu.16. ver.item dicunt aliqui,& Io.And.in cap fin.num.4. de elect.in 6.quia,ut ipse dicit,cũ effectus uocationis sit, ut ueniat citatus ex quo præsẽs est,cessat citãdi necessitas,& hanc partem tenuit quoque Bart.in l.prolatã, num.7.uers.causæ autem cognitio C.de sentẽt.& Bal. in l.cõsentaneum.nu.36.uers.in prima glosa C. quom. & quando iudex,& in l.si accusatoribus, sub num.15. uers.contrarium est ueritas, C.de accusat.& in auth. offera-

offeratur,num.9.vers.venio ad verbum,C. de lit. contest.& Angel.in l.& post edictum num. 5. vers. nota quod iudex,ff. de iud. vbi ait, quod fatuus est iudex, qui habet partem,vel testem in cõspectu,& iubet nuncio,vt citet.

Et quod præsens non sit citandus voluit Mascard. in quæst.5.num.31. de probat.& Alex. in l.de vnoquoque,n.2.vers.1. item nota ff.de re iudic. vbi dixit,hanc esse veriorem opinionem,& Marsil. ibi n.7.vers.modò vlterius, vbi dixit, quòd cum citatio fiat solum, vt citatus compareat,ideo si præsens citaretur, talis citatio nihil operaretur,& frustra expectaretur illud,cuius euentus nihil operaretur, & multos alios allegauit Anton.Gabr. in tit. de citat. conclus.1. n. 496. & 398. vbi dixit,hanc opinionem esse non solum communem, sed etiam magis communem:etsi aliqui pauci contrarium voluerunt.

RESOLVT. CCXCI.

Brachium sæculare,an sit præstandum pendente appellatione à sententia iudicis ecclesiastici.

1 *Imploratio brachij non habet locum quando à sententia fuit appellatum.*
2 *Appellatione pendente,nihil est innouandum.*

1 IN facti contingentia respondi negatiuè, vt scilicet non habeat locum imploratio brachij, quando a sententia iudicis ecclesiastici ritè, & rectè interposita fuit appellatio,nam ea pendente,nõ tenetur iudex sæcularis præbere auxilium imploratum, vt ait Oldr. in cons.89.n.3.Maran.in disp.1.n.26.vers. hoc præsupposito,in fin. & Franc.Marc. in decis.259. sub n.1. vers. si verò quis appellasset,in 1.part. & Alber. in l. Episcopale,num.3.vers. sed circa hoc quæro, Cod. de Episc. aud. & ibi Paul. de Castro sub n. 4. in fin.vers. & dicit hoc,& Sbroz. in tract. de Vicar. Episcopi lib.2.c.190. n.11. & Grammat. in cons.109. in causa vertente,per totum,& maximè n.17. & seq. in ciuilibus,& Vrsil. in decis.24. de materia nu.16. & Dec. in cap. significasti n.15.vers. secundo limitatur, de offic. deleg.& Gayl. in obseru.115.num.4.vers. legitimæ exceptiones,lib.1. pract.obseru. & Abb. in c.si quando sub num.2.de off. deleg. & ibi Felin. sub n.2. vers. fallit primo,& iterum Abb. in c.1. sub n.12.vers. & per hoc decidit,ur, de off. ordin. vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam tenuit Afflict. in procemio constit. Regni sub n. 54. in fine,& Menoch. in tract. de retinen.possess. remed.3. sub n. 360. in fin. versic. debet etiam animaduertere, vbi intelligit hoc esse verum, quando illi appellationi nihil obstat, & ante ipsum sic declarauit Nauarr. in cap. cum contingat, remed.1. sub num.5. de rescript.

2 Quia appellatione pendente,nil innouandum est, l. 1.in princ. ff. nil no. appell.pend. Immò plus dixit Roland. à Valle in d.cons.37.n.13. vers. plus dicit, vol.1. quod si iudex sæcularis sciret fuisse appellatum à sententia Iudicis ecclesiastici,& appellationem non fuisse admissam,quæ debebat admitti,& à tali non admissione appellatum, quod non deberet concedere brachium sæculare,subdens, sic alias ex hoc fundamento fuisse votatum, & decisum in Concilio Montisferrat. contra agentes pro Episcopo Albæ,idem scriptum reliquit ante ipsum Afflict. in procem.constit. Regni sub num.61.

Amplia istam limitationem, vt procedat etiam si agatur de re merè ecclesiastica, vt ait Alciat.in c.1.n. 112. vers. tertio limitatur,de officio ordinar. vbi ait, sic transire communiter Doctores.

Amplia quoque,vt iudex procedens, pendente appellatione, peccet, & puniatur, vt ait Alberic. in d.l. Episcopale, num.4. Cod. de Episc. audien. & Oldrad. in cons.89. sub n.3.vers.immo procedens.

RESOLVT. CCXCII.

Imploratio brachij sæcularis, an sit remedium subsidiarium.

1 *Brachij imploratio est remedium subsidiarium.*

1 IVdex Ecclesiasticus omnem adhibere debet diligẽtiam ritè, recteque administrandi ecclesiastica, & vti remedijs opportunis, & tãdem in subsidiũ pro supplemento iustitiæ petere brachium sæculare, & hoc vt per potentiam sæcularem adiuuetur potestas ecclesiastica,secundum glosam,& Innocentium in c.primo, de off.Ord.c.administratores,cum seq.23.q.5. Archid. ad c. de persona 11.q.1.Bald.ad l.2.Cod.de his,qui latrones occultauerunt, Francisc. Marc. in dec.269.n.3. & decis. 773.n.3. p. 1. Felin. ad capitulum significasti de officio delegati, & ad capitulum cum sit generale, n.8. de foro compet.Oldrad.cons.86.89.& 319.Feder. de Senis d.cons.163. & 251.

RESOLVT. CCXCIII.

An Iudex teneatur brachium suum impartiri, quando euidenter constet de iniustitia sententiæ Iudicis requirentis.

1 *Iudici nulliter procedenti,denegatur brachium.*
2 *Iudex non tenetur brachium suum impartiri, quando sententia iudicis implorantis est iniusta.*

1 SVpponatur in facto,quod pro executione sententiæ fuisset imploratum brachium cuiusdam Iudicis,qui, cum euidenter apparuisset de iniustitia, atque nullitate sententiæ Iudicis requirentis,noluit suum impartiri brachium, quare fuit dubitatum,an iure hoc fieri possit,& respondi affirmatiuè motus, quia quando iudex requirens nulliter processit, & consequenter quando eius processus esset nullus, tunc iudex requisitus non tenetur brachium suum impartiri,ita Rolan. à Valle in cons.37.n.14.vers.5. & vlt.adducitur vol.1. Gail. in obseru.115. sub n.4. lib. 1. pract. obseruat. Natta in cons.529.n.9.vol.3. Menoch. in tract. de retin. possess. remed.3. sub n.360.vers. debet etiam iudex Iaicus, & Bertazol. in cons.criminal.200. executio.n. 5. ver. sic etiam vol.1. & Iacob.Sbrozz. in tract. de Vicar.Episc. lib.2.q.190. sub n.7.

2 His accedat quod scriptum reliquit Oldrad.cõs.89. sub n.3. vers. & ad denotandum,vbi voluit,quod quãdo iudex,cuius brachium imploratur videt casum super quo imploratur esse iniustum, tunc non tenetur illud impartiri, imò potest impune non parere, Franc. March.in decis.269. sub n.1.vers. & ad hoc verum in 1.part. & Marant. in disp.1.n.26.vers. hoc præsupposito,& Rolan.à Valle in cons.37.n.7.tertio quia vol.1. vbi dixit, quod Iudex debet adhibere aliquam causæ cognitionem,an iustũ sit quod petitur ab eo, quod idẽ pariter notauit Ancharan.in cons.382. retento ordine num.8.vers.item canon.& Feder. de Sen.cons. 251. Iacob.de Cremona sub n.3.vers. quid plus in casu nostro vbi dixit,quod si sæcularis Iudex inuocatur, sententia nulla præcedente,non debet dare brachium suum nisi iuste inuocetur,& summatim hoc examinabit,& quod Iudex non teneatur concedere brachium suum pro exequutione sententiæ iniustæ, voluit Innocent. in c. 1.sub num.2. de offic. ord. vbi Abb.n.11.Imol. nu.17. Alciat.n.110.& Bertaz.in cons.crimin.200. executio, n.7.vers. sic etiam volum.1. & Vrsil. in decis.220. circa primum dubium, sub num. 9. vbi dixit quod iudex

non

non debet exequi sententiam iniustam, Marsil. in singul. 367. nemo prudens circa medium vbi dixit quod iudex non tenetur exequi præceptum Iudicis si scit vel supplicatur de eius iniustitia.

Accedat secundo in proprijs terminis dec. Balb. 88. cuius hæc sunt formalia verba, Iudex requisitus in iuris subsidium per litteras alterius Iudicis non superioris vt exequatur, non tenetur exequi, si sententia, cuius petitur exequutio dicatur iniqua not. singulariter Innocent. in cap. 1. extra de offic. ord. in c. cum in iure extra de offic. deleg. sentit Panormit. in d. cap. 1. & sequitur Dominus Cato in l. cum quædam ff. de iurisdict. omn. Iud.

Cuius conclusionis principalis ratio est quia illud, quod est nullum nullam meretur exequutionem l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. cum simil. & hanc rationem adduxit Gayl. vbi supra, reliquas verò recenset Rolan. à Valle in loco præcitato.

RESOLVT. CCLXXXXIV.

Appellatio, an sit facienda ad superiorem iudicis inuocantis auxilium, an verò ad superiorem Iudicis illud præbentis.

1 *Appellari an possit ad Superiorem Iudicis auxilium implorantis.*

1 IN hac quæstione respondetur ex mente Bart. in l. à diuo Pio §. sententiam ff. de re iudicat. quam sequitur Abbas in c. quoad consultationem eod. tit. & Cappella Tholos. in dec. 412. vbi distinguunt, quod aut Iudex præstat auxilium facti; puta concedendo 1. Iudici familiam, milites, & similia, & tunc ad superiorem requirentis auxiliũ appellabitur, quia ipse primus Iudex est ille, qui lædit ministerio alterius, merito ab eo appellabitur ad suum superiorẽ aut præstat Iuris auxilium puta interdicendo, excommunicando, vel iurisdictionem denegando, & tunc ad Superiorem Iudicis auxilium præbentis appellabitur, quia actus ipsius iudicis auxilium præbentis, est ille, qui lædit, & ideo ab ipso appellatur ad suum superiorem.

Addit Abb. quoad hoc secundum membrum distinctionis, quod etiam appellari potest à primo Iudice ad suum superiorẽ, quia etiam ipsemet grauat implorando iniuste auxilium Iuris, nam qui causam damni, vel excessus dat damnum dedisse videtur cap. fin. de iniurijs & damno dato l. qui occidit §. in hac ff. ad leg. aquil. cum alijs similibus adductis in glos. in verbo fecisse videtur, pro vt sic scriptum reliquit in cap. quoad consultationem sub n. 29. de re iudic. & sequitur Iason comprobando Abbatis opinionem in l. à Diuo Pio §. sententiam num. 20. vers. 5. quærit ff. eod.

RESOLVT. CCLXXXXV.

An brachium sæculare possit exequi contra successorem.

1 *Brachium sæculare potest implorari contra successorem.*

1 IN hac dubitatione placuit mihi inferere ad verbum decis. Rot. Rom. de qua per Moedan. decis. 1. de sentent. & re iudic. quæ his complectitur verbis in causa eadẽ Romana Vineæ de qua supra tit. proximo dec. 1. eod. tempore & anno fuit dubium propositum, an executoriales decretæ vel brachium sæculare obtentum contra prædecessorem, cum quo est super vinea litigatum possit exequi contra successorem in ead. vinea lite pendente, immediatum, vel mediatum, quia fuerunt plures successores, & vltimus fuit Societas Sancti Ambrosij, & fuit decisum, quod possit exequi brachium sæculare contra successorem mediatum, vel immediatum, principale fundamentum fuit doctrina Bartol. in l. creditoris C. de pign. col. 7. & 8. qui loquitur simpliciter de habente causam à litigante, & non distinguit an mediate vel immediate, & per tex. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ el primo vt lit. pendent. loquens simpliciter, quia quando res est litigiosa, quæ non potest alienari absque nouo iudicio potest contra tertium possessorem exequi Abb. in cap. final. de alienat. indic. mutand. cau. fact. & in d. cap. Ecclesia el 1. col. penult. vt lit. pendent. Nec obstat quod vitium litigiosi est personale l. 1. C. de lit. quia loquitur in tertio non habente causam aliquam à collitigantibus, & sic loquitur l. 1. C. eod. titul. & DD. ibi in l. Pomponius §. cum quis ff. de acquir. poss.

RESOLVT. CCLXXXXVI.

Brachium an sit impartiendum quando iudex requirens est incompetens.

1 *Quando Iudex requirens est incompetens tunc ei brachiũ est denegandum.*
2 *Iudices exequentes sententias incompetentium puniuntur.*
3 *Episcopus non potest excommunicare templarios, & hospitalarios.*

1 INter cæteros casus traditos per Doctores denegãdi brachium est, quando Iudex requirens est incompetens, quia tunc Iudex non tenetur eidẽ brachiũ imploratum impartiri, nec debet ibi præbere ministerium alicuius obedientiæ, vel excommunicationis, vt ait Oldrad. in cons. 89. Episcopus n. 5. vers. contrarium & Bald. in l. in criminali, num. 3. vers. vltim. nota C. de iurisdictio. omn. iud. & ibi Salyc. num. 2. vers. item quod exequentes, vbi admonet, Iudicem cautum esse debere, quando ab eo imploratur brachium, vt videat, an ille sit iudex competens, vel nè, & Calcan. in cons. 119. Sanctissimus, maxime sub num. 5. vers. præterea, Roland. à Valle in cons. 37. omisso multiloquio nu. 4. versic. & subdunt volum. 1. & Gail. in obseruatione 115. nu. 10. in fin. lib. 1. pract. quæst. vbi dixit, brachium non habere locum in Ecclesiastico, nisi prius iudici fidem faciat de sua competentia, & idem tenuit Natta in cons. 529. Iudex num. 37. vers. non omitto etiam, vol. 3. & Menoch. in tractatu de rec. possess. remed. 3. sub n. 360. vers. debet tamen iudex.

2 Et in tantum ista limitatio procedit, vt puniantur Iudices exequentes sententias incompetentium, vt ait Bald. in d. l. in criminali, num. 3. vers. vltim. nota C. de Iurisd. omn. iudic. & ibi Salicet. nu. 2. vers. item quod exequentes, & Calcan. in d. cons. 119. nu. 6. & Roland. à Valle in d. cons. 37. nu. 3. vol. 1. & Natta in d. consil. 529. n. 37. vol. 3.

3 Hinc est, quod Episcopus nequibit excommunicare templarios, & hospitalarios, & alios exemptos, qui non habent superiorem, nisi Papam, quia non est Prælatus eorum, vt scripsit Innocentius in cap. 1. n. 3. vers. si vero talis sit de offic. ordinar. & ibi Bald. n. 18. vers. quæro nunquid, & Alciat. nu. 126. vers. tertia quæstio est, qui etsi ibi, & num. 127. arguat contra hoc, subdit tamen esse cogitandum, & non recedendum à communi.

Aduertendum est autem, quod licet Episcopus non possit excommunicare templarios, & hospitalarios, & alios exemptos, poterit tamen supplicare coram Papa, vt eos compellat ad præstandum sibi auxilium suum, vt ait Alciat. in dicto cap. 1. sub num. 126. de offic. ord.

RE-

RESOLVT. CCXCVII.

An brachij impartitio differat ab accommodatione familiæ.

1 *Ponitur discrimen inter implorationem Brachij, & familiæ accommodationem.*

1 IN cuiusdam causæ discursu, quæ coram me ventilabatur, ego distinguebam inter præstationem brachij, & accommodationem familiæ, nam hoc est remedium generalius comprehendens sub se diuersas casuũ species, quibus præstatur, prout primo in executionem rei iudicatæ, vel pacti exequuti, dũmodo prius liqueat de Iure exequibili, quod, & quantum sit, ita quod omnino procedat liquidatio l. hęc autem §. 1. ff. ex quibus causs. in pos. eat. Bart. ad l. si finita §. Iulianus ff. de dam. infect. Alex. cons. 130. & 131. l. 4. & hoc est, quod appellant associationis auxilium, quia iudex concedit familiam ad tollenda scandala associari postulanti, & timenti ab aliquo etiam resistentiam cum armis, aut quoquo modo iniuriosam l. vlt. Cod. de erogat. milit. a non lib. 12. vt in associatione vigore pacti, in instrumento expressi de exequendo, seu capiendo bona debitoris non liquidato negotio, & in quo debitor constituit se præcario nomine creditoris tenere, & possidere, Natta in cons. 378. col. 1. Viu. dec. 44. l. 1. Afflict. decis. 326. Magon. sub Rota Luc. decis. 87. n. 14. & 15. late Carpan. ad stat. Med. cap. 462. p. 1. sic quoque in associatione contra vsufructuarium dolosè fructiferas incidentem arbores Bero. cons. 54. vol. 3. & contra conductorem non soluentem intra annum, vbi de tẽpore non sit conuentum Alex. cons. 130. & seq. num. 6. vol. 4. Burs. cons. 23. ad fin. vol. 1. cons. 233. & 253. vol. 3. Ber. cons. 150. vol. 1. & Carp. ad stat. Med. c. 409. nu. 116. cum seq. p. 2. Maluas. cons. 87. nec desunt alia exempla apud Magon. Rot. Lucen. decis. 87. & Carp. c. 232. n. 13. cum seq. p. 1.

Et in supradictis casibus quando petitur, scilicet tãtum familiam accommodari, tunc Iudex requisitus nõ excusabitur ministros tradere secundum Vulpell. in tr. de libert. Eccl. p. 3. n. 31. Berett. in cons. 4. n. 15. Meren. in cons. 22. Burs. cons. 40. nu. 3. Alciat. c. 1. n. 120. de offic. ord. Suar. in praxi... tom. in procem. nu. 9. Lopez ad Diaz in pract. crim. c. 154. nec poterit de virib. sent entiæ discuti.

At secus est in imploratione brachij, quia vltra quod non est remedium ita generalius, quemadmodum accommodatio familiæ, potest Iudex requisitus cognoscere de virib. sententiæ, & petere processum ad hunc finem, secundum Iaffred. dec. 105. & latè Doctores in cap. 1. de offic. ord.

RESOLVT. CCXCVIII.

Iudex sæcularis, cuius brachium imploratur, tenetur stare processui compilato super crimine hæresis.

1 *Iudex sæcularis tenetur stare processui facto in crimine hæresis.*

2 *Cognitio criminis hæresis, est merè Ecclesiastica.*

1 EST enim communis, atque recepta omnium sententia in c. 1. de offic. ordin. quod Iudex sæcularis, cuius brachiũ imploratur, statim debeat illud impartiri pro exequutione sẽtẽtię latę per Iudicẽ Eccles. siasticum super crimine hæresis testatur Affl. in prohem. const. reg. post mundi machinam in glos. in verbo gladij, nu. 58. per doctrinam d. Abb. & post eũ Imol. & cæterorum in c. 1. de offic. ordin. Bal. in auth. clericus C. de Episcopis, & cleric. Salic. in l. ea quidem q. 10. Ç. de accusat. Ang. in leg. 1. C. de exhib. reis Ias. in l. magistratibus ff. de Iur. omn. Iud. & latè Afflict. in loco præallegato, vnde Octau. Vulpel. in tract. de libert. Eccl. p. 3. n. 32. ait quod Iudex sæcularis nõ debet moram facere in exequendo sententiam Iudicis Ecclesiastici super crimine hæresis, & ita etiam refert decisum Balb. in dec. 88. & 105. Gars. in dec. 2. & Guidop. dec. 30. quare Boer. in decis. 90. voluit, quod Iudex sæcularis tenetur stare processui facto contra hęreticum per Iudicem Ecclesiasticum condemnatum alleg. Felin. in c. ad abolendam de hæret.

2 Cuius opinionis vera ratio est, quia cognitio criminis hæresis est merè Ecclesiastica, & priuatiuè ad Iudices Ecclesiasticos spectat text. est in terminis in c. inquisitionis §. prohibemus de hæret. neque potest Iudex laicus aliquid in personas hęreticorum secundum communem opinionem Alciat. in c. 1. de off. ord. Calder. in cons. 4. de hæret. Marsil. in prax. crimin. c. 75. n. 38. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxorem post n. 22. & Clar. qui pariter hanc communem nuncupat, in §. hæresis. nu. 4. ac de magis communi Roland. in cons. 20. nu. 10. vol. 3.

Notabilia in materia implorationis brachij.

1 IVdex sæcularis potest brachiũ Ecclesiasticũ implorare aduersus eos, in quos non habet coercitionis ius, vt ait Hostiens. in c. 1. sub n. 5. de offic. ord. & Alberic. in l. Episcopale sub num. 2. versic. & è conuerso C. de Episc. audientia, & ibi Paulus de Castro num. 4. vers. allegatur etiam, & Federicus de Senis in cons. 164. super inuocatione n. 5. & Alexand. in l. Titia sub n. 8. ff. soluto matrim. & Natta in cons. 529. num. 8. & Gail. in obseru. 115. nu. 8. lib. 2. practicarum obseru. & Martin. de Fano in tract. de brachio sæculari imploran. sub n. 19. ver. restat ergo, & Couar. lib. practicar. q. cap. 10. sub n. 1. vers. ead. ratione.

Et ideo si Imperator non sit negligens, & subditi sunt sibi inobedientes, ita quod non potest facere iustitiam, Papa debet eum adiuuare, & domare rebellionem subditorum, vt ait Iason. in cons. 9. arbitror. n. 2. volum. 3.

Præterea si Imperator non potest cogere duces, & alios eius vasallos, propter eorum potentiam ad cauendum inter ipsos de non offendendo, poterit implorare brachium Ecclesiasticum, vt ait Herculan. in tr. de cautione de non offendendo, c. 5. sub n. 8.

2 Insuper dico, quod iudex sæcularis si negligat brachium suum ecclesiastico, iudici præstare, vt delinquentium audacia reprimatur iudicis arbitrio puniatur, vt ait Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 452. n. 3 vers. ita quoque existimarem, & Ioannes Segura Dauals in direct. iudic. Eccles. fori, c. 13. n. 32. in 2. p. vbi tamẽ subdit, quod Praxis solummodo admisit vt inobediens excommunicatione plectatur, donec mandatis Ecclesiæ paruerit.

3 Ad brachium sæculare nunquam peruenitur, nisi quatuor menses post latam sententiam lapsi fuerint, vt ait Nic. Anton. Grauat. ad Vestr. in sua pract. lib. 8. c. vlt. sub n. 41. vers. ad quod quidem sæculare, quia vt subdit, quadrimestre regulariter ad soluendum dari condemnatis consueuit, idem dixit Felin. in cap. quærenti num. 2. de offic. delegat. & Iacob. de S. Georg. in l. si debitori num. 9. ff. de iudic. vbi num. sequentibus limitat hoc dictum septem modis, prout limitat Iason in l. debitoribus n. 6. vers. in glosis, cum num. seq. ff. de re iudicata.

4 Scias præterea, quod quando Vicarius seu officialis Episcopi implorat brachium sęculare ad vtilitatẽ priuatam partis coram eo litigantis, debet vti litteris requisitorijs, non autem præceptorijs, sub pœna excommunicationis, vt concludit Franc. March. in dec. 147.

quæ-

quæritur quando Vicarius in 1. par. quod sequitur Hieron. Giachar. in addition. ad Clarum in §. fi. quæst. 37. in fine lib. 5. sentent. recept.

5 Scias insuper quod brachium sæculare obtentum contra eum, qui primo possidebat, potest exequi contra eius successorem mediatum, vel immediatum, qui lite pendente rem, super qua litigabatur, emit absque nouo processu, vt ait Lancellott. in tract. de attentatis in 1. parte cap. 3. num. 22. versiculo, hinc videmus.

6 Forma implorationis brachij sæcularis habetur apud Petr. Follerium in praxi criminali can. in verbo non comparentes nu. 68. & apud Iacob. Sbrozz. remissiue in tractatu de Vicario Episcopi q. 190. n. 2. lib. 2. & breuiorem formam seù practicam ponit Anton. Mass. Gales. in tractatu de form. Cam. obligat in titul. de processu §. dato igitur instrumento, num. 55.

Finis Praxis Implorationis Brachij Sæcularis.

PRAXIS ABSOLVTIONIS A' IVRAMENTO.

RESOLVT. CCLXXXXIX.

Absolutio à iuramento quotuplex.

1 *Absolutio à iuramento quotuplex.*
2 *Habilitatio à iuramento non tollit vires contractus.*
3 *Absolutio à iuramento quibus in casibus concedatur.*

1 DVplicem absolutionis speciem omnes fatentur in cap. 2. de iureiurand. vna quæ dicitur plenaria, & hæc propriè absolutio nuncupatur, altera verò simplex, quam habilitationem appellant, & differunt ad inuicem, nam per primam supplicans simpliciter à præstito iuramento absoluitur, & hæc prorsus tollit eneruatque vires iuramenti.

Per secundam vero absoluitur quis ad effectum agendi, ideſt, vt agere, & contrauenire possit in iudicio absque labe periurij, & hæc non tollit, neque debilitat vires iuris iurandi, & declarat Couarr. var. resol. cap. 4. nu. 5. vers. verum vt lib. 1. Corneus cons. 6. col. penultim. lib. 1. Gabr. cons. 127. num. 33. lib. 1. hinc prouenit quod in habilitatione semper adjicitur clausula, saluo remanente contractu, qua solum aperiatur via ad agendum & excipiendum.

Et quod huiusmodi habilitatio ad effectum agendi iuramenti vires non eneruet, notauit Aym. cons. 7. nu. 7. Cephal. cons. 51. n. 22. lib. 1. Cagnol. in l. 2. nu. 101. C. de rescidenda vendit. Menoch. cons. 24. n. 18. lib. 1. licet Rimin. Iun. cons. 5. n. 148. lib. 1. dixerit post obtentam absolutionem iusiurandum remanere frigidum, & suane, quod verum, si intelligas de plenaria absolutione; notat autem Berous in cons. 177. n. 27. lib. 1. quod quando sumus in contractu nullo ex iuris dispositione, sed ob iusiurandi religionem est obseruandus, tunc obtenta absolutione à superiore, remaneret elisa virtus iuramenti, & contractus restat in suo statu, ac si iuramentum non fuisset appositum, & consequenter nullus, quod notabile est, vide deducta per Seraphinum de priuil. 61. num. 3.

3 Et quandoque vt notat Borgn. in dec. 9 n. 33. par. 1. vel simpliciter conceditur ad effectum agendi, vel sub conditione si læsio probata fuerit, quamuis nunquam viderim in practica sub huiusmodi conditione concedi.

Requiritur autem iusta causa ad eam concedendã, & læsio sufficit, non autem exigua; Ias. in l. si opus n. 7. de oper. nou. nunciat. Alex. cons. 66. nu. 16. & seq. lib. 6. Borgn. d. decis. 9. num. 3. Menoch. cons. 24. nu. 13. lib. 1. Tiraquel. res inter alios acta limit. 30. vers. & hoc multis, Curt. iun. cons. 141. nu. 16. Neuizan. cons. 22. nu. 10. Natta cons. 144. num. 5. vers. decimo adduco lib. 1. Maranta in practica in 2. actu 3. par. 6. part. princ. nu. 115. Roland. cons. 99. nu. 21. lib. 3. Ponderareque debet iudex qualitatem eius, qui iurauit ex notatis per Mancinum in tract. de iuramen. effectu 36. par. 4.

Et vbi iusiurandum continet iniquitatem, vel quid turpe semper est concedenda absolutio, Soccin. Iun. cons. 144. num. 40. lib. 1. Staphil. de lit. iust. §. Et 1. sciendum num. 13. Natta in d. consil. 144. num. 5. vers. decimo adduco, lib. 1. Milis in suo repertor. super verb. iuramentum semper debet relaxari, Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 59. num. 7.

Prout concedenda est quandocunque fit captiosum, vel iniustum, Natta d. cons. 144. n. 5. in principio, Milis super verb. iuramentum semper debet.

Pro vt quando res non permanet in eodem statu, potest dari habilitatio à iuramento, quia sic intelligi debent Doct. in cap. cum contingat de iureiuran. Guido Pap. decis. 199. num. 3.

Item absolutio à iuramento datur ratione ænormissimæ læsionis Capyc. decis. 159. num. 25. nec obstat c. quamuis de pact. lib. 6. quia intelligitur quando læsio esset mediocris, & non enormissima, similiter respondetur ad cap. cum contingat de iureiur.

Tandem à iuramento super contractu datur habilitatio, quando absolutionem petens intendit probare, quod id quod promiserat in contractu, soluebat ob turpem causam Capyc. decis. 95.

RESOLVT. CCC.

Quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.

1 *Enumerantur ea quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.*

1 REspondeo quod sex clausulæ, seu conditiones apponi debent.

Prima Clausula, iuramentum videlicet non ab re esse vinculum iniquitatis, cap. quinto de iureiurando gloss. in cap. dilecti in verb. iuram. de maiorit. & obedient. c. inter cætera 22. q. 4. Guido Pap. decis. 463. & ibi addit.

Secunda, vti verbo habilitari, seu relaxari non absolui, Staphil. loco cit. Ratio est quia ille non absoluitur ab obseruatione iuramenti, sed habilitatur ad hoc, vt possit agere, & excipere absque incursione periurij, & aperitur ei via ad agendum seu excipiendum in iudicio, si enim plenario iudicio postmodum pronuncietur contractum esse validum, non obstante habilitatione ad illius contractus obseruationem adstringitur, Couarr. loco cit. num. 6. Sot. de iust. & iur. lib. 8. q. 1. art. 7. & 10.

Tertia debet poni à iuramento, seu iuramentis, & maxime quando non vnum sed plura præstita fuerint iuramenta, vtpote si quis iurauerit omnia & singula in instrumento narrara, & promissa esse vera, & contra ea non venire quauis de causa, & promiserit absolutionem à iuramento non petere, & impetrata non vti cum renunciationibus in forma, hoc namque casu exprimenda sunt omnia instrumenta, ne eis tacitis, absolutio fit subreptitia, Afflict. decis. 220. nu. 12. & decis. 30. num. 6. cum alijs allegatis per Mancin. in tract. de iuramento p. 6. quæst. 5.

Quarta debet addi citra præiudicium tertij, quia cum alterius præiudicio nec posset relaxare Papa Sot. loc. cit. art. 9.

Quinta, quod adsit causa rationabilis Sot. loc. cit.

Sylue-

Sylvester in verb. iuramentum 5.§.2. in fine,quæ causa habilitationis debet inseri in instrumento relaxationis,Guido Pap.decis.140.Abb.in cap.à vobis nu.4. de decim.& in cap.cum inter.n.9. de renunciat.

Sexta vt inseratur tenor totius instrumenti in relaxatione,seu habilitatione, & sic seruatur Neapoli,Paris.cons.43.volum.1. num.18.& 19. vbi ex mente aliorum Doctorum confirmat tot necessarias esse relaxationes, quot iuramenta fuerunt, Peregr. decis. Paduæ 112. num.21. & diximus paulò ante.

RESOLVT. CCCI.

De obseruantia Curiæ Archiepiscopalis Neapolis in absoluendo à iuramento.

1 *Citatio partis an sit necessaria in absolutione à iuramento, refertur duplex opinio.*
2 *Existente stylo contrario citanda est pars.*
3 *In absolutione à iuramento, debet fieri mentio de pacto inito non petendi absolutionem.*

1 QVamuis controuertatur opinio illa,an in habilitatione à iuramento requiratur citatio partis, in qua quæst. licet duæ reperiantur diuersæ Doctorum sententiæ, quarum prima est,quod citatio partis prorsus sit necessaria, vt firmat Iason in l. si opus nu. 7. de oper. no.nunciat. vbi in vers.prædictis subtiliter, inquit concessam absque causæ cognitione ipso iure esse nullam,etiam si data sit ad effectum agendi tantum, quia posset pars ostendere,quod calumniosè petatur, Alex.consil.66.n.13.& 14.lib.6. Cephal.cons.51.n.23. lib.1.Couar.var.resol.lib.1.cap.4.nu.5.Menoch.cons. 24.nu.11.& seq.lib.1.Bursat.cons.29. limit.92. vbi de communi lib.3.Ias.leg.nec quicquam §.vbi decretum, nu.49.de offic.proconsl.Roland.de communi cons. 12. num.15.lib.1.Cappella Tholos. in decis.62. Gozadin. consil.59.nu.22. Caputaq.decis.292.incip. Absolut. in manuscriptis Felin. cap. 1. num. 113. & sequent. de iureiuran.

Et iuxta hanc opinionem refert etiam fuisse decisum Guid.Pap. in decis.140. Rubin. decis.22.

Altera est opinio prorsus contraria, vt minimè requiratur partis citatio, vt voluit Oldrad. cons. 120. Couar.lib.1.variar.resol.cap.4.Anna sing.2.Gagliard. de absolut.à iuramento §.1.n.1.Carauita super Pragmat.Macedoniana §.12.n.70.Troiſ.in Pragmat.21. de reclamat. laudi. num.4. Muscat. in praxi lib.1. par.4. Gloss. l.periurij nu. 39.

Et hanc opinionem seruat Curia Archiepiscopalis nam concedit absolutionem absque partis citatione ex stylo antiquo eiusdem Curiæ sumpto ex consil. Oldrad.120.

Et iuxta hanc opinionem Curiæ Archiep. nonnulla varia tribunalia deciderunt,vt videre est apud Afflict. dec.220.Minsing.decis.84.centur.6.Ioseph.Lud.in decis.Perus.18. Valas.decis.Lusit.130. Triuis.in decis.64. par.1.Cacheran. dec.125. Gratian. Rotæ Marchiæ in decis.165 Polid.Rip.in decis.150.

2 Est tamen animaduertendum, quòd si alibi reperitur stylus contrarius,quod pars sit citanda seruari debet; secundum Gagliard.cit.§.1.

3 Vlterius notandum, quod absolutio à iuramento obtenta parte non citata non valet, nisi fuerit facta mentio de pacto inito, hoc est non petere absolutionem,nec contrauenire contractui,nisi prius absolutio præcesserit à iuramento circa tale pactum non petendi absolutionem: & ita decisum patet penes Afflict.in decis.220.sub nu.11. versic.tamen si summo, quem citat, & sequitur Paris.cons.43. vol.1.num.14.

RESOLVT. CCCII.

An pars relaxare possit iuramentum ad eius fauorem præstitum.

1 *Iuramentum præstitum Deo, pars relaxare nequit.*
2 *Iuramentum cum est incursum periurium, non potest relaxari à parte.*
3 *Periurus repellitur ab agendo.*

BReuiter dicas posse à parte remitti, quando ad eius fauorem præstitum est iusiurandum, Abb. per illum text. in cap.2. n.3. de sponsalibus, Oldrad. cons.241. in fine Roland. consil.99.num.26.lib.3.Soccin. consil.21. num.28. lib.4.Ruin. consil.212. num. 1. lib.1.

1 Dixi præstitum ad commodum partis, quia quandoque præstatur Deo, & tunc ab homine remitti nequit, vt declarat Abb. vbi supra num.6.

Nec dicas omne iuramentum principaliter fieri intuitu Dei,cui iurans promittit,quoniam in his terminis inspicitur, an sit præstitum ad commodum partis, vt bene declarat Abb. ibidem in finalibus verbis, & tunc ab ea remitti valet.

2 Aduertendum est autem id procedere antequam pars contraueniat, & periurium incurrat, quoniam post incursum periurium, à parte remitti amplius non potest,Alex.cons.17.n.5.lib.3.Ias.l.penult. n.2.vers. limita prædicta de iureiuran. Borgnin.dict. dec.9.n.35. Roland.consil.34. n.3. lib.1. Afflict.decis.36. n.2.

Cæterum, licet huiusmodi sententia sit communis, & receptissima,nihilominus Soccin. in consil.27.num. 28. lib.4. asserit, quod veluti pars remittere valet ad eius vtilitatem præstitum iuramentum, ita & pari ratione videtur, quod periurij exceptionem scaturientem ex eo iuramento, quod præstitum est ad sui fauorem remittere possit, cum alijs, de quibus Aymon. cons.151. num.9.

Et sanè crediderim hanc sententiam esse iuridicam, & sequendam,cum indubitatum sit esse in facultate partis,an velit excipere,vel nõ opponere de periurio.

3 Quod solidissima,& passim admissa conclusione probatur,periurius enim ab agendo repellitur Pedemontan. decis.142.num.13. Roland. consil.26.nu.28.lib.3 cum alijs triualibus. Sed hæc ita procedit, si pars excipiat de periurio, alias parte non opponente auditur,& processus valet,vt per Lap. allegat.25.n.3.vers ad 4. canonizata per Rotam in lib. Diuers. decis. 22. incip. die 2. Aprilis in fine in manuscript.

Et quamuis Doctores ita generaliter tradant iuramentum posse à parte remitti Alciat. tamen in leg. 1. §. eadem num.24.versic. item facit de verborum obligatione,intelligendum fore existimat,vbi Iudex etiam ipse consentiat, ibi vide.

Quinimo, & non tantum pars valet remittere iuramentum, sed ad illud remittendum etiam inuita per capturam personæ compelli potest à iudice laico, cui constat de iniquitate iuramenti, in causa coram eo introducta,Couarr.lib.1. variarum resolution. cap. 4. sub n.5.Aymon.consil.192.num.2. Roland.cons.7. nu. 50.num.3.Felyn.in cap.1.num.22.de iureiuran.Neuiz. consil.21. num.25.& alij per eosdem relati.

RESOLVT. CCCIII.

Absolutio à iuramento coram quo Iudice sit petenda.

1 *Absolutio à Iuramento impartienda est ab Episcopo iurantis.*
2 *Fertur stylus curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.*

RESO-

REspondetur, quod si actor, vel reus sint eiusdem Ciuitatis, res nullam habet difficultatem, quoniam ab ordinario erit impetranda.

Dubium tamen est, quid si sint diuersi fori, vt puta Neapolitanus cum Mediolanense, & factum est instrumentum Mediolani, in quo Neapolitanus, qui se ad certæ sūmæ solutionem adstrinxit, enormiterq; se lęsū contendit, prætendit rescindere contractum obtenta absolutione à iuramēto. Quæritur an Archiepiscopus Mediolanensis eam concedere possit, & Felin. in c.1. n.31.de iureiur. discutit huismodi questionem, refertq; discordātes Calder. & Card.opiniones, & tādem cōcludit in casu, quo necessaria nō sit citatio partis, vt procedat opinio Cardinalis, quod possit præfatus Archiepiscopus absoluere Borgn.dec.9.n.30.part.1. Cōtar. in l. diffamari in q. . . n.6.C.de ingen. & manumiss.

Licet nonnulli indictinctè teneāt absolutionē à iuramento ab Episcopo iurantis siue originis, siue domicilij fuerit coram quo conueniri posset pro obseruātia contractus præstari posse Calderin. consil.1. de offic. ordinar.& in cons.6.de iureiuran.Lapus allegatio. 10. Aret.cons.142.Couar.lib.1.variar.resolut.cap.4.nu.5. Capyc.decis.18.Gagliar.de absolutio.à iur.§.4.nu.55.

In Curia tamen Archiepiscopali Neapol. ex antiquissimo stylo absoluuntur omnes exteri à Iuramētis præstitis etiam extra Regnum, cuius obseruātiæ ratio est, quia actus absolutionis est pœnitentialis, secundum Anton.de Butr.in cap. debitores num.7. de iureiuran. & vbique locus est pœnitentiæ; cum anima non circumscribatur loco, vt notatur in capitulo omnis vtriusque sexus de pœnitent.& remiss.Calderin.cons.6. de iureiuran.Anna alleg.83.

RESOLVT. CCCIV.

Habilitatio à iuramento in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis, an tollat, quin instrumentum possit via ritus liquidari.

1 *Habilitatio à iuramento an impediat liquidationem instrumenti.*

1 IN hac quæst. respondetur negatiuè ex decisio. de Franchis 670.vbi dicit, hanc habilitationem operari tantummodo, quod non obstante iuramēto potuisset reus comparere in iudicio, & præuenire, nō autē vt ex hoc tollātur vires renuntiationis præuentioni prædictæ, quin suum effectum interim operaretur, & propterea posse procedi ad liquidationem instrumenti, ex latè deductis, per Felin.in cap.1.in 5.quæst.de iureiur. & per Butr.in cap.ad nostram il 2.eodem tit.Couarru. lib.1. variarum resolutio.cap.4. n.16. Gomes. variar. resolut.cap.14. vers. item quæro in tit. de restitut.minor.Guttierez in auth.Sacramenta puberum num.20. vers.ex quibus infero C.si aduersus vendit.

Item facit pro eadem opinione doctrina Carauitæ in ritu 168.n.95.qui tenet, data renuntiatione præuētionis cum iuramēto, non impediri exequutionem virtute ritus, etiam quod à iuramento super dicta renuntiatione præstita præcesserit habilitatio, ad finem agēdi, vt voluit etiam Gagliard. in tract. de absolut.iurā. §.3. num.37. & Thesaur.decis.165.quod procedit tam de instrumentis, quam de obligationibus penes acta paratam exequutionem habentibus.

RESOLV CCCV.

Iuranti omnia, & singula in instrumento contenta esse vera, & in nullo contrauenire, an sit danda absolutio.

1 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*
2 *Iuramenti absolutio conceditur stante læsione.*

SVpponatur in facto, quod quidam promiserit alicui centum ex instrumento facto, & iurauerit cuncta velle in eo cōtēta esse vera, & ea obseruare, atque facere, deinde aliqua non vera iudicans, seq; grauiter offensum, cupit ab eo iuramento absolui, vt agere possit ad contractus rescissionem, dubitatur an absolutio sit ei concedenda, & Roland.cons.47.n.31. & sequente lib.4. ait non esse concedendam, & hanc esse communem Doctorum sententiam.Borgnin.in decis.sæpe cit. 9.n.26. sequitur Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.59. num.7. & nouissimè Decian. in cons.46.num.90.lib.4.

Et tāta quidem est authoritas tot, tantorūque Patrum, qui in hanc sententiam iuerunt, vt me deterreat contrariam opinionem sequi, quam tamen, salua illorum reuerentia, puto veriorem, vbi iurans sit ænormiter læsus, cum solidissima sit conclusio, quod huiusmodi iuramentum non tollit hanc grauem offensionem, cum vinculū iniquitatis esse non debeat, vt per Pedemontanum decis. 41. num. 1. & sequent. & Rimin.Iunior. in cons.5.num.119.& seq.lib.1.

2 Et stante ænormi læsione, quod concedenda sit absolutio à iuramento docet Bald.in l.fin.nu.3.C.de non num. pecun. vide Borgnin. decis.9. n.42. Viuium opinio.532.Bero.in cons.39.num.13.lib.2.

Nec facit pōderatio plurium iuramētorum de qua Roland.dict.cons.5. prope finem, quoniam etiam si quamplura iuramenta cōcurrant, de omnibus est petenda absolutio & est concedēda, ex DD. cōgestis per Mancin.in tract.de iuramento q.7.p.5. vbi in fine subdit quod si cōmissa esset causa simpliciter cum facultate absoluēdi à iuramento, licet plura sint iuramēta, sufficeret, vt ab omnibus posset absolutio obtineri, quia vnum dicitur in aliud esse translatū ex Caputaquen.in decis.392.in fine lib.1.in manuscriptis.

His alludit Riminald.Iun.cons.5.num.144.lib.1.volens vbi quis medio iuramēto renunciauit omni iuris, & legum auxilio, non ob id prohiberi, quin petere possit absolutionem à iuramento, & agere ad contractus rescissionem ex authoritate Cornei, Alex.& aliorum quos citat, & sequitur Soccin.Iun.cons.144.n.42.lib.1. Parisius cons.12. num 87.lib.2. Roland.cons.7.nu.52. lib.3.Viuius opinio.129.num.9.& opin.532.

RESOLVT. CCCVI.

Cognitio nullitatis absolutionis à iuramento, an sit remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum.

1 *Iudex incompetens in causa principali, non est incompetēs in causa incidenti.*
2 *Articulus Spiritualis incidens coram Iudice laico remittendus est iudici Ecclesiastico.*
3 *Cognitio super validitate iuramenti est remittenda iudici ecclesiastico.*

SVpponatur in facto, quod quidam obtinuisset ab Episcopo absolutionem à iuramento ad effectum agendi, mouitque litem coram Iudice laico contra quendam pro rescissione contractus secum celebrati, asserens se ænormiter læsum, excipit conuentus absolutionem esse nullam, & subreptitiè obtētam, replicat actor, Iudicem sæcularem non habere iurisdictionem, neque cognitionem super huiusmodi exceptione, anscilicet, valida sit absolutio. Quare fuit dubitatū, quid iuris, & dubium faciebat mihi opinio, quod causa nō esset remittenda. tex.in l.quoties C.de Iudic. vbi Iudex incompetens in causa principali non dicitur incompetens in incidenti.

1 Cæterum hoc non obstante contrarium dixi, & cōsequenter causam esse omninò remittendam ad Iudicem Ecclesiasticum, & mouebar presertim primo per conclusionem iuris fūdatissimam, quod quādo in causa ciuili,

2 sa ciuili, quæ pẽdet corã Iudice sæculari emergit articulus aliquis qui est merè Ecclesiasticus, licet incidès sit, non cognoscit de eo, sed illum remittit ad Iudicem Ecclesiasticum, & interim supersedere debet super expeditione causæ, ita Gamma in decis. 194. nu. 162. & in dec. 207. n. 5. de Franch. dec. 512. & in dec. 502. vnde Bolognet. in l. 2. n. 44. ff. de iurisdict. omn. Iudic. voluit, quod causæ incidentes spirituales remitti debent ad Curiam Ecclesiasticam decidendæ, puta causa matrimonij, similium, & cum in quadam causa ageretur de successione cuiusdam de religione Hierosolymitana, & dubitabatur, an esset absolutus à religione, fuit remissa causa ad Iudicem Ecclesiasticum.

Hinc est, quod punctus validitatis ordinis incidens in captura clerici, est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum, & considerandæ persona clerici eidem Curiæ, restituenda tamẽ declaratione facta super inualiditate ordinis, ita de Franch. dec. 189. Ioã. Gramm. de Bell. exul. in prædicamẽto q. 3. special. 97. Tapia in ritu 235. n. 6. & n. 8. qui concludit sacrum Concilium semper remittere punctum sapientem spiritualitatem ad Iudicem Ecclesiasticum, & demum refert fuisse per Iudicem appellationis circa incapacitatem beneficij in fauorem clerici decisum, ad quod vide etiã Mascard. de probat. conclus. 302. n. 20. Caualc. dec. 10. nu. 20. & in decis. 21. num. 22.

Amplia suprapositam conclusionem, vt Iudex sæcularis in remissione huius articuli non possit præcipere, quod infra certum tempus causa expediatur per Iudicem Ecclesiasticum, quia hoc casu Iudex sæcularis se intromitteret in spectantibus ad iurisdictionem Ecclesiasticam, ita Bar. in l. præses col. fin. C. de appell. idem Bar. col. 2. Imol. col. fin. Alex. col. 2. vers. in glos. 1. Iason col. 4. vers. ex hoc infero in l. 2. ff. de iurisd. omn. Iudic. Innoc. in c. tuam de ordine cognit. Dec. in cap. ex insinuatione de procurat. Aufre. in clement. 1. reg. 5. Fall. fin. de off. ord.

3 Secundo pro hac eadem opinione mouebar, quoniam cognitio super validitate iuramenti non spectat ad Iudicem sæcularem secundum Curtium seniorem in cons. 65. n. 26. Purpurat. cons. 367. nu. 3. & seq. vol. 1. Vrsill. in addit. ad Afflict. dec. 220. num. 9. Borgn. dec. 9. num. 45. par. 1.

Tum quoniam nouissimis temporibus, iuxta hanc opinionem iudicauit Sacrum Consilium, vt testatur Io. Angelus Pisanell. in addit. ad Afflict. in dec. 220. & voluit etiam aute eum Marsil. singul. 167.

Ex quibus omnibus apparet deceptum fuisse Afflictum, qui in dec. 220. num. 8. & 9. asseruit, quod vbi Ecclesiasticus parte vocata, & causa cognita processit ad absolutionem, tunc Iudicem sæcularem non posse de illius validitate cognoscere, at secus si esset concessa absolutio parte maudita, & huic dist. arridet Roman. cons, 299. n. 2. & seq. Soccin. cons. 83. nu. 16. vol. 4. & Hippolytus singul. 369.

RESOLVT. CCCVII.

Absolutio à iuramento an sit necessaria, vbi extat ænormis læsio,

1 *Cõtractus non firmatur iuramẽto existẽte ænormi læsione.*
2 *Sed quid si fuit præstitum à maiore.*

FVit à me quæsitum an stante ænormissima læsione, non obtenta absolutione à iuramento contrauenire non liceat, & esse non necessariam, voluit magna caterua Illustrium Doctorum mota, quod vbi adest ænormis læsio, iuramentum non ligat. Hinc inferunt posse contrauenire nulla petita absolutione Dec. in cons. 180. nu. 6. & seq. Gabriel. concl. 3. n. 38. de arbitr. Maran. in pract. in 2. actu 3. p. 6. par. princ. num. 115. Corn. cons. 186. col. pen. vers. sed d. Auth. & consil. 166. col. 2. Ratione ergo, & vers. cum itaque lib. 1. Barbat. cons. 53. num. 21. in fine lib. 2. Grammat. cons. ciu. 128. n. 11. vbi de communi Rolan. consil. 7. nu. 53. lib. 3. Angel. consil. 118. in fine Cephal. cons. 499. num. 35. & seq. lib. 4. Alex. consil. 125. n. 1. versic. fortius etiam lib. 1. Cagnol. in l. 2. n. 92. vers. quando tamen C. de rescin. vendit. Alber. cons. 81. num. 54. latè Neuiz. cons. 21. n. 5. & 6. Pedemont. dec. 41. Soccin. iun. cons. 3. num. 41. lib. 2. Grammat. dec. 76. num. 21. Gozad. cons. 72. num. 6. Soccin. iun. de magis communi in cons. 3. num. 42. & 45. lib. 2. Simoncell. qui permultos congerit, & testatur de magis communi in suo tractatu de Decret. lib. 3. titul. 8. num. 231. Adde Rimin. iunior. in consil. 5. n. 120. lib. 1.

1 Cuius conclusionis ratio est, quoniam contractus non firmatur iuramento quando est ænormis læsio, ita Afflict. dec. 322. num. 9. & seq. Capyc. dec. 158. num. 25. Grammat. dec. 101. nu. 53. Pedemont. dec. 41. col. 1. & seq. Cassad. dec. vnica de empt. & vendit. Gomez decis. 96. lib. 1. in manuscript. Perus. decis. 18. num. 66. Non. cons. 57. n. 20. Purpurat. cons. 21. lib. 1. Corneus cons. 258. litera N. col. 3. vers. vbi autem iurans lib. 4. Ceph. cons. 466. num. 45. & 494. lib. 5. Dec. cons. 180. nu. 6. & consil. 551. num. 5. Roland. cons. 7. num. 43. & seq. lib. 3.

Nec obstat, quod in decis. Pedemont. 41. num. 8. & seq. fuerit tentum contrarium; quoniam plura ibi concurrebant, & quod iuramentum erat præstitum à maiore ex certa scientia, & quod expresè renunciauerat ænormi læsioni, etiam vltra dimidiam iusti pretij, exceptioni doli, & omni legum auxilio, quod plus refert, non erat probata ænormis læsio, vt dicitur nu. 11. in versic. Attamen in casu. Quibus concurrentibus dec. satis innititur iuri, quam pariter opinionẽ sequutus fuit iterum Senatus, vt testatur Thesaur. dec. 165.

2 Quamuis tutius sit, vt in primis illa impetretur, & ita Bald. in l. fin. n. 3. C. de non num. pecun. Borgn. dec. 9. nu. 42. Viuius opin. 132. Bero. cons. 37. num. 13. lib. 2. quemadmodum à simili iurans per metum, licet contractus sit nullus, melius est, vt petat absolutionẽ, Crot. in cons. 17. num. 4. lib. 1. vbi arbitratur esse necessariam, asserens ita cõmuniter tenere canonistas Nat. ta cons. 144. num. 4. lib. 1. Aymon. consil. 191. num. 7. asserens etiam ex contractu nullo periurium incurri si cõtraueniatur ex iuribus ab eo citatis, & firmat Affl. dec. 122. num. 6. Milis super verb. iuramentum licet sit dolo, declarat Iacob. videndus in l. si quis maior num. 65. C. de transact. Neuiz. cons. 21. n. 13. Gramm. consil. ciu. 97. num. 6. Angel. in l. si quis pro eo n. 8. de fideiussoribus, Couar. in epitom. de sponsal. cap. 3. part. 2. §. 3. num. 2. Capra reg. 87. n. 120. Aymon. de antiq. tempor. §. videamus modo num. 14.

RESOLVT. CCCVIII.

An in obligationibus in formâ cameræ concedatur absolutio à iuramento.

1 *In obligatione in forma Cameræ an sit concedenda absolutio à iuramento.*

SVpposito, quod ab omnibus iuramentis, in quibus læsio, aut iniquitas prætenditur, absolutio concedi soleat, quæro quæ sit causa, quod vbi partes se obligauerint in forma cameræ medio iuramento, non soleat à tali iureiurando absolutio concedi, vt post Staphil. & alios annotauit Couar. lib. 1. var. resol. c. 4. nu. 6. vers. 3. aduertendum, & Cassad. dec. vnica de mutuis petitionibus.

Verum præfatum dictum Staphyl. relatum à Couar. vbi supra, intelligendum fore, quod non detur absolutio ad effectum impediendæ exequutionis, vt bene

declarat Galles.de camerali obligat.in 2. par.tract.& 6.forma,q.2,quoniam esset tollere,& impedire commercia,si statim obtenta absolutione taliũ obligationum, exequutio retardaretur; & propterea Auditor Camerę speciales habet facultates procedendi ad talium obligationum exequutionem, absolutionibus à iuramento non obstantibus, vt refert Galles. ibid. & habes per Mohed.decis.79.in fine;quę incipit,Ioannes Melendec,Tholom.decis.32.cuius initium est,Romana obligationis,& rursus in decis.45. incipien. Romana obligationis,& iterum decis.66.incip.Romana pecuniaria in manuscript.

RESOLVT. CCCIX.

Absolutio à Iuramento an sit concedenda periuro?

1 *Periuro non est concedenda absolutio à iuramento.*

SVpponatur in facto,quod quidam pro obseruantia contractus interposuerit iuramentum;quare cum egisset,& consequenter contrauenisset iuramento ante absolutionem obtentam, fuit dubitatum, an stante periurio iam incurso absolutio sit cõcedẽda; & antequam ad huius quæstionis dilucidationem veniamus necesse erit in primis supponere, quod præfatus contraueniens debet non tantum absolutionẽ à iuramento petere,verum etiam narrare periurium iam incursum, vt ab eo quoque absoluatur ita Afflict. in decis. 220.n.17.Vrsill.in addit.eiusdem Afflict.dec.8.num.3. Iaffred,decis.17.Alban.cons.39.Merenda consil.22.

1 Et redeundo vnde progressi sumus,dico,quod stante periurio iam incurso absolutio nõ est concedenda, vt consuluerunt Alexandr.consil.96.n.14.lib.6. Felin. cap.1.num.28.de iureiurando Cagnol.l.si quis maior. num.153.C.de transact.Roland. consil.34. num.2. vbi de communi lib.1.Alexand.cons.17.n.4. lib.3. Borgn. dec.9.nu.35.part.1.Corne.cons.6.colum.penult. vers. in casu autem lib.1.Seraph. de priuileg. iuram. priuileg.vltim.num.9.

Quæ opinio communior,ab omnibus est recepta,vt testatur Felin.cap.1.num.28. de iure iurando, vbi limitat,quando iurans incurso iam periurio ob motam litem non perseuerat in peccato,sed recurrit ad superiorem, narratoq; iuramento,& eius contrauentione, petit tàm à iuramento ad effectum agendi, quàm ab ipso iam incurso periurio absolui, quoniam tunc est absolutio indulgenda:prout passim vidisse concedi in signatura gratiæ,neque vnquam prorsus denegari testatur Mancin.de iuramento part.6.quæst.6.prout vidisse pariter concessum, testatur Cagnol. in l. si quis maior num.154.C.de transact.

Facit etiam,quod refert idem Mancin.loco citato, quod cum commissa fuisset de anno 1593.quædã causa Tudertina rescissionis Illustris.D.Card.Blanchetto tunc Rotæ Auditori; & pro parte Tarquinij S.Crucis fuisset oppositum de periurio,stante,quod causa fuisset commissa non obtenta absolutione à iuramento, fuit recursum ad signaturam, qua proponente coram Clemente Octauo fuit concessa absolutio non obstante periurio iam incurso.

RESOLVT. CCCX.

An habilitatus à iuramento ad effectum agendi intelligatur etiam absolutus ad effectum rescindendi contractum.

1 *Habilitatio à Iuramento exigit aliam absolutionem.*
2 *Actus absolutionis non debet operari vltra intentionem absoluentis.*

SVpponatur in facto,quod quidam fuit habilitatus à iuramento apposito in contractu, ad effectum agendi, quare fuit dubitatum, an si constare fecerit de iuribus suis, & exigatur alia absolutio, vt possit postea venire contra contractum, dubiũ faciebat mihi pro opinione negatiua doctrina Paul. de Castro in cõs.219.incip.In Christi, vbi singulariter voluit,quod per dictam relaxationem iuramenti, ad effectum agẽdi,licèt à principio talis absolutio non sit plena,tamẽ postea ex probationibus factis vocata parte repeletur;Nec est necesse iterũ absolutionem petere,& sufficere debet prima: Faciebat, secundo,quia si per relaxationem iuramenti fuit sibi data licentia,vt agat,videtur etiam data,vt peragat parte tamen vocata in peragendo l.qui procuratorem dat ff.de procuratoribus l.si quis instituatur,ff.de hæredibus instit.

1 Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium fuit decisum,quod per necesse sit iterum absolutionẽ petere,& quod non sufficiat prima absolutio, ita Felin.in cap.1.col.pen.de iureiuran. & in cap. debitores 3.&4.quæst.eod.tit.Bald.decis.23.Benintend.decis.14. vbi reddit duplicem rationem.

Prima quia actus limitatus parit effectum limitatum l.in agris ff.de acquir.rer.dom.

Secunda ratio, quia actus absolutionis non debet operari vltra intentionẽ absoluentis l.non omnis ff. si cer.pet.nam relaxato vno iuramẽto petitur absolutio alterius iuramenti, & persona prius est habilitanda quam actio cumulanda, ideò cum isto casu Præfatus remaneat absolutus solum ab isto capite,in quò iuramentum obstabat,ne ageret igitur ex alio ligatus remanere videtur scilicet obseruantiæ contractus.

His addo tertiam rationem,quia habilitatio ad effectum agendi non operatur circa rescissionẽ contractus, sed solum,vt valeat is de suis iuribus experiri, non obstante iuramento,secundum Castrens. in cõsil. 259.vol.1.Aymon.in consil.7.num.6.Grammat. cons. 88.in ciuilibus, Afflictum in decis.220. quinto dubio, & Vrsillum ad Afflict.decis.31.

Vnde non obstat text.in cap.veniens il ;secondo de testibus, quia loquitur in probatione ad effectum agendi summariè facta,quia tunc benè requiritur plenior ad finem obtinendi.

Tamen quicquid sit,fuit decisum in Sacro consil. absolutionem à iuramento obtentam, suffragari ita, & taliter, quod non sit necesse alia absolutione ad obtinendum, vt dicit Afflictus in decis.322. numer. 12.Bilotta de absolut. iurament. lib.1. capitul.8. numer.3.

Notabilia quædam in materia absolutionis à iuramento.

1 SOlus Papa concedere potest absolutionem, quãdo est dubiũ an sit concedenda Alex.cons.66.n.6.lib.6. Viu.opin.2.num.1.Neuizan. cons.23. num.11. Borgn. decis.9.num.25.in fine part.1.Seraph.de priuil.iuram. priuil.60.num.10.vers.3.est notandum.

2 Iudex laicus potest compellere partem ad relaxandum iuramentum si est iniquum Couar.post plures ab eo relatos in c.4. var. resol.n. 5. verum vt res ista lib. 1.affirmat compellere posse,quod placuit etiam alijs, & boni præsides faciunt iniqua iuramẽta relaxari per capturam personæ, vt notabiliter dicit Bal. quem refert,& sequitur Aymon.cons.192.n.2.Roland.cons.7. n.50.lib.3. cum congestis per Neuiz.cons.21.n.25. Felin. in c.1.n.22. de iureiur.

3 Absolutio potest peti tempore feriarum; quoniam cum in eius concessione summariè procedatur, feriæ non præbent obstaculum, vt post Calder. & alios ab eo citatos,adnotauit Felin. in c.1.n.32. de iureiur.

Absolutio non est necessaria hæredi iurãtis,Gabriel de

de iure dot.concluſ.1.num.18. Pedem.deciſ.142.num. 5.verſic.3.quando,Menoch.conſil.24.num.2.lib.1.Ratio manifeſta eſt, quoniam quoad reatum periurij iuramentum eſt perſonale,Pariſ.conſil.75.num. 23.lib.3. adde Cagnol. in l.ſi quis maior num.206.C.de trãſact.

Non eſt neceſſaria abſolutio in iuramento erroneo, Menoch.in conſ.24.num.7.lib.1.

Abſolutio conceſſa ex falſa cauſa tenet,extat deciſ. Rotæ 7.de ſent.excomm.in nouis,Caputaq.1.par.1.in impreſſis, quæ habentur in manuſcriptis deciſ.110.incipiens, abſolutus ex falſa cauſa lib.1. quod ex falſa cauſa abſolutus sẽper remanet abſolutus,& abſolutio tenet, proinde quæſt.ipſa nõ eget vlteriori diſcuſſione.

Non eſt neceſſaria abſolutio, ſi præſtitum eſt iuramentum in caſibus, quibus de iure nõ ligat.Cardinal. in conſ.35.num.1.in fine verſ. ad ſecundum facilis.

Neceſſe eſt petere abſolutionem ſi iuramentum eſt temerarium, Anchar. in cap.cum quidam num.5.& 6. de iureiurando.

Moroſo non implenti medio iuramento promiſſa, & conſequenter periuro,petenti abſolutionem à iuramento, non eſt concedenda ſecundum Bero. con.155. num.31.lib.1.verum oppoſitum verius exiſtimat.Mãcin.de iuramento part.6.quæſt.30.

Abſolutio à iuramento poteſt impetrari ſine mandato,cum ſit gratia, & poteſt concedi abſenti,& ignoranti Felin.in cap.1.de iureiurando,debet tamen ſequi ratificatio, quæ debet fieri in tempore Roman.conſil. 427. Miles in repertorio in ver. Ratificatio.Prax. Archiepiſc.cap.4.num. 11.

Abſolutio à iuramento non eſt concedenda quando tempus ita imminet, vt periurium incurratur ſecundum Neuizan. conſil.23. & Afflic. deciſ.31. qui refert Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam non eſſe ſolitam concedere abſolutionem à iuramento niſi ſuperſint viginti dies termini ſolutionis, quæ obſeruãtia hodie ceſſat,cum per eandem curiam concedatur, etiam ſi vnus dies termini ſupereſſet.

Finis tituli Praxis Abſolutionis à Iuramento.

PRAXIS POENARVM.

RESOLVT. CCCXI.

Pœnam pecuniariam an poſſit Epiſcopus ſuis clericis imponere.

1 *Prælatus poteſt clericis pœnas pecuniarias imponere.*
2 *Poteſt etiam Epiſcopus pœnas pecuniarias ſibi applicare.*
3 *Epiſcopus quoque debet pro euitanda auaritiæ ſuſpicione pecuniariam pœnam conuertere ad pios vſus.*

1 IN hac quæſtione continuo tres concluſiones.

Prima ſit concluſio, poſſe Prælatũ ſuis clericis pecuniariam pœnam imponere, & hæc eſt communis opinio ſecundum Panormitan. & reliquos in cap.vt clericorum num.10. de vita, & honeſtate clericorum,Vgolin. de poteſtate Epiſcopi cap.56.n.5.part.2. Baiard.quæſt.80. in principio,Iaffred. Bald.dec.63.Cephal.conſ.30.num.4.volum.1.Artamã.conſ.21.& Peregrinus de iure fiſci lib. 1.cap.2.cuius concluſionis vera ratio eſt, quoniã hodie Epiſcopi de generali conſuetudine habent fiſcum, vt ſcribit Panuinus quẽ refert Diaz in pract.crim.canonica c.134.num.2. vbi in cap.124. in fine dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & conſuetudine roboratã, & hanc etiam opinionem eſſe vſu comprobatam teſtatur Felin.in cap.irrefragabili §.1.num.11.de officio ordinarij, Viuius qui de communi pariter teſtatur in opinione 255. & Clarus in quæſt.80. num.5.

Quam concluſionem intelligas tunc eſſe clericum pœna pecuniaria puniendum, quando id fieret correctionis zelo, præſertim vbi ea magis timeretur quam corporalis gloſ.in cap.licet,vbi Panormitanus de pœnis,Follerius in pract.crim.canonica cap.133.num.26. Vrſillus ad Afflict. deciſ.49.nu.3.Coler.deciſ.40. & ſecundum Quar. nouiſſimè in ſumma Bullarij in verbo pœnæ pecuniariæ,tamẽ debet adhiberi cautela, ne in illa imponẽda modus excedatur,ſed perſonarum conditio, & delicti qualitas attendatur, Hoſtienſis in §. quid pertinet in ſumm.de officio ordinarij.

2 Secunda ſit concluſio, poteſt Epiſcopus pœnas pecuniarias ſibi applicare, vt dicit Bald. in auth.bona damnatorum lib.2.C. de bonis proſcriptorum Anan. in cap.excommunicatus in principio num.9. de hæreticis, Angelus de maleficijs in verbo eius bona n.30. Barbatia conſ.22.n.12.vol.3. Gomez ſuper l.7. Tauri n.75.Franc. Marc. deciſ.339. num.12.part.1. & hanc opinionem dicit communem Couar.lib.2.var.reſolut. cap.9.num.11.

Amplia procedere etiam ſi cõtra laicos lata ſit,vbi delictum Eccleſiaſticum commiſſum eſt ab ipſis, ita Diaz c.145. Sbroz.lib.2. de Vicario Epiſcopi q.80. Guido Papa conſil.23.

3 Tertia, & vltima ſit concluſio,licet hæc omnia poſſit Epiſcopus, tutius tamen eſſet,ac honeſtius pro euitanda ſuſpitione auaritiæ pecuniariam pœnam deputare ac couertere ad pios vſus,ita Hoſtienſis in citato §.quid pertinet de officio ordinarij,Panorm.in cap.licet de pœnis,Felin.in cap.irrefragabili de officio ordinarij,Couar. citato loco n.13. & Clarus citata quæſt. 80.num.5.vnde Concilium Tridentinum ſeſsione 25. de reform.cap.3. præcipit, vt mulctę pecuniarię eoipſo,quod exactæ fuerint, pijs locis aſsignentur,& ſacra Cõgregatio Concilij Interpres cenſuit, de ipſis Epiſcopũ nec poſſe portionẽ aliquã aſsignare Vicario pro ſua mercede, & minus Cameræ Epiſcopali,nõ obſtante contraria conſuetudine,etiã in minima parte ex eiuſdẽ Sacræ Congregationis ſententia, de quaatteſtatur Sbroz. in addit.ad q.143.lib.2.de offic.Vicar.

Limita vbi Epiſcopatus admodũ pauper eſſet,tunc .n.eas ſibi aſſumere poteſt ſecũdum DD. citatis locis præſertim in cap. irrefragabili,& ratio eſt,quia prima charitas incipit à ſe ipſo l.præſes C. de ſeruitutibus,& aqua, & ita annis elapſis,fuiſſe declaratum per eandẽ Sacram Concilij Tridentini Congregationem affirmat Andr.Molfeſ.in commẽtar. ad cõſuetud.Neapol. p.4.quæſt.64.ſub num.24. Hinc eſt,quod obligatus facere eleemoſinam nomine alterius, poteſt ſibi ipſi illam facere, ſi eſt in neceſſitate,Felin. vbi ſupra,& Armil.in ſumm. in verbo eleemoſinæ num.3.& obligatus ad reſtituendum pauperibus poteſt ſibi retinere tanquam vni ex pauperib.Nauar.in manuali cap.7.num. 91.& in conſil. vnico de mendicantibus validis,quare licet Inquiſitores pœnas pecuniarias non poſsint ſibi retinere, ſed in pios vſus conuertere, permittetur tamen eis pro neceſsitate, & vtilitate officij retinere.

Quicquid tamen ſit in omni caſu eſt conſulenda ſacra Congregatio explicãdo ei redditus, & onera Epiſcopalia.

RESOLVT. CCCXII.

Qua pœna puniatur Sacerdos eodem die duas Miſſas celebrans.

1 *Sacerdos non habens legitimam cauſam celebrandi duas miſſas,acriter puniri debet.*

IN facti contingentia dicebam, quod cum Sacerdos hic, de quo verba facimus, non habebat legitimã causam celebrãdi duas Missas, proinde veniebat acriter puniendus, ex veriori Doctorum sententia asserentium esse prohibitam celebrationem plurium Missarũ eodem die, per cap. sufficit de cons. dist. 1. & cap. consuluisti de celebr. Miss. ita Archid. & Card. de Turrecrem. in d. cap. sufficit Angelus in verb. Missa num. 46. Sil. in verb. missa, el 2. num. 7. Nauar. cap. 25. num. 87. Menoch. de arbit. cent. 5. casu 407. qui alios refert.

Et inter legitimas causas vltra sacratissimã Noctẽ Natalis Dominici connumeratur etiam secũdum aliquos causa subsidij, vt in casu incapacitatis loci, idest si esset Ecclesia parua, & populus frequens, vel in magna Sacerdotum penuria, vel quando quis præest duabus Ecclesijs vnitis, indigẽtibus duabus missis in quib. cõsistit cibus spiritualis ministrandus parochianis, sicut è contra illi in subsidium parocho tenentur ad cibum temporalẽ, nec est in eo loco alius qui celebret, tunc enim duas missas etiam extra Sanctissimum Natale Domini Nostri Iesu Christi impunè celebrare permissum esse affirmãt venerabiles Patres, sicuti necessitate vrgente potest quis dicere missam in loco non sacro c. consuluisti, vbi glos. de celebrat. miss. c. sufficit de consecrat. dist. 1. Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 87. iuncto cons. 4. n. 5. & cons. 9. de celebr. miss. lib. 3. summa Sylvest. tit. de missa in quantum ad celebrationem part. 2. vbi vndecim casus reseruantur, quibus præter diem Natalis Domini possunt tantum duæ missæ celebrari; ita tamen, vt Sacerdos secundam Missam celebrans in priori purificationem non suscipiat, & sit omnino ieiunus, Nauar. d. c. 25. nu. 88. summa Sylvest. loco annotato versic. 3. quando, Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 35. num. 64.

Hodie tamen cautius agendum est, neq; ita facilè admittuntur in supradictis casibus ad celebrationem plurium missarum presbyteri potissimum suspecti, veluti parum docti, & pauperculi, vt tradit Sot. 4. sent. dist. 13. q. 2. col. 5. Diaz pract. crim. c. 35. ideò abstinendum esse à celebratione duarum Missarum laudat Thesaur. fori Eccles. loco prædicto n. 64. in fine Durand. in rational. diuin. lib. 4. cap. 1.

Quare cũ præsens casus pluries accidisset in Curia Archiepisc. Neapol. in persona cuiusdam Sacerdotis, qui extra supra citatos casus eodem die plures missas celebrauerat; fuit per eandem curiam imposita pœna triremium per triennium, & suspensionis à celebratione Missæ de cuius decis. ratione mirandum quippè nõ est, quoniam secundum Diaz in pract. crimin. cap. 35. potest Iudex pro facti qualitate, & populi scandalo pœnam, quam sibi malit plures missas eodem die celebrantibus infligere, & ita etiam voluit Maiol. de irreg. lib. 3. c. 15. num. 6. Menoch. in addit. ad 2. lib. de arbit. Iudic. casu 407. Henriq. consil. 83. num. 5. & seq.

RESOLVT. CCCXIII.

Qua pœna puniatur clericus sodomita.

1 *Referuntur variæ pœnæ sodomiæ.*
2 *Sodomia committitur etiam præpostera venere mulieres cognoscentes.*
3 *Sodomia pœnæ an locum habeat per vnicum actum.*

1 IN hac quæstione respondendo considerabam, quod licet de iure sit pœna mortis, tàm in agente, quàm in patiente, iuxta tex. in l. cum vir nubit in fœminam C. de adulterijs, & est communis conclusio, vt dicit Soc. iun. in cons. 7. n. 3. vol. 1. Ant. Gomes. sup. l. 80. Tauri num. 32. & quamuis tex. ille, videatur imponere pœnam gladij, idest amputationis capitis, tamen de consuetudine est quod sodomitę igne comburuntur, & dicit Angel. in d. l. cum vir nubit in fœminam, quam refert Aff. ict. super 3. part. constit. Regni rubr. 42. in principio post num. 13. pract. Iodoc. cap. 96. nu. 12. & ita in facto pluries seruari vidit Clar. in §. sodomia num. 52. & Bomb. in cons. 65.

Circa tamen materiam, & pœnam istius nefandi criminis contra naturam, tàm de iure ciuili, quam canonico vide Doct. in cap. clerici extra de excess. Prælat. Aret. de malefic. *che hai adulterato la mia moglie*, n. 53. & 54. Bonifac. in tractat. malefic. rubr. de adulterio n. 10. & seq. car. 391. & rubr. de raptor. nu. 4. & seq. Lancell. Conrad. de offic. prætor. rubr. de sodomia Liber. de iurepatron. lib. 2. art. 18. qu. 9. in prima parte, Maiol. de irreg. c. 33. lib. 3. latissimè Iodoc. in pract. crim. rubr. de peccato contra naturam, Bermõd. in tract. de publ. concub. rubr. de peccato sodomiæ num. 33. & seq. & 37. Plot. consil. 50. lib. 1. Mant. conf. 127. lib. 1. Sotus cons. 32. lib. 4. vol. 2. Bertazzol. cons. 71. num. 63. 64. 65. 66. & ibi apostilla lib. 1. crimin. Diaz. pract. crim. tit. Nefãdi criminis c. 80. Clar. pract. crim. §. sodomia col. 1. Alfer. alleg. 1. Decius consil. 83. Nonius consil. 104.

Vbi clericus priuatur omnibus beneficijs, suspenditur ab ordinibus, & detruditur in perpetuos carceres, & nõ potest promoueri ad alios ordines sine dispẽsatione, & fit irregularis, si celebrat post hoc delictum commissum, etiam quod sit occultum secundum Foller. in pract. crimin. de, sodomia Clar. pract. crim. §. sodomia col. 1. vers. item clericus, Maiol. d. c. 43. lib. 5.

De iure vero nouissimo per Bullam Pij V. sancitum est, quod clerici exercentes sodomiam debent tradi Curiæ seculari, vt moriantur, & omni priuilegio clericali, officio, omni dignitate, beneficio Ecclesiastico ipso iure priuati sint exercentes tale facinus, vide Nauar. cap. 27. à num. 248. Couar. de sponsal. 2. par. c. 7. §. 5. num. 7. & impedit ordinis exequutionem, Staphil. fol. 140. n. 5. ratio verò cur priuetur beneficio est ob grauitatẽ criminis cap. mulier. 15. q. 1. & quæ allegat Rebuff. de mod. amit. benef. num. 38. quod tamen limita, & intellige, iuxta notata per Nauar. in Manuali c. 27. nu. 249. vbi refert partem Bullæ Pij V. & quod degradatus per Iudicem Ecclesiasticum tradatur Curiæ seculari vide Diaz in pract. crim. canon. c. 86. vide c. clerici de excess. Prælatorum cap. flagitia 32. q. 7.

2 Amplia primo procedere non solũ in clerico sodomita masculorum concubitore, sed in eo, qui fœminam præpostera venere cognouerit, cum in hoc casu sodomia propriè committi dicatur sicuti præ alijs voluerunt Afflict. in cõstit. Regni legum asperitate lib. 3. rubr. 42. nu. 13. Clar. qui de communi opinione attestatur in §. sodomia, vbi retulit per Senatum fuisse cõbustas, tam ipsas mulieres, quàm viros, qui ad eas prepostera venere accesserant, refert Gomes. super l. 80. Tauri num. 83. quod in oppido Talaure fuit cõbustus quidam, qui propriam vxorem contra naturam carnaliter cognouerat, quibus omnibus addo Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. casu 286. nu. 5. & in addit. ad eundem casum num. 40. Couar. in epitome de sponsal. & matrimonijs part. 2. §. 5. num. 7.

Nunc limita procedere tantum in Clerico habente copulam sodomiticam, quæ non alias consumari dicitur, nisi intra vas contra naturam semen effunderetur argumento text. in cap. fin. de spõs. & ita declarat Nauar. vbi supra, quem sequitur Lopez ad Diaz in d. c. 86. & Rodriq. tàm in summa, quàm in tom. 1. qu. reg. quæst. 30. art. 18. Vgol. in tract. de irregular. cap. 43. §. 3. nu. 4. secus autem si extraordinariam pollutionem cum puero haberet, quamuis inter actus sodomiticos computetur.

3 Limita secundo procedere tantum in eo, qui quasi ex vsu cõtinuo talem actum exerceret, & hoc probatur per illud verb. exercentes positũ in Bulla, ita Nauar. in Manuali cap. 27. num. 249. Nouissim. in praxi c. 67. Addit.

67. Addit. ad Quarant. in summa Bullarij in verb. sodomia reiecta opinione Salzedi ad Diaz dicto c. 86. contrarium asserentis.

RESOLVT. CCCXIV.

Quænam pœna exequi debeat inter plures, à diuersis Iudicibus inflictas.

1 *Iudicibus diuersas sententias proferentibus attendi debet sententia in minori summa.*
2 *In pœnis benignior pars est interpretanda.*

1 QVia sæpissimè euenit, quod inter pares Iudices numero facilè dissentitur ad tex. in l. item si vnus §. propter ff. de arbit. & natura hominum prona est ad dissentiẽdum l. quia poterat ff. ad Trebell. c. super literis de rescript. glos. in cap. fin. 63. dist. & Cagnol. in l. 2. n. 163. ff. de orig. iur. iux. illud, quot capita tot sententiæ. Quare cum per Iudices Curiæ Archiepiscopalis quandoque eueniat diuersas pœnas inferri, ea propter fuit dubitatum, quid esset faciẽdum; in primo casu dicebant aliqui, in criminalibus humaniorem interpretationem accipiendam esse ad tex. in cap. odia de reg. iur. in 6. & tex. in l. in pœnis ff. eod. tit. vbi in pœnis, be-
2 nignior est faciẽda interpretatio, & in obscuris minimam pœnam exigẽdam ait tex. in l. in obscuris ff. eod. tit. & propterea dicebatur in casu, de quo agebatur, in minorem pœnam Dominos Iudices inclinasse l. diem proferre §. si plures arbitri ff. de arbit. vbi quærit ibi Iurisconsultus, si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decẽ, tertius in quinque cõdemnet, cuius sentẽtiæ stetur, & Iulianus scribit quinque debere præstari, quia in eam summam omnes consenserunt, & subdit glos. nam maiori summæ minor inest. l. inter pares ff. de re iudic. & ibi Ias. & tex. in c. 1. de arbit. in 6. Surd. cons. 472. nu. 73. vol. 3. Roland. cons. 132. vol. 1. Alban. cons. 60. n. 4. & seq. Lanfranc. de arbitr. q. 12. Laderch. cons. 173. vol. 2. hinc Mastrill. in decis. 183. voluit, quod si ex sex Iudicibus duo pecuniariam sententiã pronũciant, duo autem in exilium mittunt, duo tandem capitis damnant, non vtiq; media, qnæ est exilij, sed mimina sequenda est, quoniam non sunt plures, qui capite, vel exilio condemnant, quam qui pecunia, nõ inquam grauior eligenda, quia mortem inflixit, nec media, ex eo, quia iam fuit excluſa grauior, sed illud restat, vt relatio fiat inter mediam, & minorem, & ita etiam voluit text. in c. 1. de arbitr. in 6. de cuius intellectu plura per Garz. in tract. de expens. cap. vlt. nu. 8. & Alber. Galeot. in sua marg. c. 12. num. 9. pact. Alcia. l. 9. Parerg. c. 14. dicens in criminalibus humaniorem interpretationem accipiendam esse, licet ipse mediam opinionem accipi debere arbitretur, quem impugnat Cuiac. lib. 2. obseruat. cap. 16.

RESOLVT. CCCXV.

An pœnam impositam delinquentibus per sententiam Vicarij, possit Episcopus mutare, seu vulgo aggratiare.

1 *Pœna semel dicta amplius ea reuocari non potest.*
2 *Non potest Episcopus vti Iudex sententiam ab eius Vicario latam reuocare.*
3 *Sententiæ mutatio regulariter, siue additio, siue diminutio, est prohibita.*
4 *Non potest Iudex conuersam pœnam pecuniariam in corporalem, pœnam pecuniariam exequi & corporalem dimittere.*

1 HVic disputationi respondi negatiuè ex pluribus. Primo, quia pœna semel dicta amplius reuocari non potest l. pœnam C. de pœnis l. si operis C. eodem facit text. in l. diui ff. eodem tit. de pœnis.

2 Tum secundo, quia cum Episcopus, & Vicarius faciant vnum, & idem Tribunal cap. Romana de appellat. in 6. cap. non potest de cõsuetudine eod. lib. igitur nõ potest Episcopus vti Iudex sententiam ab eius Vicario latam reuocare ad tex. in l. Iudex postea quã ff. de re iudicata cum similibus, Sola in constitutione Sabaudiæ in titul. de falsis glos. vltima nu. 11. Beatius de inope debitore cap. 18. num. 5. vbi post Felin. Iason. & Tiraquell. voluit quod Episcopus, & sic Iudex ante sententiam potest reuocare sentẽtiam ex causa, secus post, quibus addi possunt, quæ in hac materia scripsit de Franchis in decis. 398. quare in prætorio Pedemontan. fuit dictum, quod cum Senatus ille sit loco Principis propterea potest post latam sentẽtiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad instantiã fisci, quod quidem non procederet, si non haberetur loco Principis.

3 Tum tertio, quia sententiæ mutatio regulariter, siue additio, siue diminutio est prohibita secundum Artamanum decis. 1. de sententia, vnde Thesaur. in decis. 135. voluit quod Iudex, qui in sententiæ prolatione de interesse nihil dixit, non possit postea iterũ illud adiudicare part. actrice petente, per tex. in l. terminato C. de fructibus, & lit. expensis, & ibidem Bald. colum. 18. qui voluit quod neque possit adiudicare fructus, neque expensas secundum Speculatorem titul. de exceptionibus §. pœnam Bertachin. in repertorio in verbo Iudex num. 172. Cravet. consil. 30.

4 Tum quarto, quia ex decis. Rotæ. Cataloniæ 91. nõ potest iudex post conuersam pœnam pecuniariam in Corporalem, pœnam pecuniariam exequi, & corporalem dimittere.

Cæterum præfatis non obstantibus cõtrarium quotidie obseruatur in praxi, nam Episcopi hodie faciunt Gratiam de omnibus delictis, & consequenter videntur reuocatæ ipsorum Vicariorum sententiæ, & hodie In Curia Archiepiscopali Neapol. in sententiarũ prolatione adijcitur clausula in fine sententiæ (salua moderatione, & commutatione Illustrissimi Archiepiscopi) quæ clausula sumpta est ex Bald. in authentica interdicimus C. de Episcop. & clericis, Felin. in cap. qualiter, & quale il 2. §. ad corrigẽdos de accusationibus. & virtute præfatæ clausulæ omnia argumenta supra inducta facile tolluntur, quamuis secundum Alban. cons. 74. num. 66. Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis. latiss. Genuens. in praxi Archiep. c. 57. Guazzin. de defens. defens. 34. cap. 3. num. 6.

RESOLVT. CCCXVI.

An capitulum Sede vacante possit aggratiare remittendo pœnas condemnatis per Episcopum.

1 *Episcopus non potest aggratiare exulem.*
2 *Pœnam inflictam iudex reuocare nequit.*
3 *Aggratiare post sententiam est de reseruatis Principi.*
4 *Capitulum succedit in omnibus quæ Episcopo competere debent.*
5 *Archiepiscopi Neapolitani faciunt gratiam de omnibus delictis.*

FVit dubitatum in Cur. Archiepiscopali Neapolit. tempore, quo sedes vacabat ob mortem Felicis Recordationis, & nunquam satis laudati viri Domini Cardinalis de Aquauiua, an capitulũ potuisset aggratiare, & consequenter remittere pœnas inflictas delinquentibus per curiam prefati Illustrissimi Domini, Dicebant aliqui, quod non, & mouebantur ex pluribus.

1 Tum primo, quia si Episcopis, hoc denegatur, igi-

tur & capitulis, vnde Episcopus non potest reuocare exulē, vt voluit Diaz in praxi canon. cap. 137. Follet. in praxi canon. in verb. & si commititi nu. 125. Rodolfin. de ducibus Ital. q. 33. Balb. cons. 90. Artaman. cons. 23. Bononien. cons. 206.

2 Tum secundo, quia pœnam inflictam nemo reuocat, vt voluit text. in terminis in l. pœnam Cod. de pœnis, & text. in l. si operis C. eod. facit text. in leg. præses ff. eod. tit. de pœnis, & latissime Lanar. cons. 5.

3 Tum tertio, quia facere gratiam post sententiam est de reseruatis Principi secundum Bartolum in l. acta ff. de re iudicat. & in l. Imperium in prima lectura ff. de iurisdiction. omnium iudicum, Salicet. in l. cum indulgentiæ num. 2. Cod. de sentent. pass. vnde Bossius in sua prax. in tit. de remed. ex sola clementin. Principis nu. 41. voluit quod domini, quibus non competunt iura Imperij non possunt aggratiare post sententiam, allegat Bald. in l. seruos Cod. ad l. iul. de ui public.

Tum tandem, quia secundum glos. in clementin. 1. de hæretic. quam sequitur Felin. in cap. cum olim de maioritat. & obedient. capitulum non succedit nisi in his, quæ sunt iustitiæ, & quoties actus de necessitate expediendus veniret, secus autem in his, quæ sunt merę gratiæ, prout in casu nostro, ita enim voluit Ioan. Monac. in cap. unic. de maioritat. & obedient. lib. 6. & in c. fin. de suppl. neglig. Prælat. eodem lib. Gemin. in d. cap. unic. sub num. 4. Felin. in cap. cum omnes num. 10. de constit.

4 Cæterum præfatis non obstantibus contrariū fuit resolutum per eamdē curiam, & moti fuimus ex reg. iur. generalissima, quod capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis tam contentiosæ quā uoluntariæ secundum citat. glos. in clementin. 1. de heretic. Panormitan. in cap. cū olim de maioritat. & obedient. post Innocent. & Hostiens. in cap. ad abolendam de hæretic. Federicus de Senis in consil. 130. hinc est, quod capitolum Sede uacante potest dispensare in casibus Episcopus permissis secūdum Panormitanum in cap. at si clerici num. 16. de iudic. Zabarella in cap. cum omnes quæst. 10. de const. Pauin. part. 1. quæstione 5.

Ex quibus omnibus capitulum aggratiauit nonnullos pro varijs delictis condemnatos.

5 Quare non obstant contraria, quia supradicta firmata conclusione soluuntur: non obstat, quod Episcopus non possit facere gratiam, quia contraria opinio est verior, ac iuri consonans, nam Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis secundum Alban. cons. 74. num. 66.

RESOLVT. CCCXVII.

Aduerte tamen, quod non loquimur hic de pœnis pecuniarijs, quæ etiam Sede vacante non debentur Cameræ Apostolicæ, sed locis pijs applicantur iuxta mentem Conc. Trid.

De pœna clerici committentis delictum Sede vacante, ad quem pertineat.

1 *De delicto commisso Sede vacante quisnam cognoscet Nuntius Apostolicus, an Episcopus successor.*

1 SVpponatur in facto, quod quidam clericus Neapolitanus Sede Archiepiscop. vacante, cum delictum perpetrasset, & post modum à successore in Archiepiscopatu, bona eiusdem clerici ob falsam monetā, vel ob alios casus in iure expressos essent confiscata; dubitatur an dicta cōfiscatio pertineat ad Nuntiū Apostolicum quasi tempus delicti inspici debeat, vel ad Episcopum condemnantem, & prima facie videbatur dicendum, ad ipsum Nūtium ex regula iuris, quod in omni re principium sit attendendum l. 3. §. scio, vbi Bartol. & alij concord. ff. de minor. Afflict. decis. 220. n. 3. vbi plura congerit Cæsar. de Vrsil. in addit. ad eum, atque actum principio attribui ex Philip. Dec. in c. licet post numer. 15. de probat. quo loco asserit testem in termino iuratum, examinare posse post terminum, ex quo ad tempus iuramenti trahitur, multa docuit Decian. cons. 60. nu. 13. arg. eorum quæ scribit Menoch. cons. 717. num. 10. lib. 8. & alias scriptum reperitur quod vbicunque principium est licitum illud in consideratione habetur Bartol. in l. quod ait ff. de adulter. idem quoq; quando actus est minus illicitus in sui initio quàm in fine, Alex. consil. 75. lib. 3. & obiter multa rescribi poterunt, quod idem iudicamus de principiāte, quod de his, quæ sequuntur ex principio, Curt. Iun. cons. 172. cons. 154. & cons. 145. & an in delictis attendatur initium videndus est Alex. consil. 216. lib. 6. quibus omnibus addo Menoch. consil. 684. num. 21. lib. 7. cum concordantibus: rursus si ex forma legis municipalis pars quarta pœnæ prętori sit concessa, quam redegerit in ærarium, & alter cōdemnauerit, alter vero exegerit, partem prælibatam illi soluendam fore, qui condēnauit, ex quo exigendi præcipua causa fuit Philipp. Dec. cons. 654. Saluilia cons. 212. nu. 8. lib. 2. & post alios ex recentioribus, Afflict. in Auth. si quis in aliquo documento C. de edendo num. 30. vbi num. 31. inquit, quod si iudex primus condemnauit, & reus appellauerit, appellationisque iudex sentētiam primam approbauerit, quartam partem primo tribuendam esse iudici ex Paridis sententia de sindicat. in verb. prouentus num. 4. vt ibi per eum, cui addo Cephal. cons. 136. nu. 7. n. 8. lib. 1. & quod idem iudicetur de principio, quod de augumento annotat. Philip. Dec. cons. 331. cū similibus à Menoch. collectis in consil. suo 684. nu. 21. lib. 7. & alias actus censetur factus ab initio, si ab initio fuit couuentum de illo actu faciendo Iacob. Mandel. cons. 4. num. 51. cum similibus, & accedat id quod notabiliter voluit Soccin. cons. 70. num. 9. & inferius lib. 4. quod si scolaris prius fuit licentiatus, & postmodum Doctoratus, quia Doctoratus in quandā venit consequentiam ad licentiam ipsam, atque ab ea dependentiam habet, licentiæ tempus inspicitur, & ob id Doctoratus salarium illi priori debetur qui erat tempore licentiæ. Decian. cons. 123. num. 70. lib. 3. & de principio contractus Menoch. cons. 843. num. 37. lib. 9. Sauil. cōs. 331. nu. 8. & inferius lib. 3. & quid de eo qui participat de duobus extremis, Alex. cons. 108. lib. 4. & de fine, vt dignior sit omni eo quod ordinatur ad ipsum finē Sauilia cons. 261. num. 2. idem cons. 131. num. 8. lib. 3. cum similibus a Vallens. cons. suo 77. lib. 4. Cephal. cōs. 224. lib. 2. vbi de bannitis in diuersis territorijs.

Principalis conclusionis ratio est quia statim commisso delicto dicitur ius acquisitū fisco leg. quocunq; ff. de act. & oblig. Bart. in l. quod ait ff. de adulter. vbi dicit quod in delictis initium spectandum est, vt sciamus ad quem pertineat punitio.

Secunda ratio est, quia tēpore delicti orta est obligatio ad pœnam l. vlt. C. de sent. pass. vbi quis ex delicto efficitur seruus pœnæ l. Imperatores ff. de iur. fisc. vbi quis delinquendo pœnæ se subdit, & text. in l. auferetur §. fiscus ff. eod. titul. quē allegat Alber. in l. post contractum col. fin. de donat. vbi ex illo text. ait, quod continuo, quod quis delictum commisit, incipit obligari fisco, quē refert, & sequitur Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. gl. 4. & propterea cum dicta actio sit quæsita tempore delicti, confiscatio non videtur spectare nisi ad Nuntium Apostolicum.

Sed contrarium est tenendum, quod imò huiusmodi confiscatio non spectet ad primum, sed ad successorem ita Bald. sibi contrarius in l. final. C. de fruct. & lit. expens. Imola in l. diuortio §. si vir. ff. solut. matrimon. Rebuf. in l. 3. eod. de suscept. & Auar. lib. 10. Soccin. Senior.

nior.consil.100. sub n.2. vers. sed his non obstantibus Guidop.decis.535. dicens ita in Gallia seruari Bert.in cons.214.lib.2.Addit.ad Alex.in cons.7.lib.3.lit.B. vbi dicit hanc esse veram veritatem, & probatur ratione, quia huiusmodi pœnæ fiscales ante factam cõdemnationem fructus nedum percepti, sed tantum veluti seminati esse censẽtur,ideoque non ad illum cuius tempore delictum commissum fuit, spectare debent, cum ante sententiam nullum ius ad pœnam ipsã fiscalem acquisitum fuisse dici potest l. ex indiciorum,ff.de accus.Bart.in d.l.aufertur §.fiscus DD.& maximè Alex. in l.rescriptum ff.de pact.quam rationem veram esse, licet opinionem damnatam dixit Surd.cons.84.n.6. & in puncto iuris hãc opinionem esse sustẽtabilem dixit Alex. in l.diuersorio §.si vir n.11.solut.matrim. & post eum Pall. in l.Imperium nu.26. ff. de iurisd. omn. iud. Paris. de Puteo in tract. de sindic. in verb. prouentus, Rimin. in l.hæres quãdocunq; col.2.ff. de acq. hæred. Peregr.de iure fisc.lib.6.tit.5.n.44. vbi dixit hanc veriorem,idem Surd.in cons.227.n.21.vol.1. & post alios concludit Molin. de primog.Hispan.c.11.n.20.l.3.Videtur tamen dicendum,quod licet non dicatur deberi pœna ante sententiam, si tamen ab illa fuerit appellatum,& sententia confirmata,inspiciendum sit tempus primæ sententiæ,quoad pœnam in ea adiudicatã,quia ius semel quæsitum non debet tolli occasione iniustæ appellationis, ita Addit.præcit. ad Alex.d.cons.7.& Ferrer. in addit. ad cit.decis.535.Guid.Pap.

RESOLVT. CCCXVIII.

Qua pœna puniantur clerici concubinarij.

1 *Clerici detinentes concubinas post monitionem priuantur tertia parte fructuum suorum beneficiorum.*
2 *Referuntur variæ pœnæ clericorum concubinariorum.*
3 *Ad incidendum in pœnas requiritur monitio.*
4 *Procedit etiam in clerico concubinario notorio.*
5 *Clericus concubinarius etiam publicus non ipso iure priuatur beneficijs.*
6 *Concubinarij qui dicantur.*

ET quia sæpissimè agitur in Curia Archiep.Neapol. de clericorum concubinariorum materia, operæ pretium hìc duxi de illorum pœnis agere,& relictis pœnis de iure antiquo,de quibus per Panorm.Felin.& reliq.in c.at si clerici de iudic. Bermon. de concubinar. per totum.Lamber. de iurepatron.1.p.2.lib.q.9.ar.20. Rebuff. in concord.tit.de publ. concub. Diaz in prax. c.79. alias 72.& ibi Salzed. Clar. §. fornicatio, Maiol. de irreg.lib.5.c.37. Gomez in l.80. Tauri, à num.18.l. 43.tit.6.p.1. & ibi Lopez, Auend. de exequend. mand. 2.part.c.26. Auiles in c. Prætorum c.47. Perez in l.21. cum seq.tit.3.lib.1.ordin.l.1. cum seq.tit.19.l.8. recopil. & ibi Azeued. Matienco in l.6.tit.8. lib.5. recopil. glos.2. Menoch. de arb.Iud.lib.2. casu 418. Vela de pœn.delict.c.6. Gutierez. can.qq.lib.2.cap.7. Abulen. tr. de clericis concub. Armilla, & alij Summistæ verbo concubinarius,Rodriq. in sum.1.tom.c.102. Vega 1.part.c.56. casu 3.& Ledesma 2.par.summæ tractat. 27.cap.18.

Pœna autem iure nouissimo habetur in Conc. Trid.
1 sess.25.c.14.de reformat. & sunt primò, quod si à superioribus moniti,ab ipsis concubinis nõ abstinuerint tertia parte fructuum quarumcunque pensionum, &
2 beneficiorum sint ipso facto priuati. Secundo,si in eodẽ delicto cũ eadem, vel alia fœmina perseuerantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnium beneficiorum amittant,prout supra, sed quoad Ordinarius, tanquam sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, ab administratione beneficiorũ suspendantur. Tertio si ita suspensi, cum eisdem versentur, vel eas non expellant, priuabuntur perpetuò omnibus beneficijs,& pensionibus. Quartò,si postquã eas semel dimiserint, earum consortium intermissum repetere, vel alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint,præter dicta pœnas, excommunicationis gladio plectantur. Quinto sint inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus,dignitatib. beneficijs, & officijs, donec, &c. Sexto clerici non beneficiati, iuxta delicti qualitatem, pœna carceris,suspensionis ab ordine,ac inhabilitatis ad beneficia obtinẽda,ac alijs modis,iuxta sacros Canones ab ipso Episcopo puniantur,vide cap.eos 32.dist.

3 Ad quas pœnas incurrendas pro forma exigitur monitio specialis in ipsam personam facta, secundum gl. & DD.communiter in clement.1. de vit.& honest.cleric. quo casu monitio generalis facta in Synodo non suffragatur, etsi vim trinæ monitionis obtineat, iuxta terminos, quos latè congerunt DD.in c.2.ne cler. vel monach.Cæpoll.cons.11.Clar.§.fin.q.36. & declarasse S.Congr. testatur Nouis. in sua prax.c.36.n.3. & exigitur trina monitio, secundum dispositionem tam iuris communis,quàm iuris nouiss.Trid. de iure comm. patet in c. sicut,& c. si autem, de cohabit. cleric. vbi DD. Staphyl.tit.de varijs modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio,nu.4. Sylua de benef.3.p.q.3.n.7. alias 16. Corras. 3.p.c.vlt.num. 28. & Mandos.tit. de priuat. verb.concubinarius.

Verum an Clerico concubinario,qui fructibus suorum beneficiorum priuatur, sint relinquendi fructus aliqui ex quibus alimenta suscipiat adde Ignat.Lopez ad Diaz in pract.crim.can.c.79. in annot. sub lit.B.

4 Ampliatur procedere etiam in clerico concubinario notorio,qui etsi puniri possit absque aliqua monitione, ex c. tua nos, & ibi Panorm. de cohab. cler. & mulier. tamen ad priuationem beneficiorum absque monitione peruenìri non potest.

Vnde Rota Romana in vna Tullen. Monasterij S. Mansueti 27.Ianuar.1597. coram D.Penia,quę est impressa inter consilia Farin.lib.1.cõs.80. resoluit, quòd
5 clericus concubinarius etiam publicus, non est ipso iure beneficijs priuatus,nec venit priuandus,nisi quãdo post legitimas monitiones indurato animo in concubinatu perstitit,c.sicut,& c.si autem,de cohab.Cler. Conc.Trid.sess. 25.c.14. de refor. Probus ad pragmaticam sanctionem,tit. de concubinar.§. necnon,verb. priuet,& ad effectum priuationis necessaria est plena, & concludens probatio illius, etiam si ciuiliter ageretur,nec sufficit probatio de publica voce,& fama.

Num verò sub pœna tertiæ partis fructuum in verbis Concilij,ibi. *Fructuum,obuentionum, ac prouentuum* comprehendantur etiam distributiones quotidianæ vide Nauar.cons.6.de verb.signif.in antiq. & Sayr.decis.7.eod.tit.An autem Concilium comprehendat clericum committentem crimen simplicis incontinentię, vide eundem Nauar.cons.1. de cohab.cler.& Sayr.decis.4. de adulter.

Sed quicquid ibi Nauar. affirmet,testatur Garz. de benefic.par.11.c.10.nu.186. Sac. Congregat. censuisse Decretum Concilij Tridentini de concubinatu, & alijs impudicitiæ sordibus Clericorum non procedere in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus.

6 Qui autem dicantur concubinarij quoad supradictũ effectum,dicas,quod ille dicitur, qui ita domi retinet mulierem,ac si esset eius vxor.Bald.in auth.licèt C.de nat.liber.Dyn.in l. concubinam, ff. de concub. & alij, quos refert Diaz in pract.crim.can.cap.79.num.1.Sil. uester in verb. concubinarius nu.1. licèt Diaz ipse dicat,quòd nõ solum,qui domi eam retinet, sed qui sub aliquo colore eam retineret in domo suæ matris, vel aliquarum consanguinearum, vel alibi, & cum ea habeat assiduam consuetudinem.Ratio est,quia attendi-

tur

tur scandalum, quod à populis concipitur, tàm si domi, quàm si extra retinetur, & ad hoc inclinat Sacr. Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. matrim. vbi concubinarius vocatur, etiam qui extra domum mulierem suspectã retinet, & clarè sess. 25. cap. 14. de reformat. vbi in domo, vel extra prohibet concubinas Thes. for. Eccles. part. 3. cap. 4. sub num. 27.

RESOLVT. CCCXIX.

Qua pœna puniantur regulares, qui inuitati ad publicas processiones, non accesserint.

1 *Archiepiscopus potest punire regulares ad publicas processiones non euntes.*
2 *Limita in regularibus illis, qui in strictiori clausura viuunt.*
3 *Limita etiam in regularibus distantibus à ciuitate vltra dimidium milliare.*
4 *Limita etiam si haberent priuilegium non eundi ad eas processiones.*
5 *Limita quoque in fraternitatibus laicorum.*
6 *Regulares non euntes ad præfatas processiones, non debent potius compelli carcere, quàm excommunicari.*
7 *Publicæ processiones quæ dicantur.*

1 IN facti contingentia dicebam ego non potuisse quendam Illustrissimum Archiepiscopum punire regulares ad publicas processiones non euntes; quia superiores regularium sunt priores, secundo prouinciales, tertio generales, prout latè per Triuis. in tract. de modo procedendi inter reg. c. 4. item Iudex ordinarius regularium est protector secundum Card. in consil. 17. n. 1. Staphil. de lit. gratiæ fol. 287. n. 6. Alban. cons. 35. n. 2. Monald. cons. 16. & Triuis. decis. 36. par. 1. verum quidquid sit ex supradictis, hodie tamen per Concil. Trid. sess. 25. c. 13. de regularibus sancitum est, vt exempti omnes tam clerici seculares, quàm regulares etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iuxta cuius sententiam iudicauit pariter Cappella Tholos. dec. 484. quare Calderini opinio improbanda est, qui exemptos ad id non teneri asseruit in cons. 8. de regularibus.

2 Limita primo in illis regularibus, qui in strictiori clausura viuunt, vt probatur in eod. cap. 13. Gratian. decis. 232.

3 Limita secundo si regulares abessent à ciuitate vltra per vnum milliare, quo casu non tenentur ad processiones accedere, vt censuit Sacra Congregatio, prout idem est in clericis longè absentibus à ciuitate, qui de consuetudine non tenentur venire, Gemin. in cap. quando in fine dist. 38. & prædicta intelliguntur de omnibus clericis diœcesanis quãtumuis exemptis etiam beneficia simplicia in diœcesi obtinentibus, vel officia, puta si deseruiant pro Capellano etiam in Ecclesijs exemptis, qui omnes possunt compelli accedere ad dictas processiones per Episcopum prout declarauit Sacr. Conc. Trident. Congregatio.

4 Limita tertiò si haberent ex priuilegio, vt non teneantur ad processiones ire, vel semel iuerint, vel sæpius, non tamen tenentur. Tum quod priuilegium est facultatis, & possunt ire si velint, alias non, Tum quod præcario venisse videntur ab Episcopo vocati, & idcirco nullum ius Episcopo quæsitum est, ita Calder. in d. cons. 8. de reg. quem sequitur Felin. in c. dilectus n. 7. de offic. ordin. & Vgolin. de potestate Episcopi par. prima, cap. 20. §. 2. sub num. 5.

5 Limita quarto in confraternitatibus laicorum, nam per Episcopum non poterunt compelli accedere ad processiones publicas, sed solum inuitari, vt fuit declaratum per Sacram Congregationem.

6 Sed dubium est, qua pœna veniant plectendi regulares non accedentes ad prædictas processiones, & quidem dubium est an possint compelli per Episcopum sub censuris, iuxta cap. 13. sess. 25. de reg. cum habeant priuilegium, vt non possint ab ordinario excommunicari, suspendi, aut interdici, & sic secundum Gratian. in dec. 232. n. 14. potius erunt compellendi carcere, & alijs similibus pœnis, licet Calder. d. cons. 8. de regul. Felin. in d. c. dilectus de offic. ordin. & Gambar. de auctor. legati lib. 8. cap. fin. nu. 76. dicant, quod non possunt excommunicari, tamen secundum Gratian. loc. supra cit. loquuntur in exemptis, qui non poterunt cogi accedere ad processiones, ad quas etiam, quod aliquando iuerint, non per hoc præscribitur contra eos, cum sit facultatis, & sic nullum ius est acquisitum Episcopo contra eos, prout etiã dicit Felin. in d. c. dilectus in fin. n. 7. de offic. ord. vnde cum vigore Concilij modo subsint ordinarijs, à quibus compelli possunt ire ad processiones, poterunt etiam excommunicari, cum enim Conc. non det seù restringat modum compellẽdi, remittitur eius arbitrio, maximè cum Conc. Trid. cap. fin. sess. 25. de regular. mandet obseruari omnia decreta concernentia d. d. regulares non obstantibus eorum priuilegijs, constitutionibus, consuetudinibus, præscriptionibus, & statutis etiam iuratis deputando Episcopos exequutores in omnibus prædictis casibus.

Accedit etiam Bulla Pij IV. per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Conc. Trid. & ita fuisse obseruatum in Curia Archiepiscop. Neap. refert praxis eiusdem cap. 57. sub num. 9.

7 Publicæ autem processiones sunt quæ fiunt in Litanijs maioribus, atque minoribus, vel pro bono publico, vt imminente peste, alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur: remittitur enim hoc Episcopo, sicuti etiam decernere Ecclesias, quæ adeantur, ita Vgolin. post Abb. in cap. nimis de excess. Prælat. in d. §. 2. nu. 6. Prax. Archiep. cap. 63. Addit. ad summ. Bullar. in verbo præcedentia.

RESOLVT. CCCXX.

An tortura possit dari in pœnam.

1 *Tortura est remedium subsidiarium.*
2 *Amplia in qualibet specie torturæ.*
3 *Amplia etiam in pœna corporis afflictiua.*

1 VIdebatur, quod non, quia tortura est remedium subsidiarium, ad quam planè non sit deueniendum, nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest l. edictum, vers. 1. l. Diuus Pius ff. de quæst. l. quoties C. eod. Clar. prax. crim. §. fin. q. 64. Boer. decis. 163. Simon. de Pretis cons. 36. n. 3. præcedentibus inditijs non remotis, sed proximis luce meridiana clarioribus, Osasc. dec. 79. n. 55. & 56. Thes. dec. 24. n. 6. Cruet. cons. 287. n. 2. vbi scribit, quod quando alicui contra reum potest alio remedio subueniri, non deuenitur ad torturam, quæ dicitur remedium subsidiarium, vnde fatuus est Iudex, qui malefactorem torquet super plenè probatis, imò tenetur in findicatu, copiosè Farin. tract. crim. part. 1. tom. 1. q. 40. n. 3. & 4. vnde Mars. ad l. 1. & ad l. edictum ff. de quæst. Vulpel. consil. 4. num. 13. Couar. pract. quæst. c. 23. n. 5. & Mascard. de probat. concluf. 1385. nu. 3. cum relatis per Farin. loc. cit. animaduertit ad dandum repulsam illi, qui petit aliquem torqueri, nec iurat, quod non habet alias probationes, quàm torturam.

2 Amplia primo, in qualibet specie torturæ, quam esse triplicem docet Bald. cons. 77. vol. 3. & Bois. tract. crim. de tortura num. 16.

3 Amplia secundo in pœna corporis afflictiua, siuè pecuniaria, siuè arbitraria, Gislhausen. amb. Iud. par. 1.

c.1.de iurisd.§.1.num.98. cum seq.Caball. resol.crim. 28.n.17. in fine,& casu 180. Franc. March. decis. 904. p.1. vbi in omnibus his casib. deueniri potest ad quæstionem,sed in subsidium tantum,imo etiam pro causa ciuili infligitur tortura,si tamen habeat crimen annexum,Abb. ad cap.1.deposit. Gomez var.resol. tom.3. c.13.n.29.etiam contra testes in causa ciuili inductos. Thes.decis.42.

Cæterum in Curia Archiepisc. & in omnibus alijs Curijs tortura quandoque datur in pœnam, quodque id de iure communi fieri possit,per Canones, & Doct. auctoritates probat Maceraten. var.resol.lib. 3. resp. 12.n.4. quod contingit quoties delicta committuntur intus carceres secundum de Franch. dec.630. tortura enim secundum Cost. de remed. subsid.cap.26.num.8. multoties irrogatur ad pœnam, cum possit secundum eum hoc fieri aliquando ad eruendam veritatẽ l. edicta,vbi Bar.ff.de quæst. ideò socius criminis,qui vt delictum detegat, ac publicet habuit gratiam de pœna quoad se,potest torqueri, vt faciat indicium contra socium ex Clar.in d.§.fin.q.21. Bos.tract.de ind. ante torturam num.182. cum seq. Bertazzol. crimin. cons. 341. & 559. Honded.cons.100.vol.1. Natta cons. 298. Viu. decis. 216.lib.1. Rota Rom. decis.283.p.1. in nouis.Farinac.tractat.crim.p.2.q.43. Mascard. de probat.conclus.1311. quoniam gratia promissa non complectitur torturam,quæ fit ad eruendam veritatem,& ita hodie indistinctè seruari fatetur de Franch. decis. 459.p.3.

RESOLVT. CCCXXI.

Vt ad pœnam priuationis canonicatus ob non residentiam perueniatur,quæ concurrere debeant.

1 *Beneficium de omni iure requirit residentiam.*
2 *Nemo excusatur à residentia.*

1 CVm de iure quodlibet beneficium requirat residentiam cap.pen. de cler. non resid.c. ad hæc de præb. & si generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus Abb. in c. extirpandæ §. qui verò n.31. de præb.cum alijs,Mandos. in 1.reg.q.13.n.8. de Grass. dec.4.n.3. de præb. beneficium autem simplex præsumitur,Ægid.dec.676. Rebuff. in prax.sub tit. fæcul. beneficiũ quotuplex n.11. Staphil.de lit.grat.2.p.tit.de qualit.& stat. beneficior. in princ.fuit decisũ in vna Calaguritana congruarum 16.Nouemb.1571. coram Oradino,& sæpius in alijs.

Quare beneficia curata,seu Canonicatus ex vi Cõcil.Trid.sess.23.c.1. de refor. maiorem, ac magis enixam requirunt residentiam,quam antea; nam olim poterat Parochus studiorum causa per septennium de Ordinarij licentia abesse,vt probatur in c.cũ exeo 33. de elect. lib.6. latè per Diaz, & ibi additio Salzed. in prax.crim.c.52.Nauar.in Manual.c.23.n.120. Rebuff. in prax. tit. de dispens. de non residendo n.25. Hodie tamen ordinarij minimè possunt talem licentiam concedere, nec Parochi studiorum causa absentiam facere,vt declarauit S.Conc.Trid.Congreg. dicens.

Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Concil. Trid. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi,non datur.

2 Et ad hanc residentiam neminem excusari voluit Gig. de resid.Episc.q.12. vnde deponitur Cardinalis, qui in suo tit. non residet, c. ex gestis de clericis non resid.nec presentatus ad Ecclesiam confirmatur si apparet,quod noluit residere, c. relatum eod.tit. & procedere etiam in beneficio modicæ æstimationis voluit tex. in c. conquerente eod. tit. nec seruitium 40. ann. excusat canonicum à residentia, secundum Nauarr. cons.12.cod.tit. & Sayr.in decis.3.

Vnde ex supradictis deducitur, quod canonici residere debent, vbi canonicatus habent, idque merito, nam diuina officia per se, & non per substitutos obire in Ecclesia debent, ita Trid.Syn.sess. 24. de reform. c. 12.vers. omnes verò,& Pius V. in bulla incip. cupientes,quæ est in ordine 64.

Quod si non residerint puniri debent hoc ordine;nã primo anno priuari debent dimidia parte fructuum, quos ratione præbendæ, ac residentiæ suos fecerunt, & si ea negligentia vsi iterum fuerint, omnibus fructibus,quos eodem anno lucrati sunt, priuẽtur,Crescente contumacia contra eos, iuxta S. Canon. Constitutiones procedatur,ita sanciuit Trid.Synod.sess.24.de reform.c.12.vers. præterea obtinentibus ibi. Alioquin primo anno,censuris etiam, necnon pœnis pecuniarijs arbitrio Episcopi; & etiam priuatione beneficiorum puniri possunt,idque facere potest etiam,vt Apostolicæ Sedis delegatus per bullam prædictam.

Vnde Rota in vna Salamantina del Pedroso 5. Decembris 1567. coram Illustriss. Seraph. dicit per hæc verba;Domini tenuerunt sentẽtiam esse nullã ex duobus potissimum capitibus,primo, quia constat de publicatione edicti in abbatiali Ecclesia, secundo, & in hoc factum fuit præcipuum fundamentum,quia Cõc. Trid. permittit quidem, vt Episcopus ob non residentiam possit deuenire ad priuationem,sed tamen seruato iuris ordine, quod innuunt verba illa, per censuras Ecclesiasticas,ac sequestrationem fructuũ,aliaq;iuris remedia,etiam vsq; ad priuationẽ compellere. Vnde succedunt tradita per Abb.cons.67.vol.1. quod in casu priuationis debet Episcopus procedere ad priuationẽ per tres citationes in Ecclesia successiuè factas, neque sufficit vnica peremptoria, vt per eundem ad idẽ Felin. in c. consuluit nu.13. de off. deleg. & hæc etiam erat forma ab ipso Episcopo in edicto data,nempè, vt per trium edictorum affixionem procederetur, quod obseruatum non fuit,vnus etiam ex Dominis considerabat nullitatem sententiæ ex defectu citationis, sed quia articulus erat dubius,noluit super eo insistere.

Quãuis Episcopus in seruitio possit occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, qui fructus in absẽtia percipiunt, nam seruiendo Episcopo Ecclesiæ inseruire dicuntur c.de cætero, c.ad audientiam de cler. non resid.l.fin.tit.16. Partita 1. quæ iura non sunt derogata per Conc.Trid.sess.24.c.12.versic.præterea de reform.vt consuluit Nauar.cons.1. & 2. de clericis nõ resid. Quod etiam locum habet in canonicatibus doctorali,& magistrali, vt fuit resolutum in Rota in vna Placentina fructuum 14.Martij 1550. teste Puteo dec. 294. incip. in vna Placentina lib.3.

RESOLVT. CCCXXII.

A quo puniendus clericus committens crimen læsæ Maiestatis.

1 *Iudex sæcularis nullam habet iurisdictionem contra clericos, nisi quoad priuationem feudorum, quamuis contrarium de facto seruetur, vt in num.3.*
2 *Clericus non committit crimen læsæ Maiestatis, quia non potest dici subditus Principi sæculari.*
4 *Clericus tam de iure canonico, quam ciuili non potest coram Iudice sæculari conueniri.*

DVbium faciebat text. constit. Regni incipiens de personis,per quam datur facultas Iudicibus sæcularibus cognoscendi contra personas Ecclesiasticas de proditione,vbi glos. dicit in crimine læsæ Maiestatis, & sic etiam dictam constitutionem intelligit Napol. in proœmio consuet.Neapol. in glos. verbo tenorem,vers. sed contra. Et nouissimè visum fuit nostris temporibus tempore rebellionis olim Principis Salerni pro-

ni processum contra clericum nobilem Neapolitanum, vt refert de Franch. decis. 691.

1 Cæterum hoc non obstante, videtur dicendum contrarium, ex regula generali, quod contra clericos Iudex sæcularis non habet iurisdictionem, C. at si Clerici, & C. Clerici, de iudic. Cum Concordantibus, quos Cumulat Coua. pract. q. c. 31. nu. 4. Valas. dec. 100. laicum enim de quacunque quæstione, tam ciuili, quàm criminali, quātumuis ardua, contra Clericum cognoscere non posse, statutum est, tàm per iura canonica, quàm ciuilia, ad tex. in c. cum nō ab homine, de Iudic. ita vt nec consuetudo in contrarium valeat, c. Clerici, eod. tit. auth. statuimus, C. de Episc. & Cler. qui tex. est desumptus ex §. item statuimus, auth. de statut. & consuet. contra liber. Eccl. coll. 10. & ob id communi calculo DD. tradiderunt, vt nec etiam in crimine læsæ Maiestatis secularis Iudex possit cognoscere: cumulant DD. Foll. in sua pract. crimin. 1. par. 2. p. n. 95. Bos. in tit. de crim. læsæ Maiest. Iul. Clar. lib. 5. §. fi. q. 36. & in §. læsę Maiestatis, Gig. in tract. de crimine læsæ Maiest. in cap. quis de crimine læsæ Maiest. cogn. pos. n. 12. & infra Decian. in tract. crim. lib. 7. in tit. qui committit crimen læsæ Maiest. c. 8. Bern. Diaz in sua pract. crim. canon. c. 119. & ibi addentes. Farin. in tit. de inquis. quæst. 8. qui omnes Doctores innumeros cumulant, & vt dixi, hæc est communis opinio.

2 Cuius conclusionis ratio redditur per Gig. loco cit. & per Roland. cons. 4. vol. 1. quoniam tale crimen non committitur per Clericum, quia non potest dici subditus seculari Principi, ad tradita per Barb. in cons. 21. in 3. vol. incipiens, à iure tale principium, & Boer. in tract. de seditios. col. 18. vers. præsuppono etiam sexto, n. 3. & ab hac opinione, de iure loquendo, dissentire non videntur Clar. in pract. §. læsæ Maiest. vers. hinc infertur, & in q. 36. vers. quæro nunquid clericus, Bos. in tit. de crim. læsæ Maiest. n. 86. in fin. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 5. & 7. vbi absolutè tenent, Iu-
3 dicem, aut Principem sæcularem, neque in hoc crimine posse contra clericum procedere, nisi tātum quoad priuationem feudorum, licèt de facto contrarium seruari per aliquos Principes sæculares testentur, prout & seruatum fuisse ante eos testatur Aufrer. in repet. clem. 1. de off. ord. reg. 1. n. 27.

4 Non obstant contraria, & consequenter constitutio de personis, quia secundum Andr. ibi, nec per iura canonica, nec per ciuilia Ecclesiastica persona trahitur ad iudicium seculare, per tex. in authen. statuimus, & per glos. in authen. Clericus, C. de Episcopis, & Cler. & similiter per capitula conuentionum inita cum Rege Carolo I. nisi ratione feudi, vt ibi dicitur, & est capitulum secundum ordinem Nigri 198. quod incipit, Item statuimus, quod clerici, & apparet ex c. Papę Honorij, quod incipit, Item quod clerici, nisi pro bonis feudalibus, de quo facit mentionem Afflict. in constit. Regni Iustitiarios, in fin. & in d. constit. de personis, 1. col. vers. sed quęro an ista constitutio Imperatoris, vbi etiam in specie loquitur de crimine læsæ Maiestatis, idem tenet ibi Foll. n. 7. col. 3. vers. prædicta tamen fol. 40. & in ead. const. n. 23. vers. & regulam affirmatiuam, vbi allegat Gram. in decis. 29. & 61. qui & de prædicta conuentione loquitur idem Foll. in fragmentis pract. crim. in 1. Chart. sub tit. de Episc. & Cler. idem tenet Afflict. in cap. 1. §. si clericus, de pace tenenda col. fin. vers. dicit tamen hic Andreas.

Non obstat secundo, quod alias clericus notabilis fuit inquisitus de criminæ læsæ Maiestatis, & tortus, & alter decapitatus, & consequenter, quod in hoc casu sit ex consuetudine inductum, quod in certis casibus non sit abdicata iurisdictio à Iudice sæculari, ex dictis eiusdem Didaci. Nihilominus quoad primum repertum fuit, Iudices sæculares contra clericum nobilem, processisse etiam vt delegatos à Sede Apostolica, & sic operatur effectum contrarium. Item idem Foller. in dicta constit. de personis, dicto n. 13. dicit, vidisse multos clericos remissos ad Iudicem Ecclesiasticum, & non adesse consuetudinem in contrarium. Nec obstat, quod dicebatur de clerico decapitato, quia, etsi hoc verum esset, fuit male factum, obstante dec. Andr. & aliorum supra allegatorum, nec per vnum actum consuetudo iudicādi inducitur, sed per binas iudicaturas.

Vnde cum similis casus contingeret in persona cuiusdam Religiosi, & fuisset Summo Pontifici Clementi Octauo significatum, & per eundem Pontificē fuit cōmissa causa Reuerendissimo Nuncio insimul cum Officiali Regio, clerico tamē, ac Regij Fisci Patrono eligēdis per Proregem, à quo fuit electus Don Petrus de Vera Decanus Sacri Consilij, qui ordines minores habebat, ac Don Ioannes Sanchez Regius Consiliarius pro Fisci Patrono in prædicta causa, & sic fuit exequutum, ita de Franch. dec. 691. & de Ponte decis. 9.

RESOLVT. CCCXXIII.

Qua pœna puniantur sollicitantes mulieres in actu confessionis.

1 *Verbum sollecitatio, quomodo sumatur.*
2 *Pœnitenti creditur contra Confessarium.*

Antequam explicemus dubium, aliqua breuiter prælibare oportet circa verbum sollicitationis;
1 vnde dicas, quòd sollicitatio supponit vehemens studium, & diligentiam ad aliquid agendum, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 9. & vbi Caiet. vnde sollicitātes dicuntur non solum illi, qui per se verba impudica multiplicant ad malum, sed etiam qui inducunt, & persuadent ad tale facinus committendū, c. noli de pæn. dist. 1. & plus peccat sollicitans, quàm faciens arg. tex. in l. 1 §. persuadere, ff. de seru. corrup. Clar. in §. fi. q. 80. Itē sollicitatores dicuntur etiam inducentes persuasionibus, vel mendacijs, aut precibus, vel fraude, aut blanditijs, Caiet. 2. 2. q. 32. art. 7. & de hac pariter sollicitatione loquitur tex. in cap. sollicitatores, & text. in cap. 1. de pœnit. dist. 1. vbi habetur, quod puniuntur, etsi effectu sceleris potiri non possint, quamuis perfecto flagitio aliter puniatur, quàm imperfecto, c. si quis tàm fœminam, ead. dist. licèt quandoque sola attentatio puniatur, c. si quis non dicam rapere, 32. q. 2. item solus conatus punitur, vt 14. q. 4. c. quoniam multi, sola voluntas, 27. q. 1. c. nuptiarum, sola expectatio mercedis, 14. q. 3. cap. si fœneraueris, sola cogitatio, 6. q. 1. c. si quis cum telo sola egressio, de pœn. dist. 1. c. si quis necandi solus ausus, c. si quis pulsatus, ead. dist.

Quibus Suppositis est notandum, quod cum in Curia Archiep. secundum Nouiss. in sua prax. c. 79. quidā Parochus fuisset inquisitus, quod mulieres tentauerat ad turpia in actu confessionis fuit tortus, & quia non confessus, fuit etiā suspensus à cura per annū de ordine etiam Sacræ Congreg. S. Officij in Vrbe. Nec est omittendum, quod tentans mulieres in actu confessionis est suspectus de fide vehemēter circa sacramentū Pœnitentię, vt tradit Pegna super Direct. Inquis. 2. p. q. 55. etiam si propè actum confessionis, ante, vel post ipsas tentauerit, vt fertur declaratum fuisse per Clem. VIII.

Et ad puniendum præfatum sollicitatem, fortè creditur mulieri hoc asserenti, cum secundum opinionem DD. in c. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remis. creditur pœnitenti contra confessarium, quam opinionem refert, & sequitur Lapus alleg. 94. Felin. in c. 1. col. 1. de except. Barbat. sing. in cons. 70. incip. sapienter, vol. 2. notabiliter Diaz in pract. crim. c. 102. circa finē, Nau. in c. Sacerdos, n. 163. de pœnit. dist. 6. vbi ad id in casu simili allegat dictum singulare Innoc. in c. quia verisimile, de præsumpt. & latè Roias de hæret. in sing. 3.

RESO-

RESOLVT. CCCLXXIV.

Qua pœna puniatur Parochus impertiens benedictionem secundis nuptijs.

1 *Parochus Iudicis arbitrio punitur, benedicens secundas nuptias.*
2 *Et quæ sit ista pœna.*

1 IN facti contingentia respondi, hanc pœnam Iudicis arbitrio esse remittendam, ita Menoch. de arbitrarijs,lib.2.cent.5.casu 417.n.8. Diaz in prax.vbi Salzed.c.74.Rosel. in sum.verb.nuptiæ,n.5.Tabien. verb. impediment. 14.q.penult. Nauar. in manuali confess. c.22.n.83. Corrad. in templo omnium Iudicum, lib.2. c.12.nu.21. Perez lib. 5. ordinationum tit. 1.l.5.col.5. vers. intelligas, Zauall. communium contra communes,q.604.n.135.Emanuel 1.tom.summæ c.241. Crot. 1.p. decisionum lib.2.cap.82.num.2. Vega in 2.tomo, cap.34. casu 179.

2 Quam pœnam esse arbitrandam,ac imponendam attentis circumstantijs, quæ grauius, ac leuius reddunt delictum, vt voluit Sanch. de matrim. impedim.lib.7. disp.82. quare Iudex poterit, arbitrando, huiusmodi clericum suspendere, sicut potest alia pœna arbitraria punire,ita Nauar. loco cit.n.137.

Non obstat text.in c.1. de secund.nupt.vbi imponitur pœna suspensionis ab officio, & beneficio benedicentibus secundas nuptias,& quia secundum Io.And. ibi n.1.Præpos.not.3. & 4. Alex. de Neuo nu.6. Angel. verbo nuptiæ, in fin. Diaz, & Menoch. locis cit. procedit quando impenditur benedictio secundis nuptijs, nondum disoluto priori matrimonio.

Et in hoc casu non ipso iure contrahitur suspẽsio,sed ita demum si Iudex declarauerit illum incidisse in suspensionem,secundum Palud. in 4.sent.d.42.q.3.1.n.8. Couar. in 4. decretal.p.2.c.8.§.11.n. 2. Veracrux 1.p. Speculi art.13.in fin.Clar.in §.fin.q.75.n.2.Henriq.lib. 11.de matrim.c.16.nu.2. Ledesma in eiusdem nominis tractatu,q.63.ar.2.ad fin.

Limita tamen pœnam suprapositam,vt minimè possit infligi, quando adesset consuetudo in contrarium, vt secundæ nuptiæ benedicantur, quia tunc possunt benedici absq; timore,ita gl. in c. vir, de secund.nupt. Nauarr. in manuali c. 83. qui intelligit opinionem D. Th. in 4.d.42.q.3. procedere stante consuetudine,quæ potest inducere,vt benedicantur nuptiæ etiam quando viduus ducit virginem, vel viduus viduam, & secundum Nouis. in prax.c.72. Neapoli seruatur,quòd quando mulier est tantùm virgo, iteratur benedictio: consuetudo enim secundum eundem valet in Sacramentalibus,cap. de trina, iuncta gl. de consecr. d.4.c. 2. de temporibus ordinationum.

RESOLVT. CCCXXV.

Qua pœna puniantur clerici arma deferentes.

1 *Clerici arma deferentes diuersimodè puniuntur.*
2 *Arma deferens, vltra pœnam,illa amittit.*
3 *Clericus arma ferens,peccat mortaliter.*
4 *Arma clericorum debent esse lachrymæ,& orationes.*

DIuersimodè iudicatur in Curia Archiepiscopali Neapolit. circa pœnam infligendam clericis ar-
1 ma asportantibus,nam cõtra asportantes pugionem, vel archibusettum si sunt nobiles, pœna relegationis, ad arbitrium eiusdẽ Curiæ, si verò ignobiles, pœna triremium ad arbitrium eiusdem, & quandoquidem ex causis bene visis eidem Curiæ componuntur, & pœnis pecuniarijs mulctantur.De qua obseruantia mirandũ quippe non est, cum sit iuris fundatissima, siquidem arma portare de iure communi omnibus est prohibitum,Corn.in cons.20.n.4.vol.3.Roman.sing.267. post Bart. & Ang. in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica Bal. in l.data opera col.10.C. qui accus. non possunt, Abb. in c.clerici,de vit.& honest.cleric.Marsil.in practica criminali,§.pro complemento n.1. Nigr. in c.rigori 239. Plazza in epitome delictum c.8.nu.1.Soccin. regula 30. vbi ponit regulam cum septem limitationibus, & plenius cum tribus ampliationibus, & duodecim limitat. Duen. in regul.55.Afflict.n.20. in constit. intentionis nostræ.Carrer. in pract. criminali §.homicid. Couar. lib.2. variar. resolut.c.20. Cassan. in consuet.Burgun.fol.52. n. 77. circa quam armorum delationem clericis interdictam lege Synodum Prouincialem huius Ciuitatis Neapol.

1 In tantum quod deferens arma vltra pœnam suprà dictã,debet ea perdere, Bart. & Alex. in l.1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Ias. in §. ex maleficijs, n. 81. de actionibus,Viuius in decis.287. & Lud. in dec.Perus.35.

3 Et clericus ferens arma,mortaliter peccat,& excõmunicari potest secundum Card. in clement.1.§. præfatæ,de statu monach.Felin. in c. petitio de homic. & notatur in cap.clerici,de vita,& honest.cleric.clericis enim à lege vsus armorum expresè reperitur interdictus,vt in d.cap. clerici,& in clement.1. eodem tit. & toto tit. 23. q. 1. & clerico prohibitũ est pugnare tam pro se, quàm pro alio secundum Aret. in cap. in præsentia, col. 15. de probat. imo clerici in quacunque factione arma capientes, gradum procul dubio amittunt,cap. clerici,& cap. reprehensibile 23.q.8.

4 Cuius decis. ratio est, quia arma clericorum debẽt esse lachrymæ,& orationes, cap. conuenior, 23.q.3.c. porro,& ibi gl.16.q.4.Imola in d.cap.clerici,Lupus in tract. de bello,& bellatorib. §. habeas, sub n.1. & seq. Decius in cons.151.n.22.gl. in c. ex multa, §.fi. de voto,Ias. in leg.imperium ff. de iurisd.omn.iudic.Berret. cons.3.n.13.vol.1.Plaz.lib.1.epit.delictor.c.26. Farin. in praxi crimin. tit. de inquis. q.8. nu.96. vbi quod ex quo clericis non licet ferre arma, ideo posse eos inuẽtos armatos per satellites iudicis sæcularis, armis ipsis spoliari, ac postmodum remitti ad iudicem ecclesiasticum,& hoc absque vllo incursu censurarum, Panorm. in cap.vt famæ,de sent. excomm. Nauarr.cons. 27.eod.tit. & Sayr. in decis.45. eod. & ratio est, quia secundum Aufrer. in clement. vt clericorum,n.73. de offic. ord. potest familia sæcularis impunè clericum noctu incedentem capere, & statim suo competenti iudici præsentare, & ita fuisse decisum refert Viu. cit. decis.27.

Dicebat enim ad propositum D.Ambros. de seipso loquens.& de cæteris clericis: Non pila quærunt ferrea, non arma, Christi milites, sed dolor, & fletus lachrymæ,& orationes fuerũt(inquit)mihi arma aduersus milites,cap. non pila, 23.q.8. & arma scholarium atq; etiam clericorum sunt libri, vt inquit gl. in l. nepos Proculo,ff.de verb. signif. similiter, & Doctorum, Menoch. de arbitr.iudic.lib.2.cent.4.cas.374 n. 75. & an clericus arma ferens amittat priuilegium, vide gl. in can. quisquis in ver. arma 17.q.4.

Reperiuntur tamen nonnulli casus, in quibus vsus armorum est eis permissus,prout pro defensione propriæ personæ, ac rerum,c. olim il 1. & ibi gl. de restit. spol. & in c. dilecto, cum gl. de sent. excomm. & in c. 1.23.q.1. Item ipsi clerici ad eorum defensionem possunt,l.permittẽte,deferre secum familiares armatos, teste Dec. in d.cons.151.sub nu. 22. & pro defensione proximi permittitur quoq; vsus armorum, Panorm. & alij communiter omnes in d.c. clerici de vita,& honest. cleric. & possunt vti armis etiã offensibilib. cum licentia Papæ,secundum eundem Panorm. in c.ego,de iureiur. quia hoc solũ prohibitum est de iure positiuo.

RE-

RESOLVT. CCLXXVI.

Qua pœna puniantur Patroni non præsentantes in tempore ob defectum vnius diei.

1 *Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum.*
2 *Tempus quadrimestre est continuum.*
3 *Præsentatio, debet fieri præsentialiter.*
4 *Purgatio moræ regulariter de æquitate canonica admitti. tur.*
5 *Reiectio doctrinæ Mascardi de probation. conclus. 1223. num. 6.*

CVm fuisset delegata causa à Sede Apostolica Vicario Generali Curiæ Episcopalis Acerrarum, & ab eodem Vicario mihi transmissa, consulenda, tale factum proponebatur, quod cum vacasset die 28. Maij anno 1615. quoddam beneficium de iurepatronatus, ad quod fuit præsentatus quidam clericus corã Notario die 27. Septembris eiusdem anni, & cum præsentatus litteras præsentationis die 29. eiusdem mensis Ordinario præsentauerit, præfatus Ordinarius præcepit, edictum fieri contra interesse prætendentes, & sic præfatam acceptauerit præsentationem, & cum comparuisset Fiscalis eiusdem Curiæ prætendẽs dictam præsentationem non debere admitti, tanquam non factam in tempore, ob defectum vnius diei, præfatus Episcopus iure deuolutionis liberè contulit tale beneficium alteri, quare occasione huius quæstionis, ac articuli dilucidatione supponendæ sunt nonnullæ iuris fundatissimæ conclusiones.

1 Prima sit conclusio. Patronus laicus habet quadrimestre tẽpus ad præsentandum vulgato text. in c. 1. §. fin. de iurepatron. in 6. cap. 3. c. cũ propter, eod. tit. cap. cum vos, de offic. ord. & tale tẽpus currere à die scientię pluries tenuit Rota, vt patet ex allegatis per Caputaqu. in dec. 248. part. 2. Card. Put. dec. 6. de prob. Seraphin. in dec. 480. part. 1. Rota dec. 13. de iurepatron. in antiq. & iterũ eadẽ Rota in vna Signina iurisp. patronat. 22. Iunij 1596. corã Orano, in qua fuit dictũ quod si impetretur beneficium de iurepatronatus laicorum, per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, ob non factam præsentationem infra tempus à iure statutum, non valere impetrationem, nisi probetur scientia certa, & indubitata patroni vacationis beneficij, & hoc corroboratur à simili, quoniam tempus sex mẽsiũ quod Ordinarijs conceditur ad cõferendum beneficiũ iuxt. tex. in c. 2. de cõcess. præben. & c. licet de suppl. neglig. prælat. non currit nisi à die scientiæ, Rota in decis. 263. in nou. Rota diuers. in decis. 281. part. 1. & fuit per eandem Rotam resolutũ in vna Toletan. beneficij 28. Nouembris 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decis. 380. DD. de Rota dec. 7. de præb. in antiq. quam opinionem intelligas, quando ignorantia esset verisimilis, vt latè per Achill. de Grass. in dec. vnica de supplem. negl. prælat.

2 Secunda sit conclusio. Præfatum tempus quadrimestre patronis concessum ad præsentandum, continuum esse, non autem vtile, quia in dubio quodlibet tempus præsumitur continuum, secundum glos. communiter receptam in rub. ff. de diuers. & tẽp. præscrip. latè Bard. in tractat. de tem. vtili, & continuo quæst. 5. per totum Hartaman. cons. 17. nu. 4. Toming. cons. 16. & propterea currit de momẽto ad momentum arg. tex. in l. qua ætate ff. de testam. & in l. 1. ff. de manumiss. & glos. in l. 3. §. 1. ff. de minorib. & hoc clarè patet ob id, præsertim quod nõ currit nisi à die scientiæ, secundum dec. Rotæ 13. de iurepatron. in antiq. quidquid voluit eadẽ Rota in decis. 1. eod. tit. vnde cum, (vt supra dixi) sit continuum, debent in eo connumerari omnes dies, nec habẽda erit ratio mensis intercalaris, iuxta terminos gl. in l. in legatis, ff. de diuers. & temp. præscript. & in l. cũ bissextus, ff. de verb. sig. nec similiter obstabit gl. in c. statutum de præb. in 6. quod dies vacationis non connumeretur in termino ex reg. iuris, quod dies termini non computetur in termino, iuxta Bart. deceptum in l. 1. ff. si quis caut.

3 Tertia sit conclusio. Præsentationem debere fieri præsentialiter, idest sensibus corporis illius, cuius sit præsentatio, adeo quòd præsentatus debeat esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem, solum mittere instrumentum, seu scripturã præsentationis Ordinario ita, Sylua de benef. part. 3. q. 1. n. 6. Zerula praxi Episc. in verbo iuspatronatus, q. 7. Rota in proprijs terminis decis. 3. de iurepatronat. in nou. vnde Achilles de Graf. in dec. 12. eod. tit. tenuit, quòd præsentatio tum tantummodo intelligitur, quãdo personaliter fit superiori, alioqui dicitur magis nominatio, quã præsẽtatio, vt tenuit etiã Rota in dec. 211. in nou. Frãch. in cap. fin. §. verũ in 1. notab. de iurepat. Roccus in eiusdem nominis tractatu q. 41. circa med. Milis in repert. in verb. patronus circa prin. cipium, vnde cum in casu, de quo nos verba facimus, persona non fuit præsentata in tempore Episcopo, sed notario tantummodo nominationem recipienti, propterea fatendum est, præsentationem non conualidari si post tale tempus, accessus habeatur præsẽtialiter ad Episcopum, vt fuit in Rota resolutũ in vna Asculana parochialis 13. Iunij 1548. corã Antonio August. & ob hanc rationem præsentatio facta de clerico absẽte nõ valet secũdum glos. communiter receptam in cap. dudum in verb. præsentari de sepultur. Abbas in c. ea noscitur sub n. 3. de his, quæ fiunt à prælat. Rota dec. 3. de iurepatron. in nou. & ex hoc infertur, quod aliter facta præsẽtatio, quã vt supra, vltra quod erit nulla, & inualida, patrono currit tempus, secundum Inn. in c. in Lateranensi, in vlt. notab. de præb. Monald. cons. 149. n. 3. & seq. volum. fin. Rubeus Alexand. consil. 93. & quod personaliter, ac præsẽtialiter debeat à fieri præsẽtatio, colligitur apertè ex Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reformat. & sess. 25. cap. 9. vnde dicebat Zerula loco citato quod Ordinarij debent summopere animaduertere, vt præsentatus accedat personaliter ad eorum presentiã. Nam in quodam Archiepiscopatu refert fuisse fictè quemdã præsentatum, & deinde institutum hominem non existentem in rerum natura, & patronus sibi vsurpabat fructus beneficij singulis annis, contra decretũ Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. & sess. 24. cap. 3. vers. patroni, & sess. 25. cap. 9. Abb. in c. cum parati col. fin. de appellat. Patet etiam apertè ratione, quia præsẽtatus debet prius examinari ab Ordinario ad effectũ videndi si est idoneus, secundum Panormitan. in c. pastoralis n. 7. de iurepatron. Rebuff. in rubr. de collationib. §. præfatique Ordinarij in ver. præsentationẽ. Nec obstaret, si diceretur huiusmodi formã in presentando esse de apicibus iuris, & propterea excusare ignorãtes, & rusticos, quia respondetur, quod rusticitas, vel imperitia non excusat, vt est text. in proprijs terminis in l. 1. C. de interd. mat. Neque ignorantia iuris excusat. cap. ignorãtia de reg. iur. in 6. l. nec passim C. de iur. & facti ignor. cùm sit lata culpa, Alex. cons. 77. col. 2. vol. 3, Riminald. Iun. cons. 484. n. 2. volum. 5. Bertrand. consil. 278. nu. 2. volum. 8. Et tanto magis ignorantia iuris nõ excusat, quanto quod præfatus patronus potuerit cõsulere peritiores, idque aliter non egit, secundum glos. Alex. Iason & Dec. & alios vniformiter in l. iuris ignorantiam C. qui admitt. ad bon. possess. Angel. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iud. Decius cons. 604. col. 2. cons. 605. & 667. n. 6. Ruin. consil. 23. volum. 1. & Viuius, qui refert decisum in decis. 254.

4 Quarta cõclusio, quod quamuis moræ purgatio de æquitate canonica admittatur, ad text. in cap. potuit de Io-

de locato. Bart. & cõmuniter alij l. si insulã, ff. de verb. oblig. quod procederet etiã si actus esset iuratus, Ias. in l. si quis maior, col. penult. C. de trãsact. & in cons. 9. n. 8. vol. 1. Gozad. cons. 66. n. 13. Goffred. cons. 41. nu. 8. Ruyn. cons. 137. n. 9. & 10. Curt. de feud. part 4. nu. 30. vers. confirmatur hæc opinio, & fuisse decisum testatur Verall. decis. 233. par. 2. & in beneficialibus posse Episcopum moram purgare testatur pariter fuisse decisum Franciscus Marchus decis. 1238. part. 7.

Veruntamen in casu nostro nullo modo fateri potest, præfatum patronum potuisse moram purgare etiam vnius diei, quare licèt postmodum præsentauerint præsentialiter, ac personaliter elapso die post quadrimestre, adhuc præsentatio erit nulla, & mora impurgabilis, quod patet ex pluribus.

Tum primo, quia mora non potest purgari, quando exequutio temporis est facta à iure, vel ab homine, secundum Bartol. quæst. 4. num. 19. & Alexander num. 32. in d. leg. si in insulam ff. de verbor. obligation. Rubeus consil. 123. Alban. consil. 69. Alciat. consil. 17. & fuisse decisum in Rota Rom. refert Verall. in decis. 134. par. 2. vnde cum post præfatum tempus quadrimestre patronis concessum ad præsentandum fiat à iure eius exequutio ad text. in d. capitul. vnico de iurepatron. in 6. & sic patrono intra tempus non præsentante; virtute facultatis ipso iure à sacris canonibus indultæ, Episcopus liberè beneficium conferre potest, secundum Nauarr. in cons. 3. de iurepatron. in antiq. & Sayr. decis. 3. eod. tit. consequenter mora purgari nequit.

Tum secundo, quia mora est etiam impurgabilis, quando in actu, seu contractu adesset pactum resolutiuum, secundum Alex. in l. si in insulam col. penult. num. 43. vers. decimotertio fallit ff. de verbor. obligat. Afflict. decis. 173. Caualc. dec. 15. part. 1. fuisse in Rota resolutum scribit Verall. in decis. 235. p. 2. vnde cum in casu nostro adest resolutio si infra tempus non fieret præsentatio, & erit quod deuoluitur ad Episcopum liberè beneficium. Ergo.

5 Non obstant ea, quæ in fauorem partis aduersæ dici possent. Et primo doctrina Mascardi de probat. conclus. 1223. n. 7. vbi quando præsentatio fuit recepta ab Episcopo, & non reiecta, præsumitur pro præsentatione, & sic illam factam fuisse infra tempus datum à iure, ex quo à iudice fuit admissa, & Ordinarius potest tempus presentationis patronis à iure concessum prorogare, quia respõdetur multipliciter, & primò, quod videtur tempus prædictum à iure limitatum ob publicam vtilitatem, ne diutius Ecclesia careat Rectore.

Secundo respondetur, quod cum præfatum tempus sit à iure canonico inductũ, non potuit Episcopus cõtra ius dispensare, & consequenter licet receperit presentationem post tempus, non censetur dispẽsasse ita, vt non poterit recedere ad text. in c. institut. 25. q. 2. & in cap. licèt ibi, quod regulare fuit, de off. ordin. & in c. quod super his, de maior. & obedien. c. cum inferior, eod. titul. Boich. in c. à nobis, il primo, n. 3. de sent. excom. post Panorm. in c. cum dilectus n. 10. de consuetud. Calderin. cons. 5. de constit. Cardin. in clement. 1. §. fin. de reb. eccl. non alien. Alber. in 1. par. statutorũ q. 6. Iason. in l. omnes populi in 2. lect. ff. de iust. & iure Parisius cons. 27. n. 59. vol. 2. Barbat. in cons. 21. col. 7. vers. sed his non obstantibus, vol. 3. cum alijs quos deducit Duena in regula 250.

Tertio respondetur, quod ridiculosum est allegare Mascardum in hac quæstione, quia ipse loquitur, quãdo dubitatur an presẽtatio facta fuerit in tẽpore, quia tunc vt actus potius valeat, quam pereat, ad text. in l. quoties ff. de reb. dub. præsumi debet præsentationem fuisse factam in tempore: sed nos sumus in claris, & minimè in dubio, cum euidentissimè appareat, atque constet hũc patronum præsentasse extra tempus: ergo nullo modo obstat doctrina Mascardi. Nec obstaret etiã si diceretur, quòd intermissio vnius diei sit de rebus minimis, & communiter nõ est curandum, ad tex. in l. socio ff. de in integr. restit. quiã respõdetur, de minimis quandoquidẽ maximè curandum esse, vt apparet ex latè deductis per Carroc. in dec. 10. & eo fortius quod, vt supra diximus, istud tempus est impurgabile.

Et eiusdem opinionis fuit, mecum confabulãs, eminentissimus Iurisconsultus D. Curtius Palumbus Canonicus Ecclesiæ Neapolitanæ, vir quidem omnium virtutem genere, ac vitæ integritate insignis.

RESOLVT. CCCXXVII.

Qua pœna puniantur clerici blasphematores.

1 *Pœna contra blasphemantes quænam sit.*
2 *Limita in eo, qui calore iracundiæ Deum blasphemauerit.*

DE pœnis blasphæmantium Deum Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, aut B. Virginem, siue alios Sanctos, & de pœnis non reuelantium vide Bullam Iulij III. 34. quæ incipit in multis, & Leonis X. Bullam 1. incip. cum primum §. ad abolendam, & Pij V. Bull. 5. cuius verba sunt, *Quicunque clericus Deum, & D. N. Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem, expresse blasphæmauerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum suorum, pro secunda beneficijs ipsis priuetur, & pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur: quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Iudicis puniatur*, De cuius Bullæ explicatione vide Nauarr. in cap. inter verba 11. quæst. 3. corrol. 57. num. 148. & Couarruu. in c. quamuis pactum p. 1. §. 7. sub num. 10. de pactis in 6. Diaz in practic. crimin. capitul. 110. in verbo blasphæmi.

Amplia primo, præfatam pœnam procedere nedum in blasphemantem, verum etiam contra non manifestantem ipsum blasphemantem, c. si quis per capillum 22. q. 1. ibi, si quis autem talem hominem non manifestauerit, & DD. in cap. nonnulli extra de Iudæis, idem statuit Leo X. in d. constit. 11. vers. quicumque vero Bullar. fol. 194. & Iulius III. in constitut. 43. vers. Monendo tamẽ eos, in eod. Bullar. f. 545. vult etiam, quòd quis possit secretè absque expressione sui nominis denunciare blasphemantes, & dat formam secretè denunciandi, & in dictis constitutionibus ponuntur pœnæ, quibus in statu Ecclesiastico blasphemantes puniuntur, contra quos etiam adest d. constitutio Pij V. in eodem Bullar. fo. 926.

Amplia secundo procedere dictam pœnam etiam in eo, qui dixit, *Potta di Dio*, Viu. decis. 338. similiter *à dispetto di Dio*, Gramat. decis. 50. & in eo, qui dixit, *A dispetto di quel becco, & cornuto, &c. io n'hò fatt'vno*, Gasp. Thesaur. in dec. 78.

Nunc limita in eo, qui calore iracundiæ Deum, vel Virginem publicè blasphemat, vt debeat mitius puniri, nec habet tunc locum pœna c. 2. de maledic. secundum Archidiac. in c. quid ergo, circa finem 23. quæst. 5. Dec. Cagnol. & reliqui l. quicquid calore iracund. ff. de regul. iur. Iason. in l. si filiam tuã C. de inoff. testam. quibus autem circumstantijs vallatus debeat esse præfatus calor iracundiæ vide Alexand. cons. 15. ante fin. vol. 3. Afflict. in const. Regni blasphemantes n. 5. & 10. Cauens. super pragmat. 50. Regis Ferdinandi n. 6. Iulf Clar. in pract crimin. q. 60. nu. 6. Foller. in pract. cen.

in ver. Nicolaus Episcopus à num.56. vsque 67. Ioan. Franciscus Ponzibius in tractat.de lamijs sub num.86.

Limita,ac declara,quòd verba illa Bullæ, pro prima vice, interpetranda sunt pro prima vice punitionis,& non blasphemiæ,etiam si clericus fuerit pro prima illa vice inquisitus, quòd pluries blasphemasset, quia Bulla videtur habere respectum ad correctionem clericorum, ad quod facit tex. in cap. graue de præb. ibi,post primam,& secundam correctionem.

Quare stante statuto,siue Principis proclamationibus, quod si quis blasphemauerit Deum, vel Sanctos, pro prima vice puniatur in decem, pro secunda dupliciter,pro tertia fustigetur. Si quis eodē impetu,& eodem tempore ac eadem continuatione verborum pluries blasphemauerit, vnicum delictum erit, & pro vnica vice puniri debebit, Cœpol. in cons.77. circa med. quem refert,& sequitur Alciat. in tract.de præsumpt. reg.2.præsumpt.6.n.4.& idē tenet Conar.variar.resol. cap.10.nu.8.lib.2.Plac.in epit. delict.cap.1.num.18.in fin. Farinac. in praxi crimin. titul. de delictis,& pœnis quæst.22.num.29. sed Phanut.in tractat. de momento temporis cap.28.num.16.distinguit in materia statuti, prout de iniuria, & sic si quis blasphemauerit Deum, & Sanctos vno impetu,vnica pœna tātū est puniēdus, Bald.in l.duo rei §.semel num.2.ff.de arbitr.Marsi.in l. si in rixa 21.ff.de ficar.Cepol.& Alciat.loc.citat.

RESOLVT. CCCXXVIII.

Qua pœna puniantur clerici negotiatores.

1 *Clerici prohibentur negotiari,& referuntur tres rationes de quibus in num.2.3.& 4.*
5 *Limitatur hæc regula in quatuor casibus,vt in num.6.7. & 11.*
8 *Clericus non dicitur negotiator si vendit vinum,granum, & similia ex propriis fundis peruēta,& hæc possūt vē. ai absque gabellæ solutione, vt in n.9. Amplia nu.10.*
12 *Clerici possunt aliquid lucrari ex artificio, dummodo sit honestum, ad quod inseruntur nonnulla, vt in numer. 13.14.15.16.*

1 REgulariter clerici prohibentur esse negotiatores. vt probatur in c.1.& tot.tit.ne cler.vel monach. hinc voluit tex.in c.fin.de vita & honestat.cleric.quod clericus,qui tertio monitus à negotiationibus secularibus nō abstinet, interim perdit quoad bona priuilegium clericale, & clericū negotiatorem vt pestem fugiendum probatur in cap. negotiatorem clericum 88. distin.vnde in cap.fornicari,ead.distinc. dicitur,Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto verò non licet, & in cap. eijciens, habentur hæc verba, Quia non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini, Cuius prohibitionis tres possunt assignari rationes,secundum Salzed. cap.55. in annotat.ad pract.can.crimin.Diaz.

2 Prima est quia finis eius lucrum est temporale quod clerici contemnere debent,& habentes alimenta, & quibus tegantur contenti esse debent,ait D.Pul. ad Thim.cap.6.

3 Secūda,quia rarissimè hę prophanę,& sæculares negotiationes absq;peccati labe exercētur,vnde periculosæ sunt valde,ait enim Sapiens Eccl.27.Duæ species difficiles,& periculosæ mihi aperuerunt.&c.

4 Tertia ratio est, quia huiusmodi negotia homines retrahunt à spiritualibus,quibus incumbere peculiare est clericorum munus iuxta Diui Pauli sententiā: Nemo militans Deo,implicat se negotijs sæcularibus.

5 Limita suprapositam regulam primò non procedere in clericis constitutis in minoribus non beneficiatis, qui non prohibentur negotia sæcularia exercere,alias licita,ita Abb.post Hostien.& Innocēt.in c.fin.ne cler. vel mon.Abb.in cap.2.& in cap.sed nec eod.tit.Felin.in cap.dilectus,num.22.de rescript. Alban.cons.52.num. 5.& seq.pœna enim suspensionis,& excommunicationis,quę clericis prohibitas negotiationes exercētibus imponitur,procedit si in sacris fuerint constituti,secus si in minoribus, & beneficia ecclesiastica non obtinuerint; quemadmodum etiam dicitur in pena peccati,de qua in c.nemo, & c.nullus 11.q.3. ita Alber. Trocius lib.2.de vero,& perfecto clerico,c.52.num.6. Ioan.à Medina in C.de reb.rest.q.31.vers.nota tamen, f.91.colum.3.

6 Limita secundo si per alios negotiationes exercuerint, quia permissum eis videtur ex text. in clement.1. de vit.& honestat.clericor.vbi clericis interdictum est officium tabernarij, aut maceliarij personaliter exercere,nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi vt intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi.vrget etiam text.in clementin.1.§.porro de statu mon.vbi statutū est,quod monachi,quibus per seipsos venari prohibitū est,possint tamen opera aliorum facere: vnde Alberic. in l.humilem C.de incest.nuptial. dicit, clericum per alium tabernam exercentem, non amittere priuilegium clericale.Tamen quidquid sit ex supradictis,contrariam opinionem tenet glos.in d.clement. 1. cuius opinionem veriorem esse testatur prax. Archiep. cap.75.sub num.6.& tenet Salsed. ad Diaz d. cap.55.ex regula text.in c.qui per aliū de reg. iur. lib. 6.possent tamen pro honesta eorū substentatione per alios exercere negotiationem Nauar.cap.25.nu.111. Molina de contractib. disput.342.sub nu.10.ibi quando circumstantia non adesset, quæ excusaret. Hartaman. cons.90. Menoch.cons.121.num.4.& seq.

7 Limita tertio, vt nō dicatur negotiator per vnius rei emptionem,vel venditionem,nā negotiator is dicitur, qui plures negotiationes exercet, l.1.§.licet,& ibi glos.in verb.omne ff.de tribu,& in proem.instit.§.cumque hoc Deo, l.semper §.Diuus Adrianus, cū l.seq.ff. de iur. immun. Bal. in l.legatis seruis ff.de l.3.Paris de Puteo in tract. sindic. in part.officiales fol.87. Rebuff. in tract.de mercat. minu.art.1.glos.1.n.10.tom.2.constit.Franc.Dicitur etiā is mercator,vel negotiator,qui rem emit, & nō mutata forma illam vendit, vt aliquid inde lucretur,text.est in c.eijciens,& in c.quid est aliud 88.dist.Et negotiator,vel mercator appellatur qui negotiationem quæstuariam exercet, de quo est optima lex.1.tit.7.q.5. & tenet Sanctus Thom.2.2.q.77. art.4.

8 Ex quibus sequitur nō dici clericum negotiatorem, qui vendit vinum,granum, aut oleū ex propriis fūdis, ita singulariter tenet Abb. consil.6.dubio 2. vōlum.1. Dec.in cap.Ecclesia Sanctę Mariæ de const.colum.penultim.imò non obstante prohibitione de non venden. do vinum(vt nostri dicunt) ad grossum, vel minutum.

9 possunt clerici pro sua voluntate, quæ dicta sunt vendere absque gabellę solutione, ita tenet Bertach.in

10 tractat. de gabell. in 7.part. princip. quæst.7. colū.4. Nec dicitur clericus negotiator,vel mercator,licet,id quod supereſt de eo quod vilius ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tunc currente, carius vendat, quam emit, ita Nauarr. in manual. Confess.cap.25.num.110. vnde nec puniri potest, nec ex ea venditione gabellam soluere tenetur,vt per Salzed.ad Diaz d.cap.55.

11 Limita quarto,nō procedere in clericis aliquid lucrantibus ex artificio,cap.numquam de consec.dist.5. cap.clericus victum.91.dist. Panormitan.& Imol.cap.

12 fin.de vit.& honestat.clericor.intellige dummodo nō sint artificia inhonesta, Spec. de cleric.coniugat.n.6. & seq.quia lucrari ex artificio licet clericis etiam,sine necessitate, Host.Anchar. Innocent.in c.secundum in-

13 stituta ne cler.vel mon.Federic.de Senis cōs.207.Clericus enim potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat à diuinis,& ecclesiasticis officijs glos.in c.

14 cle-

14 clericus 91. dist. quemadmodũ potest locare animalia,& oues,& boues,si habet ex decimis,vel successione,aut alias sibi data,aut si habens pascua multa,emit animalia, vt illa in proprio territorio nutrire t, & postea illorum fœtus, & fructus, vel cum creuerint, vel
15 suo labore, & industria meliorata carius venderet, nõ autem si emit vt traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis; quod quidem adeò est verum,quod si clericus emat rem,non vt reuendat, sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem velit vendere, non prohibetur vendere etiam pro maiori pretio, si tantum tunc valet, Abb.in c. 1. ne cler. vel mon. faciunt notata per Bart. in l. cætera §. fin.ff. de l. & est communis omnium sententia, vt per Molin. d. disp. 342. num.11.

RESOLVT. CCCXXIX.

Qua pœna puniatur Parochus cognoscens carnaliter suam filiam spiritualem.

1 *Quæ differentia sit inter filiam spiritualem, & inter eam, cui à Parocho collatum fuit Sacramẽtum Pœnitentiæ.*
2 *Pater spiritualis magis diligendus est, quàm carnalis.*
3 *Eandem pœnam pati debet occidens patrem spiritualem, quàm qui occidit carnalem.*
4 *Filius sicuti prohibetur in ius vocare patrem carnalem, ita & spiritualem.*
5 *Pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, sicuti nec pater carnalis.*
6 *Quæ sit pœna Sacerdotis fornicantis cum filiabus spiritualibus.*

IN hac quæstione respondetur distinguendo,supponendo maximum esse discrimen inter simplicem
1 filiam spiritualem, & inter eam, cui à Parocho collatum fuerit Sacramentum Pœnitentiæ,nam grauius est puniendus in secundo casu,quàm in primo, quia tunc dicitur propriè, & verè cõtracta filiatio spiritualis,secundum glos. in cap.1.in verb.spiritualẽ de cogn.spir. lib.6.Sot.in 4.sent.dist.42.Graff.cons.1.de cogn.spirit. Vnde recepta ad Pœnitẽtiam,dicitur filia spiritualis. Et Symmachus Papa in c.omnes 30.q.1.sic ait,Omnes quos in Pœnitẽtia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, vt & ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus,vnda sacri Baptismi regenerauit,ad idem facit tex.in cap.final.eod. tit.licet per dationem præfati Sacramenti non cõtrahatur cognatio spiritualis apta ad impediendum matrimonium, c.quem pœnitet de pœnitent. dist.1.Turrecrem.in rubr.30.q.1.num.4.Graff.cit.loc.Henriquez cons.19.n.3.Hartaman.consil.6.n. 4. Euerardus cons. 60.Limita,vt non dicatur filia spiritualis illa, quam Sacerdos semel audiuit in confessione,& non absoluit, Henriquez de Sacrament. in genere,lib.1. cap.14.§.8.

Vnde cum(vt supra diximus)per huiusmodi Sacramentum contrahatur cognatio, propterea maior reuerentia inter vtrumque esse debet,& propterea dicebat glos. celeberrima in cap. pitacium in verb. multo
2 magis 30.q.3. patrem spiritualem magis diligendũ esse,quàm carnalem, quam Glos. sentẽtiam dicit singularem Barb. in l.2.col.7.ff.de verb. oblig. & in repet.l. cum acutissimi col.117.C.de fideicom.licèt huic sit affinis,& alia glos.in c.qui dormierit 27.q.2. tradens affinitatem spiritualem maiorem esse, quam carnalem. Vlterius dicit etiam alibi gl. in c. aut factam in verb.
3 parentem de pœniten.dist.1.non minus puniendum esse, qui interimit parentem spiritualem,quàm qui carnalem,quam sequitur Alex.in addit.ad Bartol. in l.dinus,vbi Hyppol. de Marsi.in fin.ff.de patricid. pro qua vide Abb.in cap.fin.col.penult. de purgat. canon. cuius opinionem in specie sequutus fuit Dec. cons. 462. col.1.& in cap.at si clerici num.38.de iudic.

Hinc dicit Iaso. in l.generaliter in 1.col.in princip.ff. de in ius voc.quod filius prohibetur tam patrem carnalẽ, quam spiritualem in ius vocare absque venia, vt voluit etiã ante eum Fulgos.in l.adoptiuum,ff.eod.tit. Rom.in l.sed si has §.peto ff.eod. Bald.in c.1.§. fin.in 4.col. de prohib.feud. alien.per Fed.& idem Bal. dixit in d.l.generaliter,quod pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, quemadmodum carnalis, vt refert,ac sequitur Salycet.in l. testes idonei ff. de testibus per tex.in l.si quis alumnã in fin.C.de nupt. & alibi voluit idem Bal.in l.1.in antepen.col.C.vnde vir. & vxor. quod quemadmodum mulier non repellitur ab accusãdo pro iniuria illata personis sibi cõiunctis, ita potest accusare pro iniuria illata patri suo spirituali.

6 Quare Sacerdos, qui cum filiabus spiritualibus fornicatur, graue adulteriũ committit, & olim ab omni officio deponebatur,& peregrinãdo per viginti annos pœnitere debebat, c.si quis Sacerdos 30. q.1. vbi presbiter, qui cũ filia spirituali fornicatus fuerit, ab omni officio deponẽdus est, & facit tex.in c.non debet 30.q. 1.dicẽs, quòd si esset Episcopus tale facinus committens,debet annos quindecim pœnitere. Et quod talis Parochus debeat deponi vide Panorm. in cit. c. vlt.de purgat.canon.Anan.in c.cum dilectus,de accus.Fel.in cap.at si clerici num.15.vbi Dec.n.36.de iudic. Berm. Cho. de public. concub. rub. de incæstu num.3.

RESOLVT. CCCXXX.

De pœna infligenda laicis concubinarijs.

1 *Traditur forma infligendi pœnas contra laicos concubinarios, secundum Conc.Trident.*
2 *Episcopi non possunt accipere compositionem super omnibus criminibus.*
3 *Pœna pecuniaria tunc debet infligi, quando id sit correctionis zelo.*

FActum tale proponitur: Episcopus quidam Regni Siciliæ,cuidam laico, quem de crimine concubinatus inquisitum habebat,probato cõcubinatu, inflixit pœnã pecuniariã,scilicet ducatorum duorum mille, & cum pro parte eiusdem laici inquisiti instaretur coram me,vt quid de iure sentirem,scriberem,qua de re, vt ei satisfacerem, respondi prout ex infrascriptis.

1 Et primo, quod Conc.Trid. sess.24. de Sacramento matr. c.8. tradit formam infligendi pœnas contra laicos concubinarios,& primo mandat,quod ter moneãtur ab Ordinarijs etiã ex officio.Secundo,si hoc peracto non respuerint,esse excommunicandos. Tertio, si animo indurato per annum sic steterint,pro qualitate criminis seuerè ab Ordinario puniantur, Quarto mulieres, quæ publicè cum suis concubinarijs viuunt, nisi,vt supra,admonente Ordinario,paruerint,extra oppidum,seù Diœcesim eijciantur,inuocato ad hoc etiã, si opus erit brachio sæculari.

Et quamuis Episcopus habeat potestatẽ imponendi pœnas pecuniarias laicis, siue clericis,vt est communis opinio, secundum Panorm. & reliquos in c.vt clericorum,nu.10.de vit.& honest. cleric.Vgol.de potest. Episcop.c.56.nu.5.par.2.Baiard.q.80.in princ.Iaffred. Balb.in dec.63.Cephal.cons.30. n.4.volum.1. & Hartaman. cons.21.& Peregr. de iure fisci lib.1.c.2. Cuius conclusionis vera ratio est, quoniam hodie Episcopi de generali consuetudine habent fiscum, vt scribit Panuinus, quem refert Diaz in pract.crim.can. cap.134. nu.2.vbi in c.124. in fin.dicit,hanc opinionem esse veriorem, & consuetudine roboratam, & hanc etiam opinionem esse vsu comprobatam testatur Felin. in c. irrefragabili §.1.num.11.de offic. Ordinar.Viu.qui de cõmuni opinione testatur in opinione 255. & Clar. in q.80.n.5. nec Conc.Trident.sess.24.c.8.tollit alias pœnas iuris, vt pluries declarauit Sac. Illustrissimorum

Congregatio,& in Curia Archiepisc.Neap.fuit exulatus à Diœcesi Neap.quidam laicus,qui per plures annos steterat in cõcubinatu, vt refert Nouissimus c.36.

2 Tamen in casu, de quo verba facimus non potuit præfatus Episcopus Siculus vllo iure talem pœnam infligere,& hoc ex pluribus,tum primo,quia non valent Episcopi accipere compositionem super omnibus criminibus, vt fusè tradit Paulus de Castro in cons.348. col.fin. per tex. cum glos.in c. licet, vbi DD. extra de pœnis,Felin.in c.qualiter,& quando,il secondo, §. ad corrigendam n.30.de accus.Clarus in practic. crim.§. fin.q.85.vers.vlterius quæro,sed tunc cum crimina essent leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus pœnæ arbitrariæ, & dicitur crimen leue, vel graue multipliciter. Primo,quando consideratur persona,res,tẽpus & locus,Bal.in cons.412. super eo quod lib.4. in principio. Secundo, qualitas delicti,quia omnia delicta capitalia sunt grauia,Bald.vbi supra in princ.vers. secundo modo. Tertio, dolus ex parte committentis delictum,quia vbi dolus,ibi grauitas delicti,Bald. qui supra vers. tertio modo, & cons.388. si Princeps nu.2. vbi ponit dolum,& pœnam tantum considerari lib.4.

3 Tum secundo,quoniam eo casu infligenda est pœna pecuniaria, quando id fit correctionis zelo præsertim vbi ea magis timeretur,quam corporalis, glos.in c. licet, & ibi Panormit. de pœnis,Foller. in pract. crimin. canon.cap.133.n.26.Vrsil.ad Afflict.in dec.49.num.3. Coler. decis. 40. & secundum Quarant. nouissimè in summa Bullarij in verb. pœna pecuniaria,debet adhiberi cautela, ne in illa imponenda modus excedatur, sed personarum conditio, & peccati qualitas attendantur, vt ante præcitatum voluit Hostiens. in §. quid pertinet de offic. Ordin. in sum.

Quare cũ in casu,de quo loquimur,hæc omnia deficiant,cum pœna inflicta videatur, non zelo correctionis, sed potius cupiditate lucri, prout apparet ex ænormissimo excessu in quantitate pecuniæ, scilicet duorũ mille ducatorũ, propterea fatendũ est præfatã pœnæ impositionem omnino reuocandam esse, pœna enim pecuniaria tunc tantummodo infligenda est, cũ illa imponitur pro corrigendis peccatis, & per consequens ne illa in posterum amplius committantur, secundũ Gramm.voto 7.& Graff.de arbit. Cons.lib.2.c. 9.præsertim quoad eos,quorum vita probabiliter non speratur corrigenda,facit text.in c.prodest 23. quæst. 5.& 24.q 1.cap. legatum,vt videtur esse is,qui assiduè peccat l.3.in fi.C.de Episc.audien.cũ nec Deus assiduè peccãti de facili misereatur,c. diaconi sunt in fin.dist. 93.vbi glos.dicit,assiduè idest iterato,quia vulnus iteratum tardius sanatur,cap.inanis de pœnitent.dist.3.

Iis accedat,quod cum Sacr.Conc.Trid.loco citato formam induxerit procedendi contra concubinarios, vt scilicet primo ter moneantur, secundo excommunicentur,tertio pro eius arbitrio seuerè puniãtur, igitur hæc forma seruari debet, forma enim est, quæ dat esse,& spiritum rei,l.Iulianus §.si quis ff.ad exhibend. & in c.1.de consecr.eccl.Inn.in rub. huius tit.Ioan. de Amicis cons.145.num.5.Barb.cons.13.vol.3.Simon de Pretis cons.181.vol.1. Cæphalus cons.610.nu.38. vol. 4.Mantua cons.108.num.31.& forma est indiuidua,vt per Ruin.& alios in l.1.§.qui præsens ff.de verb.oblig. Cæphal.cons.480.nu.33.vol.4.nec ei aliquid addi, vel detrahi potest, secundum Laurentium de Pinu cons. 151.n.9. & ipsa æquè non seruata,actus redditur nullus,Riminald.cons.136. vol.3. neque adimpleri potest per æquipollens, secundum glos. in clem.1. de vita, & honestate cler.Paris.cons.97.n.13. vol.4. & Viu. latissime decis. 334. 335. & 336. quare cum præfatus Episcopus formam hanc minimè seruauerit,cùm post trinam monitionem processerit immediatè ad impositionem pœnæ pecuniariæ,meritò debet censeri nulla, ob inobseruationem formæ arg. dec.Afflict.358.

Non obstat, si in eius fauorem diceretur, quòd arbitrio Episcopi remittatur facultas infligendi pœnas concubinarijs,quia respondetur, quòd debet intelligi, vt sit regulatum, prout de iure, secundum Bart.in extrauag.ad reprimendum,num.8.Paris.consil.56. nu.5. volum.1.& cons.8.nu.21.volum.4.Soccin. Iun. consil. 41.nu.16.vol.2.Afflict.dec.321.Pet.de Beninten. Rot. Bononiens.decis.31. Rota decis.348.num.4.part.1. diuers.in nouiss. Rot.Rom.Paleott. in decis.641. num.1. part.3.de Grass.in dec.7.& 8.de iudic.& fuit pluries in Rot.resolutum,præsertim in vna Tolet.pecuniaria 13. April.1587. coram Illustris. Pamphilio,& in vna Rauennaten. transactionis 19. Ianuarij 1594.

RESOLVT. CCCXXXI.

Qua pœna puniatur retentus in domo sub fideiussione de non discedendo, si discesserit, & die sequenti redierit.

1 *Carceratus dicitur etiam,qui stat in aliquo loco, ita quod ab eo recedere non possit.*
2 *Habilitatus sub cautione,dicitur quoque carceratus.*
3 *Recedẽs à carceribus,& statim rediens,nõ dicitur fugere.*

SVpponatur in facto,quod quidã fuisset non in carceribus ordinarijs Curiæ Archiep.detentus,verũ in camera *volgarmente detta la camera del Carceriero;* cũ fideiussione de non discedendo ab ea, quare cum discessisset, & postea die sequenti reuersus fuisset, dubitatum fuit an pœna exigi possit contra fideiussorẽ, & videbatur prima facie dicendũ, quod sic, ex pluribus,tum primo,quia talis dicitur verè,& propriè carceratus,taliter,quod per eius recessum cẽsetur fregisse carceres, & confessus fuisse delictum, sicut ille, qui est in compedibus, vel in carceribus, vt communiter voluerunt DD.in l.qui in carcerẽ ff. quod metus cau.nã qui nõ potest de loco exire,parum differt à captiuitate,qui videtur spoliatus sua libertate,secundum gl.receptam in c. de raptoribus 36. quæst.1. & ita dicebat Inn.in cap. nuper de sentent.excommun. quod omnis ille dicitur carceratus, cui locus pro carcere assignatur,ita quod illũ locum exire non possit impunè,& ire quò vult,quẽ sequitur Catald.in cons.56.n.4.& 5.vol. 1.consiliorũ crim.Angelus in tract. de malef. in verbo qui iudex num.16.dicens ex sententia Bartol.in l.2.C. de exhib.reis,quod omnis locus assignatus alicui pro carcere, sit carcer. & Ang.in l.1.C.de priuation.carc. dicit,quod etiam ille,qui detinetur in via, & recedere de illo loco non potest,diceretur incarceratus,& talis detinens illo modo incideret in pœnã de priuatis carceribus,& Bertaz. in cons.35.nu.3. & ibi Apostilla sub lit.A.vol.1.consil.criminalium dicit,quod si quis detinetur in aliquo carcere,palatio,& ciuitate,ita dicitur fregisse carceres,si aufugit,sicut si esset in carceribus, quia ille locus est subrogatus loco carceris,&sequitur Betius cons.44.num.36.vbi alios allegat,& quando est assignata ciuitas,vel castrum,aut territoriũ alicui pro carceribus, sub præcepto pœnali cum fideiussione de soluendo pœnam in casu contrauentionis dicitur sub arresto ille talis positus,& sic carceratus,ideo si decedit, & aufugit,dicitur ita carcerẽ fregisse,sicut si esset in proprio carcere,& habetur pro cõfesso, Gram.cõs. 57.n.4. in criminalibus, sequitur Apostilla Bertaz. in dicto cons.35.in lit.A.Menoch.de arb.iud.lib.2.cent.4. casu 301. n.9. & 10. & quod ille, cui fuit assignata ciuitas pro carcere, sub præcepto sine custodia, dicatur carceratus,& propriè si non est ita strictè,prout quando est in compedibus, & in aliquo arcto carcere, est text.in l.succurritur ff.ex quib.cau.maior.vbi dicitur, quod qui aliquo modo stringitur,vt euadere nõ possit, dicitur carceratus, sed arrestatus in ciuitate, dicitur

aliquo

aliquo modo districtus,ex quo ad libitū abire non potest. His accedat,quod voluit Guid.Pap. in dec.253.
2 vbi habilitatus cum cautione de non discedendo à palatio,dicitur etiam carceratus allegat gl. in l. necnon §.1.ff.ex quib.cau.maior.consAnnæ 140.vol.2.n.11.

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium dixi, scilicet minimè posse exigi pœnam contra fideiussorem. Mouebar ex doctrina Carrerij in practica criminali,§.3.n.20.vbi expresè teneti n præsenti casu non esse ruptam fideiussionem, nec fideiussorē ad pœnam aliquam obligari,& ita testatur habuisse de facto Farinac.in tit.de carceribus, & car.q.30.nu.77. quod sequitur Herculan.in tract.de caut.de non offenden.c. 50.num.17. huic accedat, quod Roman. cons.193. consultus, respondit pluribus subtilibus rationib. ad fauorem cuiusdam fideiussoris, qui promiserat, quod debitor ex Curia nō discessisset,donec debitū soluisset qui discessit, sed statim reuersus fuit, & dicit Roman. fideiussorem non posse conueniri, & sequitur Suar. in tract. de fideiussor. in causa crim.nu. 32. in fin. Osasc. decis.50.n.1.

3 Tandem facit, quod recedens à carceribus,non dicitur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, si citò reuersus est Alex. ad Bartol. in l.1.§. qui expilatores, litera F,ff. de effract. Boer.dec.215.nu. 17. & 18. Mascard. concl.266.n.22. Farinac. cit.q.30. num.139. & Oliuerius cons.4.n.25.vol.2.

RESOLVT. CCCXXXII.

Per quem puniantur offendentes Birruarios alterius Curiæ.

1 *Per offensionem iurisdictionis inducitur eius prorogatio.*
2 *Ratione offensæ iurisdictionis iudex incompetens efficitur competens.*
3 *Limita quando iurisdictiones sunt distinctæ.*
4 *Clericus deponens falsum coram Iudice laico remittitur.*

1 IN facti contingentia dixi pœnam infligendam esse per iudicem Birruariorum,quibus illata fuerat offensio,non autem per iudicem illius, qui intulit offensionem,& ratio est quia propter offensionem illius iurisdictionis inducitur ipsius prorogatio secundū Castrens.l.addictos C. de Episcopali audientia per illum tex. qui loquitur in specie quando offenditur familia iudicis exequens suum officium.

2 Facit ad idem tex. in l.nullum C.de testibus,vbi habetur, quod ratione offensæ iurisdictionis, qui alias non est competens iudex efficitur competens, & ita de Franch. in dec.147.

3 Limita tamen vbi iurisdictiones essent distinctę,veluti ciuilis,& criminalis,vt est in Magna Curia, quia si testis falsum deponit coram Iudice ciuili remittitur ad Iudicem criminalem,de Franc. loco cit. ex Bartol. in l. si quis obrepserit,& in l.diuus ff.de falsis,Paris. de Puteo de sindicatu in verbo notorium col.2.vnde Capyc. in decis.122. voluit, quod quando iurisdictiones sunt distinctæ per clausulam abdicatiuam, non procedit tex. in l.nullum,quia secundum eum d.clausula inducit separationem iurisdictionis.

4 Vnde si clericus deponit falsum coram iudice laico,cognitio non erit iudicis laici, sed ecclesiastici, & ita limitatur tex. in d.l.nullum Afflict.in dec. 230. vbi Vrsill.Cappell.Tholos.in dec.179. Capyc. in dec.5.n. 13. de Franchis in dec.417. Anna sing.135.

Finis tituli Praxis de Pœnis.

PRAXIS BENEFICIALIS.

RESOLVT. CCCXXXIII.

An Episcopus possit constituere nouas dignitates in Ecclesia cathedrali absque authoritate Apostolica.

1 *Collatio dignitatum spectat ad Summum Pontificem.*
2 *Olim poterat Episcopus constituere horas canonicas, & veteres extinguere.*

1 DVbium mihi faciebat pro opinione negatiua, quod collatio dignitatum quæ sunt primæ post Pontificalem spectat ad Papam secundum glos. in c. deliberatione in verb. election. de offic. delegati, Staphil. de lit.grat.f. 8.num.9. igitur ad Papam debet spectare earum creatio.

Cæterum præfatis non obstantibus animaduertendum est,in hac quæst. duas reperiri opiniones: prima est Innocent. referentis glos. in cap. cum olim in verb. concessimus de consuetudine, & Sylua 1. part. quæst. 4. num. 18. & 4. quæst.7.num. 20. casu 116. vbi dicit quod sic, quod confirmat ex Bert. in tractat. de Episcop. 2. part. lib.4. & ex Speculatore in tit. de dispensation.vers.107. Secunda opinio est glos.in d.cap. citat. immo text. ibi, & in cap. cum accessissent eod. tit.glos. in cap.1. in verb. omnes 22. distinct. & Sylu. 2.part.quæst.3.num.6.vers.8. & etiam glos. in clemen. tin.fin. in verb. mensæ suæ,de rebus Eccles. non alien. vbi habetur, quod non, imo plus dicit ex mente Hostiensis in dict.cap. cum accessissent,quod dignitas nō confirmata per Papam tolli potest de Ecclesia Cathedrali per cap. ipsius Abb. in dicta clementin. num.12. & in cap. transmissæ,num.5. de verbor. significat. Zerola in praxi Episcopal. part. 1. in ver. Beneficia sub vers. ad dignitates assequendas, censet cum secunda opinione,referens sic se habuisse in facto, ac sic responsum fuisse ab vrbe, & quod dictum est de nouis constituendis, idem in veteribus extinguendis per dicta Iura, & glos. Hostiens. in summa tit. de constitutionibus §. quando constitutio nu.20. vers. cum quæritur dicit,quod sic,& Innocent. in cap. cum accessissent eodem titul. n.2.vers. item Episcopus dicit,quod sic,& ita posse practicari,ac ita se audiuisse practicari ab Episcopo Stabiensi, siue Castri ad mare refert Zerola in d. praxi Episcopali.

2 Ad hæc nota, quod licet per text. in c. final. & ibi glos. in verb. excreuisse de verborum significatione non poterat Episcopus constituere nouos canonicos, & veteres extinguere absque Sedis Apostolicæ facultate,hodie tamen per Concil. Tridentin.sess.24.c.15. de reformat. potest Episcopus cum consensu capituli propter tenuitatem introituum,prout ibi, & à contrario sensu etiam nouos constituere,Innocent. vbi supra Caputaq.decis.221.part.1. vide Boeriū decis.62. nu.7. & cap. ex parte de concessione prebend.Sylu.4.p.q.7. n. 26.vers.115. & in creatione nouorum canonicorum quomodo sit procedendum, vide de Franchis decis.2. num.18. & 19.

RESOLVT. CCCXXXIV.

An in constitutione Beneficij requiratur consensus Episcopi.

1 *Constitutio beneficij requirit consensum Episcopi.*
2 *De natura beneficij est,vt sit perpetuum.*

1 BEneficium Ecclesiasticũ eo ipso dignoscitur, quod reperitur aliqua Ecclesia vel cappella erecta auctoritate Superioris, & dotata Guido Pap. decis. 187. Rota diuers. decis. 508. num. 6. & 509. n. 5. & seq. p. 1. & quod verè beneficium Ecclesiasticum nõ dicatur ante Episcopi approbationem probatur ex tex. in c. nemo, & in cap. nullus de consecrat. dist. 1. & tradit Felin. in cap. ex parte il 2. col. 1. de rescriptis, Rebuff. in praxi benefic. tit. Quare instituta sint benef. num. 10. fol. 6. vbi inquit, quod ante Episcopi approbationem nõ dicitur propriè beneficium Ecclesiasticum, sed potius quædam pia donatio, vel relictum pium, si forte pro Missis celebrandis, vel pro anniuersario in perpetuum relictum fuerit, quod etiam tenuit Rota dec. 11. de iurepatron. in antiquis, & quamuis idem Rebuff. in tit. quid sit beneficium n. 8. in fine dicat, quod in dubio quilibet Cappella ad seruiendum Deo fundata præsumitur beneficium Ecclesiasticum licet non appareat de approbatione Episcopi, nihilominus eius dictũ non est tenendum ex supra allegatis. Nec Ægid. quem ipse citat ita loquitur in q. 16. in fine vers. 2. quia vult in dubio rem acquirendam esse in casu in quo est, late Gonzalez ad regul. de mensibus gl. 5. n. 7. vbi etiam rationem affert.

2 Sed est aduertendum, quod licet regulariter beneficium Ecclesiasticũ sit illud, quod perpetuò confertur, vt per Abb. in c. auctoritate in fin. de cens. Sarnen. in reg. de infir. q. 23. Gonzal. loc. cit. num. 11. tamen aliquando potest esse beneficium Ecclesiasticum, quamuis non sit conferibile, exempli gratia, si ille, qui beneficium fundauit voluerit in perpetuum illud spectare ad liberam dispositionem certarum personarum, veluti Abbatis certi Monasterij, cum hoc, quod etiam possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in parte pro vt sibi videbitur, ita fuit resolutum per Rotam in vna Perusina Sanctæ Mariæ de Nive 30. April. 1599. coram Pamphil.

RESOLVT. CCCXXXV.

Nomen Sancti beneficij, an sit exprimendum in impetratione beneficij.

1 *Nomẽ Sancti an sit exponendum in beneficio.*
2 *Nomen dignitatis debet exprimi.*

1 IVuat hoc loco inquirere, an quãdo impetratur beneficium, ne impetratio reddatur subreptitia, sit necesse nomen Sancti huius beneficij exprimere, in qua quæstione communis est canonistarum conclusio, quod si impetratur Ecclesia Cathedralis, de stylo curiæ necesse non est exprimi nomen Sancti ipsius Eccle. siæ, licet secus sit in alijs Ecclesijs inferioribus, ita nũcupatim decidit glos. in cap. quamuis il 1. in verb. nõ extendit de præb. in 6. cum qua ibi transeunt Ioannes Monachus n. 5. & Prob. in addit. ad eum, Petr. de Ancharan. col. 3. n. 4. vers. 2. quærit, Gemin. in §. quamquã eiusdem cap. col. 3. n. 10. vers. in glos. fin. ibique etiam Franchus col. 2. num. 7. & alij indifferenter: eamdem approbat opinionem Lap. alleg. 16. an valeat num. 4. Imol. in cap. cum adeo per illum tex. col. 1. nu. 2. vers. nota secundum Cardin. de rescript. & Felin. in c. cum accessissent col. 1. num. 1. vers. & quando nominantur Ecclesiæ de constit. rursus idem in cap. in nostra col. ante penult. correlar. 39. num. 40. vers. & nota quod quando exprimitur Ecclesia de rescriptis, & communem testatur. Mandos. ad Lap. in citat. alleg. in verbo nomen lit. I.

2 Amplia, quod oportet etiam nomen dignitatis exprimere, ita firmat in cap. in nostra de rescriptis Ioan. Andr. col. 2. n. 10. in verb. expressam, Butr. col. 5. nu. 17. vers. 4. quæro Panorm. n. 4. Imol. col. vltim. nu. 13. & communis est teste Felin. in dicto cap. ad aures n. 2. de rescript. Selua in tractat. de benefic. p. 3. q. 11. vers. 23. qualitas fol. mihi 260. in paruis, quoties enim lex expressionem pro forma requirit, non sufficit prolatio verborum per inuolutionem cap. qui ad agendum de procurat. in 6. l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio. specialis autem mentio illa est, quæ exprimit circumstantias, & conditiones, quę possent Principem alterare, vt ait Flor. in clem. 2. q. 14. n. 10. de offic. ord. Soccin. in repet. c. postulasti col. 14. de rescript. quem allegat, & sequitur Felin. in dict. cap. ad aures col. 2. in princ. n. 3.

Item amplia, vt teneatur sue nobilitatis qualitatem exprimere si credimus Hostiens. in c. ad aures in princ. in verb. dignitatis, cuius sententiam ibi sequitur Barb. n. 5. de rescript. & non obscure sentit Bom. sing. 37. verum nobilis, contrariam tamen opinionẽ tenuit And. in d. cap. ad aures n. 4. videlicet, quod in litteris impetrationis non sit de necessitate qualitas nobilitatis exprimenda, & eundem Ioan. And. sequuntur Flor. col. 2. vers. 4. quæro Butr. n. 10. Panorm. num. 2. col. 1. Imol. col. 2. num. 5. Felin. col. 1. nu. 1. vbi aduersas rationes repellit, Selua in tractat. de benefic. p. 3. q. 12. in princip. Tiraquel. in tract. de nobilit. c. 37. n. 61. eandem sententiam firmat Panorm. in cap. postulasti col. penultim. num. 3. de rescript. & esse communem authores sunt, Decius in dict. cap. ad aures col. 2. num. 3. & Rip. num. 16. tum quia hoc iure cautum non reperitur, tum etiam, quia impetratio subreptitia non redditur, si supprimuntur ea, quæ expressa facilius Papam ad concedendum induxissent, vt est casus in dict. cap. postulasti à contrario sensu, sed Papa liberius beneficia nobilibus, quàm ignobilibus concedit. c. de multa in fine de conces. præbend. talis ergo expressio necessaria non est.

RESOLVT. CCCXXXV.

An beneficia Ecclesiastica possint conferri clerico animi destinatione tonsuram habitumque clericalem gerenti.

1 *De proximo faciendum habetur pro facto.*
2 *Beneficia Ecclesiastica non nisi clericis sunt conferenda.*
3 *Laico destinato clerico non potest conferri beneficium.*

1 CVpiebat quidam Illustrissimus Episcopus quemdam laicum incedentem in habitu, & tonsura ordinare, & cũ hoc minimè potuisset, stante quod erat alterius Episcopi subditus ad tex. in c. 1. & 2. de temp. ordin. in 6. cap. fraternit. de cler. non resid. & c. nullus de parochis, cogitauit conferre eidem beneficium, & me consuluit, an posset præfato laico destinato clerico conferre beneficium, vt sibi efficeretur subditus, & dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua reg. iuris, quod de proximo faciendum habetur pro facto ad text. in l. penult. ff. de milit. testam. cum alijs quos congerit Ias. in l. quamuis C. de inoff. testam.

2 Cæterum hoc non obstante contrarium dixi motus ex pluribus.

Tum primo, quia beneficia Ecclesiastica, nonnisi clericis sunt conferenda, text. in cap. cum adeo de rescriptis, cap. ex litteris de transact. c. ex insinuatione, cap. 2. de instit. vbi Anchar. Abb. & reliqui, Sylua de benef. in princ. nu. 2. idem Anchar. in reg. beneficium nu. 3. Lambertin. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 7. num. 2. cum seq. Rebuff. de pacific. possess. n. 287. in principio, & in praxi tit. de clericis, & à quibus, & quomodo creentur num. 4. Nauarr. consil. 1. de præbend. & alij quos cumulat Gonzalez ad reg. de mensibus gl. 2. num. 60.

3 Et quamuis nonnulli fuerint opinati posse beneficium

cium Ecclesiasticum conferri laico sola animi destinatione tonsuram & habitum clericalem gerenti, quoniam is clericus censetur, adeo, vt gaudeat priuilegio cap. si quis suadente 17. quæst. 4. secundum Archidiac. ibi num. 8. quem sequitur Felin. in cap. cum adeo, n. 2. de rescriptis, Selua de benefic. 3. part. quæst. 6. n. 4. vol. 15. Iason in leg. diuortio num. 15. & 16. solut. matrim. & latius Tiraquel. in ll. connubial. gloss. 2. nu. 2. cũ 44. seq. quod tenuit glos. fi. in cap. 2. de instit. cuius sententiam sequuti sunt Domini de Rota in decis. 12. de probat. in ant. & hanc opinionem glossæ sequuntur fere omnes, secundum Hostiens. in d. cap. 2. col. 1. vers. nam ius, secundum Henricum ibi col. 2. in princip. & secundum Archidiaconum, qui idem testatur in c. nulli 12. quæst. 1. num. 4. quare dubium non est, quin ista fuerit communis opinio apud antiquos iurium interpretes.

Nihilominus cõtraria opinio est iam receptissima, & illam cõtra glos. asserit communem, Felin. in d. cap. cum adeo num. 4. in princip. Selua de benefic. part. 3. quæst. 6. Staphyl. de litter. gratiæ & iustitiæ in 9. forma expectatiuarum num. 34. & dixit communem Corras. in paraphras. Sacerd. 3. part. cap 1. nu. 1. fatetur etiam communem Boer. decis. 171. num. 6. quam sententiam tenet Gomez de gratijs expectatiuis, num. 89. & Paris. cons. 125. volum. 4. nu. 1. qui optimè loquitur de materia. Hodie tamen ex Sacro Concilio Tridentino c. 6. sess. 23. non solum requiritur, quod clericus sit prima tonsura initiatus, sed quod habeat 14. annos, idemque probatur in l. 3. tit. 16. part. 1. vbi Greg. verb. *quatorze annos*, aliter minime poterit obtinere beneficium Ecclesiasticũ, neque cappellaniam collatiuam, vt resoluit Flamin. lib. 4. de resignat. benefic. cap. 1. num. 7. & quæst. 11. num. 13. vbi plures refert pro hac sententia, quæ nullum habet contradictorem, illa tamẽ ætas 14. annorum licet non sit completa, sufficiet quod annus sit cœptus, nã habetur pro completo l. qua ætate ff. qui testamenta facere poss. l. ad rem publicã ff. de muner. & honoribus, & Iarg. text. in cap. 15. sess. 25. de reg. Cõc. Tridentin. vbi annus requiritur completus ad profitẽdum, & sic vbi illud non cauetur, contrarium censetur dispositum l. cum prætor ff. de Iudicijs l. qui accusare ff. de accusat. & explicat Guttierez canonicarum quæstionum cap. 26. num. 33. & ita communiter practicatur per omnia tribunalia Regni, & vbique locorum.

Tum secundo, quia in materia Clericatus non sufficit deputatio seù destinatio ad eum, etiam cum delatione habitus, & tonsuræ, vt refert Federic. de Senis cons. 290. Aymon cõs. 322. volum. 2. Artam. cons. 113. num. 4. & sequent. Ioseph. Ludouic. concl. 14. illat. 146. & proprerea fuit decisum in Sacro Consil. quod non debeat fieri remissio ad magnum Magistrum militum Hyerosolymitanorum cuiusdam Equitis qui deliquit postquam fecerat probationes, & exoluerat viaticũ, & iam se præparauerat accedere ad insulam Melitæ pro assumptione habitus, vt refert de Franchis decis. 449. Farinacc. de inquisition. quæst. 8. num. 113. Petrus Gaball. cas. 120.

Quare non obstant contraria præsertim tex. in l. penultim. ff. de milit. testament. quia procedit quando de proximo faciendum est infallibile, secundum Felin. in cap. cum te col. 17. de rescript. & sequitur Tiraquel. loc. cit. num. 28.

RESOLVT. CCCXXXVI'I.

An obtinens fratantiam teneatur ad recitationem diuini officij.

1 *Fratantiam esse beneficium Ecclesiasticum.*
2 *Beneficiatus tenetur regulariter ad diuini officij recitationem.*
3 *Obtinentes tenua beneficia nõ tenẽtur ad horas canonicas.*

1 PLuries hac in re consultus ego respondi tres iuris conclusiones esse distinguendas. Prima sit has fratantias esse propriè ac verè beneficia Ecclesiastica, quod apertè demonstratur ob id præsertim, quod in eis adsunt omnia requisita, quæ in beneficijs Ecclesiasticis concurrunt, sprout sunt, primo, quod habeant quid spiritualitatis annexum, nam propter diuinũ officium datur beneficium cap. fin. de rescript. in 6. Abbas cons. 47. n. 1. vers. tertium consideratur par. 2. Ancharanus in reg. beneficiũ n. 4. de reg. iur. in 6. Barbat. in cap. in nostra nu. 74. de rescrip. Rebuff. tract. de pacif. possess. num. 287. vers. tertio cognoscitur, Labertin. de iure patronat. lib. 1. quæst. 9. art. 3. sub n. 3. versic. 3. requiritur, at onus prætatarum fratantiarum est mortuorum cadauera associare, quod spirituale est, vt patet, secundo quia conferuntur clericis, Ancharan. Ab. & reliqui in cap. cum adeo de rescipt. Sylua de benef. in princip. num. 2. cap. 2. de institut. tertio, quia ab Episcopis cõferuntur cap. si quis deinceps & cap. si quis nullus 16. q. 7. & ibi glos. in summa Anchar. in d. reg. benefic. sub num. 3. Abb. in d. consil. 47. n. 1. Lambert. d. art. 3. in. 10. post princip. Rebuff. de pacific. possession. dict. num. 287. in princip. 4. quia fratantiæ istæ debent perpetuo conferri cap. sanctorum 70. dist. cap. penultim. de cler. ægrot. cap. si gratiosè de rescriptis lib. 6. Milis in repertor. verbo beneficium num. 24. Gigas de pensionib. quæst. 86. vers. quintum requisitum, Rebusi. cũ alijs vbi supra vers. quinto dignoscitur, Achil. decis. 1. num. 4. de officio Vicar. quare ex his omnibus allegatis clarè habes dictas confratantias beneficia esse Ecclesiastica.

Secunda sit conclusio, omnes beneficiatos regulariter teneri ac obligatos esse ad preces canonicas, quod apertè probatur ex c. quia per ambitiosã de rescript. lib. 6. vbi Pontifex reprehendit quosdã beneficiarios, quod officium, propter quod beneficium datur omitterent. & probatur pariter ex Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 9. §. statuimus, vbi priuãtur fructibus, qui officium diuinum non dixerint, & ratio est, quia iure naturali quisque tenetur ad officium, propter quod datur beneficium, & sub nomine officij regulariter comprehenduntur preces canonicæ, vt patet ex communi doctorum sententia, de qua per Leſſium de iust. & iur. lib. 2. tit. de benef. dub. 30. post Sotum eiusdẽ nominis tractatu lib. 9. quæst. 7. art. 2. Nauarr. cap. 25. nu. 97. & 108. Corduba in tractat. de casibus nu. 186. Viuald. de sacram. ord. q. 40. & patet etiam ex communi praxi Ecclesiæ, vnde cum vt supra diximus, fratantiæ veniant nomine beneficiorum, cõsequenter illas obtinentes tamquam beneficiati ad præces canonicas tenentur recitandas.

3 Tertia sit conclusio, obtinentes tenuia beneficia, nõ obligari ad officium, nisi ex alia ratione, puta ordinũ sacrorum teneantur, ita Abb. in c. 1. de celebrat. Missar. Leſſius de iust. & iur. loc. cit. dubitat. 31. Sotus eodem tit. lib. 10. quæst. 5. artic. 3. vbi tenet probabiliter excusari eos, qui habent beneficiũ adeo tenue ex quo non percipiuntur octo aurei, sequitur Viu. dict. citat. loc. in fine, quorum opinio probatur apertè ex cap. cũ secundum Apostolum de præbẽd. vbi qui altari seruit, de altari viuere debet, & propterea nisi beneficium bonam partem moderatæ substentationis tribuat, beneficiarius non censetur viuere de Ecclesia: item probatur quia præfati beneficiarij nõ obligantur ratione ordinis, vt supponitur, sed tantum ratione mercedis, quam accipiunt, sed non videtur rationabile, vt is qui septem, vel octo aureos accipit pro mercede, ad tantumdem obligetur ad quantum qui centum: Item qui nihil accipit ad nihil tenetur, ergo similiter, qui parũ, non tenebitur ad totum: tãdem probatur ex Caietan. in verbo beneficiorum multiplicatio, vbi beneficium, quod adeò tenue est, vt non sufficiat ad substentationem

nem miniſtrorum.non eſt beneficium niſi imperfectè, cum nō ſit ſufficiens vt probatur in cap.is cui de præbend.in 6.vbi beneficium inſufficiens, habetur quaſi pro nō beneficio,de cuius intellectu latè Verall.deciſ. 78.& 79.par.1.quare applicando præfatam doctrinā quæſtioni, dico non teneri fratantias obtinentes ad horas canonicas recitandas ſi præfatarum redditus ſint adeo tenues,vt de beneficijs quę ſupra dixi vnavice an ſaltē aliquoties per annum ad officium recitandum teneantur,vide quod de hoc ſentiat Leſſ. in præcitat.dubitat.31.

Nec obſtat ſi dicatur, quod tales redditus percipiūt cōfratres præfati pro aſſociatione cadauerum, quod ſeruitium perſonale eſt.Nam cū ex altera parte tales fratantię omnia beneficiorum requiſita habeāt,vt ſupra dixi,& in dubio tutior via eſt eligenda, quare cēſeo ad diuini officij recitationem teneri,cum propter officium detur beneficium cap. ſignificaſti §. quod ſi diſcerni de homicid.cap.iuuenis de ſponſalib.& in foro pœnitētiali dubitans an quis teneatur ad aliquod, in dubio iudicandū,quod teneatur,Villagut.deciſ.50.

RESOLVT. CCCXXXVIII.

Beneficium cuius qualitatis eſſe debeat, vt clericus gaudeat fori priuilegio.

1 *Vt clericus gaudeat priuilegio fori, quas qualitates habere debet beneficium.*
2 *Beneficiatus debet probare titulum,& poßeſſionem.*

1 EX Conc.Tridentin.cap.6.ſeſſ.23.de reform. Clericus in minoribus conſtitutus non gaudet priuilegio fori,niſi beneficium Eccleſiaſticū habeat,aut clericalem habitum,& tōſuram deferens,alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat;vel in ſeminario clericorum,aut in aliqua ſchola,vel vniuerſitate de licētia Epiſcopi,quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiēdos verſetur,& ita voluit etiam Vrſill.ad Afflict. deciſ.24. num.7. Gram.in conſtitution.apoſtatantes ſub nu.4. Quare fuit dubitatum cuiuſnā qualitatis eſſe debeat præfatum beneficium, vt clericus gaudeat priuilegio fori, & reſpondi,quod in primis beneficiatus ad effectum,vt effugiat forum ſæculare,non ſufficit probare titulum beneficij,niſi etiam probet illius poſſeſſionē, ſecundum Clarum in §.final.qu.36.ſub verſ. hæc autem in fine,& in uerbo regulariter autē,Menoc. conſ. 350.n.6.& ſequent.uol.3.Maſcard.alios allegans 302. num.16.& 17.Farinacc.quæſt.8.de inquiſition. nu.70. Sigiſm.Scaccia de iudic.cauſ.ciuil. criminal. & hæret. lib.1.cap.11.n.82.& idem Farinacc. loco citato n.45. referens ita obſeruatum ſe vidiſſe Romæ anno 1580. per Reuerendiſſimum D. Gubernatorem in quodam nobili Neapolitano,qui dicens quamdam ſententiam per Iudicem laicum locum tenentē ſcilicet Beneuenti,in contumaciam contra ipſum ſuper quodam prætenſo homicidio latam,eſſe nullam, tamquam latam contra clericum,primæ tonſuræ beneficiatum, & ad docēdum de beneficio produxerat literas dicti beneficij,fuit nihilominus uigore dictæ ſententiæ acriter tortus,quia non docuit de poſſeſſione dicti beneficij, & hoc per doctrinam Clari in dict. quæſt.36. ſub verſ. hæc autem in fine,& in uerſ.regulariter autem,& uer. ipſi ſi faſſus eſſet.

Quamuis Pariſ.lib.7. de reſcript. benefic. quæſt.1. nu 47.dixerit,quod in beneficialibus attendatur potius titulus quam poſſeſſio ex deciſ. Boer.24. num.8. & ex Zabarell.in clementin.vt hi qui §.illi uero n.10. de ætate & qualitate.

Limitatur tamen,ubi collatio beneficij eſſet ualida, & propterea beneficiatus non fuit adeptus poſſeſſionem,quia mouit litem contra intruſum,ut declarauit Sacra Congregatio ſecundū Noniſ. in ſua Praxi c.7. & refert etiam Maſtrill.deciſ.113.& idem eſt deciſum in ſeruitio quando nō ſtat per eā,Ferrer.in deciſ.215. & Maſtrill. citat.deciſ. Polidor. Rip.obſeruation.330. num.4.licet huiuſmodi ſeruitium in diuinis debet eſſe cōtinuatum,& nullo modo intermiſſum,& propterea non ſufficeret,quod bis,vel ter inſeruiſſet,cū ſint verba ſignificantia actum perſeueratiuum,& ſic perſeuerantiam,& cōtinuationem, vt poſt alios,dixit Gram. deciſ.87 num.5.vel ſaltem pro maiori parte Menoch. conſ.912.nu.31.vol.10.vbi ſubdit, quod ſicuti magna ratione ſtatuit ipſum Concilium clericum primæ tonſuræ frui fori priuilegio,ſi modo obtinet beneficium, quo ſignificatur perſeuerantia,& continuatio quædā in ipſo clericatu,ſic pariter dicendum erit Concilium requirere eamdem continuationem, & perſeuerantiā in ſeruitij præſtatione,prout etiam in delatione habitus, & tonſuræ,nam priuilegium cauſa officij conceſſum durat vſquequo perdurat ipſum officium ad tex. in l.qui ſub prætextu de Sacroſ. Eccleſ. vbi qui aſſerit ſe clericum,& Eccleſiæ nō ſeruit,priuilegio clericatus carere debet,vt poſt alios tradit Probus in addit. ad Ioannem Monachum in cap.1. num.17. de clericis coniug.lib.6.Viu.deciſ.512.nu.18.part.4. poſt Bartolum in d.l.qui ſub prætextu.Cod.de Sacroſ. Eccleſijs, Bald.in l.ad inſtructionem C.eodem, vnde ſecundum de Franchis in deciſ.451.qui nō exercet artem, priuilegijs eiuſdem frui non poteſt, vti de milite dicimus ad notata,per DD.in l.licet C.de teſtamento militis.

Sufficeret ſecundo ad effectum effugiendi forum ſeculare,etiam ſi clericus obtineret præſtimonium,quia vbi ſolitum eſt dari in titulum beneficij, venit appellatione beneficij cap.final.in princ.de conceſs.præbēdæ,Milis in ſuo repertor.verb.beneficij appellatione, Gemin.conſ.89.Vnde gratia expectatiua cap.ita præſtimonium, quemadmodum beneficium, ſecundum Panormit.conſ.47.vol.2.Felin.in cap.poſtulaſti, verſ. 4.de reſcriptis Gam.deciſ.22. Aragon. deciſ.29. Creſcent.deciſ.8.de conc.præb.

Sufficeret tertio etiam ſi beneficium eſſet modici valoris,quia ad effectum gaudendi priuilegio fori ſufficit ſolus tit.abſque redditibus ſecundum Nouis.in ſua praxi, cap.7.in fine,& ratio eſt ſecundum gloſam in c.vnico,ut Eccleſiaſtica beneficia,quia redditus nō ſunt de eſſentia beneficij, & plus & minus non differunt ſpecie in beneficialibus.

Quarto ſufficeret etiam ſi eſſet beneficium vulgo fratantia,& ratio eſt, quia præfata fratantia dicitur verè, ac proprie beneficium Eccleſiaſticum, ſecundum Anchar.in cap. beneficium de regul. iuris in 6. Selua de benefic.part.1.quæſt.1.

RESOLVT. CCCXXXIX.

Praxis reſignandi beneficia.

1 *Præis reſignat.beneficij quæ ſit.*

1 LIcet olim reſignari ſimpliciter potuiſſet beneficiū in manibus collatoris cap.admonet de renunciat. gloſ.in clemētin.vnica in uerbo manibus eod. tit.& in c.de regularibus in verb.dimittant de ſymonia, Mandoſ.in praxi ſignat.gratiæ in uerb.reſignatio, non tamen ad fauorem,quia eſſet ſymonia gl.& Abb.in cap. ex parte nu.4.de offic.delegati,& in cap.cum uniuerſorum num.5.de rerum permut.& ratio eſt, quia reſignatio beneficij coram loci ordinario debet eſſe ſimplex,& libera,nec fieri poteſt cum illa clauſula,videlicet in fauorem Titi,vel Meuij, & non aliter nec alio modo, & fuit ſancitum,quod ſimpliciter fieri debet, alias ſi cum dicta conditione fieret,nulla eſſet, ut refert, & ſequitur Mandoſ.in regul.cancellar. Apoſt.19.

quæſt.

quæst.16.num.11.Garsia decis.5.per notata in cap.ex parte il 1. extra de offic.deleg.in cap.tua nos circa finem extra de symonia, Panormit.in d.cap.vniuersorũ extra de rer.permutat.idem sequitur in cap. ad audiẽtiam col.2.num.1.extra de rescript. & optimè per Rebuff.in pract. benefic. sub rubr. de resignat. cond.n.2. 3.& 4.Immo hodie per cõstitutionem Pij V.Pontificis si resignatio fieret liberè coram Ordnario cum intentione, quòd conferretur Titio, & eidem subsequeretur fieri collatio, non valeret tamquam symoniaca, quòd tamen declara iuxta annotata in addit.ad Sum. Bullar. in verbo Beneficiorum resignatio in fin. in vers.pro complemento, &c.

Hodie verò si fieret in manibus Papæ valeret ad fauorem secundum stylum curiæ à multis sæculis seruatum, à quo tamen cæpit recedere Gregor.XIII. qui permisit, vt vna cum renunciatione vnius præsentetur petitio alterius, cui renuncians vellet conferri, Nauarr.in man.cap.23.sub num.107.

Sed postea Pius Quintus suspendit facultates, & auctoritates conferendi beneficia per resignationem, seu per permutationem vacantia in manibus quorũcumq; ordinariorum, vt patet ex eius constitutione publicata Romæ 18.Augusti 1567. incipien.Officium creditæ fol.992.in Bullario deinde idem Pius V. relaxauit præfatam prohibitionem de non admittendis resignationib. per Ordinarios cum modificationibus ex altera eiusdem constitutione incip. Quanta Ecclesiæ Dei fol.1014.in bullario.

RESOLVT. CCCXXXX.

Quæ scientia requiratur in ijs quibus conferuntur beneficia.

1 *Collatio beneficiorum est facienda litteratis, quæ si fiat illiteratis est ipso iure nulla, vt in n.2. cuius conclusionis duæ assignantur rationes de quibus in num.3. & 4.*

5 *Ordinarius conferens beneficia illiteratis tenetur resarcire damnum ecclesiæ ex illa collatione proueniens.*

6 *Clericus vt possit beneficia simplicia obtinere, quæ requirantur, intelligendo tamen in constituto in minoribus, cum secus sit in constituto in sacris, vt in num.7.*

1 SVmmopere debent animaduertere locum ordinarij cęterique Prælati, quibus facultas Ministrandi bona ecclesiastica competit, vt in conferendis beneficijs habeant rationem literaturæ, & scientiæ, nil enim Ecclesiæ Dei magis officit, quam quod indigni assumãtur cap.nihil de ætat.& qualit.cum ipsa Ecclesia indigeat viris litteratis non autem asinis ferratis, iuxta celebre dictum Ioan.Monachi in cap.cum ex eo de election. in 6. & secundum Gomez in reg.de annali quæst.47. in fine. quem refert Gonzalez glos.4.n.55. illiteratos enim homines non nisi nomine tantum homines esse,& tales non venire appellatione hominum, sed iumentorum, quorum similitudinem gerunt, vnde interrogatus Aristotiles,quo differrent docti ab indoctis?quo vini à mortuis respondit.Probus in cap.final. de verbor. signification.lib.6.nu.14.sic etiam Aristippus interrogatus dixisse fertur inter Doctos, & Indoctos per inde distare, vt inter domitos equos,& indomitos,aut quãtum inter viuentes,& mortuos, & glos. celebris in l. qui cum vno in ver.temporalium ff. de re militari dixit,quod indignè promotus meretur decapitari,Felin.in cap. si quando sub n.7. de rescript. Rebuff.in praxi titul.pœnę contra collatores indignis cõferentes num.16.& alia notabilis glos.in l.societas cõtrahitur ff.pro socio,voluit quod ad beneficia ita sunt promouendi literati,quemadmodum nobiles,vt refert Io.de Arno soliloquio 3.

2 Et ex hoc prouenit collationem beneficij factam illiterato esse ipso iure nullam Abb. post Innocent.in cap.cum in nostris,n.22. de concession. prębend. Diaz in pract.can. in cap.21.n.6.Felin. in cap. per tuas sub n.1.in fine de symon.Nauarrus in cap. si quando except.11. de rescript.Corras.in tractat.de Sacerdotibus part.3.cap.5.nu.3.Parisius de resignation.lib.4.q.11. num.19. Probus ad Monacum in cap. nullus de temp. ordinat.in 6.à n.25.Rebuff.de pacifica possess.nu.213. Hoieda de incompatibilit.benefic.cap.final.Vgolin.de irregularitat.cap.3.§.2.n.29. Vega 1.part.cap.36. casu 17. & Less. de iustit. & iure lib.2. cap.34. num. 129. cum nonnullis alijs quos congerit Garsia de benefic. par.7.cap.7. quorum opinio intelligenda est in eo qui numquam literas didicit, ita vt prorsus illas ignoret, quia tunc dicitur prorsus illiteratus qui nõ habet aliqua principia,Prępos.in cap.1.num.2.distinct.32.Rot. decis.16.nu.3.par.3.diuers.Diaz in praxi cap.21.n.fin.

Cuius conclusionis ratio est duplex.

Prima, quia illiteratus est irregularis, & ordinari non potest cap.præcipimus 34.distinction.cap.illiteratos 36.distinct.cap.1.distinct.55. Maiol. de irregularit. lib.1.cap.32.per totum Nauarr.in cap. si quando except.11.nu.1. de rescriptis,Pelag.de planctu Ecclesiæ lib.1.art.48.Diaz in praxi crimin.cap.21.n.1. Paris.de resignat.lib.4.q.11.num.20.

4 Secunda ratio est, quia illiteratus est omnino indispẽsabilis,cum sit de iure diuino requisita litteratura, Turrecremat.in cap. si in laicis 38. distinct.Diaz in dicto cap.21.sub n.2. Maiol. de irregularitat. dict.cap. 32.n.13.Rebuff.in tract.de pacificis possess.nu.264.vbi dicit,super hoc nunquã vidisse dispensationẽ, Paris.de resignat.lib.5. quæst.3.n.100. Rot.decis.12. num.4. de probat.in antiq.Nam Osea cap.4.dicit, *Quia tu scĩetiã repulisti, & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi.*

5 Et ex his prouenit, quod conferens beneficium illiterato,teneatur resarcire Ecclesię damnum,illi ex prędicta mala collatione resultans,Anchar.in clement.1. sub n.5.vers.ergo crederem,de ætat.& qualit.Cardin. ibidem quæst.10.nu.10.Probus in cap.cum ex eo nu.2. de elect.lib.6.Felin.in d.cap.si quãdo sub num.7. vers. idem dicit Petrus Ancharan.Lopez & Rubeus in cap. per vestras §.26.num.11.de donat.inter virum,& vxorem, Rebuff. in concordata in rub.de collat.§.præfati ordinarij in glos. verb. idoneis, vers. Imò conferentes indignis,& in praxi titulo pœnæ contra collatores indignis conferentes num.8.& 9.

6 Vnde deueniendo ad casum mihi propositum dico, quod licet ad primam tonsuram solum requiratur, quod quis sciat legere, & scribere Concilĩ Trident. sess.23. cap.4. tamen ad beneficium, etiam simplex, maior sufficientia requiritur,nempe,quod sciant legere, construere,& cantare, glos.in clementin.1.de concess. prębend. verb. reputamus, quam ibi sequuntur Imola,Cardinal. & Abb.n.1. Franchus in cap. si pauper de prębend.in 6. sub num.2.Gom.de expect.nu.79. Nauarr. de orat. miscella.42.num.3.& in d.c.si quãdo except.13.num.13. vbi tamen videtur velle sufficere, quod sciat legere, & construere, quod videtur verum, & praxi receptum,non enim solet fieri examen in cantu, & id quod dicit dicta glos. & Doctores de cantu procedet in seruitorio beneficio.

Est tamen finaliter notandum, quod eo ipso, quod aliquis sit admissus,& ordinatus Sacris ordinibus,presumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia.Ita vt nouo examine opus non sit cap. accepimus 13. de ætate, & qualit.ibi,quos à te, vel prędecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eos præsertim,quoad obtinendum beneficium debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti, & notat ibi Hostiens.num.12.Ioan. Andreas num.13. Butr.num.8. & 12.Abb.num.3.& 6. Rot.deci.16.nu.1.par.2. diuers.Boer.decis.149. nu.16. Caputaq.decis.367.part.2. per totam.

Neque

Neque Conc. Tridentin. sess. 14. c. 3. de reform. aliquid in contrarium disposuit, vt censuit Sac. Congreg. super illius canonis declaratione, dum dixit, Episcopus non potest examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, vt in cap. accepimus de ætat. & qualit. & iterum Congregatio censuit non comprehendi examinatos, & promotos ad sacros Ordines à prædecessoribus Episcopis, nisi noua causa post promotionem superueniat.

RESOLVT. CCCXXXI.

An mandatum de prouidendo comprehendat beneficium Ecclesiæ Cathedralis.

1 *Mandatum de prouidendo non comprehendit beneficium ecclesiasticum cathedralis, quod probatur duabus rationibus de quibus in n. 2. & 3.*

1 IN facti contingentia, respondi negatiuè ex duobus.
2 Tum primo, quia præfata beneficia existentia in Ecclesia Cathedrali non comprehenduntur sub hac generalitate, vt refert, & sequitur Archidiaconus in c. quamuis el 1. de præben. lib. 6. per not. per glos. in eodem cap. quamuis super verbo non extendit, & facit tex. in cap. fin. §. adijcimus de sent. excommunic. lib. 6. & vide Geminianum in d. c. quamuis §. quamquam cum similibus.
3 Tum secundo, quia per decis. Rotæ 2. de filijs presbyter. in nou. dispensatus per Episcopum super illegitimitate non potest recipere præbendam Ecclesiæ Cathedralis, quia regula, cui conceditur maius videtur concessum minus non procedit in dispensationib. cuius decis. alia ratio est propter præeminentiam, & maioritatem, quam habent canonici Ecclesiæ Cathedralis super alios Clericos Ciuitatis, & Diœcesis, quia ipsi sunt pars Corporis Ecclesiæ, & Episcopi sunt Caput, cap. requisiti de testam. Episcopus enim est Caput, & ipsi membra cap. quanto de his quæ fiunt à Præl. & c. nouit. & dicit Innoc. quod est magnus honor esse canonicum Ecclesiæ Cathedralis, quibus omnibus accedat tex. in terminis in d. c. quamuis il 1. de præben. in 6. & tenuit Rota in vna Louanien. iuris nominandi 26. Iunij 1602. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decis. 1444.

RESOLVT. CCCXXXII.

De ætate requisita ad beneficia simplicia obtinenda.

1 *Minor quatuordecim annorum non potest beneficium obtinere. Amplia n. 2.*
3 *Quatuordecim isti anni sufficiunt si tantum attingantur, licèt non sint expleti.*
4 *Collatio beneficij facta minori quatuordecim annorum est nulla, & Episcopus conferens peccat mortaliter.*

1 EX Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. de reformat. nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annum beneficium potest obtinere.
2 Amplia, vt nec possit Episcopus dispensare vt rectè inquit Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 5. quæst. 9. vers. si quæras, quod Sac. Congregat. eiusdem Concil. Trid. cẽsuit procedere nisi in fundatione aliter dicatur, quia nõ est ei derogatum, refert, & tenet Emanuel Sà verb. beneficium num. 30. & post hæc Gonzalez ad reg. mẽsium glos. 5. num. 91. vnde Rota in vna Gerunden. 12. Iunij 1579. corã Illustrissimo Lancellotto, in qua fundator mandauit presentari eos, qui sunt de suo genere, & præsentari presbyterum, si adsit, quo non existente, eum, qui intra annum possit promoueri, etsi nec talis adsit, voluit præsentari clericum, & cum occurrẽte vacatione fuisse, præsẽtatus simplex Clericus de suo genere, qui negabat alios adesse, reseruarunt Domini de Rota, an ex quo nõ probabatur, quod præsentatus esset constitutus in quatuordecimo anno prout Concilium requirit, sed tantum esset constitutus in 12. anno ei obstaret dictum Concilium, in qua difficultate decisio Illustrissimorum Cardinalium, S. Congreg. Concil. Trid. censuit, non obstare die 2. Iulij 1579. vt habetur decis. 482. ad fin. 1. part. diuersorum. Sed certè dicta declaratio S. Congregationis non videtur conuenire casui istius decisionis, vbi non dicitur in fundatione, quod posset prouideri minori quatuordecim annorum.
3 Censuit etiam S. Congr. hoc capitulum non prohibere, quin ille, qui iam quartumdecimum suæ ætatis annum attigit, licet nondum expleuerit, possit beneficium simplex obtinere, Henriquez in summ. lib. 10. de Sacramento Ordinis c. 19. §. 2. & Zeuall. q. 523. nu. 4. & 593. n. 18. Gonzalez sup. n. 90. & 95. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 34. n. 109. & Azor. q. 7. & 9. sup.

Pro qua declaratione facit glos. verb. in 18. in clementin. Generalem de ætat. & qualitate, quam ibi sequuntur Doctores, & quod Guttierez lib. 1. can. qq. c. 26. à n. 8. tradit, quamuis quartumdecimum annum completum ad beneficium simplex, & d. cap. 6. Concilij requirant Mandos. de ætate minori c. 4. num. 15. & cap. 5. num. 55. & Tuscus conclus. 338. lit. E. tom. 3. n. 10. & 13.

Habetur etiam alia declaratio super d. cap. 6. quæ facit ad propositum, scilicet quod prouiso in 13. anno ætatis de canonicatu in Ecclesia collegiata, vbi vigore statuti Ecclesiæ prouisi ante realem possessionem, & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium, obstat hoc decretum, ita censuit Congreg. 14. Augusti 1586.

Amplia secundo, vt Episcopus conferens beneficiũ minori quatuordecim annorum peccet mortaliter, & collatis erit nulla, Rodriq. in summ. p. 1. c. 30. concl. 1. & dicitur, acceptor personarum secundum Gaetanum in summa in verb. beneficium.

RESOLVT. CCCXXXIII.

An per adeptionem secundi beneficij dicatur primum vacare ipso iure.

1 *Per adoptionem secundi beneficij quando vacet primum vide n. 1. 2. 3. & 7. vbi plura tempora considerantur.*
2 *Declaratur, & limitatur extrauagans execrabilis Io. 22. in tribus casibus, vt ibi, & in n. 5. & 6.*
7 *Ponuntur quatuor dubia vt in n. 8. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Refertur decis. Rot. in qua nonnullas difficultates Domini considerarunt, quas habes ad vnguem relatas.*

1 INterrogatus respondi in hac quæstione, distinguendo plura tempora; primum enim tempus ante Cõcilium Lateranense, quo obtinens duo beneficia curata, seu alias incompatibilia non priuabatur secundo nec primo, sed dabatur electio impetrãti, quod maluerit obtinere, & ita intelligitur tex. in cap. referente de præbend. vbi Io. Andrea, & Zabar. vers. quinto oppono, & Ancharan. vers. quinto noto, sic etiam intelligitur text. in cap. præterea eod. tit. Secũdum tempus fuit tempore Concil. Lateranensis sub Alexan. 3. vt in c. quia nonnulli de cler. non resid. & refertur in cap. de multa in princip. de præbend. in quo restricta sunt facultas eligendi, & obtinens (prout ibi statutum est) 2. priuabatur secundo, non tamen priuatio inducebatur
3 ipso iure. Tertium tempus fuit Concil. Lateranen. sub Innoc. 3. in d. cap. de multa, vbi per adeptionem secũdi

di beneficij, curati vel dignitatis vacat primũ ipso iure, & hoc tempore considerato cessat dispositio Latenensis de qua in d. cap. quia nonnulli de clericis. non residentibus, quæ dispositio cap. de multa locum sibi vendicat etiam in officijs cap.1.de consuetudine in 6. item in beneficijs regularibus curam animarum habentibus, etiam si cura per alium habeat exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus c. cum singula de præbend. lib.6. clem.1. de supplend.negligent.Prælat. ac in vicarijs perpetuis clement.1. de offic.vicar.Corras.de benefic.1.par. cap.10. & vlt. n.6. Quintana duennas lib.4.ecclesiastic.nu.97. Garzia de beneficijs part.11.cap.5.num.8.Quartum fuit tempus extrauagantis execrabilis Ioannis 22.in qua fuit prouisum,quod recipiens beneficium curatum seu secundam dignitatem,vel personatum, nisi de facto incontinenti post habitam secundi pacificam possessionem, vel per eum steterit,quominus habeat, dimittat primum in præsentia publicarum personarum, esset priuatus ipso facto vtroque, & efficeretur inhabilis ad sacros Ordines suscipiendos, & ad habendum quodcunque beneficium.

4 Cuius extrauagantis dispositio præsertim circa inhabilitatem limita,vt tantummodo procedat in obtinendis non autem extenditur ad alia,scilicet obtenta, Cassador.decis.1.de constit.glos.in clem.1.§.ipsius de pœnis vers.obtinendis,quam sequuntur ibi Cardinal. Imol.& Vitalin.num.54.Abb.in clem.2.eod.tit.Hoieda de incompatibilitate cap.23.num.201.

Secundo nota non habere locum in legitimè dispẽsato ad plura,Speculat.in tit.de dispensat.§.dicendum
5 num.23.Ioann.And.in cap.non potest de præbend. in 6.& ibi Dominicus §.1.nu.5.& cons.126. & Franchus d.§.1. num.4.Milis in repertorio vers.dispensatus, vt possit plures,& Cassador.decis.36.super.reg.nu.3.Hoied.de incompatibilit.benefic.1.par.cap.17.n.29.& 2. part.cap.vlt.num.80.Tuschus conclus 69.lit.B.nu.37. & Anton.de Butrio in cap.dudũ 2.de elect. quod amplia etiam in habente dispensationem quamuis surreptitiam, & insufficientem, cum excuset etiam à pœna d.extrauag.secundum Gomez in reg.de annal. quæst. 14.dicentem sæpe approbasse Rotam hoc dictum.

6 Tertio non habet locum in retinente plures parochiales obtentas cum dispensatione Papæ, quas ipso iure perdidit ob non promotionem infra annum vel alias,vt per Nauarr.cons.12.de rescript. à num.12. & conducit decis.Guidobon.57.

7 Vltimum tempus est Concil.Trident.per quod omnis canonum ambiguitas est sublata vt in sess.7.de reformat.cap.4.& in sess.24.de reformat. cap.17. incip. cum ecclesiasticus ordo, vbi vnum tantum beneficiũ seu dignitas cuique conceditur, vt ibi clarè patet.

8 Cuius auctoritate fuerunt hæc dubia proposita Illustrissimis Dominis.

9 Primo an duo canonicatus de iure in vim decretorum Concilij Tridentin.sint incompatibiles.

10 Secundo an per assecutionem secundi canonicatus vacauerit primus.

11 Tertio an præsumpta dispensatione,in quã fundatur regula de triennali,quis obtinens duo incompatibilia,suamque vtriusque possessionem triennalem defendere valeat.

Ad primum congregatio Concilij respondit esse incompatibiles.

Ad secundum post adeptam pacificam possessionem secundi primum ipso iure vacasse ex decreto Concilij cap.4.sess.7.

Ad tertium vtique non posse.

12 Quartum dubium fuit, an primum beneficium per adeptionem secundi dicatur vacare.

In quo congregatio Concil.censuit in residentiam requirentibus,aut alias quocunque modo incompatibilibus,etiam si canonicatus sint,vel portiones,inducivacationem primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi per decretum Conc.Tridentin. sess.7. cap.4.iuxta dispositionem cap. de multa de præben. quæ omnia habentur in collectis,à Farin.in decis.608. & 609.

13 Et Rot.in vna Maceraten. parochialis 14. Martij 1575.quæ est decis.483.par.1.diuers.plures difficultates in hac materia cõsiderauit,prima est an parochialis,& canonicatus sint de iure incompatibilia beneficia.Secunda an sint talia ex dispositione Conc. Trid. Tertia posito,quod sint incõpatibilia, an per assecutionem secundi vacet primũ:quarta an si non vacant, saltem poterit quis priuari secundo,vel potius id fit in electione sua:verum in primis placeret,quod si ex facto posset hæc materia decidi,id fieret,quia si vere essent istæ qualitates horum beneficiorum, prout referunt informantes pro parte aduersa,res careret difficultate in eius fauorem:sed quia ad primam, & secũdam difficultatem aliquibus placebat distinctio Cardinal.in cons.3.vbi considerat triplicem incompatibilitatem,& ommissa prima,& secunda specie, tertia est in duobus beneficijs requirentibus residẽtiam continuam,ita quod non posset quis in ambobus residere, & hanc incompatibilitatem admittunt omnes, quod autem canonicatus requirat residentiam non est dubium,præsertim, quia de iure commun. beneficia etiã simplicia requirunt residentiam, vt per Abb. in c.penultim.num.11.de cleric.non resident. Ægidius in c.1. num.21.& quæst.2.num.3.& licet ex generali consuetudine simplicia non requirant residentiam,tamẽ non militat in canonicatibus,quia differentia est inter cõsuetudinem, & consuetudinem, nam vna potest esse consuetudo,quod quis non lucretur fructus nisi resideat,alia vero quod omnino residere teneatur,prima non inducit incompatibilitatem,secũda inducit,Ægidius post Innocent.& antiquiores in d.cap.fin.num.3. Et ad inducendam incompat bilitatem oportet,vt requiratur continua residentia,vt videtur dicere omnes DD.sed difficultas hæc tollitur ex Concilio,secundũ, quod res non videtur habere difficultatem: inde sequitur,quod esset impossibilis residentia in vtroque, ita quod nõ possit deseruire in ambobus,& hæc beneficia erunt incompatibilia,si autem posset in vtroque deseruire non essent incompatibilia, nec secundo nec tertio modo prout loquitur Cardinal. in dict. cons.3. Federicus de Senis in cons.120.in fin. & vtrumque sequitur Prob.in addit.ad Monach. in cap.1. col.5. in princ.de consuetud.in 6.

Quoad tertiam,an per assecutionem secundi vacet primum in his, quæ sunt incompatibilia iuxta dictam tertiam speciem de qua per Cardinal.in d. cons.3. Oltrad.in cõs.165.& sequitur opinionem negatiuam, tamen Card. in d.cons.3.tenet,quod vacet primũ, quod videtur comprobari ex Conc.Trid.sess.7.cap.4.vbi loquitur de quibuscunque incõpatibilibus vigore quorumcumque canonum,nec se restringit ad c.c. de multa,quia dicit præsertim,& quoad vacationem inducit vacationem secundum terminos cap.de multa.

Quoad quartam,aliquibus placebat,quod si nõ vacat ipso iure primum,electio esset habẽtis vtrumque, vt per Abb.in cap.fin.de cleric.nõ resident. quare fuit dictum,quod particulariter dubitetur hoc modo videlicet.præ supponẽdo,quod canonicatus in Ecclesia Recanaten.requirat residentiam,quæ non est compatibilis cum residentia beneficij Curati Ecclesiæ Macerat.& quod pars aduersa fuerit prius assecuta dictum canonicatum,quam dictum beneficium curatum, an dicta pars aduersa potuerit de iure vel ex Concil.Trident.sess.7.cap.4.priuari dicto beneficio curato, seu potius sit in electione sua dimittere,vel dictum canonicatum,vel dictum curatum beneficium.

RE-

RESOLVT. CCCXXXXIV.

Beneficiorum collatio ad quem pertineat.

1 *Beneficiorum collatio spectat ad loci ordinarium.*
2 *Limita in multis casibus.*

1 REspondeo,quod quæcunque beneficia in diœcesi sint semper illorum collatio ad Episcopum, vbi loci vacant, spectat c. omnes Basilicæ 16. q. 7.c. nullus, & c. cum olim de præscript. Abb. in c. cum venerabilis n.43. vers. nunc extra glos. de except. Cardin. in clem. 1. q. 14. in fin. vt lite pendente, & Paris. qui pluribus rem hanc egit de resignat. benef. lib. 6. q.24. n.2. quod non solum intelligitur de curatis beneficijs, sed etiam de simplicibus,ita Fusc. de visitat. Eccl. lib. 2.cap. 7. num. 9. item,& de ijs,quæ subsunt pluribus, vel alijs Ecclesijs inferioribus, ita Innoc. in cap. cum venerabilis, quem DD. ibi sequuntur de excep. & Felin. qui hanc regulam multis modis ampliat, num.31. cum multis seq.

2 Excipiuntur primo beneficia vacantia sede Episcopali vacante, horum enim collatio cuiuscunque speciei,& qualitatis sint, ad Romanum Pontificem pertinent,vt habetur in Bulla Pij V.incipiente Sanctissimus in Christo Pater.

Secundo collatio beneficiorum, quæ vacant propter crimen hæresis, vt habetur in Bulla 29. eiusdem Pij V. incip. cum ex Apostolatus.

Tertio beneficia collata personis prohibitis propter suum genus,aut propter suum crimen hæresis,vel apostasiæ, an à fide illa consequi dicantur, vt habetur in Bulla Gregor.XIII. 68. incip. in Ecclesijs, hæc enim beneficia vacant ob collationem eis factam.

Quarto excipiuntur vacantia in curia, vel per resignationem, vt inquit Gloss. in clem. in verbo mori, vt lit.pendent. & Nauarr. in cons.fin. de renunt. vel per mortem c.2. & c. præsenti de præbend.lib.6.& extrau. ex debito Ioan.22. de elect. extrauag. Ad regimen, & extrau. piæ sollicitudinis de præbend. sicut etiam de beneficijs vacantibus iuxta extrauag. execrabilis eod. de præbend.

Sublimitatur tamen, vbi beneficia curam animarum habentia vacant Apostolica Sede vacante, tunc enim ad ordinarium collatio ob animarum periculum pertinet c.si Apostolica Sede de præb.lib.6. item si vacent in curia viuo Pontifice, sed ante collationem Apostolica Sedes vacet, tunc enim collatio ad ordinarium ob eandem rationem spectat cit. cap. si Apostolica. Idem si speciatim esset concessum, vt conferre posset etiam in Curia Romana vacantia per c.2. de præbend.lib.6.

Quinto reseruata Romano Pontifici per alternatiuam, nam Episcopi residentes in suis diœcesibus sex menses habent scilicet Februar. April. Iun. August. Octobr. Decemb. quibus temporibus beneficia vacãtia conferre possunt,alij autem sex menses pertinẽt ad Romanum Pontificem,vt habemus in Bulla Pij V.quæ est in ordine 164. & seq. Bull. Sed si non resident quatuor menses tantum habent scilicet Martium Iulium Septembr.& Decemb. ita habetur in ead. Bulla Pij V. & in Bulla Gregor. XIII. quæ est in ordine 6. formam vero,qua alternatiua petitur ponit Paul. Fusch. de visit.Eccl.lib.2.c.28.n.33. cum seq.

Sexto vbi intra sex menses a die, qua nouit beneficium vacare, & conferre potuit,& noluit,tunc enim, collatio ad capitulum pertinet, quod si etiam intra hoc tempus, & ipsum negligens fuerit, ad immediatum superiorem pertinebit cap.2.& cap. quia diuersitatem de concess. præbend. facit quoque cap. fin. de negligent.Prælat.Abb. in d.c.2.n.7.

Septimo beneficia recepta in confidentiam,quę vacant ipso iure Apostolicæ Sedi reseruata sunt per constitutionem Pij IV. incip. Romanum Pontificem, quæ est in ordine 109.& per constitutionem Pij V.incipien. intollerabilis,quæ est in ordine 78.

Octauo beneficia parochialia collata non seruata forma Concilij Tridentini de reform. cap.18. sunt reseruata per Bullam Pij V.incip.in conferendis,quæ est in ordine 32. Alia beneficia reseruata refert Paris. de resignat. benef. lib.2.quæst.6. post Mandos. super Reg. Cancellar.tom.1.

Nono dignitates positæ in Ecclesia collegiata, ita Alex. in cons.75.lib.4. quem refert,ac sequitur Tusch. in lit.R. concl.227.n.2. sicut etiam omnes dignitates, & beneficia omnia familiarum Papæ, ita Julius III. in Bulla incip. Sanctissimus,quæ est in ordine 44. & Sixti V. quæ est in ordine 32. & 35. & 29. & 44.& 45. & per aliam quę incipit Diuina Dei prouidentia,quæ omnes recensentur à Paris. de resig. benef.lib.2.q. 6.num.35. cum sequent.

Decimo beneficia vacantia per priuationem sunt reseruata ex constit. Pauli III. incip. sanctissimus, quę est in ordine 67.

RESOLVT. CCCXXXXV.

Beneficium Ecclesiasticum an possit dari ad tempus.

1 *Natura beneficiorum est,vt sint perpetua.*
2 *Beneficia manualia,& ad nutum amouibilia,non dicuntur verè,& propriè beneficia.*
3 *Quis non potest ordinari ad beneficium manuale.*
4 *Capellania obtenta in cappella Papæ licet dicatur amouibilis,potest tamen quis ad illius titulum ordinari.*

1 COntra naturam, atque substantiam beneficij est illud conferri ad tempus;natura enim beneficiorum est, vt sint perpetua, cap. præcepta, 55.dist. cap. vnic. & ibi glos. in verb. perpetui de cap.monach.lib. 6. cap. veniens, cum ibi notatis de fil. presb.Cassad. dec.4.num.2. de præbend. Mandos. in reg.3. cancel.q. 11.Paris. resignat. lib.11. quæst.3.num. 92. & 93. Nec venit proprie appellatione beneficij, cum deficiat vnum ex substantialibus requisitis, scilicet, quod debeat esse perpetuum, Nauarr. cons.5. num.1. & cons. 6. de præb. Tholosan. in institution. rei beneficiatæ cap.11.num.12.

Et ex hoc prouenit, quod beneficia manualia ad nutum amouibilia, non dicuntur verè, ac propriè beneficia. Vnde non includuntur sub regula de annali, vt fuit resolutum in vna Albigan. Cappell. 25. Ianuarij 1549. coram Nouato, Mandos. in reg.33. de annali quæst.11.num.5.& est decis.Mohed.10. de caus.poss. Nec etiam comprehenduntur sub regula de triennali, Gomez super ead.reg. quæst. 5.& 7. Rebuff. de pacif. possess.num.272. Mohed. decis.169. alias 10. de caus. possess.Paris. de resignat. lib.11. q.3.num. 85. Rot. decis.739.num.7.p.1 diuers. sicuti non tenet vnio de beneficio manuali, non facta mentione manualitatis Cassador. decis.4.nu.1. & per totam de præb. Rebuff. de pacif. possess. num.282. vers. non valeret tamen vnio.Simonet. dec.31. in manuscript.& additio ad Simonet. de reseruat.quæst.8.nu.4. Item nec alia quælibet impetratio valet de tali beneficio manuali, manualitatis mentione non facta Cassad. cit.decis.4. sub num.1.& 2.Paris. de resignat. lib.2. quæst.11. num.7. Nec beneficium ad nutum amouibile venit appellatione dependentis in rescripto,vt per Cassad. dec. 12. num. 6.& 10. de præben. tenuit Rot. teste Achille de Grass.decis.8. de præbend.

Qua-

Quare, secundum Gonzalez glos. 5. §. 6. nu. 19. in omnibus supplicationibus in illarum principio debet fieri mentio, quod beneficium, de quo supplicatur, est perpetuum ad distinctionem manualis, de quo Papa prouidere non intendit, & omnes ferè supplicationes incipiunt dicentes, cum perpetuum beneficium. Nec tale beneficium ad uatũ amouibile, seu manuale cadit sub rigorosa reseruatione in corpore iuris inclusa, cap. 2. de præb. in 6. & fuit resolutũ in Rota in vna Calag. preceptoriæ, teste Achil. de Graff. in dec. 9. de præb. Cald. cons. 26. de præbend. quem sequitur Felin. in cap. per tuam, sub num. 4. ad fin. de maior. & obed. Nec pariter comprehenditur sub reseruatione regulæ de octo mẽsibus, secundum Æneã de Falcon. in tract. de reseruat. 3. q. princ. nu. 25. Simon. in eiusdẽ nom. tractatu, q. 3. nu. 1. in princ. Staphil. de lit. gratiæ, in tit. de expectatiuis, in 9. forma expectatiuarum, num. 29. Gomez de expect. num. 94. vers. similiter propter illa verba, Rebuff. in tract. nomination. q. 7. n. 25. Paris. de benef. resignat. lib. 11. q. 3. n. 82. & 85. Rot. decis. diuers. 739. par. 1. Cassador decis. 4. & 12. de præbend. & fuit resolutum per eand. Rot. 10. Decemb. 1603. coram Litta.

3 Et ex supradictis dicebam ego in facti cõtingentia, quod quis non potest ordinari ad sacros ordines ad titulum beneficij manualis, & ad nutum amouibilis, & hoc ob futurum periculũ, ne quis in dedecus clericalis ordinis mẽdicet iuxta tradita per Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. Salzed. ad Diaz in pract. crimin. cap. 18. n. 8. Maiol. de irregularit. lib. 4. cap. 15. nu. 4. & est communis opinio teste Paris. lib. 2. de benef. resign. q. 6. num. 2. & si de facto quis ordinetur sacris ordinibus ad titulum cappellaniæ ad nutum amouibilis, non ex eo mutabitur eius natura, seu qualitas, maxime si id fiat sine expresso consensu patroni, Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. num. 91. & declara, vt per eundem num. 112.

4 Est tamen notandum, quod licèt cappellaniã obtinens in Capella Papæ, dicatur illam obtinere ad nutum amouibilem, poterit tamen ad illius tit. ordinari, secundum Nauarr. cons. 20. de temp. ordinat. & Sayr. decis. 59. huius tit.

RESOLVT. CCCXLVI.

Possessor beneficij decennalis, an possit cogi ad ostendendum Bullas sui beneficij.

1 *Obtinentes plura beneficia, tenentur exhibere illorum dispensationem, limita num. 2.*

SVpponatur in facto, quòd in visitatione, quam faciebat quidam Episcopus Regni, nonnulli clerici erãt renitentes in ostendendo Bullas suorum beneficiorũ, allegantes ipsos pacificè possedisse præfata beneficia per decennium, & propterea eos non teneri ad exhibitionem tituli, quare cum accessissent nonnulli ipsorũ ad me pro consil. capiẽdo, dubitaui pro parte affirmatiua, quia Conc. Trid. sess. 7. cap. 5. de reform. disposuit, quòd Ordinarij locorũ quoscunque plura curata, aut
1 aliàs incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinẽtes, dispensationes suas exhibere districtè compellant, cui cõgruit tex. in cap. Ordinarij de offic. Ord. in 6. vbi habentes plures dignitates, vel beneficia curam animarum habentia, possunt compelli ad ostendendum illorum dispẽsationes. Canonicam enim institutionem in beneficialibus vnusquisque probare tenetur, glos. in c. ex insinuatione in glos. fin. de procur. glos. plenissima, in cap. beneficium, de reg. iur. in 6. nec sufficit possessio, cap. ex frequentibus de instit. Gramm. consil. 9. in criminalibus, melius Bellug. in specul. Princ. rub. 21. num. 69. In spiritualibus enim quis tenetur ostendere titulũ, alias diceretur intrusus, vt in cit. cap. ordinarij, cum sine titulo spiritualia retineri nullo modo possũt, Inn. in cap. ad nostram de iureiur. Boer. decis. 89. & qui habet titulum, cæteris præfertur, Dec. in cap. licet causam nu. 99. de probat. vnde secundum Nauarr. in consil. 4. de offic. Ord. Episcopus nouiter creatus potest cogere beneficiatos ad ostendendum Bullas Beneficij, vt ante eum voluit etiam Caput. decis. 353. par. 2. arg. tex. in cap. ad decimas de rest. spol. Rebuff. in prax. tit. de rescript. ad benefic. vacant. nu. 19. & 20. imò secundum Panorm. in c. dilecto de præb. quando Ordinario constaret de intrusione, vel alio vitioso ingressu ipsius beneficiati, vel possidentis rem ecclesiasticam, tunc non solum potest petere, vt ostendat Bullas, sed etiam eũ remouere, vt voluit Gomez q. 58. col. pen. de triennali possess. & istud procedere secundum Host. in cap. simoniace de simonia, siue Episcopus fuerit nouus, siue antiquus, refert, & sequitur Anch. in cap. 1. de reg. iur. in 6. nec secundum eundem Host. loco citato obstaret tolerantia.

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium
2 consului, scilicet præfatos clericos decennales beneficij possessores minimè teneri ad ostendendum Bullas præfato Ordinario visitãti. Mouebar ex pluribus. Primo, quod qui pacificè possedit beneficium per longũ tempus, vt per decem annos, & cum eo concurrit bona fama, non tenetur ostendere titulum suorum beneficiorum, secundum Inn. & Panorm. in cap. illud col. 4. de præsumpt. post Bal. in l. siue C. de probat. Maranta in speculo prax. ciuil. 6. par. tit. de inquisitione nu. 152. Gomez q. 26. de trien. possessore, vbi concludit per extensum, quòd qui possidet per decem annos, habet titulũ coloratum, intantum, quod non possit molestari. Idque etiã docet Nauarr. cons. 14. alias 4. de offic. Ordin. Hinc est, quod nec qui stetit per decenniũ in possessione Doctoratus, tenetur ostendere priuilegium, & potest testibus probari, Vrsil. ad Afflict. decis. 274. n. 6. Nec vassallus ad ostendendum inuestituram feudi, si longo tẽpore possedit Dec. cons. 61. Io. de Amic. cons. 122. num. 2. Luc. de Pen. in l. 2. C. de fund. lim. lib. 10. si probat longam possessionem per solutionem redditus per librum domini, vel apodissas, vbi contineãtur particulares solutiones, Paris. de reintegr. cap. an bona, & cap. tenentes fol. 117. in feudalibus. Tum secundo, quia istud importat, ac videtur inducere tolerãtiã Ordinarij, vt dicit Anch. in cons. 117. Gom. q. 24. col. antepen. de trien. poss. & in q. 43. de quo, scilicet de prælat. tolerantia, vide Bal. in mag. Inn. in vers. titulum quando quis cogatur ostendere Inn. in c. cum causa de probat. glos. in cap. dilecto in verb. recepisti de præb. vbi Abb. n. 8. & 13. Siluest. in verb. beneficium num. 20. §. 19. in fin. Couarr. lib. 3. cap. 16. nu. 6. in fin. variar. resol. Sylua par. 3. q. 10. per tot. & præsertim num. 11. q. 25. Ratio est, quia præsũptio est pro titulo: ex quo fuit toleratus per prædecessorem, vel factum est antiquum, nam imputandũ est Episcopo, quod diu tacuit, & tolerauit, vt in cap. 1. de frig. & malef. & quia quando sumus in antiquis, nõ possunt de facili haberi probationes, & ideo potest præcurri ad protestabile iuramentum, vt notat Abb. & Ostiens. in cap. licet de simonia prax. Archiep. cap. 21. num. 10.

Ad allegata in oppositum respondetur intelligi in possessore decennali beneficiorum incompatibilium, seu execrabili, prout docet Nauarr. d. cons. 14. aliàs 4. de offic. ord. in quibus terminis procedit tex. Sac. Cõc. Trid. d. sess. 7. cap 5. vel quando Episcopus assumeret in se onus probandi defectum tituli contra antiquum possessorem, quia id posset iux. Gem. & Franc. in cap. Ordinarij de off. ord. in 6. Abb. & Fel. in d. cap. licet, & sequitur prax. Archiep. d. num. 10.

Finis tituli Praxis Beneficialis.

PRAXIS CAPPELLANIARVM.

RESOLVT. CCCXXXXII.

An Cappellanus ad nutum amouibilis possit remoueri absque causa.

1 *Officialis ad beneplacitum creatus, censetur perpetuus.*
2 *Beneficia manualia de sui natura sunt amouibilia.*
3 *Ridiculum est hodie concedere, & cras reuocare.*
4 *Natura beneficij manualis est, vt possit ad libitum quandocunque amoueri.*

PRIMA facie videbatur dicendum quod non, ex pluribus.

1 Primo, quia Cappellanus semper creatur ad beneplacitum, & officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuus, idemque de eo iudicandum est, quod de perpetuo, & ideò de iure remoueri non potest, arg. l. iurisperitos in princ. ff. de excusat. tutor. & ibi Bald. & Ludou. Bolog. quod etiam tenet Bartol. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de nou. oper. nunt. nu. 2. vers. quæro, glosa in clem. 2. in verbo per electionem de rescriptis, & est communis, vt testatur Anton. de Padill. in l. cum quis nu. 34. C. de iur. & fact. ignor. Burg. de Paz cons. 1. nu. 4. vbi in nu. 5. dicit, quod officialis, etiam ad libitum creatus, sine causa immutari non potest, & secundum Bened. in cap. Raynutius de testam. in verb. duas habens filias nu. 36. cum pluribus seqq. vbi loquitur de officio ad Regis libitum concesso, quem refert, & sequitur Boer. decis. 149. num. 18. cum seqq. vbi testatur, ita fuisse iudicatum etiam in officiali ab Episcopo ad sui beneplacitum constituto, vt amoueri ab officio absque causa non valeat, idem Boer. de auctor. Magn. Cons. n. 154. Et in tabellionibus ad beneplacitum Domini creatis, quod sine causa amoueri nō possint, probat latè per prædicta de Paz in cit. cons. 1. per totum, & Palaez de maiorit. 4. p. q. 10. num. 6. vbi nu. 3. ad fin. quod in Francia non solet Princeps tollere officia quę semel dedit extra mortem, renunciationem, vel delictum, idque in illo Regno ordinationibus Regijs ita stabilitum est, vt refert Boer. cit. decis. 149. nu. 14. ex quibus supradictis Lopez in l. 6. tit. 4. par. 3. inquit, quod Iudices in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter eis cōceditur officium sine temporis præfinitione, siue ad beneplacitum concedentis, quem sequitur de Paz, vbi supra num. 5. & est communis sētentia secundum Padillam, vbi supra, sic etiam locum tenens correctoris non poterit ab ipso absque causa reuocari, nec ei inhiberi, vel causa ab eo auocari per ipsum correctorem absque causa, vt probat Azeued. in l. 10. & 11. tit. 5. lib. 3. nou. collect. reg. nu. 5. & 6. vbi quod etiam Vicarius Episcopi confirmatus à Papa non potest per Episcopum remoueri secundum Ripam in cap. 1. num. 44. de iudicijs.

Tum secundo ex doctrina Panorm. num. 12. quem refert, & sequitur Dec. nu. 7. in c. ad nostram de confirmat. vtili, vel inutili, & Milis in repert. in verb. beneficium manuale num. 26. & Rebuff. in tract. de pacif. possess. n. 275. vers. secundo intellige, vbi docet, quod
2 quāuis beneficia manualia de sui natura sint amouibilia, tamen si Abbas sine causa amoueret à Prioratu Monachum, posset idem monachus implorare officiū superioris, ut sine causa, & ex Abbatis sola malitia nō remoueatur, vbi idem Rebuff. ità seruari uidisse refert & allegat Innoc. in cap. insinuante sub num. 2. uers. & si concurreret casus qui cleric. uel uouen. dicentem hæc verba, quod si occurreret casus, in quo Abbas vel superiores vellent ex malitia remouere monachū à loco, quē ei deputauit, posset supplicari superiori, & superior cum audire deberet ad similitudinem serui, vt in l. 1. C. de precibus Imperat. offerendis, & §. sed & maior. instit. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

Tum tertio, quia Gonzalez glos. 5. §. 6. num. 42. refert, quod quidam Ordinarius Hispaniæ, qui habebat curam animarum in quodam oppido suæ diœcesis, delegauit vices suas cuidam Presbytero idoneo, durante tempore voluntatis suæ, vt ibi exerceret curam animarum: & cum paulò post vellet eum remouere sine causa, ipse appellauit ad Metropolitanum, qui reuocauit decretum remotionis ab Ordinario prolatum, cum inde sequutis, & manutenuit dictum Presbyterum in dicto exercitio curæ animarum: verumquidem est, quod parochiani pro interesse Ecclesię venerunt ad causam, vt non remoueretur quod multum
3 prodesse potuit. Ridiculum enim est, secundum eundem loco citato, & puerile, hodie concedere, & cras reuocare, & pœnitere, Rot. decis. 33. num. 18. de præbend. in antiq.

4 Cęterum præfatis non obstantibus, contrarium seruatur in praxi, ratio est, quia natura beneficij ad nutum amouibilis est, quod possit ad libitum quandocunque, & quomodocunque amoueri, clem. 1. §. præmissa, & ibi Card. num. 4. Anchar. & Imol. & omnes de supplen. neglig. prælat. & difficile videtur, quod in praxi seruari possit, vt sine causa remoueri non valeat, & propterea dicit Io. And. in cap. cum singula 32. num. 1. sub glos. ad idem de præbend. lib. 6. quod apud Italos communiter hoc non recipitur, & ibi etiā tradunt omnes, præsertim Geminian. num. 10. Dec. in d. cap. ad nostram num. 7. versic. sed in Italia de confirm. vtil. Abb. sub num. 26. licet Franch. in d. cap. cum singula, indistinctè non admittat opinionem Io. And. sed distinctione quadam vtatur, & tandem concludit, quod licet talis promotus non audiatur pro interesse suæ personæ tamen pro interesse loci à quo moueretur, vt quia ex tali reuocatione læderetur prędictus locus, semper sit audiendus: dicit etiam Rot. in decis. 1. sub n. 1. de restit. spol. in antiq. vers. nec seruamus, quod non seruat opinionem dicti Innoc. in d. cap. insinuante, qui cler. vel vouent. idem etiam dicit Rot. in decis. 6. de restit. spol. in nouis, & fuit resolutum in vna Burgensi amotionis Magistri Capellę 11. Decembris 1581. coram Illustris. Blachetto Rota decis. 778. n. 1. & per totam par. 1. diuers. vbi alij plures allegantur, cum igitur remouens vtatur iure suo, remotus conqueri non potest, ex quo illi iniuriam non facit l. iniuriarum §. fin. ff. de iniurijs c. cum Ecclesia Vulterana, & ibi glos. in verb. iniuria de election. Bisignet. decis. 2. de rer. permut.

RESOLVT. CCCXXXXVIII.

An Cappellanus teneatur ad residentiam.

1 *Cappellania vbi non adest cura animarum, non requirit residentiam, & respondetur contrarijs, num. 2.*
2 *Ampliatur conclusio.*

1 SVpponatur in facto, quod cum in visitatione compertum fuisset, quod quidam beneficiatus possideret Cappellaniam, cui erat annexum onus celebrandi duas Missas singulis hebdomadis, fuit dubitatum, si dicti beneficij Cappellanus teneatur ad personalem residentiam in loco, vbi sita erat capella prædicta. Et consultus respondi negatiuè, quoniam secundum Anan. in cons. 22. vol. 1. in præsenti casu non consideratur, seù inspicitur ipsa personalis Missarum celebratio, sed tantummodò Missarū celebratio, quę per aliū fieri potest, secundum Panormit. cons. 37. vol. 1. Rubeū cons. 71. col. penult. Curt. sen. cons. 61. n. 11. Gozad. cōsil. 45. n. 1. & seq. nec de iure necesse est, vt præsētādus

ad

ad iuspatronatus sit Sacerdos,c.2.de instit. lib.6. & c. licet canon.de elect.eod.lib.quare si beneficium esset curatum sufficeret, quod præsentatus esset in ætate sufficiente ad Sacerdotium, cap.ei cui de prebend. in 6.Gemin.in cap.vobis §.cæterum de iurepatron.

2 Nec obstat,quòd ex mente,& verbis testatoris, & fundatoris præfati beneficij videatur colligi,prouisum de ista Cappellania esse obligatũ ad residetiã propter onus celebrandi officia diuina,cũ testator ad hoc mãdauerit Cappellam cõstrui, & presbyterũ eligi, relinquẽdo ei dotes,& alia,vt possit viuere,& officiare pro anima ipsius,quæ quidẽ sine personali, & cõtinua residentia fieri non possunt.Nã respõdetur,quod per dictum onus celebrandi,non est effectum beneficiũ residẽtiale,cũ sufficiat,quod in tali Ecclesia Missæ, & diuina officia celebrẽtur per aliũ,neque ob id est electa industria personæ cũ possit per quemlibet Sacerdotẽ explicari,prout ita in specie cõcludit Lapus alleg.35. incipien.vtrum absq;dispensatione,& alleg.116.col.3. vers.stabitur igitur,& alleg.117.col.2.vers.quod autẽ dicta Cappellania,Card.in c.de multa circa finem de prębend.vbi tenet,quod dictum beneficium nõ est incompatibile cum alio curato,& quod minor 25. ann. potest illud habere,quia non tenetur per se celebrare, Felin.in c.cum omnes de constit.col.18.n.32.circa fin. dicens valere huiusmodi cõsuetudinẽ nõ residendi,& deseruiendi per aliũ, etiã si ex ordinatione testatoris Ecclesia deberet conferri vni, qui ibi quotidie celebraret,Dec.in d. c. cum omnes in 2.lect.subdens non esse in iure cautum, quod ipse debeat per se deseruire, & latè istam opinionem sequitur Hoieda de incompatibilitate benef.p.2.c.1.nu.2.Mandos.in addit. ad Lap.alleg.35. & 36.

Amplia etiam si præfatus Cappellanus cæperit residere, quia quamuis status naturæ illius censetur quodammodo mutatus,ex Dec.cõs.139.n.3.Gabriel cons.185.num.2.lib.2.Cæphal.cons.358. num.8. lib.3. ex quo enim gessit actum gratuitum in eius libertate consistens,nulla potest dici acquisita seruitus residendi,Cyn.in l.2.qu.3. C.quæ sit longa consuetud. Bald. in l.1.C.de seruit.& aqua,Abb.in cap.quoad translationem col.2.de offic.delegat.Marta cons. 106. nu.9. lib.1.

RESOLVT. CCCXXXXIX.

An Cappellanus possit præuenire tempus celebrationis.

1 *Voluntas testatoris est seruanda,vti Regina, in testamẽtis.*
2 *Conditiones in fundatione appositæ sunt seruandæ.*
3 *Tempus celebrationis Missarum potest præueniri.*
4 *Affertur ad hoc decis.de Franchis 706.*

INter cætera onera, quæ habet capitulum Ecclesiæ Neapolitanæ est,vt ex relicto quodam, vulgo dicto *delli Manfradelli*, ei incumbat duas singulis heb. domadis Missas celebrari facere à duobus ab ipso electis Cappellanis:quare fuit dubitatum, num tale tempus celebrationis Missarum præfati Cappellani præuenire potuissent, vt puta in præcedentibus hebdomadis,& dubitationem non mediocrem mihi faciebant duo iuris fundamenta.

Primo,quia cum ex testamento præfatorum de Mãfradellis expresè appareat de enixa ipsorum volũtate,vt scilicet Missæ certa die in hebdomadis celebrẽ-
1 tur,propterea non poterunt Cappellani cõtrauenire, ex regula iuris,quod volũtas testatoris semper est obseruanda magis,quàm verba,quia ipsa cẽsetur Regina,& dominatur verbis,l.in conditionibus ff. de condit.& demõst.l.cum virum C.de fideicommissis l.cum proponebatur,ff.deleg.2.& alibi egregiè dicit tex. in cap.sedulo 38.dist.ita esse præponẽdas sentẽtias verbis,vt præponitur animus corpori,vnde Bald.in l. fin. C.de impub.& alijs subst.voluit,quod lex pedetentim sequatur voluntatem testatoris,sicut canis leporem,& alibi idem Bald.in l.quoniam indignum C. de testam. dixit,quod nõ est curandum de qualitate verborum, dummodò constet de mente testantis loquentis, & in cap.mandatum in 1.colum.de rescript.voluit, quod mens testatoris sit radix verborum, & eius substantia prima,& cor est imperator linguæ,& habet eam sicut mancipium sub iura iurisdictione, & quod lingua cedit cordi, & quod sub iugo mentis verba consistunt tanquam sub sua proprio originali.

2 Secundo,quia conditiones in fundatione appositæ sunt seruandę,Soccin.in cons.30.nu.4 vol.3.Rocch.de iurepat.in verbo pro eo quęst.12.Lambert.in eiusdem nominis tract.lib.1.p.1.q.9.in fi.n.109.& Cappellanus quidquam non debet agere cõtra volũtatẽ testatoris, ad tex.in c.decernimus 16.q.6.cap.illud in fine, & ibi Ab.& alij de iurepat.Mohed.in dec.268. Put. in decis. 10.& 11.de iurepat.Faria.in decis.582.& fuit per eandem Rot. resolutum in vna Cæsaraugustana Cappellaniæ,16.Martij 1587.coram Illustrissimo Seraphino.

3 Cæterum præfatis minimè obstantibus, cõtrarium consului,& mouebar,quia præfata præuẽtio vergit in maiorem vtilitatẽ Ecclesiæ:vnde D. Thomas, in quolib.5.art.28.voluit,quod Officium dici solitum de nocte in Ecclesijs,potest ex aliqua iusta occupatione dici de sero,& præueniri,puta si Magister debet videre lectiones suas de nocte,quia melius est vtrũq; reddere,quàm quod per vnum, aliud impediatur, & secundum Rationale officiorum in tit.de diuin. offic. circa med.Missę defũct.possũt pręueniri,nõ autẽ postponi.

4 His accedat,quod velle videtur de Franch. in decis. 706.vbi legatum factum alicui, vt distribuatur inter pauperes post mortem,potest fieri distributio in vita eiusdem legatarij,& sic tempus præueniri ex deductis per DD.in l.post.mortem C.de fideicom. Padilla in l. vnum ex familia in princ.col.5.fol.289.ff. deleg.2.

RESOLVT. CCCL.

Cappellanus an debeat esse actu Sacerdos.

1 *Præsentatus ad celebrandas Missas, oportet, vt sit actu Sacerdos non habitu tantum.*
2 *Consensus ex diuturnitate temporis præsumitur.*
3 *Dictio,siuè,inter eadem posita,non facit diuersitatem.*

IN hac quæstione respondeo cum decis.Rot. in vna Parmensi iurispatronat.8.Iunij 1573.coram Blanchetto, quæ his complectitur verbis.

Domini dixerunt,quod Laurentius tempore præsẽtationis esset actu Sacerdos,nõ habitu, c.nemo & ibi glos.in verb.Sacerdotio Anchar.Gemin.Frãch. & cæteri de elect.in 6.Rot.decis.1.de præb. in nou. Abb. in c.cũ in cunctis §.inferiora n. 10.& 11.de elect.Rocch. de iurepatron.in verb.honorificum q.4.n.26.præcipuè cum subsequantur illa verba (quod ille sacerdos, siuè Cappellanus teneatur qualibet hebdomada celebrare Missas tres) ex quibus verbis colligitur mens expressa testatoris,quod præsentatus, tempore præsen-
1 tationis actu sacerdos,non habitu,Barb. cons.33. volum.2.Dec.cons. 129.col.fin.Lambert. de iurepat. lib. 2.par.1.quæst.6.art.22.ait,se bis in facto obtinuisse.

Nõ obstat,quòd in literis nõ sit expressũ,quod Cappellania debeat esse sacerdotalis,quod testator nõ po-
2 tuisset facere absq;Episcopi consensu,quia ex diuturnitate temporis præsumitur huiusmodi consensus, vt per Barb.d.cõs.& latè Dec.in cap.illud de præsumpt.

3 Non obstat disiũctiua,siue quia posita inter eadem, nõ facit diuersitatẽ,Barb.in d.cõs.verba illa, si aliquo tempore,Domini retulerunt ad præcedentia, nempè,

quod Sacerdos, siuè Cappellanus sit eligendus, si aliquo tempore futuro scilicet erit eligendus, & præsentandus,& ita interpetrati sunt contra Laurentium.

His accedat, quòd Cappellania non est dicenda sacerdotalis,si ex verbis fundatoris nō astringitur Cappellanus ad inseruiendum per seipsum, ex decis. Rotæ Rom.Antonin.lib.1.var.resolut. resolut.4.

Cappellanus enim non potest ab Episcopo cogi, vt ipsemet celebret, si fundatione in simpliciter dicitur, vt Rectores celebrent Missam, Sacr. Congregat. de qua per Galeot. in Margarit.casuum conscientiæ in verb.Cappellania.

RESOLVT. CCCLI.

An Cappellanus infirmus tenatur per alios celebrari facere.

1 *Quod Cappellanus infirmus non teneatur per alios celebrari facere,probatur duobus medijs,num.1.& 2.*
3 *Contrarium est verius,num.4.*
Limitatur,num.5.
6 *Refertur declaratio Congreg.Concilij.*

SVpponatur in facto, quòd cum quidam Sacerdos, qui Cappellaniam cum onere celebrandi Missas obtinebat,in grauem infirmitatem incidisset,& consequenter necesse ei fuerat à celebratione desistere;fuit dubitatum, an teneatur Missas per alios celebrari facere tempore infirmitatis,ad effectum faciendi fructus suos. Dubitationem mihi non mediocrem faciebant nonnulla.

1 Primo, tex.in cap. significatum,il 2. & ibi Abb. & reliqui de præbend.vbi habetur huiusmodi institutionem Cappellaniæ,seù beneficij,intelligi debere,seruata Sacerdotis honestate, & debita deuotione, hoc est, salua conscientia,& honore ipsius Sacerdotis,& saluo cultu,& veneratione,quæ ipsi Sacramēto debetur, ita Panorm.in cit.cap. significatum num.3. & Imol.nu.7. Angel.in verb.Missa q.43. Siluester in sum.eodem verbo 1.q.7. & seq.Henriq. cons.22.n.4. Bomb. cons.17. num.6.& seq.Graff.cons.1. difficultate 4.de præb.Rodriq.in summ.par.1.cap.42.num.3.Quare ex ijs sequitur, quòd si Cappellanus fuerit legitimè impeditus, aut commodè,diligenter,& religiosè rem diuinam facere non possit, non est cogendus sacrificium offerre, sed potest semel, & iterum in hebdomada à celebratione obtinere, quia,vt dixi,Cappellanus non tenetur celebrare,nisi salua honestate.

2 Secundo, quia infirmitas omnes excusat, Hinc est quod infirmi dicuntur seruire, Dec.cons.70.col.3.n.2. & pro presentibus habentur,secundum Bar.in l.hac lege, vbi Alex.C. de prox. sacr. scrin.lib.12. Rom. sing. 453.inde glos. in d.l. hac lege in verb. deductione, ait. quod videtur adesse, qui abest licito cōmeatu, sequitur Ronferall.in l.5.n.30.de duobus reis,Amædeus de sindicatu n.107. Bolognet. consil.71. Mandos.reg.16. de concursu super benef. quæst.32. Hinc est, quod lectori infirmo debetur salarium tempore infirmitatis, Surdus consil.42. vol.1.post Alex.in l.diem functo col. fin.num.33.ff.de offic.assess.& ibidem Cagnol.n.189. post.Bald.in l.si ea in fi.C.de cond.inser.cū alijs, quos congerit Lenauler. de priuileg. DD. quæst.9. par.4.& de Lectore absente cum licentia, vide Gratian. decis. 220.& hinc prouenit etiam, quod famulo infirmo debetur salarium,Cappell.Tholosan.decis.268.

3 Cærerū prefatis minimè obstantibus, contrariū dixi: mouebar ex pluribus, tū primo quod salariū, seu redditus assignetur Cappellano ob causā, quare si illā non adimplet,repeti potest, cū redditus Cappellaniæ principaliter dentur propter onus celebrandi Missas.

4 Item facit pro hac eadē opinione regula illa iuris, quod fructus,seù salarium diminuitur,labore diminuto,prout è cōtra,illo aucto,debet augeri Felin.in c.cū olim in princ.de re iudic. post Bar.in l.Seio per illum tex.ff.de ann.legat. Vnde Doctor electus ad legendū, ordinariū, & extraordinariū debet salarium habere, seù fructū vtriusq; sedis, Bald.in l.qui duobus ff.de cōdit. & demonst. Et canonicus duo officia gerens, potest petere duplices distributiones quotidianas,secundū Angel.Io.And.Panorm. & Felin.in cap. cū olim de re iudic. Card.ibi n.4.Coua.lib.3. var.resolut.cap.13. n.6.in fin.Cors.de verb.Gemin.in fin.n.27.vers.68.Idē in Doctore vtriusq; iuris,qui dat vocem in vtroque,& habet duo salaria,& idem in famulo,qui conuenit stare cum tribus,nam si vnus ipsorum moriatur,debet diminui salarium,Cæpolla de seruit.vrb.præd.§.14.c.1. Beccius cons.27.n.2.Roman.cons.25.Pontan.de alim. cap.16.nu.7.& regulariter diminuto labore, quod nō debeantur fructus, qui per prius percipiebātur, voluit Bald.in l.consul ff.de adoption. Barbat. ad eundem in l.3.C. commun. deleg. Menoch.de arbit. casu 133.Affict.in cōst.Regni 55.in fin.Brun.de augumēto concl. 13.& 14.& Gratian.decis.101.Vnde redeundo ad locum vbi progressi sumus, dico, quod cum prædictus Cappellanus desierit celebrare, consequenter ei non debentur fructus,qui causa celebrationis dantur, arg. tex.in l. si pecuniam in princip.ff.de cond. causa data.

5 Limitatur hęc opinio dupliciter.Primo,vbi Cappellani infirmitas per octo, vel decē dies durauerit, nam potest percipere reddītus præfatæ Cappellaniæ etiam si neque per se neq; per alios sacrum fecisset,secundū Nouissimum in sua praxi c.47. arguendo à famulo infirmo, cui licèt non debeatur salarium,tamen tenetur dominus ei dare cibaria,ac modicas,& tenues expensas,nempè,per octo,vel decē dies,Bart.in l.si cum dotem §.sin autē ff.solut.matrim. Panorm. in c.1.de cler. ægrot.Coua.lib.3.var.resolut.cap.13. & hanc opinionē de Cappellano tenuit Pet.Nau. de rest.lib.2.n.210.

In casu tamen,quo à testatore caueretur, vt quotidie celebretur Missa per Cappellanū,vel per aliū cum
6 fuisset cōsulta Sac.Cong.Conc.ipsa Cōgregatio censuit,dictis Cappellanis indulgendum, vt bis in hebdomada liceat eis à Missæ celebratione abstinere, dum tamē id oneris tunc impleat per idoneum substitutū, Azor.moral.instit.par.1.lib.10.cap.24.quæst.7. nec talis substitutus poterit deputari per ipsum Cappellanū, arguendo à Rectore Parochiano infirmo, qui non potest deputare Vicarium, sed munus deputādi pertinet ad Episcopum,secundū Io. And. & Franch. in c. cum ex eo de elect.& fuit dictum in Rota in vna Hispal.iuris nominandi 6. Octobris 1583. coram Illustrissimo Seraphino.Vide in hac materia Alex.Lessium cons.48. Farin.in 1.p.sect.2.dub.496.num.7.

RESOLVT. CCCLII.

An in Capellanijs Episcopus possit reducere numerum Missarum.

1 *Episcopus potest reducere numerum Missarum,quod habet locum etiam in Abbatibus, & Generalibus Ordinum,num.3.*
Amplia in eleemosynis pro ipsis Missis celebrandis,nu.2.
Limita,num.4.

1 VBi in Eccesijs magnus Missarum celebrandarum numerus impositus est varijs defunctorum relictis, adeò vt illis pro singulis diebus à testatoribus scriptis,satisfieri nequeat, tunc Episcopus potest in Dięcesana Synodo pro sua conscięntia decernere,quid faciēdū sit quoad Dei honorem,& cultum,& Ecclesiæ vtilitatem magis expedire videbit, ita tamen vt eorū defunctorum semper commemoratio fiat,qui pro sua-

ram

rum animarum salute,ea legata ad pios usus reliquerunt; sic sanciuit Trid.Synod.sess.25.c.4.de reformat.

2 Amplia primo in eleemosyna pro ipsius Missis celebrandis,quæ si adeò tenuis sit,vt nō facilè inueniatur, qui velit se huic muneri subijcere,vt dicitur in eod. c. 4.tūc numerus Missarū moderandus est,iuxta vires legati,& ita declarauit Sac.Cong.ad instantiā Archiep. Neap.die 26.Nouemb.1583.s.dispositionē Cōcilij etiā locū habere in anniuersarijs,vt refert Steph.Quarā.in sum.Bul.in verb.Missa pag.291.Et in huiusmodi reductione Episcopus capituli cōsiliū requiret,quāuis sequi illud non teneatur,ita Sac.Cong.Card.hic declarauit.

3 Amplia secundo,vt procedat etiam in Abbatibus, & Generalibus Ordinum;, nam in capitulis generalibus decernere,& ipsi possunt,ac debent, quid faciendum sit in prædictis casibus in suis Ecclesijs, vt inquit Sanct.Synod.in cit.cap.4.& hoc est illa ratione,quia vbi relictum executioni mandari non potest, dispensare Episcopus potest.

An autem, & quando Missarum numerum diminuere possit Episcopus etiam sine Synodo congregata adde Nauar.in Manuali cap.25.nu.138.Henriq.lib. 9.de Sacrificio Missæ cap.22.sub num.6. & Rodriq. in summ.p.1.1.cap.252.concluſ.13.in fine.

4 Limita non procedere in Missis in fundatione Ecclesiæ impositis,cum in his Episcopus, ac prędicti alij dispensare nequeant,ita declarauit eadem Sac.Cong. idque meritò;nam sancta Synodus loquitur de Missis relictis à testatoribus,non autem de impositis in fundatione,ergo non habebit locum in his;inclusio enim vnius,alterius exclusio est, cap. nonne de præsumpt.& l.cum prætor ff.de iudic.

RESOLVT. CCCLIII.

An Capellanus possit alibi, quàm in altari designato celebrare.

1 *Capellanus potest alibi,quàm in loco designato celebrare, contrarium deciditur ex duobus de quibus nu.2. & 3.*
2 *Adducuntur duæ causæ legitimæ non celebrandi in altari designato de quibus num.4.& 5.*

1 VIdebatur, quod sic, argumentando de tempore ad locum, quod quidem validissimum esse in iure testatur Euerard.in cap.29.

Cæterum contrarium consului,motus ex pluribus.

2 Primo,quia secundum Azor.instit. moral. p.1.lib. 10.cap.24.quæst.8. Capellanus institutus ad sacrum faciendum in certo templo,oratorio,sacello,vel altari,quibusdam diebus,non satisfacit fundatori, si alibi diuinam rem facit,cuius opinionem sequuntur Graff. in cons.1. difficultate 4. de præbend. vol.2. D. Genuensis in suo paſtor. cap.73. Morot. consil.21. num. 4. & seq. vol.1. Thoming. consil.29. volum.2. Rub. cons.4.num.3.& 5.

3 Tum secundò,quia si hoc fieri posset, finis institutionis præfatæ Cappellaniæ remaneret inobseruatus, cum electus sit locus,quem fundator voluit frequentari,religiosè honorari,& coli, & propterea mēti eius & voluntati satisfactum minimè est: ita Nauar. de oratione cap.5. num.2.& 12. Silvest. verbo Missa 1. quæst.10. Calcan. in tract. de condit. lib.2. quæst.22. num.60. Cancer. decis.11. num.5. Graff. Azor.cit. locis,qui addunt,quod si præfatus Capellanus alibi rem diuinam facit,quam in loco designato,præter peccatum mortale,cum infideliter agat,& pactum, & promissum in re graui non seruet,tenetur aliqualem fundatori facere restitutionem,sed hoc intelligas, & declara,quando Capellanus id egisset absque aliqua legitima,ac rationabili causa,secundum Nauar.in Manuali cap.25.num.134.

4 Inter causas verò legitimas non celebrandi in altari designato connumerari possunt, prima si altare ipsum esset destructum,vt voluit Merenda cons. 29. quo casu, secundum dictum D.Genuensem in Manuali pastor.c.72. celebrari debet Missa in alio altari eiusdem Ecclesiæ,& hoc propter deuotionem testatoris,donec construatur altare.

5 Secunda causa est, si Cappellanus reperiretur absens à loco, vbi celebrari debet, vel etiam inundatio aquarum,vel aliqua huiusmodi,tunc vt supra dixi,debet capellanus alibi satisfacere,& ratio est,quia in huiusmodi casibus credendum est, talem fuisse fundatoris mentem, & voluntatem, vt si locus impediretur, alibi pro se,vel suis offeratur sacrificium, nam sic plus sibi,vel suis prodest.

Suprapositam principalem conclusionem amplia procedere etiam hæredibus consentientibus,vt alibi, quam in loco designato Missæ celebrentur, D. Genuen. loco citato, & ratio est, quia non agitur de voluntate hæredum,cui possunt renunciare,sed fundatoris,iuxtà Cardin.Imol. Bonifac.in Clem. quia contingit de religiosis domibus.

RESOLVT. CCCLIV.

An hæredes possint conferre Capellanias absque auctoritate Ordinarij.

1 *Beneficiorum collatio,seù institutio regulariter spectat ad Episcopum.*
2 *Capellaniæ, quando non conceduntur in titulum, non dicuntur beneficia Ecclesiastica. Amplia,num.3.*
4 *Quid sit, & quotuplex beneficium Ecclesiasticum, vide remissiuè.*
5 *Adducitur decis. Guid. Pap. per quam deciditur quæstio principalis.*

SVpponatur in facto,prout quotidie fit, quod quidā fundauerat,seù donauerat in suis proprijs fundis, seù domibus capellaniam, & ordinauit quod celebrētur singulis hebdomadis quatuor Missæ,volēsq;præfatum capellanum eligendum esse per eius hęredē.Quare fuit dubitatū,si in præfata electione requirebatur, vt precederet cōsensus Episcopi,& dubiū faciebat pro opinione affirmatiua,quod quælibet beneficiorū collatio,seù institutio ad Episcopum regulariter spectat, cap. ex frequentibus de instit. c.ad hæc de off.Archid.

Cæterum præfatis non obstātibus contrarium dixi, quod scilicet non sit necessaria approbatio Ordinarij,

2 quia præfatæ Capellaniæ nō dicuntur beneficia Ecclesiastica,quando in titulū non conceduntur, secundum gl.in clement.fin.de decim.quam commendat Gomez in reg. de infirm.resignan.q.23. & Dec.consil.210.nu. 4.& tradit glos. in extrauag. execrabilis in verbo,quę

3 alias de præbend. inter communes, & etiam si dentur in titulum,quando nō per Episcopū,sed per minorem Prælatum conceduntur, quia tunc quantumuis in titulum concederentur per alium Episcopo minorem non habentem ad hoc priuilegium à Sūmo Pontifice, vel mandatū ab Episcopo in suo Episcopatu, non vtique dicerētur beneficia Ecclesiastica, prout soluit gl. quæ ita debet intelligi in dicta extrauag. execrabilis vers. quæ alias ad medium, & voluit Imola in cap. in nostra col.3.vers.quomodo de rescript. faciūt pro hac declaratione dicta per Auend.c.14.prætorum n.32. ad fin.lib.2. idemque de præstimonijs censendum est, vt scilicet si in titulum dentur, dicantur beneficia Ecclesiastica,sicut in altaribus,& cappellanijs dictū est, & tenet expresè Rebuff. in tract. de pacif.possess. 17. ampliatione n.105. cum pluribus seq. & Staphyl. de lit.gratiæ,& iust.tit. de qual.& statu benef.num.2. cum

tribus ſeqq.fol.39.in paruis,& Menoch.de arbit.Iud. lib.2.cent.3.caſu 201.nu.58.& deciſ.Capell.Thol.472. Calder.conſ.6.de præbend.Imo,& in penſione idem eſſe teſtatur,idem Rebuff.in d.tract. de pacif. poſſeſſ. 8.ampliat.& in tract.de nominat. quæſt.9.nu.49.& d. deciſ.Capell.Tholoſ.472. & Capyc. deciſ.200.num.3. Et ſi quæras quid ſit,& quotuplex beneficium Eccleſiaſticum, vide Rebuff.in prax.benef.tit.1.& 3.par.1

Quare cum in caſu,de quo loquimur, capellania non concedatur in titulum,proinde non venit appellatione beneficij Eccleſiaſtici, & conſequenter eius collatio,ſeu capellanorum electio nō ad Epiſcopum, ſed ad fundatoris hæredes ſpectat, qui poſſunt tales capellanias donare ſine Epiſcopo, quibus voluerint, dummodò ſint idonei,iuxta diſpoſitionem fundatoris gloſ.in clem.fin.in verb.beneficiorum de decim. Sylua de beneficio p.1.quæſt.3.nu.29.Reburſ.in praxi tit. ſæculare benefic.quotuplex,nu.13.& 15.& de pacif. poſſeſ.num.287.Salzed.in addit. ad praxim Bernardi cap.18.num.9.Mandoſius in reg.de annal. quæſt.17. num.1. & per totum Gomeſ. in reg. de infirmis reſignantib.quæſt.23.

5 Quibus addo deciſ.Guid.Pap. in proprijs terminis 187.& nouiſſimè Rodriq.in ſua ſumm. cap.42. par.1. Nauar.conſ.5.& 7.de præb. Greg. Tholoſ. in inſtitut. benefic.cap.11.num.10.in fine,Valaſc.deciſ.60. n.12. & 13.part.1.

RESOLVT. CCCLV.

Capellani quomodo debeant probare celebrationem Miſſarum Epiſcopo viſitante.

1 *Factum non præſumitur,niſi probetur.*
2 *Iuramentum obtinet vim plenæ probationis.*

1 FVit aliquando dubitatum, quomodo ſit facienda probatio ſuper celebratione Miſſarum, ſi fundatoris hæres dicat,Miſſas non eſſe celebratas per capellanos: clarum enim eſt in iure,capellanos ad hanc probationem teneri,& conſequenter ſi non probauerint,relictum eius contemplatione nō debetur, vt voluit Bal.in l.3.nu.3.ff.de condit.& demonſt. Corn. in conſ.75.nu.13.vol.3.Crauet. in conſ.171. nu.15. & in conſ.226.col.fin. hoc enim eſt quid facti, ſecundum Gaſp.Theſ.q.87.quod non præſumitur, niſi probetur, ſecundum Maſcard.de probat.lib.2.concl.723. & capellanus tenetur probare conditionem impletam, vt legatum contemplatione Miſſarum relictum habeatur,l.hæredi in fin.ff.de condit.& demonſt. Pariſ. conſil.26.num.20.lib.4.

Hoc igitur ſuppoſito, ex parte capellanorum dice-
2 batur eſſe ſtandum eorum iuramento pro plena probatione,cum iuramentum vim plenę probationis obtineat ſecundum Bar. & reliquos communiter in l.nā, & poſtea ff.de iureiuran.Panorm. & Dec. in rubr. de probationibus,quibus addi poterit in proprijs terminis deciſ.Guid.Pap.614.Hæres verò dicebat, non eſſe ſtandum eorum iuramento,quia erant teſtes in cauſa propria,contra l.nulli C.de teſtibus,& ad deciſionem Guid.Pap.reſpondebatur, quod loquitur in re minima,& ſecus eſſe ſi agatur de re magna,prout hic.Item dicebatur,quod Guid. Papa intelligendus eſt in alio ſenſu,quàm communiter capitur, quia ibi nō dicitur, ſtandum eſſe iuramento ſuper celebratione Miſſarum, ſed ſuper ſolutione legati, & ita fuiſſe pariter iudicatum,ſcilicet non eſſe ſtandum iuramento ſuper iſta celebratione teſtatur Theſaur. in cit. deciſ.87. quam nota.

RESOLVT. CCCLVI.

An in Capellania,in qua adeſt pinguis redditus, præſumatur quod adſit onus celebrationis Miſſarum.

1 *Epiſcopus non poteſt compellere Capellanos ad celebrationem Miſſarum,niſi euidenter de onere appareat, & quare.*

PRo huius quæſtionis dilucidatione ſupponatur in racto,quod in aliqua Eccleſia cathedrali, vel collegiata reperiantur capellæ cū pinguibus redditibus, ac ſufficientibus ad celebrandum aliquas Miſſas, veruntamen beneficiati negāt ad illas teneri,ob id præſertim,quod de earum onere minimè apparet,eo magis,quod cum Epiſcopus viſitauerit, deſcribi nō fecit in viſitatione,quare fuit dubitatū in hoc caſu,an poſſit Epiſcopus compellere Rectores,ad aliquas Miſſas celebrandas pro quantitate reddituum, & reſpondi, quod non, per regulam iuris,quod quælibet res in dubio preſumitur libera,niſi probetur ſeruа,l.ſi altius C. de ſeru.& aqua,vnde in dubio res preſumitur allodialis,& ſic libera,niſi probetur feudalis, & cōſequenter ſerua,Alex.conſ.129.vol.1.Dec.cōſ.269.n.1.cōſ.360. n.4.conſ.468.num.6.& 7.conſ.498. nu.2.& 3.Crauet. conſ.111.num.9.Bellon.conſ.10.Cæphal.conſ.4 n.30. vol.1.Menoch.conſ.1.num.10.vol.1.Afflict.deciſ.277. in fin.& in dubio fideicommiſſum vti quædam res inducens ſeruitutem in ſe,nō præſumitur niſi probetur, Roland.conſ.59.n.15.vol.3.Burſat.conſ.97.nu.1.Abb. conſ.31.nu.9.Quare in dubio eſt pronunciandum non extare fideicommiſſum,Dec.conſ.593.Oldrad.conſil. 21.Alciat.conſ.559.Soccin.iun.conſ.285.vol.2.Siluan. conſ.64.nu.19.Alban.conſ.31.nu.9. Vnde redeundo à quo digreſſi ſumus,dico,prefatum onus celebrationis Miſſarum cum non appareat euidenter,præſumēdum non eſſe,& conſequenter non poſſe Epiſcopum compellere Rectorem ad Miſſas celebrandas.

RESOLVT. CCCLVII.

Qui Capellani viſitari ab Epiſcopo non poſſint.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper omnibus exiſtentibus intus ſuam diœceſim.*
2 *Epiſcopus poteſt viſitare omnes Eccleſias, & perſonas ſibi ſubiectas.*
Limita,num.3.

1 QVamuis de iure Epiſcopi habeant intentionem fundatam viſitandi omnes de eius diœceſi vulgato tex.in cap.omnes Baſilicæ 17. qu.4. cap. omnes Principes de maiorit.& obedient.cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. lib.6. quod adeò eſt verum, vt procedat etiam ſi iuriſdictio competat Prælato inferiori ex fundatione,vt fuit reſolutum per Rotam in vna Abulen.iuris viſitandi 20.Nouemb. 1600. coram Ludouiſio,vbi facultas viſitandi tributa Epiſcoqo ex diſpoſitione Cōcil.Trid.ſeſſ.22.cap.7.de reformat.cùm intelligi debeat cumulatiuè,& non priuatiuè ad Epiſcopum,contra quem debet eſſe expreſſa prohibitio, vt etiam cenſuit Sacra Congregat. eiuſdem Concilij proinde admittitur ad viſitandum.

Communis enim,& trita eſt iuris cōcluſio,ut ſupra
2 dixi,Epiſcopum de iure communi habere intētionem fundatam,ut poſſit uiſitare omnes Eccleſias, atque perſonas ſibi ſubiectas,cap.1.§.hunc autem,& ibi Gemin.de cenſib.Soc.de uiſitatione col.4.nu.4. uerſ. decimo quæritur, & ſubiectæ preſumuntur quecunque eccleſiæ exiſtentes in ſua diœceſi, Rota in deciſ.186. nu.1.p.1.diuerſ. quinimo propria auctoritate uiſitare poteſt etiam Eccleſias exemptas, quando non habēt

ſpe-

ſpecialem exemptionem, quoad viſitationem, cum exemptio, quoad viſitationem non comprehendatur ſub generali conceſſione exemptionum facta ad fauorem alicuius Eccleſiæ, Rota in deciſ.2. de cenſibus in antiq. Achill. in deciſ.2. de exempt. ſed illa firma remanet Epiſcopo, Socc. in d. tract. lib.6. q.14. nu. 16. Rota diuerſ. d. deciſ.186. n.2. p.1.

3 Verumtamen ſi Eccleſia, vel perſonæ eccleſiaſticæ reperirentur particulariter exemptæ, quoad viſitationem, Epiſcopus illam viſitare nequit, nec aliam quoq; illi vnitam, cum ratione vnionis ſortiatur eandem exemptionem, & conſequenter Ordinarius non poſſet clericos ibidem exiſtentes corrigere, Achill. deciſ.1. de exemptionibus, & in deciſ.15. de priuil. Card. Put. in deciſ.115. lib. 3. & ita cenſuit Rota in vna Piſcien. ſeu nullius iuriſdictionis 7. Maij 1582. coram Gipſio, quæ loquitur de Eccleſia Parochiali vnita cuidam Abbatiæ Congregationis Caſſinenſis, quæ habet priuilegia ampliſſima exemptionis.

Vnde redeũdo, vbi digreſſi ſumus, dico, quod ſi Cappellani non reperiantur aliquo modo exempti, poterunt viſitari ab Epiſcopo, Quare Cappellani triremiũ, quæ aduerſis ventis agitatæ in partibus ſuarum ciuitatum commorantur, ſi exempti non ſint perinde, ac alij viatores, & tranſeuntes ab Epiſcopo viſitari poſſunt, ita Nauarr. conſ.4. de foro compet. & Sayr. in deciſ.1. eod. tit.

Et idem dicendum quoque eſt in Cappellanijs Regijs, qui niſi habeant ſpecialem exemptionem ſubſunt Ordinario, & conſequenter poterunt ab Epiſcopo viſitari, vt fuiſſe in Rot. deciſum patet aperte in deciſ. 736. p.1. diuerſorum, quam notabis ad intellectum tex. in cap. cum Cappella de Priuilegijs, De Cappellano maiore, vide Monald. in conſ.27.

RESOLVT. CCCLVIII.

An Cappellanus teneatur contribuere pro translatione altaris.

1 *Cappellanus tenetur contribuere in translatione Altaris, ex quatuor medijs, de quibus n.2.3.4. & 5.*
6 *Contrarium fuit deciſum ex duobus de quibus n.7.*
8 *Reſpondetur contrarijs.*

1 PRima facie videbatur dicendum, quod ſic ex pluribus.

2 Tum primo, quia ſecundum Rebuff. in prax. benefic. tit. de diſpẽſat. ration. ætat. n.6. bona Eccleſiaſtica debent in tres partes diſtribui, ſcilicet, vt prima ſit clericorum beneficiatorum, ſecũda pauperum, tertia fabricæ, ſeu reparationum Eccleſię, vt probãt etiam tex. in cap. conceſſo, & ſeq.12.q.2. Et ex hoc inoleuit cõmunis praxis, qua cautum eſt omnes beneficiatos obligari ad refectionem Eccleſiarum, in quib. beneficia obtinent cap.1. & cap. de his de Eccleſ. ædificand. licet quando Rector eſſet pauper teneretur patronus, ſi adeſſet, ſecundum de Cittadin. de iurepatron. p.6. ar.5. n.7. Lambert. in eiuſdem nominis tr. lib.3. ar.2. & 3.q. 7. Coſta de remed. ſubſidiar. c.106. illatio.2.

3 Tum ſecundo, quia olim ſecundum Canones aliquando tertia, aliquando quarta pars redditum deputabatur Fabricæ Eccleſiæ cap. decernimus, 1.q.1. Ripa conſ.12. n.2. Feder. de Senis conſ.217. Lopez in comme. ad leges Hiſp. leg.11. tit.10. partita 2. Valaſc. deciſ.179. & de diuerſis temporibus, in quibus diuerſimodè diſtribuebantur bona eccleſiaſtica meminit Abbas in q.4. ſub n.44. incip. Titius, & in c. poſtulaſti n.4. de reſcript. Felin. in cap. exceptionem num.6. & ſeq. de except. Sot. de iuſt. & iure lib.10.q.4. art.10. & Rebuff. loco iam allegat.

4 Tum tertio, quia ſi ad hanc reparationem quandoque tenentur laici, ſecundum Hoſtien. in tit. de eccleſ. ædific. §.1. dum ait, quòd in aliquibus regionibus laici de conſuetudine opus fabricæ faciunt ſuis expenſis, quæ conſuetudo iuuatur auctoritate iurium, quæ ibi adducit, & quod ipſorum laicorum intereſt cum ibi percipiant eccleſiaſticaSacramenta, & Miſſas audiãt, & maximè erit obſeruanda, vbi non bene ſoluunt decimas c. quicunque 16.q.7. & cap. hæc diximus, & c. filijs, & nepotibus eadem cauſa, & quod compellendi ſunt talem conſuetudinem obſeruare, arg. c. ad Apoſtolicam de ſimonia, facit, quia conſuetudo vim legis habet, l. de quibus ff. de legibus c.fin. de conſuetudine, l.2. C. eod. & idem abſque dubio ſi de contractu cum laicis circa hoc conſtet, quia pactis ſtandum c.1. cap.3. de pactis l. iuriſgentium §. prætor ait, ff. de pact. Vnde ſi laici, quanto magis Cappellani tenentur ad refectionem.

5 Tum tandem, quia ſecundum Nauarr. in conſ. vnic. de Eccleſ. ædificand. quem refert, ac ſequitur Sayr. in dec.1. eod. tit. obtinentes penſionem ſuper aliquo beneficio tenentur ad reparationem illius, igitur & Cappellani.

6 Cæterum præfatis minimè obſtantibus contrarium conſului, & iuxta meum conſilium fuit ſeruatum, & mouebar præcipuè ex duobus fundamentis. Primo ex conſ. in proprijs terminis Monaldi 88. verſ. quo vero ad ſecundum vol.2. quo cauetur non poſſe Epiſcopum cogere Cappellanum contribuere pro translatione Altaris.

7 Secundo eo, quod deductis neceſſarijs pro ſubſtentatione Cappellani, nihil remanebat de fructibus illius Cappellæ, cum tenues erant, nec aſcendebant ad ducatos quinquaginta, & de iure beneficiatus non tenetur ad reparationem Eccleſiæ, niſi quatenus ſuperſint redditus beneficij deductis neceſſarijs pro eo, ſecundum Panorm. in c.1. n.2. & in c. de his nu.2. de Eccleſ. ædificand. & Cappell. Tholoſ. in deciſ.400.

8 Non obſtant contraria, quia loquuntur in obtinentibus beneficia Eccleſiaſtica.

RESOLVT. CCCLIX.

An legatum factum capitulo cum onere erigendi Cappellanias poſſit diuidi inter Canonicos.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Legatum factum capitulo, cenſetur factum Canonicis.*
3 *Deciſio quæſtionis.*

1 SVpponatur in facto, quod cap. cuiuſdam Eccleſiæ fuerat relicta quædam quantitas pecuniæ cum pacto, & conditione, quod ſingulis annis celebretur anniuerſariũ pro anima cuiuſdã perſonę, vel ſaltẽ erigatur altare, ſeu Cappellania cum onere celebrandi aliquas Miſſas: Quare fuit dubitatum an poſſet capitulũ dictę Eccleſiæ illã pecuniam legatam diuidere inter Canonicos præſentes; & dubitationem non mediocrem mihi faciebat pro opinione affirmatiua concluſio illa,

2 quod legatum factum cap. cenſetur factum Canonicis ſecundum ſententiam Panorm. in c. requiſiſti de teſt. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt. 112. Facchin. lib.5. iuris controuerſiarum cap. 41. Merenda conſil. 28. n.3. & ſeq. Brun. à Sole in ſuo repertorio in verbo legatum.

3 Cæterum hoc non obſtante contrarium dixi; & ita fuit reſolutum, quod ſcilicet pecunia hæc non ſit diuidenda inter Canonicos, ſed debet cõuerti in bona ſtabilia, ſeu annuũ cenſum iuxta terminos Clem. exiui §. cumq; annui redditus de verb. ſignific. & ſic debet ſeruari pro futuris Canonicis, ita Nauarr. conſ. 8. de reb. Eccleſ. non alienand. Prax. Epiſcopalis in verb. alienatio n.2. par.2. D. Gennen. in ſuo Manuali Paſtor. c.72.

& mo-

& mouetur per regulam iuris, qui ſentit commodum de reg. iur. lib. 6. & per DD. quoque in cap. cum ſecundum Apoſtolum de præbend. Quare, vt ſupra dixi debet conuerti in annuos redditus, vt ſic annui fructus perpetuò dentur illis, qui onus ſubſtinebunt.

RESOLVT. CCCLX.

An Cappellanus poſſit celebrare Miſſas in alio Altari, quando cauſa finalis ibidem non fuit deuotio Teſtatoris.

1 *Quando deuotio Teſtatoris non eſt cauſa finalis, Miſſa poteſt in alio Altari celebrari.*

LIcet, vt ſupra dixi, quando teſtator mandat celebrari Miſſas in tali altari, ſeu Cappella, ad quam conſtat habere deuotionem non erit licita loci deſignati mutatio, Nauarr. in Manuali cap. 25. nu. 134. ad fin. verſ. Sacellani Sebaſt. Medic. in Summa de acquir. & conſeruan. rer. domin. par. 3. Gloſ. 2. n. 75. Spin. Guttier, & alij allegati per Ceuall. quæſt. 686.

1 Tamen ceſſante huiuſmodi coniectura, poſſet tam in vno loco, quam in alio Miſſa celebrari, cũ vtroque modo ſatisfiat animæ teſtatoris, c. multi 4. diſt. Lap. alleg. 35. n. 4. Duen. reg. 134. & eſt d. Rotæ per Cardinalẽ Seraphinum 9. Oct. 1595. Bergom. legati, vbi relictum monialib. d. fine, vt celebrari faciant ſingulis diebus in d. Eccleſia Miſſam in remedium animæ ipſius teſtatoris, alias legatum deuoluatur, ſi contingat illas trãſferri ad aliam Eccleſiam, non poterunt priuari legato, ſi in Eccleſia ad quam ſunt translatæ, Miſſa celebretur, cum eodem modo ſuccurratur teſtatoris animæ in vno loco, quàm in alio, maximè quia huiuſmodi legata præſumuntur fieri intuitu legatarij, l. patre filium §. Tuſculanos de leg. 3. Couar. in c. requiſiſti nu. 10. de teſt. Card. Mantica de coniecturis vlt. voluntatum lib. 6. tit. 14. n. 18. & lib. 8. tit. 6. n. 23. Cephal. conſ. 216. n. 17. cum ſeq. lib. 2. & legatum pro dicendis Miſſis factum Sacerdoti cenſetur contemplatione perſonæ, non Eccleſiæ, & cum fuerit dictum in Eccleſia Monialium, talis dicitur iſta, ad quam fuerunt translatæ, prout alias Bartolus conſ. 26. n. 3. lib. 1. vbi de Eccleſia ædificanda in domib. teſtatoris, quæ poterit ædificari in ædibus permutatis, Soccin. iun. conſ. 162. n. 22. & 26. lib. 2. & quia facta translatione ab habente poteſtatem, omnia iura pertinentia ad Eccleſiam, & translata, ſpectant ad illam, in qua fit translatio c. & hoc diximus 16. q. 7. & ibi gloſa, Ioannes Andreas in c. cum perſonæ col. 2. de priuileg. in 6. Lapus allegatione 68. cum alijs de quibus in d. deciſ. Rotæ per Cardinalem Seraphinum, & eſt deciſ. 1149. part. 2.

RESOLVT. CCCLXI.

Cappellania, quæ debet conferri proximiori, debet intelligi ſecundum computationem iuris Canonici.

1 *Facti ſpecies.*
2 *In ſucceſſione Cappellaniarum computatio graduum fieri debet ſecundum ius Canonicum.*

1 SVpponatur in facto, quod ex diſpoſitione, ſeu præcepto defuncti Cappellania deberet conferri proximiori, quare fuit dubitatum, ſi debet fieri computatio ſecundum ius canonicum, an verò ciuile, & ſecundum ius Canonicum fieri debere voluerunt Balb. in deciſ. 21. quia in beneficialibus, & Cappellanijs collatiuis non datur ſucceſſio nec delatio iure hæreditario
2 cap. Apoſtolica 8. q. 1. neque in foro Eccleſiaſtico ſeruantur deciſiones iuris ciuilis, quãdo ad inuicem ſunt contrariæ, prout in ſpecie concludit Ceuall. in q. 398. n. 28. ſubdens tamen hoc procedere ſine aliqua difficultate, quando cauſa eſſet merè beneficialis, & fundator Cappellaniæ eſſet Clericus in ſacris cõſtitutus, quaſi tunc potius videatur diſponere, ſecundum regulas iuris Canonici quam Ciuilis, & dicit eſſe notandum, ita fuiſſe iudicatum, & alibi non reperiri.

Quare in Cappellanijs, quæ fundantur ſine auctoritate Epiſcopi, & quæ non habẽt requiſita in beneficijs Eccleſiaſticis, ſi vocentur Clerici conſanguinei ſeu de familia dubia quo ad eos orta definiẽtur per leges de maioratibus loquentes, prout in cauſis Hiſpaniæ latè Gonzalez in reg. de menſibus gl. 5. in princ. n. 34. Rota diuerſ. deciſ. 100. par. 2. nu. 6. verſ. ſecundo non obſtat Gomez in l. 4. Tauri nu. 65. in fine, Molina de primogen. lib. 1. c. 7. n. 10. Guttier. qq. præct. c. 8. num. 9. lib. 2.

Finis tituli Praxis Cappellaniarum.

PRAXIS CONCVRSVS AD Eccleſias Parochiales.

RESOLVT. CCCXLII.

De forma obſeruanda in prouiſione Eccleſiarum parochialium ab ordinarijs.

1 *Concurſus in collatione parochialis Eccleſiæ fieri debet.*
2 *Amplia primo, vt non poſſit per Epiſcopum remitti.*
3 *Amplia ſecundo, vt non ſit tutus in foro conſcientiæ, prouiſus abſque præfata forma.*

1 EX Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de reform. quando vacat Eccleſia parochialis debet fieri concurſus iuxta formam dicti capituli, alias collatio erit nulla, & Papæ poſtea reſeruatur, iuxta conſtitutionem Pij V. incip. In conferendis; forma enim non ſeruata, actus corruit, ſecundum Felin. in cap. cum dilecta de reſcript. & in proprijs terminis de collatione beneficiorum; vide Cardin. Puteum in deciſ. 338. lib. 1. Than. in deciſ. 99. in manuſcriptis.

2 Amplia, vt ſupradicta forma omitti non poſſit per Epiſcopũ, etiam ſi vellet parochialẽ conferre perſonæ quantumcumque notoriæ, doctæ, idoneæ, & benemeritæ, Fuſcus de viſitation. lib. 2. cap. 5. n. 10. Cenedus in collect. 15. ad decretum num. 5. Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 9. n. 83. Garſ. de beneficijs part. 9. cap. 2. n. 102. Vnde Congregatio Concilij cenſuit quod Epiſcopus, vacante Eccleſia parochiali, debet ſeruare formam examinis per concurſum, licet velit eam Vicario conferre, & alias, quod Doctor, ſiue Licentiatus in Theologia, ſiue in iure Canonico, etiam in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine, quando petit ſibi prouideri de aliqua Eccleſia Parochiali, Gonzalez gloſ. 4. nu. 90. Leſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 34. num. 82.

Amplia ſecundo, vt prouiſus de Parochiali, non ſeruata ſupradicta forma, non ſit tutus in foro conſcientiæ, quia ſecundum Couar. in Reg. peccatum par. 2. §. 3. num. 9. non poteſt nec acceptari, neque retineri beneficium, non ſeruata forma requiſita. Molina de iuſt. & iur. 1. tom. tract. 2. diſputation. 81. circa fin. verſ. Ad dictum Inn.

Amplia tertio, vt debeat fieri prouiſio per concurſũ, quamuis conſtet de reſeruatione, vt quia beneficium vacet in menſibus Apoſtolicis, nam adhuc debẽt proponi edicta ab Ordinario, & facto examine ab eo, ſiue, eo impedito, ab eius Vicario, atque ab alijs Examinatoribus, non minus quàm tribus, in Synodo dioceſana

cesana deputatis, illi, qui fuerit ab Examinatoribus approbatus, & ab Episcopo electus, collatio Ecclesiæ à Papa fieri solet, & non alteri, ita Marescott. variar. resolut. lib. 1. c. 52. num. 2.

Amplia quarto, vt dispositio Concilij procedat etiã in beneficio reseruato, vel affecto specialiter vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, vel etiam si eius Cura Episcopo incumbat, & per vnum, vel plures administretur: nam opinio Oldradi in cons. 67. num. 1. quod beneficium non dicatur curatum, quando Cura apud plures residet, tanquam repugnans Concilio, non est tenenda, vt in specie Rota in vna Gerunden. Sacristiæ in dec. 48. n. 8. part. 1. diuers.

Amplia quinto, vt Conc. locum habeat, quamuis beneficium vacet per resignationem in Curia, dummodo resignatio sit simplex, vt per Marescot. loco cit. num. 6.

Amplia sexto, vt procedat etiam in beneficio reseruato, quod sit iurispatronatus ecclesiastici, vel mixti, quia nulla habita ratione patronorum, Ordinarius debet edicta concursus ponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere, cum fide approbationis, pro institutione à Summo Pontefice facienda, sicut fit in alijs, quæ non sunt iurispatronatus: & ad hunc concursum admitti debent tam nominati à patronis, quam alij, vt censuit Sacra Congregatio eiusdem Concilij in vna Florentina Parochialis de anno 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota in d. Florentina de eodem, anno 28. Maij coram Iusto.

RESOLVT. CCCLXIII.

Concursus an debeat fieri in beneficijs simplicibus.

2 *Beneficia, simplicia sunt conferenda absque concursu.*

1 REspondeo, quod quando beneficium est simplex, sufficit, quod conferatur idoneo, nec necesse est, quod fiat concursus ad effectum, vt magis idoneo cõferatur, glos. in cap. monasterium 16. quæst. vltim. c. 3. vers. quia in minoribus, vbi Abb. de iurepatron. idem Abb. in cap. constitutus, il secondo, & ibi Franc. num. 4. de appell. Caputaq. dec. 69. lib. 1. de manuscript. Crescent. decis. 12. de concess. præbend. Et idem velle videtur Conc. Tridentin. postquam in simplicibus nullam præscribit formam examinis, & concursus, sed tantum requirit habilitates de iure communi necessarias, c. 4. in fin. de reform. sess. 22. & c. 13. sess. 7. sicque tenuit Rota in vna Calaguritana reductionis motus proprij 29. Martij 1595. coram Card. Seraph.

RESOLVT. CCCLXIV.

Concursus an fieri debeat, quando Curata beneficia resignantur in manibus Papæ ad fauorem.

1 *Concursus requiritur in omnibus beneficijs Curatis.*
2 *Limita quando beneficia Curata resignantur in manibus Sanctissimi ad fauorem.*

1 QVamuis in omnibus beneficijs Curatis regulariter locum habeat concursus, ita vt illorum prouisio minimè fieri absque eo debeat, attamen quotiescumque
2 resignatio Parochiæ fieret in manibus Sanctissimi (vt aiunt) ad fauorem certę personæ, tunc enim minimè exigitur, & collatio subsequens erit valida. Cuius conclusionis ratio est, quia resignatio huiusmodi non inducit propriam vacationem, Cassad. in decis. 3. de renunc. Cardin. Puteus in dec. 357. n. 1. vol. 1. & in dec. 314. n. 2. lib. 2. Gab. in cons. 199. nu. 2. & seq. vol. 2. Hartam. in cons. 22. Bereulten. in cons. 91. num. 5. & seq. vol. 1. & consequenter dispositio Concilij super concursu in ea locum non habet: sed resignatarius prouisus à Papa, vel obtinens mandatum de prouidendo in forma dignum, solum examinari debet absque concursu, iuxta decis. Rotæ 54. de conces. præbend. in antiq. & Gratian. in decis. Rotæ Marchiæ 158. quod examen iuxta terminos decis. 18. de conces. præb. in nouis, & si delegatus inuenerit esse idoneum approbari debet, vt pluries censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium interpretum eiusdem Concilij, & signanter in vna Aurien. Parochialis 3. Calend. Februarij 1565. & iterum in vna Illerden. 3. Octobris 1566.

RESOLVT. CCCLXV.

Concursus an sit necessarius in prouisione Parochialis vnitæ Canonicatui.

1 *Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium.*
2 *Magis dignum, trahit ad se minus dignum.*
3 *Beneficia Curata vnita Canonicatui non sunt conferenda per concursum.*

1 REspondi, quod non, motus præsertim extribus vr. gentissimis fundamentis.

Primo quòd præfatum beneficium minimè dici poterit parochiale, & consequẽter in eius prouisione non esse necessarium concursum secundum Hart. in consil. 51. vbi quoque dicit valere consequẽtiam, non est beneficium parochiale, igitur non requiritur concursus.

Quod autem nõ sit parochiale, apertè demõstratur ex duobus. Primo, quia beneficium vnitum, ammittit nomen, atq; naturam beneficij, secundum decis. Rotæ 11. de reb. eccl. non alien. in antiq. Hinc est, quod in impetratione debet exprimi principale, nec opus est exprimere vnitum accessoriè Rot. diuers. in dec. 786. part. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 205. nu. 67. Paris. lib. 10. de resignat. q. 2. n. 36. Azor. instit. mor. part. 2. lib. 6. c. 28. q. 2. Vnde habens Canonicatum, cui sit vnita parochialis, debet residere in canonicatu, & non in parochiali, c. extirpandæ §. quia verò de præben. & ibidem Panor. & Rebuff. notab. 4. & declarauit Sacr. Conc. Congregatio, quare attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi, glos. in clem. per literas, verb. ecclesias de præben. & ibi Card. q. 17. Rot. in dec. 114. n. 4. part. 2. diuers. nam vnitum assumit naturam, consuetudines, & priuilegia principalis, cui est annexum, Nauarr. consil. 6. de priuil. & in cons. 10. de maior. & obed. Gonzalez in regul. de mensib. gl. 5. §. 7. num. 2. & per collationem principalis, habetur vtrumque, neque est necessaria alterius collatio, gl. in verb. de iure in c. gratiæ de rescrip. in 6. Ferret. cõs. 236. n. 8. Et hinc est, quod lis introducta super beneficio, vt vnito, vel non est lis super beneficio, vt fuit in Rota resolutum in vna Legionen. præstimonij, 16. Iunij 1595. coram Pamphilio, nec in beneficio vnito locum habet reg. de triẽnali, quia regula loquitur de possessore tituli beneficii, & qui possidet beneficium, vt vnitum, non possidet, vt titulum beneficii, sed vt membrum, & prædium tituli, Paris. cons. 121. nu. 58. vol. 4. Sarnen. de triennali q. 8. Rebuff. de pacificis nu. 62. & 193. & pluries censuit Rota, signanter in vna Romana Sanctæ Priscæ coram Chisanen. & iterum in vna Beneuentana Sancti Festi 13. Ianuarii 1552. corã eodem, & tandem in vna Terdonen. Prioratus 13. Iunii 1594. coram Penia, quare cum beneficium vnitum desinat esse tale, proinde non est dubitandum, quin huiusmodi parochialis vnita Canonicatui assumat illius naturam, & qualitates, & consequenter non requiratur in illius prouisione concursus, sicut in cæteris beneficiis, præter parochialia.

Se

2 Secundo per regulam iuris, scilicet, quod magis dignum trahit ad se minus, ad text. in c. quod in dubijs, de consec. eccles. quarè cum Canonicatus sit quid dignius parochiali, propterea attēdi debet qualitas Canonicatus in prouisione facienda absque concursu.

3 Tertiò, quia ita declarauit Sac. Illustris. Cardinalium Congregatio, vt scilicet parochialis vnita Canonicatui, non sit conferenda per concursum, ita Galetus in sua Margarita selectorum casuum conscientiæ verbo parochus.

RESOLVT. CCCXXXI.

An si tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores Synodales, possit Episcopus deputare nouos Examinatores.

1 *Examinatores Synodales singulis annis in Synodo sunt eligendi.*
2 *Quando forma non potest præcise adimpleri remittitur.*
3 *Constitutio inducens formam aliquo respectu inobseruabilem, actus absque ea fieri potest.*

DVbitationem mihi pro opinione negatiua faciebant verba Sacri Conc. Trident. c. 18. sess. 24. de
1 reformat. quibus decernitur, Examinatores singulis annis in diœcesana Synodo eligendos esse, quare cum in casu, de quo agimus, præfati Examinatores, non adsint, non poterit fieri dictus concursus.

Cæterum hoc non obstante, contrarium respondi, & animaduerti esse in praxi seruandum, motus præsertim quod iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Placentina parochialis de Malpartida 29. Nouemb. 1593 coram Litta, vt fuit dictum, quòd si eo tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores Synodales, de quibus loquitur sacrum Conc. Episcopus, non obstante forma Concilij, poterit deputare nouos Examinatores absque celebratione Synodi.

Cuius conclusionis, seu decisionis duplex est ratio, secundum Maresc. lib. 1. var. resol. c. 52.

2 Prima est, quia vbi forma à lege inducta non potest præcisè adimpleri, tunc illa remittitur, secūdum Rom. in cons. 433. nu. 5. Aymon. cons. 117. num. 1. Tiraq. de legibus connub. glos. 6. num. 6. 32. & 69. Roland. consil. 81. n. 25. & seq. vol. 1. cons. 43. num. 36. & seq. vol. 2. & cons. 30. n. 13. vol. 3. Alciat. in l. 1. num. 41. ff. de lib. & posthum. & secundum eum, cùm Conc. loquatur cum præsuppositio, quod Examinatores Synodales existant, ergo cessante hoc præsuppositio, cessare debet eius dispositio.

3 Præterea, quia quando constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, velut quia non adsint personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius poterat, cap. quia propter, & ibi Abb. num. 12. de elect. idem post Ioan. Andr. cons. 25. n. 12. lib. 2. & in c. 1. n. 11. de elect. Aymon. cons. 17. n. 2.

Quare Episcopus, qui cum Synodalibus Examinatoribus, qui nondum sunt deputati, vel sunt absentes, aut impediti, non potest de parochialibus, vt Concilium disponit, prouidere, potest per seipsum Examinatores deputare, sicut ante Concilium ei permissum erat, vt in cap. accepimus, & ibi glos. in verb. examinari, de ætat. & qualit.

RESOLVT. CCCLXVII.

An concursus requiratur in permutatione beneficiorum.

1 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
2 *In permutatione beneficiorum non requiritur concursus.*

DVbium mihi faciebat pro opinione affirmatiua. Primò quod cùm Concilium generaliter loqua-
1 tur de concursu faciendo in prouisione parochialium, generaliter intelligi debeat, & consequenter non debet in dubium reuocari, quo ordine Parochiales conferantur.

Cæterum hoc non obstante, contrarium est habendum in praxi, vt scilicet si vacet Parochialis, permutationis causa, nō debeat fieri examen per concursum
2 quādo permutatio fieret cū alia Parochiali ferè prioris conditionis, ita Leffius de iustit. & iure tit. de benef. lib. 2. cap. 34. dubit. 16. Vgolin. lib. 2. de potest. Episcopi c. 50. §. 3. Paris. lib. 8. q. 9. n. 95. Vbald. de permutat. benef. q. 20. Thominger. dec. 129.

Ratio est, secundum præcitatos, quia in supradicto casu non est opus nouo examine, cùm per examē antiquum in primis collationibus vterq; idoneus iudicatus sit, secundum quod declarauit S. Congr. Conc. super d. cap. alias fieret iniuria primis Examinatoribus, Rebuff. in prax. tit. de rescript. in forma pauper. pro graduatis nu. 3. & 4. & in tract. de priuileg. schol. priuil. 86. per tot.

Vnde Gonzales gl. 4. refert seruari in Curia quòd semel examinatus, & approbatus ad vnum beneficiū simplex, non amplius examinatur ad aliud simile, idem est, si semel sit approbatus ad Canonicatum, vel dignitatem in Collegiata, non amplius examinatur ad similem canonicatum, vel dignitatem in alia Collegiata; sic semel approbatus ad curatum, vel canonicatum, vel dignitatem in Cathedrali, non vltra examinantur ad simile, vel similem.

Quod si fieret permutatio de curato, cum simplici beneficio, vel cum alia Parochiali, vbi maior exigeretur industria, tunc debet fieri examen per concursum, vt colligitur ex Conc. & Less. cit. loc. num. 85.

RESOLVT. CCCLXVIII.

Concursus, an requiratur in Parochia, quæ est de iurepatronatus laicorum.

1 *Concursus non requiritur in prouisione parochialis, quæ est de iurepatronatus laicorum.*
1 *Limitatur tribus modis n. 2. 3. & 4.*

1 POtest prouideri Parochialis sine concursu, quādo est iurispatronatus laicorum, nam tunc præsentatus à patrono, debet simpliciter examinari ab Examinatoribus deputatis, & si idoneus repertus fuerit, admitti, & instituì, vt probatur, ac disponitur in eodem Sacr. Concil. sess. 24. c. 18. de reform. vers. quod si Iuspatronatus, & ita declarauit Sac. Congreg. Conc. per hæc verba, *Speciale est in iurepatronatus laicorum, vt nō requiratur concursus in collatione Ecclesiæ Parochialis.* Et iterum examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis, quæ sit iurispatronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus à patronis examinetur ab Examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit Concil. Trid. in §. quod si iurispatronatus.

2 Limita hanc cōclusionem quatuor modis, Primò vt procedat si patronus laicus vnum dumtaxat præsentat, secus verò vbi ad eodem patrono plures fuissent præsentati, quia tunc inter eos debet fieri concursus, vt declarasse Sacram Concilij Congregationem refert. Maresc. lib. 1. variar. resolut. c. 52. n. 11. quæ sic se habet eueniente vacatione parochialium de iurepatronatus laicorum, quando plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus denunciati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illum,

lum, & non alterum instituat iuxta decretum Concilij.

3 Secundò, quando Parochialis esset iurispatronatus mixti, scilicet, partim ecclesiastici, & partim laici, de quo loquitur gl. in c. vn. de iurepatr. Mohed. in dec. 9. eod. Crescent. dec. 3. & 5. & Achill. de Grass. in decis. 2. eod. tit. nam tunc fieri debet concursus, secundum Gonzal. gl. 6. n. 135. referens ita declarasse Sac. Congreg. per hæc verba, videlicet: *Si Ecclesia Parochialis sit iurispatronatus partim Ecclesiæ, partim laici, seruanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstitit in conferenda parochiali, quæ sit iurispatronatus, meri ecclesiastici, & idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantum ad ecclesiasticum.*

Tertiò, quando iuspatronatus esset laicorum, non quidem ex constructione, fundatione, & dotatione, aut donatione, verum ex priuilegio, vel præscriptione, nam tunc secundum Concil. Trident. sess. 25. c. 9. de reform. §. denique in eis cessare debent omnia, quæ de iurepatronatus dici solent, ita Gonzalez loco citato num. 137.

RESOLVT. CCCLXIX.

Concursus quibus in casibus cesset.

1 *Enumerantur casus, in quibus cessat concursus.*

VLtra casus enumeratos in præcedentibus quæstionibus est animaduertendum, quod cessat
1 primo in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri debent, iuxta terminos cap. cum de beneficio de præbend. in 6. & dec. Rotæ 22. eod. in nouis, & censuit Sacra Congregatio per hæc verba, *Hoc decretum de concursu non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri consueuerunt.*

Secundò cessat in Vicarijs, de quibus in clem. vn. de offic. Vicar. & loquitur constit. Pij V. 46. quod intelligendum est de Vicarijs non perpetuis, vel de vicarijs ecclesiarum parochialium alicui beneficio, seu loco vnitarum, secus si per se, Garzia de benefic. part. 9. c. 2. num. 298.

Tertio cessat, quando Parochialis esset litigiosa, quia tunc si alter collitigantium cedat, vel decedat, siue sit possessor Parochialis siue non, cùm ab Ordinario alter subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, nec collitiganti superuiuenti præiudicium irrogetur, c. 1. & 2. lite pendente in 6. clem. 1. eo. tit. Paris. de resign. lib. 2. q. 3. n. 97. Propterea solet à Sede Apostolica aliquis gratiosè subrogari absque aliquo concursu, secundum Gonzal. loco cit.

Quartò, vbi cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata est, exercetur per Canonicos, vel per Hebdomadarios, arg. tex. in c. statutum de elect. & ita declarauit Sac. Congr. Concil. Paris. lib. 8. q. 9. n. 94. Gonzal. d. gl. 6. n. 158. Hugol. de potest. Epis. c. 50. §. 3. in fi. Add. ad Quarantam in sum. Bull. in verb. Parochiarum collatio quod expone secundum plenius annotata per præd. Addit. ad summ. Bullar. vers. Tertio quæritur, & Vgolin. etiam loco cit. vers. postremo, ac per Garziam de benef. p. 9. c. 2. n. 180.

Quinto cessat, quando Parochialis esset adeò exigui redditus, vt examinis per concursum operam non ferret, aut nemo esset, qui se dicto examini quærat subijcere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur facilè grauiores rixæ, aut tumultus possent excitari, nam hoc casu poterit dictum examen omitti, vt disponitur in d. c. 18. Concilij, §. si tamen.

RESOLVT. CCCLXX.

De alio casu, in quo cessat concursus.

1 *Concursus cessat, quando quis nolit consentire pensioni.*

1 QVando approbatus per concursum, & electus non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis reseruatur, tunc ipso sic recusante, Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu, præuio solo examine simplici ad curam animarum, cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilij, propter decretum irritans, Rota diuersorum dec. 48. p. 1. vbi dicitur, quod non sufficit Papã habere notitiam dicti decreti, vt illi derogatum censeatur, neque secundum Maresc. ot. var. resol. lib. 1. cap. 52. nu. 14. obstat quod approbato per concursum, sit acquisitum ius ad rem vigore dicti Concilij, Rota dec. 10. de iurepat. in antiq. quia respondetur, quòd quãdo collatio spectat ad solum Papam, tanquam de beneficio reseruato, non dicitur acquisitum ius ad rem considerabile, vt tenuit Rota in vna Detursen. Parochialis 12. Februar. 1593. coram Penia, & iterum in vna Placentina Parochialis 13. Februar. 1585. coram Illustrissimo Seraphino.

RESOLVT. CCCLXXI.

An Episcopus possit aliquem ad concursum admittere elapso termino.

1 *Qui non comparet in termino, post terminum non auditur.*
2 *Accusanti statuitur terminus ad procedendum in causa.*
3 *Ordinarius potest aliquem ad concursum admittere termino elapso.*
4 *In prouisionibus beneficiorum nõ circumducitur edictum.*

1 VIdebatur primò, quòd non, ex pluribus. Primò, quia qui non comparet in termino, post terminum non auditur, l. si eo tempore C. de remissione pignor. Capyc. in dec. 82. vnde non contradicens in termino literarum edictalium, in materia iurispatronatus amplius non auditur, Old. cons. 3. Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 2. q. 6. principali q. 26. Anton. resol. 20. n. 15. vol. 1. Costa de remed. subsidiar. c. 12.

2 Secundo, quia per tex. in l. si ea C. de his qui accusare nõ possunt, accusatori statuitur terminus ad procedendum in causa, in qua si non prosequitur, post terminum non auditur, vt voluit etiam Old. in cons. 4.

Cæterum, præfatis non obstantibus, contrarium est tenendum, atque in praxi seruandum, vt scilicet possit Ordinarius aliquem ad concursum admittere, non obstante, quòd terminus ab eo præfixus sit elapsus, & aduersarius, qui comparuerat durante termino, contradicat, nam ita fuit resolutum per Rotam in vna Calaguritana dimidij beneficij 22. April. 1602. coram Ortembergo.

Cuius decisionis ratio est, quia interest Ecclesiæ, eiusque fauor est, plures oppositores concurrere, & hanc opinionem tamquam receptiorem, atq; de iure veriorem approbarunt Domini, arg. l. & si post tres ff. si quis cautionibus, quare si iudici circa iudicia data est potestas parcendi reo contumaci, eum expectãdo etiam post terminum actore etiam contradicente, c. consuluit, & ibi gl. in verb. gratiam ac Felin. n. 1. de off. deleg. quanto magis igitur hoc fieri potest in electionibus, prouisionibus, cæterisque extraiudicialibus.

4 Secunda ratio, quoniam in prouisionibus beneficiorum edictum non circumducitur, quemadmodũ in iudicialibus, iuxta terminos decis. de Franch. 400. ita gl. in cap. Ecclesia, il secondo, de elect. Inn. n. 3. Hostiens. num.

num.5.& Butrig.num.27.in cap.consuluit de offic.deleg. & fuit in Rota resolutum in vna Firmana Parochialis 6.Martij 1592.coram Illustriss. Pamphilio.

Quemadmodum etiam examen factũ ante lapsum termini in edicto expressi nullo postea comparente, subsistit, Lambertin.de iurepatronat.2. part.2.libri q. 6.art.25. Garsi.de benefic.par.9.c.2.nu. 326. atque ita fuit in Rota resolutum in vna Carthaginens. Parochialis 9.Decembris 1588. coram Orano.

RESOLVT. CCCLXXII.

Facultas faciendi concursum quibus competat.

1 *Facultas faciendi concursum ad parochiales solum Episcopo competit, & eius Vicario.*
Limita in casu sequenti.

1 APertè patet ex Conc.Trid.cit. c.18. vers.transacto, ibi ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario, ex quo sequitur nõ posse fieri ab inferioribus Episcopo habentibus ius cõferendi,ita Germon.de indultis Cardinalium §. quibusuis ad finem, Zecchus de republica Ecclesiastica c. 28. de Parochis nu.6. Parisi. lib.8.quæst.9.n.96.referens, hoc sæpe fuisse declaratũ per Sacram Congregationem Concilij Garsi. de benefic.part.9.§.1.nu.121. & tenuit Rot.in vna Foro Sempronien.Parochialis 15.Ianuarij, & 7.Maij 1593.corã Illustrissimo Mantica, & iterum in vna Taruisina iurisdictionis 17. Februarij 1595. coram Licta.

Limita non procedere in inferiore exempto,habente proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionẽ, Flores q.24.nu.21. & Garsi.loco citat.num.136.& declarauit Sacra Congregatio per hæc verba. *Commendatarijs Abbatiæ habentibus iura Episcopalia, potest coram se, vel eius Vicario de Curatis vacantibus concursum facere, si modo habeat ius congregandi Synodum, & eligendi Examinatores.*

RESOLVT. CCCLXXIII.

Peracto concursu, quid faciendum per Episcopum.

1 *Idoneitas consideratur non solum respectu scientiæ, verũ etiam morum.*
2 *Dignior dicitur etiam ille, qui ad rem, cui præficitur est aptior.*

COncilium cit.loco §.peracto,dicit hæc verba,peracto deinde examine,denuncientur quicunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate,moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ex his Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit.

2 Et sic idoneitas consideratur nedum respectu scientiæ,verum morum,& ætatis, vnde licet quis esset magis idoneus scientia, non ideo præferendus est aliis, quorum mores sunt magis cogniti,& approbati,vt declarauit Sacra Congregatio per hæc verba,*Præferendus est minus doctus, modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori, cuius vita ignoratur.*

2 Cuius ratio est, quoniam de iure non solum dicitur dignior,qui doctior est,verum etiam qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet.Couarr.in reg.peccatum part.2.§.6. n.4. Lamber. de iurepat.part.1.lib.2.art.1. q.10.sub n. 2. Sotus de iustitia, & iure lib.3.q.6.art.2. concl.9. Rodriquez in summ par.1. cap.106. num. 2. iuxta quam opinionem pluries censuit Rota, signanter in vna Beneuetan. Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano, & in vna Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592.coram Illustriss. Arigonio,& tandem in vna nullius concursus 4. Decembris 1600. coram Ludouisio.

Inter quæ connumerantur primo notitia morum examinati, Verall. in decis. 406. part.2.

Secundo, qui habitat in loco beneficij, & potest residere, & prouidere necessitatibus Ecclesiæ, Couar. in reg.peccatum part.2.§.7.n.4.Lambert.in 3.part.lib.2. quæst.5. art.17. in fin. Menoch.de arbitrar. lib.2. casu 201.n.154. Card. Puteus in decis.395. lib.3. & tenuit Rota in d. Beneuentana Parochialis 13. Iunij 1590. coram Orano.

RESOLVT. CCCLXXIV.

An ab electione Episcopi vnius ex approbatis in concursu possit appellari.

1 *Ab electione Episcopi potest appellari.*
2 *Intellige, quando iudicium Episcopi est irrationabile.*

1 LIcet pro iudicio Episcopi regulariter præsumatur ad text.in c.in præsentia de renunciatione,& cap. pastoralis de cau.possess. & propriet.& cap. sicut de sentent. & re iud. ita vt eum, quem elegerit, præsumendum sit fuisse idoneum, Gonalez ad regul. de mensib. glos.4. num.132. præsertim quando vita,mores,& qualitates electi erant ipsi nota, & de illis plenam notitiam habere potuisset Caputaq. decis. 406. part.2. Put. dec.395. lib.3. & Concil. Tridentin. multum deferat Ordinario, quia ex varijs animi sui motibus pensatis, & consideratis omnibus supradictis se informare potuit, d. cap. in præsentia, Rot. decis. 29. num. 4. de rescriptis in antiq. Achill. decis. 1. num. 4. de confess.

Verumtamen hodie per Constitutionem Pij Quinti, quæ est in viridi obseruantia, & Rota illam seruat, a dicto iudicio,seu electione Episcopi admittitur appellatio, & potest appellans præelectum prouocare ad nouum examen,etsi ipse in eo magis idoneus repertus fuerit, reuocata electione prima, ipse Parochialem obtinebit, vt fuit per Rotam resolutum in vna Detrusen.Parochialis 18. Decemb. 1581. coram Gipsio.

2 Quod intellige,ac declara,vt procedat,quando electio, seu iudicium Episcopi esset irrationabile,vt patet expresse ex verbis eiusdem Constitutionis Pij Quinti, vbi nõ conceditur simpliciter appellatio,sed tunc demum si Episcopus dolosè, & irrationabiliter iudicet, vt tenuit Rot. in vna Rauennaten. Parochialis 2.Decembris 1592. coram Illustrissimo Arigonio, de qua irrationabilitate, & dolo Episcopi liquidò,ac euidenter constare debet, cùm dicta Bulla conditionaliter loquatur, ibi, *Constito de prioris eligentis irrationabili iudicio*, vt tenuit Rota in vna Pampilonen. beneficij 1577.17. Maij coram Illustriss.Blanchetto, & iterum in vna nullius Parochialis concursus, 4.Octobr.1600. coram Lodouisio.

Iudicium autem Episcopi fuisse irrationabile ex coniecturis apparere poterit, præsertim primò si elegerit eius familiarem,siue consanguineum, vt fuit resolutum in vna Ciuitatis Castelli Parochialis coram Orano.

Secundò,si reiectus erat Doctor,& vnus ex compatronis,vt fuit dictum in vna Aretina Parochialis.

Tertio, si electus fuisset familiaris, & Secretarius Episcopi, & minus doctus, quam exclusus, vt fuit dictum in vna Dertusien. Parochialis 18. Decembris 1581. coram Gipsio, & iterum in vna Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. coram Sacrato.

RESO-

RESOLVT. CCCLXXV.

De edicto pro concursu in prouisione parochialium.

1 *Edictum est de substantia concursus.*
2 *Edictum debet remanere affixum ad valuas Ecclesiæ per decem dies.*
3 *Terminus decem dierum potest prorogari.*

1 EDictum esse de substantia, atque de forma in concursu Parochialium aperte patet ex verbis Concilij loco sæpius citato.

2 Quod adeò verum est, vt secundum Zerol. in prax. Episcop. in verbo parochia, debet remanere affixum ad valuas Ecclesiæ per spatium decem dierum, argumento eius, quod Bar. scripsit in constit. ad reprimendū in verb. publice, Marant. in speculo 6. part. memb. 1. num. 96. licet possit differri vltra alios decem dies, vt disposuit Pius V. in Bulla supracit. & Conc. Cusent. prouinc. sess. 3. fol. 75. & Mediolan. fol. 9. col. 1. disponunt, quod per decem dies vltra alios decem dies poterit prorogari, sed non vltra.

Secundo, quia, vt examen factum in concursu iuxta dispositionem S. Conc. valeat, debet constare de die propositi edicti ad finem, vt sciri possit an intra terminum, vel post fuerit examen factum, quod videtur necessarium ad dicti examinis validitatem, cum terminus ille, qui iuxta Concilij dispositionem præfigitur, sit ad conuocandum eos, qui concurrere voluerint, & eo transacto, non prius debeant examinari, ne per præuentionem vnius alii supplantentur, vt resoluit Rota teste Seraphino in decis. 1148. part. 2. n. 4. & ista non est forma ad effectum, sed præcisa, vt fuit resolutū in vna Volaterrana Parochialis, 20. Maij 1591. coram Gipsio.

Est tamen notandum in praxi, quod Episcopus terminum decem dierum in edicto præfixum prorogare non poterit, nisi ex causa, quæ erit probabilis, vt si qui descripti fuerint, legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus præstituto tempore ad concursum accesserint, vt habetur in Archiep. Bononien. part. 4. tit. de examine per concursum fol. 247. quæ dispositio fundatur ex Synodo prouinciali.

Finis tituli Praxis concursus ad Ecclesias Parochiales.

PRAXIS PENSIONVM.

RESOLVT. CCCLXXVI.

Clausula in pensione super Parochiali, dummodo centum liberi remaneant Rectori, quomodo intelligatur.

1 *Verbum, liberi, importat, quod deductis oneribus ordinarijs centum ducati remanent absque diminutione.*
2 *Valor ducati intelligitur in loco consuetudinis.*

QVia super Parochialibus, iuxta mentem Conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 13. vers. ad hæc in posterum pensio imponi non potest, quando non remanent ducati centum pro Rectore: idcirco dubitatum fuit multoties, quomodo intelligenda sit clausula illa, quæ quotidie apponi solet, & respondi ex decisionibus Rotæ, quod præfata clausula operatur, vt probatio debeat esse concludens, ita, vt non sufficeret probari per coniecturas, secundum Balb. in decis. 22. & consequenter per famam, Mohed. in decis. 148. alias 3. de testib. in fi. & fuit resolutum in vna Clusina pensionis, 9. Decembris 1574. coram Lancellotto, & patet in decis. 298. lib. 1. diuers. & iterum in vna Oppiden. pensionis, 3. Iunij 1585. coram Pamphilio, vt fuit etiam resolutum in vna Cusentina pensionis 27. Maij 1597. coram Licta, & facit decis. 6. de concess. præben. in antiq. & iterū in vna Interamnen. pensionis 13. Iunij 1602. coram Corduba, & si esset appositа in concordia, quis teneatur probare, vide Rotā in vna Suanen. Parochialis 27. Nouemb. 1595. coram Orano.

1 Verbum autem liberi in clausula, dummodo remaneant centum liberi pro Rectore annuatim importat, quod deductis oneribus ordinariis, 100. ducati similes pensioni absque diminutione remaneant, Ruynus cons. 219. sub num. 3. lib. 1. Collad. cons. 47. n. 9. Rota in diuers. in dec. 268. vol. 1. in vna Romana pensionis 20. Februarii 1576. coram Blanchetto.

2 Hæc autem clausula intelligitur prout ducati valent in loco beneficii, vt fuisse declaratum per Sacram Illustrissimorum Congregationem refert Marta de clausul. cap. 42.

RESOLVT. CCCLXXVII.

Clausula habita, vel non habita possessione in pensione posita quid operetur.

1 *Clausula habita, vel non habita possessione in pensione quid operetur.*
2 *Clausula habita, vel non habita possessione, non operatur vltra duos, vel tres annos.*
3 *Limita vbi adesset legitima causa non adipiscendi possessionem.*

1 VT pensionis impositio effectum habeat, & ne pensionarii ipsarum cōmodo in aliqua temporis parte defraudētur, practicatur, vt in Bulla adiiciatur clausula habita, vel non habita possessione, quæ clausula operatur, quod si beneficiatus, cui onus soluendi pensionem pertinet, non assequutus fuerit præfati beneficij possessionem, nihilominus teneatur ad pensionem ipsam.

2 Verumtamen hæc clausula posita in reseruatione pēsionis ex benignitate Rotę, nō operatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit decisum, atque practicatum in vna Segobien. pensionis 4. Maij 1576. coram Crassis, faciunt deducta per DD. de Rota in dec. 12. num. 3. de præb. & fuit quoque dictum in vna Placentina pensionis 10. Maii 1581. coram Aldobrandino, quæ videtur registrata in dec. 699. num. 2. par. 1. diuersor. & iterum fuit quoque dictum in vna Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1595. coram Seraphino.

3 Declara primo, vbi subesset iusta, vel legitima causa non adipiscendi possessionem, alias secus. Rot. diuers. in dec. 705. lib. 3. & tenuit iterū Rota in vna Conuenarum de Curdellas 13. Iunii 1565. coram Orādino, & ratio est, quia pensio debetur ex fructibus beneficii, & ideo iniquissimum est, vt quis teneatur soluere perpetuò pensionem ex beneficio, quod adipisci nō potuit.

Secunda ratio est, secundum Seraphin. in decis. 66. vol. 1. quoniam præfata clausula fuit inuenta solum, vt obuiam iretur malitiæ eorum, qui differrent capere possessionem animo eludendi pensionarium, sed vbi cessat fraus, & constat per titularem non stetisse, tunc non debet operari contra mentem proferentis, & cōtra iuris dispositionem.

Nec quicquam facit iuramentum, quia regulatur secundum naturam principalis obligationis leg. fin. C. de non num. pecun. c. quemadmodum, & cap. peruenit de iureiurando, Paris. cons. 92. n. 41. vol. 4. cum infinitis aliis.

Vnde quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide

na fide ſuccumbit, ad nihilum tenetur, ſecus quando non fuit proceſſum in lite bona fide, & titularis malitiosè ſuccumbit, tunc enim ceſſat benignitas Rotæ, & clauſula extenditur vltra, vt fuit in Rota reſolutum in vna Tarraconen. penſionis 29. April. 1596. coram Seraphino, & alibi ſæpè.

RESOLVT. CCCLXXVIII.

Qua ætate quis ſit capax penſionis.

1 *Ætas ſeptem annorum requiritur ad penſionem.*

FVit mihi quęſitum, qua ætate quis eſſet capax penſionis & prima facie videbatur dicendum eſſe neceſſariam ætatem, quæ requiritur in beneficijs, ſcilicet 14. ann. vt in Conc. Trid. diſponitur.

1 Cæterum hoc non obſtante, contrarium conſului, videlicet ſufficere ætatē ſeptē ann. pro cuius opinionis corroboratione expenditur Gigas in tract. de pēſionibus q. 13. Lanfranch. in dec. 22. Merend. conſil. 29. qui voluerūt, quod quādo reſeruatur clerico, ſufficiat ad penſionem conſequendam illa ætas, quæ exigitur ad ſuſcipiendum minores Ordines, quæ eſt annorum ſeptem, cap. nullus, à contrario ſenſu pōderatus, & ibi gloſ. de temporibus ordinationum in 6. Card. in Clem. vlt. col. ante penul. de ætate, & qualit. vbi dicit, quod ad primam tonſuram ſufficiunt anni ſeptem, & ab inde ſupra conferri poſſunt alij minores Ordines. Vnde olim minori infanti beneficium conferri non poterat, cap. cum ex eo de reſcript. Ratio erat ob incapacitatem recipiendi Ordines. Gloſ. & communiter DD. in c. ſi annum de iud.

Eſt tamen verum, quod in ſupplicatione debet fieri mentio de ætate infantis; vnde penſio reſeruata clerico infanti ſine diſpenſatione, eſt nulla, propter verba aſſertiua in gratia, ibi. *vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia, &c.* nam cùm hæc non cadant in infante, propterea ſi non fieret mentio de ætate, reſeruatio penſionis erit ſubreptitia, vt fuiſſe in Rota reſolutum teſtatur Caputaq. deciſ. 318. p. 2.

RESOLVT. CCCLXXIX.

Clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis quid operetur.

1 *Enumerantur rationes, cur ſolutio penſionis retardari non debeat.*

2 *Lite pendente ſuper reductione penſionis, illa ſoluenda eſt.*

PRaxis ſignaturæ eſt, quòd in cauſa penſionum eccleſiaſticarum, vbi titularis agere vellet contra penſionarium ſuper inualiditate, ſiue exceſſiuæ penſionis, ſolet reſcribi per eandem ſignaturam cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, quæ clauſula duplici ratione ponitur.

1 Prima, propter honorem Papæ, ne ſcilicet eius literæ, in quibus penſio mandatur ſolui, careant obedientia, ſecundum Staphil. de literis iuſtit. §. in primis n 84. Gigas in q. 35. in fin. & in q. 62. n. 12. de penſionibus. Enriquez conſ. 63. num. 4. cum ſeq. & ita tenuit Rota in vna Cuſentina penſionis 6. Nouembris 1596. coram Corduba.

Secunda eſt ratio, vt obuietur malitijs, atque fraudibus ſoluere recuſantium, nam de facili poſſent ferè omnes titulares ad euitandam ſolutionem penſionis, litem mouere penſionarijs, Veſtrius in praxi lib. 3. cap. vltimo, num. 1. Monald. conſ. 42. volum. 2. Mareſcott. l. 1. var. reſol. cap. 21. & fuit reſolutum in Rota in vna Romana penſionis, 18. Iunij 1597. coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

2 Ex quibus rationibus deducitur, titularem teneri ad ſolutionem penſionis, etiam lite pendente ſuper reductione penſionis, quia pluries cēſuit Rota, quod adeò verum eſt, vt procedat etiam penſionario nō exiſtente in quāſi poſſeſſione exigendi, litteris tamen expeditis, quia hoc caſu poſſeſſio non eſt neceſſaria, & conſequenter procedendum eſt ad præſtationem penſionis, & hoc ob reuerentiam litterarum Apoſtolicarum, vt pluries cenſuit Rota, & ſignanter in vna Romana penſionis 23. Martij 1576. coram Blanchetto, vbi fuit dictum, quod quamuis penſionarius non potuiſſet oſtendere aliquam partitam receptionis penſionis, nō propterea veniret excludendus, quin pendente lite, non eſſet manutenēdus in poſſeſſione exigendi, vt fuit quoque reſolutum in vna Tarraconen. penſionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino, & iterum in vna Lauden. penſionis 29. Aprilis 1599. coram Penia.

Quæ ſuprapoſita concluſio procederet etiam in translatione penſionis, quā vigore facultatis litterarum penſionarius transferre poterat, & titularis contradicere, vt fuit dictum in vna Bononien. penſionis, 17. Maij 1593. coram Mellino.

RESOLVT. CCCLXXX.

An reſeruatione penſionis facta ſuper beneficio nulliter collato, cenſeatur quoque nulla reſeruatiō.

1 *Coadiutus ſi decedat, antequam coadiutoria habeat effectum, ſuſtinetur gratia concernens fauorem coadiutoris.*

2 *Penſio reſeruata in collatione beneficij, remanet valida, quamuis collatio ſit nulla.*

3 *Corroboratur nonnullis medijs concluſio præſens.*

1 REſpondeo negatiuè, quemadmodum dicimus de gratia coadiutoriæ, nam ſi quis fuerit de ea prouiſus cum futura ſucceſſione, quamuis coadiutus moriatur antequam coadiutoria habeat effectum, tamen altera gratia futuræ ſucceſſionis remanet ad fauorem coadiutoris. Put. dec. 98. lib. 2. Gonzal. de alternatiu. gloſ. 5. §. 9. n. 56. vbi multis ſimilibus comprobat, & n. 60. de beneficio collato per Papam alicui, cum reſer-

2 uatione penſionis annuæ pro alio, ſi gratia eſt nulla, quoad prouiſum de beneficio, non idem erit in pēſione, quæ debebitur, ſi poſtea denuo impetretur per alterum nulla reſeruata penſione in illa ſecunda gratia collationis, cum non ſit inconueniens, quod eadem gratia pro vna parte ſit valida, & pro altera inualida, Felin. in cap. ſedes n. 2. de reſcript.

3 Idem eſt, ſi in vna, & eadem ſupplicatione impetretur parochialis, & beneficium ſimplex, ſi enim gratia, quoad parochialem non habet effectum, non per hoc præiudicabit alteri gratiæ de ſimplici beneficio, quæ erit valida. Mandoſ. reg. 20. q. 9. n. 5. verſic. pro parte negatiua col. 2.

Etenim excluſio vnius partis, non facit excluſionem alterius in ſeparabilibus, & diuiduis l. 1. §. Trebat. de aqua quotid. & æſtiua, l. fin. C. fam. erciſcund. Bart. in l. græce §. illud num. 3. de fideiuſſor. & quia ſunt plures gratiæ, quamuis ſub vnico contextu: vnde ſi non habet locum vna, non inferri debet ad aliam, vel quatenus ſit vna gratia, continet plura, & diuerſa, in quibus poteſt diuerſos effectus conſiderari, l. ſcire oportet de verb. oblig.

Et faciunt, quæ dicuntur de pluribus narratis in cōmiſſione, ad cuius validitatem ſufficit vnū verificari, quamuis aliud non ſit verum, Felin. in cap. ex parte l. primo, in verbo copula de reſcript. Bellamer. dec. 280. licet nu. 1. exemplo narrantis plura in libello, qui non tenetur omnia probare, Lap. alleg. 54. quidam coram n. 6. verſ. item non expedit, prout etiam dicimus de reſcripto auocatorio, in quo narratur paupertas, &res

judi-

iudicata, nam valebit, si iustificetur sola paupertas, quamuis non sit verum adesse rem iudicatam, prout concludit in specie Mandos. commis.7. in fin.quæst.6. vbi,quod ita fuit in Rot.resolutum in causa Colonien. matrimonij,licet ibi hoc fuerit conclusum,quia ex sola illa causa paupertatis Papa remisisset causam ad partes, cum semper considerandum sit super quibus se fundet Princeps, vel præsumatur se fundasse, quando plures causæ narrantur in rescripto, quarum aliquæ sunt veræ aliquæ subreptitiæ, Lap. allegat. 23. incip. Limitat. num. 6.

RESOLVT. CCCLXXXI.

An contra Capitulum possit agi pro pensione, ad quam tenebatur Canonicus.

1 *Distributiones accrescunt interessentibus diuinis.*
2 *Nemo tenetur ad debita alterius.*

SVpponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione, quod pensio esset reseruata super fructibus, & distributionibus alicuius Canonicatus, & propter absentiam Canonici Capitulum iure accrescendi recipiat fructus,vel distributiones quotidianas: quare fuit dubitatum, & à me quæsitum,an Capitulum teneatur dictam pensionem soluere, & consequenter possit agi contra eum aliqua actione,& dubitationem mihi non mediocrem faciebant pro opinione negatiua.

1 Primo, quod tempore absentiæ omnes fructus,seu distributiones accrescunt interessentibus diuinis, c.1. de cler. non resid. lib. 6. Vnde Seraphin. in dec. 1239. tenuit nõ dari casum, in quo distributiones quotidianæ dantur absentibus,& mandatum de manutenendo in perceptione distributionum quotidianarum non est concedendum, neque in hoc iuuat consuetudo, vt fuit per Rotam resolutum in vna Baren. emolumentorum 19.Iunij 1595. coram Illustriss. Seraphino.

3 Secundo,quia per text.in c.1.de deposito,& per tex. in c.1.de solut.apparet, neminem obligari ad soluendum alterius debita, vnde cum pensio hæc sit debita à canonico, igitur non poterit exigi à Capitulo.

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium est in praxi tenendum, scilicet Capitulum teneri dictam pensionem soluere, quod adeo verum est, vt procedat etiam si pensionarius à Capitulo nunquam pensionem exegerit,vt pluries censuit Rota Romana, & signanter in vna Rom.pensionis 4.Iunij 1593.coram Litta, & iterum in vna Burgen. pensionis 29.Octobris 1591. coram Illustrissimo Pamphilio, quibus accedat Crescentius dec.3. de solut.vbi haberur,quod non valet contraria consuetudo de facto,cum fit potius quędam vis: etsi Guttierez quæst.1. lib.1. can.quæst. in contrariam partem inclinet, prout etiam Nauarr. consil.1. de solut. contrarium tenet, licet postea in cons.3.eod. tit. ab opinione, quam prius tenuerat, recesserit, & sententiæ rotali adhæserit. Cuius conclusionis ratio, est quia pensio hæc non debetur pensionario propter seruitium Canonici possessoris, sed ex mera gratia Papæ, à quo super fructib. & distributionib. d. pensio fuit imposita, & ob id ad illam percipiendam actio realis, & personalis datur, Guid. Pap. decis.576. Gigans de pensionib.quæst.55. Verall.dec. 13.par.1. & in dec.302.par.2. idem Gigans q.39.& 43. vnde secundum Crescent. decis. 3. de solut. hæc actio datur contra quemcunque successorem, qui acceptãdo beneficium onere pensionis grauatum se obligare censetur. Ex quibus omnibus liberè fatendum est, personam Canonici, illiusque seruitium nullius esse considerationis, proinde nec mors,nec absentia illius potest esse damnosa pensionario argumento tex. in cap. non debet de reg. iur. in 6.

RESOLVT. CCCLXXXII.

Fructibus non perceptis, an teneatur quis ad solutionem pensionis.

1 *Pensio an debeatur, fructibus non perceptis.*

DVbium mihi faciebat pro opinione negatiua, regula illa iuris, quæ desumitur ex text. in l. eum qui ff.de auro,& arg.leg. vbi cum quid est,propter tale,consideratur illud,propter quod est.Quare cũ causa finalis impositionis pensionis sint fructus beneficij, vt patet,quoniam si beneficium esset modici, vel nullius redditus, vtique pensio imponi non posset,nõ entis enim nullæ sunt partes, l. non omnis ff.si cert. pet. Igitur fructibus non perceptis,non debetur pensio.

1 Cæterum hoc est in praxi tenendum,& ita consului, vt scilicet, quãdo pensio fuit assignata super fructibus beneficij, & fructus non poterunt percipi ob sterilitatem, vel propter bella, aut alium casum fortuitum, & tunc beneficiatus non tenetur ad illius solutionem, quamuis reseruatio sit facta cum clausula,ut non possit peti remissio, etiam ob casus fortuitos, Castren. in cons.358. nu.3. lib.5. Belleno. de charit. subsid.quæst. 34.num.2. Felin. in cap. ad audientiam n. 7. vers. extat conclusio de rescr.Caccialup.de pension.quæst.16. in princ.Gig.in eod.tract.quest.62.col.2.& tenuit Rot. coram Caputaquen.in vna Adiacen. pensionis 3. Nouembris 1557. vbi fuit hoc ampliatum etiam quando adest clausula, quod teneatur ad casus inexcogitatos quia cũ pensio assignetur super fructibus gratia taxationis,nõ est verisimile,quod Papa voluerit beneficiatum teneri de proprio,si fructus non percipiat. Et idẽ si adesset clausula de non petendo remissionẽ ex quauis causa, & occasione, etiam ob casus insolitos,quia non intelligitur de casibus insolitis, qui verisimiliter præuideri non possunt, de quibus Papa non censetur intellexisse,nec illis intelligitur renunciatum, Bart.in l.sed & si quis §.quæsitum n.3.in fin.ff.si quis caution. Bald.in consil.119. lib.1. & cons.145. sub num.1.lib.3. Alex.cons.28.num.10.lib.1.& cons.107.num.16. lib.3. Corn.cons.23.sub num.12.lib.2.Ripa in tract.de priuil. leg. cau.pest.num.97.& 99. Purpurat. cons.465. num. 17.& 18. Grat.cons.94.num.42.lib.2.Natta cons. 256. num.5.Aym. cons.95.num.2. Tiraq. de legib.connub. concl.7.num.108.Roland.cons.45.n.16.cum seq.lib.3. Gail.pract.obseruat.lib.2. obseruat.23. nu.20. Alciat. responso 49. tom.3. lib.8.

RESOLVT. CCCLXXXIII.

Successor in beneficio an teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris.

2 *Successor beneficij non tenetur ad pensiones præteritas,nisi factis diligentijs.*

IN hac quæstione breuiter respondendo, dico non teneri, nisi præcesserint diligentiæ contra prædecessorẽ,ita passim obseruat Rota,& fuit tẽtum in vna Cęsaraugustana pẽsionis 13.Aprilis 1592.coram Cardin.Pamphilio,in qua fuit dictũ,quod non factis dictis diligentiis contra prædecessorem,Rota nunquã voluit condemnare successorem ad soluendas pensiones decursas tempore prædecessoris per dec. Cassad.3.num. 2.& decis.4.num.3.de locat. Crescent.decis.3. de solutionib.Achill.decis.3.de pensio. Put.decis.vlt.in fin. de offic.Ordin.Anton.Augustinus in epitome tit.de solution.pension.§.21.& tanto magis,quãdo pensionarius est hæres beneficiati,contra quem successor potest recurrere si soluisset,ad notata per Puteum dec.189. nu.

currere si soluisset adnotata per Puteum decis.189.n. 4.lib.2. & quoad pensionarius non sit reintrudendus ad totam summam debitam, nisi factis diligentijs contra prædecessorem, fuit quoque resolutum coram Cardinale Blanchetto in vna Hispalen. pensionis 16. Decembris 1577. & rursus in alia Hispalen. sub die 5. Maij 1582.

RESOLVT. CCCLXXXIV.

Pensio in beneficijs simplicibus non debet excedere tertiam partem fructuum.

1 *Pensio non debet excludere tertiam partem fructuum beneficij.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur.*
3 *Amplia hic, quod de pensione diximus procedere etiam in translatione.*

RAtio est, quia præsumpta voluntas Papæ videtur esse regulariter, quòd pensio non excedat tertiam partem fructuum, vt testatur Gigas in tract. de pensionibus,quæst.9.n. 6. & 7. Staphil. de literis iustitiæ §.in primis num.9. Thes. fori eccles. cap.22.nu.31. Cassad. in decis.2.num.3. & seq. de locato. Quorum opinio nititur æquitati, & rationi, secundum Rub. in decis. 29. Imo iuxta stylum Curiæ Romanæ à multis sæculis seruatum, medietatem fructuum excedere non debere testatur Rot. decis.1160.num. 1. & seq. p. 3.diuers.

1 Benè tamen verum est, quòd pensionis reseruatio excedentis tertiam partem fructuum, non vitiatur in totum,sed quoad excessum tantum, & proinde pensio reduci debet ad ipsam medietatem, vel tertiam partem fructuum, ita Cassad. in decis.4.num.4. & 6. vers. & esto sine præiudicio de pensionibus, Crescent. in decis.234. in manuscriptis lib.& pluries censuit Rota, & signanter in vna Vicentina pensionis 28. Iulij 1591. coram Mantica.

2 Cuius decis. vera est ratio, quoniam in præsenti casu dicta summa est diuidua, quo casu vtile perinutile non vitiatur,cap. vtile de reg.iur.l.sancimus C.de donatio.l.1.§.similiter ff.de verb.obl.Bart.in l.grecè §.1. ff. de fideiussoribus, Castrens.consil.89.num.1.vol.2. Roman.cons.66.n.1.

3 Amplıatur procedere etiam in translatione pensionis,nam translatio,sicut ipsa reseruatio est diuidua,& ideo si Papa transferat pensionem quoad dimidiam partem fructuum, vsque ad eam partem, quæ non excedit,translatio subsistetur,vt fuit in Rota resolutum in vna Lucana pensionis 17.Febr.1592.coram Orano. In his enim casibus gratia non fundatur super assertione partis, vt tenuit Rota in vna Romana grani de Iustinis 4. Nouembris 1573. coram Robusterio.

Finis tituli Praxis Pensionum.

PRAXIS VNIONIS beneficiorum.

RESOLVT. CCCLXXXV.

An Constitut. Pij V. incip. quanta Ecclesiæ Dei incommoda,habeat locum quando resignatio beneficij fit ad effectum illud vniendi fabricæ.

1 *Constitutio dans formam resignandi, non habet locum quando resignatur beneficium pro illo vniendo fabricæ Ecclesiæ,num.2.*
3 *Episcopus an cogatur vnire beneficium fabricæ Ecclesiæ.*

IN Collectaneis nonnulla reportaui in materia resignationis iuxta formam memoratæ Bullæ Pij Quinti,ac illam varijs modis ampliaui, & limitaui, verumtamen cùm in facti contingentia fuisset à me quæsitum, si locum haberet,quando præfata resi-
1 gnatio fieret ad effectum vniendi fabricæ Ecclesiæ,dicebam,quòd non,quia Bulla loquitur de beneficijs resignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienam personam per viam prouisionis faciendæ per ipsum Ordinarium,& sic de illis beneficijs resignatis, quibus dantur successores, vt patet ex lectura eiusdē Constitutionis,sed quando vnitur beneficium,non solum transfertur titulus,sed penitus extinguitur, ita vt perdat nomen beneficij,Rot. decis.11. de reb. eccles. non alien. in antiq. Sarnen. de trien.q.8. in prin. vers. tota difficultas.Mandos.reg.19.q.10.n.2. & reg. 22.q. 13.n.19.& 20. Vnde cum deficiat persona cessionarij, non intrat Constitutio, prout in specie fuit decisum per Rot. coram R.P.D. Cantuccio 24. Octobr. 1580. in vna Segobien. patrimonij,& per Cardin. Lancel. in eadem causa 28.Iunij 1581.cùm præsertim d.constitutio concedat Ordinarijs,vt admittant permutationes permissas à sacris sanctionibus, & Apostolicis consti-
2 tionibus; ideo etiam extenditur ad istas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica ecclesiæ. Imo. in cap. cum accessissent col.3. in princ.nu.14.ad
3 med. vers. & intellige, quod dixi de iuramento, de constitut. ita vt etiam Episcopus cogatur vnire causa subsistente. Archid. in c. & temporis 16.q.1. Mandos. reg.12.n.3. & 4.q.6. & de alijs causis admittendi istas vniones idem Mandos.reg.22.q.4.n.4.

RESOLVT. CCCLXXXVI.

Vnio quando dicatur sortita effectum.

1 *Vnio non dicitur sortita effectum, nisi secuta fuerit possessio,num.2. qua non secuta, beneficium dicitur vacare, num.4.*
3 *Amplia in institutione ad iuspatronatus, qui non dicitur institutus,nec acceptasse institutionem Episcopi,nisi sequatur possessio.*
5 *Adducuntur ad corroborationem regulæ nonnullæ Rot. decisiones.*
6 *Ampliatur regula.*
7 *Limitatur n.8. & 9.*

1 HVius articuli examinatio vtilis est, atq; summopere deseruit pro intelligentia duorum locorum, quorum primus est regulæ 12. Cancellariæ ab omnibus Summis Pontificibus fieri solitæ, in qua reuocantur vniones,quæ suum non sint sortite effectum, & secundus est Concil. Trident. decretum sess.7. cap. 6.de reformat. vbi vniones à quadraginta annis citra, quæ nondum sortitæ fuerint effectum, viribus carere debeant.

2 Quare præfatorum occasione fuit à me quæsitum, quando vnio dicatur sortiri effectum, cui quæsito respondi, in primis oportere,vt sit sequuta possessio, secundum Mandos.in d.reg. quæst. 5. Hoied. de benefic. p.2.c.3.n.21.Garz. in eiusdem nominis tractatu, part. 12.cap.2.num.281.Merend.cons.29.num.3. & seq. Bomin. cons.53.n.6. & Mar. in cons.3.num.7. & 13. vnde per extrauag. Martini V. quæ declarat, præfatam regulam,in quantum loquitur,nisi sortitæ sint effectum, debet intelligi,scilicet,quādo nō est sequuta possessio.

3 Quare semper exigitur possessio, vt quælibet res dicatur sortita effectum. Vnde in præsentationibus patronorū ad hoc,vt præsentationes dicantur sortiri effectum,nedum requiritur, vt illarū vigore Ordinarius

præ-

præsentatum instituat, verùm etiam, vt inst. tutus acceptet sequuta possessione, secundum Calder. in cons. 12. de iurepatronatus. Caputaq. in dec. 131. n. 1. & 2. & idem in dec. 418. part. 2. Crescent. in decis. 5. de iurepatron. Rot. diuers. in dec. 147. n. 1. & in decis. 167. nu. 1. part. 1. Oldrad. cons. 229. n. 2.

4 Vnde si constaret, possessionem minimè fuisse subsequutã, & superuenisset regula supraposita reuocatoria vnionum, vnio ipsa reuocaretur, & succedente vacatione posset de beneficio, tamquam verè vacãte legitimè prouideri. Mohed. in dec. 6. de priuilegijs. Rot. diuers. in dec. 1136. lib. 3. par. 3. Thanis. in decis. 45. licet alias de beneficio vnito non possit fieri collatio, secũdum Gonzales glos. 5. §. 7. n. 25. Et ratio est, quia beneficium vnitum desinit esse beneficium, Rot. in dec. 11. de rebus Eccles. non alien. Cassad. in dec. 2. de vnionib. Caputaq. in decis. 349. n. 2. part. 2.

5 Et Rota in vna Toletana beneficii de Vallecas 20. Nouembris 1592. coram Gipsio tenuit, quod vnio beneficij, quæ non fuit sortita effectum ante regulas reuocatorias Gregorii XIII. & Sixti Quinti est per illas reuocata, vt voluit quoque Acorambon. dec. 10. lib. 1. & iterũ in vna Mediolanẽs. dismẽbrationis 16. Nouẽb. 1594. corã Orano, fuit dictũ, quod vnio facta, quæ non est sortita effectũ ante regulã Sixti V. reuocatur, quãdo non fuit facta ex causa necessitatis, sed voluptatis, vel vtilitatis; & iterũ in vna Cæsaraugustana fructuũ 10. Nouemb. 1595. corã Iusto fuit decisum supradictas regulas cessare, quando dismẽbratio fit pro dote Monasterii in augmentũ cultus diuini. Puteus in dec. 331. & in dec. 337. lib. 1. & Achil. de Grass. in dec. 1. super regul. & eadem Rota tenuit in vna Conchen. erectionis 13. Apr. 1592. coram Seraphino, vnionem, de qua agitur, non cadere sub regula reuocatoria vnionum, ex quo applicatio ista bonorum fabricæ locorum depopulatorum fit pro dote necessaria beneficii erigendi, & pro augmento cultus diuini. Mohed. in dec. 145. & Crescent. in decis. 2. & 3. de parochiis Fab. dec. 5. lib. 1. Put. in dec. 341. lib. 1. Achill. decis. 397. Verall. in decis. 389. lib. 1. & Than. dec. 43.

6 Ampliatur, vt ad hoc, quod vnio dicatur sortita effectum, nõ requiritur fructuum perceptio ex ipsa possessione capta, vt tenuit Rota in vna Perusina beneficii 1. Aprilis 1596. coram Blanchetto.

7 Limitatur quoque dicta regula vnionum, vt nõ procedat, quando vnio sit ex causa dotis, & necessaria alicuius loci, vel rei piæ, vt fuit resolutũ in d. Cæsaraugustana dismembrationis fructuum 13. Maii 1596. coram Iusto.

8 Item limitatur quando vnus ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur, vt fuit pariter in Rota resolutum in vna Tirasonen. Prioratus 17. Februarii 1595. coram Blanchetto.

9 Limita tertio regulam non procedere quando saltem in parte vnio sortita fuerit effectum, quia tunc nõ intrat reuocatio, vt tenuit Rota in vna Burgen. vnionis, & Rot. in decis. 468. n. 1. part. 1. diuers.

RESOLVT. CCCXXXVII.

Vnio de beneficio iurispatronatus an fieri possit absque consensu patroni.

1 *Vnio de beneficio iurispatronatus facta absque consensu patroni, non valet.*
2 *Duplices sunt conclusionis rationes, de quibus num. 3. & 4. per totum.*
4 *Consensus patroni an præsumatur, & an stetur assertioni Episcopi.*

1 TExt. expressus in clem. vnica §. ad hæc de statu monach. qui confirmantur per Conc. Trid. sess. 24. c. 15. de reform. in illis verbis, ibi cum patronorum consensu, vult requiri in vnione facienda de beneficio iurispatronatus consensum eiusdem patroni, vt voluerunt quoq; Vital. Card. & reliqui communiter in clem. Si vna de reb. eccl. non alien. Socc. cons. 2. col. 2. vol. 3. Dec. in cons. 174. col. vlt. Abb. col. 3. & alij in cap. cum accessissent de cõst. Rocch. de iurepatronatus in verb. honorificum q. 4. Lambert. in eiusdem nominis tractatu lib. 3. q. 6. ar. 2. vnde secundum Rebuff. in cons. 20. vers. quinto respõdetur, si per inferiorem à Papa facta esset vnio, oporteret probare nondum vnionem, verũ etiam consensum collatoris, seu patroni præcessisse.

2 Cuius conclusionis duplex est ratio.

3 Prima, quia vnio debet fieri vocatis his, quorum interest, alias non valet. Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 6. Rot. diuers. in decis. 133. n. 4. part. 2. Azor. instit. mor. lib. 6. c. 28. q. 14. Rebuff. in prax. tit. de vnionibus n. 43. & fuit per Rotã resolutum in vna Theanen. beneficij Sancti Eustachij 20. Maij 1587. coram Gipsio, & inter personas, quæ vocari debent connumeratur ipse patronus, secundum Caccialup. de vnionib. art. 6. n. 3.

Vnde secundum Panor. communiter receptum in c. cum dilectus in fin. de iurepatron. quem sequitur Fel. in cap. venerabilis n. 13. de exceptionib. vnio de beneficio iurispatronatus laicorum facta absque consensu patroni, non facta de hoc mentione, est nulla, vt decisum refert Caputaquens. in dec. 346. par. 3. Fastol. dec. 6. & fuit pluries per Rotam resolutum, & signanter in vna Aprusina iurispatronatus 20. Aprilis 1584. coram Bubalo, & iterum in vna Taurisana plebis coram eodem, & tandem in vna Roman. iurispatronatus coram Illustrissimo Millino.

Hinc est, quòd licèt per sacrum Conc. Trid. sess. 21. cap. 5. de reform. fuerit dispositum, posse Episcopũ facere vniones perpetuas quarumcũque ecclesiarũ parochialium, & aliorum beneficiorum cũ Curatis propter eorũ paupertatem, non tamen comprehẽduntur beneficia iurispatronatus, vt censuit sacra Congregatio, secundum Gars. de beneficiis part. 12. c. 2. n. 210.

Et Rota in vna Spoletana Cappellaniæ 29. Maii 1551. coram Capisucco tenuit vnionem factam per legatum de latere de beneficio iurispatronatus sine cõsensu patronorum esse inualidam, cui accedat dec. Caput. in dec. 350. part. 3. & per eundem in præalleg. dec. 346. par. 3. habetur, vnionem factam de beneficio iurispatronatus laicorum, non accedente consensu omnium patronorum esse nullam.

4 Secunda ratio principalis est, quoniam in vnione consideratur præiudicium patroni, cum per vnionem exeat de manu, & dominio ipsius, quia beneficium vnitum transfertur, seu conuertitur in naturam illius rei, cui fit vnio, & ei accrescit. Alex. cons. 20. num. 4. vol. 1. Dec. in cons. 36. n. 9. & post vnionem dicitur prædium illius rei, cui fit vnio. Caputaq. in dec. 349. n. 2. p. 3. & beneficium vnitum desinit esse beneficium mediante vnione Oldrad. cons. 257. n. 15. Cassad. in dec. 13. super regulis Rot. in dec. 11. de reb. eccl. nõ alien. in antiquis. Gonzalez in reg. de mensib. glos. 5. §. 7. n. 2. 3. & 5.

5 Limita, vt consensus patroni non præsumatur, nec de eo statur assertioni Episcopi, vt fuisse decisum refert Crescent. in decis. 13. de probationibus.

RESOLVT. CCCLXXXVIII.

Consensus Capituli an requiratur in vnione facienda.

1 *Vnio absque Capituli consensu facta, non valet.*
2 *Redditur ratio conclusionis.*
3 *Ampliatur conclusio.*
4 *Limitatur num. 5. & 6.*

1 VNio facta absque cõsensu Capituli est nulla, tãquã forma non seruata. Bal. cons. 322. vol. 1. Soccin.

cin.conſ.15.n.15.vol.1. Et hæc nullitas poterit opponi à quocunque,cuius intereſt. Rot. diuerſ.247.n. 5.p.
2 1. Nam conſenſus Capituli in vnione non tam fuit introductus in eius fauorem, cùm de eius præiudicio nõ agatur, ſed potius pro forma, & ſolemnitate, ne paſſim,& temerè fiat, ſecundum Simoncellum de decretis,in præfatione n.54. Burſatus conſ.185.n.14. vol.2. Rubeus conſ.17.n.4. Bondignus conſ.60.n.7.Merend. conſ.17.n.5. & 8.

3 Amplia, vt huiuſmodi conſenſus poſſit interuenire etiam poſt vnionem'. Alex.conſ.219.nu. 16. 17. & 22. vol.6. Soccin. conſ. 15. vol. 1. Mandoſ. conſ.30.n.3. & in conſ.32.nu.2. Pariſ. de reſignat. benefic.lib.8.q. 10. Selua de benef.p.1.q.6. num. 11. quicquid dicat Burſ. cit.conſ.185.vol.2.

4 Nunc limita ſuprapoſitam concluſionem principalem,& primò,non procedere,vbi extat conſuetudo in contrarium, vt vnio fiat per Epiſcopũ abſq; conſenſu capituli,Fuſcus de viſitatione lib.2.c.26.n. 5. Caccialup. de vnion.art.6.num.10.Licèt hæc conſuetudo requiratur,vt ſit immemorabilis,Card.in clem.ſi vna de reb.eccl. non alien. Gambar. de auctorit. legat.lib.5. rubr.1. de poteſt.legati in vniendo nu.109. Faſto. dec. 29.n.2. Duen. reg.140.

Limita ſecundo,non procedere hodie,ſtante decreto Conc.Trid.ſeſs.21. c. 5. vbi datur Epiſcopis facultas vniendi etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis,ita Nauarr.conſ.10.de off. delegati. Nihilominus ſecundum Garſiam de benef. p.12.c.2.n. 158. contrarium eſt tenendum;nam dictum decretum Concilij requirit in vnione conſenſum Capituli, etiam ſi fiat ab Epiſcopis,tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, ex illis verbis, iuxta formam iuris, vt patet ex additione eiuſdem Nauarr. loco cit.

Vnde Rota in vna Leodien. beneficij 23. Ianuarij 1593. coram Gipſio reſoluit vnionem redditũ Cappellæ, ſeu altaris factam parochiali ob paupertatem illius ſine conſenſu Capituli eſſe nullam.

5 Limita ſecundo in vnione facienda per legatum, in qua non exigitur Capituli conſenſus, & deciſum refert Rota dec.1. & 2.de off.deleg.in nouis Ægid. Bell. dec.513. Nauar.conſ.10.n.1. de off. deleg.

6 Limita tertiò,vt multo magis non requiratur conſenſus Capituli in vnione facienda per Papam, ſeu ex eius commiſſione ſecundum Nauarr. in citato conſil. Garc.d.c.2.n.151.

RESOLVT. CCCLXXXIX.

Vnio an fieri poſſit per Epiſcopum Capitulo ſuæ Eccleſiæ Cathedralis.

1 *Epiſcopus non poteſt vnionem facere in fauorem ſui Capituli etiam ipſius Capituli conſenſu intercedente, redditur ratio n.2.*

3 *Limitatur concluſio n.4. & 5.*

1 IN clem.fin. de rebus eccl. non alienand. hæc habẽtur: Quod ſi Epiſcopus (ſui etiam Capituli accedente conſenſu) menſæ ſuæ, vel ipſi Capitulo aliquam duxerit eccleſiam vniendam, hoc irritum eſſe decernimus, & inane, contraria quauis conſuetudine non obſtante.

2 Et ratio eſt,quia Capitulum cuius conſẽſus in vnione requiritur, non poteſt in re propria authorizare, l. quod dicimus ff.de auth.tut. & hac ratione non valet vnio facta ab Epiſcopo ipſi Capitulo,ſecũdũ Gabriel. conſ.186.lib.2. licèt contrarium teneat Oldrad.conſ. 182.n.1. & cum opinione Gabriel. tranſijt etiam Monald.conſ.16.n.3. Bellon. conſ.6.nu.4. & 7. Declaper. conſ.22. Alia ratio reddi poterit, quia Capitulum, & Epiſcopus fictione iuris vnam conſtituunt repræſentationem,c.qua not. de his quæ fiunt à Præl.ſine conſen. c. & conſequenter vniendo Capitulo,cenſetur feciſſe vnionem in eius perſonam.

3 Primò limita, ac declara procedere, quando vnio fieret Capitulo principaliter, & directè, ſecus verò quando in conſequentiam,& indirectè eſſet in vtilitatem Capituli,quia tunc benè valeret vnio Rot. dec.1. de eccl. ædif. in antiq. vbi Capitulũ ex vnione conſequebatur in effectu vtilitatem releuationis ab onere præſtandi quãdam portionẽ,de qua ibi, Sed quia hæc vtiltas contingebat conſequenter,& indirectè,& ideo valida fuit vnio,prout latius ibi deducitur.Et cum iſta deciſione etiam Domini tranſierunt, vt patet in dec. 133.n.7. & 8.p.2.diuerſ. Quicquid dicat Rota deciſ.3. de reb. eccl. in antiq. Et per hæc limitatur regula ſupradicta de auctorizãte in facto proprio, quemadmodum dicimus de tutore, cui licèt prohibeatur auctorizare in facto proprio,intelligitur principaliter, non autem in conſequentiam,& ſecundariò. Et ex his Rota in vna Segobien. præſtimon.24.Octobris 1580. coram Cantuccio decidit, quod licet vnio facta ad fauorem fabricæ,vertat in vtilitatem Capituli,cum mediante vnione prædicta Capitulum eximatur ab oneribus fabricæ, ad quæ de iure tenebatur, cap. fin. & ibi Abb. in fin. de his,quæ fiunt à maiori parte Capit. Idem Abb. in cap.1. in 1. notab. de eccleſ. ædif. Nihilominus cum præfata vnio non fiat principaliter, ſed in conſequentiam ipſi Capitulo fuit reſolutum fuiſſe validam.

4 Secundò limita, vbi vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ Capituli. Cota dec.786.n.4.p.1.diuerſ.Gõzales gl.37.nu.25. quem refert Garſ. de benef. in præcitata par. c. 2. ſub num. 171. referens obtinuiſſe in Sac.Congreg.Conc.Trid. de menſ. Septemb.an.1601. Quod vnio facta ab Epiſcopo Cauenſi menſæ Capitulari de quibuſdam beneficijs ſimplicibus vigore Concil.Trid.ſeſs.24.de refor.c.15. eſset nulla, quia dictum Concil.non dat facultatem vniendi menſę Capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum Capitularium, & aliud eſt Capitulum,aliud ſinguli de Capitulo,Felin.in c. cum acceſſiſſent de conſt.nu.22. quod tamen iuxta prædicta accipiendum videtur,vt etiam omnibus prębendis ſimul fieri poſſit dicta vnio, quia non ideo ſit Capitulo,ſeu menſæ Capitulari,fauet Azor.inſtit.moral.p.2.lib.6.cap.28.q.17. in fine.

5 Tertio limita,quando in vnione,quæ fieret Capitulo,interueniſſet conſenſus Apoſtolicus, vt optimè per Oldrad. in conſ.262.in 1.col.iuxta fin.Bercolten.conſil.23.num.4. & 5. Imola conſ. 90. num. 6. practicabilia Rotæ in tit. de vnione num.12.

RESOLVT. CCCXC.

Vt vnio facta Seminario valeat, quæ requirantur.

1 *Vnio facta ſeminario ad hoc, vt valeat, duo ſunt neceſſaria,num.3.*

2 *Redditur ratio deciſionum.*

EX mente Concilij Tridentini,ſeſs.23.cap.18. cuius verba ſunt, *Quia ad Collegij fabricam inſtituendam & ad mercedem præceptoribus,& miniſtris ſoluẽdam,& ad alendam iuuentutem,& ad alios ſumptus, certi redditus ſunt neceſſarij,&c. Idem Epiſcopi, cum conſilio duorum de Capitulo, &c. ex fructibus menſæ Epiſcopalis,& Capituli,& quorumcunque dignitatum,perſonatuum,officiorum, præbendarum, &c. partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam, nec non beneficia aliquot ſimplicia, cuiuſcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem (ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio)*

huic

huic Collegio applicabunt, & incorporabunt. Hactenus Sac.Conc.

1 Vnde vt valeat præfata vnio, duo sunt necessariò concurrenda,Primò requiritur,quod Seminarium fuerit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistratus,vt censuit Sacra Cõgregatio anno 1588.in vna Giennen. his verbis.*Congregatio Concilij censuit,vnionẽ nullã esse, & inualidam,cum Seminarium non fuerit erectum, iuxta formam Concilij, vtpote, nec magistris, nec scholaribus verè,& actu in eo existentibus.*

Ex iuxta hanc opinionẽ pluries tenuit Rota Rom. & signanter in eadẽ Giennen.præstim.17. April.1594. coram Illustriss.Blanchetto, & iterum in vna Corduben. præstim. 6.Nouembris 1596. & tandem in alia Corduben.præstimon. 7.Februarij 1591.coram Licta.

2 Quarum decisionum ratio est,secundum Gonzalez loco cit. quia Conc. Trid. dicit,quod vniones fiãt dicto Seminario, & Collegio,vt in illis verbis,*Huic Collegio applicabunt,& incorporabunt*. Sed sic est, quod ante dictam erectionem non adest Collegium,cui fiat vnio, nec est in rerum natura, l.quidam referunt §.1. ibi, quia hæres, ad quem sermonem conferat, in rebus humanis non est, ff. de iure codicill.ergo vnio fieri non potest, & si facta sit, non tenet, quia qualitas sine subiecto adesse non potest.l.2.de vsufruct.l. decem ff.de verb.oblig.l.1.ff.de vsufr. leg. & sufficit huiusmodi qualitatẽ ab initio fuisse verificatam,quare si semel bene facta vnione Seminario actu erecto, & habenti scholares,&postea desierint esse scholares in dicto Seminario,nihilominus valeret vnio,ex deductis per Panorm.in c. gratum de postul.præl.num.12.Cucchus in inst.maiorib. lib.4.tit.1.Mandos. de priuileg. ad instar causa 7.n.44.Azor. inst. moral.lib.5.c.22.q.1. Et ratio est secundum text.in l.cum vxori c.quando dies legati ced.quia sufficit,quod conditio in momento temporis fuerit adimpleta.

3 Secundò principaliter requiritur,quod præfata vnio fiat cum consil.quatuor deputatorum duorum de Capitulo,& duorum de clero, ex decreto eiusdem Conc. loco cit. vt tenuit Rota,Cæs.de Grass.decis.132.& ita censuit Sacra Congregatio eiusdem Concilij.

Congregatio censuit vniones factas Seminario, absque consilio eorũ quatuor,quos iubet Concilium adhiberi,minimè valere; & alia. Non valent, vniones simplicium beneficiorum factæ irrequisito deputatorum consilio. Verum Episcopus nõ tenetur sequi eorũ consilium, vt censuit eadem Sacra Congregatio his verbis.

Episcopus quatuor deputatos Seminarij debet adhibere in Consilium pro tota temporali administratione prædicti Seminarij, excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat,non tamen tenetur eorum sequi Consilium, & ita tenuit Rota in vna Mediolan. beneficij 5. Iunij 1596.

RESOLVT. CCCXLI.

An parochialis vnita canonicatui, subsit formæ traditæ à Conc.Trid.circa examen per concursum.

1 *Parochialis vnita Canonicatui non dicitur amplius parochialis.*
2 *Vna dignitas minus principalis vnita alteri principaliori remanet suppressa.*
3 *Vnio de beneficio extensiua tituli,& tollit omnia vincula.*
4 *Habens Canonicatum, cui est annexa parochialis, debet residere in Canonicatu.*
5 *Ad obtinendum Canonicatum, cui est vnita parochialis, non requiritur ætas viginti quinque annorum.*

REspondi, circa hoc constus, præfatam parochialem non subesse dispositioni Conc.Trid.sess. 24.cap.18. volentis parochiales non esse conferendas nisi præuio examine per concursum, & motus sui ad ita consulendum ex pluribus.

1 Primò,quia non dicitur amplius parochialis, cũ assumat naturam canonicatus,& consequenter eius, cui fuerat vnita,secundum Oldr. in cons.257. Cassador.in decis.13.num.15.super regulis. Vnde secundum Alex. in cons.20.post num.4.vol.1. quem refert Dec.iu cons. 36. visis num.9. beneficium vnitum conuertitur in naturam eius rei, cui fit vnio, & ei accrescit, arg.l.si ex toto ff.de l.1.& parochialis post vnionem dicitur prædium canonicatus.Gambar. lib.5. de potest. legati p. 139.Verall.in dec.349.num.2.part.3. & ratio est, quia vnio operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficij vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit. Cassad. in decis.2. de vnionibus, & in decis.13.super regulis.Put.in dec.6.de vnionib. Veral. in d. dec. 249. part.3. Rot. diuers.in decis.758.num.6. part.1.& in decis.133.part.2. diuers.

2 Vnde Rota in vna Illerden.pensionis 6.Martij 1595. coram Licta, & iterum in vna Compostellana prioratus 17.Martij 1597. coram eodem tenuit, quod quando vna dignitas minus principalis, vnitur alteri principaliori, illa minus principalis remanet suppressa, 3 quia vnio de beneficio est extinctiua tituli, tollens omnia vincula Greg.Tholos. in instit. rei beneficiariæ c.20.num.1. Hinc est, quod beneficium vnitum, nunquam dicitur vacare.Mandos.in reg. de infirmis q.10. neq. posset permutari Feder.de Senis cons.195.Rot.in dec.1. de rer. permut.in antiquiorib. Bisignetti, & in dec.3.eod. tit. in ant.

Secundò, pro hac eadem opinione facit, quod attẽditut tantum qualitas,& natura beneficij principalis, non autem annexi.Glos.in clem.per literas in verb.ecclesias de præbendis,Rota dec.114.n.4.p.2.diu.Nã parochialis vnita canonicatui,assumit naturam, consuetudines,& priuilegia canonicatus,cui annectitur Petr. dePerusio in tract.de vnione eccleſiarũ c.2.n.10.& 19. Nauar.cons.6.n.2.de verb.signif.Gonzalez gl.5. §.7.n. 2. Nau.cons.10.n.2.& 3.de maioritate, & obedientia.

4 Vnde habens canonicatum,cui est vnita parochialis, debet residere in canonicatu, & non in parochiali, c. extirpandæ,vbi Abb.& reliq.communiter, de præb. & ibid. Rebuff.in 4. not. & ita censuit Sac. Cong. secundum Gars. de benef. part.12.c.2.num.23.

5 Tertiò facit pro eadem sententia, quod ad Canonicatum, cui est vnita parochialis, non requiritur ætas vigintiquinque annorum, quæ in parochiali requiritur,vt censuit Sacra Congregatio, secundũ Gars. cit. loco.n.26. Vnde redeundo ad casum propositum, dico quòd parochialis vnita canonicatui,non subest dispositioni Sacri Conc.Trid.sess.24. c.18. vt consuluisse Sacram Congregationem refert Gonz. gl. 5.§.7. n.13.

RESOLVT. CCCXLII.

An citatio Rectoris sit necessaria in vnione facienda.

1 *In vnione facienda, non est vocandus Rector beneficij,respondetur contrarijs, num.2.& 3.*
4 *Ampliatur conclusio, & num.5.*
6 *Limitatur, & num.7. & 8.*

EX eadem sæpius cit.clem.fin.vers. quod si Rector, de reb.eccl.non alien.firmata est præsens conclu-
1 sio, scilicet Rectorem beneficij non esse vocandum in vnione facienda,& ita quoq; voluerunt glos.& ibidem verb.vocatus,Card.q.1.num.7.Inn.num.12. Ancha.n. 5.Abb.pariter num.5.Vital.n.8.Rebuff.in reg.de vnionib.glos. 11.Rota diuers.in decis.133. part.2. num.14. Gars.de beneficijs part.12.cap.2. num.24.

Non obstat,quod vnio facta,non vocatis ijs, quorũ interest,sit inualida, vt per Pet. de Vbald. in tract. de

vnio-

vnionibus cap.5.in princ.Concil.Trid.sess.7.cap.6.& Rot.diuers.in dec.33.par.1.Henriquez cons.99.nu.6. Anchar.cons.23.num.6.Bombin.cons.70.num.4.

2 Quia respondetur,quòd per vnionem nō fit præiudicium Rectori,nec vllum interesse in eo cōsideratur, cùm vnio sortiatur effectū suum post mortem ipsius, cap.consulationibus de donationibus. Hoieda par.2. c.2.num.9.& fuit in Rota resolutum in vna Segobien. præstimonij 24.Octobris 1580.coram Cantuccio.

Nec obstat Seraph.in dec.1459.nu.13.volentis vnionem beneficiorum esse inualidam,si fiat absque consensu possessorum,quia vltra,quod nihil allegat, hoc dicit per transennam.

3 Quam suprapositam conclusionē sic firmatam ampliat Gars.loco cit.procedere etiā in vnione facienda per legatum.Gambara de potest.legati rubr.1.lib.5.& fuisse per Rot.resolutum testatur Bellam.in decis.403.

4 Amplia secūdo,vt neque etiam plebs debeat vocari.Bor.in dec.345.num.4.quam ampliationem declara,quod si allegaret causam rationabilem ne fieret vnio,esset audienda,vt ex Rebuffo, & Hoieda tradit Garcia in eod.cap.2.nu.219.nam parochianorum interest bonum habere pastorē,ideo sunt legitimæ personę in causa hoc respiciēte,Pet.de Perus.de vnione c. 2.Alex.de Neuo in cōs.48.n.7.& fuit in Rota resolutū in vna Gerund.vnionis 20.Martij 1600.corā Sacrato.

5 Amplia tertiò, vt neque in vnione facienda per legatum,seu ex commissione Papæ,vocari debeat Episcopus,vt tenet Ripa cons,18.lib.2.licèt contrarium videatur velle Bellam.in dec.512.& 513.Caput.in decis.350.num.1.part.3.

6 Limita text.in cit.clem.fin.non procedere, quando vnio fieret in monasterijs Religiosorum, quia in illis debet fieri de eorum consensu, & proinde vocari debet secundum Cald.in cons.fi.de rebus eccl.non alien.

7 Limita secundò,quando fieret vnio totius ecclesiæ alteri ecclesiæ,sed si fieret alicuius iuris ecclesiæ, seu dismembratio,quia cùm requiratur consensus Rectoris viuentis,debet propterea vocari,ita Rot.in dec.1. de rebus eccl.non alien.in nouis & in dec.vnica de his quæ fiunt à Prælatis.Card.cōs.65.in 2.col.post mediū.

8 Limita tertio,quando vnio fieret Capitulo de aliqua ecclesia,quia tunc requiritur cōsensus Rectoris, ita Oldr.in cons.262.in vlt.col.circa fin.

RESOLVT. CCCLXXXXIII.

Quæ beneficia vniri possint per Episcopum virtute Conc. Trident.

1 *Capitulum Sede vacante non potest vnire sibi quodcunque beneficium.*
2 *Legatus à latere habet facultatem vniēdi vti Episcopus.*
2 *Inferioribus Episcopis competit etiam facultas vniendi.*
4 *Episcopus non potest omnia beneficia suæ Diœcesis vnire.*
5 *Vnio fieri non potest ad vitam,neque ad tempus.*
6 *Parochialis Ecclesia in simplex beneficium conuerti non potest.*
7 *Ordinarius non potest dismembrare beneficia curata.*

IN sessione 23.c.5.hæc sunt. *Possint Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedes delegati, iuxta formam iuris,sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcunque ecclesiarum parochialium, & baptismalium,& aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum,cum curatis,propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis etiam si dictæ ecclesiæ vel beneficia essent generaliter,vel specialiter reseruata,aut qualitercunque affecta.* Concordat text.in c.sicut vnire de excess.præl.cap.si autem de relig. domib.Rota in decis.1.& 2.de off.legat. in nouis. Rota diuers.decis.133. num.20. part.2. quam facultatem competere etiam Vicario voluit Mohed.dec.3. de off. Vic.Gabr.cons.200.num.3.vol.1.quod intellige dummodo ad hoc habeat speciale mandatum Paris. cons. 40.vol.4.Rebuff.in praxi tit.de vnionib.nu.37. Sbroz. de Vic. Episc.lib.2.q.115.

Amplia secundò, huiusmodi facultatem concedi quoque Capitulo Sede vacante,secundum Rebuff. de vnion.num.36.Azor.instit.moral.part.2.lib.2. cap.28. & alios citatos per Garsiam part.12. cap.2.num.67. Licèt non possit Capitulum Sede vacante sibi vnire, vt censuit Sac.Cong.Concil. super cap.15. sess.24. de reformat. his uerbis. *Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcumque beneficium,& sibi vnire.*

Amplia tertiò procedere in Legato à latere, quia cū in sua prouincia sit maior Episcopo, poterit in sua prouincia vniones facere,quemadmodum Episcopus in sua Diœcesi.Villadieg.de legat. q.9. num.82. Azor. part.2.lib.5,cap.29.quæst.14.Rota decis.459.in antiq. & dec.1.& 2.de off.leg.in nouis Panor.in c.fin.de confirm.vtili,vel inutili,& in c.sicut vnire,num.3. & 6. de excess.præl.& fuit in Rot.Rom.resolutum,teste Bellamera decis.512.

3 Amplia tertiò, secundum Bellam. in tract. de permut.benefic.p.1.q.2.nu.9. vt possint etiam inferiores Episcopi facere vniones, existente consuetudine præscripta:& ita censuit Sac.Cong.supra d.c.5.sess.21.his verbis. *Censuit Congregatio dignitati curatæ posse vniri aliam dignitatem ex causa paupertatis, iuxta hoc decretum,*& sess.24.cap.13.*Eamque vnionem facere posse Abbatem si sibi hanc facultatē vniendi legitimè præscripsit, aut ex priuilegio in ecclesia sibi pleno iure subiecta,iurisdictionem,quasi Episcopalem habet in omnibus, & per omnia,alioquin vnionem faciendam esse per Episcopum consensu ipsius Abbatis,& Capituli.*

4 Limita nunc primò,vt non possit Episcopus virtute præfatæ facultatis sibi concessæ, omnia beneficia suæ Diœcesis vnire Oldrad.cons.262.num.2.Cacher. cōs. 154.num.6.Artaman.cons.60.nu.5.& 9.& secundum Gars.cit.loco §.1.num.63.Ita declarauit Sac.Cōgreg. Conc.super c.18.sess.23.per hęc verba. *Concilium non decernit vt omnia beneficia simpliciter vniantur Seminario,sed aliquot,ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt alias decreuit Congregatio.*

5 Limita secundò,vt nō possit facere vniones ad tempus,seu ad vita Mādos.reg.12.q.6.Azor.d. lib.6. c.28. q.17.Zerula in praxi Episc.in uerb.unio §.7. part.1.

Limita tertiò in terminis Conc.Trid.cap.9.sess.25. uersic.insuper,ubi prohibetur Episcopum beneficia libera unire beneficijs, uel hospitalibus iurispatronatus.

Limita quartò in terminis eiusdem Concilij sess.23. c.18.de reform.& sess.24.de reform.cap.15.ad beneficia simplicia,ut eadem Sac.Cong.censuit.s.dictum decretum cap.15.non comprehendere dignitates.

Limita quinto in terminis Concilij cap.9.sess.14.de reform.ubi Episcopo non potest beneficia unius diœcesis unire beneficijs,seu locis alterius diœcesis.

Limita sextò in terminis Conc.sess.24. cap.13. de reform. ubi prohibetur unio beneficiorum curatorū fieri monasterijs,dignitatibus,prębendis, seu alijs beneficijs simplicibus, & censuit Sacra Congr. per hæc uerba,Non solum unio parochialis est prohibita, sed etiam aliqua pars fructuum earum uniri non potest.

Limita septimò in terminis Conc.c.16.sess.25.de reform.ubi beneficia curata in simplicia conuerti non possunt,& ita pluries declarasse Sac. Congreg.refert Gars.loco cit.num.87.per hæc uerba.

6 Prima, parochiales ecclesiæ in simplex beneficium conuerti non possunt, quod intelligendum etiam in aliqua parte fructuum ipsius parochialis.

7 Secunda,nec Ordinarius dismembrare potest beneficia curata,ac unire beneficijs simplicibus.

Ter-

Tertia, ibi non conuertantur etiam pro parte, uidelicet ex parte etiam minori fructuum parochialis constituere beneficium simplex.

Quarta, non poterit Ordinarius separare ab ecclesijs parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis unita essent, etiam si illis separatis parochiales non egeant.

PRAXIS DISTRIBVTIONVM Quotidianarum.

RESOLVT. CCCXCIV.

De consuetudine cuiusdam Capituli permittentis Canonicis absentibus per 15. dies percipere distributiones quotidianas.

1 *Facti species.*
2 *Capitulum quod possit vigore consuetudinis permittere canonicis absentibus per spatium 15. dierum percipere distributiones quotidianas, probatur ex tribus num. 2. 3. & 4.*
5 *Contrarium est verius, quod probatur ex tribus alijs, de quibus num. 6. 7. & 8.*

1 FVit à me quæsitum, si esset iuri consona consuetudo cuiusdam Capituli Ecclesiæ Metropolitanæ, permittentis canonicis absentibus distributiones quotidianas percipere per spatium præfati temporis scilicèt 15. dierum: & pro parte affirmatiua dubitandi occasionem præbebat, quod cùm quilibet sit moderator, & arbiter rei suæ l. in re mandata C.
2 mandati, & iniquum sit, liberis hominibus rerum suarum administrationem tollere l. non vsque ff. si quis à
4 parente fuerit manumiss. & iustum est vnicuique suum committere. l. nemo exterus C. de Iudæis. propterea videbatur, quod si omnes canonici permitterent absentib. per spatium alicuius temporis percipere distributiones quotidianas, quod possent, ob id præsertim, quod est ius eis competens, vti singulis. arg. tex. in l. per fundum ff. de seruit. rustic. prædiorum.

5 Cæterum supra dictis minimè suffragantibus, contrariũ est de iure verius, vt patet apertè ex pluribus.
6 Primò, quia regulariter distributiones quotidianæ non nisi diuinis interessentibus dari solent c. vnico de cler. nõ resid. in 6. Vnde absenti petenti distributiones obstat exceptio non residentiæ, vt per Abb. & Anan. in c. conquerente n. 4. de cler. non resid. & in c. licet in 4. not. de præbend. Gemin. consil. 85. num. 18. Conc. Trid. sess. 24. c. 12. §. præterea, & fuit pluries per Rotam resolutum, & signanter in vna Cartaginen. fructuum 29. Maij 1595. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 1531. p. 2. & iterum in vna Caurien. fructuum 13. Martij 1592. coram Orano: hinc fuit resolutum in vna Baren. emolumentorum 19. Iunij 1595. coram eodem Seraphino canonicis absentib. non esse concedendum mandatum de manutenendo in percipiendis distributionibus quotidianis.
7 Secundò quia non poterunt canonici retinere aut remittere, nam lex prohibet illis receptionem, prout declarat Gemin. in d. c. vnico §. si qui verò, col. fin. in verbo suas num. 10. & quod consensus canonicorum non possit facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat distributiones quotidianas. concludit quoq; Menoch. de arbit. casu 469. nu. 6. in addit. vbi etiam dicit, quòd neq; statuto, aut l. hoc potest constitui, Nauarr. de horis canonicis c. 5. num. 20. & c. 41. nu. 63. Gonzalez lib. 1. diuers. iur. argum. c. 9. vbi quod nulla via possunt canonici donare distributiones quotidianas, aut de illis gratiam facere absentibus, sequitur quoq; Gratian. (licet cum quadam moderatione) lib. 1. disceptationum forensium c. 166. nu. 36.
8 Tertiò, quia secundùm quòd iudicauit Rota Romana in vna Hispalen. distributionum 2. Maij 1603. corã Coccino, neque totum Capitulũ, vt in casu nostro per consuetudinẽ posset concedere, quod absens lucretur distributiones quotidianas, etiam si per momentum temporis, durauerit absẽtia, pro vt declarasse quoque Sacr. Congreg. testatur Gratian. cit. c. 166. num. 31.

RESOLVT. CCCXCV.

Casus in quibus canonici non lucrantur distributiones quotidianas.

1 *Regula est distributiones quotidianas deberi tantum præsentibus, & diuinis officijs interessentibus. Ampliatur regula num. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. & 10.*
5 *Subampliatur tertia ampliatio, vt scilicet absens percipiendo distributiones quotidianas, illas non faciat suas in foro conscientiæ.*

1 SIt pro huius quęsiti dulucidatione regula, quod distributiones quotidianæ non nisi præsentibus, & interessentibus statis horis, quibus diuina celebrãtur, dari debent, c. vnico de cler. nõ resid. in 6. Conc. Trid. citat. sess. cap. 12. vers. distributiones vero.
2 Amplia primò, vt nec sufficiat adesse in ecclesia dũ diuina peraguntur, sed oportet esse præsentem in choro, vnde non excusaretur canonicus quamuis amittat distributiones quotidianas, etiam si adesset in ecclesia Missam celebrans priuatim extra chorum eo tempore, quo Horæ canonicales decantantur, secundum Gonzalez super reg. 8. §. 7. procem. num. 181. Thes. sori eccles. cap. 13. num. 6. Piaseg. in prax Episcopi fol. 129. num. 8. Galet. in sua margarita casuum conscient. fol. 81. Henriquez cons. 22. & ita declarauit Sacra Conc. Congregatio per hæc verba, videlicet.

Qui tempore quo cantatur vna Hora in choro, Missam celebrat in eadem ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi Horæ, nec illius distributiones accipere potest, si verò infusus fuerit à superiore, vt celebraret, tunc reciperet, superior tamen debet cauere à tali infusione.

3 Amplia secundò, vt neq; excusetur canonicus, quominus distributiones amittat, si associauerit Prælatum audientem Missam in alia ecclesia eo tempore, quo Horæ decantantur, Gonzalez loco citato nu. 183. Artam. cons. 91. num. 3. & seq. & Piaseg. loco cit. & ita declarauit Sac. Congregatio per hæc verba.

Non possunt canonici, videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælatum, quandoquc volentem audire Missam non in Cathedrali, sed in alia ecclesia ciuitatis participes fieri distributionum quotidianarum, quæ nonnisi præsentibus dantur.

4 Amplia tertiò, vt in casibus, in quibus distributiones quotidianæ in absentia non percipiuntur, non possint per capitulum remitti, aut donari ipsi absenti Rota in vna Hispalen. distributionum 2. Maij 1603. coram Coccino, vt refert Gratian. lib. 1. disceptationum forens. cap. 166. num. 31.
5 Subamplia quod absens illas sic accipiens, non faceret suas in foro conscientiæ, quod intelligas etiam de distributionibus, quæ currunt in illis tribus mensibus a Concilio concessis, d. cap. 12. vers. præterea, non obstante consuetudine contraria, vt declarauit Sacra Congregatio, secundum Galet. loco cit. num. 5.
6 Amplia quarto, vt neque debeãtur interessentibus per modicũ tempus, quia omnibus Horis interesse tenentur,

nentur, æque per omnes Horas debet fieri compartitio distributionum clement. 1. de ætat. & qualit. iuncta glos. in verb. certis horis, & ibidem Car. quæst. 6. quod etiam declaratum fuisse à Sac. Congreg. testatur Nauarr. cons. 9. de cler. non resid. & Piaseg. loco sepius cit.

7 Amplia quintò, vt distributiones quotidianæ non possint percipi à canonicis absentibus, & per substitutum ecclesiæ deseruientibus, nisi expressè id priuilegio concedatur, vt consuluit Calder. in suo eleganti cons. 1. in 2. dub. de cler. non resid. Fortun. cons. 191. n. 4. & seq. Thoming. in cons. 31. & Galet. citato loco.

8 Amplia sextò, quòd distributiones quotidianæ nullo modo, nulloque pacto percipi possunt à non interessentibus quo ad portionem illam, præsertim quæ Missis defunctorum, anniuersarijs, aut officijs specialiter est applicata, vt declarauit Sacra Congregatio Conc. secundùm Galett. cit. loco, & ratio esse poterit secundùm Nauar. cons. 13. de cler. non resid. quia appellatione emolumentorum pro anniuersarijs non continentur distributiones.

9 Amplia septimò, vt neq; indultum concessum alicui ad lucrandum fructus in absentia comprehendat distributiones, glos. in cap. vnico in verbo abfuerint, de cler. non resid. in 6. Cald. in consil. 1. eodem tit. Couarr. variar. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 2. & ita iudicauit Rota Romana, vt scribit Cassad. in decis. 1. cit. tit. quibus addo Graff. cons. 1. eod. tit.

10 Amplia octauò procedere pariter in canonicis absentibus tribus mensibus à Conc. Trid. concessis per c. 12. sess. 24. de reform. nam nequeunt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarasse Sacr. Congregatio 3. Aug. 1586. refert Gonzalez §. 7. procem. num. 182. & dixi supra.

RESOLVT. CCCXCVI.

Distributiones quotidianæ an debeantur absentibus causa studij.

1 *Absens ex causa studij, pro præsente habetur.*
2 *Redditur ratio conclusionis.*
3 *Contrarium declarauit Sac. Congreg. Concil. Trid.*
4 *Adducitur ad corroborationẽ declarationis decisio Putei.*
5 *Ampliatur declaratio Conc. etiam in Canonico Lectore.*
6 *Ampliatur etiam in docentibus in Ecclesijs.*

REgula iuris est, absentem causa studij pro præsente haberi, l. quæsitum, vbi Bartol. ff. de fund. instruct. Bald. cons. 324. vol. 2. Alexan. cons. 122. num. 3. & seq. volum. 1. Menoch. cons. 182. n. 8. lib. 2. & proinde ex præfata regula sequi videtur, quod tanquam præsentes lucrari habeant distributiones quotidianas, si ita consuetum est in illa ecclesia vbi resident secundum Couarr. alios referentem lib. 3. var. resolut. c. 13. num. 5. in fin. vers. tertiò eadem ratione infertur, Gratian. lib. 1. disceptationum forens. cap. 166. num. 19.

2 Et ratio est, secundum Probum ad Menoch. in c. vnico n. 60. de cler. non residen. in 6. quem refert Decian. cons. 43. num. 13. volum. 1. Quia si absentes causa studij illas consequi non possent, eorum priuilegium redderetur inutile, & sine effectu, nihilque eis prodesset, quod esset inconueniens arg. text. in cap. in his de priuileg.

3 Verum quicquid sit, Sacra Conc. Congregatio declarauit contrarium his verbis, *Congregatio censuit, canonicum absentem studiorum causa, percipere quidem fructus præbendæ, non autem distributiones quotidianas*, & ita Gratian. cit. cap. sub n. 17. Gonzalez §. 7. num. 179. Addit. ad Quarant. in summa Bullar. in verbo residentia. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. cap. 33. num. 22. Henriquez cons. 13. Attamen si omnes fructus canonicatus consisterent in distributionibus quotidianis, & consequenter careret præbenda, tunc canonicus absens lucrari debet etiam distributiones quotidianas, dempta tertia parte, quæ inseruientibus ecclesiæ debetur, vt censuit Sacra Congreg. his verbis. *Quod si in huiusmodi distributionibus omnes Capituli redditus consistant, percipere etiam distributiones dempta tertia parte, quæ inseruientibus accrescit: nullo autem casu debere ipsum canonicum percipere distributiones, Missis, aut defunctorum anniuersarijs applicatas.*

4 Quæ declaratio corroboratur ex notabili dec. Card. Putei num. 367. part. 2. vbi voluit, quòd quando canonicatus caret præbenda, tunc distributiones quotidianæ succedunt loco præbendarum: quare infertur, quod in casibus, in quibus canonici absentes lucrantur fructus præbendæ, & nõ distributiones quotidianas, prout in cap. de cætero, cap. cum dilectus, cap. ad audientiam, de cler. non resid. & c. licet de præb. tunc si canonicatus cõsisteret in distributionibus quotidianis tantum, illas etiam lucrari debet ipse canonicus absens.

5 Amplia id, quod de absente, causa studij, diximus. procedere etiam in Canonico Lectore sacræ Scripturę, in qualibet ecclesia, iuxta formam Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 1. & ex Gregor. XIII. speciali gratia, vt

6 dixit eadem Sac. Congreg. his verbis. *Idem censendum est de docentibus in ecclesijs, qui quamuis à seruitio chori absentes essent, possũt percipere fructus suorum canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia, diebus quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro & inseruientes, non modò pro illis Horis, vt sit mane legunt pro Horis matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die, vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII.*

RESOLVT. CCCXCVII.

Distributiones quotidianæ, quæ dicantur.

1 *Datur diffinitio distributionum quotidianarum.*
2 *Datur diffinitio distributionum grossarum.*
3 *Quando possunt dici distributiones quotidianæ.*

ARguendo ab ethymologia vocabuli, quæ quidẽ

1 in iure validissimum est argumentum, vt tradunt communiter DD. in l. 1. ff. de acq. poss. dico distributiones quotidianas eas esse, quæ quotidie, & singulis diebus particulariter distribuuntur, arg. tex. in cap. vnico de cler. non resid. lib. 6.

2 Vnde distributiones grossæ, quæ dantur in fine anni vel certis aliquibus temporibus non possunt propriè dici distributiones quotidianæ, extrauagant. cum nonnullę §. præterea de præb. inter communes, & efficiunt potius præbendam, Tib. Decian. cons. 43. n. 13. vol. 1. maximè verò si in illis solis consistunt omnes redditus canonicatus, seu prębendæ, & hæc debentur absentibus ex iusta causa, vt ratione studiorum, cap. de cætero, c. ad audientiam, de cler. non residen. detracta nimirum portione, quæ communi mensæ debetur, Inn. in c. licet de præb. seu detracta tertia par. interessentib. assignata à Conc. supra citato, quod etiam declaratum fuisse à Sacra Congr. Conc. refertur in sum. bullar. verbo residentia.

3 Veruntamen quando distributio fit habito respectu punctorum, & considerato seruitio interessentiæ in choro; dicuntur quoque distributiones quotidianæ, Achil. de Graff. dec. vnica de cler. non resid. Verall. dec. 29. p. 2. Seraph. dec. 1141. par. 2. Thominger. dec. 17. fuit in Rota resolutum in vna Baren. emolumentorum 19. Iunij 1595. coram eodem Illustrissimo Seraphino. Quare idem Achill. de Graff. decis. 12. de præb. voluit, quod distributiones quotidianæ etiam dicuntur, quamuis solutio semel tantum certo tempore fiat; non autem in dies singulos, vel horas; quando tamen in solutione habetur respectus ad seruitium singularum Horarum Canonicarum.

RE.

RESOLVT. CCCXCVIII.

Distributiones quotidianæ quomodo considerandæ circa dispositionem sacri Concil. Trident. sess.21. de reform. cap.3. sess. 22.

1 *Beneficia ecclesiastica ad quem finem sint constituta, infertur ex hoc ad tria, de quibus num.2.3.& 4.*

1 CVm beneficia ad diuinum cultum, atque ecclestica munia obeunda sint constituta; ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur; statuit sancta Synodus in Ecclesijs tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter cogantur tertiam partem fructuum, & quorumcunque prouentuum, & obuentionum, tam dignitatum, quam canonicatuum personatuum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti. Hactenus sacrum Concilium.

2 Ex quo infertur, quod vbi essent distributiones sufficientes, & tolerabiles, tertia pars huiusmodi fructuum præbendarum detrahi non posset, applicanda distributionibus, secundum Piaseg. in sua praxi fol. 129.num.7. & auctorem praxis Episcop. part.2. verb. distributiones quotidianæ, Henriquez conf. 13. Bermon. in conf.42.

3 Secundò, non procederet, vt detrahi posset aliqua pars fructuum beneficiorum, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem applicanda distributionibus, nisi ipsa beneficia essent incorporata præbendis canonicalibus, vt fuisse responsum à Sacra Congregatione Concilij Archiepiscopo Genuens. testantur Zerula in verb. distributiones quotidianæ part.1.vers. ad secundum, & Piasegius cit. loco.

4 Intellige tertiò procedere Sacrum Conc. iuxta declarationem Illustrissimorum Cardinalium, quæ habetur in dec.325. Rot. diuersorum par. 2. in qua continentur hæc verba. Attēta declaratione Illustrissimorum Cardinalium circa decretum Conc. Trid.sess.22. cap.3. quod intelligatur, quando adsunt distributiones quotidianæ, prout accepi ab Illustrissimo D.Cardinale Alciato, quam declarationem retuli Dominis in Rota, fuit conclusum, quod statutum Reuerendiss. Episcopi Gadicens. de quo agitur, potest subsistineri, dum distributiones deficientium applicauit fabricæ, & monasterio, attento, quod constat in dicta ecclesia adesse distributiones: quando verò ille non adsunt, vel sunt tenues, tunc locus est alteri decreto dicti Concil.in sess.21.c.3. prout dicta Congregatio declarauit.

RESOLVT. CCCXCIX.

Qui sint casus, in quibus absenti debentur distributiones quotidianæ.

1 *Regula est distributiones quotidianas illis tantum esse præstandas, qui sunt præsentes, & diuinis officijs interfunt: in nonnullis tamen casibus etiam absentibus debentur, de quibus num.2.3.4.5.6.& 7.*

1 ETsi regula sit præsentibus, & diuinis interessentibus tantummodo distributiones quotidianas deberi, nonnulli tamen reperiuntur casus, in quibus absentibus debentur.

2 Primò, absenti legitimè impedito ex iusta causa, c. quorundam 74.dist.& c.ad supplicationem de renunc. Cald.in cons.15.de præb. Cassad.in dec. vnica n. 2. de cler.non resid. Seraph. in decis. 1239. part.2. & fuit in Rot.Rom.resolutum in vna Salamantina censurarum 1.Iunij 1594.coram Corduba, quod tamen procedit, vbi adest consuetudo, Franch.in c.1.§.qui vero n.4. de cler. non resid. Couarr. var. resolut. lib.3.cap.13.n.8. & fuit resolutum in Rota in vna Valentina emolumentorum 27.Nouembris 1579.coram Seraphino.

3 Secundo, canonici missi ab eorum Episcopis ad visitanda limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, ex constitutione Sixti Papæ V. distributiones quotidianas lucrantur, vt testatur Congr. Conc. in declaratione super eod. cap. 12. in verb. fructuum §. canonici.

4 Tertio lucrantur etiam distributiones quotidianas, qui curā animarū exercent, quæ illi ecclesiæ imminet, dum tamen sunt in actu administrandi Sacramēta, vel alia exercēdi, quæ spectant ad ipsam curā, quia tāquā præsentes in choro habentur, vt per eandem Sac.Congreg.fuit declaratū super eod.c.12.in verbo recipiant.

5 Quartò, pœnitentiarius interim dum confessiones audit, quia censetur pro præsente in choro, nec amittit distributiones, Concil. Trid. sess. 22. cap. 8.

6 Quintò, Theologus, seu Lector eo die, quo legit sacram lectionem pro præsenti habetur, vt declaratum fuisse à Sac.Congreg.Concil.coram Greg.XIII. testatur Gonz.super 8. Cancell. §.7. procem. num. 180. vt supra diximus.

7 Sextò distributiones percipiunt infirmi, & senio confecti, qui residere non possunt, si aliàs residere cōsueuerunt, cap. vnic. de cler. non resident. in 6. & debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, ex traditis per Io.Andr.in cit. cap. vnic. & Congreg. Concil. super eodem cap.12. in dec. sub tit. Rauennaten.

RESOLVT. CCCC.

Distributiones quotidianæ quo casu fructuum loco succedant.

1 *Datur differentia inter distributiones grossas, & distributiones minutas.*

2 *Diffinitio primæ distributionis, & ex hoc infertur ad duo, de quibus num.3. & 4.*

5 *Declarantur distributiones minutæ.*

1 CVm in facti contingentia de hac re fuissem interrogatus, pro resolutione distinguebam, diuersum ius esse inter distributiones illas grossas, quę dantur residentibus, & alicui horæ interessentibus, quæ non actu distribuuntur sed ad finem mensis, semestris, vel anni diuiduntur, & alias distributiones minutas, quæ singulis Horis nocturnis, & diurnis interessentibus dantur, & tunc actualiter distribuuntur.

2 Nam primæ non dicuntur propriè, ac verè distributiones, secundum Monet. in tractat. de distribut. quotid.q.22. Artam.cons.24. Flamin.Rubeum cons.14.vol. 1. Vnde in canonicatibus non habentibus præbendas distinctas, alioſue fructus, præter memoratas distributiones, in quibus duntaxat canonicatuum redditus consistunt, tunc huiusmodi distributiones dicuntur efficere præbendam, eiusque loco succedunt, ac fructuū nomine veniunt Tib. Decian. in proprijs terminis in cons.43.num.13.vol.1.

3 Ex quo primo capite distinctionis infertur, quod in prefatis distributionibus nō procedit regula illa, quod priuilegiati in absentia licèt percipiant fructus, nō tamen distributiones quotidianas, quia cū succedāt loco præbendæ, & tanquam fructus habeantur, proinde absentes ex quauis legitima causa illas lucrantur, secundū gl.in c.vni de cle.nō resid. in 6. verb. receperit, & ibi Gem.in §.qui verò, & c.licet de preb.verb.distributiones enim proprie, extrauag.Ioan.XXII.cum nō-

nullæ

nullæ ecclesiasticæ,Cald.cõs.21. de præbẽd. & in cõs. 1.de cler.non resident.Abb.in d.c.licet,& in c. olim de verb.sig.optimè declarat Card.Paris.in cons.32. vol.4.

4 Infertur secundò,secundum Galett. in sua margar. casuum conscient.in verb.distributiones, vbi voluit, quod distributiones quotidianæ non percipiuntur à canonicis,qui inseruiunt Episcopo visitanti,sed si fructus omnes consistunt in distributionibus quotidianis,debent percipere duas partes earum, amissa tertia,quæ accrescit interessentibus, & ita declarauit Sac.Congregat.secundum Thes.for.eccles. c.2. tit. de pœna non residentium part.3.num.28.

5 Secundæ dicuntur propriè,ac verè distributiones,vt dicit gl.in verb.in totum,post med.versic. distributiones enim,in extrauag.vnica in princ.ne Sede vacante aliquid innouetur, inter communes, prout etiam distinctionem practicam ad alios effectus, faciunt, Archidiac.in cap.vnic.de cler.non resid.in 6.num.1.Probus ibidẽ n.12.Caputaq.dec.29.p.1.Paris.d.cõs.32.n. 6.7.& 8.Nauar.cons.13.de cler.nõ resid.Rot.dec.330. n.5.& 6.part.1.diuers.Puteus dec.375.num.5. lib.2.

Et istas quoque puto subintrare loco fructuũ, præsertim quando canonicatus non consisteret nisi in supradictis speciebus distributionum, prout sunt aliqui canonicatus Ecclesiæ Neapolitanæ, in quibus canonici,si abessent ex causis legitimis,& a iure permissis, lucrantur distributiones,secundum Fel.in cons.18. & Rebuff.in cons.134. & ratio est, vt supra dixi, quia dicti canonicatus non consistunt, nisi in distributionibus.

RESOLVT. CCCCI.

Distributiones quotidianas an lucretur canonicus ecclesiæ inferioris, assocíans,seu seruiens Episcopo.

1 *Canonici assotiantes Episcopum,quod lucrentur distributiones quotidianas probatur ex duobus, de quibus num. 2.& 3.*

4 *Decisio Congregationis Concilij.*

1 VIdebatur, quod sic,ex pluribus.

2 Primò, quia canones generaliter loquentes, generaliter debent intelligi, cap.1. vbi glos. de operis noui nunciat. & de iure ciuili est text.in leg.1.ff.de leg. præstand.sed tex.in c.ad audiẽtiam de cler. non resid. generaliter disponit, quod pro seruitio Episcopi duo canonici absentes possunt percipere fructus præbendarum, igitur.

3 Secundò, quia canonici Ecclesiæ collegiatæ habent idem onus quemadmodum illi Ecclesiæ cathedralis, igitur debent ipsi quoque in isto releuari,vnde tenentur ad eandem residentiam in Ecclesia collegiata, vt declarauit Sacra Congregatio Cõcilij in vna Comen.

4 5.Iulij 1598.his verbis, *Congregatio censuit canonicos ecclesiarum collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium,teneri ad residentiam,nisi essent collegiatæ rurales prorsus destructæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quarum canonicatus ea esset fructuum tenuitate, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis ali possint, nec aliunde habeant vnde commodè viuant.*

5 Quia licet cap. ad audientiam illos non cõprehendat, tamen per DD.extenditur,vt procedat quoque in clericis inferioribus,vbi Ecclesiæ concurrit vtilitas, & Episcopi dispensatio, vt per Ioan. And. & reliquos in d. c. ad audientiam,Silua de beneficijs part.4. q.6. num.33.

Cæterum supradictis minimè refragantibus,in contrarium est veritas,& hanc esse magis communem, & iuri consonam scribit Lanfranch. in decis.71.& ratio est duplex,secundum Nouiss.in sua praxi cap.95. Prima,quia non est tanta communio inter Episcopum,& clericos inferiores,quemadmodum inter canonicos, qui sunt membra corporis eius. Secunda, quia cùm hæc materia sit damnosa ecclesijs, atq; per eam diuinus cultus diminuatur, potius est restringenda, quàm relaxanda,allegat Panorm.in c.cum dilectus nu.7. de cler.non resident.& ita fuit dictum in Rota Romana in vna Calaguritana fructuum 18.Mart. 1585. coram Bubalo,& ita Put.in decis.294.lib.3.Rot.diuers.in decis.222.part.2.

RESOLVT. CCCCII.

De tempore, quo canonicus abesse possit à cathedrali.

1 *Canonicus potest abesse ab eius cathedrali, per spatium trium mensium.amplia num.2.3. 4.& 5.*

1 EX dispositione Sacri Concilij Trident.sess.24.c.12. §.præterea de reformat.sancitum est, posse canonicos ab eorum cathedralibus abesse per spatium trium mensium.

2 Amplia primò,vt censeatur abesse quoad præfatũ effectum canonicus,etiam si maneat in ciuitate,vbi sita est ecclesia,sed non inseruit,nec frequentat Ecclesiam ipsam cathedralem,vt declaratum fertur à Sac. Congregat.eiusdem Conc.his verbis.*An puniendi sint, qui à seruitio ecclesiæ absunt,quamuis in loco, vbi ipsa ecclesia consistit,sint præsentes, Congregatio censuit esse puniendos.* Ita Piaseg. in sua praxi fol.133.

3 Amplia secundò,vt præfatum tempus trium mensium debeat computari, siue ex vna absentia continua, siue ex pluribus interpolatis, secundum Conc. Trid.sess.23.de ref.cap.1.§. quoniam autem licèt regulariter tempora non coniungantur, vt de nouitio quoad tempus professionis, ita tenuerunt Abb.& Anchar.in c.ad Apostolicam de reg. Siluester in verbo religio quinto,sess.4.n.4.licèt quando exierit de licentia superioris à Religione, & postea iterum ingressus fuit,tempora coniungantur, secundum Gonzalez lib. 2.variorum iuris argumentorum c.15. Gratian. lib.1. disceptationum forensium cap.166.num.14.Sayr. decis.16.de regularibus.

4 Amplia tertiò,vt non tamen omnes canonici, vel maxima eorum pars possint abesse eodem tẽpore, ne ecclesia suo debito seruitio destituatur,sed tantum ea quota pars canonicorum,quæ videbitur arbitrio Episcopi,& capituli,vt censuit Sac.Congreg.Conc.secundum quod refert Thesaurus fori ecclesiæ cap.2.tit.de pœna non residentium n.21.par.3.Beretta cons.90.nu. 5.Gallin.cons.35.nu.6.Artam.cons.60.num.4. & 6.

5 Amplia quartò,vt Canonicus possit abesse illis tribus mensibus,à Conc.Trid.permissis, nec ob id tenetur obtinere, seu petere licentiam ab Episcopo, arg. notat.per Nauar.in manuali cap.25.nu.121. post Panorm.in cap.tua sub nu.5.de clericis non resid.Rebuf. in praxi in tit.de dispens.de non residendo n.25. Mãd. de signat.gratiæ,verb.indultum percipiendi fructus, Galet.in margar.casuum consc.cap.29. verb. canonicus,& ita declarasse Sacram Congregationem Concilij refert idem loco cit.

RESOLVT. CCCCIII.

De tempore, quo Parochus abesse potest à Parochiali.

1 *Parochus tenetur ad personalem residentiam. Amplia num.2.3.4.& 5.*

1 PRo huius materiæ dilucidatione est in primis obseruandum.Parochum teneri ad personalem residentiam,

dentiam, vt patet ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. & adeo obligatur, vt nec quidem pro seruitio Episcopi, vel diœcesis abesse possit vltra duos menses, quod in diuersis casibus fuisse declaratũ à Sacra Congregatione Conc. refert Gonzalez super reg. 8. Cancell. glos. 6. nu. 258. vbi legitur declaratio eiusdem Congreg. in hæc verba, *An si Episcopus indicauerit expedire vti opera alicuius Curati pro Secretario, vel pro Vicario foraneo, possit abesse, vel excusetur à residentia dummodo cura suæ ecclesiæ diligenter exerceatur? Congregatio censuit non posse.* Et iterum, *Episcopus non potest vti opera Parochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis nisi pro tempore duorum mensium, à Concilio permisso, & idoneus Vicarius deputetur.*

Amplia primò, vt Rector parochialis abesse non possit etiam pro legendo in ciuitate Cathedrã Grammaticæ, quamuis alius idoneus, qui legeret, non inueniatur, vt dixit eadem Sac. Congreg. per hæc verba, *An deficiente magistro Grammaticæ in ciuitate possit in ea Curatus habitare, relicto idoneo Vicario, & approbato, cum congrua mercede in parochiali, dummodo solemnibus diebus intersit? Congregatio censuit, non posse.*

3 Amplia secundò, vt neque excusetur Parochus à residendo propter officium Inquisitoris vt pariter eadẽ censuit Congregatio dicens, *Inquisitoris officium exercens, à residentia parochiali non excusatur.*

4 Amplia tertiò, vt neque excusetur, si esset Subcollector Apostolicus, vt sequentibus verbis Sacra respondit Congregatio, *A residentia non excusatur exercens officium Subcollectoris Apostolici.*

5 Amplia quartò, vt neque lis mota super eadem parochiali in solo petitorio, non autem in possessorio, eũ à residentia excusare valeat, vt censuit ipsamet Illustrissimorum Concilij interpretum Cõgregatio Sacra dicens: *Obtinens parochialem ecclesiam per prouisionem Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouẽtuum ad dictam Ecclesiam parochialem pertinẽtium, possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ, motalis fuit per aliquẽ in petitorio, tamen tenetur ad residentiã in dicta Ecclesia.*

Amplia quintò, vt nedum Rector Parochialis Ecclesiæ, verum etiam Coadiutor teneatur ad residentiam, vt refert Gonzal. super reg. 8. Cancell. gl. 4. §. 9. num. 9. 15. & 30. vt censuit Sac. Congregat. Concil. secundum Piaseg. in sua prax. fol. 133.

Ratio supradictorum omnium est, quia residentia in beneficijs curatis est de iure diuino Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. Nauar. cons. 3. de cler. non resid. & in manu al. cap. 25. num. 121. Sot. de iust. & iur. lib. 10. quæst. 3. Siluester in summa in verb. residentia num. 1. Emanuel Sà in aphorism. confessarior. eodem verbo num. 3. nec excusat aliqua consuetudo, aut paucitas ouium, aut defectus domus proprię, potest enim conducere: nec secundum Gaiet. 2. 2. quæst. 187. esse Auditorem Rotæ, aut Secretarium Sedis Apostolicæ, nec secundum Sotum esse Cardinalem: si enim est Episcopus, debet residere in Ecclesia sibi commendata.

Amplia quintò, vt Parochi absentiam facere nequeant, etiam studiorum causa, neque Ordinarij possunt talem licentiam concedere, secundum Gonzal. glos. 6. num. 251. Henriquez cons. 23. num. 4. Thoming. cons. 6. num. 6. & sequent. & ita declarauit Sac. Congregatio per hæc verba: *Obtinentibus parochialem Ecclesiam post Conc. Trident. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa, fructus percipiendi, non datur.*

Notabilia quædam in materia Canonicorum.

1 CAnonicatus etiam si habeat perpetuò vnitam accessoriè parochialem, conferri potest habenti ætatem legitimam ad ipsum, secus verò si vnita esset æque principaliter, quia tunc non assumit naturã ca-

nonicatus, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij.

2 Canonicus legens sacram Scripturam in Ecclesia ex forma à Concilio Tridentino præscripta, potest abesse à choro, cum amissione tamen distributionũ quotidianarum, & toto die, quo legit, haberi pro præsente in choro, etiam quoad easdem distributiones, sed non censeri presens Matutino, quod dicitur pro die sequẽti in vespere præcedenti secundum consuetudinem aliquarum Ecclesiarum. Sacra Congregatio.

3 Canonicus theologalem obtinens, non potest admitti ad optionem competentem canonicis, & nec præbenda ipsius, nec Pœnitentiarij subiacet optioni: Sacra Congregatio.

4 Canonici duo inseruientes Episcopo ad mentem sacrorum canonum, non percipiunt distributiones quotidianas, nisi tamen in illis consisterẽt omnes fructus, quo sanè casu duas partes tantum reciperent, reliqua tertia accrescente inseruientibus. Sacra Congreg.

5 Canonicus electus ad Seminarij administrationem, perpetuò illam habere debet, nec remoueri potest nisi ex legitima, & iusta causa. Sacra Congregatio.

6 Canonicatus est beneficium simplex, secundum cõmunem testatur Nauarr. cons. 61. num. 5. de simon.

7 Canonici, & dignitates cogi possunt ab Episcopo, vt sibi Pontificalia exercenti assistant, & inseruiant in ciuitate tantum, non etiam extra eam, nec etiã in ciuitate cum priuatim Missam celebrat. Sacra Cong.

8 Canonicus habens annexam curam animarum, etiam in perpetuum, non est examinandus. Sacra Congregatio. Item canonicus Ecclesiæ collegiatæ debet habere illam ætatem, quam requirebant iura antiqua ante Concil. Trid. nempè annorum 14. quia nihil in ipso innouatur, nisi de canonicis Ecclesiæ cathedralis Sacra Congregatio.

Quæ declarationes Sacræ Congregationis reperiũtur, & extant apud Galettum in libello, quod inscribitur Margarita casuum conscientię verb. canonicus.

Finis tituli Praxis distributionum quotidianarum.

PRAXIS TESTIVM.

RESOLVT. CCCCIV.

Omissio interrogatoriorum an vitiet examen testium.

1 *Omissio interrogatoriorum vitiat examen.*
2 *Contrarium esse seruãdum in praxi probatur ex pluribus.*

1 VIdebatur, quod sic prima facie, per text. in cap. fin. de iureiur. lib. 6. vbi videtur probari interrogatoria esse de substantia examinis, igitur ipsorum omissio vitiat processum, & text. notat. in cap. præsentium vbi glos. & DD. de testibus lib. 6.

2 Cæterum contrarium est in praxi seruandum, nam si pars produceret interrogatoria, & iudex omittit interrogare testes super illis, per hoc non inualidatur examen, sed remanet facultas parti, vt postulet repeti testes cũ interrogatorijs, vt refert fuisse decisum, Misingerius centuria 1. obseruat. 32. Gail. lib. 1. obseruat. 95. Put. decis. 427. part. 1. & decis. 317. num. 2. part. 2. post Innocent. in cap. cum causa, il primo, & ibidem Fel. de testib. Alex. cons. 41. vol. 4. & in cons. 74. vol. 2. Dec. cons. 122. vol. 1. vbi allegat iura, & DD. quæ hic breuitatis gratia prætermitto. Cui addo, Mising. consil. 5. lib. 1. & in decis. 32. refert, hanc opinionem per totam Germaniam in praxi seruari, & in decis. 84. p. 3. lib. 1. diuers. dicitur fuisse in Cota resolutũ testes exa-

minatos sine interrogatorijs partis repeti datis per eandem partem interrogatorijs,& dec.282.par.3.lib. 3.An autem, & quando id permittatur etiam post publicationem examinis vide tex. in c. per tuas de testibus,& de materia late per Farinac. in tract. de oppositcontra dicta testium quæst.73.vbi num.6. habetur, quod de rigore, & secundum magis communem nullum, & inualidum est examen testium non examinatorum super interrogatorijs datis à parte,præsertim si eadem pars de hoc fuerit protestata, & hanc opinionem tanquam veriorem prævalere debere, quando scilicet præcesserit protestatio partis,& iudicis decretũ,quod testes examinẽtur super interrogatorijs datis.

RESOLVT. CCCCV.

Quando testis torqueri possit.

1 *Testis regulariter torqueri non potest,limita n. 2. 3. & 4.*
5 *Testis etiam in causa ciuili potest torqueri, si tamen concurrant illa,de quibus in limitationibus.*

1 TEstis regulariter torqueri non debet,prout seruatur in praxi in omnibus tribunalibus, præsertim in Curia Archiep. quod intellige, quando veritas aliter haberi possit,secundum Hart.lib.2.pract. quæst.titul.15.obseru.12. Bertazol. in cons.153. num. 5. Hinc est, quod de tortura testium non habetur tanta ratio, prout in illa,quæ exigitur in reo, vnde non exiguntur indicia, quæ requiruntur in reo, nec habetur disputatio cum aduocatis, sed totum iudicis arbitrio committitur,secundum Bart.& Marsil.in l.vnius §. testes ff. de quæstionib. Brunus in tract. de indicijs char. 7. in princ.Baiard.quæst.25.num.6. in fin.

2 Quare supradictis præsuppositis fuit dubitatum in Curia Archiepiscopal.Neapol.an testis,qui fuerat cõiunctus, quod interfuit, ac præsens fuerit actui, possit torqueri ex sola assistentia,dicebant aliqui, quod nõ, quia testis vilis regulariter non torquetur,nisi scilicet, quod vacillet,vel conuincatur de mendacio vel sponte accedat ad testificandum, Bartol. in l. ex libero in fine princ. ff. de quæst. Paris. in cons. 151. n.17. vol.4. Ruin.cons.147.num.5.vol.5. Tobias Nonius cons. 99. vol.3.in fine Cœpolla cons.60.num.7. Farin. de testib. q.79.num.34.quod locum habere etiam in causa ciuili,testatur Couarr.pract.quæst.c.18.sub n.51. Item di-
3 cebatur,quod quando testis scit aliquid factum, & nõ vult reuelare,poterit absque indicijs torqueri, Gram. cons.50.num. 21. & idem Grammat. in voto 30. num. 20. vbi dicit, quod iudex potest torquere testes absq; aliquibus indicijs,dum suspicatur, quod sciat veritatem,& nolit reuelare,vt voluit etiam Cœpolla in cõs. 60.num.17.Farin.d.q.79.num.16.& alibi dixit Deciã. cons.189.num.19.quæ referunt, & sequuntur Gomez de delictis cap.13.n.35.& Burs. in cons. 216. n.113.& 116. vol. 2. quod testis non debet torqueri, nisi fuerit inditiatus de veritate occultanda,& aliter tortus, & confessus, non probat, nec ei creditur vnde Marsil. in l.vnius §. testes ff. de quæst. scriptum reliquit, quod testis regulariter non torquetur,nisi vacillet, vel conuincatur, quod interfuit facto, seu delicto, & ipse est pertinax, quod non interfuit, sequitur Carrer. in sua pract.verb. obseruare curabit n. 180. Boss. in titul. de tortura testium num.8.10.& 13. vbi de communi omnium Farinacc.vbi supra num.17.

4 Vrgebat quoque pro hac eadem opinione communissima, illa opinio, quod testes cogendi sunt ad deponendum quid sciũt de negotio, etiam per viam torturæ, vbi verisimiliter apparet de eorum scientia, vt voluerunt Bald.in l. milites C. de quæst. per text. in l. vnius §.testes in fi.ff.de quæst.& in l.fin.C.de abolitio-
5 nibus. Quod amplia procedere etiam in ciuilibus si veritas aliter haberi non possit,secundum glos.in l. ex libero in princ. verbo non vacillante ff. de quæstionibus,per text.in l.Diuus ff.eod.tit.Natta cons.349.n.1. vnde Thess.in dec.Pedemont.42. refert fuisse decisum in illo Senatu, testem ex sola assistentia in actu etiam absque mendacio posse torqueri, & secundum Franc. March. in dec. 780. sub num.10. par.2.sufficit dictum vnius testis ad faciendum torqueri,quando dicit, aliũ fuisse præsentem, sequitur Boss. in tit. de tortura test. num. 10. & in tit. de indicijs num.37. Foller. in pract. crim.verb.capiat informationem num.23.quod verum est,quando dictum illius esset alicuius grauis personæ & in dignitate constitutæ,secundum Marsil. in sæpius citat.l.vnius,Baiardus q.25.num.30.Farinac.d.quæst. 79.num.21.& Mastrill.in decis.192.

RESOLVT. CCCCVI.

Testes iurati in termino, an possint post terminum examinari.

1 *Testis,vt eius depositio valeat,est necesse,vt deponat infra terminum,adducuntur ad hoc duæ opiniones contrariæ, de quibus num.2.& 3.*
4 *Reconciliantur opiniones.*

DVbium mihi pro opinione negatiua faciebat crebrior,ac receptior illa DD. sententia, quod te-
1 stis, vt eius depositio valeat, debet infra terminum à iure statutum ad probandum deponere,alias post lapsum terminum, eius dispositio non valet, secundum Bald.in l.2.q.13.num.13.C.de Episc.aud.Archid. in c. iudicantem col.1.in fin.num.5. in verb. proponant 30. q.1.Bartol.in l.mancipiorum col.2.num.5.vers.vltim. ista l.facit ff. de optio.leg.

Cæterum hoc non obstante, in hac quæstione tres sunt distinguendæ DD. sententiæ.

2 Prima est,quòd si testis iurat intra terminum,& post terminum deponit, eius depositio valet, quia depositionis tempus trahitur ad tempus iuramenti, l. 1. §. vlt.ff. de bon. pos. ex testam. mil. delat. nam si secus esset, dispositio facta alio tempore non valeret, cum facta reperiretur parte non citata l. de vnoquoque ff. de iudicat.Archid.in c.pia col. 7. n.9. super verb. probauerit de except.in 6.Lap.alleg.82.in causa matrim. col.pen.num.6.Spec.de teste §.qualiter num. 13. vers. is quoque, cui datus est terminus,Butrig.in l.si quando in princ.vers.ego disputaui,& post eum Bald.col.4. num.8. vers.sexto dubitatur C. de testibus.

3 Secunda est opinio,quod in termino debet testis iurare, & deponere, alias depositio extra terminum facta, nullius erit momenti, siquidem probatio non in solo iuramento consistit, nec in sola depositione, sed vtrumque simul requirituri, & vtrumque perficit probationem, licet ergo testes in termino iurauerint tantum, hoc non sufficit, cum nihil factum esse dicatur, cum aliquid supereſt agendum l. pen. C. ad Sillanian. Rom.cons.3.in fin.Bar. in l. dam. infecti §. Sabini col. pen.num.8.ff.de dam. infect.

4 Demum alij distinguendo,conciliant opiniones, vt affirmatiua procedat in dilatione arbitraria data à iudice,tunc enim testes iurati in termino,possunt post terminum examinari, etiam si pars diligentiam non adhibuit circa ipsorum examen in termino. Negatiua verò opinio obtineat in termino legali, veluti si datus esset terminus ad probandum, & probatum habendum, præcipuè si dictum sit, per omne genus probationis, his enim casibus testes post terminum datum examinari non possunt, quamuis in termino iurauerint,ita tenuit Dec.in c.licet causam de probat. n.15. & ibi Fel.num.20.Maran. in suo speculo aduocat. p.6. in 3.actu de termino probator.num.16.fol.671.Surdus

cons.

conf.8.per totum,Didac.Perez in l.5.tit.8. lib.3. ord. coll.1109.in fin.& col.seq.Guttierez pract. quæst. lib. 1.q.54.per tot.late Farinac.de testib.q.80. & præcise num.86. & 88.

RESOLVT. CCCCVII.

Subornatio in testibus quomodo probetur.

1 *Testium subornatio potest probari per testes de auditu.*
2 *Opinio auctoris est,quod possit probari subornatio per eosdem testes qui asseruerunt se subornatos.*
3 *Subornati nullam faciunt probationem, nisi præcedente tortura,limita n.4.*
5 *Subornatus non dicitur ille testis,cui data est pecunia, vt veritatem dicat.*

1 VIdebatur primo, quòd posset huiusmodi subornatio probari per testes de auditu secundū quod
2 refert decisum Marta decis.117.Nihilominus in facti contingentia dicebam, quod ista subornatio contra corumpētem probari possit per eosdem testes,qui asseruerunt se subornatos,& ad id probandum præsertim motus fui ex singulari doctrina,Bald.in c.fi.de testibus cogend.quam refert,& sequitur Franc. Marcus decis.487.num.9.& 10.par.1.vbi hoc intelligit in subsidium,quando scilicet non posset haberi alia probatio,Imò ex indicijs,& præsumptionibus illam argui,
3 & probari scribit Guidop.cons.75. & in decis.128.& secundum Mascard. de probat. concl.1341. habetur solam assertiuam subornati subornationē ipsam probare,licet secundum aliquos,subornati nullam faciāt probationem,nisi præcedēte tortura; & ratio est,quia in eis esset præsumptio infamiæ, atque periurij, vnde secundum Fel.in cap. cum in tua de testib. subornati dicuntur socij criminis,& consequenter inhabiles ad deponendum,cap.fin.de confess.l.fi. C. qui accus. non poss. Peguer.decis.5.cum alijs per Panorm. in c. sicut de testib.Speculat.eod.tit.§.1.col.10. vers. item quod est socius Bero.q.58.per tot.Clarus §. falsum num.3. Boet.decis.319.num.5.
4 Et si velis hanc tenere opinionem,limitare poteris, quando sunt plures, vel duo contestes de eodem facto,& alia concurrerent adminicula seu inditia, & in confrontatione ita reū sustinerent, quia tunc creditur testibus de subornatione asserentibus absque tortura, vt fuisse decisum in Senatu Pedemontano testatur Gasp.Thesaur.decis.16.sub num.4.vol.1.quam sublimitare potest,quando essemus in testibus omnino vilibus,tunc enim tutius esset in torturam illorum depositionem suscipere, prout censuit Senatus Pedemontanus anno 1595.nam fuit dictum esse torquendos duos falsos testes, viles personas,qui dicebant se subornatos in caput subornantis, quamuis concludenter deponerent de subornatione,Ant.Faber decis. 3.C.de falsis.

Sed quæro in hac materia, quando quis dicatur
2 subornatus,cui quæsito respondendo dico quod non dicitur subornatus ille testis,cui data est pecunia, vt veritatem dicat, secundum Spec. in tit. de teste §. 1. vers.quid si dederit pecuniam Rom. sing. 330. in fin. Henriq.cons.125.n.4. & seq.Dec.cons.189.num.13.& 14.vol.1.Marta citata decis.117.Ex qua doctrina infert Thesaur.loco citat.num.5. non esse graui pœna dignum quendam inquisitum,qui amicis suis scripserat,vt testes pro sua defensione requirerent, pecuniā promittendo,quæ etiam fuerat soluta, in qua subornationis testium materia vide decisiones Rotæ in vna Parmen.status coram Illustrissimo Seraphino, & sunt decis.eiusdem 1230.& 1250.par.2.

RESOLVT. CCCCVIII.

Testis si in iudicio ex interuallo contraria deposuerit, cui nam dicto sit standum priori, vel posteriori.

1 *Testis si in secundà depositione contrarium primæ deposuerit,priori depositioni est standum,ad cuius corroborationem adducuntur nonnullæ Rotæ Rom. decisiones num.2.limita num.3.*
4 *Testis varius potest torqueri.*

IN hac quæstione duas reperio diuersas DD. sententias.

1 Prima est, fidem esse habendam priori depositioni. & hanc tenuerunt Couar.lib.2.variar.resolut. cap.13. num.8.Menoch.de arbitr.iud.casu 108. num.10. Gabriel.lib.7. com. concl.tit.de malef.concl.29.Fachin. lib.9.variarum iuris concluf. c.84. quam opinionem varijs in tribunalibus canonizatam fuisse testantur Guid.Pap.q.546.Misinger. decis.86.centur.2. Iaffred. Balb.decis.508.

Mouentur omnes per tex.in cap. si cum nobis de testibus in illis verbis, *Non enim periuri sint, in testimonium prædictorum, cùm hoc casu aliquatenus admittendum esse*, Ex quibus verbis euidenter apparet,Summū Pontificem noluisse admitti testimonium, quod est contrarium priori depositioni, quia testis contraria deponens, periurus est. Igitur priori testimonio standum est, quicquid scripserint Ant.Butr. in cap.cum in tua de testibus Bal.in l.gesta C.de re iudic. & nonnulli alij,quos refert Misinger.cit.decis.86.moti per text.in l.eos fi.de fals.

2 Et hanc opinionem, quod priori depositioni stari debeat, non obstante, quod testis contraria deposuerit,pluries censuit Rota Rom. teste Seraphino decis. 350. Domini de Rota decis.19. de testibus in nouis Cæsar de Grassis decis.8.eod. tit.

3 Limita tamen,vt illud primum dictum debilitetur, quo ad fidem depositionis,secundum Panormitan. in d.cap.cum in tua num.9.de testib. & communem dixit Dec.cons.189.col.3.Bossius cit.de oppositon.contra testes num.3.Clarus in pract. crim. q.53. vers. tertius casus,Gabriel.de criminib. concluf.29. num.1. & de Grass.citat.decisione.

4 Benè tamen verum est,quòd talis testis varius potest torqueri secūdum communem opinionem, quam tradunt DD.in l.eos ff. de fals.& quando possit pœna ordinaria puniri,vide Panormitan.Felin. & cæteros in cap.quoniam contra de probat.quod procederet et iā si testis varius esset rusticus,quia non potest esse simplicitas,vbi est cōtrarietas,secundum Io.And.in cap. cum Ioannes de fide instrum.Bal.in l.scripturæ C.eod. Iaf.in l.si quis id quod ff.de iurisd.omn.iud.& hæc opinio est verior,& communior,secundum Rip. in tract. de remed.præseruatiuis contra pestem num.234. vbi quoque subdit,quòd prudens, & circunspectus iudex considerabit naturam personæ ipsius rustici, & qualitatem facti,super quo vacillauit,& omnibus rectè pēsatis,amplectetur,quæ opinio sit sequenda ad tradita, per Menoch. de arbit. iudic. casu 194. num.59. lib.2. Nota tamē, quod testi deponenti cum protestatione, quod non intendit.Primo examini contradicere,licet non sit fides adhibenda,non exhibito priori examine, in eo tamen de quo explicitè deponit, non est ei fides deroganda, licèt non producatur primum examen prout sic pluribus rationibus.Dominos de Rota pro maiori parte censuisse refert Illustrissimus Seraphin. decis.1083.& quid operetur dicta protestatio, vide eundem in decis.1076.num.1. & 2.

RESOLVT. CCCCIX.

Testes laici an compellantur censuris à iudice eccle-siastico ad deponendum coram eo.

1 *Iudex ecclesiasticus potest cogere per viam censurarum testes tam clericos, quàm laicos, vt coram eo testimonium perhibeant.*
2 *Amplia tam in causa ciuili, quàm criminali.*

1 EXpeditum est in iure posse iudicem ecclesiasticum vti remedio censurarum tam contra laicos, quàm clericos renitentes coram eo testimonium veritatis perhibere, cap. 1. & 2. de testibus cogen. cap. cæterum cap. cum contra eod. tit. Immo secundum Farin. de testibus quæst. 78. n. 36. & ante eum Monticell. in eiusdē nominis tractatu, quæst. 3. possunt cogi per viam su-
2 spensionis, quæ conclusio procedit tam in causa ciuili, quam criminali, iuxta veriorem opinionem Host. in cap. dilectorum de testibus cogen. quam vsu receptam esse testatur Forell. in praxi can. in verbo testibus diligenter examinatis, Clar. in §. fin. quæst. 23. num. 19. Farinac. de testibus q. 78. n. 116. & secundum Nouis. in sua praxi cap. 10. hoc fuit seruatum a tempore immemorabili in Cur. Archiep. Neap. quod censuris cōpellit laicos ad ferendum testimonium in ea. Et in anno 1561. sub die 28. Decembris Serenissimus Philippus II. Hispaniarum Rex, Fidei, & auctoritatis, ac potestatis Ecclesiasticæ accerrimus defensor, per litteras directas Proregi Neapolitano mandauit non impediri testes laicos, quo minus in Curia ecclesiastica censuris deponere compellantur.

RESOLVT. CCCCX.

De attestationibus, siue actis factis coram iudice sæculari non probantibus coram ecclesiastico.

1 *Acta coram iudice sæculari non probant coram ecclesiastico, redduntur duæ rationes, num. 2. & 3.*
4 *Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato coram sæculari.*
5 *Stylus Cur. Archiep. Neap. circa remissionem clerici à iudice laico.*
6 *Acta facta coram iudice sæculari contra clericum quid operentur coram ecclesiastico.*
7 *Episcopus tenetur sequi acta coram iudice sæculari ad instructionem tantum, non autem ad punitionem.*

1 COmmunis, atque trita est iuris conclusio, attestationes, siue acta facta coram iudice laico non probare, nec quidem indicium coram ecclesiastico facere, ad tex. & quod ibi communiter notatur in c. at si clerici de iudic. Ias. & reliqui omnes in l. Magistratibus ff. de iurisd. omn. iudic.

2 Cuius conclusionis vera ratio est, quia facta censentur coram iudice omnino incōpetenti, & improrogabili, prout est iudicium sæculare, quoad clericum, c. si diligenti, & tex. in cap. significasti de fo. comp. latè Ang. in l. 1. num. 3. ff. de confessis, Fel. in cap. qualiter, il secondo, num. 32. de accusat. & ita refert iudicatum Valasc. in decis. 65. tom. 1.

3 Secunda ratio est, quia si acta facta coram arbitrio, non probant coram iudice, iuxta distinctionem traditam in cap. presentata de testib. nec illa, quę fiunt in iudicio summario, in plenario, cap. veniens, eod. tit. igitur facta coram singulari non debent aliquid operari coram ecclesiastico.

4 Supradictis accedat quoque, & iudicem ecclesiasticum minimè teneri stare processui fabricato coram sæculari Valasc. cit. decis. 65. Bald. in decis. 399. Gars. in dec. 2. & communiter omnes in cit. cap. at si clerici de iudic. secundum omnes ibidem tenetur de nouo inchoare processum, alias non potest nec procedere ad capturam cōtra clericum, nec inquisitionem formare ex processu fabricato à laico, secundum Ruyn. con. 7. num. 6. vol. 5. Baiard. ad Clar. quæst. 36. num. 53. Henriquez cons. 91. n. 6. & sequent. Hartam. cons. 22. n. 4.

5 Supradictis minimè refragantibus, in Curia Archiepisc. Neap. secundum Nouissimum in praxi cap. 6. seruatur, quod quando clericus remittitur à Curia sæculari simul cum actis constituitur reus ex illis actis, & quando vult habere dictos testes pro repetitis, procēditur ad vlteriora, & sic ad sententiam, de qua quidem obseruantia non est quippe mirandum, siquidem secundum Innoc. in c. inquisitionem de elect. quem refert, & sequitur Spec. tit. de confessis §. 1. & 5. confessio, seu acta facta per clericum coram iudice laico, li-
6 cet non probēt coram laico, poterit tamē cogi ad perseuerandum iuxta quod decisum refert Cappel. Thol. in decis. 425. vnde secundum Bald. in dec. 103. Acta facta coram iudice sæculari contra clericum, valebunt saltem quoad duos effectus. Primo, quia ex illis poterit clericus poni ad torturam, sicut si extraiudicialiter esset confessus arg. notatum in l. capite 5. ff. de adulterijs, & in cap. quam graue de excess. Prælat. Secundo, quia poterit cogi perseuerare in tali confessione coram iudice ecclesiastico, nisi doceat de errore, & de causa variandi, DD. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. iudicum.

Tandem facit pro hac obseruantia, quod scriptum reliquit Bald. in Auth. Clericus C. de Episc. & cler. vbi
7 voluit, quòd Episcopus tenetur sequi acta coram iudice sæculari ad instructionem tantum, non autem ad punitionem clerici, vt voluit etiam Bald. in dec. 399.

RESOLVT. CCCCXI.

An attestationes vulgo *le fedi*, probent, si in iudicio producantur.

1 *Attestatio, vulgo* le fedi, *si in iudicio producatur, nullam probationem inducit, ad quod adducuntur tres rationes, de quibus num. 2. 3. & 4.*

1 COmmunis omnium Curiarum praxis est, vt ex attestationibus, vulgo *le fedi*, etiam virorum optimæ famæ, & conditionis nulla probatio oriatur, si in iudicio producantur, cuius vniuersalis praxis triplex poterit assignari ratio.

2 Prima cauetur ex varijs iuris dispositionibus, præcipuè ex l. solam C. de testibus ibi (solam testationem, quod verbum idem est, quod fides subiungit prolatā, nec alijs legitimis adminiculis causam approbatam nullius esse momenti certum est) hęc ille. Cui addo text. in cap. attestationes de desponsi. impub. l. instrumenta cum glos. C. de probat. & in l. cum antea in verbo attestatur C. de arbitr.

3 Secunda, quia iuxta notata communiter per DD. in rub. de probationibus in fin. testibus, & non attestationibus, & sic fidei regulariter statur in iudicio.

4 Tandem tertia ratio est, cur fides de se non probet, est ob defectum iuramenti, regulariter enim testi nulla adhibetur fides absque iuramento, leg. iusiurandum C. de testibus, quod procedit etiam si esset Religiosus, cap. tuis eod. tit. de testib.

RESOLVT. CCCCXII.

An testes deponentes se vidisse vnus post alium per foramen portæ aliquem cum aliqua commiscerì carnaliter, dicantur singulares.

1 *Actus fornicationis, est actus successiuus.*

Sup-

SVpponatur in facto, quòd duo testes deposuerunt vidisse Titium se commiscentem in fornicatione cum Berta,& dicunt, se successiuè vidisse vnum, post alium per rimulam,seu per foramen prædictos coeuntes.Et videtur,quòd contestes non sint,sed quod possint de singularitate argui.

1 Contrarium est verum,& communiter tenetur,nam cum fornicationis actus,sit actus successiuus, non videtur super diuersis fornicationibus deponere,sed super vna tantum.Item quod fit incontinẽti vnum post aliud, dicitur fieri simul, & sic erunt contestes, & ex eorum dictis resultabit plena probatio, vt notat gl. in l. antiqui in verb. eodem tempore ff. si pars hæredit. petat.& in l.hæredes in fine ff.de testam. & ita determinat gl.ab omnibus communi consensu admissa in cap.nihilominus in verbo simul.3. qu.9. cum qua ibi transeunt Archidiac.num.1. Dom. de Sancto Gemin. col.2.num.5.vers.nota,quòd quando,& post eos Præpositus col.2.ante med.vers.in eadem gl.ibi,si tamen, asserens dictam glos.communiter commendari,Bart. in l.petebatur num.5.vers.quod facit ad quæstionem ff.de testamẽt.milit.10.And.in addit.ad Spec.in tit. de teste §.iam de interrogatorijs n.17.vers. quid si vnus in apostill.in verb.durat Missa, & in cap præterea, il primo num.9.de testibus quem ibi sequitur Panormit. col.2.num.2.versic.imò plus dicto,Imol.col.1. num.4. vers.glos.in fi.& Fel.col. 1.num.2.vers.in glos. magna, Ant.de Eutr.in cap.cum oporteat col.5.num.20. vers. mihi autem ad præsẽs de accusatio.Bal.in l.quid ergo §.quòd ait prætor,per illum tex.in princ.ff.de his qui not.infam.Iacob.de Aretin. in l. testium col. vltima num.5.vers.sed è contra, & post eum Cyn. col. pen. in medio versic.sed pone,quod ad probationem adulterij, & Bal.col.vltima num.25.vers.quæritur etiam C. de testibus,& Io. Baptista Ferret. cons. 51. in causa præsenti matrimonij col.2.num.4. & seq. vers. nec dictæ conclusioni,vbi communem aperit.

Finis tituli Praxis Testium.

PRAXIS APPELLATIONVM.

RESOLVT. CCCCXIII.

Appellari à quibus sententijs possit in vim Conc. Trident.

1 *Enumerantur casus in quibus conceditur appellatio.*

1 EX sess.24.cap.20.de reform. & ex sess. 13.c.1.de refor. depromptum est appellationem esse admittendam in infrascriptis casibus,videlicet.

Primo, à sententia diffinitiua, quæ secundùm Panorm.Felin. & reliquos in rub.de sent.& re iudicata,est, quæ decidit negotium principale in iudicium deductum.

Secundo,ab habente vim diffinitiuæ,quæ secundùm Hostiens.in summa in tit.ecc.num.2.est, quæ definit vnum articulum causæ substantialem, vel etiam totũ negotium perimit,licèt per indirectum, vt si quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem', iuxta terminos tex.in cap.licet de except.

Tertiò,à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest d.cap.1.& d.cap.20.

Quarto,quando ab ipsa diffinitiua appellari nõ potest d.cap.1.de quibus terminis videndus est Oldrad. cons.20.Dec.in l.quod iussit ff.de rei iudic. Marant. in vltim.parte speculi in tit.de appellat.

RESOLVT. CCCCXIV.

Quidquid per Sacram Congregationem reperiatur sancitum in materia appellationis.

1 *Ponuntur omnia ea,quæ per Sacram Congregationem Concilij declarata in materia appellationis fuerunt.*

1 CIrca appellationis materiam nonnulla decreuit sacra Episcoporum Congregatio anno 1600.relata per Nouiss.in sua praxi cap.87.Addit.ad Quarãt. in sum.Bul.in verbo Archiepiscopi auctoritas Piasec. p.2.prax.Episcop.cap.4.num.101.quæ sunt tenoris sequentis. *Ad tollendas ambiguitates,& controuersias iurisdictionales,quæ inter appellationem,& prioris instãtię iudices,non sine partium dispendio,cursusq;iustitiæ impedimento,& sæpè cum scandalo oriuntur;sacra Congregatio causis Episcoporũ Præposita,facta prius relatione Sãctiss.D.N.Clem.VIII.ac de Sanctitatis suæ mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito in hunc,qui sequitur, modũ ab omnibus, ad quos spectat in posterum fieri, ac seruari debere mandauit,& mandat. Metropolitani, Archiepiscopi,Primates, aut Patriarchæ,Suffraganeos, eorumque subditos non iudicent,nisi in casibus à iure expressis.*

Item nec alij Superiores, etiam Nuncij,vel Legati de latere specificam facultatem maiorem non habentes,causas in Curijs Ordinariorum,vel aliorum inferiorum iudicum pendentes,ad se aduocent,nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur,tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus,quoad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiantur,nisi per publica documenta, quæ realiter exibentur prius constiterit appellationem à sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ,aut à grauamine,quod per diffinitiuam sententiam reparari non possit in casibus à iure non prohibitis,per legitimam personam,& intra debita tempora fuisse interpositam,ac prosecutam.

Nec dum causæ coram inferioribus iudicibus pendent, ante diffinitiuam sententiam,vel habentem vim diffinitiuæ,de grauamine illato Superiores cognoscere valeant,licèt citra præiudicium cursus causarum,se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem,sicut præmittitur receptam,non concedantur,nisi cum inscriptione tenoris sentẽtiæ,aut decreti diffinitiui,aut vim diffinitiui habẽtis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile continentis, alias inhibitiones,& processus,& inde sequuta quæcunque sint ipso iure nulla,eisque impunè non parere liceat.

Si appellans asserat sententiam,aut appellationis exẽplum culpæ iudicis,à quo,vel actuarij habere non posse, nõ ideo recipienda erit appellatio,aut aliqua inhibitio cõcedenda,sed ijs tantum,ad quos pertinet,iniungi poterit,vt soluta condigna mercede,actorum exemplum authenticũ appellanti intrà breuem aliquem competentem terminum tradatur,caueat tamen iudex à quo,ne,si vere appellatum fuerit in casu appellabili,iterum aliquid in præiudicium appellantis attentet,etsi per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti,tũc mandato tradẽdi acta,possit iudex appellationis adijcere, ne iterum aliquid noui contra appellantem attentetur.

Ab exequutione decretorum sac. Conc. Trid. aut visitationis Apostolicæ appellationes à metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute eiusdem Sac. Conc. procedant vti Sedis Apostolicæ Delegati in casis quæ sub eiusdẽ iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salua tamen in hoc casu Legatorum,& Nunciorum Apostolicorum auctoritate.

In causis verò visitationis Ordinariorum,aut correctio-

nis morum, quoad effectum deuolutiuum tãtum admittantur, nisi de grauamine per diffinitiuam irreparabili agatur, vel cum Visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensiuum.

Cum à grauamine, quod per definitiuam reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, nõ nisi visis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permanebit, quoad iudex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc, si à iudicis ad quem decreto vim diffinitiuæ habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut prosui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processuum, primæ instantiæ ad iudicẽ appellationis Notarius mittere nõ cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspitio incidat, quæ iudicialiter obiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, vt in suo archiuio conseruentur.

Censura ecclesiastica in appellantem prolata, relaxari, aut nulla declarari per iudicẽ appellationis non possit, nisi auditis partibus & causa cognita, tuncque si constiterit eã iustam esse, ad iudicem, qui excommunicauit, appellãs remittendus est, vt ab ipso, iuxta sacros canones, beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamq. emendationẽ præstiterit, obtineat: si verò iniustã esse clarè appareat superior absolutionem impendat: si dubitetur, honestius est, vt ad excommunicatorem intra breuem aliquem competentẽ terminum eidem præfigendũ, absoluendus remittatur, licèt etiã superior hoc casu id ipsum per se præstare iure possit.

Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis actis, cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure si occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de standoiuri, & parendo mandatis Ecclesiæ tãtum, & si iuxta formam à iure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam expensas pariter satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore, quis tenebitur, prius quàm ad cautelam absoluatur.

A sententia etiam diffinitiua contra verum contumacem prolata, appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouisio, quamdiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur Romæ in sacra Congregatione die 16. Octobris 1600. Alex. Card. Florent.

RESOLVT. CDXV.

Grauamen quando dicatur irreparabile.

1 *A sententia interlocutoria appellatur, quando continet grauamen irreparabile.*
2 *Amplia etiam si contineret grauamen, quod cum difficultate reparari posset.*
3 *Amplia etiam si non ex toto reparari possit.*
4 *Grauamẽ irreparabile quid sit, ponũtur nõnulla circa hoc.*

1 CVm virtute Conc. Trid. loco sæpius citato, à sententia interlocutoria appellari non possit, nisi grauamen contineat irreparabile, vt voluit etiam gl. in l. 2. ff. de appell. recip. glos. in cle. 1. in ver. ipso iure de hæret. & disponitur in reg. 36. cancell. apostol. Rota, & ibi additio sub lit. B. decis. 58. de appell. in nouis. Lãce. ex n. 100. vsq; ad n. 107. de attẽtatis 2. p. c. 12. lim. 1.

2 Idemque est, si tale grauamen posset reparari, sed magna cũ difficultate, aut præiudicio partis. Bar. per tex. ibi in l. 1. §. quæsitum, sub num. 6. in fin. ff. de appell. Felin. in cap. accepimus sub n. 5. vers. hinc est, de fide instr. Greg. Lopez per tex. in l. 3. in glos. *à menos de grandaño*, tit. 23. par. 3. Duen. reg. 52. lim. 10.

3 Item quando grauamen potest per diffinitiuam reparari, sed non ex toto, quia tunc quoque datur appellatio. Felin. in cap. cum super num. 17. de sent. & re iud. Petr. Surd. decis. Mantuan. 36. num. 14.

Necnon quando articulus interlocutoriæ esset præiudicialis negotio principali, l. intra vtile. vbi notat. Bar. ff. de min. Bal. in l. arbitrio n. 6. ff. qui satisd. cog. Fel. in c. cum causam n. 6. vers. limita quarto, de sent. & re iud. Magon. in dec. Lucana 23. n. 6. Bald. in l. fi. sub n. 5. vers. secundus est actus. C. de relat. vbi idem dicit, quando interlocutoria ingerit difficultatem circa causæ decisionem. Lopez, vbi supra ad fin. glos.

4 Grauamen demum irreparabile est omnis actus irretractabilis, & quo mandato exequutioni, pars grauata amplius non subleuaretur per appellationem à diffinitiua, vel non sine difficultate, & præiudicio subleuaretur, vt patet ex deductis per de Franch. dec. 139. & Capp. Thol. decis. 431. Bald. Iaffred. decis. 469.

Casus continentes grauamen irreparabile, sunt, videlicet.

Primus est indebitæ carcerationis, quare ab eo appellari potest, vt censuit Sacra Congreg. per hæc verba. *An quod decreto sacri Conc. Trid. sess. 13. c. 1. de refor. & alio sess. 24. cap. 20. de reform. dicitur de grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, intelligi possit, & debeat de grauamine indebitæ carcerationis.* Sanctissimus D. N. audita relatione Congregationis Concilij declarauit ita esse intelligendum, & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causa cognita aliud iusserit. Carcerati sine processu appellatio à Metropolitano cognosci potest, dummodo non impediat exequutionem correctionis eadem Sacra Congregatio censuit, quæ declaratio refertur per Addentem ad summ. Bullar. in vers. Archiepiscopi auctoritas in appellationibus lit. I.

Secundus excommunicatio, suspensio, interdictum. Duen. reg. 52. Franch. de appell. cap. super eo 2. not. Rebuff. in concord. tit. de triuol. appellat. & si appel. latur, non suspendit, cap. pastoralis de appell.

Tertius decretum torturæ, quare ab eius comminatione datur appellatio; quotiescunque enim iudex cõminando, vel interloquendo protulerit decretum, quo exequutioni mandato, graueretur pars irreparabiliter, potest appellari, ita hodie procedit tex. in c. cum cessante de appell. & à tali futuro grauamine appellari posse, tenet Bart. in d. l. 2. ff. de appell. recip. & ius ciuile, & ius canonicum concordãt cum hac dispositione conciliari. Nauarr. cons. 2. de appell.

Quartò decretum, per quod iudex declarat se cõpetentem Bald. in auth. habita n. 28. C. ne fil. pro pat. Natt. cons. 172. n. 1. Guid. Pap. quæst. 10. num. 1. vbi dicit, intelligi non solùm quando expressè pronunciat super competentia, sed etiam tacitè per processum ad vlteriora. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 822. & seq. Ratio est, quia hoc casu grauamen non potest reparari per appellationem à diffinitiua, ideo non mirum si prius succurrendum est, quasi iurisdictionis defectus omnes alios excedat; à tali enim pronunciatione appellatur, cum trahat secum exequutionẽ, & præiudicium, quod non potest reparari in appellatione à diffinitiua. Hond. qui vtroque casu loquitur cons. 27. n. 20. & 21. lib. 1. post Bart. in l. ante sententiam n. 13. de appell. recip. Roland. cons. 33. n. 3. lib. 4. Præsertim, quia habet vim diffinitiuæ, secundùm distinctionem, de qua per Aufrer. ad decis. Capp. Thol. 48. num. 3. & 4. vbi intelligit, quando profertur à Delegato, secus

ab

ab Ordinario, quo casu decretum super incompetentia non habet vim diffinitiuæ. Rom.cons. 358. Bal. in cap. significantibus de off.deleg.n.1.

Quintus decretum admissionis iniustæ articulorum partis aduersæ, seu à non admissione articulorum, & probationis,aut exceptionis ipsius partis appellantis. Rota decis.44.sub n.3. de appell. in nouis. Franch. in cap. interpositas sub n.4.vers. septimo de appell. Mascard.de prob.concl. 131. sub n.5. Lancell. de atten.2. p.c.14.lim.1.n.42. & 45. in nouiori impressione, Corneus cons.35.voluu.1. Surd. in decis.Mantuana 36.ex num.17. & inferius n.267.

Sic etiam fuit resolutum in Rota,teste Caputaq.de. cis.38.p.1. & decis.37. n.1.& per totam,p.3. quod erat attentata, & nulla sententia lata post appellationem interpositam à coarctatione dilationum à iure præscriptarum,cùm tali casu appellatio ab interloquutoria sit legitima.

Sextus,decretum denegationis copiæ actorum, l.2. C. vt lite pend. Duen.reg.52.fallent.5. Azeued. l.3.tit. 18.lib.4. de veritate tamen me remitto.

RESOLVT. CDXVI.

Decretum inhibitionis, item quod acta transmittat, quomodo, & quando per iudicem appellationis sit faciendum.

1 *Iudex appellationis tunc potest inhibere, cum de deuolutione constat,& quid in interlocutorijs.*
2 *Decretum Conc.Trid. circa præfatam conclusionem.*
3 *Vbi dubitatur de incompetentia iurisdictionis, an scilicet appellatio recipienda sit, iudex appellationis non potest inhibere.*

1 QVando iudex, ad quem est appellatum, possit inhibere, siue à diffinitiua, siue ab interloquutoria appellatum sit, tractatur in cap. non solum, & in cap.Romana §.si verò,cum §. sequent. de appell. in 6. nempe cum de deuolutione constet,item in interloquutorijs, cùm iudex recepta appellatione saltem ex causa probabili de veritate eius incipit cognoscere, ideò iàm deuoluta,& acceptata causa appellationis, vt pulchrè per Aret. in cons. 20. col. 3. & in cons. 33. vbi dicit, ante citationem appellati, & receptionem appellationis non esse inhibendum, quia cognitio, an sit iudex, debet præcedere omne exercitium iurisdictionis,cap. super literis de rescriptis.

2 Et iuxta præfatam opinionem sanciuit Conc. Trid. sess.22.c.7. de reform. ibi,*In concedendis inhibitionibus post appellationem seruare tenentur formam, & tenorem sacrarum constitutionum,& præsertim Innocentij Quarti, quæ incipit Romana.*

3 Ex quibus omnibus infertur primo, quod quando in puncto incompetentiæ obijcitur dubietas, quod iurisdictio reddatur dubia, interim non est inhibendum donec cognoscatur de iurisdictionis veritate, vt not. Innoc. in cap. dilectus de præscrip. vbi generaliter refert, quod iudex appellationis pendente cognitione, an appellatio sit recipienda,nunquam inhibere debet, vt refert quoque fuisse in Camera Imper. decisum Mising.cent.3.obser.87.

Infertur secundo, quod quando est appellatum in casu, in quo appellatio prohibetur, vel quia causa est iniusta,vel appellatio friuola,& frustatoria,non debet iudex ad quem inhibere,nisi prius adhibeat causæ cognitionem super iustitia appellationis, alias inhibitio nõ valet.Spec.tit.de appell.§.de offic.vers.sed quæritur,& Felin. in c.dilectus 2.col.penul. de rescrip. per tex. in d.c.Rom. §. si vero,& §. si autem,& ibi Gemin. Item semper debet fieri inhibitio parte citata,alias nõ valet,vt per Alex.cons.91.col.penul.lib.2. & eundẽ in l.Titia in fine,ff.solut.matrim. vbi dicit hanc esse cõmunem opinionem.Idem in l.4.§. cõdemnatum col.4. ff. de re iudic. & glos. in l.si opus ff.de no.op.nunc.Vnde dicit singulariter Abb.in c. cum venissent in 4.not. de rest.in integ.quod inhibitio iudicis contra ius facta non inducit nullitatem actus postea gesti.

Limitatur supraposita conclusio quatenus loquitur de modo,& forma proponendi literas inhibitoriales dupliciter,&

Primò nõ procedere in Camera Imperij in qua quoties de iurisdictione saltem ex narratione appellantis constat,inhiberi solet,siuè à definitiua,siue ab interlocutoria(modo appellabili)prouocatum sit, & quando post inhibitionem procedit iudex à quo, illa tanquam attentata reuocantur, vnde latè de hoc Spec. tit. de appell.§.officium iudicis ad quem,& §.seq. vbi materiam attentatorum vberrime tractat, licet satis confusè,& quando attentata debeant reuocari,& in libello peti,vide Bart. in l.chirographis §. adeo ff.de administrat.tutor. & Guid.Pap.cons.4. & 66.n.6. & 7.

Secundò in casu alleg. Lap. 60. col.2.in fin.dicentis dispositionem text.in d.c. Romana,debere procedere, vbi tractatur de impediendo actum irreiterabilẽ, quo casu receditur à reg.iuris,ad dicta per Alex.in l.3.§.in amittenda nu. 6.ff. de acquir. possess. & cum, quando imminet periculum, iudex possit inhibere, tradit latè Felin.in rubr.de treg.& pace sub n. 12. vsque in fi. vbi dicit ex auctoritate Rot.quod ratione imminentis periculi potest delegatus inhibere, ne quid innouetur, etiam si causa nondum sit adeo recepta, quod sit in statu inhibendi.

Ad hæc insuper notandum, quod vt literæ inhibitoriales valeant,& suos operentur effectus,quatuor cõcurrere debent, secundum Costa de remed. subsidiar. remed.16.

Primum dependet à iurisdictione inhibentis, seu iudicis,coram quo lis pendet, cuius etiam est cognitio, an sit iusta,vel subreptitia,nec ne,Surd.cons.424.n.31. 46. & 51.

Secundum est,quod non sit limitata, quoniam inhibitio respectu vnius causæ, non extenditur ad aliam causam.Paris.cons.39.n.28.vol.1. Mago. Rot.Florent. decis.128.n.13. & Rot.Roman. decis. 641.n.11. p.1. in nouissim. & verba determinata ad causam, ad personam, vel locum, vel tempus, non extenduntur. Bald. consil. 339. volum. 1. nisi commissio haberet clausulam, quam, & quas,Rota Romana decis.785.n.2.p.2. in nouissim.

Tertium est, quod sit concessa ei, cuius interest, eadem Rot.Rom.dec.796.n.3.p.1. in nouissim.

Quartum est, quod duret officium iudicis inhibentis, quandoquidem finito officio expirat inhibitio, l. vlt.ff. de pœn.Afflict.decis.290.

Quibus casibus concurrentibus inhibitio siue iusta, siue iniusta timeri debet, l.1.§.1.ff. de no.oper. nunc. Rot.Rom.annot. loc. & Verall.decis.92. cum seq.p.2. Cæsar. de Grass. decis.109. in fin. de appell.Riminald. iun.cons.821.n.18.vol.7. Vestr. in sua prax.lib.8.c.4.n. 10. ideo appellandum est,alioquin transit in iudicatũ, cùm præsumatur pro iudice, & contra contumacem, Alex. consil.4.volum.4. Corn. cons.292.in fin.volum. 3.Bero. cons. 114. vol. 3. Menoch. cons.892. Marant. cons.61.num.12.Gayl. lib. 1. obseruat. 144. Mynsing. centur. 3. obseruation. 87. Couarruuia pract. quæstio,cap.24.num. 3. Contard. ad l. vnic. q. 5. cap.1. de moment. possess. id quod intelligendum est de stylo Cur.Rom.Eugen.cons.75.nu. 11. & 12. cum seq. aliàs de iure communi inhibitio iniusta, seu inualida, non est metuenda,etiam sine appellatione, cap. non solum de appellat. in 6.Eugenius d.cons.75.nu.68.Surd.cons. 424.n.32. cum seq. volum.3.Lancellott.de attentat.c. 20.amplia.11.nu.5. & limit. 1. Farinac. cons. 17.num.

24.vol.1.& in addit. littera H.vbi subijcit duos casus, in quibus nec de stylo Rotæ seruanda est inhibitio, veluti quando per calumniam fuisset impetrata, seu notoriè constaret de iniustitia, & quando commissio fuit signata cum clausula, prout de iure.

RESOLVT. CCCCXVII.

Clausula in his scriptis an sit necessaria in libello appellationis ab interlocutoria.

2 *Appellatio debet fieri inscriptis.*
2 *Clausula in his scriptis non est necessaria in libello appellationis.*

1 EX dispositione tex.in cap.1. de appell. *in 6.* sancitũ fuit, appellationem proponendam esse in scriptis,quod quidem procedere tantummodo in ea,quæ fit ab interloquutoria docuit Franch.cit.c.1.n.5. vers. in ea gl. post Archid. ibidem nu. 12. & Ant. de Butrig. n. 6. & voluit etiam Balb. in decis. 29. & Rota diuers. in decis.2. num.8. part.2.

2 Et clausulam(in his scriptis)esse necessariam voluerunt Ang.in l.à sententia §.si hæres autem num.1.ff.de appell.Spec.eod.tit.§.1.n.2.par.5.Castr.in l.2.§. libelli n.2.circa med.ff.eod.tit.Bursat.cons.2.nu.3.& 8.vol.1. Cœphal. cons.23.eod.vol.Menoc.cons.123.vol.1.

Cæterum secundum Rot.diuers.citat.dec.2.n.8. habetur præfatam opinionem de iure non subsistere: & ratio est,quia cap.1.de appell.in 6. nulla fit mentio de huiusmodi clausula, sed solum ibi disponitur appellationẽ ab interloquutoria in scriptis fieri debere. Tũc autem appellatio in scriptis fieri dicitur, quãdo libellus appellationis scriptus porrigitur, vt per Franc. in c.vt debitus q.3.n.12.de appellatio.latè Corn.cons. 95.nu.2.lib.4.Marant.de ordin.iudic.par.6.tit. de appellat.n.127. & contrarium, quod non sint necessaria illa verba,in his scriptis,voluit glos. in simili in c.fin.in verb.illustrium in fi.de re iudicat. lib.6. Franc. in dict. cap.vt debitus quæst.8.n.13. & in cap.1. n.10. in fi. de appellation.lib.6.Imola in d.l. à sententia §.à simili n. 22. vers. sed certè, vbi pluribus rationibus reprobat opinionem, Angeli, qui re vera fuit solus in hac opinione,nam Castr.in d.§. libelli,non dicit, in libello appellatorio scripto, debere exprimi illa verba, in his scriptis, sed solum dicit, non esse appellationem in scriptis, si quis appellat viua voce, & facit in scripturam redigi appellationẽ per notarium, nisi tamen notarius in scriptura adiecerit ista verba in his scriptis appellauit. Spec.verò postea se declarat,nisi appareãt illa verba scripta in quibus continebatur appellatio.

RESOLVT. CDXVIII.

Iudex à quo, an iudex ad quem debeat pronunciare appellationem desertam.

1 *Iudex ad quem, non autem à quo, pronuntiat appellationem desertam.*

1 IN hac quæstione responsio est cum distinctione,videlicet,quod aut fuit aditus iudex ad quem,& coram eo appellatio fuit introducta,& tunc ad eum spectat super desertione pronunciare, aut verò non fuit aditus, & tunc, cum nulla facta fuerit instantia coram eo,non potest hoc facere,quia deest petitio,& ita quoque distinguendo videtur velle Ang.in l.eos in fin. vers.tu tene. C.de appellation.vbi quod secundum huiusmodi distinctionem est intelligenda opinio gl. ibi in verb.vel iniustam,& Bart.ibid.in princ.col. fin.num.8. vers.quæro quid si tempore, & sequitur Felin. in cap. ex parte il secondo col.5. vers.declara primo num.10. de resc.Castr.in l.si præses in fi.Cod.quomod.& quãd. iud.& ita esse tenendum dicit Alex.cons.104. in princ. lib.5.vers. & istam opinionem Grauat. ad Vestr.c.vlt. lib.8.num.29.Afflict.rubric.5.de appellation.num.14. ad med.super const. regni, vbi etiam citat. Butr. in c. tuam de ordin. cognit. Et ratio est,quia propter inhibitionem ligantur manus iudicum cap. non solum de appellatio., & super desertione appellationis,quando requiratur sententia,vide Rotam dec.25. de appellat. in nou.& Seraphin.decis.565.num.9.par.1. vbi n. seq. etiam traditur an, & quando huiusmodi sententia dicatur interloquutoria, item quæ tempora deducantur, ne appellatio dicatur deserta, vide eundem notabiliter in dec. 362. part.1.

RESOLVT. CCCCXIX.

Quis teneatur producere acta, appellans, an verò appellatus.

1 *Appellans, an appellatus teneatur producere acta.*
2 *Concluditur contra appellantem.*
3 *Appellans tenetur suis expensis producere acta.*
4 *Ampliatur dupliciter num.2.3. & 4.*
5 *Limitatur num. 5. & 6.*
7 *Allegans nullitatem tenetur exhibere omnia acta.*

1 COmmunis est distinctio DD.in l.hi,qui ad ciuilia C. de appellationibus, victori incumbere onus probandi se iustitiam fouere: vnde secundum Cin. & alios de quibus per Surd. in dec.327. nu.2. appellatus debet ostendere,quia quod sententia pro se lata fuerit iusta, non dando nouas probationes, si non vult, sed producendo acta iã gesta ex quibus dicit Gratian. lib. 1.disceptationũ forensium c.121.n.2. quod ille,qui est originaliter actor in causa principali, remanet actor in causa appellationis, per quam nihil immutatur l.3. C.de appellat. & sufficit appellanti docere se ex iusta causa appellasse,& infra legitima tempora c.Romana §. si verò eod. tit. in 6. ita vt de prædictis dicatur sufficienter constare per solam productionem sententiæ, vt voluit quoque Cyn. in l. per hanc quæst. 5. in fin. vers.aut quærimus Cod.de temporibus appellat.

2 His accedat,quòd tenuit Rota, teste Verall. in dec. 128.part.3. vbi quod petẽs reuocari sententiam,sufficit,vt producat appellationẽ, sed qui instat pro cõfirmatione,debet producere processũ. & acta sine quib. nihil sententia probat, quãuis limitetur regula hæc in casu dec.Cassad.1. de præsumpt.& Caputaq. in decis. 134.part.de quibus per Paris. in cons.38. n.7. vol.4.

3 Tandem pro hac eadem opinione facit, quòd cum simus in sentẽtia diffinitiua, proinde appellatus tenetur producere processum,cùm in sentẽtia interloquutoria appellans,siue sit originaliter actor,siue reus,sẽper debet producere acta in causa ad iustificandã suã appellationem Guid.Pap.in dec.20.n.1. & in dec.436. concl.7.num.9.in fine versiculo,& ita seruatur, etiam quando solum appellans prosequeretur appellationẽ, altera enim parte existente contumace, is, qui prosequitur,tenetur ad exhibitionem actorum,latè Gabriel de appell.concl.5.n.16.post Aret.in c.quoniam contra concl.9. vers. pro intellectu de probat.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium est in praxi tenendum; cuius obseruantiæ ratio ex duplici capite deducitur.

Primò ex dispositione Concil. Trident. sess.24.cap. 20. vbi si quis appellauerit, in casibus à iure permissis tenetur suis expensis transferre acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis.

Quæ prefata dispositio locum sibi vendicaret, etiã quod reus nollet vti, & intenderet nouum prosequi iudicium,vt tenuit Rota in vna Valentina parochialis 13.Ianuarij 1580. coram Blanchetto,

Amplia-

Ampliatur etiam, vt procedat in actis factis partibus coram iudice delegato, Rota in vna Placentina administrationis Sacramenti 1. Decembris 1567. coram Gipsio.

5 Limitatur nunc, & primò, vt non procedat quando causæ sunt diuersæ, quia licèt vna dependeat ab altera non habebit locum huiusmodi productio actorum, vt est iudicium euictionis cum causa principali, in qua fuit facta euictio, Rota diuers. in dec. 445. p. 1. & fuit resolutum in eadem Rota, in vna Burgens. sancti Sepulchri bonorum 2. Decembris 1594. coram Illustrissimo Seraphino.

6 Limitatur secundò in actis aliarum causarum præterquam causæ principalis de cuius appellatione cognoscitur, Rota in vna Toletana pensionis 22. Maij 1592. coram Illustrissimo Seraphino.

7 Secunda principalis ratio est quia allegans nullitatem, tenetur exhibere omnia acta, vt possit argui contra sententiam, quasi tunc appellans, seu dicens de nullitate, suscipiat onus probandi sententiam iniquã, & nullam, ideo si velit obtinere, probabit suam intentionem, exhibendo processum, & omnia acta, ita Vant. de nullitat. in tit. à quo, & à quibus, nu. 20. addit. ad Guid. Pap. in cit. dec. 20. & hanc opinionem tenuerunt Cappell. Tholos. in decis. 91. & 341. Guid. Pap. in decis. 431. & Rot. Romana in vna Imolen. castrorum, 16. Martij 1576. coram Illustrissimo Seraphino.

RESOLVT. CDXX.

Iudex appellationis absoluendo ab excommunicatione, quænam obseruare debeat.

1 *Ponit formam, quam seruare debet iudex appellationis in absoluendo excommunicatum.*

1 LIcèt à sententia excommunicationis appellari nequeat, iuxta latè tradita per DD. in c. pastoralis, §. verum de appellatio. de cuius dicti veritate latissimè per Cappell. Tholos. in dec. 303. & Veral. in dec. 56. p. 1. poterit tame excommunicatus adire Archiepiscopum per viam quærelæ, ita probatur optimè in cap. ad reprimendum, vbi communiter Scribentes de officio Ordinarij, qui iudex nonnulla obseruare debet, videlicet.

Si ei constet excommunicationis sententiam esse iniustam, statim absoluat: si verò dubitet, cautione præstita, absoluet: si autem de offensa, & contumacia constiterit, nonnisi præmissa reali satisfactione, absoluat: quod si sententia nulla sit, statim nullam fuisse declaret, vt colligitur ex cap. venerabilibus, de sentent. excommunicat. in 6. & cap. cum contingat de offic. delegat. si verò manifestò constet, sententiam valere, tunc licèt absoluere possit, satius tamen erit, eum ad absoluendum remittere ei, à quo est condemnatus, ex d. c. venerabilibus §. sanè de sentent. excomm. lib. 6.

RESOLVT. CDXXI.

An causas per appellationem deuolutas, possit Archiepiscopus in diœcesi suffraganei cognoscere.

1 *Archiepiscopus potest causas ad se per appellationem deuolutas, etiam in diœcesi suffraganei cognoscere.*

PRo huius quæstionis dilucidatione adest text. expressus in cap. vt litigantes de offic. Ordin. in 6. pro cuius corroboratione placuit hic inferere decis. Rotæ in vna Valentina iurisdictionis 1. Aprilis 1596. coram Seraphino quæ est tenoris, videlicet.

1 *Domini sine difficultate dixerunt, posse Archiepiscopum causas ad se per appellationem, aut alias delatas ab Episcopo suffraganeo, per se, vel Vicarium generalem, vel per delegatum cognoscere, & terminare, in totum, vel in partem; etiam in diœcesi Oriolensi, per text. in cap. 1. de offic. Ordinario in 6. vbi traditur differentia inter causas deuolutas, & deuoluendas, & ibi Anch. & Franch. idem probatur in c. vt litigantes eod. tit. & potest totam causam, vel partem tantum delegare c. super quæstionum in princ. de off. delegat. vbi gl. & Abb. num. 9. Imol. nu. 15. Barb. in fin. Ias. in auth. ad hoc, n. 5. C. de iudic. potest etiam Notarium, & Nuncium deputare pro exercenda iurisdictione, quia vno concesso, censentur omnia concessa, sine quibus id explicari non potest l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & hæc omnia procedunt de iure communi, circumscripta consuetudine.*

RESOLVT. CDXXII.

Excommunicatus an sit absoluendus, si aduersarius, ne absoluatur, appellat.

1 *Absolutio excommunicationis differri potest ex causis.*
2 *Excommunicatio est medicinalis.*
3 *Excommunicatio nõnulla mala, & incommoda producit.*

DVbitabatur in Cur. Archiep. Neap. an esset absoluendus quidam excommunicatus, qui ab eadem Curia humiliter absolutionem petebat, stante interposita appellatione per eius aduersarium, ne absoluatur. Dubium faciebat pro negatiua opinione, quod absolutio potest differri ex causa, etiam si præcedat satisfactio, secundum gl. communiter receptam in c. si quis autem 18. dist. & ibi Arch. & Præpos. n. 23. vbi enumerant causas, ex quibus id fieri potest, voluit etiam Burcult. in cons. 22. n. 4. Artam. cons. 93. n. 6. & seq. Rubin. cons. 71. nu. 4. & 8. & secundum Nouis. in sua praxi c. 28. n. 2. in fin. & n. 3. vt excommunicatus magis confundatur, potest absolui coram multitudine gentium, & ex tali causa differri absolutio, vbi n. 1. refert fuisse pluries sed non passim seruatum per Curiam Archiepisc. cedulones esse affigendos contra excommunicatum, etiam si compareat, & petat se absolui, quamuis contrarium videbatur, eo quod cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns se ab alijs vitari, aspiciens suam confusionem, erubescat, & conuertatur, vt notatur in c. 1. de except. in 6. & in clem. 1. de pœn.

Vrgebat pro hac obseruantia, quod excommunicatio est medicinalis c. cum medicinalis de sentent. excommunic. in 6. quandoquidem profertur, nedum, vt excommunicatus conuertatur, verum etiam, vt alij de communitate terreantur Couarr. in c. alma mater, in initio relectionis de sentent. excommunic. in 6. & proinde dicunt DD. quòd Episcopus potest excommunicare illum, cui scit excommunicationem non esse profuturam, vt alios terreat, ita Panorm. & alij in c. ab excommunicato de rescript. Felin. in c. ad Apostolicæ de exceptionibus.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus, cõtrarium fuit decisum in eadem Curia; videlicet excõmunicato absolutionem petenti omnino esse impartiendam eandem absolutionem, etiam quod aduersarius, ne absolueretur appellasset, quæ decisio fundatur per tex. expressum in c. qua fronte de appellationib. vbi cauetur absoluẽdum esse excommunicatum, licet aduersarius, vel excommunicator, ne absoluatur appellet, idque propter multa mala, quæ affert excommunicatio. gl. communiter recepta in d. c. qua fronte de appell. Siluest. in verbo excommunicatio, §. 1. Vnde nulla maior pœna est in Ecclesia Dei excommunicatione. c. nihil 11. q. 3. & secundùm Nouissimum in manuali Confess. 64. nonnulla ponuntur exempla memorabilia huius pœnæ; nam refert, quòd Diuus Antonius volens ostendere effectum excommunicationis, excõmuni-

municauit panem, & statim effectus est niger, absoluit postea,& enasit albus; S.Bernardus, qui excommunicauit muscas, quæ impediebant diuina officia in Ecclesia,& statim ceciderunt omnes mortuæ. Quidam Abbas excommunicauit quandam syluam cum lacu, quam occupauerat quidam potesis,a quo recuperare eam non poterat, & sylua non amplius fructus protulit, nec lacus pisces. Quidam miles excommunicatus sedens in mensa porrigebat panem canibus, & illi nolebant accipere. E domo cuiusdam excommunicati statim Ciconiæ filios abstulerunt, & aliò transtulerunt: quamuis animalia,bruta,& arbores non possint excommunicari, sed maledici.

RESOLVT. CDXXIII.

Clausula, si, & in quantum, in appellatione quid operetur.

1 *Clausula in appellatione,si,& inquantum,quid operetur.*

BArtolus in l.ambitiosa circa fin. ff. de decretis ab ordin. faciendis, quem refert, & sequitur Io. de Imol.in l.iudex postquam, in fin. ff. de re iud. tenent,
1 quod per præfatam clausulam nullatenus intelligatur admissum, quod in effectu non debuit admitti, sequitur Soc.cons.48.num.61.vol.4. Balb.cons.17.n.3. Rub. cons.45.n.7. & seq.Catald.in tract. syndicatus nu.82. & seq. ideo operatur, vt si iudex illam admittere non posset, decretum est nullum, ipso iure, quia intelligitur de presenti,vnde si iudex,qui illam apposuit decretum facere non poterat, est nullum, & perpetuo de nullitate dici potest, etiam coram quocunque iudice incidēter,Doctor Marta in tract. de clausulis in clauſ. 132. num. 2. & versa vice hæc clausula importat admissionem in his, quæ sunt admittenda,Maranta de ordine iudic. per 6. vers. Appellatio num.211. Rota diuers.decis.687. num.2.part.2.

Vnde quando appellatio interponitur à sententia diffinitiua, iudex admittendo,si, & inquantum de iure,&c. dicitur ei detulisse, & illam admisisse, quia tunc talis conditio non facit suspensionem, sed habet veritatem, nam licèt dicat iudex si, & inquantum, tenetur tamen rationabilem admittere, secundum decis. Beninten.1. & vide decis. Caputaq. 49. num. 2. part. 1.

Notabilia quædam in materia appellationis ex Conc. Trid.

PRimo, ex sess.23.cap.1. de reform. vbi disponitur, quod nulla appellatio,vel inhibitio superioris impedire possit Ordinarium,quo minus suam sententiam circa residentiam Curati latam exequatur.

Secundò, ex sess. 13. c.1. & sess.24. c.20. de reform. habetur, quod nec in causis visitationis, correctionis morum, & criminalibus appellari possit ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine, nisi per definitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiua appellari non possit.

Tertiò,ex eadem sess.13.c.2.dicitur,vt causæ in criminalibus ad Romanam Curiam per appellationem deuolutæ committantur in partibus Archiepiscopo, seu eius Vicario, siue ex causa alteri viciniori Episcopo,seu eius Vicario, & non inferiori.

Quartò, ex sess.25. cap.13. Regularibus ordinatur, quod causæ præcedentiæ remota omni appellatione terminentur.

Quintò ex sess.25.cap.14.de reform.statuitur,quod contra concubinarios ordinarius procedere possit, appellatione non obstante.

Finis tituli Praxis appellationum.

PRAXIS CAVSARVM DELEGATARVM.

RESOLVT. CDXXIV.

An delegatio causæ facta canonico, expediri possit, si tempore sententiæ fuit resignatus canonicatus.

1 *In synodo debent constitui synodales.*
2 *In delegatione sufficit adesse dignitatem tempore commissionis.*

1 CVM iuxta dispositionem Sac.Concil. Trid. sess.25. cap. 10. de reform. fuerit sancitum, vt in singulis Concilijs prouincialibus,aut Diœcesanis creentur iudices synodales habentes qualitatem, de qua in c. statutum de rescript.in 6.scilicet,vt sint in dignitate Ecclesiastica constituti,inter quos sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis,iuxta dec.Achill.de Grass.1. de rescript.& Verall.dec.93.p.1. quare fuit dubitatum an causæ commissæ Canonico possint expediri,si tempore sententiæ fuit resignatus canonicatus,& dubitationem mihi faciebat primò regula illa, quod quando lex considerat actum cum qualitate non sufficit solus actus absque illa qualitate.l.Fulcinius ff.quib.ex caus. in posses.eat. Item, quia qualitas adiecta verbo debet referri ad tempus verbi. l. in delictis §, si damnum extraneus ff. de noxalib.

2 Cæterum supradictis minimè refragantibus,cōtrarium in facti contingentia respondi,motus ex auctoritate gl.in c.tu autem 22. dist.vbi sufficit fuisse in ea dignitate tempore cōmissionis,de qua in delegatione,cū in quolibet actu principium sit spectandum,& habilitas illius temporis sufficiat,vnde licet postea per resignationem canonicatus desierit esse in illa dignitate, nihil est,quasi non debeat considerari actus legitimus perfectus,& cōsumatus, quāuis peruenerit ad casum, à quo non poterit inchoari,& cū expressum fuerit nomen propriū,& dignitatis, videtur delegatio personalis,non realis,Cyn. in l.more maiorum q.9.col.6.num. 22.de iurisd:omn. iudic.Alex.cons.175. col.pen.lib.5. maximè si ex alijs coniecturis non appareat contemplatam solum dignitatem. Bellamer.dec.39.n.2.& ista est verior,& magis communis opinio, prout in specie concludit Card. in clem. & si principalis q.6. de rescript.Felin.in c. quoniam Abbas, col.6.in fin.nu.5. de offic.deleg. vbi Dec.col.6.n.3. de communi, & secundum hanc opinionem iudicauit Sacr.Congr.Conc.21. Maij 1587. prout testatur Paris. de resignatione beneficij lib.1.q.11.n.14. in fi.Ceual. in communib. contra commun.q.677.n.10. in fine.Dubium propositum fuit hoc. An si is, qui tempore commissionis reperiatur constitutus in dignitate, & designatus inter iudices synodales,si eā dignitatem resignauerit,possit de eadē causa cognoscere, vel potius is, qui eam dignitatem obtinuit, vel neuter? Congregatio censuit resignantem posse cognoscere etiam post renunciationem.

RESOLVT. CDXXV.

An in causa delegata Vicario possit procedi per Episcopum.

1 *Causa delegata Episcopo non transit in eius Vicarium.*
2 *Episcopus non potest cognoscere de causa cōmissa Vicario.*
3 *Episcopus potest ad libitum reuocare Vicarium.*

1 PAnorm. in cap. eam te num.14.de rescript. tenuit causam delegatam Vicario Episcopi, posse per eun-

eundem Episcopum finiri, licet Gemin. in c. Romana in princ.n.3.vers.nota idem esse adiutorium de appellation. in 6. dicat esse intelligendum de ea causa, quæ fuerat eidem Vicario delegata, tanquam Vicario sequitur Franch. in c.dilecti,il terzo,num.4.col.6.quæst. 5. de appell.

2 Cæterum supradicta opinione minimè refragante, contrarium consului in facti contingentia, non posse scilicet per Episcopum cognosci causam demãdatam Vicario tanquam Vicario: mouebar ob id præcipuè, quia in ea est maior Ordinario, & est separatum auditorium Episcopi ab eius officiali, seu Vicario, prout concludit Imol. in clem.1.nu.14. in fine col.4. ad medium,vers. ex his habes de rescript. post Card. ibidem num.10.q.9.Dec. in c.quoniam Abbas,col.7.in fi.vers. & notandum est n.9. de off.deleg. Rota per Seraph.in vna Maceraten. dotis 10. Martij 1581. & est decis. 506.p.1. & ita etiam concludit Franc.in cap.statutum in princ. col. penult. vers. quarto aduerte de rescript. in 6. qui non tenuit contrarium in d.c. dilecti il terzo, prout ab alijs allegatur, cum ibi nihil determinet, sed solum se remittat ad Doctores in d.c.statutum,& in d. cap. quoniam Abbas.

3 Non obstat, quod Episcopus potest ad libitũ reuocare Vicarium, cui annectitur delegatio facta non sub nomine proprio. Doctor.in clem.2. de rescript. Bald. in l.solent.n.6. de offic.proconsul. Panorm. in d.c. quoniam Abbas n.2.de off.deleg.vnde remouendo ab officio,priuat illum iurisdictione;ideò multò magis poterit ei concedi cognitio.Quia respondetur,non propterea concedẽdum esse,quod possit de causa illi delegata cognoscere,prout dicimus de inquisitoribus,qui remouentur per suos superiores, non tamen se ingerunt in causa illis commissa. c. volentes de hæret. clem. nolentes.§.notarij eod.tit.& in specie ita respondet Card.in. in clem.1.q.9. de rescript. vbi etiam Imol.n.14. in fin. subdit,procedere,nisi remotio fieret in fraudem iurisdictionis delegatæ, quia alias posset in eum animaduerti,tanquam illum turbantem in sua iurisdictione,'c.1. de off.deleg. Ideo Vicario remoto, causa erit de nouo deleganda.Franch.qui dicit,menti tenendum in d.c.statutum 11.col.pen.vers.quinto aduerte n.11. in fin. de rescript. in 6.

Amplia principalem cõclusionem procedere etiam si causa commissa esset Episcopo, vel Vicario, nam cum literæ fuerint vni eorum præsentatæ, alter non potest se intromittere, c. cum plures de off. deleg. in 6. latè Surd.cons.57.n.1.lib.1. Ita vt neque delegatus Papæ subdelegando possit auocare, quando subdelegatus incæpit procedere,nisi adsit clausula cum potestate auocandi in qualibet parte litis;c. quamdiu,& c. si delegatus de off. deleg. in 6.

RESOLVT. CDXXVI.

De subreptione rescripti delegatorij, infra quantum tempus opponi possit.

1 *Omnes actiones præscribuntur spatio quadraginta annorum.*
2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*
3 *De subreptione etiam post sententiam opponi potest.*

IN quadam causa mihi delegata iudicaui ius opponendi de subreptione censeri præscriptum spatio quadraginta annorum, motus ex vulgaribus iuris re-
1 gulis,quod omnes actiones supradicto tempore finiũtur, ad text. in l. sicut, & l.omnes C. de præscrip. triginta,vel quadraginta annorum.

Non obstat Imola in cap.ad audientiam de rescript. volens,quod quando subreptio operatur nullitatem gratiæ,possit de ea quandocunque opponi,quia respõdetur, secundum Macerat. lib.2.var.resol.c.99. quod intelligitur ante quadraginta annos, quia illa dictio quandocunque, accipitur, vt præscriptionem longi temporis non excludat, secundum quod latè tradunt communiter DD. in §.1.instit. de perpet. & temp.act. Ang.cons.55.Alban. cons.22.n.2.

2 Non obstat secundò,quod subreptio vitiat gratiam ipso iure.Bald.cons.320.vol.2.Alex.cons.16.vol.1.Alciat.cons.63.n.3.& seq. & est communis opinio,secundum Fel. in cap. ad audientiam, il secondo n. 22. vers. literæ beneficiales de rescript. & refert decisum Caput. in decis.225.p.3. quia respondetur,non propterea posse inferri quin amissum non sit ius opponendi de subreptione.

3 Non obstat, quod etiam post sententiam in literis beneficialibus, & gratiæ possit opponi de subreptione,quia hoc verum est dummodo ante quadraginta annos opponatur. Anchar. citato cap. ad audientiam in fin.Balb.dec.500.Rub.decis.13.n.6. & ratio est, secundum Cassiad.dec.3.in fin.de caus. poss. & propriet. quia ex diuturnitate tanti temporis præsumitur etiam noua gratia,& confirmatio.

RESOLVT. CDXXVII.

An Theologus, cui delegatur causa, possit iudicare absque assessore.

1 *Delegatus tenetur iudicare cum assessore.*
2 *Prioribus Regularium possunt causæ delegari.*
3 *In iudice non exigitur literarum scientia.*

1 COnsului in casu mihi proposito à quodam Episcopo, cui delegata erat quædam causa à Sede Apostolica, vt ipse teneretur omnino, ad effectum, vt eius sententia sit valida, eligere assessorem, & mouebar ex Bulla Leonis X. in Conc. Lateranen. quæ incipit,Regimini,cuius sunt verba formalia, videlicet, *Iudices, & conseruatores à Sede Apostolica deputati si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem, partibus non suspectum,ab his partibus, vel earum aliter requisita assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur,non obstantibus,&c.*

Non obstat text. in c. statutum, §. assessore de rescript. in 6. vbi iudex delegatus tenetur assumere assessorem,si indiget, quod eius conscientiæ relinquit, quia respõdetur,quod ex hoc nõ sequitur,quod Theologus delegatus possit causam decidere sine assessore.

Non obstat etiam text. in clem. & si principalis de
2 rescriptis, vbi Prioribus Regulariũ,seu quibusuis Prepositis,vel Guardianis possint à Sede Apostolica causæ delegari,& sic Theologis,quia pariter respondetur vt supra,quod non sequitur,quod per semetipsos,absque assessore,iudicare possint.

3 Nec tandem obstat, quod in iudice non requiritur literarum scientia,ad tex. in l.certi iuris C.de iud.latè Fel. in c. scisscitatus de rescript.quia hæc locũ habent, vbi reperitur iudex graduatus in iure ciuili, vel canonico,aliàs secus.

RESOLVT. CDXXVIII.

An delegatus possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ.

1 *Pronunciatio nulla,extinguit iurisdictionem.*
2 *Delegati iurisdictio extinguitur, lata sententia.*
3 *Delegatus an possit cognoscere de nullitate sententiæ, distinguitur.*

DVbium faciebant pro negatiua opinione tex. in l. si vt proponis, la prima, C. quomodo, & quando

do iud. vbi pronunciatio iudicis delegati nulla, extinguit eius iurisdictionem, igitur non poterit amplius cognoscere, ex defectu carentiæ iurisdictionis.

2 Secundò, text. in c. in literis de offic. deleg. vbi delegatus statim, quod pronunciauit finitur eius potestas, seu iurisdictio.

Tertiò, tex. in l. iudex postquam ff. de re iud. vbi iudex postquam sententiauit, amplius se intromittere non potest.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium est verius, & in praxi tenendum, verùm pro huius quæstionis dilucidatione distinguendæ sunt duæ conclusiones.

3 Prima sit conclusio, delegatum ad vniuersitatem causarum posse cognoscere de nullitate suæ sententiæ, ita Angel. in citata l. iudex post quã ff. de re iudic. post Alex. in cons. 23. n. 6. & seq. vol. 1. Alciat. in d. l. iudex in q. 1. Aufrer. ad Cappell. Tholos. dec. 38. cuius conclusionis ratio est, quia talis delegatus æquiparatur Ordinario iuxta communem, de qua in l. more maiorem, ff. de iurisd. omn. iud. præsertim quantum ad hoc, vt possit iterum cognoscere, & pronunciare, si tulerit sẽtentiam nullam, & de nullitate suæ sententiæ cognoscere, prout communiter tradunt DD. de iudice Ordinario, vt latè in l. cum Prætor ff. de iudic. gl. in c. cum causam de appell. in c. ne aliquid de hæret. in 6. & in c. qualiter, & quando, vers. obseruari tit. de accusat.

Secunda sit conclusio, delegatum ad vnam causam, non posse iterum cognoscere, si tulerit sententiam nullam, ita Artham. cons. 126. & seq. Iaffred. con. 60. nu. 4. & Afrer. cit. loco, circa med. cuius conclusionis ratio reddi potest, quia cum sit functus officio suo, proinde iterum se ingerere nequit, & ita intelligendi tex. supra citati in contrarium, & hanc conclusionem intellige, nisi iudex delegatus ad vnam causam protulerit sententiam nullam ex defectu formæ mandati, tunc enim iudex pronunciasse non videtur, si non seruauit formam mandati, pro quo facit text. in l. qui tamen ff. de arbitr. vbi arbiter iterum sententiat si non seruauit formam compromissi. Inn. in c. 1. de off. deleg. Siculus in præallegatis, c. in literis, & c. qualiter, & quãdo, & vide latius de contentis in hoc articulo Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 67. à n. 21. ad finem.

RESOLVT. CDXXXIX.

An cui committitur absolutio à casibus reseruatis, possit illorum absolutionem alteri delegare.

1 *Delegatus non potest absolutionem casuum subdelegare.*
2 *Pœnitentiario committitur nudum ministerium.*
3 *Ordinarius delegando, censetur elegisse industriã personæ.*

EVenit quandoquidem, vt Pœnitentiarij Ecclesiarum Cathedralium, ob impedimentum aliquod, alteri Confessario, non tamen obtinenti facultatem circa reseruata, illorum absolutionem cõmittere, seu delegare vellent, quare fuit dubitatum, an id iure facere possent, & pro opinione affirmatiua dicebatur, quod tex. in c. fin. de offic. Ord. vult, quod cui cõpetit absoluere ab excommunicatione, potest alijs absolutionem demandare, igitur & in casu, de quo verba facimus. Item pro eadem opinione allegabatur tex. in c. super quæstionum vers. nos autem de officio deleg. vbi delegatus ab Ordinario quẽcunque actum requirẽte, causæ cognitionem delegare potest, sequitur Sicul. in cap. cum Bertoldus de sent. & re iudic. in 6. Inn. Spec. & Host. in tit. de legib. §. 1. vers. sed nunquid delegatus, gl. fin. in clem. vnica de off. deleg. & ibi Cardin. num. 6. Tandem dicebatur, quod Capp. Thol. in dec. 13. tenuit posse delegatum ab Ordinario in casu, de quo ibi, alteri personæ committere, etiam non nominatæ in cap. statutum de rescript. in 6. Ex quibus omnibus videbatur posse resolui pro opinione, vt præfatus Pœnitentiarius habeat facultatem committendi absolutionem prædictorum casuum.

1 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium respondi, motus ex pluribus.

2 Tum primo, quia cum præfato Pœnitentiario non iurisdictio, verum nudum ministerium sit commissum, igitur illud alteri demãdare prohibetur cap. fin. de off. deleg. & ibi Panor. num. 2. qui dixit, quod cui commissum est aliquos absoluere, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, non potest alijs hoc officium committere. sequitur Fel. in c. fin. nu. 6. & seq. de rescript. post Bar. in l. periurij in 8. oppos. ff. de iurisdict. omn. iud. Iaf. in l. à iudice col. fin. vers. limita duodecimo. C. de iudicijs. Roman. cons. 271. & 303. Corset. sing. 320. & idem Rom. cons. 481.

3 Tum secundo, quia Ordinarius committendo absolutionem casuum reseruatorum, censetur elegisse industriam personæ, arg. text. in cap. fin. §. 1. de off. deleg. igitur illud per alium exerceri non potest, l. inter artifices ff. de solut. Spec. in tit. de salario §. fin. vers. pen. & habetur in c. fi. de off. del. in 6. vbi cõcluditur, quod electa industria personæ est prohibita subrogatio, vel delegatio, de quo etiam per Bal. in l. vnica §. ne autem C. de caduc. toll. & ideo dicitur, quod mutata persona, mutatur conditio rei l. Paulus ff. de acq. hæred.

Non obstant contraria, & primò tex. in c. fin. de off. Ord. quia loquitur in ordinario iudice, cui non prohibetur delegare arg. tex. in l. à iudice C. de iudicijs.

Nec denique obstãt reliqua in oppositum allegata, quia locum habent, & procedunt in vno articulo tantum, nam benè potest delegatus ab Ordinario committere vnum articulum causæ absque iurisdictione, Capp. Tholos. in decis. 13. & in iudice ordinario loquitur Inn. & Butr. in c. cum Bertoldus de sent. & re iudic. Fel. in c. super quæstionum de off. deleg. Franch. in c. cum causam de appellat. post Bar. in l. more maiorum ff. de iurisdict. omn. iud. Et ita pariter resoluendum, dixi in Pœnitentiario, qui licet prohibeatur subdelegare, tamen credo ex supra dictis posse in aliquo particulari casu absolutionem committere.

RESOLVT. CDXXX.

An delegatus Apostolicus possit subdelegare personis non constitutis in dignitate.

1 *Causæ à Sede Apostolica committuntur personis in dignitate constitutis.*
2 *Quæ conclusio procedit pariter in subdelegato.*

1 CVm iuxta dispositionem text. in cap. statutum de rescript. in 6. causæ à Sede Apostolicæ delegari non possint, nisi personis constitutis in dignitate, quare fuit dubitatum, an eadem conclusio procedat in subdelegatione, ita vt necesse sit personas, quibus causæ prædictæ subdelegãtur, esse in dignitate cõstitutas, & dubiũ faciebat pro negatiua sententia, quod tex. in d. c. statutũ hoc non aperit, proinde nos extendere negligimus, ad tex. in l. si quis seruũ C. de seruis fugitiuis.

Supradictis tamen minimè refragantibus, contrarium dixi in casu mihi proposito, motus præsertim, quia eadem ratio viget in vtraque materia, tam scilicet delegationis, quàm subdelegationis, propterea idem debet esse iuris dispositio ad text. in l. illud ff. ad leg. Aquil. & l. quod dictum ff. de pact.

Supradictis accedebat, quod cum subdelegatio dicatur etiam delegatio, cum ab ea secũdum Artam. in cons. 22. non distinguatur, nisi quod illa est prima, hæc verò secunda delegatio nuncupetur, meritò iura loquentia de delegatione, extenduntur ad subdelegationem,

tionem, & consequenter quemadmodum delegari
2 causæ non possunt, nisi personis in ecclesiastica dignitate constitutis, ita pariter subdelegari.

Facit etiam, quia in dignitate ecclesiastica esse debent omnes, qui actum iudicialem faciunt. Bellamer. in dec.81. & 126. Raudens. cons.23.n.6. vol.1. Alban. consil.22.n.6. & seq.

Non obstat dec. Rot.462. vbi executores litteratum Apostolicarum possunt subdelegare nudum ministerium personis non constitutis in dignitate, vel non habentibus qualitatem, d.c. statutum, quia respondetur, quod intelligitur in simplici executore, non autem in mixto, puta in eo, qui deputatur cum clausula vocatis vocandis, ita Aufrer. ad Capp. in dec.13. prax. Archiep. cap.83. num.3.

RESOLVT. CDXXXI.

An delegatus Apostolicus delinquens, possit conueniri coram Ordinario.

1 *Delegatus est maior Ordinario.*
2 *Delegatus delinquens an possit puniri ab Ordinario distinguitur.*

1 DVbium faciebat tex. in c. sane de offic. Ord. vbi delegatus Apostolicus est maior Ordinario, cap. sane de off. deleg. igitur.

Cæterum resoluendum est cum distinctione, de qua per Io. Andr. & Siculum in cap. fin. de rescript. & est, quod aut delegatus delinquit, non parendo, & tunc, quia solum excessit contra Papā in non parendo mandatis ipsius, non potest per aliū inferiorem puniri. Aut delinquit per se agēdo, & tunc potest puniri per Ordinarium loci, quia non conuenitur vt delegatus, sed vt criminosus. Sed dicit Ioan. Andr. se non credere, quod pendēte causa corā eo possit conueniri corā Ordinario, saltē vt impediretur procedere in causa sibi delegata, nā respectu illius causæ dumtaxat est maior Ordinario, vt in c. studuisti de off. delegati, Zabarella in clem.1. de offic. ord. vbi tenet, quod Præses prouinciæ permittere non debet, delegatos à Principe aliter vti sua potestate, quæ in suis literis contineatur, & si formam illorum excedant, potest in eos animaduertere alleg. c. nobilissimus 97. dist. de off. deleg. c. cum in iure, & c. cum contingat de rescr. & quod Ordinarius possit resistere delegato quando vellet procedere in casu nō incluso in sua commissione, tenet Inn. in c. si quando de off. deleg. & ibi latè per Siculum, ad quod gl. singularis in c. ex literis eod. tit. quæ dicit, iudici volenti mandare exequutioni sententiā nullam, impune posse resisti ad quod l. prohibitum C. de iure fisci li.10. Ang. cons.182. & 275. ad quod etiam nota Bar. in d.l. prohibitum, & idem Ang. cons.219. dicit, quod aut Prelatus,
2 aut subditi non debent obedire falsis, aut iniquis literis de Cancellaria Pontificali emanantibus, vel Cæsarea, l.2. Cod. si cōtra ius, vel vtil. publ. & l. nec damnosa, C. de prec. Imp. offer. Immo & de facto potest resisti volentibus sub vmbra prædictarum literarum aliquā oppressionem cōmittere non data prius copia reclamandi, l. defensionis facultas, C. de iure fisci l.10. propterea dicit Bar. in præallegat. l. prohibitum, quod Cōmissarij debent suas commissiones priusquā illas exequantur, Curiæ Præsidis insinuare, quod bene seruatur in practica, & de hoc extant ordinationes Regiæ, & statuta synodalia quoad Curias ecclesiasticas, & nunquid punitio delinquentium exemptorum in Episcopi territorio, ad Epīscopum pertineat, vide Zabarel. in clem.1.n.16. de offic. ordin. & adde, quod licèt Archiepiscopus delinquat in Diœcesi sui suffraganei, non tamen poterit puniri ab ipso suffraganeo, nec similiter ligatur idē Archiepiscopus statuto sui suffraganei, gl. & ibi plenè Siculus in c.1. de raptorib. idem Sic. & Felyn. in c. cùm inferior de maiorit. & obed. secus autem si non esset superior, licèt sit maior, nā poterit puniri a minore, si delinquat in territorio, Anchar. in clem.1. de foro comp. Bald. in c.1. §. ad hæc de pace iura firm. & l. si quis seruo ad fin. C. de furt. Archid. & DD. in c. 1.3.q.6. vide per Felyn. in allegato cap. cum inferio.

Non obstat tex. in c. sane de off. deleg. quia procedit, & locum habet in causa delegata tantum, & non in alijs, vt tradunt DD. in rubr. ff. de off. eius, & Canonist. in rubr. de off. deleg.

RESOLVT. CDXXXII.

An Delegatus Apostolicus possit procedere extra ciuitatem, in qua deputatus fuit.

1 *Delegatus non potest procedere extra locū deputationis.*
2 *Redditur ratio conclusionis.*

TExtus apertus in c. statutum §. in nullo quoque de rescriptis in 6. probat non posse delegatum
1 Apostolicum procedere extra ciuitatem, vel diœcesim in qua deputatus fuit. Delegatio enim est stricti iuris, secundum Bald. in c. vnico, n.6. & seq. de mutuis petitionib. Alciat. cons.21.n.7. & 10. Rota diuers. in dec.8. p.2. neque in rescripto delegatorio locum habet extēsio de loco ad locum, vt probatur in cap. Petro, de off. deleg & propterea delegatū in vno loco, non posse in alio cognoscere, iuxta opinionē, secundùm quàm refert decisum Hartaman. lib.1. iuris obseruat. c.13. verba enim rescripti sunt ad vnguem seruanda, c. ad audientiam, vbi Bal. in 3. not. de rescriptis, cum rescriptū delegatorium æquiparetur mandato, cuius formā, ac fines diligenter sunt custodiendi, l. diligenter ff. mandati, latè Ias. in l. quod quis, in princ. C. de procuratoribus, & quicquid sit contra mandatum, est ipso iure nullum. l. cum contra C. mandati, facit quoque quia cum Delegatus non obtineat iurisdictionem, præterquam in loco suæ deputationis, consequēter extra illū procedere nequit ad tex. in l. extra territorium, ff. de iurisdict. omn. iudic. c. vt animarū de cōstitution. lib.6.
2 Et hæc conclusio ampliatur, vt neq; tacitus consensus ambarum partium sufficeret, secundum Monald. cons.92.n.3. vol.1. post Alban. in cons.60. nu.6. & seq. quare si citentur, & partes nō contradicunt, adhuc iudicium erit nullum, iuxta id, quod voluit glos. in d. §. in nullo, quam communiter approbari scribit Alex. cons. 10. vol.1. Merend. consil.22.n.3. Bomin. consil.21.n.29. & seq. vnde secundum Panormit. in cap. nonnulli de rescript. quem refert Nouiss. in sua praxi cap.69.n.15. circa mediam, Delegatus censetur deputatus in certo loco, vbi dignitas ipsius iudicis est expressa in rescripto, vt si dicitur Episcopo Nolano, videtur committi Nolæ, nisi diceretur in rescripto Auersæ, vel alibi moranti, quia tunc videtur committi in loco moræ. Fuit tamen à Sacra Congreg. rescriptum Archiepiscopo Neapolitano, quid agendum sit.

Finis tituli Praxis causarum delegatarum.

PRAXIS CRIMINIS HÆRESIS.

RESOLVT. CDXXXIII.

Quot sunt casus directè, & reductiuè ad Tribunal sanctissimæ Inquisitionis spectantes.

1 *Numerantur casus ad sanctissimæ Inquisitionis Tribunal pertinentes.*

REspondi nonnullos, vt patet ex congestis per Mauritium de Gregorio, & sunt videlicet.

1 Apostata à Fide primo debet puniri, quoniam est vel hæreticus, vel species hæresis, Alfons. de Cast. l. 1. c. 7. de iusta hæret. punit. & lib. 1. contra hæreses. c. 9. & quis dicatur apostata a Fide, vide Silues. in verb. apostasia §. 1. num. 4. quia est ille, qui in totum recedit à Fide, vt renegati, vide Pegnam comm. 74. super q. 49. in 2. part. director. Inquisitorum, & dicam inferius in vers. Renegati, vide Caiet. in summa vers. apostasia in initio.

Secundo, apostata à Religione potest etiam puniri ab Ordinario, quia est excommunicatus, Caiet. loco cit. & tanto magis si per annum perseuerat in tali excõmunicatione, vt dicã inferius, & isti apostatæ à Fide subsunt in Bulla Cœnæ Domini in prima clausula. Sed Apostatæ à Religione nõ includunt Apostasias à fide.

Alchimistę, direct. inquisitor. 3. part. c. de sig. negromant. & hæret. & ibi Pegna comm. 26. vide Rauenn. in tit. de crimin. fals. & Abb. in c. 2. num. 8. de sortil.

Adoratores Dæmonum, glos. in c. accusatus §. sane in vers. secus de hæret. lib. 6.

Blasphemiæ hæreticales, vt sunt omnes directè, vel indirectè cõtra articulos Fidei, vt dicere, *Puttana della Madonna*, quia est cõtra articulum, Ex Maria Virgine, *Cornuto chi crede à Dio*, est cõtra primũ articulũ, Credo in Deum, & similia directorium inquisit. 2. part. q. 41. vbi cõcludit hos debere abiurare etiã si calore iracundiæ, & in ludo, huiusmodi hæreticalia verba euomerint: quod probat ex multis iudiciale inquisit. in vers. blasphemia n. 66. quicquid dicat ibidẽ num. 61. Pegna scholia 48. in p. directorij inquis. Siman. de cat. inst. tit. 8. n. 2. Cast. c. 6. & 12. & qui profert verba hæreticalia in ludo, vel facetias punitur prout suspectus de hæresi, Sim. loc. cit. tit. 17. n. 22. & 23. & potest puniri pœna pecuniaria, eroganda locis pijs, Pegna com. 17. in 3. p. director. & 152. col. 1. eodem loco, & hic casus accidit in facto, qui dixerat in ludo, *Mal'anno habbi Dio, e tutta la Corte del Cielo, e cornuto chi ci crede*. ista blasphemia hæreticalis non solũ potest fieri verbis, sed factis, vt si quis deturparet sacras imagines, Cast. loc. cit. & verba hæreticalia manifesta sunt ea, quæ vel sunt contra articulos Fidei, contra Ecclesiæ determinationem, vel contra Sacramenta, vel sacram Scripturam, D. Tho. 2. 2. q. 11. a. 2. direct. inquis. 2. p. q. 2. Pegna ibi com. 6. Canus. lib. 12. c. 17. locorum Theologorum, Boer. dec. 301.

Baptizare mortuum ea forma, qua viuum habetur pro hæretico, Simanc. de catholic. instit. tit. 62. rubr. de sortilegis sub n. 3. similiter rebaptizare pueros, Cast. loco citato lib. 1. c. 13. Baptizantes imagines ad sortilegia. Cris. lib. 2. c. 2. n. 27. Pegna comm. 67. in q. 42. par. director. inquis. vbi dicit, sapere hæresim manifestam, Locatus loco cit. in verbo hæretici n. 31. casu 12. fol. 449. Silu. de strig. lib. 1. c. 1. pun. 2. cum alijs quamplurib. congestis per Farinacc. in tract. de hæresi q. 181. §. 1. num. 25. cum declaratione ibidem num. seq.

Campanarum spretores, clem. vnica de iudicijs. Et hic casus accidit in facto, dum quidam nocte Sabbati Sancti abstulerit martellum à quibusdam campanis, illud apponendo in arbore nucis. Et cũ sint tubæ Dei, & loco turbarũ veteris testamenti successerint, multa mysteria significant. Spec. lib. 1. tit. de camp. Silu. tract. de benef. 1. p. q. 5. n. 82. & infra. Ad quid deseruiant cãpanæ, vide Abb. Io. And. & alios in c. 1. de off. cust. Fusc. de visit. lib. 1. c. 14. Guliel. Durand. in rational. Diuin. lib. 1. c. 4. Rebuff. pract. benef. tit. de dimiss. n. 32. & campanarum despectio, siue contemptus est vnus de erroribus Turcharum, vt patet in dicta clem. & per extensum de erroribus Turcharum, & Saracenorũ, vide Direct. inquisit. 2. p. q. 20. & 21. & ibi Pegna comm. 45.

Celebrantes sub rebus prophanis aptis ad faciendũ sortilegia, adhibitis nefarijs precibus, & verbis superstitiosis, Grillan. de sortileg. q. 14.

Cædulones excommunicationum, quibus declarãtur aliqui excommunicati, deturpantes, sunt suspecti de hæresi: ita in facto refert decisum Romæ in casu contingenti in Curia Archiepiscopali Salernitana Pegna comm. 24. sup. 3. par. Direct. inquisit.

Carnes comedentes diebus prohibitis est exterum signum hæresis, quod suspitionem malæ credentię parit, idem Pegna comm. 24. in 3. par. direct. Zanchin. de hæret. cap. 35. num. 2. Campeg. Tell. in c. ad abolendam num. 2. de hæret. direct. inquis. 3. par. cap. de sig. externis iudaizantium Simanc. loco cit. n. vltim. vbi dicit sapere hæresim Luteranorum, c. de esu de consecrat. dist. 3. Ad cuius rei declarationem, vide Farinacc. in tractat. de hæresi quæst. 173. §. 2. num. 80. & prax. Archiepiscopal. cap. 23. sub num. 11.

Dæmones expresè, vel tacitè inuocantes, Simanc. loco cit. 63. num. 11. & 12. Bart. Spineus in apolog. 3. dist. cap. vlt. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 4. in corpore, & in expressa inuocatione, vel pacto adest idolatria, Siman. & Spineus locis cit. & subsunt Bullæ Cœnæ Domini in prima clausula. Sil. de strig. lib. 3. c. 1. puncto 2. Castren. lib. 1. cap. 15. quia inuocare Dæmonem, causat idolatriam, Locatus in vers. apostasia num. 9. & Spin. loc. cit. quamuis non semper petere futura à Dæmone, sapiat hæresim, quia naturaliter futura potest scire, idem Pegna schol. 50. super 2. par. Direct. inquis. quæst. 45. sequitur Locatus in dict. vers. apostasia num. 9. & Abb. in c. 2. num. 4. de sortilegijs, & vide prax. Archiep. cap. 23. sub n. 11. vers. item inuocare ac Farinac. in tract. de hæresi quæst. 181. §. 1. num. 5. cum plurib. seq.

Dubij in Fide, deest qui pertinaciter ita instituit dubitationi, quod nõ sint parati corrigi ad mandatum superioris cap. 1. de hæret. Silu. in vers. hæresis 1. num. 6. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 55. num. 3. Pegna in commentar. ad cit. c. 1. de hæretic. part. 2. Direct. inquisit. vers. Nec obstat si dicatur.

Dæmonem dicentes se tenere inclusum in phiala, seu in anulo, decipiuntur, cum ipsi Dæmones potius includant delictorum catena miseros homines, quàm e contra, ratio est, quia cum sint spiritus, non possunt loco corporeo contineri, Simanc. loc. cit. n. 3. D. Aug. lib. 21. c. 6. de ciuit. Dei, Pegna schol. 50. super 1. part. director. quia interuenit inuocatio, seu pactum expressum, vt supra, Silu. lib. 4. c. 9. pun. 3. de strig. licet interdum patiatur includi, vel ita fingat, vt sic persuadeat miseris personis ad eas facilius decipiendas, Farinacc. in tract. de hæresi q. 181. §. 1. n. 28. & 29.

Dæmonem inuocare ad tentandam pudicitiam mulieris si fiat verbis deprecatiuis, sapit hæresim, Pegna schol. 50. in 2. part. direct.

Dæmonem inuocare quis potest tacitè, & expresè Simanc. loco cit. tit. 30. num. 15. & tit. 64. num. 12. Silu. vbi sup. Cast. lib. 1. de iusta hær. punit. c. 14.

Disputantes laici publicè, vel priuatim de Fide, possunt excommunicari ab Ordinario, cap. 2. §. inhibemus, de hæret. lib. 6. Castren. loco cit. lib. 1. cap. 19.

Eucharistia abutentes in sortilegijs sunt suspecti de hæresi quicquid dicat Grill. cap. 10. n. 7. cum seq. de sortileg. nam hoc clarè asserit glos. citata in c. accusatus §. sane in ver. saperent de hæretic. lib. 6. Castr. libro 1. cap. 13. & vide Anchar. in d. §. sane num. 2. & Farinacc. in prax. crimin. tit. de delict. & pæn. quæst. 20. n. 83. & in tract. de hæresi cit. q. 181. n. 19. subdens in fin. quod sic abutentes sacratissimo Altaris Sacramento Curiæ seculari traduntur.

Expectare responsa à Dæmonibus, hæreticum est ex bulla Sixti Quarti edita anno 1473.

Fascinatio faciens videre aliter, quam sit.

Fumigationes, vel thura offerens Dæmonibus, est hære-

hæreticus,gl.in d.§.sane,in versic.saperent, Castr.lib. 1.cap.13.de iust. hæret. pun.

Fautores Hæreticorum, qui dicantur, & qui receptatores,defensores, vide Castr. loco cit.c.17. Caiet.in verſ.excommunicatio cap.1.

Facientes breuia cum characteribus, seu literis ignotis,Silues. in §.10. Ang. eodem verſ. num. 1.& 7. Armill.in verſ.sortilegium num.3. Caietan. in summa verſ.superstitio 2.Farinac.alios citans in d. quæst.181. §.1. n. 30. idem de dicentibus, seu recitantibus quasdam orationes pro sanandis infirmis de quibus per Nauarr.de hor.can.cap.6.num.48.Mall. malef.q. 1. c. 16.fol.279.part.2.

Hostiam non consecratam,pro consecrata sumere, vide Anchar. in d. §. sane num. 2.

Imagines sacras deturpantes,vel spuentes,blasphemia est hæreticalis,actu similiter fustigare,vel conculcare eas, Cast.lib.1.cap.12.Simanch. loco cit. 33. à n. 17.& infra Boer.dec.301.num.16. & 17. & infra, vide Hern.in cap.de statu,& consuetud. conc. num. 28. vel percutere, & hoc accidit Neapoli in facto de mense Ianuarij 1592. vbi quidem miser percussit pugione imaginem Deiparæ, & fuit per iudicem laicum manu truncatus, & vltimo supplicio condemnatus.

Imagines cereas,vel huiusmodi fabricantes,quibus malefaciunt personis, & in intimis puncturis eas cruciant,vel ad prouocandum,& alliciendum animum alicuius ad amorem, an sit hæreticum vel superstitiosũ vide Repertor. inquisit. in verbo Magica verſ. 2. Farinacc.d.q.181.§.3.num.83.Castr. loco cit. Simanc. tit. 30.num.18.Anch. in d.§. sane. cap. accusatus num. 2.

Inquisitores possunt procedere contra maleficos,& incantatores, & superstitionum obseruatores, Alexand.VI.Bulla 12.fol.148.Adrian.VI.Bulla 5.fol.277. similiter contra Astrologos iudiciarios ex Bulla Sixti V. edita anno 1586.

Impedientes ne Inquisitor, seu Ordinarius fabricet processum contra inquisitum hæreticum, est excommunicatus,& potest puniri vt hæreticus, cap. inquisitioni de hæret. lib. 6. de incantatoribus, seu ciaraldis vide Angel.in ver.superstitio,n.8.D. Thom.2.2. quæst. 96.art.4.ad 2.Nauarr.in man.cap.11. num.31.

Libros prohibitos habentes,vel tenentes,si sunt hereticorũ, subsunt Bullæ Cœnæ Domini in prima clausula, & potest inquiri contra eos tamquam suspectos de hæresi ex Bulla Pij IV. posita in indice librorum prohibitorum,& sunt excommunicati vltra Bullã, per regulam decimam indicis in vltim.& aliam Bullã,quæ est 98.fol.282.Pegna comm.3.super c.4. in 2.p. direct. Inquisitor.& vide prax.Archiepiscop.cap.23.num.12.

Maleficia,vbi interueniunt Sacramenta, vel sacramentalia,faciunt violentam hæresis suspitionem,Martin.del Rio de disquisition.Magic.lib.5.sect.15. versic. Diuo tertio Franc. Suarez de statu Religion. lib. 2. c. 19.rubr.de superstitione num.10.verſ.item crescit hæc suspicio, & de immiscente oleum Sanctum vide Tolet.instruct.Sacerdot.lib.4.cap. 16. num.6.

Matrimonium contrahentes, cum sint vel voto solemni astricti, vel in sacro Ordine constituti vltra excommunicationem, quam incurrunt ipso iure, clem. 1.de consang.& affin.Castr.loc.cit.c.1.Simanc. de cathol ic.institut.tit.40.rub.de matrimonio. Diaz pract. crimin.can cap.74.Abb.in c.de homine num 7. de celebrat.Miss.Farinac.in tractat.de hæresi q. 183. §.6.n. 72.cum limitationibus de quibus num.75. & seq.

Maleficia per capillos,ferramenta,clauos,lapides, sulphur,& alia huiusmodi,quæ euomentur ab ore maleficiorum,fiunt arte Dæmonis, Grill.de sortileg.q.3. num.27.Martin.del Rio de disq.Magic. lib.3. par.1.q. 4.sect.6.

Negromantici,Geomatici,Arcomantici, Piromantici,& Chiromantici, quia sæpè arte dæmonum vtuntur possunt puniri vt suspecti, & si non vt sic, subsunt iurisdictioni Ordinariorum,Castr.loco cit.13.& 15. ita etiam Diuinatores, Aruspici, Arioli, & similes.

Pocula amatoria fabricantes, si interueniunt Sacramenta,vel sacramentalia,faciunt suspectum de hæresi,Pegna,in commentar.68. verſ. Rursus id quoq. ad q.43.in 2.par.direct.Grill.de sortileg. q.12. n.2. & inf. Cast.loco cit.c.15.cir. fin. Locatus in verſ. apostasia, n.6. & vbi non miscentur sacra prophanis,potius sunt superstitiosa,quam hæretica,Simanch. loco citato tit. 30. n. 18. Silu. de poculis abortiuis, Grill. loco cit. & quomodo puniatur in Regno vide const. Regni amatoria.&c.tit.de pocul.amator.

Renegati,qui & apostatæ dici possunt, subsunt foro ecclesiastico,Farinacc. de hæresi q. 183. n. 11.& cum redeuntibus ad Ecclesiæ vnitatem quomodo sit agendum,vide Cast.lib. 1.c. 23. sed distinguere oportet,& potest esse casus practicabilis, maximè in terris maritimis,vbi capiuntur sæpè Christiani à Turcis, & Mauris,& interdum coguntur abnegare Fidem, postea reuertuntur,vel quia fugiunt,vel redimuntur, petitur an possint absolui à suis Ordinarijs? & videtur, quod nõ, quia subsunt primæ clausulæ Bullæ Cœnæ Domini, tamen si hoc faciunt timore mortis,cadente in constantem virum,nec spontè, nec ex animo, sed tantummodo exterius, tunc non sunt excommunicati, nec hæretici,& sic ab Ordinarijs absolui possunt, Silu. in ver.apostasia num.4.Astens.lib.2.tit.19.q.50.licet direct. inquis.3.par.q.4.num.8.dicat,non excusare metum,tamen Pegna ibi comment.66.lit.C.dicit, quòd sic Silu. in verſ.hæresis,num.9.de quo late per Farinac. in tractat.de hæresi q.183.§.3.per tot.

Speculum si inspiciatur a puella,vel phiala à puero cum candela,& aqua benedicta,& dicente aliqua verba pro inueniendis furtis, vel ad scienda secreta, sapit hæresim manifestam; Lucerna inquis.in ver. diuinatio, Barb.cons.55.vol.1.

Supplicationem facientes ad sanãdum morbos adiunctis aliquibus verbis,etiam cum Aue Maria,& Pater noster,miscẽdo aliqua superstitiosa, puniri possunt ab Ordinarijs,Caiet.in sum. in versic. incantatio can. non obseruatis,can.illud 26.q.2. Simanc. in tit.63. nu. 19.& 33 Pegna comm.65. in 2. part. director. super q. 42.littera C. Grill.de sortileg.quæst.6.num.21.

Sortilegia,& maleficia, quæ licet non sint sub iurisdictione Inquisitoris, tamen subsunt iurisdictioni Ordinariorum Castr.loco cit.cap.13.& 15.& Abb.in cap. 1.num.4.de sortileg.

Suspecti de hæresi,& quinam dicantur, vide Pegnam com.24.super part.3.director.inquis.& Simanc.tit.50. num.24. & 30. vt afficientes contumelijs Religiosos, vel eos verberantes: malè sentientes de cærimonijs ecclesiasticis,& ritibus, cõtemnentes censuras ecclesiasticas, periuri, incestuosi, qui facile commiscentur cum fœminis consanguineis,affinibus,commatribus, monialibus, & alijs, hoc debet intelligi vel cum alijs adminiculis, vel de leui suspicione, & imponitur his abiuratio,Simanch.tit.10.n. 21. Pegna comm. 4. in 3. part.director.& comm.24.& 49.super q.34. in 2. part. direct.& com.62.ibidem, & omnis præcisus ab Ecclesia,de quibus vide Farinacc.de hæresi q. 178.§.2. num. 77.cum seq.

Superstitiosi sortilegi omnes possunt puniri ab Inquisitoribus,vel locorum Ordinarijs,Simanc.& Castr. in loc.cit.

Strigiæ, seu lamiæ, subsunt inquisitoribus, & locorum Ordinarijs,Sil. in toto opere de strig. & in summ. in ver.hæresis 3.& Bart.Spin. in apolog. de hac materia,& Grill.de sortileg.q.7. Franc. Ponzib. in tractat. de lamijs.Cast.lib.1.cap.16.per tot.

Thesaurum quærentes artibus magicis, & sceleratis, l. nemo, C. de malef. & mathem. Grill. in cit.

tract. q. 3. num. 12. Rebuff. quæ sunt reg. num. 90.

Vsuras negantes esse peccatum cler. 1. §. fin. vbi Zabarel. quæst. 19. de vsuris Castr. lib. 14. aduersus hæreses in verbo vsura, Thomas Triuis. dec. 35. n. 7. lib. 2. & vide Farinac. declarantem in tract. de hæresi q. 178. §. 3. num. 85. & infra.

Vtentes Eucharistia tam in corpore, quam in sanguine Domini nostri, fumigationibus ad ipsum dæmonem, maleficijs, vbi interueniūt Hæretici, vel opus dæmonum ad sciendum secreta cordis, & ad scienda futura, quæ naturali via sciri nequeunt, consulere dæmones, & alia huiusmodi, Locat. in ver. diuinatio, n. 4. Castr. lib. 1. c. 15. latissimè Farin. alios congerens in fæpius citata q. 101. §. 1. à num. 6. vsque ad 10.

Xenofegijs vtentes, iudaizantes, & contra cærimonias nostras.

Animaduertendum, quod nōnulli sunt casus in hoc cap. congesti, qui non ad inquisitores, sed ad Ordinarium spectant, præsertim inuocantes tacitè dæmones, prout est videre apud Doctores in eodem cap. allegatos, & quoad Alchimistas, vide Pegnam in loco iam citato. Sic etiam non omnes casus desuper expressi faciunt aliquem suspectum de hæresi; sed aliqui. & ideo prout est casus ac suspicio, ita iudicandum erit.

RESOLVT. CDXXXIV.

An dare pocula amatoria sapiat hæresim.

1 *Dans pocula amatoria, quod non possit puniri de hæresi, probatur ex duobus, & num. 2.*
3 *Constituūtur tres cōclusiones pro quæstionis dilucidatione.*
4 *Dans pocula ad effectum tantummodo captandi amorem alicuius puellæ, tunc non sapit hæresim, & magnus est amoris affectus.*
5 *Iræ, & concupiscentiæ Veneris homines transmutant, & insanos faciunt.*
5 *Amor est furor, & de iure canonico vocatur quoque furor, & consequenter quidquid sit eius causa, non debet puniri, num. 9.*
7 *Amor formæ rationis obliuio est.*
8 *Mulier non dicitur infamis, & turpis, quæ ex nimio amore suo amanti copiam facit.*
10 *Amor omnibus dominatur.*
11 *Inuocans dæmonia ad amorem mulierum prouocandum non dicitur hæreticus, sed potius superstitiosus.*

DVbitationem faciebant infrascripta pro opinione negatiua.

1 Primo, quia crimen est aliud per se, & alia pœna punitur, quam pœna hæresis, qui dat poculum amatorium, leg. si quis aliquid §. abortionis ff. de pœn. & l. 4. §. sed & id C. de malef.

2 Secundo, quia, quāuis talis grauiter delinquere videatur, nō tamen alicubi reperitur, quod dicatur hæreticus, secundum Alber. in rubr. C. de hæretic. n. 11.

3 Cæterum pro quęstionis dilucidatione est notandū, quod dans pocula huiusmodi ad effectum tantummo-
4 do captandi amorē alicuius puellæ, tūc non sapit hæresim, amoris enim affectus magnus est secundū quod scribit Vignate de hæret. q. 18. Vnde in §. illud in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. dicitur, nihil furore amoris vehementius, & Arist. in 7. Ethicor. dicit, quod iræ, &
5 concupiscentia Veneris homines transmutant, & insanos faciunt, per quas considerationes dicit Alber. loco sup. cit. determinatū fuisse à Curia Romana, quod talia potius essent adscribenda furori, quàm hæresi, arg. text. in l. diuus ff. de offic. Præsid. l. infans ff. ad l. Corn. de sycarijs, & ita dicit fuisse determinatum in dicta Curia Romana in personam cuiusdam Ioannis de Pertinaco militis, quem Inquisitores suspicabantur hæreticum. Vnde Virgilius lib. 4. Æneidos ait,

Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.

Et Ouidius in Epistola Helenæ ad Paridem.

Qua licet, & possum, luctor celare furorem.

6 Et de iure canonico, hic affectus vocatur quoque furor, probatur in c. cum in iuuentute de præsumpt. & D. Hieronymus de hoc affectu ita scribit in lib. 1. ad-
7 uersus Iouinianum, Amor formæ rationis obliuio est, & insanię proximus fædū minimeque conueniens animi sopiti vitium, turbat consilia, altos, & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus, ad humillimas trahit: quærulos, iracundos, temerarios, durè imperiosos, seruiliter blādos, omnibus inutiles facit. Hæc ille. Huc spectant pleraque alia in eandem sentētiam relata per Tiraq. tract. de pœn. tēper. aut remitt. caus. 4. & per Menoch. lib. 2. de arbit. iud. cent. 4. cas. 328. Si quis ergo amoris furore perturbatus, videlicet offensione, aut zelotipia, aut desperatione, aut nimio desiderio aliqua dixerit, vel fecerit hæreticalia, defendi quā-
8 doque poterit, & excusari, ne hæreticus esse credatur. Ita Ambros. in d. q. 19. sequutus Albericum loco cit. & Simanch. de cathol. instit. tit. 17. num. 43. Vnde Io. Faber in §. foror instit. de inoff. testam. voluit, mulierem infamem, & turpem personam dici non posse, quæ ex nimio amore, suo amanti copiam facit, & ob id à testatore iustitui posse etiam suis fratribus, vel sororibus præteritis, per text. in l. fratres, C. de inop. testamen. secundum Menoch. loco citato, cum amor sit furor, igi-
9 tur quicquid sit eius causa, puniri non debet, sequitur Boer. decis. 23. n. 75. & 76. Neuiz. in sylua nupt. n. 109. lib. 1. Vnde Catullus in nuptijs Pelei, & Thecitis.

Heu miserè exagitans in militis corde furorem.

Et plato lib. 3. de republica. *Voluptate venerea nulla vehementior, nulla furiosior.* Et Cic. lib. 4. Tuscul. quæst. *Maximè admonendum est quantus sit furor amoris, & om-*
10 *nibus perturbationibus nulla vehementior.* Et amor omnibus dominatur. vnde Propertius lib. 2. ad Cinthiā,

Libertas quoniam nulli iam restat amanti,
Nullus liber erit, si quis amore volet.

Et secundum D. August. lib. 10. de ciu. Dei, quam sequitur D. Thom. in 2. 2. q. 96. vbi inuocans dæmonia ad
11 amorem mulierum prouocandum, non dicitur hæreticus, sed potius superstitiosus.

Et huic primæ conclusioni spectandū est, an in prędictis poculis amatorijs misceantur Sacramenta, vt Hostia cōsecrata, vel sanguis Domini nostri Iesu Christi, aut res sacramentales, aut aliter sacræ, vt Reliquię Sanctorum, Agnusdei, aut alia huiusmodi, quæ recenset Grilland. tract. de sortil. q. 10. hęc inquā si misceantur poculis amatorijs operantem reddūt de hæresi suspectum, interrogandusque est ab Inquisitoribus diligenter, quid de his sentiat, nam si crederet liberum arbitrium ab his rebus cogi posse, tunc non modo suspectus, sed etiam verè hæreticus censendus est, nisi resipiscat, ac desistat pertinaciter taliter sentire, ita Alfos. Castr. lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 15. circa finem.

Si verò nihil huiusmodi in amatorijs poculis misceatur, & dæmones inuocentur ad hunc finem, vt flectant animum alicuius ad libidinem, nec interueniāt verba deprecatiua, sed potius imperatiua, tunc talis inuocatio, & poculi amatorij propinatio non sapit hæresim manifestam, quia tunc dæmon inuocatur ad id, quod sibi conuenit, nec naturam suam excedit, videlicet ad tentandum, ita Io. And. in addit. ad Spec. tit. de sortileg. in rubr. idem in c. accusatus §. sane de hæret. & ibidēm Gemin. Franch. & alij Ambros. de Vign. d. q. 18. & Carrerius tractat. de hæretic. nu. 23. vbi alios citat. in eandem sententiam.

Illa verba quoque spectanda sunt, quibus fit hęc inuocatio, an videlicet sint imperatiua, vt iubeo, præcipio, impero, constringo; & similia, an verò sint deprecatiua, vt precor, oro, obsecro, obtestor. & alia huiusmodi, nā si inuocatio fiat per verba imperatiua, nulla

tunc

tũc hęresis interuenit manifesta, vt optimè ex Oldrad. docet Heymericus in direct. p. 2. q. 43. sin autem fiat per verba deprecatiua, tunc hæresim manifestam saperet talis inuocatio, ita præter Heyemericũ loc. cit. tenet auctor repertorij inquisit. verb. dæmon. §. si enim dæmones, & Locatus in opere iudiciali, verbo apostasia, n. 7. vers. si verò dæmones, & vide Farinac. in tract. de hæresi q. 181. §. 3. num. 87. & 88. Dicit tamen Pegna in commentar. ad Amb. de Vign. in ead. q. 18. quod in poculis famatorijs cum inuocatione Dæmonum propinatis considerandа est persona ipsa, quæ talia exercet sortilegia.

RESOLVT. CDXXXV.

Sortilega semel abiurata, & fustigata reincidens, an sit torquenda.

1 *Facti species.*
2 *Incantatores dicuntur necromantici.*
3 *Incantatores grauissimum scelus perpetrant.*
4 *Incantatores dicuntur malefici.*
5 *Inuocãtes olim dæmones, dicebãtur idolatræ, & hæretici.*
6 *Tormentis subijciuntur malefici.*
7 *Malefici dicuntur semper malum facere.*
8 *Tortura ex præsumptionibus datur maleficis.*
9 *Sortilegus post abiurationem reincidẽs, dicitur relapsus.*
10 *Relapsus quis dicatur.*
11 *Qui habet conuersationem cum dæmone, reputatur eiusdem naturæ contra Deum.*
12 *Qui abiurauit, & postea conuersatur cum hæreticis, dicitur eis similis.*
13 *Tortura continet quinque species.*
14 *Tortura leuis, non est propriè tortura.*
15 *Confessus delictum propter minas, non dicitur confessus per torturam.*

EX conf. Grillanz. 116. hæc habentur. Quædam mulier alias commisit incãtationes, cum' inuocatione dæmonum, & cum quodam malign⁹ spiritu cõsuetudinem habuit, quẽ retinebat in ampulla, & in eisdẽ
1 delictis, pro quibus fuerat fustigata, & bannita, postea reincidit, & in carceribus retenta, eadem confessa est, simulatè tamẽ, ad inducẽdas mulieres ad amorosa incãtamenta, & vt apud eas famã acquireret: vnde quęritur, an sit torquenda, pro veritate habẽdaan scilicet ad amorẽ tãtũ, vel in dæmonẽ crederet etiã ad futura?

In præsenti quęstione tria sunt cõsideranda, Primo, an dicta sortilegia, simulata incantamenta, an realia fecerit? Secundo, an inuocatio dæmonum fuerit solum ad prouocandum amorem, an verò ad futura sciendum? Tertio, effectum consuetudinis cum dæmone, ad quorum dilucidationem aduertendum est, quod in-
2 cantatores necromantici dicuntur, cap. hoc mirũ 26. q. 5. & qui huiusmodi scelus sequuntur, grauissimum
3 crimen dicuntur perpetrare, ad Bald. l. 3. versic. secundo nota. C. de Episc. aud. quos Imperat. appellat ma-
4 leficos, l. nemo, C. de malef. & mathem. alias enim tam isti, quam inuocantes dæmones, dicebantur idolatræ, & hæretici, & de idolatris habemus text. in
5 cap. sortes 26. q. 2. & de hæret. in cap. accusatus, §. sane, cum glos. in verb. saperent, de hæret. in 6. & in
6 cap. Episcopi, ead. causa 26. q. 5. in quo crimine quilibet etiam in dignitate subijcitur tormentis, l. & si exceptа, §. 1. ad fin. C. de malef. & mathem. talia enim
7 exercentes, semper ad malum dicuntur facere, ex D.
8 Thom. in 2. 2. q. 95. art. 1. ad finem, vnde in similibus atrocioribus delictis de facili proceditur ad torturam nedum præcedentibus legitimis indicijs, sed ex præsũptionibus, immo ex solis suspitionibus, vt post multa tenet Bos. in sua pract. tit. de indic. & consid. ante tort. num. 202. sed ista rea fatetur commisisse incantationes, & inuocationes, si ex auctoritate D. Thomæ præsumitur ad malum, erit torquenda super habenda veritate, an ad malum, & ad quod malum talia commiserit? Et hoc ideo corroboratur ex dictis Franc. & Domin. in d. cap. accusatus, §. sane, Franc. enim n. 2. & Domin. num. 6. dicunt, quòd qui vt sortilegus abiu-
9 rauit hæresim, & postea eadem committat, est relapsus & pœnam relapsi meretur: verùm Domin. ex opinio-
10 ne Lap. distinguit inter eum, qui credit, dæmonem talia posse auctoritate propria, & reputatur relapsus, & in pœnam relapsi est puniendus, sed si non credit ea posse, & solum inuocauit ad ea, quæ regulariter dæmon tentat ad inducendum hominem ad peccandum, tunc secus: ergo torquenda erit ista mulier, ad eruendam veritatem, & tanto magis cum habuerit postea
11 conuersationem cum dæmone, ex qua dicitur esse eiusdem illius malignitatis, & naturæ erga Deum, d. c.
12 accusatus §. ille quoque, vbi dicitur, quòd ille qui semel abiurauit, si postea cum hæreticis cõuersatus fuerit, dicitur eis similis, & in pœnam eorum condemnari debet, & sic dicendum est, quòd sit locus torturæ.
13 Et quia DD. distinguunt inter leuem, & atrocẽ torturam enumerando quinque species, quarum prima dicitur esse comminatio. Secunda conductio ad locũ, tertia ligatio, quarta eleuatio, quinta squassatio, & aliqui dixerunt, quod illæ tres primæ species continẽtur sub vna tantum specie, ego loquor de vera tortu-
14 ra, nam leuis non est dicenda tortura propriè, vt notat Ghirland. quæst. 5. num. 4. nam ille, qui ductus ad
15 locum torturæ, & ob minas confitetur delictum, non dicitur fateri per torturam, sed sponte, secundum Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 64. vers. Nunc de grad. torturæ. Ex quibus mea quidem sententia, sine veritatis præiudicio, ista sortilega erit eleuanda, & squassanda, nisi prius fateri deliberauerit.

RESOLVT. CDXXXVI.

Beneficium hæretici, an possit conferri per Ordinarium, hæretico non citato.

1 *Potest conferri beneficium incidentis in hæresim ipso inaudito.*
2 *Non vacant ipso iure beneficia hæreticorum, nisi per sententiam, & priuationem, secũdum sententiam aliquorũ.*
3 *Amplia id procedere in apostata, quia plusquam hæreticus est.*
4 *Amplia procedere etiam in filijs hæreticorum.*
5 *Amplia quoque procedere in beneficijs, quæ fuerint ad preces hæreticorum impetrata.*
6 *Beneficia hæreticorum vacant ipso iure.*
7 *Nemo debet priuari possessione, nisi citetur.*

1 REctor cuiusdam Cappellæ in Ciuitate quadam incidit in hæresim, vnde fuit dubitatum an ipsius Rectoriæ beneficium possit conferri ipso inaudito, & non citato, & respondi citationem minimè esse necessariã ex eo, quod beneficiũ ipso iure vacat c. ad abolendã §. 1. ibi, *& sit omni beneficio spoliat.* vbi notat gl. de hæret. tradit plenè Rebuff. in prax. tit. de modis admittendi beneficium n. 4. vsq; ad n. 23. Greg. Tholos. de benef. c. 26. n. 5. Diaz in sua prax. crimin. c. 114. n. 2. & ibi Salzed. illius additionator, vbi plures allegat contrariam sententiam tenentes, scilicet, quod non vacẽt ipso iure beneficia hæreticorum nisi per sententiam, & priuationem, sed primam etiã opinionẽ tenet Clar. in prax. crimin. §. hæresis n. 14. & in §. fin. q. 75. num. 7. vers. item clericus hæreticus, eandem etiam sententiã amplectitur Pegna in commentar. ad director. inquisitorum commentar. 112. & paulo diligentius rem contemplando, Fel. in c. Rodulphus de rescriptis, & in cap. cum non ab homine de iudic. & seq.

3 Amplia à fortiori procedere supradicta etiam in apostata à fide, quia plusquam hæreticus est Rebuff. in prax.tit.de modis admittend.benefic.num.47. & de hac vacatione vide constitutionem 29. Pij V. Cum ex apostolatus, & constitutionem 68. Gregorij XIII. in Ecclesijs.

4 Amplia secundo procedere etiam in filijs hæreticorum quorum beneficia vacant etiam ipso iure Lupus de Regno Nauarr.5.par.§.8.Couar. lib.2. variar. c.8. num.4.vers.cæterum, quod filij hæreticorum, Diaz c. 114.vers. quinimo filij hæreticorum Clar. in §. heresis num.14.Rebuff.in prax.tit.de mod.amittend. benefic. num.25.& Simanc.de catholic.instit. cap.29. num.20. Guttierez in quæst.canon.30.ex num.37. lib.2. Menoch.de præsumpt. lib.5. præsumpt. 33. à num. 16. vsque ad fin.

5 Amplia tertio procedere etiam in benefitijs, quæ fuerint ad preces hereticorum impetrata,per text.expressum in c. 2. §. ad hæc de hæret.lib.6.ita Gonzalez ad regul.de mensibus glos.15.num.68.

6 Quare cum ex supradictis euidenter ostensum sit supradictorum beneficia vacare ipso iure nõ est dubitandum minime requiri citationem, quam opinionem consulendo sectatus est Grillenzon.in cons.60.

7 Non obstat tex.in cap. licet Episcopus de præbend. in 6.cum alijs similibus,quia loquitur de possessione, scilicet, quod nemo debet priuari possessione, nisi citetur.

Nec obstat dictum Speculatoris in §.1.ad fi.de execution.sentent.cuius dictum fuit Innocen.in cap.qualiter il 2. de accusat. quia loquitur de priuationibus, quæ fiunt per sententiam,& non ipso iure,in quo casu loquitur etiam Rot.Rom.in decis.86.in antiqu.

RESOLVT. CCCCXXXII.

An suspitio hæresis oriens ex retentione librorum hæreticalium procedat in hæredibus, qui non perquisierunt omnes angulos domus defuncti,penes quem erant scripturæ suspectæ.

1 *Retinentes libros hæreticorum puniuntur tamquam hæretici, & quod huiusmodi librorum retentio sufficiat ad plenam probationem probatur ex duobus, numero 2. & 3.*

4 *Limitantur supradicta in duobus casibus, num. 5. & 6.*

1 COnsultus in proposito casu respondi, quod licet libri hæreticorum, sint apud aliquem reperti,is tanquam hæreticus punitur,imo propter ænormitatẽ tanti criminis hoc videtur sufficere ad plenam probationem.Archid.Ioan.Andr.& Domin. in cap. filij, vel hæredes de hæretic. lib. 6.& idem Archid. in cap. fin. 24.q.2. Anania in cap. Episcopus de hæretic. Roman. singular.323.incip. eo ipso, Hippol. in l. qui falsam n. 106.fi.de falſ.& in pract. criminal. §. diligenter n. 92. Roias de hæretic.singular.124.

2 Mouentur per tex.in l.maiorem C. de falſ. vbi probatur,quod qui habet penes se falsam scripturam,præsumitur falsarius, nisi ostendat à quo tale instrumentum habuit.

3 Secundo per tex.in cap.1.5.q.1. vbi Archid.qui vtitur his verbis.Item qui libros hereticorum suscipiunt, dico suspectos, & eis est purgatio indicenda, quia si statim eos destruxerint incendio,vel alio modo,credo innoxios iudicandos.

4 Supradicta tamen limitantur dupliciter, quæ omnes limitationes possunt applicari ad excusandum benemeritum clientem tam à suspitione, quam à pœna.

5 Prima limitatio est,quando libri hæreticales reperti essent apud virum doctum, syncerum, & nullatenus suspectum de reatu hæresis, cap. damnatus de summa Trin. sic Anan. in cap. si quis Episcopus de hæret. Archid.in cap.filij eod.tit.in 6.vide Royas singular.124. Menoch.de arbitrar.iudic.casu 374. nu. 12.& Burſat. consil.344.vol.4.Hieronym. de Monte var. quæst. iur. quæst.13.nam crimen hæresis solo animo contrahitur, deinceps consumatur intellectu, & voluntate. Vnde plerumque in Sancto officio delatus, & processatus eam ob causam interrogatur in tormentis, aut torquetur super intentione citra præiudicium conuicti,& confessi,Calder.consil.5.de hæretic. decis. Perusin.38. & seq.par.2.Albertin.de agnosc.asser.hær.q. 28. n. 14. cum seq.Vnde contra retinentes huiusmodi libros hæreticales prodierunt pleræque pœnæ vltra excommunicationis gladium, ex constit. Summorum Pontificum,præcipuè Pauli IV.& Pij V. de quibus facit mentionem Burſatus cons. 90. num.10. & seq. vol. 1.

6 Secunda limitatio est in eo, qui ignorabat apud se esse libros hæreticales, prout erat in casu de quo verba facimus.Vnde idem Burſat. loco cit. voluit, quod vt retentio librorum constituat quem suspectum de hæresi,duo potissimum requirantur, videlicet scientia quæ arguitur ex publicatione, ex edictis, & aliter, & quod præfati libri sint damnati pro hæreticis,sequitur Graff.cons.2.de hæretic. Simanc. de catholic. institut. titul.39. num.19. prout similiter dicitur de retentione chartarum cum caracterib. incognitis, Costa de facti scientia distinct.33.centur.1. prout in simili dicitur de rebaptizante puerum, quia si id ignoranter contigerit,non arguitur hæresis manifesta, secundum Menoc. de præsumpt.lib.6.præsumpt.6.n.8.per regulam tex.in cap. vnic. de ordinat. per saltum, vbi non intelligitur quid iteratum,quod factum fuisse ignoratur, baptizãs autem scienter imagines, vel chartas, quas secundum Cost.loco citat. num.7. inerudita plebs virgineas pelliculas appellitat, in manifestam hæresim prolabitur. Vide tamen ad propositum Nauarr.cons.5.de hæreticis,Azor.instit.moral.part.1.lib.8. cap.16. Farinac. de hæresi quæst. 180. num. 8. & sequent. prax. Archiepiscopal.cap.23.num.12.vbi num.seq.habes,quid dicendum de detinentibus scienter pentacula, quibus negromantici vti solent.

RESOLVT. CCCCXXXVIII.

An Religiosus, qui abiurauit de leui, sit inhabilis ad Prioratus, & alia officia suæ Religionis.

1 *Religiosus abiurans in iudicio hæresis propter vehementem suspitionem, quod sit inhabilis ad quælibet officia suæ religionis probatur ex tribus num. 2. & 3.*

4 *Infames repelluntur à dignitatibus.*

5 *Contrarium tenet auctor ex duobus num. 6. & 7.*

8 *Respondetur contrarijs.*

1 COnsultus respondi Prouinciali cuiusdam religionis, in hoc articulo dubitationem mihi facere pro opinione affirmatiua nonnulla.

2 Primo, quia speciale est in crimine hæresis, vt purgatus, etiam post purgationem remaneat suspectus, ratione scandali,vt notat Host.in cap.inter de rescrip. Butr.in cap.ex tuarum de purgatione can.Panorm. in cap.testimonium num.2.& ibi Felin.n.22. de testibus.

3 Secundo quia præfato religioso obstat suspitio recidiuæ,ad reg.semel malus de reg.iur.

Tertio,quia condemnatus ex causa criminis publici,cuiusmodi est hæresis c.ius publicum distinct. 1. incurrit infamiam etiam post pœnam persolutam, cap. infames §. porro 3.quæst.7.Specul.in tit.de testament. §.1.num.85.& in tit.de sentent.§.2.num.10.& infamis

4 non potest consequi dignitates,cap.infamibus,de reg. iur.

iur.in 6.Bald. in verb. Canonicatus in margar. Farin. in sua pract.crimin.par.1.tit. de delict. & pœnis q. 23. num.26.& seq.& proinde ex supradictis videbatur dicendum præfatum religiosum non posse aspirare ad Prioratus,cum sit dignitas ad text.in cap.quamuis de verb.sign. & clem. & si principalis de rescrip.

5 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium dixi, motus ex pluribus.

7 Tum primo, quia per sententiam iniungebatur abiuratio dumtaxat supradicto religioso, priuabantque illum administratione Sacramentorum,igitur non potest extendi ad inhabilitatem,argumento regulæ odia de reg.iur.in 6.maximè cum sententia sit stricti iuris, nec plus operetur, quam de necessitate ex ea inferatur,Bart.in l.Iulianus num.5.ff.de condit. indeb. Alex. cons.18.& 164.num.2. lib.7. Dec.cons.43. num.4. per tex.in l.si Iudex ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris cum similibus,idem tradit Dec. in l.1. num. 50. in fin. ff.de off.eius,vbi allegat tex.in l.si inter me ff.de except. rei iud. in fin. quod si sit iudicatum rem non esse meam, non per hoc videtur iudicatum, quod sit tua, quia stant simul ista,quod non sit mea,nec etiam tua, & sic datur medium,Caputaq.in decis.148.n.5. par.3.

7 Tum secundo, quia suspecti de hæresi, debent suspendi ab officio, & etiam à beneficio propter criminis immanitatem, donec se purgauerint purgatione vera,& recepta beneficia eis restituenda sunt, d. cap. inter. vbi Abb.col.2. notat effectum purgationis purgatiuum,vt absoluatur,& restituantur beneficia,quia est tantum suspensio propter suspitionem hæresis, non priuatio,propter hæresim,iuxta cap. cum secundum, de hæret.in 6.& Rota in vna Gadicensis Canonicatus coram Comitulo 20.Iunij 1587.vbi latè probatur non potuisse Capitulum Cathedralis denegare possessionē Canonicatus cuidam, qui ante viginti annos publicè pœnitentiatus abiurauerat de vehementi ex sententia Inquisitorum hæreticæ priuitatis,nulli enim Canones inhabilitāt ad beneficia illos,qui abiurauerunt de vehementi,& fuerunt publicè pœnitentiati, arg. glos. in cap.fin.de iurepatronatus, immo cum constitutio canonica doceat, suspectos vehementer de hæresi, suspendendos esse vsque ad congruam purgationem, & condignam satisfactionem, infertur ea peracta, habiles permanere: detecta enim innocentia per iuramentum cuius formam ponit Eimeric. in direct. inquisit. part.3.in 5. mod. finiend. process. aboletur illa prior suspicio, Simanc. de catholic.institut. tit.55.n.3. Zanchin. de hæretic. cap. 20. num. 6.

8 Non obstant contraria, & quia omnibus respondetur per Rotam, vt patet in decis. collect. per Farinacium 52.

Finis tituli Praxis criminis hæresis.

PRAXIS EXCOMMVNICATIONIS.

RESOLVT. CDXXXIX.

An citatio personalis requiratur ad aliquem excommunicandum.

1 *Citatio pro excommunicando aliquem, quomodo sit facienda.*
2 *Citatio fieri debet personaliter, assignatur ratio num. 3. limitatur num.4.5.6.& 7.*
8 *Certus certior fieri non potest.*
9 *Ritus Cur. Archiep. Neap.*

1 Citatio hæc non solum debet esse personalis, verum etiam facienda est coram personis idoneis ad testificādum per quas, si necesse fuerit, possit probari, cap. sacro de sent. excommunic.

2 Et quod fieri debeat personaliter citatto, nec sufficiat illam fieri ad domum eius, qui excommunicandus est voluerunt Inn. communiter receptus numer.3. Panormit. numer. 14. Fel. num.5.in cap.fin.de eo, qui mitt. in poss. & ita Fel.in cap.cum sit Romana num.13.& 24. de appell.Soc.sen. in cap.nulli num.15.de sentent.excommun.Couarr.in cap.alma mater part.1.§.9. num.4.versic. ab eadem radice de sentent. excommun. in 6. Vgol. de censur. cap.18.§.1.

3 Cuius conclusionis ratio est,ne in re tam graui contingat innocentem puniri, & excommunicari, tum quia excommunicatio propter contumaciam, & inobedientiam fertur,an verò quis contumax sit, nec ne, nisi ipsemet personaliter admoneatur, & citetur, cognosci non potest,id quod etiam docet Henriquez lib. 13. de excommunic.cap.17. §.3. & communis Doctorum consensus.

4 Limita nunc suprapositam conclusionem, & primò quando reus se abscondit, vel impedit quominus personaliter citetur,tunc enim satis est, vt ad domum ipsius excommunicandi citatio fiat, quem casum ponit Innoc.in cap.fin.num.3.de eo,qui mitt.in poss. & facit tex.in c.1.qui matr.accus. poss. Rot. dec.11. de dolo, & contum.Couarr.in cap.alma mater par. 1. §.9.n.4. vers.primus passim constituitur,de sentent. excomm. lib.6. Hugol. de censur. tabul. 1. cap.18. §. 1. num. 1. Henriq.lib.13.de excommun.cap.17.§.3.Existimo tamen ad hoc requiri, vt vel constet iudici, reum se abscondere, vel saltem habeantur indicia valde probabilia, quia non præsumitur dolus, nisi probetur, arg. legis dolum, ff.de dolo, quod si reus domum non habeat, fieri debet admonitio in Ecclesia Cathedrali eius loci.

5 Limita secundò, cùm de aliquo iterum excommunicatione innodando tractetur, eo quod malè absolutus erat,tūc enim sufficeret citatio ad domum facta, ex Innocent.in cup.fin.num.3.de eo, qui mitt. in poss. Rot.decis.7.de sentent. excommnn. in nou. & additio ad Panorm.in cap.sacro in lit. C.de sentent. excomm. Couar.vbi supra num.4.vers. quartus casus Hugol. in d. §. 1.in fin. qui addit alios casus, in quibus non est necessaria citatio personalis, & admonitio,nimirum quando non in certam personam, sed geceraliter fertur, quod fit vel vbi pro futuris culpis fertur, vt sunt omnes censuræ à lege latæ,lex enim semper admonet, ne quis prohibitum crimen committat, vnde non est alia monitio necessaria, maximè quia is, qui contra facturus sit, ignoratur: vel vbi pro preteritis, & præsentibus culpis ab homine fertur,sed ignoratur quisnā in culpa sit, tunc enim admoneri quis in particulari non potest, sed generaliter solum admonitio fit, arg. cap.2. de off. Ordin. vnde solet Ecclesia excommunicationem in generali ferre in eum, qui rem Ecclesiæ furto abstulit,aut detentorem sciat,nisi detinens intra tantum tempus restituerit, aut detentorem patefecerit, arg.cap.2. de off. Ordinar.iuncto cap. ex parte P. de verb.sign.& notat Panormir.in cap.dilectus de excess.Præl.& in cap.qui cum fure num.2.de furt.

6 Limita tertiò,qnando iam semel fuit citatus personaliter, tunc enim reliquæ citationes fieri possunt ad domum, & in ipso tribunali excommunicari poterit, ex Fel.in cap.cùm sit Romana num.14.de appell.Rot. decis.399. in nou. Couarr. vbi supra num. 4. vers. Secundus est.Hugol.in dicto §. 1. in fine.

7 Limita quartò, quando aliqua citatio facta ad domum,

mum,peruenerit ad notitiam ipsius citati, tunc enim reliquę citationes ad domum fieri possunt,ex Fel.in d. cap.cum sit Romana num.15.Rot. decis.402. in nou.
8 Conar.vbi supra vers. tertius casus Hugolin. cit. etenim certus,certiorem fieri non oportet cap. eum,qui de reg.iur.in 6.

In Curia tamen Archiepisc.Neap.obseruatur,quòd citatus bis domi,possit excommunicari, & hoc virtute ritus eiusdem Curiæ 17.

RESOLVT. CCCCXXXX.

Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis.

1 *Scriptura est de substantia in sententia excommunicationis: adducitur ratio num.2. ampliatur conclusio n.3. 4.& 5.limitatur num.6. & 7.*

1 QVod sit necessaria, atque de substantia excommunicationis,probatur ex cap.1.& ibi glos.in verb.in scriptis,& Stephan.Costa num.20. de sentent. excommunicat.lib.6.Gab.d.18.q.2.artic.2.conclus.7. in fine S.Anton.3.part. tit.24. cap.74. Angelica verb. excommunicatio.2.num.2. Pisanella verb. excommunicatio 1.vers.quomodo debeat fieri, Tabiena verbo excommunicatio versic. secundo quæritur Nauar. in man.cap.27.n.11.Hugol.de censur.eccles.tab.1. c.21. & latius tradũt DD.in d.cap.cum medicinalis in verbo in scriptis,& Gem.ibi num.3.& Panorm.in cap. sacro nu.3.versic.secundo not.de sentent.excommun.& Maria. Soc. sen. in cap. perpendimus num.68. vers. octaua,de sentent.excom.

2 Ratiò verò suprapositæ conclusionis cur requiratur, vt in scriptis,& descripta à iudice proferatur excommunicatio,non autem memoriter, est, vt hac via sententia excommunicationis dari possit, vt eam, si velit, superiori deferre, & se hoc onere leuare possit ex Maria. Socin. in cap. perpendimus num.140. de sent.excomm.& Hugolin.d.cap.21.num.3.

3 Amplia principalem conclusionem procedere etiã quod à quocunque iudice excommunicatio ipsa proferretur,et euidenter patet in d.cap.1. vers. quisquis, Bald.in decis.190.Sayr.lib.1.cap.13.in thes.cas.consc.

4 Amplia secundò procedere siue excommunicatio feratur in certam personam siue in incertam, secundum tutiorem opinionem Io.Andr.Dominici, & Frãchi in d.cap.1. Maria. Socin.in cap.sacro de sentent. excommun.& in cap.perpendimus num.141. eod. tit. Hugol.de censuris,tabula 8.cap.21.§.1. licèt contrarium teneant ibi Io.Monach.Archid.& Lap. alleg.73.

5 Amplia tertio procedere etiam in præcepto de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis,ita Nouissimus in sua praxi cap.24.& ratio est, secundum eundem,quia non potest negari quin in tali præcepto nõ contineatur sententia excommunicationis, vt voluit etiam Sayrus in decis.11.de sentent.excomm.

6 Nunc limita.ac intelligi procedere solum in sentẽtia hominis,& excommunicationis maioris, ex Tabiena verb.excommunicatio 2.vers.secundo quęritur, Soccin.in d.cap. sacro num.210.& in cap. perpendimus, num.69. de sentent. excommun. & idem sentit Steph.Costa in repet.cap.cum medicinalis, nu.37. de sent.excomm.lib.6.secus enim in sententia lata à iure,seu per modum statuti, [illegible]ex,&statutum scripturam non requirant neces[illegible]x Fel.in rubr. de constit.num.3.& Gemin.in d.c[illegible]um medicinalis nu.7. §.fin.vers.& per præmissa.Immo etiam licet in sentẽtia hominis requiratur scriptura, & aliter excommunicans peccet,lata tamẽ sine scriptura, & memoriter prolata, valida erit, ex glos. in cap. cum medicinalis in verb.causam,de sentent.excommun.in 6. & Steph. Costa in repetit.in cap.cum medicinalis nu.36. & 37. de sentent.excommunic. lib.6. & Io. Andr. in reg. nemo potest,de reg.iur.lib.6. in Mercurial. vbi hoc notat,& colligitur ex d.cap.cum medicinalis in verb.relaxans. Et quod de excommunicatione in scriptis ferenda diximus,de suspensione,& interdicto etiam affirmare oportet, vt habetur in d.cap.cum medicinalis,vers.& hæc eadem,& ibi glos.in verb.obseruari, & ibi Gemin.num.3.§.& hæc & Steph.Costa num.68, de senten.excommun.lib.6.

7 Limita secundo,vt non requiratur authentica scriptura,quia sufficit quomodolibet fuerit confecta. Innoc.in cap.1.in verb.in scriptis, de sent.excom.lib.6. & ibidem Steph.Costa num.25.& Marian. Soc. Sen.in in cap.sacro num.212.& in cap.perpendimus nu.143. de sentent.excom.quamuis melius sit, si authentica, sit, & sigillo authentico sigillata, sicut non refert an ab ipso excommunicante, vel à notario publico, aut ab alio scribatur,vt Philipp.Franc.in d.cap. cum medicinalis, de sent.excom.lib.6.vers.tertio not.& Hug. vbi supra §.1.num.3.testantur.

RESOLVT. CCCCXXXXI.

Episcopo excommunicato, an eius Vicarius possit exercere iurisdictionem.

1 *Facti species.*
2 *Episcopo excommunicato, non est excommunicatus Vicarius,probatur duobus mediis num.3. & 4. Contrarium est verius, num.5.probatur & auctoritate, num 6. & ratione num.7.& 8.*
9 *Mortuo Episcopo,Vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur.*
10 *Excommunicato Episcopo adiri debet Papa.*

1 QVidam Episcopus cùm incidisset in censuras, præsertim excommunicationis, dubitabat an effectus præfatæ excommunicationis in eũ latæ,transisset etiam in eius Vicarium,petijt à me quid de iure
2 sẽtirem.Dubium mihi faciebat pro opinione negatiua,quòd cùm excommunicatio sit maxima pœna, c. corripiantur 11.q.3.cum nil aliud sit, nisi tradere hominem Satanæ, cap. audi ead. caus. & quæstio. & excõmunicatus dicitur possideri à diabolo, & eo vtitur tãquam pecore suo,glos.in cit.cap.audi,& citius moritur,cap.Episcopi 11. qu.3. & secundum Panormit. in rubr.de sentent.excommunic.Angelus Custos non ita adiuuat illum sicut prius.Vnde cùm vt dixi,sit ma-
3 xima pœna,& in pœnalibus non fiat extensio de persona ad personam,cap.statutum de elect.in 6. & cap. in odiosis de reg.iur.eod.lib.l. cum quidam ff. de lib. & posthum.Propterea non est dicendum, excommunicationem latam contra Episcopum extendi contra
4 eius Vicarium. Item pœna non debet egredi eius auctorem,l.sancimus C.de pœnis, & in eo, in quo quis delinquit,est puniendus,cap. ex parte de cler. ægrot. Vnde secundum Capyc. decis.138. suspitio Episcopi non tangit eius Vicarium.

5 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, scilicet non posse præfatum Vicarium,durante excommunicatione sui Episcopi, vicarialem iurisdictionem exercere, quæ opinio corroboratur auctoritate,& ratione.

6 Auctoritate enim probatur euidentissimè ex latè deductis communiter per DD.in cap.1.& ibi glossi.in verb.filius de off. Vic.lib.6.& Panormitan. in cap. licèt undique num.8.de officio iudic.deleg.Soccin. in cap.sacris num.277.de sentent. excommunicat. summa Astens.2.part.lib.7.tit.9.q.14. Hugol. de censur. eccl.tab.2.cap.11.§.3.num.8.

7 Ratione verò probatur,quia idem est utriusque cõsistorium,

sistorium, eademque iurisdictio: vnde à Vicario generali ad Episcopum appellari non potest, cap. 2. de consuetud. lib. 6. & ibi glos. in verb. officiali, Ias. in l. more n. 18. ff. de iurisd. omn. iud.

8 Secunda ratio est, quia iurisdictio Vicarij est accessoria, & semper dependens à iurisdictione Episcopi, seu potius vna, eademque cum illa, quare sublata, & impedita per superuenientem excommunicationem Episcopi iurisdictione, ipsius similiter iurisdictio Vicarij sublata, & impedita erit, arg. reg. accessorium de reg.

9 iur. lib. 6. vnde mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur, vt habetur in cap. vnico de maior. & obed. lib. 6. & cap. si Episcopus,

10 de supplend. negligen. Prælat. lib. 6. Excommunicato autem Episcopo, adiri debet Papa, vt prouideat de causis interim cognoscendis, vt notat gl. in cap. 1. in verb. ipsius de off. Vic. lib. 6. & summa Hastensis 2. p. lib. 7. tit. 9. q. 15.

RESOLVT. CDXXXXII.

Qua ætate quis excommunicari possit.

1 *Facti species.*
2 *Minor duodecim annorum non potest excommunicari, adducuntur duæ rationes, n. 3. & 4.*
5 *Quæ ætas requiratur ad hoc vt masculus, & fœmina impuberes dicantur.*

1 A Quadam Curia Episcopali fuit emanata sententia excommunicationis contra nonnullos laicos renitentes deponere in eadem Curia, & cum inter præfatos adessent nonnulli minores duodecim annorum, fuit dubitatum an dicti minores, censeantur cõprehensi. Et respondi nequaquam comprehendi.

Mouebar primò, quod excommunicatio supponit culpam mortalem, quare neque pueri, neque infantes furiosi, & amentes, cùm rationis vsu careant, excommunicari possunt; quòd si à iudice excommunicentur, sententia vtpotè intolerabilem errorem continens, nulla erit: vnde nullus horum clericum percutiens, excommunicationem incurret cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vt docent glos. in c. 1. n. 2. eod. tit. Siluest. in verb. excommunic. 6. n. 2. Tabiena verb. excommunicatio 4. in princ. Hugol. de ecclesiast. censur. tab. 1. c. 17. §. 3. nu. 3. aut vllam aliam excommunicationem ab homine, vel à iure latam, ex Panorm. in cap. ab excommunicato num. 9. de rescript. & in cap. per tuas num. 11. de sentent. excommunicat. citans pro hoc c. Romana §. vniuersitatem, vbi etiam Gemin. de excommun. lib. 6. quod certum est, si non sint doli capaces, aut amentes à natiuitate. Hoc tamen, quod diximus, de excommunicatione sola intelligendum est; si enim vniuersitas interdicta, aut suspensa sit ab homine, vel à iure, etiam infantes, & amentes comprehenduntur, arg. cap. si sententia, cap. si ciuitas, c. fin. de sent. excom. lib. 6. & c. non est vobis, de sponsal. & expresse tradit Hug. vbi supra nu. 4. cum hæ censuræ leuiores sint excommunicatione maiori.

4 Secundò, quia impubes etiam doli capax, ac etiam si in excommunicationem iuris incidat, arg. cap. 1. & cap. final. & ibi gl. in verb. pueris de sentent. excommun. eo quod delictũ nouit, arg. tot. tit. de delict. pueror. à iudice tamen propter contumaciam excommunicari nequit, quandoquidem nec vim verborum precepti iudicis, nec iudiciarium ordinem intelligere censetur; ideoque nec de iure citari ad defendendũ se, aut ad agendum potest, arg. cap. fin. & ibi glos. in verbo si annum de iudic. lib. 6. & ibi Io. Andr. & colligitur ex l. fin. C. de falsa mon. de qua re fusius tractat Soc. sen. in c. 1. n. 2. & in cap. nulli nu. 30. vers. octauo quæro de sent. excomm. quem sequutus est Hugolin. de eccles. censt. tab. 1. c. 17. §. 3. in fin. Est autem impubes dicendus filius dum est in ætate annorum 14. & filia in ætate 12. annorum, l. in omnibus in princ. ff. de vulg. substit. & cap. si annum, & ibi glos. in verb. quartum decimum de iudic. lib. 6. & Summistæ in verb. impubes.

RESOLVT. CDXXXXIII.

An excommunicatus actum iurisdictionis exercens, contrahat irregularitatem.

1 *Episcopus excommunicatus instituendo præsentatum ad beneficium, non contrahit irregularitatem, redditur ratio, num. 2.*
3 *Inferuntur nonnulla ad declarationem quæstionis.*

SVpponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione, quod quidam Episcopus dum in excommunicatione permanebat, instituit quendam præsentatũ ad aliquod beneficium, quare dubitabatur an prefatus

1 Episcopus contraxerat irregularitatem. Vnde cõsultus, respondi negatiuè, scilicet irregularitatem nequa-

2 quam contraxisse. Ratio, quia instituere ad beneficia præsentatos, non est actus ordinis, sed iurisdictionis, & irregularitas tunc contrahitur, quando excommunicatus, ea quæ sunt ordinis exercet, ac actum ordini deputatum agit, secundum Innoc. in cap. fin. n. 1. versic. in officio, & ibi Abb. num. 5. de excessib. Prælat. & idem Abb. in cap. 2. num. 10. de cleric. excomm. minist. Anchar. num. 2. Franch. num. 3. in cap. 1. §. caueant de sentent. excommunic. in 6. Siluester verb. irregularitas num. 15. q. 13. Angel. eod. verbo §. 46. Nauarr. in manuali c. 27. n. 163. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 21. n. 5. Filiarc. lib. 4. cap. 13. Hugol. de cens. tab. 1. c. 14. §. 1. num. 1.

3 Quare si excommunicatus excommunicet, aut excommunicatum absoluat absque stola, & solemnitate, de qua in cap. à nobis de sent. excommunicat. & in c. cum aliquis 11. q. 3. Item si iudicasset, sententiam tulisset, visitasset, castigasset, præsentasset, elegisset, aut electum confirmasset, irregularis non est, ita Siluester verb. interdictum 7. q. 4. Ledesma q. 24. art. 2. Enriq. in sum. lib. 14. c. 7. §. 1. Sayr. in thesauro casuum conscientiæ lib. 7. c. 9. n. 10.

RESOLVT. CDXXXXIV.

De excommunicato insordescente in excommunicatione per annum.

1 *Quid iuris de excommunicato insordescente in excommunicatione per annum, constituitur conclusio, n. 1. assertur ratio conclusionis, num. 3. Ampliatur n. 4. 5. 6. 7. & 8. limitatur n. 9. & 10.*
11 *Annus in hac materia debet esse completus.*

1 PRo cuius materiæ dilucidatione, & vera intelligẽtia distinguendæ sunt nonnullæ iuris cõclusiones.

2 Prima sit conclusio. Excommunicatus, qui per annum perseuerauit in excommunicatione, habetur pro confesso, & conuicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus, ita quod non est amplius audiendus, ex cap. rursus, & quicunque, 11. q. 3. Abb. Ripa, qui testatur de communi in c. 1. de iudic. & quod habeatur pro conuicto voluit glos. in cap. cum contumacia in verb. hæreticus, & ibi Franc. & Anchar. de hæret. lib. 6. & glos. in c. excommunicamus 1. §. qui autem, in verbo condemnentur, vbi Panorm. num. 7. de hæret. & Spec. in tit. de accus. §. sequitur, vers. porro secundum canones, & Hugolin. in d. c. rursus, & Panorm. in cap. 1. num. 24. de iudic. ait, ex eo, quod cap. rursus, & cap. quicũque 11. q. 3. dicunt, quòd

nulla

nulla vox eorum in iudicijs penitus audiatur, apertè insinuatur, quòd super criminibus non sunt audiendi, quasi iuris interpretatione habeantur pro confessis,& in cap. veritatis,n.27. vbi etiam refert Io.And. de dolo,& contum.Soc. in c. per tuas nu. 30. de sentent. excommun. Nauarr. in manual. c.27.n.23. vers. decimo sexto,Couarr. in c. alma mater, 1.p.§.7.num.10. vers. conuentus de sent. excom.lib.6. Rebuff. in repet. in c. postulastis n.247. de cler.excomm. ministr. Henriquez lib.13. de excom.c.7.§.5.Hugol. de censur.eccl.tab.1. c.14.§.3.n.4. & tab.2.c.24.§.3.

3 Cuius conclusionis ratio est, quia ex quo iudicium subterfugit, præsumitur nocens,& confiteri, quæ præsumptio augetur, & vehemens efficitur, ex eo, quod tantum temporis in excommunicatione perseuerat, arg.cap. cum contumacia,& ibi gl. in verb. vehementem de hæret. in 6.

Amplia primò conclusionem principalem, vt talis sic perseuerans in excommunicatione possit temporaliter puniri propter cõtemptum excommunicationis, Io.de Anania,& Fel. in cap.postulasti,de homic. Abb. in cap. grauem de pœnit. Vnde valet statutũ Episcopi, quòd perseuerans in excommunicatione, quolibet mense soluat certam pecuniæ quantitatem, Host. & communis in cap.ad aures de simonia,Fel.in cap.irrefragabili §.cæterũ de off.ord. Immo potest Episcopus præcipere officialibus locorum, vt expellant excommunicatos.Franc.Marc.decis.60. Couar. in cap.alma mater de sent. excomm. in 6. in prima parte relectionis,§.5.n.5. & poterit præcipere Iudicibus, ne excommunicatum recipiant,c. decernimus, eod.tit. in 6.

Amplia secundò, etiam in casu,vbi quis inobediens perseuerauit per longum tempus in excommunicatione,& postea moriatur contritus,poterit,in pœnã, non obstante pœnitentia,& absolutione, sepeliri extra sacrum: exemplo D.Gregorij, qui Monachum proprietarium,licet pœnitentem,mandauit,ad aliorum terrorem,sepeliri extra Ecclesiam,vt in cap.cum ad Monasterium, de statu monach. Idem de moriente in torneamentis habetur in cap.1. de torneament. Idem in c.2. de raptorib. idem tradit gl. in c.fin.dist.77.

6 Amplia tertiò, vt fiscus,& pars censeantur releuati ab onere probãdi delictum,licèt posset inquisitus alijs probationibus suam innocentiam demonstrare secundum Ripam,& Butr. in d. cap.1. de iudic. & Menoch. latè in tract. de arbitr. centur.6. casu 416. vnde secũdum Nouissimum in sua praxi cap. 31. fuit dictum in Curia Archiep. non fuisse necessariam quandam repetitionem testium factam ad instantiam excommunicati, qui perseuerauit in excommunicatione per annum: siquidem repetitio testium fit ad probandam intẽtionem fisci,vt clarum est,& fiscus est in probatis.

7 Amplia quartò in eo, qui per quatuor menses,vel per annum perseueraret in excommunicatione, vt non gaudeat clausula absolutionis ad effectum, Rebuff. in pract.benef.in declaratione nouæ prouisionis, num.10.lib.10.

8 Amplia quintò etiam in eo,qui per annum perseueraverit in excommunicatione,quia possunt eius bona publicari,Isernia de statutis,& cõsuetud. §. ad decus.

9 Limita nunc dupliciter, & primò, vt tunc incurrat excommunicatus præfatas pœnas,quando nominatim fuerit excommunicatus,& declaratus,iuxta tradita in glos. in l. in ciuile C. de furtis.Ratio huius est,quia licèt ipsa excõmunicatio à iure imposita affligat, & inhabilitet quoad omnes suas potentias illum, qui in eã incidit absque aliqua declaratione,vt in cap. pastoralis in fin.de appellat. vbi trahit secum exequutionem, & in cap. cum non ab homine de sentent. excommun. Et sic respectu ipsius excommunicati, statim excommunicatio operatur,illum repellendo ab his,à quibus de iure prohibetur: vt habetur in simili in cap. fin. de cohab. cleric.& mulier.& denunciatio,seu declaratio non addat vinculum aliquod excommunicationi,vt in d.cap.pastoralis §.verũ,& DD. ibi,quia qui declarat, nihil addit l.hæredes palam §.si quid post,ff.de testam. Quoad Ecclesiam tamen, & alios denunciatio,seu declaratio illa videtur necessaria,maximè ad hæresis suspitionem causandam,vt patet in cap. cum contumacia de hæret. in 6.

10 Limita secundò in eo,qui citatus ob iusta impedimenta comparere nequiuerit,Hostien.Anan. & Doct. in c. excommunicamus 1. §. qui autem de hæret. Archid. Io.And. & Franch. in cap. cum contumacia de hæret.lib.6. quos refert,ac sequitur Couar. in c. alma mater 1.p.§.7.n.11. de sent.excom.lib.6.

11 Est tamen notandum, quòd huiusmodi annus debet esse completus, vt colligitur ex cap. cum contumacia hæret.lib.6. ponderando dictionem *ex tunc*,quæ lapsũ terminum designat, iuxta ea,quæ notat glos. in c. cupientes §. cæterum in verb. ex tunc de elect. lib.6. & clem. 1. in verb.ex tunc, de iurepatr. & l.4. in fi. ff.de cond. & demonstr. & præterea etiam requiritur, vt in ea per annum continuauerit,vt in simili dicit Bart.per illum tex. in l.fin.§.quoties in verb. anno continuo, ff. de public. & vectig. & vide Sayr. in thes.cas. cons.lib. 2.c.11.n.5. & 6.

RESOLVT. CDXXXV.

Officiales Principum turbam arcentes, & clericos percutientes, ab excommunicatione an excusentur.

1 *Officiales Principum percutientes clericum, turbam arcentes, sunt excusatione digni,ita vt non possint,ex hoc excommunicari: probatur tribus medijs,de quibus n.2. 3. & 5.*

4 *Adducitur ratio conclusionis.*

1 REspondi quòd si hoc fecerunt absque animo iniuriandi, non sunt excommunicati. Primo, quia canon dolosos tantum, & violentos tenet, glos. in cap. si verò,il primo, de sentent. excommunicat. & secundum Diuum Thomam in addit.3.part. quæst.24. artic.1. quem refert,& sequitur Sotus in 4.dist.32.q.2. art.3. post concluf. 5. Astens. in summa part.2. lib.7. tit.3.artic.1.vers.8. percutiens clericum non ex odio, vel inuidia, aut indignatione, non est excommunicatus,vt refert quoque decisum Franc. March. in decis. 612.part.2.

3 Tum secundò, quia iuxta opinionem Sayr. lib.3. thes. cas. conscient. cap.2. num.34. si quis non ex deliberatione, sed ex subreptione, & subita passione socium suum clericum leuiter percutit,quamuis sit turbatus,vt contingere solet in ludente cum clericis,maximè si prius à clerico secum ludente percussus sit,non erit excommunicatus.

4 Cuius conclusionis vera ratio est, quia inconsultus calor calumniæ vitio caret, arg.l. quidquid ff. de regulis iuris.

5 Tum tertiò, quia talis percussio non dicitur violenta, iuxta terminos cap. si quis suadente diabolo, & esto, quod esset manus violenta materialiter, si tamen non sit formaliter talis, vtpotè quia non intenditur violentia, seu iniuria, vel non intenditur, quòd sit in clericum, nec talis in excommunicationem incidet, secundum Sayr. loc. citat.num.35. Hartam. in cons.29.num.5. & sequent. Thoming. in cons. 91.num.3.vol.1.

RE-

RESOLVT. CCCCXXXXVI.

Excommunicatus ob percussionem clerici, à quo absoluendus.

1 *Excommunicatus ob percussionem factam clerico, à quo sit absoluendus, distinguuntur duæ species percussionis, de quibus num. 2. & 3.*

QVamuis excommunicationis huius absolutio regulariter ad solum Summum Pontificem spectet, vt in cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4. tamen in aliquibus casibus potest dicta absolutio ab Episcopo impendi: Quare distinguendæ sunt tres species percussionis.

2 Quædam enim est leuis percussio, & hæc varijs modis à Doctoribus fuit intellecta, nam Host. in cap. peruenit de sent. excom. & ibi Panor. & in cap. cum illorum, eod. tit. leuis iniuria iudicanda est arbitio boni viri, seu iudicis, idest Episcopi, ex circunstantijs personarum, locorum, temporum ac ex modo percussionis, & læsionis: si enim clerico solemniter ministranti in altari, quis leuiter manus iniecerit, non erit iniuria leuis, quæ aliàs leuis esset, sicut è contra, quædam est leuis illata puero, vel in dorso, aut manu, vel baculo, aut in occulto, quæ non esset leuis illata seni, vel in facie, pugno, aut ense, vel in publico. Et cõmuniter percussio, quæ fit à magistro, Prælato, patre, domino, in discipulum, clericum, filium aut seruum, leuis censetur.

Item secundum Nauar. in manual. cap. 27. num. 91. quem refert Philiarcus lib. 3. de off. Sacerdotis cap. 33. notab. 4. leuis percussio est illa, quæ fit pugno, idest palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum abscinditur, aut dens euellitur, nec multum sanguinis emittitur.

Et Astensis par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 4. q. 2. ac Siluest. in verb. absolutio 4. in princ. dicunt, leuem esse illam, quando quis leuiter malo animo manum ponit super clerico, vel accipiat eum per vestes, vel habenas, aut eum trahat de quo per Sayr. in thes. cas. cõs. lib. 3. cap. 18. sub num. 5. & prax. Archiep. cap. 28. sub num. 21.

Tandem ex eodem Nau. loc. cit. num. 92. iudicatur leuis percussio, etiam si fit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum, & Card. cons. 42. concludit, percussionem duorum clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus ad inuicem se se percusserunt, fuisse leues à quibus posset absoluere Episcopus.

3 Quædam est ænormis, & hæc ex multis iudicatur, secundum Sayr. lib. 3. d. cap. 28. num. 6. Primò ex magnitudine facti. Secundò ex persona læsa. Tertiò ex persona lædente. Quartò ex scandalo. Quintò ex irreuerentia. Sextò ex loco. Septimò ex loco vulneris. Octauo de facti notorietate, quæ omnia tunc demum inducunt grauem percussionem, quando percussio est in se notabilis, & scandalum magnum pariat.

Vnde secundum Nouissimum d. cap. 28. num. 7. in Curia Archiep. Neap. fuit iudicata grauis percussio facta cum baculo quinque, vel sex vicibus, licèt non adfuerit sugillatio carnis, vel vulnus.

Item fuit iudicata grauis percussio facta in personam Confessarij cuiusdam mulieris agonizantis, cuius guttur quidam laicus fortiter manibus comprimebat ita vt si ab alio non fuisset impeditus, ipsũ suffocasset, ratione personæ dicti Confessarij, qui vltra integritatem vitæ erat superior in suo Monasterio insigni, ratione scandali, quod fuit magnum in ciuitate, nam dictus Confessarius accesserat ad domum dictæ mulieris pro commendatione animæ, & percussor, qui erat consanguineus mulieris, prætendebat, mulierem consilio Confessarij fecisse quoddam legatum pium in præiudicium consanguineorum: locus etiam percussus erat in consideratione iuxta l. vulneris ff. de iniur. est enim percussio gutturis nimis periculosa.

Item fuit iudicata grauis percussio duorum clericorum, qui ad inuicem pugnis se percusserunt, sine sanguinis effusione, vel sugillatione carnis, coram sanctissimo Sacramento, quod Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Gesualdus Archiepiscopus deferebat per Ciuitatem in publica processione repositionis sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Cathedrali Neap. in qua fuerat habita oratio quadraginta horarum, & fuerunt grauiter puniti.

RESOLVT. CCCCXXXXVII.

Excommunicatio an suspendatur per appellationem.

1 *Appellatio non suspendit excommunicationem, amplianum. 2. 3. & 5. limita num. 6. & 7.*
4 *Plus est aliquid explicare facto, quam verbo.*

1 COnstituenda est regula pro huius quæstionis dilucidatione, quòd appellatio non suspendit excommunicationem, cap. cum contingat, & ibi Panor. num. 2. de off. deleg. & cap. per tuas, & ibi gl. in verb. in quibus casibus, & ibi Panor. n. 3. de sent. excomm. & in cap. solet, & ibi gl. in verb. errorem, & cap. venerabilibus §. sed si ex causa de sent. excomm. lib. 6. & gl. in cap. præsenti, in verb. ad cautelam de sent. excom. lib. 6. Franc. & communiter DD. in cap. si à iudice n. 3. de appell. lib. 6. Soc. in cap. sacro, n. 51. de sent. excom. Nauar. in manual. cap. 27. num. 4. casu 3. vbi citat pro hac re cap. ad præsentiam, & ibi glos. in verb. contra appellationem de appellat. & in cap. 27. n. 273. Couar. in cap. alma mater 1. p. §. 7. num. 5. & §. 10. nu. 4. Henriq. lib. 13. de excomm. cap. 16. §. 2. Hugol. tab. 1. de cẽs. eccl. cap. 13. §. 18. nu. 8. Ratio est, quia non est homo, qui ligat, sed Deus, cap. nemo 11. q. 3. Cappel. Thol. vbi assignat duas alias rationes decis. 298.

2 Amplia primò hanc regulam procedere non solum in expressa appellatione, sed etiam si intendens appellare se supposuit protectioni superioris ante latã excommunicationem, quo casu perinde est ac si antea appellasset, ex quo de mente cõstat, vt habetur in cap. ad audientiam, de appell. & hoc tenuit Host. Io. And. in cap. 1. de appell. lib. 6. quos refert, ac sequitur Soc. in cap. sacro num. 52. vers. si intendens appellare de sent. excom. & summa Astensis lib. 7. tit. 8. casu 11.

3 Amplia secundo procedere etiam in eo, qui iter arripuit ad Papam, cap. cum olim de dolo, & contum. & cap. dilecti filij 2. & ibi glos. in verb. facto prouocare, & Panorm. num. 5. de appell. quia itineris arreptio ad superiorem, habet vim appellationis, cum plus sit ali-
4 quid explicare facto, quam verbo, vt pluribus docet gl. in d. cap. dilecti filij 2. vbi supra.

5 Amplia tertiò tam in appellatione iudiciali, quàm extraiudiciali, ex cap. dilecti filij, & ibi Panorm. nu. 2. de appel. & cap. penult. de relig. domib. num. 2. & idem Panor. in cap. considerauimus num. 1. de elect.

RESOLVT. CCCCXXXXVIII.

De causa vt excommunicatio ferri possit.

1 *Excommunicationis gladius est valde salutaris, & magna circumspectione exercendus.*
2 *Excommunicatio ob peccatum mortale proprium contumaciæ ferri debet. Amplia num. 3.*

1 QVamuis excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, ac ad continendos in officio populos valdè salutaris: sobriè tamẽ, magnaq; circum-

circumspectione est exercendus, cum experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem, Conc. Tridca. p. 3. in prin. de reform. sess. 25. c. multi in princ. 2. q. 1. c. corripiantur, & ibi gl. in verb. maior 24. q. 3. c. dilecto §. & quoniam de sent. excom. in 6.

2 Vnde causa, vt rem paucis absoluam, ob quam excommunicatio ferri potest, & debet, est peccatum mortale proprium graue cõtumaciæ, & inobedientiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat Henriquez lib. 13. de excom. c. 17. §. 3. Nauar. in manual. c. 27. n. 9. Couar. in c. alma mater 1. par. §. 9. n. 4. Hugol. de eccl. censur. tab. 1. cap. 17. §. 7. & cap. 18. §. 3. Panor. in cap. quafronte n. 7. de appell. & in cap. significauit n. 1. & 4. de offic. ordin. & cap. cum non ab homine n. 25. de iudic. & in cap. cùm sit Romana, n. 33. & in cap. fraternitati num. 1. de cler. excom. ministran. & in rub. num. 1. de sent. excom. & in cap. officij n. 1. eod. tit. & in cap. ex parte num. 3. de verb. signif.

3 Vlterius ob solam contumaciam, siue à iure, siue ab homine excommunicationem ferri posse, & debere inde probatur, quod excommunicatus statim, atque à contumacia discedit, & Ecclesiæ parere paratus est, à quacumque excommunicatione iuris, vel hominis incursa, Ecclesia eum absoluit etiam post mortem, vbi id opus fuerit, vt habetur, in cap. ex literis, de const. & cap. à nobis 2. & cap. sacris de sent. excom. & DD. ibi, & vide Sayr. in thes. cas. conscient. lib. 1. c. 13. n. 7.

RESOLVT. CDXLIX.

An laicus percutiens Monachum sit absoluendus ab Episcopo, an verò à Superiore percussi.

1 *Laicus percutiens Monachum, quod sit absoluendus à superiore percussi probatur tribus medijs, de quibus num. 2. 3. & 4.*
4 *Contrarium fuit decisum.*
5 *Respondetur contrarijs.*

1 VIdebatur prima facie dicendum, præfatum laicum absoluendum esse à Superiore illius monasterij, in quo Monachus percussus manebat. Et hoc ex pluribus.

2 Tum primò, quia illius iurisdictio censetur offensa, & consequenter offendentes efficiuntur subditi illius, arg. tex. in l. nullum C. de testib. latè Bartol. in l. à diuo Pio §. 1. ff. de re iudicat. Afflict. dec. 234. de Franch. dec. 147. Triuis. dec. 8. par. 8. par. 3. & Ann. cons. 107. vol. 2.

3 Tum secundò, quia per tex. in cap. monachi de sentent. excommun. Monaci se ad inuicem percutientes, absolui debent ab eorum Superiore.

4 Tum tertiò, quia per tex. in c. cum illorum, eod. tit. si regularis verberet regularem eiusdem monasterij absoluitur à suo Prælato, vt dixi: si verò percusserit regularem alterius monasterij, absoluetur per Prelatum proprium, & per Prælatum eius, qui passus est iniuriã, Sayr. in thes. cas. consc. lib. 3. cap. 28. n. 11.

Cæterum præfatis minimè refragantibus, contrariũ iudicauit Cur. Archiep. Neap. s. præfatam absolutionem ad Ordinarium laici spectare, non autem ad Superiorem Monachi percussi: & de decisione mirandum quidem non est siquidem corrobatur per textum in c. quoniam de vita, & honest. clericor. vbi clerici communiter viuentes, & sub vno tecto dormientes, ab Episcopo absolui possunt: his accedat tex. in c. religioso de sent. excommunic. vbi regularis percutiens clericũ sæcularem, absolui debet ab eius Episcopo: facit etiã tex. in c. de monialib. eod. tit. vbi moniales se ad inuicẽ percutientes, absolui debent ad Episcopo.

6 Non obstant contraria, quia procedunt, ac loquuntur vbi percussio contingit inter regulares, non autem quando vnus ipsorum esset laicus, & ita videntur procedere omnes textus supra allegati.

Finis tituli Praxis excommunicationis.

PRAXIS SVSPENSIONIS.

RESOLVT. CDL.

Suspensio à Pontificalibus quid importet.

1 *Vis suspensionis à Pontificalibus declaratur num. 2.*
3 *Suspensio à Pontificalibus non prohibet exercitium iurisdictionis Episcopalis.*

1 QVia in nonnullis locis Sac. Concil. Trident. fit mentio de suspensione à Pontificalibus, propterea congruum mihi visum fuit hic primo loco quærere quid importet suspẽsio à Pontificalibus. Cui quæsito respondeo, quòd hæc censura propriè, & directè prohibet actum apparatus Pontificalis, scilicet insignia Pontificalia, vt vsum Baculi, Mitræ, Pallij, etiam 2 in illis, quibus pallium competit. Sic igitur suspensus, quamuis Missam priuatam celebrare non prohibeatur, aut alia facere sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione sacerdotalis officij competunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & similia: Missæ tamen sacrum cum Mitra, & Baculo celebrare non potest; immò verò consecutiuè etiam suspensio hæc omnem actum ordinis Pontificalis prohibet, cùm actus ordinis Episcopalis non debent, nec soleant sine ipsius insignibus Pontificalibus exerceri: quia de causa, gl. in extrauag. suscepti regiminis, in verb. à Pontificalibus, de elect. docet, suspensum à Pontificalibus, prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi alias vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis, puta ab Ordinum celebratione, frontis chrismatione, Basilicarum, seu virginum consecratione, & similibus: quod si quis actus sit, qui sine istis insignibus soleat exerceri, ille non est prohibitus.

3 Vnde notandum, hanc suspensionem non prohibere exercitium iurisdictionis Episcopalis, vt expressè docent Host. & Io. And. in c. cum medicinalis, de sent. excom. lib. 6. quos refert, & sequitur Panor. in c. cum dilectus n. 20. de consuetud. Tabiena, verbo suspensio, n. 4. vers. tertio, Siluester verb. suspensio. q. 5. Hugol. de censur. eccl. tab. 4. c. 6. §. 6. n. 5. & alij ferè omnes. Ratio est, quia iurisdictio nullo modo pertinet ad apparatũ Pontificalem, vt notant DD. in c. transmissam de elect. & in c. aqua de consecr. eccl. vel altar.

RESOLVT. CDLI.

An suspensus ab ingressu ecclesiæ, extra eam celebrans contrahat irregularitatem.

1 *Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus est.*
2 *Suspensus ab ingressu ecclesiæ, celebrare extra eam potest, nec erit irregularis.*

SVppono pro huius quæstionis dilucidatione hanc suspensionem prohibere omne solemne exercitium cuiuslibet ordinis intra ecclesiã, vt habetur expressè in c. is cui de sent. excomm. lib. 6. & facit trãsgressorẽ irregularem, vt ibidem exprimitur, summa Pisanella in verb. suspẽsus, Nauarr. in manual. c. 25. n. 75. vers. duodecimo,

decimo,& c.27.num.170.vers.sexto dico, Costa in repet.c.is cui n.1.de sentent.excom.lib.6.& ibidem Gemin.summa Confess.in addit.lib.3.tit.29.q.5. (quãuis contrarium lib.3.tit.29.q.5.antea docuerit) & Henriquez lib.13.de excommun.& suspens.c.32.§.in fi.Ratio est,quia interdicto principali,censetur interdictum, & omne consequens ex eo;cùm igitur Ecclesia Dei principaliter facta sit gratia diuini cultus, & vt in ea diuina celebrentur, consequens est, vt vbi quis suspenditur ab ingressu illius, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus sit.

2 Vnde non prohibet præfata suspensio celebrationem extra eam,vnde celebrans sub domo aliqua, aut tentorio,aut oratorio aliquo primato, cũ altari portatili non erit irregularis, ex gl.in c. is cui in verb. in ea, & Costa ibidem n.17.& seq.de sent. excomm. lib.6. Silu. in verb.suspensio q.5. Corona Confess. tit. de suspens. n.6.de Graffijs lib.4.decis.c.25.n.4. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. c. 32. §. 2. Nauarr.in manual.c.25.n.75. vers.duodecimo,Couar.in c. almà mater,part.2.§.1.n.3.de sentent.excommunicat.lib.6.Armilla verb.suspensio,§.8.& glos.in cap.vltimo,in verb. ecclesiæ de off. ordin.lib.6. Calder. in suo tract. de eccl.interd.in 2.membro vers.nunc redeo ad casum.Ratio est, quia causa limitata, limitatum producit effectum,arg.l.in agris ff.de acq.rer.dom.& ita cum pœna hæc limitata sit respectu loci, scilicet intra ecclesiam celebrando,nihil operabitur,si extra illam celebratio fiat,quod maximè procedit in pœnalibus arg.c. statutũ de elect.lib.6.& c.odia,& c.in pœnis de reg.iur.li.6.

RESOLVT. CDLII.

An suspensio ad tempus, illo elapso cesset, absque vlla alia iudicis declaratione.

1 *Suspensio ad certum, & determinatum tempus, eo ipso, quod elapsum fuerit tempus, cessat absque iudicis declaratione.*

2 *Suspensio iuris ante lapsum temporis,tantùm potest à Summo Pontifice tolli,hominis verò suspensio tollitur à quo posita est, & superiore.*

EX Cappella Tholos. in decis. 297. deprompta est conclusio,suspensionem ad certum,& determina-
1 tum tempus eo ipso,quod elapsum fuerit tempus, cessare,absq;alia iudicis declaratione,vt probatur ex celebri gl.in clement.1.in verb.donec,de decim.& Inn.in c.cum bonæ de æta.& qualit.ord. Corona Confes. tit. de suspensione num.8.Grass.lib.4.decis.c.25.n.14. Viual.in candelab.aur.tit.de suspens.n.180.Ante lapsum autem istius temporis si lata sit à iure, non potest tol-
2 li,nisi à Summo Pontifice,eo quòd diminuere tempus, est in iure dispensare,si verò lata sit ab homine poterit ante lapsum temporis tolli ab eo, à quo posita est cõmuniter vel à superiore,aut ab eo, qui succedit in dignitate eius, hic enim reputatur eadem persona, ex Nauar.in manual.cap.27.num.162.vers.septimo dico, & Henriq.lib.13.de excommun.& suspens.c.35.§.2.

RESOLVT. CDLIII.

De casibus in quibus Episcopi incurrunt in suspensionem.

1 *Episcopus nullam ipso iure incurrit suspensionem, nisi in mandato, aut sententia specialiter exprimatur.*

2 *Ponuntur vndecim casus, in quibus Episcopi contrahunt suspensionem.*

1 REgula sit, Episcopum nullam incurrere ipso iure suspensionem, aut interdictum virtute cuiusus constitutionis, mandati,seu sententiæ, nisi specialiter exprimatur, vt habetur expresse in cap. quia periculosum de sentent. excommun. lib.6. addit Calderin. in tract. de interdict. part.1. memb. 1. num. 8. nec iuris, nec hominis sententiam incurrere Episcopos ipsos, nisi specialiter exprimatur, idque etiam probatur in cap. inquisitionis de hæret.in 6. & ratio affertur per Sayr. lib.4. Thes. cas. cons. cap. 12. num. 2. Casus autem, in quibus contrahunt suspensionem, sunt videlicet.

2 Primus ordinans alienum clericum sine literis dimissorialibus proprij Ordinarij, talis enim suspenditur à collatione eorum Ordinum per annum, Conc. Tridentin. sess. 23. cap.8. de reformat.

Secundus est. Ordinans in aliena diœcesi sine expressa licentia Ordinarij loci ab exercitio Pontificalium per annum suspensus est ex Conc. Trident.sess.6. de reformat. cap. 5. & sess. 14. cap. 2. quod procedit & in eo, qui ordinat in aliena Diœcesi, etiam cum expressa licentia, personas eidem Ordinario non subiectas, vt eandem suspensionem incurrat, ex eod. Concil. Trid. sess.6. de reformation. cap.5. & sess.14. de reformation. cap.2.

Tertius, Episcopi Titulares ordinantes aliquem absque licentia ipsius proprij Ordinarij cuiusuis privilegij prætextu, ab exercitio Pontificalium per annum sunt suspensi, ex Conc. Trid.sess.14.de reformat. cap. 2. Henriquez lib. 13. de excommunic. & suspens. cap.38. §. 2. Nauar. in manual. cap.22. num. 18. vers. tertio, Maiol. lib. 3. de irregularit. cap.23. num.10.& lib.4. cap.2. num.9. Viuald. tit. de suspens. num. 125.

Quartus,Pontificalia exercens,vel etiam solos Calices,Corporalia benedicens in aliena Diœcesi,sine licentia loci Episcopi, efficitur suspensus ab exercitio Pontificalium, Conc. Trid. sess.6. cap.5. de reformat. Nauar. cons.69. num.1. de sentent. excom.

Quintus, ordinans religiosum non professum, sine titulo,seu prouisione, suspenditur à collatione eorundem Ordinum per annum ex Bulla Pij Quinti. 74.

Sextus, Episcopi, Cardinales, & alij Prælati, qui aliquem patiuntur obtinere Cathedram, idest Cathedralem Ecclesiam, aut gradum consequi, contra formam traditam à Pio Quarto in Bulla,quæ incipit, in sacrosancta,ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.

Septimus, Episcopi,& alij Prælati dantes beneficia, præsertim Curata personis indignis, & quæ in loco residere, & Curam per seipsos exercere non possunt, à collatione beneficiorum ea vice suspensi sunt, vt colligitur ex c.cum in cunctis §.clerici, vers. Episcopus, & cap. nihil est de elect. & cap.quia nonnulli, de cler. non resident.& cap.graue nimis de præbend. & Conc. Trid. sess.7. de reformation. cap.3. iunctis glos.& Doctoribus ibi.

Octauus,suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ Prælati, qui sine auctoritate Summi Pontificis commentarios, glossas,interpretationes, scholia,vllumue interpretationis genus super Concilij Trid. decretis edunt, ex Bulla Pij Quarti super confirmatione eiusdem Concilij: quæ constitutio edita fuit quinto anno eiusdem Pij Quarti 1563. septimo Calendas Februarij, & incipit, Benedictus Deus, & est constitutio 96.

Nonus,accipientes beneficia per simoniacam confidentiam ab ingressu Ecclesiæ sunt ipso iure suspensi, & etiam Episcopi,ac S.R.E.Cardinales,per Bullam Pij Quarti de confident.109.& plures alias pœnas incurrunt, vt ibi, & constitut. Pij V. in Bull. cap.87.

Decimus, Episcopi, eorumque Superiores qualiter ad visitanda limina Apostolorum Petri, & Pauli, sub pœna suspensionis obligentur, vide Bullam Sixti V. de visitandis liminibus Apostolorum, editam anno 1595. 13. Calend. Ianuarij, quam refert Sayr. in thesau. casuum conscient. lib.4.c.12.num.53.

RESOLVT. CDLIV.

De casibus, in quibus reliqui, præter Episcopos, contrahunt suspensionem.

1 *Enarrantur sex casus, in quibus reliqui, præter Episcopos contrahunt suspensionem.*

1 PRimus est, Abbas regularis subditis laicis tonsuram, aut ordines conferens, aut eisdem litteras dimissorias, vt ab alijs ordinentur, concedēs, ab officio, & beneficio per annum ipso iure suspensus est, vt habetur in Conc. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10.

Secūdus, Fratres Prædicatores, si perturbare præsūpserint Officiū Inquisitoris cōtra Hæreticos, per Fratres Minores exercitatum, & idem de Minoribus perturbantibus Officium inquisitoris, per Prædicatores exercitatum, ipso facto, ab exequutione Ordinum sacrorum suspēsi sunt quousque vel per Sedem Apostolicā, vel ipsum Inquisitorē, cuius Officiū perturbarūt, absoluantur, vt habetur in quodam priuilegio concesso à Clemēte IV. quod incipit, Paupertatis altissimæ.

Tertius, religiosi absque licentia, & literis dimissorijs proprij Prælati sacris initiati ab vsu Ordinū sacrorum sic susceptorum, suspensi sunt arg. extrauag. Cum ex sacrorum Pij Secundi, Nauarr. in manual. cap. 25. n. 70. & c. 27. n. 155. vers. tertia, Henriquez lib. 13. de excom. & suspens. c. 40. §. 1.

Quartus, Præpositi, Priores, & omnes religiosi, qui introducunt mulieres intra monasteria, à diuinis suspensi sunt, & beneficijs priuati, & ad illa, & ad alia omnia inhabiles redduntur, ex Bulla Pij Quinti, quæ incipit, Regula Viuald. tit. de suspens. num. 118.

Quintus, habetur in Bulla Pij Quinti, quæ incipit, Quanta Ecclesiæ, edita 1568. Calend. April. & est 58. eiusdem in ordine, in qua Capitula, & Conuentus, quibus ob transgressionem Bullæ prædictæ circa non admittēdas beneficiorum resignationes est interdicta facultas, si contra fecerint incurrunt suspensionem ab illorum collatione, &c. & si sic suspensi cōferre, eligere, præsentare, cōfirmare, vel instituere ausi fuerint eo ipso à diuinis suspensi sunt, & à solo Papa absoluūtur.

Sextus, Capitula Sede vacante, quia infra annum vacationis literas dimissoriales concesserint, ex Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de reform. ecclesiastico subiacent interdicto.

Notabilia quædam in materia suspensionis.

PRimus, suspensus ab ordine superiore, non dicitur ab inferiore suspensus, sed suspensus à minore, tanquam a fundamento, censetur à superioribus suspensus. Henriq. de suspensione c. 22. §. 2.

Secundus, suspensus ab ordine, non dicitur suspensus à iurisdictione, quæ fundatur in ordine, nam ordo differt specie à iurisdictione, vnde Sacerdos suspensus ab ordine, potest absoluere excommunicatum ab excommunicatione, sed non solemnibus precibus adhibitis, neque à peccato, cum sit ordinis, illud verò iurisdictionis videatur, Sayr. tom. 1. fol. 381.

Tertius, suspensiones tres incurreret, qui tres ordines sacros susciperet sine dimissorijs sui ordinarij, Nauarr. cons. vltimo de corpore vitiatis.

Quartus, suspensionem ab ordine incurrens, non efficitur irregularis, exercens actus ordini suo ex cōstitutione proprię regulę deputatos, puta eligēdo, stādo, & sedēdo in Choro, & Capitulo inter alios tali ordine insignitos, idem Nauar. cons. 7. & ætat. & qualit. ordin.

Quintus à diuinis suspensus, prohibetur solum in officio suo agere sicut prius, ideo potest confiteri, & cōmunicare, idem Nauar. cons. 64. de sent. excom.

Sextus, suspensione vnius mensis, incurrens ob violationem statuti alicuius, imponentis pœnā huiusmodi, si ante dictum tempus elapsum, aliam pœnam, vel eandem ob nouum simile peccatum incurrat, non expectatur adimplementum prioris temporis, sed statim incipit currere tempus secundæ pœnæ debitum, & sic non fit duplicatio totius, docet notabiliter gl. in clem. 2. de Magistris.

Septimus, suspensio à voce actiua, vel passiua, & à Pontificalibus, potest quidem suspendi per appellationem subsequentem legitimam, vt pluribus docet idem Nauar. cons. 6. de appellat. prædicta enim valde inter se differunt, ideoque cum in iure non fiat mentio de ipsis, non est de illis intelligendum.

Finis tituli Praxis Suspensionis.

PRAXIS IRREGVLARITATIS.

RESOLVT. CDLV.

A quibus irregularitatibus Episcopus absoluere possit.

1 *Episcopus potest dispensare à quibuscunque irregularitatibus occultis. Amplia n. 2. limita n. 3. 4. 7. & 8.*
5 *Limita, causa, limitatum producit effectum.*
6 *Cui verba legis non conueniunt, nec dispositio.*

1 LIcet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare, & in quibuscunq; casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum, in foro conscientiæ gratis absoluere. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat.

2 Amplia, vt hanc potestatem Episcopus alteri delegare possit, vt secum dispenset in huiusmodi irregularitatibus, in quas Episcopus forte incidisset, vt declarauit Sac. Congreg. & ratio est, quoniam Episcopus in hoc delegatus est ad vniuersitatem causarum, & vicem delegantis gerit, ergo subdelegatus vice primo delegantis fungitur, & per cap. fin. de off. Ordin. facultatem subdelegandi habet. Ab Archiepiscopo etiam suo absolui poterit; eius enim Ordinarius est, ita Abb. ac DD. in cap. pastoralis de offic. ord. & Nouissimus in prax. Archiep. c. 66. num. 23. Limitant tamen Doctores nonnullis modis.

3 Et primò non procedere in illis regionibus, in quib. Conc. Trid. receptum non est, quia tunc non possent Episcopi vti hac facultate, vt declarasse Sac. Congreg. scribit Garzia de benefic. p. 7. c. 11. num. 23.

4 Limita secundò, non procedere cum extraneis personis, quoniam Episcopi non possunt dispensare cum eis, qui subditi non sunt, cum hæc facultas concedatur, habito respectu ad subditos, per illa verba, *quoscunque sibi subditos*, ergo secus quoad alios: limitata
5 enim causa, limitatum producit effectum l. in agris,
6 ff. de acquir. rer. domin. & l. fin. ff. de calumn. & cui verba legis non conueniunt, nec dispositio conuenire potest. c. solemnitatibus §. pen. de elect. lib. 6. & l. 4. §. solum ff. de dam. infe. & Fel. in cap. nonnulli num. 31. de rescript. & ita Nauar. in cons. 31. de pœniten. quare nec cum regularibus exemptis in sua diœcesi commorantibus, dispensare poterit, ita Nouissimus in sua praxi cap. 66. num. 19.

7 Li-

7 Limita tertiò, vt Episcopus dispensare nequeat etiã cum subditis extra diœcesim, nam sancta Synodus permittit id ei in diœcesi sua, vt ibi dicitur, ergo extra eam non potest, nam nec Pontificalia in aliena diœcesi exercere potest, vt habetur in eodem Conc. Trident. sess. 6. de reform. cap. 5. Quamuis melior ratio sit, quod ita sancta Synodus statuit fauore residétiæ cuius gratia residens Episcopus alia priuilegia habet, quod locum habet, vel Episcopus diœcesis id concederet, vt per eundem Nouissimum cit. cap. nu. 17. vbi quod nec Episcopus possit absoluere non subditos in sua Diœcesi de consensu sui Ordinarij.

8 Limita quartò, vt Episcopus non possit dispensare cum prædictis extra forum conscientiæ, nam sancta Synodus facultatem ei tribuit, vt habetur in eod. c. 6. in foro conscientiæ, ergo alias secus, ita Vgol. de potest. Episc. §. 2. c. 57. n. 7. & conferunt dicta per Nauar. in cons. 11 n. 2. de priuileg.

RESOLVT. CDLVI.

Homicidium voluntarium quando dicatur.

1 *Datur diffinitio homicidij voluntarij, & distinguuntur duo termini.*

2 *Aducuntur circa hanc materiam nonnullæ Sac. Congreg. declarationes.*

1 SAyr. lib. 7. c. 1. n. 10. ex mente Aristot. lib. 3. Eth. c. 1. & ex D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 1. diffinit, homicidium voluntarium illud esse, quod in se ab agente est intentum, & subdiuiditur, secundum eundem, in voluntariũ in se, & voluntarium ex sua causa; potest enim voluntas ferri in actum homicidij, tam directe, quam indirectè: directè quidem, & per se fertur voluntas in homicidium, quando quis habet animum occidendi, vt qui intendit occidere Petrum, & hæc est vera, & propria malitia, & peccatum homicidij: indirectè verò, & secundum quid, fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè, & per se sequitur homicidium, vt cum propinatur venenum, percutitur præguans, vel quis grauiter percutitur in capite, aut iuxta cor, & inde sequitur mors; applicans enim huiusmodi res, est causa efficax mortis; quamuis ex eo, quod voluntas non feratur directè, sed indirectè in homicidium, minuatur aliquantulum culpa.

Et tandem, quod dicatur homicidium voluntarium vide Caiet. 2. 2. q. 64. art. vlt. Nauarr. in manual. c. 27. n. 240. Couar. in clement. si furiosus 2. p. in initio, & §. 1. n. 2. de homicid. Vgol. cap. 33. de irregularit. Ant. Roch. de visitat. verb. homicidio voluntario. Auilam de censur. 7. part. disputat. 6. sect. 2. dub. 1. Molin. tract.
2 3. disputat. 3. 33. & 39. & alios. In qua etiam materia notandæ sunt infrascriptæ Sac. Congregationis declarationes, secundum quod refert Garz. de benefic. p. 7. cap. 11. num 44.

Mandans homicidium in persona vnius si committatur in persona alterius, non incurrit irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, decisum anno 1587. Secundo quærebatur, an is qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expresso, ne occideretur, si mandatarius armis percusserit, & occiderit intelligatur incidisse in hoc decretum Concilij vt omni ordinatione, ac beneficio, & officio absque spe dispensationis perpetuò carere debeat? Congregatio censuit negatiuè; & hanc doctrinam confirmat Nauarr. in manual. cap. 27. num. 240. Concilium enim requirit homicidium per industriam per insidias, & ex proposito.

RESOLVT. CCCCLVII.

An mutilatio membri æquiparetur homicidio voluntario ad effectum, vt Episcopus dispensare nequeat.

1 *Episcopus potest dispensare super irregularitate proueniente ex mutilatione, quamuis non possit dispensare super irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio voluntario.*

2 *Assignatur ratio conclusionis, & adducitur etiam ad hoc constitutio Pauli III. n. 4.*

3 *Datur intellectus ad Nauarr. c. 27. n. 194.*

5 *Declaratur glos. in clement. 1. de homicid.*

1 LImitatur communiter per DD. conclusio illa, quod Episcopus dispensare nequeat super irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, vt minimè procedat in mutilatione voluntaria, si est occulta, ita Nauar. c. 27. n. 94. in fin. Rodriq. in summ. c. 181. p. 1. n. 1. & in quæstionib. regular. t. 1. q. 24. art. 10. Garz. de benefic. p. 7. c. 11. n. 29. Tolet. lib. 1. c. 88. versic. 6. & c. 89 num. 3.

2 Cuius conclusionis ratio assignatur, quoniam exceptio posita in Conc. videlicet, *excepto homicidio voluntario*, non comprehendit irregularitatem ortam ex mutilatione membri, secundum Viuald. de irregularit. n. 328. nam secundùm Henriq. in sum. lib. 14. de irregul. c. 19. in gl. lit. I. in mutilatione membri, Concilium nihil innouauit, cùm solum excepit homicidium voluntarium, sub qua exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cùm verè non sit homicidium, secundùm Thoming. dec. 200. & Mastrill. decis. 168. & in proprijs terminis Rodriq. in addit. ad Bullam §. 1. nu. 6. Molina tr. 3. disp. 79. n. 8.

3 Non obstat Nauarr. c. 27. n. 194. asserens, mutilationem membri æquiparari homicidio, quia respõdetur, secundùm Rodriq. citat. c. 181. æquiparationem procedere tantummodo quoad irregularitatem contrahendã, non autem quoad prohibitionem dispensandi, cùm, vt supra dixi, homicidium distinguatur à mutilatione, vt probatur in c. 1. de cler. pugn. in duel. ibi, homicidiũ, vel membrorũ diminutio non fuerit; sequuta.

Deniq; quod sub prefata prohibitione Conc. nõ cõprehendatur mutilatio membri, Garz. citat. loco allegat Constitutionem Pauli III. in anno 1549. in fauorem Societatis Iesu, vbi in facultate dispensandi in irregularitate, cum personis Societatis excipit homicidium voluntarium, bigamiam, & mutilationem membrorum, vt in libro literarum Apostolicarum Societatis Iesu pag. 40. & ita censuit Sac. Congr. Conc. super dictum c. 6. his verbis ibi, *Homicidio voluntario, appellatione homicidij non venit mutilatio membri.*

5 Nec secundum eum obstat glos. in clementin. 1. de homic. quia procedit quoad incurrendam irregularitatem, non quoad dispensationem, vt referunt Suar. t. 5. disp. 44. sect. 2. n. 4. & sect. 3. seu. 4. n. 35.

RESOLVT. CDLVIII.

Homicidium casuale, quod dicatur.

1 *Datur diffinitio homicidij casualis, ex qua diffinitione infertur ad duo, n. 2. & 3.*

1 SEcundum gl. in c. sicut dignum de homicidio: casuale homicidium propriè dicitur, quando omnino sequitur præter aliquam culpam, & præter omnem intentionẽ, & ideo dicitur casuale, quia opponitur voluntario directè, & de hoc loquitur Con. Trid. sess. 14. c. 7. de refor. ibi, *Si verò homicidiũ nõ ex proposito sed casu.*

2 Ex quo infertur primò, quòd si aliquis occidit hominem, non intendens occidere: item si quis mãdat alicui vt verberet, vel percutiat, ita vt non occidat illũ, si mãdatarius occidat, est homicidiũ casuale dispẽsabile ab Episcopo Nauar. in manual. c. 27. n. 240. & cons. 27. de homic. Henriq. in sum. lib. 14. c. 19. §. 3. in annot. lit. E.

3 Infertur secũdò, quòd si quis facit aliquid, vnde secutus sit mors, non tamen fecit animo inferendi mortẽ, incurrit irregularitatem ex homicidio casuali proueniente: sic si quis defendat se, & se defendendo, aliquem occidat, exercendo moderamen inculpatæ tutelæ, committit homicidium dispensabile, & irregularitatem inde prouenientem incurrit ex Nauarr. c. 27. n. 240. & cons. 36. n. 1. de homic.

RESOLVT. CDLIX.

Homicidium quando dicatur deductum ad forum contentiosum.

1 *Delictum dicitur, deductum in iudicium per citationem, redditur ratio.*
2 *Ampliatur conclusio non solum in causa principali, sed etiam in causa appellationis.*
Limitatur num. 3. & 4.
5 *Citatio inualida nil operatur.*
6 *Citatio inualida non constituit aduersariũ in contumacia.*

1 REspondetur, delictum tunc dici deductum in iudicium, quando est facta citatio: & ratio est, quia regulariter à citatione incipit. tex. est expressus in §. fi. de pœna temer. litigan. instit. glos. in rub. C. de iudic. Bart. in l. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Bald. in l. vbi ceptum ff. de iudic. & in addit. ad Spec. in tit. de appellat. vers. iudiciũ dicitur, latè Alex. post Castren. in l. postquam liti C. de pact. vnde secundum Nouissimum in sua prax. c. 66. non sufficeret sola informatio capta per Curiam, si Curia ipsa non procederet contra inquisitum, neque ipsum citari fecisset.

2 Amplia id, quod dixi, quod per citationem dicatur delictum deductum ad forum contentiosum, procedere non solum in causa principali, sed etiam in causa appellat. l. fin. §. illud cum ibi not. per Bar. C. de temp. appellat. Vnde citatio dicitur de processu, prout habetur in c. prudentiam in gl. in verb. formam de offic. deleg. facit tex. in c. quoniam contra falsam in verb. citationes, & ibi DD. de probat. & ideo si statutũ dicat, quòd appellans debeat post appellationem infra tot dies procedere in causa, alias appellatio habeatur pro deserta, sufficit quod fecerit partem citari, ad hoc, vt dicatur processisse.

3 Limita nunc propositam conclusionem de citatione, & primò in illa, quę est extraiudicialis, gl. in clem. 1. in verb. citationes de iudic.

4 Limita secundò, quando citatio esset circunducta, quia tunc habetur, ac si non esset facta. l. & post edictũ §. quod si ijs ff. de iud. Et ex hoc dicit notabiliter Bal. in l. 1. ff. eod. post Guil. de Cu. in l. sicut, C. de præscript. 30. ann. quod per talem citationem, quando actor nõ comparuit, non censetur interrupta præscript. idem tenet Bald. in l. fin. in princ. ff. de eo per quem fa. erit, & in d. l. & post edictum §. 1. vbi hoc reputat not. dignũ, & sequitur Alex. qui prædicta allegat. idẽ tenet Lanfr. Brix. in tr. de arbit. in 6. p. in q. 32. idem, & plenius tenet Bald. in c. consuluit n. 7. de off. deleg. vbi hoc probat duabus rationibus. Primo, quia actor non comparendo, videtur renunciare tali citationi. Secundo quia ista citatio non habet suum perfectum esse. d. l. & post edictum §. circunducto. idem etiam tenet Bald. in addit. ad Spec. in tit. de citationib. in vlt. col. & idem Bal. in repert. suo super Innoc. in verb. citatio, motus, quod actore non comparente, citatio est imperfecta, cũ non constet ex suis partibus, & ideo non interrumpit præscriptionem, facit, quia per citationem inualidam nõ interrumpitur præscriptio, secundum Bart. in l. accusare ff. de adulter. Bald. in c. quoniam contra falsam, in 6. col. de prob. & in c. tua nos, in pen. col. de cohabit. cler. & mul. sicut nec per contestationem litis factam coram iudice non suo, interrumpitur præscriptio, glos. est in cap. placuit 2. §. quod si per naturale in vers. interrupta 16. q. 3. in gl. in l. si pater, & ibi Bald. C. ne de sta. defunc.

5 Item citatio inualida nihil operatur glos. in l. si accusatoribus in glos. fin. C. de accus. quam not. & sequitur Bald. in c. in nomine Domini, in 4. not. de testib. & in d. c. quoniam contra falsam in 6. col.

6 Item citatio inualida non constituit aduersarium in contumacia, glos. in cap. de causis in verbo venire de off. deleg.

RESOLVT. CDLX.

Delictum quando dicatur occultum.

1 *Occultum dicitur omne improbabile.*
2 *Occultum dicitur illud, quod opponitur notorio.*
3 *Opinio Graff. quæ sit circa hoc.*
4 *Occultum secundum opinionem Garz.*
5 *Delictum vt dicatur occultum, quid requiratur.*

1 NAuarr. in suo manuali c. 27. n. 250. & seq. cupiens hanc explicare quæstionem, scriptum reliquit, illud esse occultum, quod non est publicum, sequitur Tolet. lib. 1. cap. 89. nu. 5. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 10. q. 9. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 37. num. 11. vbi constituit conclusionem, omne improbabile esse occultum, & iuxta hanc explicationem intelligendus est tex. in cap. vestra de cohab. cler. & mul.

2 Henriquez verò lib. 14. de irregularit. cap. 20. n. 40. tenuit occultum dici illud, quod opponitur notorio, quod quidem notorium inducitur ex confessione in iudicio facta cap. cum olim de verb. signific. Cranet. cons. 248. Gramm. dec. 31. & 36. & Balb. in decis. 51. vnde acta iudicialia inducunt manifestum, Verall. in dec. 325. p. 1. Cap. Tholos. in dec. 122. & 199. Rot. Genuens. in dec. 146.

3 Graff. lib. 1. suar. aur. dec. c. 3. n. 45. scripsit, occultum dici, cuius non sunt legitimi testes, etiã si ab aliquibus sciatur, non autem quod opponitur notorio, & manifesto, & ita quoque voluit ante eum Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 51. n. 4. Viuald. in eiusdem nominis tractatu, n. 215 in caud. aur. Auila de censuris part. 2. c. 7. disp. 1. dub. 12. Rodriquez 1. to. quæst. reg. q. 24. art. 11. Zecch. de casibus reseru. casu fin. n. 1.

4 Tandem Garz. de beneficiis p. 7. c. 11. n. 47. super c. 6. sess. 24. de reform. Concil. Trid. refert quasdam declarationes Sacræ Congregationis, quarum prima est: intelligendum est occultum secundum terminos iuris, alias Absolutus, vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Concil. vtitur termino occulti, quod propriè loquendo, dicitur, quod probari non potest c. vestra de cohab. cler. at per duos testes probari potest, & verba Conc. debent intelligi secundum proprietatem, & huic opinioni quoque ego adhæreo, quare si delictum patratum esset coram vno teste, crederem dici occultum ad effectum, vt Episcopus posset in eo dispensare, quia dictum vnius dictum nullius l. iusiur. C. de testib. & c. tuis eod. tit.

5 Notandum tamen in hac materia esse attendendã radicem delicti, quod sit occulta, vnde si excommunicatus occultè, publicè celebret, licèt celebratio sit notoria, irregularitas tamen dicetur occulta, propter occultã excommunicationem, ex qua ipsa descendit,

ita

ita post Nauar.& Henriquez prax. Archiep. c.66. sub n.4. & sequitur Piaseg. in praxi Episcopali p.1. cap.1. rubr. de dispensationib. sub n.56.fol.61.

RESOLVT. CDLXI.

In qua ætate contrahatur irregularitas.

1 *Infans non contrahit irregularitatem.*
2 *Amplia etiam in infante maiore, doli tamen incapace tempore delicti.*
3 *Redditur ratio ampliationis.*

1 EX clem.1. de homic.expresè colligitur,infantem non contrahere irregularitatem,quod ampliant
2 procedere etiam in eo, qui est maior infante,si tẽpore quo delinquit,non erat doli capax, nam in irregularitatem non incidit, vt ante omnes tenuit gl. in citata clem. vnica in verbo infans, cum qua conueniunt ibi Petr.de Anch.n.7.Imol.n.6. Bonifac. Vital.col.pen.n. 73. & alij communiter Soccin. in cap. ad audientiam colum.12. num. 48. versic. vnde arbitror de homicid. Igneus in l.1.§.impubes n.18.ff.ad Syllan. & nouissimè Gonzal. à Villadiego in tract. de irregularitate cap. de percussore n.12. qui hanc perhibet communem, id quod faciunt similiter Soc. & Igneus locis signatis: & ratio est, nam si per infantem septennio minorem,
3 & doli incapacem, irregularitas non contrahitur, d. clem.vnic.vt supra visum est,quia consilij imbecillitas eum excusat, & talis ætas ignorat, quodque videt l.1. C.de fals.monet. Eadem etiam ratio militans in puero maiore infante, doli tamen incapace, ergo idem ius erit, arg.l.illud ff. ad l. Aquil.

RESOLVT. CDLXII.

Dicens aliqua verba, ex quibus mouetur alius ad patrandum homicidium, an sit irregularis.

1 *Facti species.*
2 *Clericus ad hoc vt possit dici irregularis ex aliquo homicidio commisso, est necesse,quod fuerit causa proxima.*
3 *Præstare consilium quando quis dicatur.*

1 INter nõnullos'astantes,quidam conquerebatur de malis tractationibus sibi illatis à quodam suo amico,quæ cùm audiuisset Canonicus cuiusdã Cathedralis huius Regni protulit hæc verba,*Per certo,se hauesse fatto queste cose à me,farei ad ogni modo,che lui nõ praticasse tra gli huomini.* quibus habitis per spatiũ dimidiæ horæ ille dictum suum amicum occidit, quo peracto capitur informatio, quod dictus Canonicus, vti instigator,adhortator, & consultor debeat censeri incurrisse in irregularitatẽ, & quãuis ex regulis mãdãs, adhortans, & consulens, vti peruersa intẽtione suffulti, sint omnes irregulares, vt probatur expresè in c. vt periculosè de pœnit. dist.1.gl. in c. sicut §. clericus de homicid. quod adeò verum est, vt procedat etiam si esset iustum homicidium.cap.sententiam ne cler.vel mon. latè gl.in clem.1. de pœnis. Et procedit etiam si non statim,sed diu post patratũ fuerit prefatum homicidium,secundùm Spec.in tit. de dispensatione,§.iusta vers. sed quæritur,Syluester in summa in verbo homicidium primo quæst.8.vers.sextum,Balbus dec.13.

Supradictis accedat, quod in dubio dum ambigitur an clericus sit irregularis, vel non, semper dicendum est,esse irregularem,& à celebratione abstinere debere, secundùm Panorm. in cap.ad audientiam n.2. vbi Fel.num.1.de homic.per tex. in cap.2.de obseruat. ieiunij, & latè Villagut. in decis.50.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, videlicet,prefatum Canonicum nullam cõtraxisse irregularitatem, ad quod consulendũ, salua omnium correctione, mouebar ex plũribus.

2 Tum primò, quia vt præbẽs causam homicidio, dicatur irregularis necesse est,vt causa illa fuerit proxima,non autem remota,vt latè tradit Fel. post alios in cap.de cætero de homicid.de Rubeis cons.23. nu.6.& sequent.Marant.cons.27.n.3. Cacher.in cons.103.n.6. & in casu proposito præfatum Canonicum apertè apparet,nullam dedisse causam proximam,immò remotissimam, secundùm quod in proprijs terminis refert se consuluisse Burell.in cons.62.volum.1. quem refert, & sequitur Burchelt. cons.22.

3 Tum secundò, quia per supradicta verba, quibus vsus fuit dictus Canonicus non videtur præstitũ fuisse consilium,ex quo præstari consilium dicitur,quãdo quis suasit,rogauit,mandauit,vel quid simile fecisset, ex quibus sequeretur homicidium, capitulo sicut dignum de homicid. & ponit exemplum Spec. in tit. de dispensatione. §.iusta n.39.puta si ostendit vtilitatem, quæ ex patrato homicidio sequeretur.

Denique ad excusandũ prefatum Canonicũ ab irregularitate adducebatur, quod homicida non fuit motus principaliter ex verbis dicti Canonici,quoniã erat aliàs occisurus ob inimicitias ortas inter eos,quo casu cõsulens persona, quæ omnino erat homicidiũ cõmissurũ,irregularitatẽ non contrahit, vt deducitur ex traditis,per Henriq.lib.14. de irregularitat.c.16.n.3.

RESOLVT. CDLXIII.

An Episcopus absque irregularitatis metu possit concedere licentiam iudici laico exhumandi corpus mortuum.

2 *Facti species.*
2 *Corpora mortuorum non debent vexari.*

ISTud solet peti ad finem capiendi informationem delicti in genere, quare cùm in Curia Episcopali
1 Auersana id contigisset,cùm peteretur exhumari corpus sepultum in terra Cassandrinæ diœcesis eiusdem ciuitatis,sub pretextu cognoscendi an esset venenatũ. Cumque Illustrissimus Dominus meus Cardinalis Spinellus petijsset à me,an iure istud fieri posset: ego in primis dubitabam pro negatiua opinione, quod de omni iure cadauera mortuorũ debent esse in maxima veneratione:hinc in l.sunt personæ ff.de relig.& sumpt.
2 funer.habetur,quod corpora,& ossa mortuorum non debẽt vexari,probatur quoque in l.ne corpora ff. eod. tit.vbi habetur maxima veneratio Gentilium in sepeliendis corporibus defunctorum, & statuitur in iure canonico in capitulo in nostra de sepulturis.

Accedat secundò text.in l. qui sepulchrum Cod. de sepulchr.violat. vbi corpus mortuum nõ debet percuti,& lacerari,voluit etiam Bertachin. in suo repertor. in verbo cadauer furans. Catald. de syndicatu quæst. 147. & 148. Alberic. in suo diction. in verbo mortuos non licet.Milis in suo repertor.verb. sepultura.Hyppsing. 199. immò datur actio iniuriarum contra talia perpetrantes.leg.1.§.& si forte ff.de iniurijs,& qui cõtra supradicta facit peccat mortaliter, cùm committat contra legis præcepta,Armill. in verb.mortuum, quem refert Caualc.in decis.18.par.5. & cadeuer non potest exhumari,etiam ex causa licita,absque licentia Episcopi,alias puniri debet, qui sic contrectat, ac si reliquias spoliaret,& auferret,& sacrilegium committeret, Clar.in §.sacrilegium n.3.Franch.March.in dec. 1056.n.9.part.1.& in dec.381.& in dec.1.par. 2. Rota in dec.8. vt lite pend. in antiq.

Sed contrarium fuit practicatum in Curia Archiepiscop. Neapol.prout testatur nouissimus auctor praxis Archiepisc.in 1.impressione c.41.num.10.

RESOLVT. CDLXIV.

Clausula *citra pœnam sanguinis*, an præseruet ab incursu irregularitatis.

1 *Clericus potest de suis malefactoribus conqueri præmissa clausula, citra pœnam sanguinis, & non efficitur irregularis, amplia num. 2. & 3.*

SVpposito, quod clericis, seu quibusuis ecclesiasticis personis prohibitum sit se immiscere causæ sanguinis cap. clerici, & cap. sententiam, ne cler. vel mon.

1 Dubitatur, an id procederet etiam stante protestatione in accusatione, vel querela criminali, *citra pœnam sanguinis*, & text. in cap. Prælatis de homicid. lib. 6. aperte definiuit, licitum esse clericis absque vlla irregularitate, apud iudicem sæcularem querelam proponere de malefactoribus suis, & pœnam petere etiam in causa criminali, præmissa hac protestatione.

2 Amplia primò, etiam si præfatus clericus certò sciat, iudicem mortem accusato illaturum, secundùm Panormit. Fel. Io. And. & reliquos in cap. postulasti num. 3. de homic. Sum. Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 64. & Couar. in clem. si furiosus par. 2. §. 5. num. 1. vers. quarto de hom. & Soc. in cap. ad audientiam n. 54. de hom. Angelica verb. homicidium 2 n. 6. & Silu. verb. homicidium 2. q. 8. Tabiena verb. irregularitas 3. §. 8. & S. Anton. 3. part. tit. 29. c. 2. §. homicidium casuale, quidquid Vincent. vt refert Panorm. contrarium in hoc casu senserit, Sum. Corona tit. de irregularitate n. 7. Cosmus Philiarcus de off. Sacerdot. part. 1. lib. 4. c. 11. §. 4. Ratio est, quia alias daretur materia trucidandi clericos, & bonis suis spoliandi, vt rectè Panormit. vbi supra ex cap. Prælatis de homicid. lib. 6. colligit.

3 Amplia secundò, vt præfata clausula suffragetur quoque etiam criminaliter quærelantibus pro offensionibus illatis in personas suorum consanguineorum, vt fuisse seruatum in Curia Archiepiscopali Neap. scribit Nouissimus in sua praxi c. 41. Et ratio est, quia iniuria facta vni, censetur facta omnib. de familia. Bar. in l. lex Cornelia ff. de iniurijs, Bal. in l. 1. in 5. not. C. de raptu virg. Anton. de Butrio, & Fel. in c. cum oporteat de accus. & dicitur tractari de proprio interesse, quando iniuria illata est vni de familia, secundum Dec. in cons. 133. num. 4. Gram. in dec. 23. vnde Nauar. in cons. 3. de iniurijs, concludit, patrem clericum posse agere contra interfectorem filij, cum protestatione prædicta Couarr. in d. clementin. si furiosus §. 5. num. 4.

Quare sequitur ex prædicta ampliatione, clericum, qui aliquem accusauerit pro offensione alteri illata contrahere irregularitatem, etiam interposita clausula *citro pœnam sanguinis*, ita Nauar. in man. cap. 27. num. 213. Couar. cit. loco num. 4. Fel. in cap. postulasti de homicid. & idem Fel. cum Panorm. in c. de cætero de testib. Villadieg. de irregularitate c. de percussore. Henriq. lib. 14. §. 11. num. 4. Medices par. 2. tit. 9. quæst. 34. §. 13. Ratio est, quia cap. Prælatis de homicid. locum habet cùm accusatio proponitur pro iniuria ipsi clerico accusanti illata.

4 Quia si clericus in animo haberet contrarium protestationi exterius per eum scripto, aut verbo factæ, an irregularitatis notam euadet, si sequatur pœna sanguinis, vide Sayr. in thesaur. cas. conscient. lib. 6. cap. 18. num. 4. vbi Doctores hinc inde contrarium sentientes congerit, quibus adde Salzed. in addit. ad Diaz in praxi crim. canon. cap. 98. & prax. Archiep. cap. 66. num. 9. ipse autem Sayr. illam amplectitur, opinionem, vti veriorem, existimans, scilicet non esse irregularem.

RESOLVT. CDLXV.

An facultas absoluendi ab irregularitate occulta, virtute Concilij Trid. competat Prælatis inferioribus habentibus iura quasi Episcopalia.

1 *Prælati inferiores, puta Abbates, & similes, quod possint absoluere ab irregularitatibus occultis, probatur ex duobus num. 2. & 3.*

4 *Contrarium est verius.*

1 EXemplificari potest in Prælatis Regularium, in Abbatibus obtinentibus vsum Mitræ, & Baculi, & in reliquis omnibus Prælatis quibus ex speciali priuilegio reperiuntur concessa iura Episcopalia: in qua quæstione videbatur posse responderi pro affirmatiua sententia, & hoc præcipuè ex duobus.

2 Primò, quòd licet dispositio sit odiosa, ad text. in ca. fin. §. fin. de filijs presbyt. lib. 6. latè omnes in l. omnes C. de testament. potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda. Dominicus in c. nos consuetudine 12. dist. Butr. Abb. & Felin. in c. postulatti de rescriptis, Emanuel Sà in aphorism. Confess. verbo dispensatio num. 7. & communiter DD. in cap. at si clerici §. de adulter. de iudic.

4 Secundò, quia iura loquentia de Episcopis quandoquidem extenduntur ad Prælatos habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt patet ex deductis per Rotam collectam à Farinaccio in decis. 10. per tex. in cap. accedentibus, & quod ibi notatur de excess. Prælat.

4 Cæterum supradictis minimè refragantibus in contrarium est veritas, in eaque consistit communis, & receptior est opinio, nam eam tenent Suarez in 4. tom. de pœnitent. disputat. 30. sect. 2. num. 6. & idem in tract. de censur. disp. 41. sect. 2. num. 7. & alij relati per Garl. de benefic. part. 7. cap. 11. num. 13.

RESOLVT. CDLXVI.

An supradicta facultas competat Capitulo Sede vacante.

1 *Capitulum Sede vacante non habet facultatem absoluendi ab irregularitatibus occultis.*

2 *In his, quæ sunt à Sede Apostolica Episcopo delegata, non succedit Capitulum Sede vacante.*

3 *Contrarium est verius, quod probatur auctoritate num. 4. & ratione num. 5.*

1 VIdebatur prima facie dicendum, quod non, quia præfata potestas non competit Episcopo iure communi, & proprio, sed ex iure speciali, & consequenter non transit in Capitulum, arg. tex. in c. verum de foro compet. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de

2 deuolut. num. 68. Item præfatam facultatem habet vti delegatus Apostolicus, in qua delegatione Capitulũ non succedere, voluit glos. communiter recepta in clem. 1. in verb. Capituli, propè fin. de hæret. Host. in cap. abolendæ eod. tit. Franchus num. 3. & Gemin. num. 8. de maior. & obedient. lib. 6. cap. vnico Abb. in cap. cum olim eodem tit. & Federic. de Senis cons. 30.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus in contrarium est veritas, & iuxta hanc sententiam consului, quam opinionem fundabam auctoritatibus, & rationibus.

4 Auctoritate enim probatur ex notatis per Garziam de benefic. par. 7. cap. 11. num. 21. Henriq. lib. 6. cap. 16. §. 1. & idem lib. 14. cap. 20. §. 1. Zened. collect. 4. ad sextum nu. 3. Rodriquez q. 61. art. 9. in qq. regul. to. 1. Suar. disp. 30. sect. 2. num. 4. tom. 4. Auila de censur. disput.

sput.10.dub.6.Nouissimus in sua prax. cap.66.nu.22. Sanchez de matr. lib.2. disput.40. q.2. & idem Garz. part.5.cap.7.num.41.Vgol.de potestat.Episcop.lib.2. cap.58.§.2.post Guttierez lib.1.can.quæst.cap.3.

5 Ratione etiam probatur,quia licèt illa facultas Episcopo concessa, competat iure speciali, ex decreto Conc. sess.24. de reformat. cap.6. tamen competit Capitulo iure communi,& ex iurisdictione ordinaria ei tributa per dictum decretum,& ita in terminis docent Henriquez, Rodriquez, Suarez, & Sanchez locis cit. vbi ita referunt declarasse Sac. Congreg. Concilij.

RESOLVT. CDLXVII.

Bulla Iubilæi dans facultatem absoluendi à censuris, an includat irregularitatem.

1 *Clausula,quæ apponitur in Bulla collationis*, teque absoluentes à quibusuis censuris,*non includit irregularitatem,quod probatur ex duobus,num.2. & 4.*
3 *Ampliatur conclusio principalis,vt procedat etiam si in Bulla adijciantur verba,*& à pœnis.

1 EVenit quandoquidem,vt excommunicati, & irregulares impetrent à Romano Pontifice eis dari aliquod beneficium, quare cùm in Bulla collationis soleat apponi clausula, *teque absoluentes à quibusuis censuris*,fuit dubitatum an præfata clausula quemadmodum absoluit excommunicatum,taliter quòd possit esse capax recipiendi beneficium ecclesiasticum, ita quoque censeatur absoluisse ab irregularitate, si quam habebat: In qua quæstione consulendo,respondi negatiuè ex pluribus.

2 Tum primò,quia irregularitas non est censura, sed pœna quædã seu inhabilitas,vt probat text.in c.quærenti de verb.signif.Salon.2.2.q.64.art.8.Aragon. Bãnes eadem quæstio.Hugolin.de censur. eccl. tab.1. c. 26.n.2.Henriquez lib.7. de indulgent. cap.13. num.6. & lib.13, de excommun. cap.2. in annot. Sot. sibi ipsi contradicens l.5.de iust.quæst.1.art.4.Nauar. cap.27. num.194.& 254.Couar.in cap. alma mater part.1. §. 6.num.6.Sayr.lib.1.cap.1.num.18.& fusius lib.7. cap. 14. de censur.& alij ab eo citati.

3 Amplia suprapositam principalem conclusionem procedere etiam si in Bulla adijciatur verbum, *& à pœnis*,quia adhuc non includit irregularitatem, Nauar.in manual.cap.27.num.194. & idem in cons.7.n. 2.de temp.ordin.& in cons.4.num.3. de filijs presbyt. & in cons.82.nu.3. de simonia, Salzed. ad Diaz cap. 26.lit.C.vers.sexto,& esse de stylo Curiæ tradit Garz. de benef.part.7.cap.11.n.59. vbi allegat Concil. Mediolanen.3.in tit.de his,quæ ad Sacrament. Pœnitent. pertinent,vbi habentur hæc verba, videlicet. *Ne Confessarij Sacerdotes,cùm sibi facultate vel ex Iubilæo, vel ex alijs Apostolicis literis concessa pœnitentium confessiones audire, eosdemq; à peccatis etiam grauioribus.quæ admiserunt,& à pœnis item,ac censuris, quibus irretiti sunt,absoluere licet, cum eo qui irregularitatem incurrerit,dispensent,nisi eius rei facultate illis literis nominatim expressa.*

4 Tum secundò,quia cum per huiusmodi clausulam datur facultas absoluendi,non potest extendi ad irregularitatem,quę non absolutione sed dispensatione tollitur,& ita tenendum asserit Garz.loc. cit.

Finis tituli Praxis irregularitatis.

PRAXIS EPISCOPORVM.

RESOLVT. CDLXVIII.

An Archiepiscopus possit compellere subditos suffraganei ad perhibendum testimonium.

1 *Testes renitentes iterum deponere cogi possunt per commissarium ad perhibendum testimonium.*
2 *Ratio dubitandi pro opinione negatiua redditur.*
3 *In Curia Archiep.Neap.est decisum, quod est petenda licentia ab Episcopo suffraganeo,ita vt possint examinari dicti testes per Commissarium.*
4 *Ratio huius decisionis redditur.*

1 IN Cur.Archiepiscopal.Neap. pendebat, quædam causa Nolana, ad eandem per viam appellationis deuoluta. Vnde cum esset mittendus vnus ex nobis Castro Conuiniani Diœcesis dictæ Ciuitatis pro repetẽdis testibus primo loco examinatis, fuit dubitatum inter nos,an casu, quo præfati testes reperiantur renitentes iterum deponere, cogi possint censuris, vel alijs pœnis, per dictum commis-
2 sarium,Ratio dubitandi pro opinione negatiua erat, quòd cum ius cogendi testes vel alios non subditos non sit penes Archiepis.cap.pastoralis, & ibi Abb. nu. 12.de off.delegati cap.1. num.1. & ibi glos. in verbo suscipere de foro competenti lib.6.propterea videbatur dicendum nullam potestatem competere præfato commissario cogendi testes. Item dicebatur, quod cum Metropolitanus non habeat iurisdictionem in subditos sui suffraganei nisi in casibus à iure expressis cap.cum simus,vbi Franchus num.3. de priuilegijs in 6.c.ex frequentibus,& ibi DD.de instit.c. Romanæ §. si aliquibus de censibus in 6.Felinus latè in cap. pastoralis num.6.vers.circa nouam opinionem Abbatis de officio ordinarij,ideo compelli nequeunt.

3 Hinc fuit dictum in eadem Curia esse petendam licentiam ab eodem Episcopo,vt possit dictus commissarius examinare testes in eius diœcesi,& decisionis ratio fuit, quia Archiepiscopus in subditos suffraganei
4 iurisdictionem non habet, quod requiritur ad hoc, vt cogere possit l.eum, qui vbi Bal. num.1. ff. de iurisdictio.omnium iudicum, & Abbas,in cit.cap.pastoralis, nu.5.licet possit cogere ipsum suffraganeum, vt eius subditos compellat ad deponendum,quia ipse est immediate subditus Archiepiscopo, vnde in eo cessat ratio d.legis,eum, qui,quod expresse tradit glos.in c. 1.§.neq; in verbo suscipere, de foro competenti in 6. quare per Rotam Romanam in vna Oriolen. iurisdictionis 11.Nouemb.1596.Coram Illustrissimo Seraphino fuit resolutum posse Archiepiscopum suffraganeum in causis,ad eum per appellationem deuolutis, vel alias Iure Metropolitico spectantibus cogere ad suscipiendam delegationem tam pro recitandis testibus, quàm pro alijs articulis, vt patet apud eundem decis.1212. vnde Hostiens. in cit. cap. pastoralis tenuit Archiepiscopum posse cogere suffraganeum ad compellendum subditos pro perhibendo testimonio, & suffraganeo negligente cogere vtrumque, nam propter talem negligentiam iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum,c.cum simus 9.q.3. & ibidem glos. in summa,& c.fin. in verbo negligentes ead. q. & c. 1. in verbo culpis de supplend. negligentia prælat.in 6. vbi Geminian.ad glos.in verbo iurisdictio dicit;quod vsus mundi approbat hanc sententiam,sequitur Franc.n.3. Fel. in c. pastoralis n. 6. de officio ordinar. vbi tradit totum mundum tenere hanc opinionem,& quod contra-

traria opinio est noua allegat Paul. de Leazar. in cap. 1. de supplend. negligent. prælat. in 5. Io. Andreas in d. cap. pastoralis num. 5. Bellamer. num. 1. Præpos. d. cap. cum simus 9. quæst. 3. & fuit dictum in vna Valentina iurisdictionis 18. Aprilis 1597. Coram eodem, vt patet in decis. 1222. Et ideo quando Archiepiscopus indiget opera non subditi debet vti litteris requisitorijs ad Episcopum Superiorem illius subditi Couar. pract. qq. cap. 10. num. 2. quo casu Episcopus suscipiens mandatum Archiepiscopi, si proceditur per viam coactionis, dicitur procedere iure proprio, & non Archiepiscopi auctoritate, Abb. in cap. quam consultationem num. 28. in fine, & num. seq. de re iudicata, cum ius cogendi testes, vel alios non subditos non sit penes Archiepiscopum, vt supra in ratione dubitandi dictum est, quo fit, vt episcopus in hoc casu procedens iure proprio in coacta vi non potest alteri vices suas committere cap. fin. de offic. Ord. Abb. in cap. constitutus num. 6. de fidejussor. Rot. in decis. 18. de concess. præben. in nou. & tenetur per se ipsum exequi delegationem, si ita fuerit mandatum, prout sic per Rotam decisum extat coram Illustrissimo Seraphino, & patet in eius dec. 1237.

RESOLVT. CDLXIX.

An Vicarius Episcopi dicatur familiaris eiusdem.

1 *Familiaritas in iure varijs modis sumitur.*
2 *Quis dicatur in præsenti materia familiaris.*
3 *Vicarius Card. Episcopi dicitur familiaris secundum distinct. traditam per Simonet..*
4 *Distinct. Simonet. subdistinguitur per Rot.*

1 FVit dubitatum an Vicarius Cardinalis in aliquo eius episcopatu vel Abbatia dicatur familiaris Cardinalis ita, vt eius beneficia censeantur affecta, cui respondi, quod licet varijs modis secundum subiectam materiam in iure appellentur familiares, vt in l. pronuntiatio §. familiæ ff. de verborum significat. l. fin. C. eod. tit. l. 1. §. familiæ ff. de publicanis, Fel. in c. insinuante in 2. col. de officio delegati, tamen, vt dicunt Io. And. Dominic. & alij in cap. fin. de verbor. significat. in 6. in præsenti materia familiaris dicitur ille, qui se deputat ad honestum seruitium alicuius, vt est text. quem ibi ponderat Abb. in c. cum dilectus de clericis non residentibus, vnde ex supradictis videbatur concludendum Vicarium dici familiarem.

2 Item dicebatur, quod quando Vicarij recipiunt certum quid pro expensis, & salario à Cardinalibus, in quorum episcopatibus munus vicariatus exercent, omnino dici debent familiares, cum certum sit in iure præfatam familiaritatem taliter contrahi, ad text. in cit. cap. fin. de verb. signific. lib. 6. Cald. in cons. 5. de officio delegati.

3 Cæterum in præsenti articulo concluso iuxta distinctionem traditam per Simonet. in tractat. de reseruat. benefic. q. 35. num. 21. videlicet, quod si ille qui mittebatur Vicarius erat ex familiaribus, & continuis cõmensalibus illius Cardinalis Episcopi, tunc dicitur familiaris, cuius ratio poterit reddi ex deductis per Cresc. in dec. 12. de rescriptis, vbi familiaritas continuatur, nec præsumitur fuisse interrupta, facit dec. Achil. 13. de præbendis, si verò fuit electus Vicarius cum aliqua mercede, & tunc familiaris dici nequit, quoniam nunquam fuit continuus commensalis, cum nunquam cum illius familia comederit.

4 Alia quoque potest reddi ratio, quia præfati Vicarij potius deseruire, dignitati, quam personę Episcopi, vt resoluit Rota in vna Parmen. Canonicatus 11. Febr. 1585. Coram Gipsio dicuntur in qua fuit pariter considerat̃ atq. resolutum de Auditorę Generali Card. qui licèt inseruierit eidem Cardinali habendo prouisionem in frumento, vino, lignis, & similibus, non tamen dicitur familiaris, vt regula reseruatoria intret, cum requiratur in hoc casu, quod sit continuus commensalis d. c. fin. Sarnens. super reg. de impetrãd. benefic. per obitum familiar. quęst. 13. in princ. Simonet. cit. num. 21. Gratian. disceptation. forens. c. 257. num. 40. tom. 2.

5 Verum Gonzalez ad Regulam 8. Cancellariæ gl. 51. num. 66. in 2. edit. refert Rotam in vna Seguntina beneficij 2. Maij 1589. coram Orano resoluisse suprapositam distinctionem traditam per Simonet. loco cit. procedere quando Vicarius est absens, secus quando retinetur in domo ipsius Cardinalis, quoniam tunc intraret reseruatio, si sit continuus commensalis.

RESOLVT. CDLXX.

An Episcopus possit concedere licentiam celebrandi Missam in domo priuata, vulgo, Oratorio.

1 *Missa non potest celebrari in domo priuata, nisi in ecclesia consecrata ab Episcopo.*
2 *Quomodo se gerere debeat Episcopus in concedendo licentiam pro celebrandis Missis in domibus priuatis.*

1 RAtio dubitandi, quia Missa non potest celebrari, nisi in ecclesia consecrata ab Episcopo c. 1. & c. sicut de consecratione dist. 1. vel in ecclesia ædificata de consensu Episcopi, licet non consecrata c. nemo eod. dist. qui consensus sufficit, quod sit tacitus, & non expressus, Silua in tractatu de benefic. 1. parte q. 6. n. vltimo, modo si adsit altare portatile, nec alibi etiam cum eodem altari portatili sine licentia Summi Pontificis, Ancharanus in cap. quoniam num. 2. de priuilegijs lib. 9. vbi dicit hanc non posse dare Episcopum, Conc. Trid. sess. 22. in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ incip. quanta cura Nauarr. cap. 25. num. 82. Gom. Tractatu de breuibus, vbi dicit Summum Pontificem hoc non facile concedere, nisi magnis personis, Vnde in Ecclesia siue cappella diruta antiqua, etiam discooperta sub diù, modo sit clausula, & cum altari portatili, & non adsit periculum aliquod, eo vel maxime, quando illuc accederet aliqua processio, vel festo suo die magnus populorum concursus potest celebrari, Nauar. loco cit. & in cap. Episcoporum de priuilegijs in 6. prohibetur sub mortali peccato celebrari Missam extra locum, diuino cultui deputatum sequitur Diu. Thomas 3. p. quæst. 83. art. 3. Canisius titul. de Veneratione Sanctorum lib. 5. cap. 8.

2 Quare sacrosanctum Conc. Trid. sessio. 22. in decreto de obseruand. & euitan. in Celebrat. Missæ sanctissimæ statuit atque decreuit, ne ordinarij locorum Episcopi patiantur priuatis in domibus atque omnino extra ecclesiam, & oratoria ad diuinum tantum cultum dedicata ab eisdem ordinarijs designanda, & visitanda, sanctum sacrificium Missæ à sęcularibus, vel regularibus quibuscunque peragi, ac nisi prius, qui interfint decenter composito corporis habitu declarauerint se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore adesse, cuius decreti Concilij meminit Nauarr. vbi supra cap. 25. num. 68. & nu. 81. vbi addit, quod quamuis ante Conc. Trid. de licentia Episcopi celebrari poterat extra locum sacrũ super ara sacra portatili alijs necessarijs interuenientibus, vt in cap. concedimus de consecrat. dist. 1. post Conc. tamen non licet Episcopis illud concedere per dictum decretum, nec Papa eam concedit saltem non Episcopis, etiam in Vrbe commorantibus, nec alijs, quàm Cardinalibus, vnde secundum Guttierez lib. 1. canonicarum quæst. cap. 30. num. 28. ex eodem Nauar.

uar.loc.supra cit.refert se adhærere opinioni eiusdem, qui ait se credere, quod sicut de licentia dicti c. concedimus poterat ante dictum Concil. celebrari propter necessitatem sine licentia Episcopi, vt possit etiam hodie, quia non videtur, quoad hoc illi derogatum per Concil. argum.l. præcipimus C. de appellat. vbi quoque idem Guttierez refert esse notandum pro Terris, in quibus frequentissimæ supplicationes fiunt ad aliqua parua Heremitoria, prę quorum foribus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur, & pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maior multitudo, quam ecclesia capere possit, solet conuenire.

Ex quibus omnibus colligitur, quod, vt Episcopus valeat hanc concedere licentiam oportet, vt grauis ac vrgens sit necessitas, ita Nauarr. in manual. c.25. num.82. Graffius decis. aur. casuum conscientiæ lib. 2. cap.41. num.5. Silu. in verbo Missa, versiculo quinta conclusio Henriquez in summa, Theol. Mor. lib.9. cap. 27. num. 1. quare secundum Quarant. in verbo Missa in summa Bullarij ait, quod quando Summus Pontifex hanc licentiam per Breuia Apostolica indulget, solet in illis apponere sequentia moderamina, seu clausulas, videlicet vt oratorium ad hoc decenter extructum, & ornatum existat, ac ab omnibus domesticis actibus liberum, ab ordinario loci, etiam visitandum, & approbandum, Item vt Missa celebrari possit per quemcunque Sacerdotem sæcularem seu de suorum superiorum licentia Regularem, item, vt dicta concessio intelligatur sine tamen iurium parochialium præiudicio, ac exceptis diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. Item adijci solet, vt alij præter familiares illius personę cuius contemplatione dicta licentia impartitur seruitio necessarios, ibidem Missæ interessentes diebus festis de præcepto ad obligatione audiendi Missam in ecclesia minime liberi censeantur.

Aduerte tamen, quod nouissime emanauit decretum Sacræ Congregationis Concil. Tridentin. interpretum, quo declaratur de oraculo Sanctissimi, quod concedere licentiam celebrandi in dictis oratorijs priuatis spectat solum ad Summum Pontificem, & non ad Episcopos, qua declaratione sic stante, sunt correctę doctrinæ contrariæ.

RESOLVT. CDLXXI.

Ius Benedicendi Campanas in alijs præter episcopos non competat.

1 *Benedictio Campanæ solum ad episcopum, & non ad alias personas pertinet.*
2 *Non est licitum Abbatibus Diuæ Mariæ Montis Virginis benedicere Campanas nec vestes ad vsũ alterius monasterij.*
3 *Abbates non nisi in ecclesijs proprijs habent iurisdictionẽ.*

1 IN facti contingentia respondi negatiuè, motus præsertim, quia benedictio præfatarum rerum ratione inunctionis olei Sacri videtur esse ordinis Episcopalis teste Rubeo conf. 23.num. 4. Bald. conf. 60.n.6. Anton.lib.1.variarum resolution. resolut. 112. casu 3. & propterea episcopis tantum competit c. aqua, de Consecratione Ecclesiæ, & cap. transmissam de electione.

2 Vnde inferebam quoque in facti contingentia, non licere abbatibus Diuæ Mariæ Montis Virginis Sancti Guglielmi benedicere Campanas, necnon Calices, Corporalia, & vestes ad vsum alterius loci, quam proprij monasterij per tex. & ibi glos. in cap. consulto de consecratio. dist. 1. alia gl. in cap. 3. in fine de priuilegijs in 6. Siluester in summa verb. benedictio num.5. Tabien.in summ. verbo, Abbas num.12. Azor. lib.10. Instit. moral. cap.28. quæst.2. Cucch. lib.1. institut. maior. tit. 6. de priuileg. num. 48. prout etiam Abbas regulariter solemnem benedictionem impartiri non potest nisi in ecclesia sibi pleno iure subiecta c. Abbates de priuileg. in 6. & fuit dictum in Rota Romana, coram Illustrissimo Seraphino, vt in eius dec. 467. num.7.

RESOLVT. CDLXXII.

Episcopus residens pro Nunciatura in aliquo regno an gaudeat alternatiua.

1 *Absens causa reipublicæ censetur adesse.*
2 *Decisio quæstionis.*
3 *Assignatur ratio decisionis, & adducitur declaratio concilij num.4.*
5 *Respondetur opinioni contrariæ.*

1 VIdebatur affirmandum ex Regula iuris absentem reipublicæ causa haberi pro præsente, secundum Bald.in conf.59.num.3.vol.1.cum alijs, quos longa serie congerit Menoch.in conf. 23. vol. 1. Mandos.conf.18. num.11. & absens ex iusta causa, prout hic non dicitur abesse cap. ex parte el 2. de cleric. non resident. cap.1.eod.tit.in 6. glos. in cap. de cetero eodem tit. Cardinal. in clementin. vt hi qui num. 99. de ætate & qualitate Paris.conf.31. num. 3. & 4. volum. 4. Feder. de Senis conf.246. Calder. in conf.17. Rom. in conf.163. sub num.4. & in conf.264.sub num.3. Nauar.in conf.8. de clericis non resident.

2 Verum supradictis minime refragantibus, in contrarium se habet veritas in praxi, cuius multiplex assignatur ratio.

3 Prima ob vim seu efficaciam nonnullarum dictionum contentarum in regula 8. cancellariæ, præsertim dictionis personaliter, quæ de sui natura exigit realem ac veram residentiam, secundum glos. communiter receptam in clementin. 1. in verb. personaliter de vita, & honestate clericorum, Panorm. & communiter omnes in cap.fin.§. is autem de officio delegati; item dictio dumtaxat, quæ secundum Gonzalez est restrictiua ad veram residentiam, & tandem dictio quandiu, quę diuidit tempus quo gaudere debet, vt fuit in Rota resolutum in vna Sulmonen.canonic.13.Martij 1590. Coram Cantuccio.

4 Secundo, quia iuxta hanc opinionem declarauit Sacra Congregatio Conc. teste Galet. in sua margarita casuum conscientiæ verbo Episcopus, Gratian. lib.1.discept.forens.c.156.vnde secundum Gonzalez in gl.43.n.84.cum quidam Episcopus Hispaniæ abesset à propria diœcesi pro exercitio sui officij Inquisitoris Generalis in curia Inuictissimi Hispaniarum Regis, vbi Generalis inquisitor cum suo tribunali residere solet, instanter supplicasset Clementi 8. quod concederet indultum speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non resideret in proprio episcopatu, nunquam obtinere potuit.

5 Non obstat, quod Paris.lib.1.q.10.n.58. dicat fuisse contrarium declaratum per Sacram Congregationẽ Concilij, quia respondet Gonzalez loco citato id procedere attento tenore regulæ Gregorij 13. in qua tunc non erat apposita illa dictio verè, prout ad præsens adest in moderna regula, quæ veram residentiam præcisè requirit, & fictam residentiam excludit.

RESOLVT. CDLXXIII.

An Episcopus possit dispensare cum bigamis ad minores ordines.

1 *Episcopus potest dispensare cum bigamis in minoribus or-*

di-

dinibus in contrarium est communis opinio num. 2.
3 *Auctoris opinio.*

1 GLoss. in cap. 2. in verb. dispensare in fin. de bigamis firmat posse cum prædictis episcopum dispensare, vt ad minores tantum ordines promoueantur, asserens ita intelligendum text. in c. quicunque pœnitens 50. dist. & cum gl. conuenit Hostiens. in summ. eiusdem tit. §. vlt. propè fin. & hanc opinionem ex Hostien. falsò dicit communem Ceuallus in suis practicar. quæst. q. 559. & hanc opinionem amplectitur Diu. Thomas 4. sentent. dist. 27. art. 3. Siluester in verbo bigamia q. 7.

2 Cæterum contrariam opinionem communiter sequuntur scribentes, non posse videlicet, Episcopum cũ talibus dispensare, nec etiam, vt ad minores ordines promoueantur, ita in d. c. 2. tenuerunt Innocent. num. 1. Hostien. col. 1. num. 2. vterque super verb. dispensare Io. Andr. col. vlt. n. 13. Petrus de Anchar. col. 1. num. 2. in 4. notabil. Card. Flor. col. vlt. quæst. 2. ante fin. Anton. de Butr. col. 1. num. 8. vers. ad secundum Panorm. col. 1. num. 6. vers. ad secundum, & Io. de Anan. qui hãc sententiam communem appellat nu. 1. vers. 2. concordant vnanimiter scribentes in cap. vnico eodem tit. de bigamis in 6. vt Franciscus Vercellensis, quem ibi refert, & sequitur Io. Andr. num. 1. vers. in glos. ibi Archidiac. col. 1. num. 1. Petrus de Anchar. colum. 1. num. 6. vers. quæro, quis possit, & Philipp. Franc. col. 1. num. 4. vers. in glos. 2. in fin. & Couar. cum alijs per eum citatis, qui etiam de communi in clem. si furiosus p. 1. §. 2. num. 4. de homicid. quorum opinionem nouissime sequuti fuerunt Nauarr. c. 17. n. 197. vers. 6. & Maiol. de irregular. cap. 6.

3 Ego autem in tanta Doctorum varietate dicerem cum Viualdo de irregularitat. bigamiæ num. 34. in fin. præfatam opinionem, quod possit Episcopus dispensare intelligendam fore, quoad administrationem insuscepti, non autem quoad suscipiendos.

RESOLVT. CDLXXIV.

An Episcopus possit ecclesiam vnam suæ diœcesis in totum à sua iurisdict. eximere.

1 *Facti species.*
2 *Pro opinione affirmatiua adducitur Oldrad. & Calderin. in eorum consil.*
3 *Contrarium tenent nonnulli ex quibus videtur consistere communis opinio.*
4 *Reddunt rationem; & est quia episcopus nullum habet ius dismembrandi ecclesiam à sua iurisdictione, & cum opinione transit Fel. qui dicit receptiorem num. 5.*

1 QVidam Episcopus Auersanus, vt Neapoli continuam residentiam facere potuisset, cupiebat ac petebat ab Illustrissimo Archiepiscopo Neapolitano, vt in eius diœcesim Neapolitanam transferre posset quandam ecclesiam parochialem episcopatus Auersani, & versa vice ipse intendebat tradere aliam parochialem suæ diœcesis Illustrissimo Cardinali Neapolitano, & hoc totum ad effectum, vt ipse Episcopus Auersanus residendo Neapoli in d. parochia translata, censeretur facere residẽtiam in propria ecclesia, quæsitum fuit num id fieri potuisset, & quidem mihi videbatur dicendum, quod sic ex cons. Oldrad. 177. & cons. 244. col. 2. n. 6. quem refert, & sequitur Calder. cons. 5. de rebus eccles. non alienandis.

2 Nonnulli tamen longè plures contrarium asseruerunt, & communis est ac recepta opinio, vt in specie tenet glos. in cap. constitutus in verbo à quocunque, & ibi DD. de religiosis domibus, & glos. pen. in cap. pastoralis de donat. Io. And. qui disputat articulum ad partes in cap. cum venerabilis num. 7. Anchar. nu. 5. Panorm. num. 3. de censibus Calder. qui videtur sibi contrarius in cons. 12. an Episcopus possit mutare, vbi de communi in tit. de rebus ecclesiæ non alienandis, Federic. de Senis in cons. 247. Panorm. in c. cum olim il 2. col. 2. num. 4. de priuilegijs, qui omnes testantur de ratione, quia episcopus non habet ius dismembrandi ecclesiam à sua iurisdictione, vt voluit quoque idem Panorm. in cap. cum inter num. 13. & seq. de sententia, & re iudicata, Socc. senior. in cap. recepimus col. 4. num. 24. vers. vltimo quæro de priuilegijs, & hanc communem nuncupat Philipp. Dec. in cap. sua nobis col. 1. num. 1. de confirmat. vtili, vel inutili, & receptiorem Fel. in cap. cum inter col. 2. num. 4. eod. tit. de sentent. & re iudicat.

RESOLVT. CDLXXV.

Episcopus an possit præiudicare in aliena diœcesi absque consensu ordinarij.

1 *Episcopus si vult in aliena diœcesi prædicare an teneatur illius ordinarij licentiam petere, quod non, probatur ex duobus num. 2. & 4.*
3 *Prædicatio non consistit in iurisdictione contentiosa.*
5 *Contrarium refert decisum Nouissimus sua praxi Cur. Archiep. Neap.*
6 *Potestas prædicandi Episcopo concessa intelligitur in proprio populo.*
7 *Respondetur contrarijs.*

1 VIdebatur prima facie dicendum, quod posset ex pluribus.

2 Tum primo, quia vbi de salute animæ agitur non est disputandum secundum apices iuris, vnde dicit text. in cap. inter corporalia, de translatione episcopi, quod vbi spiritus Dei est, ibi libertas, & hoc

3 consistit in iurisdictione contentiosa, nec refert, quis prædicet, sed quid prædicetur, neque an hoc faciat quasi iure suo, cum etiam sine solemnitate possit quilibet prædicare etiam monachus, vnde aliquid amplius concedendum est episcopo, & sic etiam solemniter hoc poterit facere. ita per prædictam rationem concludit Alexandrin. in cap. scriptum 6. quæst. 3. ad finem num. 2. & ibi Archidiac. num. 1. Turrecrem. in fin. vers. aliorum est opinio num. 3. Geminian. ad fin. vers. quod dicit num. 2. vbi idem addit in legato, Bellamer. ad med. vers. adde hæc sententia, Felyn. in c. excommunicamus 14. col. 4. ad fin. vers. & dic, quod episcopi num. 3. de hæretic.

4 Tum secundo, quia iuxta Concil. Tridentin. sess. 5. cap. 2. de reformation. episcopi possunt vbique prædicare ex priuilegio Christi, Matthæi cap. vltim. ite per vniuersum mundum cap. in nouo 21. dist. pro qua opinione facit text. in cit. cap. scriptum 6. quæst. 3. vbi ambo Cardinales dicunt posse episcopum in aliena diœcesi prædicare sine licentia diœcesani, etiam solemniter, congregando populum, & ascendendo pulpitum, & idem quoque voluit Felin. in d. cap. excommunicamus de hæretic. licet Cardin. Zabarella in clementina dudum vers. ab olim. num. 6. de sepultur. dicat episcopos posse vbique prædicare nisi ab alijs episcopis prohibeantur.

5 Cæterum supradictis minime refragantibus contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt refert Nouissimus in sua praxi c. 56. vbi cum in anno 1600. Reuerendiss. Episcopus Alifanus obtinuisset licentiam à Summo Pontifice prædicandi tempore quadragesimæ, in ecclesia Diuæ Mariæ Annũtiatæ Ciuitatis Neapolitanæ, prætendebat non petere licentiam prædicandi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Neapolitano, & re delata ad Sanctissimum Clementem VIII. mãdauit dicto Episcopo,

quod

quod si predicare vellet obseruaret decreta Concilij Tridentini d.cap.2.sess.25. de reformat.& sic petijt licentiam à Vicario Neapolitano.

6 De qua decisione mirandum non est, si quidem potestas prædicādi intelligenda est in proprio populo nō in alieno, Fuscus de visit.lib.2.c.20.n.23. in fin. & idē per prius docuerat glos.in d.c. scriptū in verb. admonendo 6.q.4.vbi ait,quod non potest Episcopus prædicare in episcopatu alterius tanquam Euangelista,vel Prælatus, vel congregando populum, aut pulpitum ascendendo,& tanquam ius habens nisi inuitetur cap. hortamur 71. distinct.cap.episcopum quæst.92.cap.1. 13.q.2.cap.interdicimus 16.quæst.1.

7 Non obstat priuilegium episcopis concessum videlicet prædicandi in toto orbe, quia respondetur cum Cardinal. in cit. clem dudum §. ab olim col.3.q.6.n. 6.de sepultur.quod intelligitur nisi in alienis diœcesibus prohibeātur ab episcopis illius loci,idque merito, vt inquit Vgolin. de potest. episcop.part.2.cap.42.n. 1.in fine,quam ob id diœceses distinctæ sunt.

RESOLVT. CCCC.LXXVI.

An Episcopus cui decimæ debentur possit prohibere collectionem fructuum absque præsentia deputati ab eo.

1 *Pro opinione affirmatiua adducitur auctoritas Lucæ de Penn.& Specul.scilicet,quod possit episcopus prohibere fructuum collectionem absque eius deputati præsentia, & concurrit communis opinio num.2.*
3 *Hoc procedere etiā in domino proprietatis allegatur tex. in l.si ita §.dominus ff.de vsu,& habitatione,& redditur ratio.*
4 *Adducitur vnde fundatur ratio prohibitionis.*
5 *Ampliatur conclusio,& declaratur ampliatio num.6.*
7 *Limita existente consuetudine in contrarium.*
8 *Sublimita, quando ex hac consuetudine docetur occasio surripiendi.*

1 DIctum fuit originale,Luc. de Penna in l. meminimus C.quando,& quibus quar.pars debetur lib. 10. post Spec. in tit. de decimis in fine, posse scilicet episcopum facere præceptum de fructibus non colligendis absque præsentia deputati ab eo.

2 Et hanc opinionē communiter sequuntur DD.in c. ex parte il 2.de decimis Tiraquel.de retract.lignag.§. 1.gl.7.n.38.vbi multos more suo concordantes allegat Crauet. cons. 21 Plot.in l.si quando n.137.C.vnde vi Ang. in Aut.& si hæredes C. de litigiosis, per text.in l.si ita §. dominus ff.de vsu,& habitatione, vbi a simili Dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire potest,subiungit tex.rationē, quia ei interest fines fundi custodire.

4 Ratio vero supradictæ prohibitionis fundatur ad finem,vt Episcopus,parochus,vel quiuis alius, quibus decimæ debētur videant fructuum descriptionē,ita de Frāch.in dec.117.Rot.Auenion.in dec.54. Viu.in dec. 4.n.37.Gaspar.Thess.in dec.9.par.1.Guid.Pap.in dec. 283. & in cons.70.& idem Guid.in dec.286.Amplia,vt
5 hodie censeatur inducta cōsuetudo relinquendi decimas in agro,antequā aliqua fructuum fiat separatio, quam de iure subsistere tradiderunt Curt.in cap.fin.in 3.requisito de consuetudine, Moneta in tract. de decimis cap.6.num.7.Capell.Tholos.in dec.432. & Thess. cit.loco n.1.in fine, Anna allegat.94. num.10. part.2. Mangrell.ad Bart.in l.item illa ff.de constituta pecunia,Cotta in suis memorialibus verbo fructus,Gaball. in resolut.crimin.168.

6 Intellige tamen supra dictam ampliationem, vt nō maiori tempore quā per 12.horas diurnas remanere habeant prefati fructus in terra ad finem faciēdi prædictā descriptionem, vt refert fuisse in Senatu Sabaudiæ decisum,Thess.in decis.9.cuius dec.ratio fuit ne si diu fructus existerent in fundo, præberetur materia delinquendi cum possent noctis tempore à vicinis surripi.

7 Limita nunc principalem conclusionem, quatenus loquitur de præcepto facieudo, vt non procedat existente consuetudine in contrariū iuxta notata per doctores communiter in cit.c.ex parte, in materia enim decimarum regulariter iudicari debet secundum consuetudinē regionis iuxta terminos tex. in c. in aliquibus §.1.de decimis.

8 Quæ opinio sublimitatur secundum Nouiss. in sua prax. cap.79. non procedere, quando talis cōsuetudo præstaret occasionem surripiendi, quia tunc non esset seruanda, vt fuit in Rota Romana resolutum in vna Segobiens.decimarum 10. Octobris 1583. coram Aldobrandino postea Clemente VIII.

RESOLVT. CDLXXVII

An pater Episcopi plebeus gaudeat dignitate filij,quo ad pœnas infligendas.

1 *Dignitas de patre ad filium descendit, non e contra.*
2 *Filius comitis,comes dicitur patre viuente.*
3 *Filius feudatarij feudatarius in vita patris dicitur.*
4 *Filius Doctoris collegiati, in eius doctoratu non soluit nisi munuscula.*
5 *Pater Episcopi plebeus nobilitate in pœnis gaudet.*
6 *Priuilegium dignitatis filij transit in patrem.*
7 *Pater & filius vna,& eadem persona censetur.*

IN quodam oppido huius regni reperiebatur quidam ex obscuris natalibus ortus, qui habebat filiū dignitate episcopali fulgentem, quare cum ob atrox delictum,per eum patratum,esset puniendus,fuit mihi quæsitum,an præfatus deberet gaudere dignitate eius filij episcopi,licet ipse esset plebeus,cui articulo dubitationem faciebant duo.

1 Primo,quia dignitas de patre in filium descendit,l. filium ff. de senatoribus, non autem ascendit de filio in patrem,vnde filius Doctoris,vel medici delinquens punitur pœna nobilium, non autem pater Medici,vel Doctoris,Anna in constit.terminum vitæ num.21.post Tiraquel. de nobilitate num.3.cap.5.vnde Iser.in c.1.
2 in princ.quis dicatur Dux,voluit,quod adeò dignitas patris transit in filiū, quod filius comitis comes dicitur,etiā eius patre viuente allegat tex.in l.emancipatum ff.de senatoribus, idem And.in const.prosequentes quæst.8.& dixit Bald. cap.1.colū.fin. vers. ego cogitabam,An mutus vel aliter imperfectus,quod filius
3 feudatarij etiā viuo patre dicitur feudatarius, sequitur Affl.ibidem n.6.Anna sing.219. & de filio Baronis loquitur Gramat.voto. 7.num.22. Frezz. de subfeud. lib.2.differentia.3.

Secundò; quia filius Doctoris de collegio in quem Nobilitas eius patris descendit,nō soluit pro eius do-
4 ctoratu nisi munuscula tantum:Anna sing.216.glos.in l.iubemus in verb. sumptibus C. de aduocatis diuers. iudic. Bart.in l.1.num.8.C.de dignit.lib.10.Affl.de iure protomis.12. Rub. num.17. & fuisse decisum refert Viu.in decis.159. non tamen ex prædictis idem censetur dicendum de patre doctorando.

5 Cæterum supradictis minime refragantibus contrariū consului,scilicet patrem Episcopi quamuis plebeum esse puniendum pœna nobilium, mouebar ex infrascriptis.

Tum primò,quia per text. in §. generaliter in Aut. const.quæ de dignitate,priuilegiū dignitatis filij transit in eius patrem, & per text. in l. moris §. parentes

ff.de

ff. de pœnis; pater nobilior efficitur per nobilitatem filij, vt vult quoque Lucas de Penna in l. in ſacris C. proximis ſacror. Scrin. lib. 11. Tiraquell. de nobilitate cap. 7.

Tum ſecundo, quia pater, & filius vna eademque perſona cenſentur, vulgatis iuribus, quare vnius priuilegium ſeu nobilitas transfunditur in alterum.

RESOLVT. CDLXXVIII.

An ſumptibus Epiſcopi ſoluenda ſit eleemoſyna prædicatori.

1 *Prædicare munus Epiſcopi eſt.*
2 *Item eorum, qui curam animarum habent.*
3 *Ampliatur quod dictum eſt de Epiſcopo, procedere etiam ſi dubitaretur quorum ſumptibus ſit conducendus prædicator.*
4 *Limita ſupradicta exiſtente conſuetudine in contrarium.*
5 *Item vbi populus eligeret, & nominaret prædicatorem, eique ſumptus præſtaret.*

CVm in facti contingentia de hoc diſputaretur, ego pro opinione affirmatiua adducebam, quod cum prædicandi munus ſpectet ad Epiſcopum capit. inter cætera de officio ordinarij, & probatur auctoritate Lucæ cap. 13. ibi *euntes in vniuerſum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ & D. Paulus, Prædica verbum &c.* & probatur quoque apud Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. de ref. & cap. 4. ſeſſ. 24. de Reformat. vnde ſecundum Vgolin. de poteſtate Epiſcopi c. 42. part. 2. in principio ſtatim atque, quod Epiſcopus fuerit creatus, ei dicitur, *Vade, & prædica verbum Dei*, & facit tex. in extrauag. inter cunctas §. caueant de priuilegijs, vbi habetur, quod in illa hora qua prædicat Epiſcopus alius prædicare non debet, & tandem facit doctrina D. Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 5. vbi diſputat an peccet Epiſcopus prædicando in peccato mortali, de qua re latè Noniſſ. in ſuo Manuali paſtorum cap. 32. num. 6. quare ſi ad ipſum pertinet, igitur eo impedito ſuis ſumptibus per alium hoc peragere debet, argum. tex. in l. ſed ſi hæreditas §. 1. ff. ad exhibendum, & probatur in cit. cap. inter cætera, ibi, *quibus ipſi cum indiguerint congrue neceſſaria ſubminiſtrent*, & Concil. Trid. vbi ſupra in illis verbis, ibi *impenſis eorum*, hinc fuit deciſum in Senatu Tholoſano teſte Mainard. in deciſ. eiuſdem Rotæ 34. Miniſtros verbi Dei eſſe alendos ab ijs, à quibus idem verbum prædicari debet, licet in deciſ. 35. & in dec. 36. aſſerat in hac præſtatione ſalarij eſſe cogendos ad contribuendum etiam decimas percipientes.

2 Ampliatur præſens concluſio procedere quoque in parocho, qui etiam tenetur ad verbum Dei prædicandum, vt diſponitur in Concil. Tridentin. ſeſſ. 5. c. 2. de reform.

3 Et, quod de Epiſcopo ſupra diximus ſacra Conc. Congregatio ſecundùm quod refert Vgolin. loco cit. & praxis Epiſcopalis verb. prædicatio quæſt. 7. & Galet. in Margarit. caſuum conſcientiæ verb. eleemoſina num. 1. declarauit procedere quando dubitatur, quorum ſumptibus ſit conducendus prędicator, ſeu alimentandus.

4 Excipitur tamen, vbi conſuetudo eſſet in eccleſia Cathedrali, vt prædicator, vel ab epiſcopo eligeretur, vel ab alio, communitas, vel alius ſumptus præberet, tunc enim Epiſcopus hoc onere leuabitur, vt cenſuit ſacra Congregatio.

5 Excipitur ſecundo, vbi populus eligeret, & nominaret concionatorem, & ſumptus etiam faceret, tunc enim epiſcopus liberabitur hoc onere; conſuetudo igitur conſideranda erit, ita Fuſcus de viſitatione lib. 1. cap. 18. in fine.

RESOLVT. CDLXXIX.

An alius præter Epiſcopum poſſit reconciliare Eccleſias pollutas.

1 *Eccleſia, vt dicatur pollutæ quæ ſint neceſſaria.*
2 *Quæ differentia ſit inter eccleſiam benedictam, & eccleſiam conſecratam, quoad caſum noſtrum.*
3 *Eccleſia ex quibus poteſt dici conſecrata.*
4 *Eccleſia non conſecrata an gaudeat eodem priuilegio, quo conſecrata.*
5 *Eccleſia an in dubio præſumatur conſecrata.*

DVobus explicatis erit dilucida præſens quæſtio, quorum primum eſt, quæ concurrere debent, vt eccleſia dicatur polluta, ſecundum quod diſcrimen eſt quoad hunc effectum inter eccleſiam conſecratam & benedictam, & quoad primum, vt colligitur ex
1 gloſ. in cap. vnic. de conſecrat. eccleſ. lib. 6. quinque concurrere debent, quibus deficientibus eccleſia non dicitur polluta, primò, vt ſit iniuriosa, & voluntaria ſanguinis effuſio, hinc ſi loco, aut correctionis cauſa ſequeretur ſanguinis effuſio, vel ob ſui deſectionem niſi modus excedatur, vel ſi facta eſſet à puero, vel ebrio aut inſano, non diceretur eccleſia polluta. Sotus in 4. ſent. diſtin. 13. quæſt. 2. art. 3. Victor. in ſumma ſacram. num. 99. ſecundò, vt ſit magna effuſio ſanguinis, & non ex naribus defluxeret ſanguis etiam in magna quantitate, tertiò effuſio ſanguinis vel ſeminis ſit publica, & dicitur publica, vel ex confeſſione eorum, qui hoc fecerunt, vel ex facti euidentia cap. veſtra, & cap. fin. de cohabit. clericor. & mulier. quartò, vt fiat intra eccleſiam, quamuis ſanguis in vaſe recipiatur, vel percuſſus ita cito extraheretur, vt ſanguis in eccleſiam non caderet, ſic pollutio ſeminis humani ad hoc, vt polluat eccleſiam oportet, vt ſit voluntaria, vnde per nocturnas pollutiones, quæ fiunt in ſomnis, vel quæ ex impetu naturali accidunt, vel ſi eſſet quædam humectatio, aut eſſet ſecreta non polluitur eccleſia.

2 Quoad ſecundùm eccleſiam benedictam poteſt reconciliare ſolus ſacerdos cum aqua benedicta cap. aqua, & gloſ. in cap. vltimo verſ. lauetur de conſecrat. eccleſ. vel altar. eccleſiam autem conſecratam ſolus Epiſcopus cum aqua à ſe, vel ab alio Epiſcopo benedicta debet reconciliare Sayr. in Theſaur. caſuum conſcient. lib. 5. cap. 16. num. 9. vſque adeò, vt nec Vicarius Generalis poſſit reconciliare eccleſiam conſecratam, niſi, & ipſe ſit Epiſcopus, habeatque mandatum ſpeciale, cum reconciliatio eccleſiæ ſit de reſeruatis Epiſcopo, ſitque ordinis Epiſcopalis, idcirco ceſſante priuilegio ſit indelegabilis quoad nō habentes Ordinem Epiſcopalem Didac. variar. reſol. lib. 3. cap. 20. num. 3. Sbroz. de Vicar. Epiſcop. lib. 2. quæſt. 10. & Vgolin. de offic. & poteſt. epiſcop. p. 2. cap. 2. §. 8. num. 2. & cuius expenſis eccleſia ſit reconcilianda vide Franc. Marc. dec. 986. part. 1.

3 Cæterum dignoſcitur eccleſia cõſecrata, vel ex ſcriptura, ſeu inſtrumẽto dotationis, vel ex antiquis libris eccleſiæ, vel columna, ſeu ſaſto, aut tabula marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes eccleſiæ, vel ex dicto teſtis etiam ſi vnicus ſit, vel de viſu, vel de auditu, cum non agitur de præiudicio alicuius, ſed de commodo multorum, quo caſu recipitur dictum vnius teſtis, Innoc. in rubr. de conſecrar. eccleſ. vel altar. Abb. in d. cap. vlt. de conſecrat. eccleſ. vel altar. Sayr.
4 d. loco num. 33. vltra quod ſcribit Franciſc. Leo Theſ. for. eccleſ. part. 2. cap. 19. num. 27. Eccleſiam non
5 conſecratam gaudere eodem priuilegio quo conſecrata, vt in Oratorio, in dubio autem non præſumitur conſecrata Eccleſia etiam per diuturnitatem tem-

poris

poris cap.ecclesiæ, & c. solemnitates de consecrat. distinct.1. & Mascard. de probat. conclus.415. & 582. vbi in extremo distinguit inter cathedrales ecclesias, quæ præsumuntur consecratæ,& inferiores,sicuti diuturnitas temporis nil præstat ad præsumendam sollẽnitatem extrinsecam, cui partes non possunt renunciare,multo minus quando ageretur de magno præiudicio tertij,& sollẽnitas requireretur post perfectionẽ actus Bart. in l.sciendum num.3. cum sequentibus ff. de verb.obligation.Ofasc.decis.175.n.6.cum adductis per Menoch.de præsumpt. lib.3.præsumpt.132. in fin. Gabr.in suis communibus tit.de præsumptionib. conclus.1.num.53. cum seq. & Mascard. de probat. conclus.1315.num.13.& sequenti.

RESOLVT. CCCCLXXX.

An Episcopus possit in aliena diœcesi eligere in suum confessarium sibi non subditum.

1 *Episcopus potest sibi eligere confessarium non subditum.*
2 *Contrarium adducitur declaratum per Sacram Congreg. Concilij,& sic remanet correctus tex.in cap.fin.de pœnitent.& remiss.*

1 TEx.in cap.fin.de pœnitentijs,& remissionibus,disponit posse Episcopum absque licentia superioris sibi eligere prouidum confessorem,licet antea non poterat se subijcere alicui confessori per cap. omnis vtriusque sexus eodem titul.

2 Verum Galet. in sua Margarita Casuũ conscientiæ in verb.Episcopus refert Sacram Congregationẽ declarasse per hæc verba videlicet.

Episcopus virtute priuilegij cap.fin.de pœnitentijs non potest eligere confessorem sibi non subditum,qui à proprio suo Episcopo non sit approbatus, & vide Prosper.de Augustino in addit.ad sum.bullar.in ver.Archiepisc.Auctoritas ad nu.7.lit.A.

RESOLVT. CCCCLXXXI.

An Episcopus possit magistrum actorum laicum suæ curiæ punire.

1 *Laicus non potest coram eccleſiaſtico iudice conueniri nisi in quibusdam casibus, de quibus remissiue.*
2 *Magister actorum non est familiaris Episcopi.*
3 *Decisio quæstionis.*
4 *Refutatur opinio,quæ se habet magistrum actorum nõ esse familiarem episcopi.*
5 *Familiaris episcopi gaudet priuilegio fori tã in ciuilibus, quam criminalibus,num.6.& in omni materia num.7.*
8 *Familiaris quis dicatur.*
9 *Officiales Principis gaudent eius Principis priuilegio.*
10 *Officiales episcopi etiam laici delinquentes in eorum officio puniuntur ab ipso Episcopo siue eius Vicario.*
11 *Magister actorum gaudet priuilegio fori cum dicatur de familia Episcopi num.12.*

VIdebatur,quòd non,ex pluribus.

1 Tum primo, quia laicus coram ecclesiastico conueniri non potest nisi in casibus de quibus notatur in cap. solitæ de maioritate, & obedientia, & in cap. nouit. de iudicijs maxime cum distinctę sint iurisdictiones d.c.solitæ de maiorit.& obedient.

2 Tum secundo,quia Magister actorum non est familiaris episcopi, ex quo non est suus commensalis nec dentibus inseruit c. final.& ibi DD.de verborũ significat.in 6.Gomez.in Reg. Cancellariæ de impetradis benefic.vacant.per obitũ Cardin.quæst.13.Paris.conf. 50.n.33.vol.4.Mascard.de probat.vol.2. conclus.755. num.1.cum sequent. Direct.inquisit.part.3 .quæst.70. comment.119. Fuscus lib.2. de visitatione cap.23.n. 6.Anton.lib.1.variarum resolut.rel.74.

3 Cęterum supradictis minime refragantibus in contrarium est verius, quod multis rationibus probatur.

4 Primo quia supradicta opinio, quæ tradit magistrũ actorum non esse familiarem est falsa, cum contra eã extet DD.cumulus quos refert Gratian.in decis.233. & Antonin.lib.1.variar.resolut.cap.75.

5 Quare cũ sit familiaris sequitur, quod gaudet priuilegio fori,vt probatur in cap.fin.& ibi communiter omnes de officio Archidiaconi,Capyc.in dec.12.late Clar.in §.fin. quæst.35.n.12. & ita in occurrenti casu fuisse Neapoli decisum refert Thor.in suo cõpend.de-
6 cis. Neapol. verbo familia, & istud procedere tam in ciuilibus, quam in criminalibus,secundum Archid.in cit.c.fin.de offitio Archidiaconi, Capic cit.dec .n.5. post.Panor.& reliquos in cap. cum non ab homine de iudicijs, & idem Abb.Fel. & reliqui in cap.2.de foro competenti Alban.in lucubrat.ad Bar.in l.administra. tores n.1.ff. de excusat. tutor.Niger. in repetitio. extrauagant.1. de vita, & honestate clericor. vbi hoc ampliat procedere etiam in familia Vicarij Episcopi.

7 Ratio vero principalis conclusionis est,quia in omni materia familiaris gaudet priuilegio sui principalis,secundum Arch.in cap.11. quæstion.5.Federic. de Senis in cons.106.hinc est quod priuilegiũ concessum scholaribus competit etiam eorũ familiaribus. Anna sing.401.in fin.Menoch.de arbitr.iudic.casu 306.& de familiari Cardinalium late Feder.de Sen.in cons.29.& generaliter,quod quis gaudeat priuilegio sui domini late Carauit.ritu.46.n.27.post Bart.in cons.57.Thess. in decis.22.Campagna in cap. regni statuimus n.4. Add.ad cõsuetud.Neapol.in proœmio lit.C.fol.30.& Magistrum actorum esse familiarem non dubitatur,vt
8 supra dixi,quia familiaris, & de familia dicitur esse qui est deputatus ad aliquod officium seu seruitium l.fin.C.de proximis sacrorum scrinior. lib.11.Bar.in l. 1.§.familiæ nu.6.ff.de publicanis, Bero. quæst.39.n.2. Farinac.de oppositt.contra personas testium quæst.55. num.133. Mascard. conclus.756. Salicet.in l.2.n.5.C. de episcopis,& clericis.

9 Quinimo absolutissimũ est in iure Notarios & alios curiales,& ministros principis gaudere eiusdem principis priuilegio l.2.& ibi glos.& DD.C. de episcopis, & clericis.Ferret.in tract. de gabellis num.535. Paris. de sindicat. cap.1. in princ.num.2.vers. testis.Dec. & Ias.in l.scriniarios C.de testamẽt.militis, & episcopus dicitur princeps clem.1.§. nec super de pœnis Sbroz. de officio Vicarij in proœmio n.8. Turret. consilio 80. num.4.volum.1. & Dei Vicarius in sua diœcesi secũdum Panorm.in cap.1.num.7.de iureiurando.

Supradictis accedat, quod voluerunt Archid.& Io. Andr. in cap.si episcopus de officio ordinarij lib.6. quos referunt,& sequuntur Barbat.in c.cũ contingat n.11.& 13.eod.tit.& Couar.pract.quæst.c.10.n.2.post
10 se Episcopum seu eius Vicarium Generalem suum laicum in officio delinquentem liberè carcerare, & punire,& istud esse speciale,sicut multa conceduntur episcopis quæ alij denegantur Natta consil.576.

Denique facit pro hac eadem opinione, quod cum magister actorum dependeat ab episcopo, ita vt siue illo commode officium suum seu iurisdictionem exercere non possit, propterea est ei concedendum priui-
11 legium fori,pro vt cõceditur illis, sine quibus priuilegiatus nõ posset vti cõmode suo priuilegio, Oldrad. cons.293.n.93. vers. aduerte tamen post Bar. in tract. de represalijs quæst.6.& 7.Principal. Bald.in l.1.C.de vxoribus militum, & in auth. habita C. ne filius pro patre,Fel.in cap.2. col.2. vers.tene istam conclusionẽ de foro competẽt.& Magister actorum dicitur de Curia Episcopi Castrens.in l.nulli n.6.C.de Episcopis,& clericis,Soccin.consil.86.n.5.vol.1.Duen.reg.40.n.6.

RESOLVT. CDLXXXII.

An episcopus possit concedere licentiam clericis deferendi arma.

1 *Episcopus quod possit concedere licentiam clericis arma deferendi probatur ex n.2.3. & 4. quomodo autem seruetur in praxi, & cuius voti auctor num.5.*

1 DIxi in facti contingentia posse episcopum, & mouebar ex pluribus.

2 Primo ex Clementin. ne in agro de statu monachorum, vbi religiosi arma tenentes intra monasterium absque sui superioris licentia ipso iure sunt excommunicati, igitur cum licentia licitè possunt.

3 Secundo ex auctoritate gloss. in cap. duo sunt genera 12. quæst. 2. quam refert, & sequitur Panormitan. in cap. clerici de vita, & honestate clericorum, vbi clericis, & religiosis non est aliter interdictus prohibitusque armorum vsus saltem pro naturali propria eorum defensione, interueniente licentia superioris.

4 Tertia quia clerici possunt vti armis etiam offensiuis, de licentia Papæ secundum Panormit. in c. ego de iureiurando, cum secundum eum hoc solum sit prohibitum de iure positiuo, & ita annis præteritis fuit resolutum in Curia Romana per Congregationem Illustrissimorum Cardinalium super Conc. Trid.

RESOLVT. CDLXXXIII.

An episcopus possit tenere familiam armatam.

1 *Abbas distinguit hanc quæstionem dicens, quod aut episcopus habet iurisdictionem spiritualem, & temporalem, aut spiritualem tantum, primo casu tenet affirmatiuam secundo negatiuam.*

2 *Contraria opinio scilicet, quod possit indistincte episcopus habere familiam armatam probatur ex pluribus num. 3.4.5.6. & 7.*

1 IN hac quæstione duæ reperiuntur opiniones. Prima est Panormitan. in c. fin. de officio delegati distinguentis, quod aut episcopus habet iurisdictionem temporalem, & spiritualem in terra, aut spiritualem tantum, primo casu potest habere familiam armatam, alias non, sequitur Afflict. in const. intentionis n. 13. Host. in summa de tregua, & pace col. 2. vers. ratione personæ, vbi refert quinque opiniones idem Hostien. col. 3. vers. sed contra Ioan. Andr. Anchar. & Gemin. in c. dilecto de sententia excõmunicationis in 6.

2 Altera opinio est superiori contraria, & hanc tenuit Bald. in l 2. §. fin. ff. de officio præfecti vbi Ang. sequitur Barbat. in c. significasti col. 4. num. 17. & seq. de officio delegati, vbi voluit, quod indistincte Episcopus habere potest familiã armatã, & late defendit Dec. ibidem col. fin. & multis quoque rationibus illam comprobat Campagna in clement. 1. num. 21. de vita, & honestate clericorum.

Quorum opinio fundatur sequentibus rationibus videlicet.

3 Primo, quia cum episcopus habeat diœcesim, dicitur habere territorium cap. omnes 16. quæst. 1. cap. fin. de constit. in 6. Barbat. in cap. cum contingat num. 13. de officio ordinarij, Thes. fori eccles. c. 9. num. 30. Anton. lib. 3. variar. resol. cap. 14. & latissimè Gabal. lib. 1. resol. crim. casu 94.

4 Secundo, quia si episcopus potest iudicare, & punire delinquentes c. 1. de officio ordinarij cap. statuimus 16. quæst. 1. cap. quisquis, & c. attendendum 17. quæst. 4. cap. quoniam 18. distint. c. 1. de adulteriis cap. in Archiepiscopatu de raptoribus, Fel. in cap. irrefragabili num. 5. de officio ordinarij, consequenter fatendum est, posse tenere d. familiam armatam.

5 Tertio absolutissimum est in iure inquisitorem hæreticæ prauitatis posse d. familiam tenere, vt patet in clementin. 1. §. 1. de hæreticis Innoc. in cap. significasti num. 4. vbi etiam Fel. nu. 9. de officio delegati Berret. cons. 4. nu. 38. Director. Inquisitor. part. 3. q. 56. comment. 55. episcopi autem sunt inquisitores ordinarij. d. clementin. 1. §. 1.

6 Quarto, quia cum episcopus habeat carceres, & pœnas corporis in causis ad suum forum spectantibus infligere possit cap. contra idolorum 26. quæst. 5. Dec. in cons. 131. in principio, & in cons. 300. n. 4. rationabiliter concluditur, quòd possit etiam habere executores armatos, per quos reos capere, & in carcerem detrudere valeat.

7 Quinto quia teste Anna in singular. 171. in Regio Collaterali cons. Neapol. fuerũt expeditæ prouisiones, quod episcopi possunt tenere aliquos familiares armatos vsque ad solitam horam, ita quoque refert Anna filius in const. regni si quis aliquem n. 22. & Thorus in compend. dec. Neapol. verbo familia.

RESOLVT. CDLXXXIV.

An Episcopi possint absoluere in foro conscientiæ occultos hæreticos.

1 *Episcopus secundum Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. poterat absoluere in foro cõscientiæ ab hæresi occulta, contrarium est sancitum per Bullam Cœnæ Domini n. 6.*

2 *Episcopus potest absoluere à quauis excommunicatione (etiam si reseruata sit Pontifici) occulta, dummodo non sit de illis latis in Bulla Cœna Domini.*

1 EX Decreto Sacri Concilij Tridentini sessio. 24. c. 6. de Reformat. indulgetur Episcopis, vt ab hæresi occulta in foro conscientiæ absoluere possint, licet præfata facultas non competat eorum vicariis, vt patet ex illis verbis. *Eis tantum, non eorum vicariis.*

2 Cæterum hodie præfata potestas censetur sublata per Bullam Cœnæ Domini, secundum quòd refert Nauarr. in manuali confessor. cap. 27. nu. 72. Penia in directorio inquisitorum part. 3. commentario 141. referens ita à Pio fuisse pronũciatum in supremo Senatu Sanctissimæ Inquisitionis, & secundum Maiolum de irregularitate lib. 5. cap. 46. n. 6. nec possunt, nec debẽt Episcopi amplius virtute Concilij, absoluere occultos hæreticos in foro conscientiæ, cum secundum eum, nondum per prædictam Bullam Cœnæ sit Concilio derogatum, verum etiam quia ita expresse Pius V. ac Gregorius decimus tertius declarauerunt, ita Guttierez lib. 1. canonicarum quæstionum c. 28. praxis episcopalis Zerol. part. 1. verbo absolutio §. 4. Vgolinus de irregularitate c. 36. §. 5. n. 3. vnde Garsias de beneficiis part. 11. cap. 10. num. 115. ex Cosmo Philiarco refert, quod priuilegium, de quo in dicto decreto, & alia priuilegia quoad casus Bullæ Cœnæ Domini sunt sublata vigore dictæ Bullæ propter clausulas derogatorias in illa contentas, & secundum Nouissimum in sua praxi Archiep. c. 66. n. 11. habetur, ita delarasse Gregorium Decimum tertium, Clementem Octauum, & Sacram Cõgregationẽ, hinc Emanuel Sà in suis aphorismis confessariorum, in verbo episcopus, nu. 24. ait, Episcopum habere facultatem absoluendi à quauis

3 excommunicatione reseruata Papæ occulta, dummodo non sit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut modo simili reseruata; sequitur Toletus lib. 1. c. 91. & Garsia loco citato referens ita declarasse Sacram Cõgregationem Concilii, vbi quoque ait ita seruare vniuersalem consuetudinem, & esse clarissimum si legatur tenor ipsius Bullæ, & de declaratione Sacr. Congreg. loquitur

quitur Nauar. consil. 11. num. 1. de priuileg. quorum verba sunt hęc, videlicet, *Congregatio censuit huic decreto Concilii derogatum esse, non tantum in crimine hæresis, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pii V. Alias Episcopus, aut Inquisitor absoluere nō potest hominem hæreticum in foro conscientię, licet hæc facultas à Concilio sit tradita Episcopis.* Refert, & sequitur idem Garsia, iam sæpius citatus, & habetur alia declaratio per verba sequentia, videlicet, *Item an hoc decretum locum habeat in casibus post Conc. Tridentin. ex noua lege Sedi Apostolicæ reseruatis S. D.N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis non habere locum respondit alia, item in delictis occultis in materia clausuræ, idem respondit audita relatione eiusdem Congregat. per Const. Pii V. censeri huic decreto derogatum.*

RESOLVT. CDLXXXV.

An Episcopus possit permittere clericis prædiorum conductionem.

1 *Clericis prohibita est negotiatio.*
2 *Clericus an possit assumi in socium conductionis.*
3 *Clericus si hæres existat conductoris an possit perseuerare vsque ad finem.*
4 *Bald. & Carrocii distinctio simplicis clerici & Sacerdotis circa admissionem, & exclusionem ab ineunda conductione.*
5 *Conducere bona ecclesiarum an clerici possint.*
6 *Clericis quando permittantur conductiones prędiorum.*

1 COnsului, quod non, quia regulariter clericis omni iure prohibita est negotiatio, quæ scilicet lucri causa, & cupiditatis fiat. cap. 2. 88. dist. & c. 1. cum sequent. ne cleric. vel monac. quia supradicta est mater vsurarum cap. vtrum 45. dist. & consequenter non possunt prædia conducere, & conductionibus incumbere, d. cap. 1. ne cleric. vel monac. Carroc. de locat. part. 2. tit. quibus non est permissum conductores esse, Costa de remed. subsidiar. c. 73.

2 Amplia primo, vt nec possit assumi in sociū alicuius conductionis, quoniam si est admissus ad conductionem cum assensu locantis, idem iudicandum videtur, quod de ipsa locatione Marc. dec. 76. n. 3. vbi appellat hunc ita introductum confictabilem. Vbald. tract. de duobus fratrib. part. 10. per tot. Surd. consil. 18. vol. 1. nec possit fideiubere pro conducente Carroc. vbi supra sub num. 7.

3 Limita nunc, & primò, si clericus succedat conductori iure hæreditario, nam tunc non prohibetur continuare conductionem vsque ad præfinitum tempus locationis, quia tunc cessat cupiditas, & initium inspicitur, Sylu. in verb. clericus 3. sub n. 2. Carroc. loco cit. n. 10. Addit. ad sum. Bullar. in 5. vectigal. vers. quæritur an inter negotiationes, & sequitur Vgolin. de potestat. Episcopi part. 1. cap. 13. §. 16. sub n. 2. Rodoan. de spol. ecclesiasticis quæst. 2. num. 12.

4 Limita secundo si ageretur de terrulis cōductis animi gratia, vel si prædiolum alterius prædiis clerici vndique esset circundatū damni, vel rixæ euitandæ causa, vel si res esset cum simplici clerico, aliud statuitur, teste Bald. in l. milite C. locat. & Carroc. d. tit. quibus non est permiss. conduc. n. 7. vbi apertè excludit ab hac prohibitione simpliciter clericum, includit autem dumtaxat in Sacerdotio constitutum, & beneficiatum.

5 Limita tertio in bonis ecclesiasticis, quæ possunt clerici conducere, vt probatur in cap. dilecti de decimis, vbi conductiones factas à quibusdam monacis nō improbat Romanus Pontifex ibi, vt per Vgolin. de potestat. episcop. dict. §. 16. cap. 13.

6 Limita quarto in subsidium videlicet ad eorum inopiam subleuandam, quo casu etiam sua puniuntur immunitate cap. peruenit vbi glos. in verb. auaritiæ, & in verb. conductiones 86. dist. Abb. ad suprac. c. 1. de cleric. vel monac. Carroc. de locat. part. 1. tit. quib. non est permiss. conductores esse nu. 3. Leo in Thes. for. ecclesiastic. par. 3. cap. 34. n. 35. sicuti clericis artificium licitum est quando non suppetunt propriæ facultates, Feder. de Sen. cons. 207. n. 3. Borell. cons. 74. nam necessitatis causa licitam reddit negotiationem, alioquin illicitam, c. ejciens, c. episcopus, & c. negotiatorē 88. distint. copiosè Seb. Med. tractat. de cas. fortuit. quæst. 6. circa illam regulam, quod necessitas non habet legem, dummodo liqueat de hac necessitate summariè iudici ecclesiastico, cum fieri in dubio præsumatur quæstus, & cupiditatis causa glos. ad cap. decreuit in verb. conducere 88. dist. Mari. Antonin. libro 1. resol. 3. num. 10. & 11. Vgolin. cit. §. 16. sub num. 3.

RESOLVT. CDLXXXVI.

Nouæ parochialis ecclesiæ constitutio intra fines parochiæ antiquæ, quando permittatur Episcopo.

1 *Separatio parochialium ecclesiarum datur ob earum distantiam, vel itineris difficultatem ad maiorem parochianorum commoditatem.*
2 *Separatio parochialium, vt fieri possit quatuor concurrere debent num. 3. 4. 5. & 6.*

1 QVando ad ecclesias parochiales ob nimiam locorum distantiam, seu difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt iure nouissimo sacri Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. statutum est, vt Episcopi nouas parochias constituere possint, iuxta c. ad audientiam, il 1. de eccles. ædificand.

2 Cæterum, vt præfata separatio iure contingat, debent quatuor concurrere, vt scripserunt Menoch. cons. 477. Bimius cons. 184. col. 2. Henriquez cons. 80. & Costa de remed. subsidiar. remed. 75.

3 Primo allegatio iustæ causæ, & eius probatio Innoc. ad c. pastoralis de priuil. Lap. alleg. 68. Oldrad. consil. 291. & Parisius consil. 36. libro 4.

4 Secūdo quod parochus siue curatus prædictæ ecclesiæ consentiat secundæ ecclesiæ ædificationi, alioquin secus eo inuito, si ei præiudicetur quo ad ea quæ concernunt debitam, & sufficientem illius substentationem, Abb. in d. cap. ad audientiam col. 3. quem refert Rebuff. prax. benefic. part. 1. tit. de elect. in curatam, & paroch. num. 4. quæ doctrina post dictum decretum Conc. Trid. non videtur procedere, cum in eo dicatur inuitis Rectoribus, & innuitur etiam in d. cap. ad audientiam, & d. doctr. Abbatis procedit quando Episcopus sine aliqua causa vellet construere nouam parochiam; secus vero est dicendum cum adest causa.

5 Tertio requiritur Episcopi auctoritas, & eius decretum, in cuius arbitrio residet causæ iustitia, vel loci distantia in eundo ad curatam ecclesiam. Rebuff. ibidem num. 9. à quo decreto vti facto per Episcopum etiam vti Sedis Apostolicæ delegatum licet quidem appellare, sed solum ad Sanctissimum Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione præcipue sine figura iudicij, quoniam ab ordinibus factis in visitatione per Ordinarium non appellatur, saltem quoad effectum suspensiuum, tanquam ab executione constitutionis conciliaris c. 1. sess. 13. de reformat. & cap. 10. sess. 24. Henriquez cons. 80. num. 16. Mari. Antonin. lib. 1. resolut. 85. num. 10. & resolut. 110. nu. 14. eod. lib.

6 Requiritur consensus maioris partis parochianorum circa separationem, & si sunt plures plebes, vel

terræ sub vno Rectore aut curato maioris ecclesiæ, quæ tamen sint tanquã corpora separata, debent consentire saltem duæ partes ex tribus singulorum corporum, Felyn. in c. cum omnes n. 20. de constit. Ias. ad l. iurisgentium §. hodie n. 9. ff. de pactis Francisc. Marc. decis. 924. part. 1. Henriquez consil. 80. nu. 15. & 16. & Bimi. d. cons. 184. n. 23. & seqq. quę doctr. nec hodie post Concilium videtur posse procedere, cum videatur remittere omnia arbitrio Episcopi.

Limitatur tamen conclusio principalis vbi in loco minime difficili, nec incommodo oratorium adesset, vel ecclesia cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessarijs, ibique proponeret in sui adiutorium sacerdotem, qui ibidem resideret, & sacramenta posset administrare, quia tunc non posset fieri separatio, ita Menoch. consil. 477. n. 9. & Costa remed. 76.

RESOLVT. CDLXXXVII.

An ad alium præter Episcopum spectet institutio pœnitentiarij in ecclesia cathedrali.

1 *Institutio Pœnitentiarij in ecclesia cathedrali ad Episcopum solum spectat.*
2 *Amplia, vt neque capituli consensus requiratur, subamplia num. 4.*
3 *Quid si vacat in mense Papæ.*
4 *Pœnitentiarius electus quando incipiat habere facultatem audiendi confessiones.*
5 *Pœnitentiarius tenetur existere semper paratus ad audiẽdum confessiones, ponuntur nonnullæ Sac. Congreg. declarationes num. 6.*

1 COncilium Trident. sess. 24. de reform. c. 8. disposuit, quod Episcopus in sua Cathedrali ecclesia pœnitentiarium cum vnione prębendę proximè vacaturæ instituat, ex quibus verbis apertè patet, institutionem præfati officij Pœnitentiarij, ad solum Episcopum spectare, vt voluit Nauar. cons. vnico ne sed. vacant. Enriq. cons. 28. Vgol. de potest. Episc. p. 2. c. 33. & ita declarauit Sac. Congregatio Concilij per hæc verba, videlicet, *Officium Pœnitentiarij in Cathedrali per solum Ordinarium potest institui, ad quem quoque pertinet electio personæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio.* Idem dicit Auctor praxis Episcopalis p. 1. v. Pœnitentiarius §. 3. Zecchius de benef. q. 8. Garsia in eiusdem nominis tractatu p. 5. c. 4. n. 138. & tenuit Rota Romana in vna Abulen. Canonicatus Pœnitentiarij 17. Aprilis 1589. coram Illustrissimo Mantica, & iterum in vna Maioricen. Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Illustrissimo Mellino.

2 Amplia primò, vt adeò huiusmodi electio ad solum Episcopum spectet, vt Capituli consensus minimè requiratur, addit. ad Nau. cons. vn. in fin. ne sede vac. Paris. de confident. quæst. 45. n. 17. Rodriq. in sum. c. 143. Vgol. loc. cit. num. 2. & facit textus in c. inter cætera, versic. vnde præcipimus, de officio Ordinar. in quo nulla mentio Capituli fit, at si necesse esset, vt Capitulum interueniret, eius mentio facta fuisset, & iuxta hanc opinionem pluries declarauit Sac. Congregatio Illustrissimorum, præsertim in vna Segobien. per hæc verba videlicet.

Cum decreto Cõcilij sess. 24. c. 8. caueatur, quod in omnibus Cathedralibus Ecclesijs, vbi id commodè fieri poterit Pœnitentiarius aliquis cum vnione prębendæ proximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, dubitatur an quoties occurrerit vacatio officij pœnitentiarij, & per consequens prębendæ illi annexæ, prouisio illius pertineat ad solum Episcopum, absque eo, quod Capitulum in aliquo se intromittere possit, Sanctissimus Dominus noster, referente Congregatione Concil. decreuit institutionem officii Pœnitentiarij nec non electionem personæ Pœnitentiarij quandocunque faciendam, ad solum Episcopum pertinere, absque consensu Capituli, collationem autem prębendæ vniendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat. Et insuper secundum Garsiam loco citato, habentur quatuor aliæ declarationes eiusdem Sac. Concil. præsertim Episcopo Segobien. Et iuxta hanc opinionem pluries censuit Rota Romana, præsertim in vna Tarraconen. Canonicatus 5. Iunij 1596. coram Corduba, vbi fuit resolutum tam erectionem officij Pœnitentiarij, quam vnionem Canonicatus, & prębendæ, solius Episcopi arbitrio relinqui, per Concil. sess. 24. de refor. cap. 8. ibi, *ab Episcopo instituatur*. Et iterum in vna Oscen. Canonicatus 1. Febr. 1593. coram Illustrissimo Seraphino.

3 Limita id, quod diximus de electione personæ Pœnitentiarij, vt non procedat, vbi eius officium, & consequenter prębenda vacat in mense Apostolico, vel adesset alia reseruatio, seu affectio, quia tunc ad Papam pertinet ratione reseruationis, secundum Gonzales glos. 9. §. 2. n. 84. & Garsiam. loc. cit. n. 144. & tenuit Rota in dicta Maioric. Canoninatus, iuxta quam opinionem censuit Sac. Congreg. Conc. rescribendum Episcopo Salamantino.

4 Vnde sequitur, quòd occurrente vacatione Pœnitentiariæ, Sede Episcopali vacante, Capitulum non poterit illam prouidere, cùm non succedat in prouisione beneficiorum ad Episcopum spectante, c. illa ne Sede vac. & censuit Sac. Congreg. super d. c. 8. ibi, *Ab Episcopo instituatur solo absque consensu Capituli, & etiam ab eodem solo eligatur, & licèt vacaret Sedes Episcopalis Capitulum nihil potest, etiam quod eo tempore Pœnitentiarius moreretur*, cum hoc casu electio, seu prouisio Pœnitentiarij spectet ad Papam priuatiuè stante reseruatione regulæ 2. Cancellariæ.

5 Vnde præfatus Pœnitentiarius eo ipso, quod electus fuerit, consequitur facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius diœcesis, & iurisdictionem ad absoluendum à peccatis. Zucchus de repub. ecclesiast. c. 24. & quilibet potest ei confiteri sua peccata, & satisfaciet præcepto c. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss. & censuit Sacra Congregatio 16. Febr. 1595. per hęc verba videlicet, *An si quis confessus fuerit sua peccata semel in Paschate Pœnitentiario deputato in vim decreti Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. dicatur satisfeciss præcepto contento in cap. omnis vtriusque sexus; de pœnitent. & remiss. Congregatio censuit satisfeciss*. Et idem potest Episcopus committere absolutionem ab irregularitate occulta, de qua in Conc. Trident. sess. 24. c. 6. vt refert Garsias loco sæpius cit. num. 116. pluries declarasse Sacram Congregationem Concil. super d. cap. per hæc verba videlicet, *Primo, Congregatio censuit ab Episcopo posse, nõ tamen Vicario Generali, sed etiã Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato, committit absolutionem Capituli huius. Secunda, Episcopus potest absoluere, & per Confessarium, & per Vicarium absoluendum in similibus casibus specialiter constitutum.*

6 Debet tamen præfatus Pœnitentarius semper paratus existere ad audiendum Confessiones, quare minimè recusare potest pœnitentes, vt censuit Sac. Congregatio his verbis. *Congregatio Concil. censuit Pœnitentiarum non posse recusare audire confessiones illorum parochianorum, vbi sunt Pœnitentiarii, volentium eis cõfiteri sua peccata*, & recusans audire confessiones potest puniri, & priuari ab Episcopo, vt censuit Sac. Congreg. his verbis, *Pœnitentiarius vigore huius decreti deputatus renuens confessiones audire, punitur ab Episcopo, & potest priuari*: quia hac de causa Pœnitentiarius, dum confessiones in ecclesia audit, censetur præsens in Choro, d. cap. 8. & ita declarauit Sac. Congreg. Conc. per hęc verba, videlicet, *Cum Pœnitentiarius audit confessiones, vel casuum reseruatorum, vel venialium*

pec-

peccatorum, præsens esse in choro censetur. Licet secundum Garsiam loco cit. istud procedat dum confessiones actu in ecclesia audit, & non dum est in confessionario, etiam si ibi priuatim officiū recitet, vt quia antea confessiones audiuit, vel vt postea opportunius illi incumbat, vt declarauit Sacra Congregatio per hæc verba videlicet, *Præsens autem in choro non censetur, dū Missam celebrat, aut priuatim officium dicit, vt opportunius auditioni confessionū incumbat; Alias pœnitentiarius habendus est pro præsente in choro, dum audit confessiones in ecclesia, siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones alijs in choro diuina celebrantibus, nec recitans officium priuatè, quia antequam recitarentur Horæ Canonicæ in choro, audiuit confessiones, nec si dixerit Missam, est censendus præsens in choro.*

RESOLVT. CDLXXXVIII.

An Episcopus possit certam pœnam à Sacro Concilio Trident. statutam contra non residentes, per constitutiones synodales ampliare.

1 *Episcopus potest alterare pœnam statutam per Conc. Trident. contra non residentes, contrarium decidit ur nu. 5. 6. & 7.*
2 *Episcopus non potest dispensare contra constitutiones Concilij. Amplia num. 3. & 4.*

SVpponatur in facto, quòd inter cætera, quæ in cōstitutionibus synodalibus à quodam Episcopo de-
1 creta fuere, erat aucta pœna contra Canonicos non residentes: quare fuit dubitatum an potuerit præfatam pœnam ampliare, stante quod Conc. Trident. certam pœnam statuerit, & dubium mihi faciebat pro validitate constitutionis Episcopi, quòd cōstitutiones synodales statuentes maiorem pœnam, non cassant pœnā à Sacro Conc. Trid. statutam, nam Episcopus videtur posse addere pœnam sacris canonibus, cum hoc concernit maiorem obseruantiam sacrorum canonum.

2 Cæterum supradictis non obstantibus contrarium consului ex pluribus. Tum primò, quia Episcopus nihil agit, attentando cōtra constitutionem Concilij secundùm glos. communiter receptam in cap. dilectus il primo, de præbend. in verb. cum se facultas. glos. & ibi DD. in cap. cum dilectus in verb. in ætate de elect. & in clem. 1. in verbo eligatur de elect. & in cap. dilectus de temp. ord. & ibi Inn. & in cap. 1. de filijs presbit. Ioan. de Anan. in cap. cum in diœcesi de vsur. Archid. in cap. sicut 15. dist. & in summa 56. distint. & in cap. virgines 27. quæst. 1. latè Ioan. Andr. in c. 1. super glos. in verb. concessum de suppl. neglig præl. Spec. in tit. de dispēsa, in §. nunc de Episcoporum num. 27. Lud. Rom. in cons. 325. n. 7. Ant. & Doctores Canonistæ in cap. at si clerici in §. de adulterijs, & ibi Fel. nu. 5. de iudic. & Dec. n. 37. Henricus Botheus in tractat. de synodo Episcoci art. 1. concluſ. 3. n. 6.

3 Quod procederet etiam si adesset magna causa dispēsandi, quia adhuc denegatur Episcopo condere cōstitutiones contra Conc. secundum Io. And. & Anchar. in c. 1. de ætat. & qualit. lib. 6. & ibi de Sācto Gemin. qui impugnant Archidiaconum ibi, & in c. licet canon. de elect. lib. 6. volunt, quòd Episcopus etiam ex magna, necessaria, & vtili causa, & etiā cum causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curatis propter Cōciliū generale, c. cū in cunctis, in §. inferiora de elect. cum qua opinione transit Franc. in d. c. 1. de ætat. & qualit. & licet pro opinione Archidiac. multa possent adduci, quę ipse ponit in d. c. licèt canon, & cū eo sit Hostiens. in c. cum dilectus de elect. tamen contra Archidiac. est communis opinio, secundum Dom. de Sancto Gemin. in d. c. licet canon. n. 7. in finalibus verbis: eandem opinionem contra Archidiac. tenet Io. Monach. in c. cupientes in n. 124. de election. lib. 6. & hanc opinionem tenent communiter DD. in d. cap. cum dilectus de election. & in hoc est notandum quod in casu Ioan. Andr. & aliorum DD. contra Archidiac. non cōceditur dispensatio etiam ex magna, necessaria, & vtili causa: quia Concilium generale prohibet Episcopis, & punit contrafacientes vt patet in d. cap. cum in cunctis in §. clerici de elect.

4 Amplia secundò, vt nec idem Papa dispensando contra Conciliū, censeatur Concilio derogare, nisi de ipso in specie fecerit mētionem, vt fuisse in Rot. Rom. decisum testatur Verall. decis. 176. part. 1. & ratio est, quia constitutio conciliaris habet tacitam clausulam derogatoriam, secundùm Felin. in cap. nonnulli col. 4. de rescript. Archid. in cap. 1. de constit. in 6. Roman. l. si vero §. de viro num. 45. in 23. fallent. ff. solut. matr.

5 Tum secundò, quia cum constituere contra Concil. sit de casibus Sūmo Pontifici reseruatis, consequenter non potest Episcopus se intromittere, vt notatur in c. quo ad translationem, per illum text. de off. deleg. & in cap. sicut vnire de excess. prælat. ita tenet Spec. in tit. de dispensat. in §. nunc breuiter, quia in his non se intromittit alius inferior, nisi ex speciali commissione Papæ. vt in dict. cap. quoad translationem.

6 Tum tertiò, quia secundum Triuis. decisio. 42. lib. 2. talis alteratio est abrogatio ipsius legis, quia si lex Cō. cilij statuit pœnam priuationis medietatis fructuum, & lex synodalis omnium fructuum, tollitur (ob nō obseruantiam) lex Conc. & seruatur lex synodalis, & sic Ordinarius per indirectum abrogat legi Concilij, & Summorum Pontificum, quod minimè censendum est.

7 Tum tandem arguendo à simili, quia constitutio conciliaris sess. 24. cap. 1. de reformat. disponens, quod ad detegenda impedimēta matrimonij, solemniter debent fieri tres denunciationes in tribus diebus festiuis cum aliquo temporum interuallo inter vnam, & alias, non poterit Episcopus circa dies festiuos dispensare, cùm, vt dixi, sit constitutio conciliaris glos. & DD. in cap. at si clerici de iudic. Siluester verb. excommunicatio n. 14. §. 9. & in proprijs terminis Graff. cons. 26. n. 46. volum. 1. de sententia excommun.

RESOLVT. CDLXXXIX.

An Episcopus habeat fiscum.

1 *Episcopus habet Procuratorem fiscalem.*
2 *Pœnam pecuniariam alicui subdito impositam, cui debeat Episcopus applicare.*
3 *Amplia etiam si huiusmodi pœna imponatur laico pro crimine Ecclesiastico.*

1 EPiscopus habet fiscum seu procuratorem fiscalē vnde habet ius confiscandi, seu applicandi suæ Cameræ, secundùm Butrigar. Imol. & reliquos communiter in cap. quia diuersitatem de concess. prēb. Peregr. de iure fisci q. 2. Viu. commun. opin. 255.

2 Quare in sententia ferenda contra aliquem clericū, potest pœnam eius Curiæ Episcopali applicare, nō autem Cameræ Romanæ, secundùm Panormit. Anan. & Soc. in c. excommunicatus de hęret. in princ. Old. cons. 302. Afflict. in præludiis constit. quæst. 15. nu. 9. Foller. referens hanc opinionem communiter teneri in pract. crimin. canon. tit. de denuntiatione facta, c. 5. nu. 14. & seq. Diaz c. 145. sub n. 2. vbi deducit istam opinionem communem veriorē, & obseruari de consuetudine generali, ita etiam Franc. March. dec. 339. n. 10. cum aliis sequentibus p. 1. Felin. cum ceteris signatis per eum in c. cæterū n. 10. de officio Ordinar. Ex quibus omnibus apparet, hanc esse communem opinionem, & vsu frequētissimo, & cōsuetudine immemorabili approbatā.

3 Imò pœnam pecuniariam, quã imponit Episcopus, seu eius Vicarius laico pro crimine ecclesiastico perpetrato per eum, potest similiter applicare Cameræ Episcopali, ex eo, quod ipse Episcopus habet fiscũ, ita Barbat. cons. 39. Zilet. cons. 1. vol. 1. Aufrer. in dec. 228. Capp. Tholos. & Viu. cit. loco in fine. Quæ doctrina videtur limitanda in mulctis pecuniarijs, quæ locis pijs sunt applicandæ, ex decreto Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reform.

RESOLVT. CDXC.

Ciuitas nouiter decorata Episcopali dignitate, an teneatur dare Episcopo palatium, seu illud ædificare.

1 *Vniuersitas euecta ad dignitatem Episcopalem, acquirit decorem.*
2 *Concesso aliquo, videntur concessa omnia sine quibus illud explicari nequit.*
3 *Petrus singulos Episcopos singulis ciuitatibus destinauit.*
4 *Episcopi à principio pauperes deputati.*
5 *Episcoporum hospitium debet esse commune.*
6 *Inhumanus est Episcopus, qui hospitalitatem non seruat.*
7 *Esurienti, & afflicto subuenienti, lux fiunt tenebræ.*

REspondi in hac quæstione ex cons. Borell. 2. vol. 1. ciuitatem teneri, obnoxiamque esse dare palatium Episcopo, & hoc ex pluribus.

1 Primò, quia dum petijt sibi dari Episcopum, & ex Episcopali dignitate sibi vniuersitas decorem quærit, iuxta sententiam Bart. in l. si hæres §. 1. ff. de leg. 1. in l. ciuitas ff. si cert. petat. & in extrauag. ad reprimend. in ver. Lombardiæ n. 5. qui sint rebelles. Castren. in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iur. consequens erit, vt cum Episcopalis dignitas absque habitatione stare nequeat, vt illi etiam palatium tacitè obtulisse videatur, sine quo suum pastorale munus exequi non valet: concessione
2 enim facta alicui officij, aut magistratus gerendi, censentur omnia illa cõcessa, sine quibus actus ille exple-ri non potest l. ad rem mobilem. l. ad legatum ff. de procurat. l. 2. ff. de iurisdictio. omn. iudic. cum similibus adductis per Cæph. in cons. 165. num. 14. vol. 2.

3 Tum secundò, vt legitur, singulis ciuitatibus S. Petrus singulos Episcopos destinauit pro pascendis ouibus. c. porro 66. dist. & c. in illis 99. dist. Et illi à principio pauperes fuerunt electi. cap. de his 10. quæst. 1. Alfons. in spec. Roman. Pontific. cap. 30. in fine, ergo quo pacto si pauper Episcopus fuerit, domum, aut palatium ædificabit nisi à ciuitate fuerit ædificatum?

5 Tum tertiò, quia domus Episcopi, omnium commune debet esse hospitium, vt docet Apostolus ad Titum c. 1. ibi, hospitalem, vbi hoc comprobat Hieronymus dicens, aliàs inhumanum esse Episcopum, nisi hospites omnes recipiat, sed qua via posset ista hospitalitatis opera exhibere, si domum Episcopus nõ habeat? Quomodo Episcopus largam habebit manum, necessitatẽ patientibus succurrat, alienam inopiam suam credat, sine quibus in vanum Episcopi nomen tenebit, cap.
7 fratrem, 86. distinct. Quomodo illud Isaiæ cap. 58. obtinebit, cum ait, Effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies, & implebit Dominus splendoribus animam tuam.

RESOLVT. CDXCI.

An Episcopus possit in diebus festiuis prohibere nundinas solemnes, seu mercatus.

1 *Facti species.*
2 *Per consuetudinem possunt tolli feriæ in honorem Dei inductæ.*
3 *Nundinæ priuatæ possunt prohiberi per Episcopos diebus festiuis non obstante consuetudine.*
4 *Quomodo sit decisa ista quæstio per Sac. Congregatio. Cardinal.*

1 CVm ex quadam consuetudine introductum esset in ciuitate Neapolitana, vt in quodam die festiuitatis Beatæ Virginis celebrarentur nundinæ, fuit mihi quæsitum, an liceret Archiepiscopo Neap. huiusmodi prohibere, & dubitationẽ mihi faciebant nonnulla, vi-
2 delicet, quia consuetudo induci potest, per quã tollũtur, & moderantur etiam feriæ in honorem Dei, secũdum Nauarr. in suo manuali cap. 13. n. 5. vers. nono dicimus Henriq. cons. 21. n. 3. Hartam. cons. 93. num. 5. & sequent. vnde dixit Bald. in l. quadraginta C. de ferijs, valere consuetudinem, per quam tollũtur feriæ, maxime quãdo subest publica, & legitima causa, iuxta terminos tex. in cap. licet de ferijs, & in l. omnes, C. eodem Bartol. de represalijs quæst. 9. & facit, quod scriptum reliquit idem Bal. in l. vnica, nu. 1. C. de nundinis, vbi testatur Perusijs fieri huiusmodi nundinas in festo omnium Sanctorum. Et dicit Sotus de iustitia, & iure lib. 2. quæst. 4. art. 4. circa fin. esse consuetudinem creberrimam, quod fiant nundinæ in diebus festiuis.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, in cõtrarium est veritas, quæ opinio fundatur ex infra dicendis.

3 Primò, quia Episcopus habet intentionem fundatã faciendi prefatam prohibitionem tã de iure communi, vt in c. 1. de ferijs, quam ex Bulla Pij V. vbi expresse prohibẽtur Dominicis, & alijs diebus festiuis in honorẽ Dei, & Beatæ Mariæ Virginis fieri mercatus, & huiusmodi profanas negotiationes, & opera seruilia, quæ constitutio obligat inobedientes ad peccatũ mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua, Nau. in sum. cap. 23. n. 52. post Fel. in cap. nam concupiscentiam de constit. Abb. in cap. dolentes de celebr. Miss. Doctores in clement. dudum de sepult. & clement. si dominum §. ideoque de reliquijs, & vener. Sanct. prax. Archiep. cap. 60. Vacandum est enim diebus his orationibus, & ab opere seruili abstinendum, nam quod dicitur alias licite exerceri, est illicitum dictis diebus. Host. in sum. in tit. de ferijs §. quid non, in princ. & c. 1. vbi Abb. n. 5. Butr. Card. & alij eod. tit. Petr. Gregorius in suo opere syntag. iuris par. 3. lib. 25. cap. 3. nu. 8. qui testatur prohibitum esse per legem generalem fieri mercatus, & nundinas his diebus in Gallia, Rebuff. in const. Regni Galliæ titul. de mercatoribus artic. vnic. glos. vlt. n. 5. & in omni benè cõstituta Ecclesia prohiberi videmus, vt in constitutionibus Ecclesiæ, & prouinciæ Mediol. lib. 1. tit. de festorum dierum cultu §. 3. Fuscus de visitat. lib. 2. cap. 21. n. 41.

4 Verùm quidquid sit, hodie prefata quæstio est decisa per Sacram Cong. ritum, sub his verbis. *Præceptum de Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis, & obseruãdis, sub prætextu mercatuũ, nundinarũ, & feriarum nullatenus esse violandum: Cæterum his diebus licere agasonibus, ac alijs iumentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, baiulis, & alijs huiusmodi seruientibus, ac ministris sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter (Missa tamen prius audita) transeundo prosequi, & continuare; non autem debere sarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque mercatoribus, aut alijs ciuibus, & viatoribus, ijs diebus, etiam clausis apothecis, merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tãtùm ad victum necessaria, aut alia minuscula, & modici momenti opera iam cõflata, & elaborata, pro transeuntium, hospitum, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate, in quo partes erunt Episcopi propositis edictis prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur, simulque populorum cõ confluentium*

necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatur. Quoad iudicia autem, quæ Dominicis, & festis diebus silere debent, id obseruari poterit, quod iure communi permittitur in quibusdam vrgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur; in quibus, & alijs iusi dictionem consulum nundinis præpositorum concernentibus, constitutiones, & Summorum Pontificum, si quæ habent priuilegia, & allegatum Breue fel. record. Pij V. seruanda esse statuit. Et idem est, vbi adest antiquata consuetudo, vt est in nundinis ordinarijs, quia tunc ad summum Episcopi præceptum faciunt, vt nundinæ sileant durante tempore celebrationis Missarum, quibus completis, prosequuntur nundinæ.

RESOLVT. CDXCII.

An prouisio facta per Episcopum in mense Papæ sustineatur.

1 *Ponitur decisio Rotæ ad literam.*
2 *Præbenda est vnita officio Pœnitentiarij, & ideo collatio præbendæ debet spectare ad Papam, si ad eum spectat electio, sine institutio Pœnitentiarij, alias sequerentur absurda, de quibus num. 3. 4. & 5.*

IN hac quæstione respondeo cum decisione Rotæ, 15. Nouembris 1593. coram Illustrissimo Mellino, cuius verba sunt videlicet.

1 *Domini concorditer soluerunt non constare de bono iure Matthæi, & moti fuerunt, quia Episcopus acceptauit alternatiuam, & vocatio successit in mense Septembris, ideo pro uisio spectabat ad Papam, & non ad Episcopum, & Capitulum, à quibus ipse fuit prouisus.*

Nec potest reuocari in dubium acceptatio alternatiuæ, & residentia Episcopi, quia de acceptatione constat in actis, & ex confessione Episcopi; residentia verò probatur ex prouisione Matthæi, quæ est facta ab Episcopo in domo Capituli Ecclesiæ Maioricensis die sequenti post vacationem, vltra quod absentia Episcopi priuat ipsum commodo alternatiuæ; sed non præiudicat Papæ, vt fuit resolutum in causa Fauentina canonicatus 16. Decembris 1575. coram R. P. D. Blanchetto.

Non obstat, quod alternatiua est restricta ad beneficia, quæ spectant ad liberam collationem solius Episcopi, & collatio in Cathedralibus est communis Episcopi, & Capituli, Cassad. decisione 22. de præbend. & licèt electio personæ Pœnitentiarij spectet ad Episcopum, tamen collatio præbendæ spectat ad eos, ad quos ante Concilium spectabat, vt in casu Congregatio Illustrissim. Cardinalium Sacri Concilij interpretum censuit, quoniam respondebant Domini hoc procedere, quando electio pertinet ad Episcopum, non autem quando vacatio contingit in mense Apostolico; prout eadem Congregatio censuit 2 *in vna Salamantina, & Tirasonensi nominationis Pœnitentiarij, quia cum præbenda sit vnita officio Pœnitentiarij, collatio præbendæ vti sequela officij Pœnitentiarij spectat ad Papam, ad quem pertinet electio personæ Pœnitentiarij glos. in c. vlt. de rescriptis in 6. Peregrin. decis. 40. lib. 1. Ant. Aug. in lit. de vnion. §. 3. alias si collatio præbendæ spectaret ad Episcopum, & Capitulum, quando electio Pœnitentiarij pertinet ad Papam, sequerentur plura absurda, secundùm Dominos.*

3 *Primum quod prouisio Papæ redderetur cluſoria, si Episcopus, & Capitulum alteri conferrent præbendam, quia electus à Papa ex collatione nullum commodum consequeretur.*

4 *Secundum, quod esset necessarius duplex titulus, vnus à Papa, alius ab inferioribus.*

5 *Tertium, quod præbenda est vnita officio Pœnitentiarij, & Pœnitentiarius haberet officium sine præbenda, & tamen vnitorum eadem debet esse dispositio. Ang. in l. sed si plures §. filio num. 1. & ibi Imol. in princ. ff. de vulg. & pupil. substit. qui ex hoc inferunt ad eum, qui impetrauit ecclesiam, cui alia est vnita, vt non possit vnam sine alia possidere.*

RESOLVT. CDLCXIII.

An Episcopus possit dispensare super temporum interstitijs.

1 *Ordines sunt gradatim conferendi: immo seruatis temporum interstitijs, & quæ sint, num. 2.*
3 *Respondetur Conc. Trid. sess. 23. cap. 11. & 14. de reform.*
4 *Redditur ratio conclusionis, & ampliatur tribus modis, num. 5. 6. & 7.*

1 ORdines conferri debent gradatim. c. si officia 59. dist. vnde accipiens superiorem ordinem, omisso inferiori, remaneret suspensus ab eius exercitio. c. vnic. de cler. per saltum promot. Victor. de Sacram. Ordinis, num. 232. Host. ibidem num. 3. Piaseg. in sua pract. Episc. fol. 55. num. 50.

2 Et insuper debent conferri etiam seruatis temporũ interstitijs, videlicet, Subdiaconatus vno anno elapso post susceptionem vltimi minoris: item Diaconatus post annum à susceptione Subdiaconatus, similiter, & Presbyteratus. Vnde emersit dubitatio, an Episcopus possit super his temporum interstitijs dispensare. Ego dicebam, quod non, allegani conf. Nauar. de tempor. ordinat. & eius additio in conf. 19. de voto, Vgolin. de potest. Episcop. p. 2. c. 26. §. 27. vbi dicunt, non posse Episcopum ad eius libitum, atque arbitrium non regulatum aliquã legitima causa dispensare.

3 Non obstat Conc. Trid. sess. 23. c. 11. & 14. quia eodem c. sancta Synodus permittit id Episcopo, si aliud expedire ei magis videbitur, ideſt magis vtile, igitur secus, si non magis vtile videbitur, vt voluit quoque gl. in summa 74. dist. Abbas in cap. quæris n. 9. de ætat. & qualitate. Confect. in summa priuileg. mendicantium tit. 15. cap. 3. Vgolin. citato loco nu. 3. Enriquez conf. 29. num. 6. Bomminius consil. 23. num. 4.

4 Cuius conclusionis ratio est, secundũ quod communiter tradunt DD. l. beneficiũ ff. de constit. Princ. quia dispensatio semper, & vbiq; geget causa, cũ sit iuris cõmunis vulnus, seu relaxatio, Armilla, & reliqui Sũmistæ in verbo dispensatio in princ. Cou. in 4. decretaliũ p. 2. c. 6. §. 9. Azor. inst. moral. lib. 5. c. 15. Carbo. lib. 7. de legib. c. 11. Vnde data facultate dispensandi, intelligitur si sit causa legitima, secundũ Emanuel Sã in aphorism. Confessarior. verb. dispensatio, n. 3. & secundùm Panorm. in c. scripturæ de voto, dispensatus absq; causa non remanet tutus in foro animæ: licèt secundùm Silu. in summa eodem verbo, n. 4. sufficit ad dispensandum, causam putari esse rationabilem, & secundùm eundem num. 3. cum subest causa dispensandi, videtur peccare Prælatus, qui potest, & non dispensat.

5 Suprapositam conclusionem amplia tripliciter. Et primò, vt possit Episcopus dispẽsare infra præfata tẽporum interstitia, etiam quo ad Regulares promouẽdos, & sic remouẽtur superiores ipsorũ à præfata potestate, secundũ Vgol. Piaseg. & alios locis cit. & Quarant. in sum. Bull. verbo ordine referens, ita declarasse Sacr. Illustriss. Congreg. Concilij per hæc verba, videlicet, *Congregatio Concilii censuit, superiores regulares non posse dispensare super interstitiis regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quo ad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione superiorum regularium.*

6 Amplia secundò, vt eadem interstitia remittere posset etiam Capitulum Sede vacante, seu eius Vicarius in casib. in quibus posset dare licentiã ordinandi, vt testatur fuisse decisum per Sac. Congreg. Concilij Addit. ad Sum. Bullar. Quarant. in ver. Capitulũ Sede Vacante

te sub quæst.10.& ita quoque voluit Artaman.cōs.13. num.5.Thoming.consil.60. num.4.Bomin.cons.6.n.7.

7 Amplia tertiò, vt nullam pœnam incurrat Ordinarius ordinando subditum non seruatis temporum interstitijs. Nauarr. cons.4.n.6.& 7. de temporibus ordinationum.

RESOLVT. CDLXXXXIV.

An Episcopus possit per semetipsum regere, seu administrare iustitiam, non constituendo Vicarium.

1 *Acta iudiciij an valeant si scribantur per ipsum dominū, vel debeat constituere Notarium.*
2 *Baro debet habere iudicem, & Capitaneum, per quos habeat iustitiam administrare.*
3 *Episcopus non tenetur de necessitate constituere Vicarium*
4 *Episcopus successor an teneatur soluere salarium Vicario prædecessori.*
5 *Quæ requisita debeant concurrere in Episcopo.*

INter nonnulla, & varia capita, quæ contra quendam Episcopum Regni opponebatur in Sacr. Congregat. preposita super negotijs Episcoporum, erat, quod præfatus Episcopus per semetipsum per duos annos continuos iustitiam exercuit seu administrauit, quare cum accessissem ad me pro consilio capiendo, considerabam contra dictum Episcopum, quod ipse tenebatur constituere Vicarium.

1 Primò à simili, quod acta iudiciaria scribi non debent seu actitari per ipsum dominum, sed debet constitui notarius, alias non valerent, vt probat tex. in Ritu M.C.V.149. Campagna in capit. Regni item, quod prædicti officiales, num.9. de Zanchis in tract. de priuileg. Eccles. priuileg.110. num.1. Natta cons. 38.n.23. vol.1. Alex. cons.212.col.2.vol.2. Brunus cons.93.n.7. volum.1. Viu. decis.48. qui dicit, quod semper Baro de-
2 bet habere personā Iudicis,& Capitanei, per quos, iustitiā valeat administrare,& ita quoq; voluit Iaffred. decis.115. quamuis dicat, quod in locis possit iustitiam per semetipsum administrare.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului pro præfato Episcopo, motus præcipuè ex duobus.

3 Primò, quia de necessitate non tenetur Episcopus habere, seu constituere Vicarium, secundùm Io. And. in cap. cum ab omni, de vita,& honestat. clericor. Archid. in cap. statutum de rescript. in 6. Fel. in c. quoniā de offic. ord. Put. decis.43.n.2.part.2. Et ex hoc infert Mohed. decis.4. de offic. vicar. fuisse in Rota Romana resolutum non posse cogi Episcopum successorem sol-
4 uere salarium Vicario prædecessori, cùm ad illum cōstituendum non tenebatur: quam opinionem tenuit eadem Rota in decis.222.num.5.part.2.diuers. dicens, Episcopum posse per seipsum iustitiam regere, nec teneri ad Vicarij constitutionem, cùm hoc in eius mera voluntate, & facultate consistat, prout etiam tradere eidem Vicario amplam, vel coarctatam potestatem, eadem Rota decis.497.num.2. part.2. & additio ad Mohed. in cit. decis.4.

Secundò, quia Episcopus hac de causa debet esse præditus literis,& scientia, cap. nouit vbi DD. omnes de renunciatione, cap. fin. de ætate, & qualitate, & propterea dicit tex. in cap. cum in cunctis de elect. debere esse in Episcopo grauitatem morum, literarum, & scientiæ,& ætatis maturitatem,& tandem quod nō tenetur constituere Vicarium, sed possit per se iustitiam regere, ac administrare, vide Ancharan. consil. 218.col.fin.

RESOLVT. CDLXXXXV.

An ad alium præter Episcopum spectet miraculorum recognitio.

1 *Miracula recognoscere solum Episcopi est.*
2 *Dictio nisi, habet vim taxatiuam.*
3 *Miracula, vt propriè dicantur, quatuor concurrere debent, & num.4.5.& 6.*
7 *Miracula fiunt subitò, & perfectè.*

1 EX Conc. Trid. sess.25. sub.rub. de inuocat. & venerat. reliq. sanctor. sancitum est nemini licere noua miracula publicare, nisi recognoscēte,& approbante Episcopo, & dictio illa, nisi, posita in Conc. ha-
2 bet vim taxatiuæ l. consulta C. de testament. Couarr. de sponsal. part.2.cap.4.§.1.n.8. ac formam inducit. Osasc. decis.174.num.2. Felyn. in cap. in causis n.10. de testibus. Item verbum illud nemini, quod denotat omnimodam exclusionem, secundum Panorm. in cap. graue num.8. de offic. ordinar. tandem, quia fit mentio Episcopi, ex quo sequitur, quod venit excludendus alius inferior, secundum Tiraquel. de retract. conuentional. glos. num.9.& 13. Maceraten. variar. resolut. lib.1. resol.112. casu 42.

Et hoc idem maxima ratione sancitum fuit ne quidem gratię pro miraculis publicētur, miracula enim, vt propriè dicantur, quatuor concurrere debent.

3 Primò, quod appareat illud ex Deo, nō ex arte cōtingere, nec ex Diabolo, nam miracula quandoque fiunt per malos, vt cap. teneamus 1. quæst.1. & cap. prophetauit 1.q. & necesse est martyres (inquit text.) impetrasse à Deo, quæ mandant, & cap. si quis præpostera dist.50.

4 Secundò, quod sit supra naturam, sicut de virga Moysi mutata in colubrum, & de asina loquente ad Balaam, ex cap. cum ex iniuncto de hæret. in 6. nam illud, quod per causas naturales fieri potest non est miraculum, vt inquit Bart. in tract. de testibus n.57.

5 Tertiò quod effectus fiat præter solitum,& consuetum modum causandi, & sic iustificatio impij non est opus miraculosum, nam consuetus cursus iustificationis est, vt Deus moueat animam & homo conuertatur. D. Thom. 1.2.quæst.113.art.10.

6 Quartò quod sit ad corroborationem Fidei,& ideo ea quæ fiunt ministerio hominum, & non tendunt ad confirmandam Fidem, non sunt dicenda miracula. Mascard. de probation. lib.2. concluf.64.nu.9.

7 Item miracula fiunt in instanti,& sunt ex omni parte perfecta D. Thom. in 3. part. sum. quæst.44.art.3. in solut. ad 2. argumentum Prax. Archiep. cap.59.num.1.

RESOLVT. CDLXXXXVI.

An Episcopus possit cogere obtinentes beneficium ad suscipiendum ordines illi annexos.

1 *Sunt aliqua beneficia, quæ requirunt ordinem Sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus.*
2 *Obtinentes huiusmodi beneficia, tenentur infra annum ordines suscipere requisitos.*
3 *Parochus nō se faciens ad Sacerdotium promoueri, elapso anno est parochiali priuatus ipso iure.*
4 *Parochus, qui ad Sacerdotium se promoueri non attēdens, parochialem recipit, peccat mortaliter, cū obligatione restituendi fructus.*
5 *Ista priuatio non habet locum in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem, aut propter illiteraturam, seu alium defectum n.6. vbi ponitur declaratio Sac. Cong. & alias num.7.*
8 *Nec etiam habet locum dicta priuatio, & obligatio se ordinandi*

dinandi durante eo morbi genere, ex quo ineptus esse videtur ad officium Sacerdotale per se exercendum, ponitur declaratio Sac. Congreg.

9 *Obtinentes dignitates, Canonicatus, aut alia beneficia, si infra annum ordines nō susceperint requisitos, non incurrunt priuationem ipso iure, quia cap. licet canon, solum procedit in parochialibus, num. 10. Isti nullo modo habent vocem in Capitulo, etiam si Capitulum & Episcopus concedant: & dimidiam partem distributionum perdunt. num. 11.*

12 *Decretum Concil. Trident. sess. 22. cap. 14. de reformation. comprehendit ea omnia beneficia quæ ordinem requirunt, ex sententia Sac. Cōgregatio. quæ videtur velle, quod comprehendat etiā beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam. num. 13.*

14 *Post monitionē possunt illi priuari beneficio ob nō receptionem ordinum, nisi forte careant ætate requisita, n. 15. vbi ponitur declaratio Sac. Congreg.*

1 ILla beneficia, quæ requirunt, & habent annexum ordinē videlicet Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, vt beneficia curata, canonicatus, portio-
2 nes & dignitates, obtinētes huiusmodi beneficia tenentur infra annū à die pacificæ possessionis, vel quo per eos steterit quominus eā habeant, iusto impedimēto cessāte, ordines susc ipere requisitos, cap. licet canō, & cap. commissa de elect. in 6. clement. vt ij, qui de ætat. & qualitat. Concil. Tridentin. sess. 22. cap. 4. de reform.

3 Vnde Parochus nō se faciens ad Sacerdotium promoueri elapso anno est parochiali priuatus ipso iure d. cap. licet canon, & cap. cōmissa, quod vltra DD. ibi latè explicant Rebuff. in prax. titul. de dispensat. de nō promouendo, & præcipuè titul. de non promotis intra annum, Bernard. Diaz in pract. criminal. cap. 53. & ibi Salzedo, Pariſ. de resignat. benef. lib. 3. quæſt. 2. & Auctor Praxis Episcopalis 1. part. verb. beneficiū §. 4. dicto 4. Hinc Nauarr. cap. 23. num. 51. ait præfatos peccare mortaliter accipiendo illa beneficia, sine intentione assumēdi ordines illis annexos, ea ratione, vt inquit ibi Nauar. quia qui accipit aliquod munus debet curare, vt sit habilis ad illud exercendum. Imò non
4 nulli sunt qui tenent istos nō solū peccare mortaliter, sed etiā teneri ad restitutionē fructuum, & in eis procedere d. cap. commissa §. cæterum, pro qua sententia citatur Panormit. in c. relatum de cler. non resident. & Gabriel. 4. dist. 15. q. 8. art. 5. Mayor in 4. distinct. 24. q. 11. & Adrianus in eod. 4. tit. de restit. §. pro clariori. vers. pro responsione, & sentit Graff. in decisionibus aureis casuū conscientiæ lib. 2. cap. 97, n. 55. quæ sētentia mihi placet, nam ratio expressa in d. §. cæterū, ibi, cum eos receperis fraudulēter, militat etiā in proposito, vt patet, & quādo ratio est expressa in lege etiā pœnali, fit extensio ad alios casus, in quibus vrget eadem ratio l. cū mulier 1. & ibi Alex. per illum tex. ff. solut. matrimon. Dom. in cap. si ciuitas. 1. in princ. de sent. excomm. in 6. & consil. 1. in fine, Frāchus in cap. 1. de temp. ordin. in 6. n. 7. limita. 6. Iaſ. in l. 1. n. 13. ff. in ius voc. vt eant. & in l. cum quidam n. 29. & 30 ff. de liber. & posthum. Dec. in reg. factum cuique, §. in pœnalibus num. 15. ff. de reg. iuris. Aymon de antiq. temp. 4. part. sectione videamus modo, num. 18. Sanchez alios referens. lib. 3. disp. 42. n. 4. ex quo satisfit fundamento contrariæ sententiæ, præsertim quod dici potest, d. c. commissa, §. cæterum, non esse legem pœnalem nouam, vt d. c. licèt canon, sed declaratio iuris antiqui, & obligationis iustitiæ, quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis, vt colligitur ex eius verbis ibi, tenebris, & ibi, cū eos receperis fraudulenter, immo totū cap. commissa, videtur magis declaratio, quàm ius nouum. An autem in casu d. cap. licet canon obtinens parochialem, si non sit infra annum ad Sacerdotium promotus, ob quod ipso iure illa priuatur, teneatur illā dimittere, an vero iudicis pronunciatione opus sit, vide Garc. de benef. p. 11 c. 19. n. 28. & infr.

5 Suprapositā regula limitatur tripliciter. Primò, vt non procedat in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem. Rebuff. d. titul. de non promot. num. 80. aut propter illiteraturam, seu alium defectum, vt alias respondit Sacra Congregat. Concil. his verbis. *Pœna canonis præscripta his, qui vltra annum Sacerdotium non perceperint, non habet locum in rectore, quia intra annum à die adeptæ pacificæ possessionis, vel infra tempus legitimè ei prorogatum comparuit, & se promoueri petijt, offerens, quantum in se erat, se paratum suscipere Sacerdotium vel ordines. & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliā causam promouere. deferunt Rodriguez in sum. 1. tom. c. 30. num. 3. & Vega 1. part. cap. 36. casu 20.*

7 Est etiam alia declaratio super cap. 1. sess. 14. de reformat. quæ sic ait. *Congregatio Concilii censuit per hoc decretum correctum esse cap. ex tenore, & cap. ad aures de temp. ord. ampliatum, ita vt comprehendat quoque clericos sæculares, etiam dignitates, vel beneficia, quibus annexus sit ordo, obtinentes, tam quo ad facultatē prohibendi ascensum ad ordines, quam & eā suspendendi, ipsisque potestatem appellandi ademptam esse, fuitque etiam d. ictū arctatum ad ordinem recipiendum, & prohibitum ex hoc decreto, non incidere in pœnam cap. licèt canon, de elect. in 6. iuxta cap. commissa. eod. tit. & lib. ac etiam quod si adimitur appellatio, non tamen recursus.*

8 Limita secundò, vt nec etiam habeat locum dicta pœna priuationis, & obligatio se ordinādi, durante eo morbi genere, ex quo ineptus esse videtur ad officium Sacerdotale per se exercendum, vt alias Sac. Congregatio respondit Episcopo Bergamen. his verbis. *Parochus si eo morbi genere teneatur, vt ad functionem Sacerdotis, & res diuinas per se obeundas minimè idoneus esse videatur, non tenetur durante dicto morbi genere sacris ordinibus se initiari facere.*

9 Limita tertiò in obtinentibus dignitates, canonicatus, vel præbendas, aut alia beneficia, qui etsi infra annum ordines non susceperint requisitos, & suis beneficijs annexos, non tamen incurrunt priuationem ip-
10 so iure, quia d. cap. licèt canon, procedit tantum in parochialibus, glos. ibi in verb. parochialis, cap. statutum eod. & ibi glos. 1. Dom. & Franch. num. 2. Rom. cons. 325. num. 2. & 3. Rebuff. d. titul. de non promot. num. 28. 29. & 30. Diaz vbi supra num. 5. & ibi Salzed. additione finali Graff. in decis. aureis casuum conscient. cap. 97. num. 47. sed ex tunc donec
11 ad eos promoti fuerint, nullo modo habent vocem in Capitulo, etiam si Capitulum, & Episcopus concedant: & dimidiam partem distributionum perdunt eo ipso, d. clem. vt ij, qui §. illi verò, & ibi glos. & DD.
12 & Concil. Tridentin. cit. sessio. 22. cap. 4. de reform. quod decretum censuit Sacra Congreg. comprehendere ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt.

13 Vnde Sacr. Congregat. videtur velle, quod d. decretum comprehendat etiam beneficia extra Cathedralem, vel collegiatam, quamuis d. clem. vt ij qui §. illi verò, non haberet locum in beneficijs extra ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, etiam si in eis essent distributiones, sed solum in præbendis, & beneficijs in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata habentibus vocem Capituli, aut distributiones glos. ibi verb. præbendas, & verb. in eisdem, & verb. distributiones. Card. ibi num. 5. & Bonif. num. 30. qui malè tenebat contra gl. d. verb. distributiones.

14 Et post monitionem possunt illi priuari beneficio, vt Sac. Congreg. respondit Episcopo Patauino his verbis *Canonici qui ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant, ab Ordinario priuari debent.*

15 Et est alia declaratio eiusdem Sac. Congreg. quæ sic ait, *Episcopus facta annexione ordinum cuilibet canonica-*

catui, ſtatim Canonicos ad eorum ſuſceptionem cogere debet vſque ad priuationem.

Limita tertiò, quando quis caret ætate ad ordinem requiſita, quia ex diſpenſatione in minori ætate obtinuit præbendam, tunc enim non poteſt ea priuari ob iſtam cauſam. Rebuff. ſupra numer. 55. & reſpondit Sac. Congregat. Epiſcopo Callaguritano his verbis.

Congregationi datus eſt ſupplex libellus Ioannis Ferret. velle Amplitudinem ſuam ei Canonicatum cum præbenda, quæ iſthic obtinet adimere, ob eam cauſam, quod intra annum non ſit promotus ad ſacros ordines, ex decreto Concilij, qui cum tantummodo 18. annos (vt ab eo relatum eſt) natus ſit: neque per decretum Concil. ſeſs. 23. cap. 12. ante vigeſimum ſecundum annum ſacris initiari poſſit, non videtur eſſe cogendus, vt niſi ſacros ordines ſuſcipiat, canonicatu priuetur, de quo Pontificias literas expediuit, itaque ſi res ita eſt, mandat tibi ſua Sanctitas, vt conſeruata iſti Ioanni poſſeſſione, eum prius non cogas ad ſacros ordines promoueri, quam ad 22. annos peruenerit.

RESOLVT. CDXCVII.

Epiſcopi perſonam non venire in generali diſpoſitione, niſi de ipſa ſpecialis facta fuerit mentio.

1 *Epiſcopus vt comprehendatur in aliqua diſpoſitione, ſeu conſtitutione, neceſſaria eſt ſpecialis de eo mentio: redditur ratio.*

2 *Declaratur opinio Panorm. in cap. non poteſt, de ſentent. & re iud. aſſerentis, Epiſcopum venire appellatione Sacerdotis.*

DIxi rationem eſſe, quia Epiſcopus eſt caput Cleri, ſicut Poteſtas dicitur caput Ciuitatis, ſecundùm Bartol. in leg. nulli, ff. quod quis. vniuerſ. dicitur Præſes ciuitatis. Bald. in leg. ſiue pars C. de dilationibus, & dicitur eſſe de maioribus magiſtratibus, Bald. in dicto loco. Et propterea non comprehenditur in
1 generali conſtitutione, ſecundum Corn. in conſ. 253. num. 10. lit. C. vol. 5. quia debet fieri expreſſa mentio, propter excellentiam ordinis, & officij. l. ſi compromiſſarius §. huiuſmodi de elect. in 6. Vnde notatur in cap. quia periculoſum de ſentent. excommunic. in 6. quod Epiſcopi nullam interdicti, vel ſuſpenſionis incurrunt ſententiam, niſi in ipſa ſententia fuerint ſpecialiter mentionati, Syluester in verb. Epiſcopus n. 12. atque expreſſi, ſicut in ſimili probatur in cap. inquiſitores de hæreticis in 6. quod Inquiſitor Papæ ſuper hæreſi ſine ſpeciali mandato non inquirit contra Epiſcopum, verùm ſi eum culpabilem inuenerit, nunciabit Papæ, vnde ſecundum Nouiſs. in ſua praxi cap. 27. pœna ſancita in cap. 1. de ſentent. excommunic. in 6. contra excommunicantes, non ſeruata forma illius cap. non comprehendit Epiſcopos, quia ibi de illis non ſit expreſſa mentio, ſecundum Ioan. Monach. in dict. cap. 1. nu. 6. quare facit illud, quod ſcriptum reliquit Anna in ſuis obſeruatio. obſeru. 17. quod derogatio priuilegij conceſſi miſerabilibus perſonis, & eccleſiaſticis non comprehendit Epiſcopos, quia non fuit de eis facta mentio.

2 Non obſtat, quod Epiſcopus veniat appellatione Sacerdotis, ſecundùm Panorm. in cap. non poteſt de ſentent. & re iud. & idem Abb. in rubr. de vita, & honeſt. cleric. & in cap. ſi Sacerdos de off. ordin. quia reſpondetur procedere in materia fauorabili, non tamen odioſa, & ſtricta, quia in eis ineſt qualitas ſupra alios, quæ non reperitur in clericis ſimplicibus, ſecundùm Panorm. cit. rubrica.

RESOLVT. CDXCVIII.

Epiſcopus an poſſit inquirere, ſeu procedere contra Canonicos ſine adiunctis.

1 *Epiſcopus non poteſt procedere contra Canonicos abſque duobus adiunctis ex Capitulo, iuxta decretum Concil. Tridentin. ſeſs. 25. cap. 6. de reform. Limita num. 2. & amplia num. 4. & 5. & adducitur declaratio Sacræ Congreg. n. 3.*

6 *Limita etiam in Capitulis, quibus non eſt conceſſa exemptio, cùm Concilium loquatur de Capitulis exemptis: ponitur declaratio S. Congreg. n. 7.*

EX diſpoſitione Sac. Concilij Tridentini ſeſſione 25. c. 6. de Reform. ſancitum fuit, vt Capitulum in initio cuiuslibet anni eligere habeat duos ex Capitulo, de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus contra Capitulares procedere debeat; quare ex his verbis
1 apertè concludi videtur Epiſcopum non poſſe de per ſe in delictis contra Canonicos procedere.

2 Limita tamen, vt poſſit procedere abſque adiunctis ad priuationem Canonicorum ex cauſa, quod ordines ſuis præbendis annexos non ſuſceperint, & ita cenſuit Sac. Congreg. Concil. ſecundùm quod refert Garz. de benef. p. 3. c. 4. n. 22. per hæc verba videlicet.

3 *Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine, vti frater, dubium viſum non eſt Illuſtriſſimis Patribus ad explicandas, quæ ex Tridentin. Concil. poſſunt oriri quæſtiones à ſacro Domino noſtro in Conſilium adhibitis, quin' Amplitudini tuæ liceat tertiam partem ex fructibus dignitatum iſtius eccleſiæ, non quemadmodum deducta olim fuit, ſed ſecundum veram eorundem fructuum æſtimationem, de integro nunc deducere, ſed ſi inter vtramque deductionem non ita multum interſit, magis placuit in ea re nihil nouari. Illud autem ſine diſtinctione verum eſt, eos, qui non ſuſcipiunt ordines ſuis Canonicatibus, portionibuſque annexos, pœna etiam priuationis ab Amplitudine tua, per ſeipſam etiam ſolam, ſine adiunctis ad id compelli meritò poſſe, quod & ad eandem Amplitudinem tuam reſcribi Patres voluerunt, quam Deus incolumem, & diuinæ gratiæ muneribus auctam velit. Romæ die 29. Maij 1590. Hieronymus Cardinal. Matthæus.*

4 Amplia concluſionem primo procedere tam in delictis grauibus, quam in leuibus, nam in omnibus neceſſe eſt, vt cum adiunctis procedat Epiſcopus, vt fuit dictum in Rota in vna Cartaginen. iuriſdictionis 27. Nouembris 1585. coram Illuſtriſſimo Seraphino, vt patet in eius deciſ. 710. & probatur expreſsè ex verbis Concilij ibi, *In omnibus autem caſibus*, quod etiam probari videtur ex eo, quod conſiderat ibi Concil. diuerſitatem qualitatum delictorum, & perſonarum delinquentium. Item quod conſiderat Epiſcopum etiam ex officio procedere poſſe, ita Seraph. cit. deciſ. quamuis de iure communi Epiſcopus ſolus poſſet in leuibus procedere. cap. 1. cap. licet, & irrefragabili, §. exceſſus de off. ord.

5 Amplia tertiò, vt procedat etiam in leuibus, in quibus non eſt opus tela iudiciaria, iuxta terminos text. clem. ſæpè de verbor. ſignificat. Bart. & Alexander in l. leuia ff. de accuſat. Signorol. conſ. 88. num. 5. nam in iſtis quoque cenſuit Sac. Congregatio Concilij ſeruandam eſſe formam d. cap. 6. in vna Gadicen. ſtatutorum 17. Iunij 1580.

6 Limita nunc, vt locum non habeat in capitulis quibus non eſt conceſſa exemptio, nam decretum Concilij ſeſs. 25. c. 6. loquitur tantum in capitulis exemptis, vt fuiſſe in Rot. deciſum teſtatur Seraph. dec. 743. vbi fuit dictum, quod cum Eccleſia Galigenſis non ſit exempta, non poſſit in ea locum habere diſpoſitio Concilij, & ita quoque Sac. Congregatio Concilij in vna

vna Ianuens. iurisdictionis de anno 1570. vt refert Rot.
7 diuers. in decis. 121. p. 2. per verba videlicet. *Congregatio Concilij censuit decretum illud sess. 25. cap. 6. habere tantum locum in capitulis exemptis.*

RESOLVT. CDXCIX.

Episcopus permittens consuetudinem, vt medietas fructuum beneficij primi anni alicui vsui applicentur, an committat simoniam.

1 *Episcopus inducens consuetudinem, vt medietas fructuum beneficij primi anni applicetur alicui vsui, non committit simoniam, & n. 2. 3. & 4.*
5 *Contrarium consuluit Author Illustrissimo Cardinali Spinello, ex decreto Conc. Trid. sess. 24. cap. 14. de reform. intellige, nisi huiusmodi solutiones conuertantur in vsus pios, vt colligitur ex dicto decreto Conc. n. 6. & pluries adducitur, declaratur per Sac. Congregat. num. 7. 8. & 9.*
10 *Respondetur contrarijs.*

1 VIdebatur prima facie, quod non, ex pluribus.
2 Tum primò, quia id videtur comprobatum ex authoritate grauissimorum Doctorum, præcipuè post alios Abb. in cap. Iacobus n. 3. de simonia. Alber. de Rosat. in 1. part. statutor. q. 80. Rip. respons. 1. nu. 11. Moneta de distributionibus quotidianis p. 2. q. 18. nu. 55. Paris. de confidentijs quæst. 38. n. 27. cum sequent. vbi refert fuisse declaratum per Sacram Congregationem Concilij.
3 Tum secundò, quia extrauag. prima ne sede vacant. improbat priuilegia, consuetudines, ac statuta recipiendi fructus beneficij collati in primo, secundo, ac sequentibus annis, ne cultus diuinus diminuatur, & ideò illa restringit ad partem aliquam fructuum, vt reliqua remaneat ei cui collatum est beneficium.
4 Tum tertiò, quia valida est consuetudo, vt aliquid detur à Canonico nouiter recepto, dúmodo id in pios vsus erogetur. Abb. in d. c. Iacobus n. 3. & in c. sicut n. 2. eod. titulo Fel. in cap. cum M. Ferrarien. num. 20. de constit. Graff. decis. aurear. c. 96. n. 49. p. 1. lib. 2. Nauar. cons. 1. n. 3. de simonia, Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. 1. & ratio est, quia consuetudine potest induci, vt fructus vnius beneficij ad tempus alij applicentur, c. cum non deceat, & ibi notat. de elect. in 6. eoque magis vbi esset immemorabilis, quæ habet vim priuilegij, c. super quibusdam, & ibi glos. de verbor. signific. Alex. cons. 6. vol. 1. Decius in cons. 368. Aret. consil. 15. Oldrad. cons. 82. & fuisse in Rota resolutum scribit Verall. in decis. 270. p. 2.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, cõtrariũ cõsului Illustrissimo Domino meo Card. Spinello.
5 Mouebar primo ex decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 14. de reform. vbi hoc expresse prohibetur, & ita quoque pro eiusdem Concilij confirmatione statuit Pius V. in Bulla, quæ incipit, durum nimis, quæ in Bullario repetitur in ordine 106. fol. 1081. & iuxta hanc sententiam tenuit Rota Romana in vna Segnin. vnionis 1. Iunij 1592. coram Illustrissimo Blanchetto.
6 Verum est tamen secundum Paris. loco cit. quod ea consuetudo videtur approbata, ac permissa, quæ vult, vt huiusmodi solutiones conuertantur in vsus pios, vt dicitur in d. decreto Concilij, ibi, *vt quæcunque huiusmodi in vsus pios non conuertuntur*, & ita censuit Sacra Congreg. super eodem capite, dummodo non petãtur pro pretio, secundum Nauar. cons. 66. de simonia.
7 Quare eadem Sac. Congregatio, teste Paris. cit. loco alias damnauit consuetudinem Ecclesiæ, Vtinens. soluẽdi integros fructus vnius anni canonicatus pro aniuersario celebrãdo, vt testatur se vidisse ex literis, sub dat. 23. Aug. 1591. subscript. ab Illustris. Card. Matth.
8 Et tempore quo ego Romæ manebam apud Illustris. Spinellum Sacra Congregatio declarauit licere eidem Illustris. Card. medietatem fructuum beneficij illius anni collationis detrahere, supposita tamen, ac probanda per eundem Illustrissimum consuetudine immemorabili, & dummodo præfati fructus locis pijs applicentur.

Pro cuius Sanctissimæ declarationis corroboratione adducitur doctrina D. Thom. 2. 2. q. 100. ad 4. in fin. quem refert Monald. in cons. 83. vol. 2. vbi dicit hæc verba, Circa collationem beneficiorum sciendum est, quod si Episcopus antequam alicui beneficium conferat, ob aliquam iustam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus beneficij conferendi, & in pios vsus expendendum non esse illicitum, si verò ab eo, cui beneficium cõfert requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem esset, ac si aliquod munus ab eo exigeret, & quod non caret vitio simoniæ, vt voluit quoque Rodoan. in suo tract. de simonia n. 28. & seq. & ante eum Hieron. Zannet. in tr. de foro conscientiæ, & contentioso sub n. 8. vbi quoq; refert eadem verba D. Thom.
9 Non obstant contraria, quia teste Paris. sæpius citato loco, facilè diluuntur, quia supradicta omnia sunt derogata per huiusmodi decretum Concilij.

RESOLVT. CCCCC.

An impositio primi lapidis in fundatione Ecclesiæ spectet ad Episcopum.

1 *Impositio primi lapidis ad solum Episcopum spectat.*

SVpponitur in facti contingentia, quod Electi, & Sindici cuiusdam ciuitatis volentes fundare aliquam Ecclesiam sub inuocatione S. Caroli Borromei, & prætendentes non debere Episcopum in impositione primi lapidis se intromittere, præsertim quia prætendebant eam ab Episcopi iurisdictione eximere: fuit
1 dubitatum quid iuris. Ego verò dicebam, quòd cùm Episcopus habeat fundatam intentionem super omnibus Ecclesijs tam constructis, quàm construendis, ad text. in cap. omnes Basilicæ 17. quæst. 4. cap. constitutus, cap. cum venerabilibus cap. cum dilectus, & ibi DD. de relig. dom. consequenter non erat dubitandũ quin ad ipsum spectaret primi lapidis impositio. Item dicebam, quòd tex. in cap. nemo de consecr. d. 1. vsus fuerit his verbis: Nemo Ecclesiam ædificet antequam Episcopus ciuitatis veniat, & ibidem Crucem figat, & publicè atriũ designet. Vnde cùm generaliter loquatur, nec distinguat casus, in quibus Episcopus priuatur hac iurisdictione, proinde non est dubitandum, an hoc fieri possit: vnde in §. si quis autem, in authen. de eccl. tit. habetur, Si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monasterium, præcipimus non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem, & facit etiam tex. in §. illud igitur in auth. de Monachis, vbi hæc verba leguntur. Illud igitur, ante alia dicendum est, vt in omni tempore, & in omni terra si quis ædificare voluerit venerabile Monasteriũ non prius licentiam esse hoc agendi, quàm Deo amabilem locorum Episcopum aduocet, & ille manus extendat ad cælũ, & per orationem locũ consecret Deo, figens in eo salutis nostræ signũ, videlicet, Crucẽ. Quibus omnib. facit etiam tex. in auth. vt nullus fabricet Oratorij domos §. 4. & gl. in c. nemo de cõsecr. d. 1. vbi habetur, Episcopi esse proprium primarium lapidem ponere, licet hoc possit fieri per aliũ, authoritate eiusdem Episcopi, secundùm gl. in cit. c. nemo, Sylua in tr. de benef. p. 1. q. 6. num. 9. Calder. cons. 4. de relig. dom. Azor. instit. moral. lib. 9. c. 3. in princ.

RE-

RESOLVT. DI.

Episcopus præsente Legato de latere an possit benedicere populo, & deferre insignia Episcopalia.

1 *Episcopus non potest præsente legato de latere ferre insignia Episcopalia.*
2 *Prima ratio est propter prærogatiuam reuerentiæ.*
3 *Secunda ratio est, ne ordo confundatur.*
4 *Patriarchæ non possunt ante se ferre Vexillum Crucis in Vrbe.*

1 REspondi non posse deferre vestes, scilicet Mozzettam significantem iurisdictionem illius ordinariam, quia in præsentia maioris deponitur potestas
2 reuerentialis minoris. Ratio est quia si alias diceremus, confunderetur rerum omnium ordo, nisi congruus vnicuique locus in honoribus, & muneribus assignaretur, veluti habetur in rub. & nigro, vt dign. ordo ser. lib. 11. in quo potissimum consistit ordo iustitiæ distributiuæ teste Dida c. ad reg. cap. peccatum par. 2. select. §. 7. num. 2. de reg. iur. in 6. Hinc B. Hieronymus excandescit in quendam, qui Diaconos Presbyteris anteferebat, cap. legimus 93. dist. & Abb. in cons. 21. lib. 1. acriter inuehitur in quemdam Archidiaconum, qui prætendebat Vicarium Episcopi præcedere.
3 Secunda ratio, propter prærogatiuam reuerentiæ, & ne in vno corpore videantur duo capita, quasi monstra. Hostiens. in c. volentes de offic. leg. vbi Abb. num. 4. & Anchar. subdens, quod episcopus licèt in sua ciuitate possit exercere iurisdictionem suam superueniente Legato, non tamen eo præsente poterit solemniter benedicere.
4 Quibus rationibus accedat text. in cap. antiqua de priuil. vbi Patriarchæ faciunt deferre ante se Vexillum Crucis, nisi in Vrbe Romana, aut vbicunque Summus Pontifex præsens extitit, aut eius Legatus vtens insignijs.

Facit quoque dictum Specul. in §. sequitur videre num. 4. de legato, vbi, quod Legati de latere sunt maiores, & digniores Legatis natis, & ideo nati non vtuntur suis insignibus, nec exercent officium legationis præsente Legato de latere, Firman. in tractat. de Episcop. lib. 4. part. 1. num. 5. loquens de Episcopo Firmano, qui ex dignitate Episcopatus præ se Crucem ferens, debet illam dimittere præsente Legato de latere insignis vtente, nam Episcopus debet honorare dictum Legatum, ex vi iuramenti sui, quod præstat in consecratione, quo casu sufficit legatum esse in ciuitate, cum verbum præsens etiam intelligatur de presentia in loco, non autem solum de præsentia corporali ex allegatis per Gratian. decis. 29. n. 14. vbi testatur, quod ita, cum de prædictis quæreretur, mandatum fuit obseruari per Sacram Congregationem Rituum.

RESOLVT. DII.

Episcopus quomodo se gerere debet circa reseruationem casuum.

1 *Episcopus potest casus reseruare. Sed debet maiora crimina reseruare, num. 3.*
2 *Pœnitentiarius non potest in casibus Episcopo reseruatis absoluere, nisi speciatim sit data ei facultas.*

1 EPiscopus ex vi iurisdictionis fori conscientię peccatorum quorundam absolutionem reseruare sibi potest, vt habetur in cap. pen. & ibi glos. de pœnitentiarijs in 6. clement. dudum §. per huiusmodi iun-
2 cta glos. de sepulturis, & nouissimè apud Trid. sess. 14. cap. 16. quæ reseruatio operatur, vt ab illis nemo alius præter Episcopum, vel eius delegatum absoluere valeat, vnde Pœnitentiarius ex vi sui officij non habet facultatem absoluendi à prædictis casibus, nisi illam Episcopus ei specialiter dederit. Nauarr. consil. 20. de Pœnitent. & remission. Gars. de benefic. p. 5. cap. 4. num. 115. Enriq. cons. 62. num. 7. & sequent. & censuit Sacra Congregatio his verbis. *Pœnitentiarius non potest absoluere quemquam à casibus, quos Episcopus sibi expressè reseruauerit, nisi ipsemet Episcopus*
3 *hanc illi speciatim dederit authoritatem.* In qua reseruatione Episcopus debet habere rationem ad culpas mortiferas, quia debet fieri de atrocioribus, & grauioribus criminibus. Conc. Trident. sess. 14. cap. 6. Item debet attendere, vt fiat reseruatio præter casus à iure communi reseruatos, de quibus in clem. 1. de priuileg. & in extrauag. per cunctas eod. tit. Vnde in reseruatione casuum seruandus est modus, de quo patet in quibusdam literis à Sacra Congregatione ad Illustris. D. cardinalem, & Archiepiscopum Neap. quę incipiunt, Illustrissime, & Reuerendissime. die 24. mensis Nouembris 1601.

Primò, per illas admonemur, vt reseruatio casuum fiat adhibitis aliquibus pietate, atque doctrina præstantibus viris, & ij redigantur ad quam pauciſſimos, eosque maximè necessarios, vnde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa hæc reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique diœcesi tributa est auctoritas.

Secundò videant ipſi Ordinarij, ne illos casus promiscuè reseruent, quibus annexa est excommunicatio maior à iure imposita, cuius absolutio nemini reseruata sit, nisi fortè propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi videantur.

Tertiò, neque casus sunt reseruandi, in quibus absolutio, nisi cum restitutione, vel exequutione eorum, ad quæ pœnitentes tenentur, non confertur.

Quartò, neque ij, qui etsi mortale peccatum inducant, circa res tamen versantur, quę sunt parui momenti, & frequenter inter idiotas euenire solent, vt damni dati, & similium.

Quintò, in peccatis etiam carnalibus reseruandis multa vtantur circumspectione, propter scandalum pusillorum, in his maximè personis, in quas ob accessum ad Confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios suspicionis aliquid cadere potest.

Sextò, ij denique reseruandi sunt, quos consideratis diligenter cuiusque prouinciæ moribus, natura, ac propensione magis in Domino expęcire eis videbitur ad retinendam disciplinam in ædificationem, & non in destructionem, quapropter resecata multitudine, reseruent sibi quam pauciſſimos, eosque maximè necessarios.

Vltimò, monentur Ordinarii, vt per totam suam diœcesim, ac præsertim in his locis, qui à ciuitate, & Cathedrali sede longius remoti sunt, Pœnitentiarios, aliosque Sacerdotes constituant ac delegent, quibus facultatem absoluendi à casibus sibi reseruatis concedant, ita vt his quoque liceat eandem alijs confessarijs si opus sit etiam viua voce impartiri, idque maximè in solemnioribus, & precipuis anni festiuitatibus, vt peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit huiusmodi Sacerdotum copia, ad peragendam confessionem alliciantur, quia alioquin plerique, vel ob idipsum omittere possent, si necesse haberent Pœnitentiæ ministros, quibus indigent, longius quærere.

Hæc omnia habentur per literas Sacræ Congregationis, de quibus in sum. Bullar. in ver. casus reseruati, & late Vgolin. de potest. Episcop. part. 2. cap. 36. & sequentib.

RE-

RESOLVT DIII.

An Episcopus possit nouum onus imponere beneficio.

1 *Nouum onus potest imponi beneficio nedum in ipsius erectione, verum etiam quando vacat.*
2 *Amplia procedere nedum in beneficijs liberis, sed etiam iurispatronatus,*
3 *Amplia secundo, etiam si conditio esset contra ius.*
4 *Episcopus potest cum suo Capitulo beneficio vacanti imponere aliquem modum, & onus.*

1 IN facti contingentia ponderabam pro opinione affirmatiua, videlicet, quod onus imponi possit in beneficio nedum in ipsius erectione, verum etiã postea quando vacat: ratio est quia tunc non fit conuentio, tex. est apertus, & magistralis in cap. significatum de præbend. & ibi glos. & alia glos. in cap. penultim. in verbo præbẽdæ ad fi. de Magistr. & ita tenuit Rota per Caputaquen. dec. 277. in 2. par. in hæc verba, Oneris Theologalis impositio legendi sacram Scripturam facta per Ordinarium in collatione beneficij vacantis valet, cum sit consona iuri canonico, per d. cap. significatum, & idem dicit Fab. Accorambon. decis. 40. in 2. part. dicens, quod Canonici possunt iniungere onus beneficio vacanti, & idem in dec. 44. eod. lib.

2 Quæ conclusio ampliatur, procedere nedum in beneficijs liberis, sed etiã iurispat. quando onus à patrono cum consensu Ordinarij imponatur. Rocc. de Curt. tit. de iurepatronat. in verbo pro eo quæst. 13. Läbert. eodem tractat. in 1. part. 1. lib. 9. q. princ. n. 90. vers. restringe secundo, & Mohed. decis. 1. de iurepatronat. & ratio est, quia omnis conditio, quæ est secundum ius, imponi potest, iuxta dec. Rotæ Marchiæ, de qua per Amatum dec. Rotæ. Marchiæ 4. & confert dec. 7. Crescent. de iurepatron.

3 Amplia secundò procedere etiam si conditio esset contra ius, quoniam vrgente causa, ad petitionẽ patroni potest Ordinarius imponere conditiones, licet sicut contra ius, Lambertin. eod. tract. in 4. art. q. 4. princ. 2. par. 1. lib. ad fi. quia cõsensus Ordinarij purgat vitium impossibilitatis, & facit actum possibilem, & honestum, Lambert. in 9. q. princ. 1. part. 1. lib. num. 30. vers. tu aduerte.

4 Vnde secundũ Nauar. cap. 21. num. 54 de oratione, potest Episcopus cum suo Capitulo, beneficio vacãti, imponere aliquem modum, & onus, & postea illud sic cum dicto onere, vel modificatum, sine vlla cõuentione conferre alicui, licet si conferatur cũ pacto, & onere aliquod faciendi, vel docendi, esset simoniacum, secundum Galet. in sua margarita casuum conscientiæ verb. beneficium, quibus omnibus accedit text. in cap. significatum de præbend. vbi indulgetur Episcopo beneficio vacanti honestum onus imponere.

Cæterum quicquid sit ex supradictis, contrarium consului, scilicet non potuisse Episcopum beneficio nouum onus imponere, motus auctoritate eiusdẽ Galeti, qui refert ita Sac. Congregat. Concilij declarasse.

RESOLVT. DIV.

An nouus Episcopus possit examinare Parochos, eisque dare coadiutores.

1 *Decretum Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 1. de reformat. contra Parochos illiteratos, & imperitos.*
2 *Coadiutoria indulgetur in quibusdã casibus, propter infirmitatem n. 3. propter senectutem, num. 4. aut lepram, num. 5. dementiam, aut furorem, nu. 6. linguæ impedimentum num. 7. propter populi numerositatem auctam, num. 8. si Rector est suspectus de dilapidatione bonorum ecclesiæ num. 9.*
10 *Datio coadiutoris spectat ad Episcopũ, cùm sit de reseruatis eidem. Amplia in qualibet specie coadiutoriæ, scilicet tam temporalibus, quam spiritualibus, & tam in coadiutoria data ad tempus, quam cum futura successione, num. 12.*
11 *Coadiutori debentur alimenta de redditibus ecclesiæ, & in subsidium tenetur parochianus.*
13 *Coadiutor tenetur ad residentiam, quemadmodum eius Rector: ponuntur declarationes Congregat. Concilij n. 14. & altera num. 15.*

QVæsiuit à me Parochus cuiusdam diœcesis, qui vix sciebat legere Donatũ, sicut dicitur de quodam Episcopo, de quo in cap. fin. de ætat. & qualitat. an potuisset nouus Episcopus eũ examinare, Dicebã ego de hoc non esse dubitandũ, stante expressa dispositione Sac. Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 6. de reformat. per hæc verba videlicet, Quia illiterati, & impe-
1 riti parochialium Ecclesiarũ Rectores, sacris minus apti sunt officijs, & alij propter eorũ vitæ turpitudinẽ potius destruunt, quam ædificant. Episcopi etiã tanquam Apostolicę Sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuũ eisdem pro sufficienti victu assignare; igitur tenetur ei constituere coadiutorem, quando propter inhabilitatem, vel illiteraturam non possit muneri sibi iniuncto incumbere, cap. quoniam verfic. sed si propter, vbi Hostien. n. 1. Abb. n. 2. de off. ord. Card. Zabarel consil. 70. n. 1. & hodie expresè renouatur à Concilio Tridentin. d. c. 6. sess. 21. Mandos. in prax. signaturæ tit. coadiutoriæ verficul. coadiutorijs, Gonzal. in regul. 8. cancellar. glos. 5. §. 9. num. 29.

2 Quæ coadiutoris datio cum sit remedium subsidiarium à iure indulgetur in quibusdã casibus, præsertim
3 propter infirmitatẽ incurabilem, cap. 17. q. 1. c. 1. cap. ex parte de cler. ægrot. vt quia maiore parte temporis infirmetur, iuxta notata in cap. nisi cũ pridem. §. alia verò causa de renunc. Caputaq. dec. 91. part. 2. Item propter senectutem. cap. vnic. de cler. ægrot. libro. 6.
4 vbi Gemin. n. 5. cap. nihil §. ecce 7. quæst. 1. Rebuff. in praxi titul. de probation. benef. viuen. impetratione n. 50. Firmian. in tract. de Episcop. lib. 1. quæst. 3. Mãdos. in regula 11. q. 5. n. 2. Item propter lepram, cap. de ra-
5 ptoribus, cap. tua nobis de cler. ægrot. cap. qualiter, & c. sequent. cap. nihil, & cap. sequenti 7. quæst. 1. Item
6 propter dementiam, vel furorem vt in cit. cap. vnic. §. si vero, & ibi communiter DD. de cler. ægrot. lib. 6. Bertach. in tractat. de Episcop. 2. par. lib. 4. n. 24. Na-
7 uar. consil. 3. n. 2. de cler. ægrot. Item datur ei coadiutor, qui linguæ officium amiserit, vt in paralitico, c. fi.
8 eod. titul. de cler. ægrot. cap. vnic. §. si verò eodẽ titul. lib. 6. Item propter populi numerositatem auctam,
9 Cæsar. de Grass. dec. vnic. de paroch. Item quando Rector est suspectus, de dilapidatione bonorum ecclesiæ, Specul. in titul. de inquisition. §. nunc videndum n. 4. & 5. Abb. in cap. venerabili notab. 4. de off. delegat. & in cap. licet Heli. num. 8. de simon. Mandos. in reg. 11. de reuocat. reseruat. q. 5. num. 6.

10 Qui coadiutor dari nõ potest, nisi ab Episcopo, cũ sit de reseruatis eidem, nec censetur comprehensa in generali commissione Vicariatus, sicuti se habet datio coadiutoris Episcopalis, veluti de arduis, & de maioribus Papæ reseruatis, Bero. quæst. 136. n. 4. & d. cap. vnic. §. si autem Anchar. consil. 188. n. 7. qui loquitur in Generali Religionis perpetuo, & idem in cons. 279.
11 Mandos. ad reg. Concell. q. 5. reg. 11. Ad hæc admonẽdi sumus, quod coadiutor ali debet de redditibus Ecclesiæ, qui si nõ sufficiunt Parocho infirmo, & coadiutori simul, prouidebitur in primis Parocho infirmo, deinde in subsidiũ tenẽtur parochiani ad alimẽta coadiutoris, Anchar. cons. 279. in fin. Abb. in c. de rectori-

bus n.6. de cler. ægrot. & huc pertinet copiosa traditio Thomæ Campegij in tract.de coadiutor.Episcopi.

12 Intellige omnia prædicta in qualibet specie coadiutoriæ,scilicet tam in spiritualibus, quam temporalibus, & tam in coadiutoria data ad tempus,quâ cum futura successione, Put.decis.226.lib.3. Mandos. prædict.reg. 11.n.2. & 3. dummodo coadiutor habeat omnes qualitates à iure requisitas in Episcopo,siue Parocho præficiendo, & de his liquidò constet,vt ex Sacr. Concil. Trident.sess.5.c.7. quod refert Costa de remed. subsidiar.remed.113.Gonzal. in cit.§.9.n.6.

13 Deniq; notandum, præfatos coadintores teneri ad residentiam, quemadmodum eorum Rectores, vt declarauit Sac. Congr. Conc. super dict.c. per verba vi-

14 delicet, *An Capellani coadiutores Rectorum parochialium instituti auctoritate Apostolica,teneãtur ad personalẽ residentiam,vt Rectores ipsiẽ Congregatio censuit teneri.*

Quemadmodum coadiutus abesse non potest c. eũ qui de præbend. & censuit S. Congr. per verba videlicet,propter deputationem coadiutoris, *Parochus cui datus est coadiutor,non poterit abesse à residentia.*

RESOLVT. DV.

Episcopus quando teneatur deputare Oeconomum.

1 *Oeconomi constitutio,vt rectè fiat,quæ concurrere debeãt.*
2 *Oeconomi deputatio ad quem spectet.*
3 *Oeconomi officium quid sit, & an teneatur reddere rationem,taxata sibi competente mercede.*

1 OEconomi constitutio, vt rectè fiat, quatuor concurrere debent,secundũ Menoch.in cons.29.vol. quem refert, & sequitur Zecchius in tr. de beneficijs, & pensionibus eccl.c.7.n.6. Primò,quòd fiat deputatio per Episcopum. Secundò,quod Ecclesia sit litigiosa,vel vacans.Tertiò, quod Prælatus sit impotens circa administrationem,taliter quod sit differenda collatio,siue institutio. Quartò, quod Oeconomus sit inter religiosas personas.

2 Quæ deputatio ad nullos alios præter Episcopum spectat,cùm, vt dixi, debet eligi ex gremio ecclesiasticarum personarum,cap.indicatum, & cap. edoceri de rescript. Specul.in tit. de œconom. in princip. Cucch. lib.3. instit.maior.tit.7.n.13. Cuius constitutionis ratio est, vt impediantur grassationes, & prædationes, quæ ab improbis fieri solent in bonis Ecclesiæ vacantis,Thesaur.dec.131. Franc.March.decis.90.p. 1. & in

3 dec.552. Vnde tenetur Episcopus, & solet constituere Oeconomum præsertim in beneficio vacante, vel intra quadrimestre nemine adhuc præsentato, vel litedurante inter præsentatos à compatronis, vel inter Episcopum,& patronos,qui res Ecclesiæ custodire, & administrare debet,eiusque onera sustinere, donec de Rectore prouideatur, ex constitutione Conciliari in c.16.& c.18.sess.24.& probatur in cap.cum vos de offic. Ordin. cum multis adductis per Borgnin. in decis. 11.n.53.p.3. Graff.aur.decis.p.2.lib.2.c.26.n.28. Porrò œconomus, vt dictum est, Ecclesia vacante, vel litependente, habet curam, & administrationem bonorũ, atque Ecclesiæ tenetur reddere rationem, taxata sibi competente mercede, nec potest impediri à collitigantibus, etiam interposita appellatione ab electione œconomi, d.cap. cum vos, Borgnin.decis.37.num.51. & 52.p.2.

Notabilia in materia Episcoporum.

EPiscopi titulares non possunt ordinare subditum alienum,etiam prætextu continuæ commensalitatis suæ sine licentia sui Prælati. Concil.Trid.sess.14. cap.2.de reform.

Episcopali censura cum Papali concurrente, si hæc sublata sit,vsu communi interpretari dicitur,vt etiam Episcopalis reseruatio sublata censeatur, Nauarr. in Manual.c.27.n.261.

Episcopus non debet absque rationabili causa diem vllam sine Missa transire,cap.fin. de priuil.

Episcopi titulares non amittunt pensiones ob eorum promotionem,Flam.Paris.de resignat. benef.lib.3.q.1. num.10.

Episcopus fornicans, non tenetur Episcopatus circunstantiam confiteri,sed solius voti Ordini sacro annexi,& si non habet Ordinem sacrum, sed tantum sit confirmatus, nondum tamen consecratus, simpliciter fornicari dicetur Sanch. tom.2.fol.104.n.33.

Episcopus in arduis,an teneatur adhibere consiliũ, aut consensum Capituli,est difficilis quæstio dec.615. p.1.diuers. in nouissimis.

Episcopus cum omnia munera gratis exhibere teneatur, in duobus tantùm casibus potest expensas accipere,primus,visitando Ecclesias, & secundus consecrando eas,& tunc pecuniam accipere non potest,sed tantum victualia,etiam si quid oblatum esset,alias acceptum tenetur infra mensem restituire duplum Ecclesiæ,à qua accepit,non obstante remissione partis, Mol. de iustit.tract.2.disp.85.

Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus est constitutus, Sac. Congregat. Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificalia in diœcesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia. eadem Sacra Congregat.

Episcopus exemptus eligens aliquem Metropolitanum pro Concilio Prouinciali,ligat etiam successores, simulque Prælatos exemptos nullius diœcesis pro Visitationibus,Sac.Congreg.

Episcopus quamuis de re ad suum,vel suorum commodum non spectante, conuocet Capitulum,tamen in eo vocem habere non dicitur Sac. Congreg. ad c.6. de reform.sess.25. vers. vota exquirant.

Episcopus visitare potest Confraternitates personarum sæcularium, in Ecclesijs Regularium exemptorũ existentes,non etiam earum cappellas,vel altaria,quę intra easdem ecclesias consistunt. Sacra Congreg.

Episcopo capto ab infidelibus,vel schismaticis,eius Vicarius non administrat, neque Archiepiscopus, sed Capitulum,c.2. de supplen.neglig. Prælat. in 6.

Episcopus in causa propriæ Ecclesiæ an possit recusari vt suspectus, concluditur iuxta communem opinionem, quod Episcopus Ecclesiæ suæ allegari possit suspectus in causa.Capyc.d.137. à num.1. ad 5.

Episcopus, vt ciuis illius ciuitatis, an habeat intentionem fundatam,vt possit pascere sua animalia in sua diœcesi: fuit in Regia Camera Summariæ datus terminus in causa tantum, Anna in singul.365. incip. Officialis Ioan.Franc.Capiblanc. in pragm.12.de Baron. num.12.

Episcopus non potest dare licentiam ad asseruandum Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione populi,sed requiritur licentia Apostolica,secundum Nouis. in sua praxi in 2.edit.de anno 1609. c. 110. qui refert ita declarasse Sac. Congreg.Conc. per verba videlicet, *Duo enim petij;Primũ, an Episcopus possit concedere Ecclesiæ non parochiali, vt in ea retineatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ solũ pro adoratione populi, vel requiratur auctoritas Papæ.Secundum,præsupposito,quod Episcopus concesserit licentiam asseruandi Sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione, an possit Episcopus successor dictam licentiam reuocare. Sacra Congregatio respondit infrascriptis verbis ad primum, id non posse con-*

cedi

cedi ab Ordinario, sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ. Ad secundum respondit, huiusmodi licentiam fuisse nullam, & propterea ei non esse deferendum, nec esse necessariam reuocationem, & hæc nota, requiritur itaque priuilegium Papæ, vt in Regularibus.

Episcopus non potest dispensare cum monacho ad minores ordines, Bellamera in c. de gradibus 25. q. 8.

Finis tituli Praxis Episcoporum.

PRAXIS VICARIATVS CAP. SEDE VACANTE.

RESOLVT. DVI.

An Vicarius cap. Sede vacante eandem habeat iurisdictionem, quam Vicarius Episcopi.

1 *Capitulum Sede vacante, succedit in omnibus ijs, quæ ad Episcopalem iurisdictionem pertinent. Amplia n. 2.*
3 *Limitatur regula num. 4. 5. 6. 8. & 9.*
7 *Redditur ratio sextæ limitationis.*

1 PRo huius quæstionis dilucidatione sit pro regula generali, Capitulum, Sede vacante, Ecclesiæ Cathedralis succedere in omnibus his, quæ Episcopalem iurisdictionem concernunt, cap. cum olim, vbi glos. & Doct. de maiorit. & obed. cap. vnic. eodem titul. lib. 6. de qua iurisdictione patet apertè in cap. illa, & in c. fin. ne sede vacante, cap. ad abolendam de hæret. cap. si Episcopus, & cap. Ecclesiæ de suppl. negl. Præl. lib. 6. & in clem. statutum de elect. facit etiã text. in cap. cum nullius §. Episcopo, de temp. ord. in 6.

2 Vnde iurisdictio præfati Vicarij dependet ab ipso capitulo, quod poterit illam limitare cùm ipsa iurisdictio resideat principaliter penes capitulum, & non transferatur in Vicarium, nisi exercitium illius tantùm, vnde secundum Guttierez can. quæst. c. 11. nu. 10. potest capitulum in creatione Vicarij aliqua sibi reseruare, & sequitur Addit. ad sum. Bullar. in verb. Capitulum sede vacante vers. quartò dubitatur.

2 Supra posita regula limitatur nonnullis modis, secundùm Thes. fori ecclesiæ, cap. 10. n. 8.

4 Limitatur primò in delegationibus collationum, beneficiorum, dispensationum, absolutionum, monitorialium, & aliarum gratiarum Apostolicarum, quæ Sede vacante Episcopis, vel Vicariis vicinioribus committuntur, non autem Capitulis, seu Vicarijs Capitularibus.

5 Limitatur secundò in commissionibus causarum, quæ tantummodo Episcopis, seu eorum Vicarijs Generalibus, vel Iudicibus Synodalibus delegantur, cap. statutum de rescript. in 6. & Concil. Tridentin. cap. 10. de reformat. sess. 25. nam Sede Episcopali vacante, alijs Ordinarijs vicinioribus committuntur.

6 Limitatur tertio in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, quas Vicarius Capitularis exequi non potest, vt post Archidiaconum in tractat. de heretic. trad. Feder. de Sens. cons. 20. ante n. 1. versic. suo iure agitur, & cons. 130. in fin. Abb. in d. cap. cum olim num. 2.

7 Cuius limitationis ratio est, quia Vicarius Capitularis non succedit in iurisdictione delegata Episcopo Ioan. And. quem communiter sequuntur DD. in d. cap. ad abolendam Geminian. & Franch. in citat. cap. vnico de maioritat. & obedient. lib. 6. Pauin. in tract. de protestat. cap. sede vac. part. 1. quæst. 10. Bellam. de-

cis. 166. idem Feder. de Sen. cons. 30. Innoc. & Host. in d. cap. ad abolendam.

8 Limitatur quartò in literis dimissorijs, quas licèt de iure communi concedere posset, d. cap. cum nullus §. Episcopo de temp. ordin. in 6. fuit tamen per Concil. Trid. illi per annum sublata sub pœna suspensionis, & Capitulo sub pœna interdicti, cap. 10. sess. 7. & cap. 10. sessione 23. de reform.

9 Limitatur quintò in collatione beneficiorum, quæ conferre non potest, Abb. in d. cap. cum olim num. 2. eod. tit. quia illorum dispositio est Episcopo reseruata, cap. vnico §. cum verò ne sede vacant. in 6. & hodie Sedi Apostolicæ vsque ad diem pacificæ possessionis Episcopatus est reseruata per regulas Clementis Papæ VIII. reg. 2.

Ad extremum notandum, quòd Vicarius Capitularis Sede vacante à Capitulo deputatus, non potest absoluere eum, qui haberet à Papa, vt ab Episcopo, vel Vicario absoluatur; non enim videtur appellatione Vicarij comprehendi Vicarius Capitularis in tali casu, vt testatur Galatus in sua Margarita casuum conscient. verb. Vicarius.

RESOLVT. DXII.

De modo eligendi Vicarium, à Capitulo.

1 *Præscribitur tempus Capitulo Sede vacante ad eligendum Vicarium Capitularem.*
2 *Vicarius debet esse Doctor, vel Licentiatus. Amplia in Archidiacono, num. 3.*

1 EX dispositione Sac. Conc. Trident. sess. 24. cap. 16. tenetur Capitulum, sede vacante, infra octo dies post mortem Episcopi eligere, seu constituere Vicarium, vel constitutũ confirmare, alias deputatio illius deuoluitur ad Metropolitanum, & si ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, tũc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Vicarium idoneum constituere potest, vt voluit quoque Franc. Leo in suo thes. fori eccl. cap. 10. n. 7. parte 1. Quarant. in sum. Bullar. in verb. Capitulũ Sede vacant. n. 1. Emanuel. Sà in aphorism. Confess. verb. Vicarius n. 3. Galet. in sua margar. casuum conscient. eodem verb. Vicar. sede vac. num. 5.

2 Et secundùm idem Concil. loco cit. debet constitui Doctor, vel Licentiatus in iure Canonico, vel alias quantum fieri poterit idoneus; ita Nauarr. in cons. 2. de off. vicar. quem refert Sayr. in dec. 2. eod. tit. & Henriquez consil. 90.

3 Quemadmodum etiam promouendus ad Archidiaconatum, debet etiam esse Doctor, vel Licentiatus in Theologia, seu iure Canonico, Concil. eadem sess. cap. 12. de Archidiaconatu tamen, qui non habet actu annexam iurisdictionem aliquam, legitur huiusmodi Sacr. Congregationis rescriptum.

An Archidiaconus, qui verè cura animarum, & omni prorsus iurisdictione caret, comprehendatur decreto Concil. sess. 24. cap. 12. quoad qualitatem Doctoratus seu licentiæ in eo requisitam, Congregatio censuit non comprehendi.

Quemadmodum Theologalẽ, Pœnitentialem, Scholastriam obtinens, requiritur quoque vt sit Doctor, siue Licentiatus. Concil. Trident. ead. sess. capitul. 8. & sess. 5. cap. 1. de reform. Quinimo idem Conc. sess. 24. cap. 12. cit. monet, vt vbi id commodè fieri potest, dignitates omnes, & vel saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, non nisi Doctoribus, seu Licentiatis in Theologia, seu Iure Canonico conferatur, de quo late Garc. de benef. par. 7. cap. 7. à num. 31.

RESOLVT. DVIII.

An necesse sit Capitulo Sede vacante constituere Vicarium.

1 *Capitulo Sede vacante, quod non sit necesse constituere Vicarium probatur ex tribus, de quibus n. 2. 3. & 4.*
5 *Contrarium seruatur in praxi.*

1 VIdebatur, quod non, ex pluribus.
2 Primò, quia mortuo Episcopo Capitulum in spirituali, & temporali iurisdictione succedit, c. si Episcopus, cap. fin. de suppl. neglig. prælat. in 6. cap. vnico, de maior. & obed. in 6. & Graff. decis. aur. c. 15. part. 1. lib. 4. n. 77. & de iure communi non tenetur Capitulum constituere Vicarium, Sede vacante, sed per se posset iurisdictionem exercere, Fel. in d. c. cùm olim de maior. & obed. n. 4.
3 Secundò, quia si Episcopus regulariter non potest cogi ad constituendum Vicarium, secundùm dec. Mohed. 3. de officio vicar. Put. decis. 45. lib. 2. Rota diuers. in decis. 222. p. 2. Iaffredus decis. 33. igitur, & Capitulum, Sede Vacante, quod succedit in omnibus, & ipsum Episcopum repræsentat, cap. is qui cum alijs de maior. & obedient.
4 Tertiò, quia si Capitulum potest administrare per vnum ex Canonicis per eum electum, igitur, & totum Capitulum potest administrare, ex regula iuris, quod vbi plura consilia, ibi salus, cap. fin. de const.
5 Cæterum præfatis minimè refragantibus, contrarium est hodie in praxi tenendum, vt necesse sit Capitulo constituere Vicarium infra octo dies ex dispositione Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 16. de reformat. & iure optimo sancitum fuit, secundum Addit. ad sum. Bullar. in verb. Capitulum. Sede vac. vers. verum, quia. Primò, propter difficultatem congregandi totum Capitulum, præsertim in his, quæ celeritatem desiderarent. Secundò, ob contradictionem, ac discordiam, quæ oriri posset inter singulos de Canonicis, commodius, & expediens visum fuit, vt hanc iurisdictionem, quæ penes ipsum Capitulum residet, vni committat, vnumque ad illam exercendam deputet.

RESOLVT. DIX.

An Vicarius Capituli Sede vacante præcedat Canonicos.

1 *Vicarius Capitularis canonicus, quod debeat præcedere alios canonicos probatur ex tribus medijs, de quibus n. 2. 3. & 4.*
5 *Contrarium est decisum, & seruatur in praxi.*
6 *Redditur ratio decisionis, & corroboratur ex nonnullis, num. 8.*
7 *Episcopus canonicus debet sedere in loco canonicorum in actibus capitularibus.*
9 *Datur intellectus ad cap. statutum, de maior. & obed.*

1 LOquor quando Vicarius capituli eligitur vnus ex canonicis, qui interuenit in choro cum canonicali apparatu, vt lucretur distributiones, an debeat sedere primus inter alios canonicos, & videbatur affirmandum ex pluribus.
2 Tum primò, quia quemadmodum Vicarius Episcopi debet eodem modo honorari prout Episcopus, cum idem sit auditorium vtriusque c. 2. de consuetudine, cap. Romana de appell. in 6. Card. in cap. quoniam Abbas in fine opposit. 12. de officio delegat. igitur, & Vicarius Capituli.
3 Tum secundò, quia Vicarius capituli totum capitulum repræsentat, & consequenter ratione totalis repræsentationis debet singulis præcedere, quamuis essent antiquiores, ex regula iuris, quod subrogatus est honorandus sicut is, in cuius locum subrogatur, Felin. in cap. cum olim, il secondo, num. 1. de maior. & obed. Decius in cap. sane, il secondo, col. 1. in princ. de off. delegat. Purpurat. in l. 1. num. 631. vers. non tamen videtur, ff. de off. eius, Card. in clement. 1. num. 2. col. 2. oppos. 6. de off. Vic. & idem honor debetur subrogato sicut principali in actibus, in quibus illum repræsentat, secus in alijs, Gabr. de reg. iur. concl. 2 num. 45. vers. secundo limita, Barbat. in cit. cap. sanè de off. deleg. licèt hoc cesset, quando honor est debitus tantummodo illi personæ, Nauar. in cons. 8. de maioritate, & obed. vbi procurator Abbatis non habet eũdem locum, quem haberet principalis, Gonzal. de alternatiu. gl. 5. §. 9. n. 105.
4 Idem dicimus, quod delegatus ab Episcopo ad aliquem actum, puta celebrandi Synodum, vel quid simile, omnibus debet præferri, etiam in sedendo, quia in illo actu specialiter Episcopum repræsentat, c. præcipimus 93. dist. Rom. sing. 340. vti in Inquisitore, qui concurrens cum Episcopo in negotijs Fidei, illi præfertur, Eimeric. in direct. 3. p. quæst. 50. n. 3. Carrer. in praxis titul. de hæret. num. 7. Penia in direct. comment. 95. numer. 4. & de veriori opinione quicquid alij contradicant Vasconc. lib. 1. diuers. iuris arg. cap. 1. num. 1.
5 Cæterum præfatis minimè refragantibus, contrarium est in praxi tenendum, quæ opinio fundatur præsertim in declaratione Sacr. Congregationis Rituum, in qua cùm fuisset dubitatum, an Canonicus Vicarius Capituli deberet præcedere Canonicos, fuit resolutum negatiuè.
6 Cuius decis. ratio, qua in Capitulo non consideratur, vt Vicarius, sed vt Canonicus, neq; enim est dignitas pertinens ad Capitulum, & consequenter non debet causare mutationem loci, Fel. in c. ex literis, in 1. not. ad med. de probat. post Roman. in l. si verò §. de viro, ff. sol. matrim. Consentit Addit. ad Sum. Bullar. in verb. Capitulum Sede vac. n. 8.
7 Vnde Episcopus Canonicus debet sedere in loco Canonicorum, quando sumus in actibus Capitularibus, habebit tamen primum locum post Decanum, seù Præsidem Abb. in c. postulasti num. 13. de concessione præb. debet enim magis honorari propter suam dignitatem, quæ est inseparabilis à persona, l. 1. C. de Consulibus lib. 11. Boer. de auctoritate Magni Consilij n. 65. Purpur. in l. 1. n. 19. ff. de offic. eius Anna cons. 122. num. 22. volum. 2. & ita seruari dicit de Franch. in decis. 138. col. 2. Mandos. cons. 99. num. 13. Menoch. in cons. 90. n. 75. vol. 10. & fuit per Rotam resolutum in vna Meluiten. præeminentiarum 27. Februar. 1548. coram Card. de Sancta Cruce.
8 Et tandem, quòd præfatus Vicarius Canonicus debeat sedere in loco proprio sui Canonicatus, antiquiores non præcedendo, voluerunt Gemin. num. 6. Franch. n. 4. Butr. num. 7. in cap. à collatione de appellat. in 6. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 68. n. 23. & quod non debet attendi illa qualitas dignitatis Vicariatus, Frezz. de subfeudis lib. 1. cap. incipit. Alia etiam fuit quæstio n. 7. Nauarr. cons. 2. de off. Vicar. & Sayr. in decis. 2. eod. tit. & ita quoque fuit per Rot. resolutum in vna Lucana beneficij 18. Decembr. 1579. coram Serahino.
9 Non obstat, quòd maior dignitas debet præcedere, cap. statutum, de maiorit. & obedient. quia intelligitur quando dignitas est ordinata ad illum actum, pro quo tractabatur de præcedendo, Menoch. in cons. 51. n. 43. vol. 1. Dec. in cons. 160.

RE-

RESOLVT. DX.

Potestas Vicarij Capitularis quando expirat.

1 *Sedes Episcopalis dicitur vacare donec literæ Apostolicæ sunt expeditæ, & præsentatæ Capitulo.*
2 *Respondetur contrarijs num. 3. & 4.*

REgula iuris, quod cùm quid est propter tale, consideratur illud, propter quod est Auth. multo magis, C. de sacrosanct. eccles. l. eum qui. ff. de auro. & arg. leg. quare cum Vicarius de quo verba facimus, potestatem habeat dependentem ab ipso capitulo, consequenter cessabit, cessante potestate capituli, Rebuff. in prax. tit. for. Vic. n. 20. Host. in cap. olim, il primo, de restit. spoliat. Fel. notabiliter cons. 40. Vital. in clem. 1. num. 176. de hæret. Abb. in cap. qualiter notab. 1. de electione.

1 Vnde Sedes Episcopalis dicitur vacare, donec literæ Apostolicæ Prælati, cuius Sedes vacabat, fuerint expeditæ, & præsentatæ capitulo, text. est in extrauaganti iniuncta de electio. Rebuff. in prax. tit. de sim. in resignatione n. 11. Henriquez cons. 29. num. 4. Bombin. cons. 93. n. 4. & secundum Gratianum lib. 1. disceptat. forens. cap. 27. non sufficeret fuisse promotum ad aliā Ecclesiam, si literæ non essent expeditæ, & secundum Addit. ad sum. Bullar. in verb. capitulum nu. 13. potest Vicarius Capitularis exercitium continuare, donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem, allegat Panin. de pot. Cap. sede vac. quæstio. 10. n. 19.

2 Non obstat, quod de iure communi Sedes Episcopalis desinat vacare per prouisionem factam à Sede Apostolica, ita vt Prelatus statim acquirat iurisdictionis exercitium per dictam prouisionem, ante quam sit capta possessio, ita vt sit etiam licita collatio beneficiorum, glossa communiter approbata in c. penultim. vers. collatio de præbend. in 6. Couar. var. resol. libro 3. cap. 16. num. 1. Abb. in cap. transmissam num. 2. & 3. de elect. vbi testatur etiam de communi Fel. in c. ne Dei, n. 2. vers. 4. de simon. Franch. in cap. eum, qui §. insuper num. 6. de præb. in 6. Gemin. in cap. si electio num. 6. de elect. in 6. Sylua de benef. quæst. 40. part. 3. & Rot. diuers. dec. 182. num. 3. part. 2.

3 Quia respondetur, quòd hodie non solum requiritur prouisio, sed etiam expeditio literarum, & transportatio, ostensio, & præsentatio per d. extrauag. iniunctæ de elect. & ita fuit dictum in dec. Rotæ Rom. in vna Burgentin. canonicatus 3. Iunij 1583. coram Illustrissimo Lancellotto, vbi declaratur valida collatio facta per Capitulum, non vocato Episcopo iam promoto, non tamen præsentatis literis expeditionis, cum adhuc dicatur vacatio, quāuis si non vacaret, opus esset Episcopum requirere pro huiusmodi collatione facienda.

4 Tandē non obstat, quod voluit Paris. de resignation. lib. 7. quæst. 23. vbi tenet cessare vacationem per prouisionem antequam capiatur possessio, prout testatur ita fuisse resolutum per Rot. Rom. in vna Burgen. Canonicatus 28. Ianuarij 1583. coram Gipsio, quia à dicta decisione fuit recessum 3. Iunij eiusdem anni 1583. in eadem causa, quemadmodum etiam notat Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ glos. 15. §. 2. n. 88.

Ex quibus omnibus, Gonzalez loco cit. refert, fuisse conclusum validam fuisse quandam collationem Canonicatus in mense Ordinario vacantis, factam à Capitulo Burgen. spreto Episcopo iam promoto, & habente expeditas literas suę prouisionis, qui tamen nōdum illas ostēderat, nec præsentauerat, quamuis alias D. Episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia cum adhuc duraret vacatio dictæ ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo capitulo sine vlla citatione, requisitione, aut interuentione Episcopi promoti, iuxta text. in cap. 1. ne Sede vac. lib. 6.

Item secundum eundem loc. cit. habetur similis casus de prouisione vnius Canonicatus Cordub. à solo capitulo, facta Sede vacāte post literarum expeditionem, ante tamen præsentationem illarū, de cuius præsentationis viribus fuit consultus, ac respondit, validā esse, ex supradictis, & consequenter esse nullam, secūdum prouisionem ad fauorem diuersę personæ postmodum factam de eodem Canonicatu insimul ab Episcopo, & Capitulo credente primam collationem nullam per id, quod scripserat Paris. vbi supra.

RESOLVT. DXI.

An Vicarius Capituli possit substituere Vicarium.

1 *Vicariatus Capituli potest substituere, probatur n. 2. & 3.*
4 *Distinguitur conclusio num. 5. & 6.*

1 VIdetur prima facie negandum ex duobus.
2 Primò, quia facultas substituendi nemini in dubio concessa præsumitur, arg. text. in c. 1. de procurat. in 6. Bald. cons. 123. vol. 1. Artham. cons. 39. Thoming. cons. 60. & seq. Henriquez cons. 4. n. 5. & 6.
3 Secundò, quia tex. in cap. clericos de offic. Vicar. disponit, quòd Vicarius non potest substituere Vicariū, vnde in c. extirpandæ §. quia verè de præbend. disponitur, quod Prælati ecclesiarum, in quibus curam animarum habent, vel aliam dignitatem, in propria persona deseruire debent ecclesiæ, & non substituere sibi Vicarium, & ita etiam tenet Ruin. consil. 39. vol. 4. n. 1. Roland. cons. 280. vol. 2.
4 Cæterum præfatis minimè refragantibus, in hoc articulo distinguendum est, quod aut habet in mandato substituendi facultatem, aut non.
5 Primo casu virtute præfatæ facultatis potest substituere, secundum Rebuff. in praxi tit. forma Vicariatus, nu. 79. Rota dec. 14. de off. Vic. in nouis, Put. dec. 487. lib. 2. Seraphinus dec. 1033. part. 2. Rota diuers. decis. 159. libro 3. & fuit dictum in eadem Rot. Romana in vna Oriolen. beneficiorum, 9. Iunij 1593. coram Illustrissimo Seraphino.
6 Secundo casu, cùm substituendi facultate careat, non est dubitandum quin substituere non possit, secūdùm Paris. in cons. 80. n. 15. vol. 4. Put. dec. 168. lib. 1. & Seraphin. loc. cit. & in supradictis casibus non conceditur præfata facultas, nisi ad modicum tempus, & ex magna causa, & non nimis frequenter, secundum Hostiens. in d. c. clericos, de offic. Vicar. Zabarell. in clementin. vnic. quæst. 19. eodem titul. Sbrozz. de Vicar. Episcopi lib. 2. quæst. 66. Pauin. par. 2. quæst. 10. Seraph. cit. decis.

RESOLVT. DXII.

An Capitulum constituens secundum Vicarium, censeatur primum reuocare.

1 *Capitulum substituendo secundum Vicarium, non videtur à primo recessisse.*
2 *Contrarium est verum.*
3 *Redditur ratio conclusionis: limitatur tamen, & declaratur num. 4. & 5.*

1 VIdetur, quòd non censetur à primo recessisse, ex regula iuris, quod in dubio non præsumitur voluntatis mutatio, l. eum, qui ff. de probationib. Bal. cōs. 29. num 3. & in consil. 5. nu. 5. & seq. vol. 1. Alex. consil. 122. vol. 2. Bulcult. cons. 91. num. 12.
2 Cæterum contrarium est habendum in praxi, & ita tenuit Rot. Romana in vna Oriolen. beneficiorum 21. Maij 1593. corā Seraphino, vt patet in eius dec. 1026. part. 2. & dec. 1033. ead. part. 2. & ita quoq; procedit in

constitutione primi procuratoris, qui reuocatus censetur per commissionem factam secundo, leg. si quis §. fin. ff. de procuratoribus, latè Iason. in l. pacta nouissima, in 2. col. in princ. C. de pact. Butr. & reliqui communiter in c. si duobus eod. tit. de procur. in 6. Azeued. in l. 24. tit. 5. partita 3. Gonzalez glos. 5. §. 3. n. 63. & refert iudicatum Lanfranch. Balb. in dec. 29. prout pariter decisum in Rota scribit Verall. in dec. 333. part. 2.

3 Cuius conclusionis ratio reddi poterit, ex regula iuris prioribus derogari per posteriora, c. 1. de cõstitutionibus in 6. & latissimè Iason & reliqui in cit. l. pacta nouissima, C. de pact. & in l. si in legatis, §. fin. ff. de l. 1.

Suprapositam principalem conclusionem limita, ac declara dupliciter.

4 Primò, quãdo prima nominatio, seu constitutio Vicarij esset specialis, & secunda generalis, vt decisũ refert Card. Put. in dec. 167. lib. 3. Fabius in dec. 222. Ant. Faber in dec. 3. C. de procurat. & Gonzalez loc. cit.

5 Secundò, limita, quando constat, & euidenter appareret de contraria voluntate constituentis, Gemin. in c. licet de off. Vicar. in 6. Rebuff. de forma Vicariat. nu. 205. DD. communiter in cap. 1. eod. titul. in 6. Card. Put. in dec. 168. lib. 1. & Seraph. cit. decis.

RESOLVT. DXII.

An per mortem Vicarij Capitularis substituentis, expiret potestas Vicarij substituti.

1 *Per mortẽ Vicarij substituentis expirat potestas substituti.*

1 ARchidiac. in c. quamuis de off. deleg. in 6. quem refert Cappell. Tholos. in dec. 369. tenuit, quod per mortem Vicarij substituentis expiret potestas substituti.

Cuius opinio corroboratur à simili, de eo, quod dicitur de mandato procuratoris, quod mandantis morte finitur. l. mandatum, cum similibus C. mand. quemadmodum etiam per mortem delegantis expirat delegatio, capit. licet, cap. gratum, & capit. relatum de officio deleg.

Verùm applicando terminũ mandati procuratoris potestati traditæ à Capitulo eius Vicario, dico, quod si Vicarius nullam habuisset substituendi facultatem, non posset substituere: tamen si habuisset, & substituisset, tunc per mortem eius nõ extinguitur potestas substituti, & ratio est, quia huiusmodi substitutio censetur facta ab ipso Capitulo, ministerio tamen substituẽtis: & ita fuisse in Rota resolutum patet in dec. 218. & facit tex. in l. item eorum §. decuriones ff. quod cuiusque vniuersit. nom. arg. capit. mulieres de sent. excommun. & substitutus Vicarij habentis potestatẽ substituendi, non capit auctoritatem à Vicario, sed ab Episcopo, Sbroz. in tractat. de Vicar. Episcopi lib. 2. q. 92. n. 3.

RESOLVT. DXIV.

An Vicarius Capitularis teneatur dare sindicatum.

1 *Vicarius Capitularis, quod teneatur stare syndicatui, probatur tribus rationibus, de quibus num. 2. 3. & 4.*

1 RAtio dubitandi pro opinione affirmatiua est multiplex.

2 Prima quia regula iuris est, quemlibet aliena negotia gerentem teneri reddere suæ administrationis rationem, vt probat tex. in l. vnic. & latè Bald. in l. fin. C. de negot. gestis, & in consil. 9. n. 3. Alex. in consil. 17. vol. 1. quod procedit etiam in matre administrante negotia sui filij, l. oleo, vbi DD. communiter C. de vsur. Gratian. in dec. 180.

3 Secunda, quia text. in l. 1. C. vt omnes iudices, tam ciuiles quam criminales, disposuit, quòd omnes iudices, tam ciuiles, quam criminales post eorum administrationis tempus, per spatium 50. dierum debent ibidem permanere ad effectum reddendi sindicatum, & ita voluit quoque Iaffred. Balb. in decis. 391. & 474. quo loci limitat d. l. 1.

4 Tertiò, quia per Conc. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 16. fuit sancitum, Vicarium Capituli Sede vacante, teneri stare syndicatui, & consequenter reddere rationẽ administrationis nouo Episcopo, vt patet his verbis. Episcopus verò ad eandem ecclesiã vacantem promotus ex ijs, quæ ad eum spectant, ab eodem Vicario, & alijs quibuscunque Officialibus, & administratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab alijs in eius locum constituti, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, iurisdictionis administrationis, aut cuiuscunque eorum muneris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiam si prædicti Officiales, redditis rationibus, à Capitulo vel deputatis ab eodem absolutionem, aut liberationem, obtinuerunt, eidem quoque Episcopo teneatur Capitulũ de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulũ peruenerint, rationem reddere, sed quid in Vicario Episcopi vide Addit. ad sum. bullar. in ver. capitulum sede vac. n. 14. Prax. Archiep. cap. 71.

RESOLVT. DXV.

An Vicarius Capitularis possit ad libitum eiusdem Capituli reuocari.

1 *Vicarius Capitularis non potest ad libitum Capituli reuocari absque legitimis causis, de quibus num. 2. & 3.*

4 *Contrarium seruatur in praxi.*

1 IN facti contingentia respõdi negatiuè, & ratio est, quia reuocare aliquem ab officio est maxima pœna, l. 2. vbi latè Ias. ff. de offic. procur. Cæsaris, & grauiorem esse primi generis pœnarum voluerunt Bal. in consil. 339. vol. 2. Burs. in consil. 17. n. 3. & in consil. 24. n. 6. & seq. vol. 1. Beret. consil. 31. n. 4. Alciat. consil. 99. n. 5. & pœna priuationis non infligitur, præterquam in casibus à iure expressis, glos. not. & communiter recepta in cap. fin. de iurepatronat. Alex. in l. fin. in fine ff. de in ius voc. & in consil. 16. vol. 1. Paris. consil. 104. n. 8. vol. 4. Cassad. in dec. 5. nu. 3. super regulis, Seraphin. in decis. 1536. & fuit in Rota resolutum in vna Romana Casalium de Maximis, 20. Februarij 1576. coram eodem, vt patet in eius dec. 286.

Supradictis accedat, quòd Vicarius constitui solet ad beneplacitum, & consequenter censetur perpetuus ad tex. in l. iurisperitus, & quod ibi notatur ff. de excusat. tutor. Bartolus in l. qui centesimis in 1. colum. in princ. ff. de verborum obligation. vnde non potest reuocari absque causa, latè Capyc. in dec. 116. & 136. & Mastrill. in decisio. Rotæ Siciliæ 188. & hoc esse generale, vt absque causa reuocari non possit, tenuit Panormit. communiter receptus in c. 1. de clerico ægrotante. Fel. in c. venerabilis, n. 3. de exceptionibus, & in consil. 17. num. 2. Menoch. in consil. 16. num. 3. & seq. volum. 1. licèt limitari in Papa testatur Seraphin. in decis. 254.

2 Et inter legitimas causas, secundum Addit. ad sum. Bullar. loco superius cit. dubio 3. connumerantur, prima, quando appareret insufficiens in exercitio illius officij allegat text. in capit. quamuis triste 7. quæst. 1. Boer. in decis. 129. quibus addo Bartol. in consil. 122. vol. 2. Gallin. consil. 193. n. 3. Bomin. consil. 29. n. 4. Menoch. in addit. ad lib. 1. de arbitr. iud. q. 55. n. 29.

3 Secũda causa est, quando in officio Vicariatus esset negligens, argum. text. in l. mancipia. C. de seruis fugit.

l. fi-

l.si quos, Cod. de officio Præfecti Prætor. glos. communiter recepta in cap.grandi de supplen.neglig.Prælatorum lib.6.Guid.Pap.in dec.281. & quanta esse debet præfata negligentia, & quomodo erit probanda, fuit in Rota resolutum in vna Calaguritana iuris ingrediendi 27.Februarij 1580. coram Seraphino.

4 Verùm quidquid sit ex supradictis, contrarium est tenendum in praxi,vt scilicet possit Vicarius Capitularis ad libitum Capituli amoueri,tenetur tamen Capitulum alium Vicarium intra octo dies constituere, alias ius deputandi ad Metropolitanum deuoluitur, & si ipsa fuerit metropolitana, ad antiquiorem Episcopum deuoluitur,vt declarasse Sac.Congreg.Concilij testatur Galet. in sua margarita casuum conscient. verbo Vicarius nu.3. Aduerte tamen,quòd Sac.Congreg.Episcoporum,& Regularium fertur contrarium rescripsisse.

Notabilia in materia Vicarij constituti à Capitulo Sede vacante.

PRimo, pendente termino octo dierum, infra quem debet eligi Vicarius à Capitulo, Sede vacante,totum Capitulum administrare debet, Addit. ad sum. Bull. in verb. Capitulum.

Secundò, quando adest discrepantia inter Canonicos in electione Vicarij, & plures ad hoc officium assumerentur,tunc magis idoneus,& habens qualitates Concilij remanere debet, cæteris remotis,vt declarauit Sacra Congregatio. Tertiò,quando allegatur ex aliqua causa suspectus Vicarius à Capitulo deputatus,tunc recurrendū est ad Capitulum,ipsumq; potest eligere arbitros ad cognoscendum causis de suspicionum,quæ præponuntur,eo scilicet modo, quo Episcopus potuisset, & ita Sacra Congregatio censuit, quod si causæ suspitionis militauerint in eo casu, arbitror posse Capitulum illas causas à Vicario auferre, & alteri committere.

4 Capitulum non tenetur de necessitate eligere personam de gremio ipsius Capituli,bene verum,quod si adesset idoneus, cæteris paribus,esset præferendus, ex declaratione Sacræ Congregationis,quæ etiam voluit irritam esse electionem Vicarij non Doctoris,quando haberi potest Doctor.Item,quod si Episcopus demorans reliquerit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium,qui sit Doctor eligere: Et si in Capitulo nullus ex Canonicis adesset Doctor,& fieret electio in Vicarium vnius ex ipsis,simul eidem potest deputari Consultor, ex constitutione Leonis X. incip. Regimini vniuersalis Ecclesiæ,fol. 188. in Bull. vbi inter alia est dispositum, quòd iudices à Sede Apostolica deputati si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, assumere, & secundùm eius relationem iudicare teneantur.

Finis tituli Praxis Vicariatus Cap. Sede vacante.

PRAXIS PAROCHORVM.

RESOLVT. DXVI.

Presbyter ministrans Sacramenta pro Parocho carcerato consequitur emolumenta ipsius Parochi, & licita erit ei retentio eleemosynarum sibi factarum.

1 *Presbyter qui administrauit Sacramenta pro Parocho carcerato, pro eo tempore debet emolumentum retinere, pro quo obsequium suum commodauit, & num.2.*

3 *Respondetur obiectioni, quæ se habet quoad nemo est priuandus redditibus sui beneficij.*

4 *Infirmitas non est priuilegiata quoad salarii consequutionem, quando illud est debitum alicui ratione suæ personæ.*

1 IN casu mihi proposito respondi affirmatiuè ex ratione naturali, de qua per Aristot. lib.1.Æthic. Iustum est,vt illi consequantur præmium, qui pro tempore suum commodasse reperiuntur obsequium, vt ex Gregorio Papa legitur in can. charitatē 12.q.2. quod & in indiuiduo probari vidimus ex Sacrosancta traditione Apostoli D. Pauli ad Corinthios Epist.1.c.9. ibi,nescitis,quoniam,qui in Sacrario operantur,quę de Sacrario sunt edunt,& qui Altari deser. uiunt de Altari participant.

2 Ad idem facit dispositio cap. de Rectoribus, extra de clerico ægrotan. vel debilitato, vbi colligitur ad litteram,quod quando Rector est infirmus,licet excusetur ab eo munere personali, quod corpore implendum est,iuxta l.1. & ibi glos.C.qui morb. se excus.lib. 10. Attamen ei dandus est coadiutor, qui curam animarum habebit, qui proinde de facultatibus Ecclesiæ prouisionem debet vnde viuat, quod etiam probat Abb.ibi num.5.

3 Nec obstat,si dicatur infirmum non esse priuandum redditibus sui beneficij,iuxta doctrinam c.1. de cleric. ægrot. vel debilitato, & c. vnico, §. qui vero,de cler. non resid. in 6. quia clericus infirmus intelligitur quodammodo Ecclesiæ inseruire, vt doctè non minusque subtiliter monet, & probat Moneta in tractatu de distributionibus quotid.p.2.q.6.

Quia multiplici responsione tollitur obiectio: præsertim, quia supponitur in facto, quod ille Rector non sit titularis, sed mercenarius conductus, scilicet per modum prouisionis in Rectorem, quare potest dici, quod sicuti casus contingens in personam illius, qui locauit operas suas, liberat conductorem à præstatione mercedis,l. si vno,§. item cum à quodam. ff. locati,& conduct. ita merces debita pro operibus præstitis operarium sequi debet.

4 Hinc ad confirmationem distinctionis, bene dicimus, quod infirmitas non est priuilegiata quoad salarij consequutionem, quando illud est debitum alicui ratione personæ suæ dumtaxat,licet secus quando datur etiam contemplatione aliorum, vt quando datur clericis, seu Canonicis collegiatis, & in istis terminis loquuntur iura in contrarium allegata, videlicet cap. vnic.§. qui vero de cler. non residen.lib.6.c.1. de cleric.ægrot. vel debilitat.

RESOLVT. DXVII.

An Parochus, qui fecit fidem se solemnizasse matrimonium inter quasdam personas, referendo se ad librum matrimoniorum, si post aliquod temporis spatium fecerit aliam fidem, se perquisito libro matrimoniorum,non reperire solemnizationem prædictam sit puniendus de falso?

1 *Parochus qui fecit fidem de solemnizatione matrimonij, si postea matrimonium illud non reperiatur solemnizatum,non est de falso puniendus.*

2 *Contrarium fuit decisum, quod scilicet sit indiciatus de crimine falsi.*

3 *Respondetur contrarijs.*

CApto, & carcerato supradicto Parocho in Cur. Archiepiscop. pro causa, de qua supra in titul. & elapso

& elapso termino ad faciendas defensiones; ac compilato processu fuit dubitatum, quia pœna veniret plectendus, & præcipuè an esset puniendus pœna falsi, propter dictam contrarietatem.

1 Et pro excusatione dicti Parochi dicebatur, quod ipse semper retulit se ad librum matrimoniorum, & proinde eius attestatio non faciebat fidem pro, vel contra, nisi quatenus reperiebatur in libro. Vnde sequitur regula iuris, quod relatum est in referente l. asse toto ff. de hæred. inst. late Bald. in consil. 24. vol. 1. post Ias. in §. tripli inst. de act. & esse in referente cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, voluit text. in l. item labeo, ff. de arbitris; non poterat igitur argui de falso, quatenus dictum matrimonium non reperiatur in libro, quia multis causis potuit contingere, quod dictum matrimonium in præfato libro absque culpa ipsius Parochi non reperiatur.

2 Cæterum supradictis minimè obstantibus contrarium fuit dictum, scilicet præfatum Parochum fuisse indiciatum crimine falsi, & propterea torquendum, prout realiter fuit tortus, & quia nil confessus fuit, & cum indicia essent grauiora contra ipsum, fuit suspensus à cura per quinquennium.

3 Non obstant contraria, quia procedunt vbi obliuio præsumitur, quod non est in hoc casu, & maxime, quod in dubio non præsumatur regulariter Bald. in l. cum rem alienam col. fin. C. de l. per legem magnam C. de contrahen. & commit. stipul. & Guid. Pap. dec. 127. in Camer. parlamenti num. 4. & ratio est, quia memoria non est futurorum, nec præsentium, Aristot. lib. de memoria, & reminiscentia, sed præteritorum tantum, vnde sensus est præsentium, spes futurorum, memoria præteritorum.

RESOLVT. DXVIII.

Parochialis Ecclesia de iure communi habet intentionem fundatam super primitijs, & decimis omnium fructuum.

1 *Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam super primitijs, & decimis fructuum, quæ colliguntur intra fines parochiæ. Amplia num. 23. & 4.*

IN vna decimarum pendente in Curia Archiepiscopal. per viam appellationis, fuit dictum Parochialem Ecclesiam habere intentionem fundatam de iure communi super primitijs, & decimis fructuum, qui
1 colliguntur intra fines parochiæ, DD. in cap. fin. de paroch. & in cap. cum contingat de decim. Put. dec. 371. lib. 1. latè Card. cons. 26. num. 4. & seq. adeò vt ipsi decima sit persoluenda de omnibus dictis fructibus licitè acquisitis: cap. nuncios, & ibi glos. cap. non est, vbi Abb. in 2. notab. decim. & absque aliqua diminutione, vel detractione, cap. cum homines, cap. non est in fine de decim. Mohed. dec. 69. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 11. num. 3. Item quamuis prædium decimatorium duplicem fructum producat in anno.

2 Amplia primo, & si species fructuum, vel plantationis sit mutata industria hominis, quod propterea non cesset obligatio soluendi decimam de illis, sicut prius soluebatur de alijs probat text. in cap. cum intua, vbi Butr. num. 2. in fin. & num. 5. vers. vnde dicit, & cap. Abb. num. 3. & alij communiter de decim. & Rota tenuit in pluribus causis, nempe in Calaguritana decimarum 30. Ianuarij 1562. coram Caputaq. & in Conchen. decimarum 1. Iunij, & 16. Decembris 1591. coram Pamphilio.

3 Amplia secundo, vt quamuis Vicarius perpetuus videatur habere curam animarum cap. extirpandæ §. qui verò de præbend. & etiam super decimis videatur habere fundatam intentionem ad gl. in verb. necessitas in cap. exposuisti eod. tit. & Card. in clem. vn. q. 9. vers. oppono ad hanc solutionem eod. tit. & in cap. 1. col. 17. eodem, tamen cum omnes fructus spectent ad verum Rectorem, ideo Vicarius etiam perpetuus tantum congruam debeat habere portionem ad c. extirpandæ §. qui vero, & ibi per Abb. in vers. nota ibi, congruentem, de præben. etiam respectu decimarum ad not. per Imol. in clem. 1. col. vltim. vers. alterius quærit, & ibi per Card. col. 4. vers. 15. quæritur de iurepatron. quod probatur in d. c. extirpandæ in princ. & in c. 1. iuncta glos. de præbend. in 6. vbi quia super decimis assignata fuerat parua portio non sufficiens Vicario, Iura volunt ei esse assignandam congruentem.

4 Amplia tertio, vt Parochus possit petere etiam decimas præteritas, Archidiac. post antiquiores, quos citat in c. si quis laicus num. 4. vers. ab alio possessore 16. q. 1. Host. in cap. pastoralis col. pen. num. 11. Super verb. alienari posse de decim. sequuntur ibi Io. Andr. col. 2. num. 6. super verb. cum onere Anch. col. 2. num. 8. vers. sed re ipsa, Butrius col. 2. nu. 12. vers. an prædia alienata, & Panorm. col. 2. num. 5. vers. sed quæro, vbi testis est, ita communiter teneri, eadem videtur etiam firmasse consuetudo, Feder. de Sen. cons. 81.

RESOLVT. DXIX.

An Parochus, cui consuetum est fieri eleemosinam à suis filianis, possit pro ea obtinenda agere.

1 *Facti species.*
2 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*
3 *Contrarium tenet Author.*
4 *Præstatio triennalis sufficit ad inducendam obligationem in futurum.*
5 *Respondetur text. in l. si certis annis C. de pactis.*

1 SVpponatur in facto, quod in quodam oppido erat consuetum homines illius, singulis annis soluere nomine eleemosynæ, *vulgo far l'offerta al Parochiano*. Vnde cum defecissent per aliquod temporis spatium à solutione prædicta, quare consultus à supradicto Parocho, an potuisset agere contra Parochianos, vt in futurum dictam eleemosynam præstent, respondi dubium mihi facere text. in l. obligationum. ff. de
2 act. & oblig. vbi tempus non est modus inducendæ obligationis.

3 Cæterum hoc non obstante contrarium dixi esse de iure verius, motus ex vi inueterata consuetudinis soluendi dictam eleemosynam, stat enim iuris dispositio, vt huiusmodi laudabiles consuetudines obseruentur, cap. ad apostolicam de simon. & in terminis eleemosinæ consuetæ, tradit Bartol. in l. priuilegia num. 2. vers. ex 3. particula C. de sacros. eccles. Franc. Marcus Delph. dec. 213. part. 2. ad cuius præstationem videtur dicta Vniuersitas Iudicis officio cogenda, Vran. cons. 10. lib. 2. num. 16. non autem iure ordinariæ actionis, quo casu intelligendus est Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. casu 160. num. 9. adde Canalc. dec. 17. num. 33. vers. secus si ius part. 1. Donatio enim pia multo tempore continuata inducit obligationem in futurum, Felin. in c. veniens num. 3. de pac. idem in d. cap. ad Apostolicam num. 4. Osasc. dec. 99. n. 44. in qua tenemur perseuerare ratione diuturnæ præstationis, Butr. in rub. de Paroch. in fin. Abb. ibidem in fin. Card. in d. rubr. num. 3. idem Abb. in cap. penult. col. 2. vers. in ea glos. de sepult. Socin. in tractat. de oblation. in 3. lib. sexto quæro, Alex. cons. 123. nu. 1. vol. 5. Cou. lib. 1. var. tesol. c. 17. n. 3. & ratio est, quia ex tali præstatione consueta præsumitur, quod præcesserit

rit iusta causa, Alex. d. cons. 123. num. 5. & animus obligandi, Osasc. dec. 99. num. 19. quas ideo eleemosinas consuetas ne c statuto tolli posse, in terminis tradit Bart. in d. l. priuilegia num. 3. Abb. in cap. penult. in fine de sepult. Felin. in cap. ecclesia S. Mariæ n. 97. & in cap. cum M. num. 21. de constit.

4 Supradictis addo tex. in l. 1. C. de fideicomm. vbi sufficit præstatio triennalis ad inducendam obligationem in futurum, sequitur Bart. in l. fin. ff. ad l. Syllanianum, Castr. in l. bona fides, ff. depositi.

5 Non obstat tex. in l. si certis annis C. de pact. vbi præstatio temporalis non est modus inducendæ obligationis, quia respondetur, quod ibi loquitur de modo validandi obligationem; & ita non obstabit text. in l. cum de in rem vers. de vsur.

RESOLVT. DXX.

Habitans in confinio duarum ecclesiarum parochialium, an censeatur Parochianus vtriusque, vel vnius tantum.

1 *Facti species.*
2 *Parochianus illius parochiæ est, in qua domus sua aditum habet, redditur ratio num. 3.*
4 *Domus, quæ habet duas portas in diuersis parochijs, de ea parochia iudicatur in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus.*
5 *Quid si in illa domo sit aditus à parte anteriori, & à parte posteriori, & vicissim ingreditur quandoque ab anteriori, quandoque à posteriori.*

1 SVpponatur in facto, quod quidam possidebat domum, quæ ex vna parte erat de parochia Sancti Martini, & ex alia Sanctæ Mariæ; quare fuit dubitatum, cuius parochianus erit habitans in illa domo, & fuit resolutum esse illius, ex qua domus aditum habet ex notab. doctrina Bar. in l. fin. num 6. in fin. ff. de
3 damn. infect. cuius ratio est, quia ex aditu iudicatur de domo, cui cedat l. ei cui ædes. ff. de leg. 3. Bald. cons. 60. num. 5. volum. 1. de Pont. dec. 35. Villagut. dec. 32. & secundum Bart. in l. prædij §. qui domum ff. de
4 leg. 3. domus quę habet duas portas in diuersis parochij iudicatur de ea parochia, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus, vt latè per Felin. in cap. omnes de maiorit. & obed. vnde Bartol. in l. 1. ff. ad municipalem dicit, quod si aditus est à par-
5 te anteriori in domo, & à parte posteriori, & vicissim ingreditur, quandoque ab anteriori, quandoque à posteriori, nihilominus dicatur Parochianus Cappellæ à parte anteriori, ex eo quod illa pars censetur nobilior, & vbi est pars nobilior, censetur esse totum, l. cum in diuersi ff. de relig. & sumpt. fun.

RESOLVT. DXXI.

In reductione pensionis ecclesiæ parochialis, quæ onera deduci debent, vt ducati centum remaneant liberi pro Rectore.

1 *Facti species.*
2 *Dicens de reductione pensionis debet probare beneficium non esse sufficiens, redditur ratio num. 4.*
3 *Quid si beneficiatus dictæ pensioni non consenserit.*
5 *Quæ sint onera deducenda in reductione pensionis, & nu. 6 & 7.*

1 CVm fuisset imposita pensio ab Illustrissim. Cardinal. Spinello super quadam Ecclesia parochiali vulgò *di Fratta piccola*, diœcesis Auersanæ in mei fauorem, & ab eodem parocho post obitum dicti Illustriss. instatum esset pro reductione eiusdem pensionis, asserens ex dict. parochiali sibi non peruenire centum duc. iuxta formam Concilij, fuit dubitatum, quæ one-
2 ra veniebant deducenda quoad hunc effectum; & in primis dicebā onus probandi valorem beneficij ad effectum cognoscendi, an pensio imposita subsistere
3 possit, vel ne, probari debet per eum, qui vult pensionem impugnare, si ipse impositioni pensionis consensit, secus, si non consensit, quia probandi onus pensionario incumbit, Guid. Pap. dec. 245. cum alijs
4 adductis in vna Valentina pensionis de anno 1586. coram Robusterio, & ratio est, quia prouisus de iure communi habet intentionem fundatam, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Inter onera verò, quæ deducenda veniunt sunt, videlicet.

5 Primo, expensæ, quæ deseruiunt pro vno clerico, Veral. in decis. 328. part. 3. ratio, quia quilibet habens curam populi debet habere clericum, qui ei seruiat, & ipsum iuuet, igitur quicquid necessarium est pro clerico onus est, & de redditibus deducendum, hoc enim est impossibile plebanum sine ministro in sacrificio altaris, & alijs, sine quibus ministrare Sacramenta, ac seruire eccle siæ non posset sine vno clerico saltem esse posse, vnde Abb. nor. quod redditus ecclesiæ in dubio præsumuntur sufficere pro duobus, quia debet ad minus esse in parochia vnus Clericus vltra Sacerdotem, & Felyn. in cap. ad aures 3. colum. de rescript. facit. cap. 1. de instit.

6 Secundo deducendæ sunt expensæ, quæ singulis annis fiunt in die Purificationis Beatæ Marię Virginis pro distribuendis candelis benedictis; quia istæ quoque numerantur inter onera perpetua, & consequenter deduci oportet, alias minimè dici potuissent fructus liberi percipiendi à parocho, ad text. in l. fructus ff. solut. matrim.

7 Tertiò quoque deducuntur expensæ pro solemnitate Palmarum, cur inter onera perpetua parochorum ponantur, argumento eorum, quæ scripsit Verall. cit. dec. 328.

RESOLVT. DXXII.

Obtinens Parochialem vnitam accessoriè alicui dignitati, an debeat necessario attingere vigesimumquintum annum.

1 *Quæ requiruntur in parocho ad hoc, vt possit de iure retinere parochiam.*
2 *Decisio quæstionis, quæ probatur auctoritate num. 3. & ratione num. 4.*

QVidam obtinuit Canonicatum, cui erat annexa parochialis, & cum supradictus Canonicus neque attigisset ætatem 23. annorum, fuit dubitatum an de iure esset capax obtinendi parochialē dicto canonicatui annexam, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua id, quod disponitur in c. licet canon. de electione in 6. vbi in parocho requiruntur tria, scilicet literarum scientia, grauitas morum, & ætatis maturitas, quæ ætas est vigintiquinque annorum, & adeo verum est, quod nec commendari poterit ecclesia parochialis non habenti supradicta requisita c. nemo deinceps, vbi Io. Andr. Arch. & reliqui de electione in 6. Rot. in decis. 2. eodem titul. item dicebatur defectum ætatis esse indispensabilem, præsertim in Curatis, cap. vnic. de ętat. & qualitate, pręterea cum Concilium Tridentinum requirat sufficientem ætatem ad obtinendum beneficium curatum, & illam exprimit, scilicet annorum 27. vel saltem in ætate tali, qua possit infra annum promoueri ad presbyteratū, d. cap. licet, & Concilium sess. 24. de reformat. cap. 12. proinde videbatur ex supradictis concludendum prę-

fatum

fatum non fuisse capacem retinendi dictum canonicatum, eo magis cum ad dignitatem in cathedrali requiratur ætas, quam requirit ordo illi dignitati adiunctus, vel saltem ea, vt infra tempus à iure, & à Cõcil. Tridentino statutum, ad illum promoueri valeat prouisus, scilicet intra annum.

2 Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium fuit resolutum, vt scilicet attendendus sit ordo, quem requirit ipsa dignitas, vel canonicatus ex sui natura, non autem ætas, quem requireret parochialis dicto canonicatui adiuncta, quæ decis. fundatur auctoritate, & ratione.

3 Auctoritate enim probatur ex Henriquez conf. 32. num. 4. & sequenti, Ferrer. obseruat. 90. Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 49. Piaseg. in praxi Episcop. part. 2. cap. 5. num. 21. Galet. in marg. casuum conscient. verb. Parochus, & ita censuit sacra Congregatio Concil. vt referunt supra citatis his verbis.

N. obtinuit Canonicatum requirẽtem ordinem Subdiaconatus, sed quia illi Canonicatui vnita est parochialis cum esset in ætate legitima ad Canonicatum, sed non ad parochialem, Ordinarius difficilem se reddebat ad ipsum admittendum, vnde consuluit Congregationem, Congregatio censuit attendendam esse naturam canonicatus, non parochialis, & sufficere, quod prouisus sit in ea ætate, quã exigit canonicatus, si parochialis est vnita perpetuò, & accessoriè canonicatui, secus si æquè principaliter vnita est, quia tunc non assumit naturam canonicatus.

Quoad dignitates autẽ, & Canonicatus in alijs ecclesijs inferioribus, requisita ætatis remanent in dispositione iuris communis, quod etiam fuisse declaratum à prædicta Sac. Congregat. refert Gonzales in regul. de mensibus glos. 5. num. 92. his verbis. *Concilium nihil innouauit super ætate promouendorum ad canonicatus ecclesiarum collegiatarum.*

4 Ratione quoque probatur, quia parochia vnita canonicatui assumit naturam canonicatus, & consequẽter regulari debet iuxta conditiones, & qualitates dicti canonicatus, ex regula iuris, quod actus interpositus regulatur secundum naturam eius, cui interponitur, l. fin. C. de non num. pecunia, vnde stipulatio interposita in contractu, assumit naturam contractus, vt latè per DD. leg. 1. ff. de verb. obligationib. Hinc est, secundum Galetum in marg. casuum conscientiæ verbo parochus, curam animarum annexam habens canonicus non est examinandus per concursum, & ita censuit Sac. Congregatio Concilij, vt refert idem loco citato.

RESOLVT. DXXIII.

Parochus regularis delinquens extra pertinentia ad Parochiam à quo puniendus.

1 *Parochus irregularis delinquens extra territorium parochiæ est ab Episcopo illius loci conueniendus.*
2 *Contrarium censuit Sac. Congregatio, quod non possit ab alio, quàm à suo superiore puniri.*

1 ET prima facie videbatur dicendum, quod ab Episcopo, ratio est, quia secundum decision. Rotæ in vna Bononien. Parochialis corã Illustrissimo Seraphino, Ordinarius loci est iudex competens tam regularium, quam sæcularium clericorum exercentium curam animarum, & pro hoc facit Conc. Tridentin. de reg. sessio. 25. cap. 11. quo expressè cauetur, personas tam regulares, quàm sæculares huiusmodi curam animarum exercentes, subesse immediatè, in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationẽ pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi illam peragunt, quod bene cumulat Thes. for. eccles. part. 2. cap. 18. num. 105. & Antonin. lib. 1. variar. resolut. cap. 18.

2 Cæterum Sac. Congr. censuit Parochum regularem delinquentem extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus puniri, vt refert Galet. in sua magarit. casuum conscient. verb. Parochus.

RESOLVT. DXXIV.

An si in bullis prouisionis parochialis non fiat mentio de concursu peracto, sit præsumendum ipsum fuisse factum.

1 *Solemnitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.*
2 *Concursus in parochialibus continet factum, & factum non præsumitur, nisi probetur.*
3 *Decisio quæstionis.*
4 *Facta præsumuntur, quando sunt consueta fieri.*

1 RAtio dubitandi duplex est, Primò, quia huiusmodi solemnitas extrinseca, ideo non præsumitur nisi probetur, l. sciendum ff. de verb. obligat. latè DD. in l. 1. C. de vsur.

2 Secundò, quia continet factum, & factum non præsumitur, nisi probetur l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers. & probatur in c. cum Ioannes §. verũ responsionem istam de fide instrum. hoc idem placuit, dum de iure respondit Corneus conf. 181. visis nõnullis, col. 9. vers. nec obstat vol. 2. quod & memoratu dignum cẽsuit Cotta in suis memor. in littera F. vers. facta non præsumuntur, sic etiam scriptum est ab Aret. in l. sed, & si col. vltim. ff. de acq. hæred. hoc præterea plurimi alij probauerunt, vt Abb. in cap. in præsentia colum. 2. post n. 3. vers. nota ibi eum de probat. facit cap. cum in iure, vbi Abb. num. 2. in fin. de off. deleg. Menoch. in conf. 11. num. 301. Burs. in consil. 36. num. 13. vers. verum respondetur, Cephal. in consil. 53. num. 34. in conf. 130. num. 7. & in conf. 77. num. 16. & consil. 76. num. 25. vol. 1. & in consil. 14. num. 84. volum. 2. & alios allegat Dec. in l. quatenus, n. 2. de reg. iur. & Rebuff. in leg. vnica num. 141. C. de sent. quæ pro eo, quod inter profer. Bald. in conf. 459. visa dicta petitione, volum. 4. Quæ facta cum sint sui natura incerta, l. in omni C. de iur. & fact. ignor. ideo illorum vis, atque probatio dubia dicitur, l. triticum ff. de verbor. oblig. conclusionis nostræ ratio est, nam non facta latent, & facta patent, c. quanta, de transl. Episcop. teste Abb. in cap. extirpandæ, §. qui verò col. 11. de præb. & Dec. in consil. 295. num. 9. lib. 2. & in conf. 338. num. 17. lib. 2. & in conf. 346. num. 15. eod. vol. Alciat. in conf. 40. n. 6. lib. 6. Rebuff. in l. vnic. num. 141. vers. minus obst. C. de

3 sent. quæ pro eo, quod interest profer.

Cæterum, supradictis minimè refragantibus, cõtrarium dixi, motus quod licèt factum non præsumatur, nisi probetur, tamen præsumitur, quando facta essent consueta fieri, prout concursus, qui consuetus est fieri in prouisione parochialium, ita Bald. in rub. C. de fide instr. col. 3. post num. 8. vers. item, quia per tex. in l. vlt. ad fin. c. de fideiussor. vbi expressè dicit de ijs quæ sũt solita fieri, vt respondit Siluian. in conf. 68. num. 8. lib. 2. Bal. in l. incendium ad fin. c. si cert. pet.

RESOLVT. DXXV.

An parochus cui datus est coadiutor, teneatur residere.

1 *Parochus coadiutus nõ tenetur ad residentiam; Contrariũ est in praxi seruandum, num. 4.*
2 *Parochus coadiutus non tenetur ad promotionem Sacerdotij infra annum.*
3 *Parochia habitu tantum non videtur beneficium curatũ, sed simplex.*

Sup-

SVpponatur in facto, quod cuidam Parocho ob legitimas, & iustas causas esset constitutus coadiutor, fuit dubitatum an esset obligatus ad residentiam,
1 & dubitationē faciebat pro opinione negatiua, quod dum cura exercetur per præfatum Coadiutorem, consequenter frustratoria esset residentia Rectoris, arg. text. in cap. de Rectoribus, de cler. ægrot. vnde coadiutus semper consideratur à iure vti absens, Bald. in decis. 729. Hinc Coadiutor cum futura successione in absentia Canonici coadiuti debet sedere, & incedere in eodem loco antiquo, in quo poterat coadiutus, si præsens fuisset, præcedendo alios Canonicos, tanquam subrogatus coadiuti, Nauar. cons. 2. de cler. non resid. His additur, quod obtinens parochialem habitu tantum, non arctatur ad ea, quæ obligatur, qui actu illam retinet, vt per Galet. in sua marg. cas. consc. verb. cura animar. in princ. latè Henriq. cons. 21. num. 7. Laudens. consil. 8. Fel. in cons. 16. num. 6. Hinc est, quod non tenetur ad promotionem sacerdo-
2 tij infra annum, Nauar. cons. 4. de preb. & talis Cu-
3 ratus habitu tantum non videtur habere beneficium curatum, sed simplex, Galet. loco iam citato, Bur. culten. cons. 23. Igitur necesse non est residentiam facere. Item talis parochialis habitu æquipollet Parochiæ destitutæ, quæ non dicitur habere parochianos, Nauarr. consil. 2. de maior. & obed.
4 Cæterum, supradictis minimè refragantibus, contrarium est in praxi tenendum, scilicet, vt præfatus Parochus teneatur ad residentiam, ex vi declarat. Sac. Congregationis, vt per Galet. verb. residentia.

RESOLVT. DXXVI.

Parochialis vt constituatur, quot personas, vulgo *figliani*, habere debeat.

0 *Ecclesia parochialis dicitur illa, quæ habet sub se populum cui habeat Sacramenta administrare.*
2 *Ecclesia vt dicatur parochialis, an sufficiat, quod remaneat parochia habitu tantum.*
3 *Quæ requiruntur ad hoc vt ecclesia dicatur parochialis.*
4 *Parochia dicitur quasi partitio curæ.*

ADerat in diœcesi Nolana, quædam ecclesia parochialis, quæ sub se habebat minus duodecim personarum, vulgo *figliani*, propter quod eiusdem ecclesiæ Parochus prætendebat se à personali residentia excusari, quare consultus, respondi, mihi facere
1 dubitationem conclusionem illam, quod ecclesia parochialis est curata, & habet sub se populum cui administrantur Sacramenta, latè DD. in cap. cum in cunctis §. inferiores de election. Staphil. de lit. grat. in titul. de qualitat. benef. num. 1. & seq. Bellam. in dec. 671. Seraphin. in decis. 1227. Rota diuers. in dec. 52. part. 2. & ad consequenda iura parochialia, & realia, sufficit quod ecclesia remanserit parochia habitu, Rot. decis. 1. de sepultur. in antiq. Oldrad. cons. 267. & Seraphin. loco citat. Hinc est quod secundum Marisc. lib. 2. variar. resolutionum cap. 96. si parochiani recesserint, tunc manet parochialis habitu, licet non actu, & illis reuersis, iterum dicitur parochialis habitu, & actu, glos. communiter approbata in cap. licet canon in verbo parochia de electione in 6. quam ibi sequuntur Anchar. num. 6. versic. quærit glos. Gemin. num. 6. & Franch. num. 22. Silua de benefic. p. 3. quæst. 42. Rebuff. in praxi titul. de non promo. nu. 35. recuperat enim statum suum quasi iure postliminij, Io. And. ibidem in nouell. col. 3. in glos. sed nunquid, quare si non desinit parochia, licet parochiani ibidem non remanserint, sequitur concludendum supradictū parochum teneri ad personalem residentiam. Ijs accedebat, quod in hac ecclesia concurrunt omnia requisita veræ parochiæ, quæ sunt primo, potestas fori
3 pœnitentialis, hoc est ligandi, & soluendi cap. in nouo 21. distinctione, cap. omnis de pœnitent. & remiss. Innocent. num. 11. & Abbas. num. 7. in cap. dudum de elect. Capra in reg. 90. & Dec. in cap. ad aures nu. 6. de rescript. Secundo, reperitur locus certis finibus constitutus, in quo populus alicui ecclesiæ deputatus degit, Abb. in rubr. de parochijs, in princ. & Ro-
4 ta diuersorum in citata decis. num. 14. Vnde parochia dicitur quasi partitio curæ, cap. ecclesias 14. quæst. 1. tandem pro hac opinione faciebat, quod scriptum reliquit Iaffred. in summa de parochijs in princ. quam sequitur Panormitan. in cap. extirpandæ §. qui verò nu. 20. de præb. quod ecclesia, quæ habet parochiam, idest locum deputatum, in quo populus habitat ad curam animarum congregatus, dicitur parochialis, sequitur Siluester verbo parochia, & secundum Speculator. in tit. de not. crim. §. 8. vers. quidam tenent, ad constituendam Parochiam, sufficiunt decem personæ, & hæc currenti calamo.

RESOLVT. DXXVII.

Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. V. vulgò *far la Candelora*, an possit denegari decima.

1 *Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. V. non potest denegari decima.*
2 *Decima debetur de iure diuino.*
3 *Imperatoris concessio non potest quem eximere à solutione decimarum.*
4 *Solutio decimarum nullo modo potest parocho denegari.*
5 *Solutio decimarum est onus reale.*
6 *Decima præterita peti potest.*
7 *Translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam.*
8 *Prælatus prædecessor, qui fructus exportauit, vel male consumpsit, potest per successorem conueniri.*
9 *Decima comparatur collectæ.*
10 *Pro solutione collectæ bona sunt tacitè obligata.*

1 RESpondi negatiuè ex infrascriptis. Tum primò,
2 quia cum decima debeatur de iure diuino, ad text. in cap. parochianos de decim. latè Couar. lib. 1. var. resolut. cap. 8. ita vt in dubio nullius censeatur exemptus ab illius solutione, vnde etiam Cardinalis te-
3 netur, de Franch. dec. 107. & etiam Iudæi de terris ab eis possessis, C. de terris de decim. Quare nec Imperialis concessio valet quem eximere à solutione decimarum c. tua, vbi Abb. eod. tit. Vnde populus prædicationibus, & alijs legitimis modis exhortandus est ad solutionem decimæ. Et proinde dicebam in casu
5 proposito, nullo modo posse denegari solutionem decimæ Parocho, ob id quod candelas benedictas in die Purificationis B. V. non dedit, cum ipsis competat aliud remedium pro illarum recuperatione, scilicet accessus ad Episcopum, & cum nihil commune habeat solutio decimarum cum distributione candelarum, propterea non debet fieri illatio de vno ad aliud, ex reg. text. in l. Papinianus exul. ff. de minoribus.

Tum secundo, quia solutio decimarum est onus rea-
6 le, & propterea sequitur possessorem, l. Imperator ff. de publ. vnde decima præteriri nō potest, DD. de Rot. decis. 1. de decim. in antiq. Rota Perus. dec. 44. & dicit Io. And. in c. non est in mora de reg. iur. in 6. quod
7 translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam, quamuis is, qui per prius erat be-
8 neficiatus, illius ecclesiæ fructus perceperit: vnde si Prælatus prædecessor fructus exportasset, vel malo modo consumpsisset, posset per successorem conueniri

niri, Alex. in l. deducta §. qui post col. penultim. ff. Trebell. Gigans de pens. q.39.post.Franch.in cap. fin. de off. ord. in 6.

9 Tum tertio, quia decima comparatur collectæ, secundum Bal. in l. neminem C.de sacrosan. eccles.Bertac. in tract.de gabel.in prælud.num.16. Cass. in consuet. Burg. rub.1. §.4. in verb. extraordinaria in fin.f. 122.Vgo Celsus cons.34.num.12.Franch. cit.dec.107.

10 num.13. & pro solutione collectæ, bona sunt tacitè obligata, l. competit C. de præscrip. long. temp. Ex quibus omnibus dicebam, quòd licet iniustè denegassent soluere decimam Parocho, tamen competunt ei supradicta remedia ad illam recuperandam, quemadmodum filianis ad recuperandas candelas benedictas.

RESOLVT. DXXVIII.

Parochus, cuius Parochiæ redditus non ascendit nisi ad ducat. centum, an teneatur ad reparationem suæ ecclesiæ.

1 *Parochus cuius parochiæ redditus non ascendit, nisi ad ducat. centum tantum, ad recuperationem ecclesiæ non tenetur.*

2 *Centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere.*

3 *Rector ecclesiæ parochialis ruinam minantis cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt.*

4 *Prima charitas incipit à se ipso.*

1 IN quadam causa mihi delegata iudicaui non teneri quendam parochum, cuius parochiæ redditus non ascendebat nisi ad ducatos centum tantùm, ad reparationem dictæ ecclesiæ, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo,quia iuxta dispositionem Concilij Tridentin.centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere, vt pluries censuit Rota Romana, vt patet ex dec.484.part.1. diuersorum, & nonnullas alias dec. manuscriptas congerit Marta in tract.clausular. clausul.123.

3 Tum secundò, quia per text. in cap. de his, de eccles. ædificand. rector ecclesiæ parochialis ruinam minantis, cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt,quod intellige deductis necessarijs, quibus non tenetur se priuare, vt conuertantur ad ec-

4 clesiæ reparationem, quia prima charitas incipit à se ipso,c.non satis 26. dist. Cappel.Tholos.in dec.499.

Quicquid tamen sit,in hac quæst. concludo cum Siculo, & reliquis Doctoribus in c. 1. de eccles. ædific. quod in hac materia primò recurrendũ est ad consuetudinem, si enim consuetudo transfert onus fabricæ in populum, illa est obseruanda, arg. c. ad Apostolicam de simonia,&idem voluerunt in alleg.cap.1.Io.And.& omnes DD. idem dicendum eadem ratione, vbi consuetudo aliter prouideret, nam videmus hodie, quod Ecclesiæ cathedrales habent vt plurimum redditus distinctos pro fabrica, tunc enim Prælatus non tenetur dare quartam partem suorum reddituũ, quia valet in hoc consuetudo,ex quo ecclesia non patitur defectum in fabrica,& quod valeat consuetudo, tenet Innoc. in cap.fin.de his quæ fiunt à maio. parte c. pro quo facit cap.si propter tua debita de rescrip. lib.6.& ibi Domi. & dicit Sicul.in allegat.cap.videmus hodie, quod non fiũt quatuor partes de redditibus ecclesiæ, vt antiqua iura disponebant 12.quæst.2.cap.cognouimus,non tamen se potest Episcopus excusare,quominus pauperibus prouideat,licèt redditus sint in confuso,quia talis consuetudo esset irrationabilis c. fin. 17. q. 1. & idem dicit in casu præmisso,quod si nulla est cõsuetudo, nõ valet per prælatum allegari, quominus teneatur ad quartam partem,si ecclesia patiatur ruinam,& deformitatem,per tex.apertũ in alleg.cap.cognouimus,tenet Hostiens.in sum.de eccles.ædific.§.ad fin. si autem quarta pars non sufficiat,nec consuetudo disponit aliter,recurrendum est ad clericos ecclesiæ,vt præalleg. cap.1.& cap.de his,& cap.final.alleg.intellige tamẽ si detractis necessarijs redditus eis supersũt,si vero redditus non supersunt compelluntur vltimo loco parochiani ecclesiæ,Ar.c.si episcopus de offic.ord.lib.6.nã ex quo ibidem audiunt diuina, & percipiunt ecclesiastica Sacramenta tenentur ad refectionem ecclesiæ.

Finis tituli Praxis Parochorum.

PRAXIS CLERICORVM.

RESOLVT. DXXIX.

An rectè procedat prax. Cur.Arch. Neap.quod clericus ex indicijs absq; diffamatione torqueri possit.

1 *Clericus non potest de crimine torqueri, nisi sit publicè diffamatus de crimine, & diffamatio cõstet iudici, nec indicia sufficiunt, quod declaratur n. 2. Quid practicetur in Curia Archiep. Neap. traditur n. 3. Quid practicetur in Ciuitate Mediolani traditur num. 4.*

5 *Indicia propinqua succedunt loco diffamationis.*

1 RAmaticus vot.11.n.5.firmat conclusionẽ,quod clericus nunquã torqueri potest pro crimine,de quo inquiritur, etiam si contra eum mille vrgerẽt indicia, nisi de delicto ipso sit publicè diffamatus, cuius opinionem dicit communem Diaz c. 117. Hippol.in l. quæstionis n.98.ff.de quæst. & idem Hippol. in sing.55. post Panorm. & reliquos in cap. cum in contemplatione num.6. de reg.iur. Carrer. in prax. crim. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium num.26.Viu. op.42.lib.1.Clar.§.fin.q.64.vers.sed an Clerici. Campagna in Clem.1.de vit.& honest.Cler.num.149. vnde Rebuff.in 3.tomo const.Franç.tit.de contum.gl.1.n.3.

2 dixit quod Clericus non debet torqueri nisi sit de crimine infamatus, & oportet iudici de illa infamatione constare, & Barbat. cons 47. col. 16. vol. 1. quem sequitur Boer.decis.163. num.6. & 7. voluit, quod oportet, vt prius constet de infamia, seu diffamatione, vt clericus torqueri possit. Hinc Foller. in prax. canon. crimin. cap. 31. num. 5. scripsit clericum posse torqueri si infamis sit vel diffamatus de crimine, allegat notata per DD. in cap. 1. de deposito, & ita quoque voluit Viu. opin.182. vol.1.

3 In Curia tamen Archiep. Neapolitana practicatur, quod legitimis indicijs præcedentibus, nulla diffamatione probata, clerici torquentur sicut cæteri, cuius praxis ratio reddi potest ex deductis per Granucium theoremat. iuris 18. dicens, quod si contrarium seruaretur in practica, nunquam aut rarò clerici torquerentur, cum ad probandam diffamationem, nonnulla perdifficillima requisita concurrere debeant de quibus per Clarum in fin. quæst. 7.

4 per totum. Et iuxta hanc opinionem practicari in ciuitate Mediolani testatur Boffius in sua praxi titul. de indic. numer.103. in fine, & in tit.de tort.num.5.& Corat.lib.1.comm.op.v.tortura. Vnde idem Granu. cit.theorem.& in cons.117. ex pluribus per eum ibidẽ adductis ostendit, aduersus clericos posse procedi ad tormẽta ex solis legitimis indicijs,excedentibus tamẽ arbitrariè ea,quę cõtra laicos regulariter ad quæstionem sufficiunt: Cuius opinionis ratio assignari poterit ex notabili doctrina Rolandi à Valle consil. 24. numer.20. lib.1. & in cons.3. num.6. & sequent. vol.3.

5 quod indicia duntaxat propinqua succedunt loco dif-

fa-

famationis. Et quod hæc opinio in puncto iuris sit verior tradit Ignat. Lopez in annot. ad Diaz in pract. crim. can. cap. 126. & ideo antequam clericus, vel Sacerdos torqueatur licet secundum modernam practicam, non debeat præcedere fama specialis delicti, de quo agitur, seu infamia in genere ipsius clerici, debent tamen precedere indicia grauiora, & vrgētiora, quam ea, quæ requiruntur in tortura laicorum, & ita seruari communiter in Vrbe, & statu Ecclesiastico testatur Farin. in prax. crim. tit. de indicijs, & tortura quæst. 41. sub num. 91. vbi etiam num. seq. probat huiusmodi grauiora indicia succedere loco famæ, famamque suppleri per grauitatem indiciorum.

RESOLVT. DXXX.

Clericus emittens ictum scoppittæ, qua pœna veniat puniendus.

1 *Clericus emittens ictum scoppittæ, qua pœna puniatur, si effectus non sequatur, & num. 3. & seq.*
2 *Affectus an puniatur, si non sequatur effectus, & num. 4. & seq.*
5 *Actus proximus non dicitur, si alter est magis proximus.*
6 *Pragmatica loquens de ictu scoppittæ, non habet locum in rixa, sed in casu appostato, & sic datur pœna extraordinaria. Non habet locum in persona ecclesiastica n. 7.*

1 IN Cur. Arch. Neap. fuit dubitatum, qua pœna veniret plectendus quidam clericus, qui emisit ictum scoppittæ in personam cuiusdam ministri Curiæ sæcularis, vulgo dicto *Capitan di guardia*, eundem clericum apprehendere volentis, licèt dictus Capitaneus non
2 fuerit percussus: & in fauorem clerici dicebatur primo, ex generali consuetudine Italiæ non puniri affectus, nisi sequatur effectus, Gram. in dec. 2. n. 12. & seq. Vrsil. ad Affl. dec. 21. n. 14. Thesi. in dec. 243. n. 2. & 3. Mastr. dec. Rot. Sicil. 155. in princ. quod procedit etiam statuto aliter disponente. Bal. cons. 356. vol. 1. Hippol. cōs. 51. n. 19. Farin. q. 17. n. 49. Ioseph. Lud. in dec. Perus. 80. n. 3. Item dicebatur quamuis sit sancitum per Regiam
3 prag. quod emittens ictum scoppittæ, ipso iure incurrat pœnam vitæ naturalis, siue ictus percusserit, siue non, verum tamen in præsenti casu ex pluribus termi-
4 ni pragmaticæ applicari nequibunt. Primò, quia conatus debet esse proximus, Clarus §. fi. q. 92. vers. scias. Bertaz. cons. 23. n. 10. & seq. Intrigl. sing. 236. de Ball. in prag. 41. in princ. esset enim talis in proposito casu, si quis proiecerit ictum scopittæ, & leuauerit de focone, & non de canna, & pro parte percutere volentis, nil vltra agendum remanserit, vt deueniret ad effec-
5 tum, & alias pragmatica non habet locum ex annotatis, per Mastrill. cit. dec. 155. quia non dicitur actus proximus, si alter est magis proximus. Bald. in l. non ideo minus in 4. col. C. de accus. & cons. 294. col. 2. lib. 1. cons. 256. eodem lib. Mant. cons. 48. vol. 2. num. 3. & clarius per exempla, quando dicatur actus proximus Ioseph. Fontanel. in cons. 97. num. 18. & seq. item locum
6 non habet prag. in rixa, prout hic, sed tantùm in appēsato, seu appostato: ita notat Gabr. cons. 12. Farin. cōs. 67. n. 2. lib. 1. & Bal. loc. cit. n. 1. Nec locum habet, vbi se defendendo explosit sclopetum, prout erat in præsenti casu, in quo supponebatur, quod dictus clericus id fecerat, vt patrem cum alio rixantē defenderet, ne à ministris Curiæ sæcularis apprehēderetur. Hoc enim casu de excessu nō autem de ictu, seu explosione venit puniendus. Abb. in c. significasti de hom. Afflict. const. asperitatem n. 13. & in const. si aliquem n. 6. & seq. Ce-
7 phal. cons. 462. n. 19. & seq. vol. 4. Tandem dicebatur prag. locum non habere: cum simus in persona ecclesiastica, contra quam iura temporalia statuere non possunt, vt not. ex dec. de Franch. 9.

RESOLVT. DXXXI.

Curator an debeat interesse, quando clericus minor torquetur.

1 *Minor confessus in iudicio absque curatore restituitur in integrum.*
2 *Processus factus cum minore absque curatore, est ipso iure nullus.*
3 *In Curia Archiep. Neap. seruatur, quod quando minor torquetur ad indagandam veritatem, non interuenit curator.*

1 VIdebatur, quod sic, quia minor confitens delictū sine curatore, restituitur in integrum, tamquam læsus, & confessio nihil ei præiudicat, secundum Beret. cons. 326. col. 3. & ratio est secundum Corgn. cons. 36. col. 2. 2. & ante eum Iser. in const. Reg. si quis in posterū, quia quicquid est actum cū minore, carente curatore, est nullum, & consequenter restitui debet, secūdū Loaz in repet. tit. de iust. & iure, fol. 214. §. his itaque n. 106. & vide Hipp. in leg. 1. col. 5. vers. 8. ff. de q. & ibi dicit, quod etiam si minor accusat, debet accusare cum auctoritate tutoris, cuius auctoritas debet interuenire à principio, alias non sufficeret. l. vniuersitas, C. qui tut. dar. possi. & not. C. si aduer. rem iudic. l. fin. & per Rom. cons. 50. vide Paridē de Puteo in tract. de syndicatu; fol. 115. vers. officialis posuit ad chordam, n. 13. vers. an cōfessio adulti, & Bald. cons. 260. vol. 3. in princ. aut mulier, alias cons. 310. vol. 1. in nouis impressis, vbi pulchrè in materia, Corneus cons. 198. volum. 4. Licet in hac consultatione per totum restituatur minor, etiam non probata læsione, & errore suę confessionis, Hippol. sing. 445. minor lęsus, & de intellectu l. Clarum C. de auctoritat. præstanda, vide Gulielm. in repet. cap. Raynutius, vers. si absque literis fol. 14. num. 50. de testament. & per Hippol. cons. 110. num. 21. cum seq. Bertrand. consil. 326. numer. 3. vol. 3. ibi, dicebat dominus Antonius, vide Hyppol. in pract. crim. §. nunc videndum fol. 14. num. 33. & Affl. in const. minorum iura, num. 12. Vnde Bald. in cit. cons. 310. aut mulier, 1. vol. voluit, processum factum cum
2 minore sine curatore, quod sit ipso iure nullus in criminalib. & hoc etiam si haberet minor patrem, idem Bal. in cons. 308. factum 3. vol. de quo etiam per Capp. Thos. dec. 175. apertius Biraza sing. 366. tenementi mirabilem cautelam voluit Lanfran. in c. quoniā in verb. confessiones col. 10. de probat. quod etiam cum Bal. conuenit in cons. 308. quod in criminalibus debet dari curator filiofamilias, qui habet interuenire in causa insimul cum patre, voluit etiam Hipol. in consil. 48. nu. 1. non confundetur, & n. 31. vbi etiam dicit, quod si eodem momento quo quis fuit creatus curator auctoritatem præstitit in confessione minoris, quod non præiudicat, & in cons. 130. conditor orbis nu. 21. cum seq. vbi ait, hæc procedere, etiam quod dicta cōfessio fuisset iuramento vallata, & in cons. 28. n. 12. vbi affirmat, quod minoris dictum in criminalibus est ipso iure nullum, sed quod restituatur minor, & sic cum opinione, de qua supra, sequitur Recen. post Alex. in cons. 116. in causa inquisitionis 2. col. 3. volum. qui citat Affl. & Gram. in cons. 16. in crim. licet secus videantur cōcludere Alex. in cons. 85. in fin. 5. vol. videlicet, quod restituatur minor aduersus confessionem, probata læsione summatim, de quo per Iaf. in consil. 133. col. 6. vol. 1. Conr. verò in cons. 198. licet in hac conclusione 4. vol. concordando opiniones, ait, valere confessionē minoris factā in tormentis, quādo curator præstitit auctoritatem adulto dicere veritatem, etiam quod ipse non interuenerit in ipsa confessione facta ad veritatem inueniendam, sin autem non interuenit auctoritas curatoris in aliqua parte iudicij, iudicium nullum, cum

quo videtur conuenire Aret. in l.2. §. quod obseruare C. de iuram.cal. qui citat dictam l.clarum de auctoritate præst. quod debeat interuenire curator, si est facienda interrogatio, & non quo modo minor respondere debeat.

3 In Curia tamen Archiep. Neap. secundum Nouissimum c.49. est recepta opinio Salyceti in d. l. clarum, quod non interuenit curator, quando minor torquetur, cum tortura inferatur ad indagandam veritatem, non ad solemnizandum iudicium, idem in alijs interrogationibus, quæ fiunt ad eruendam veritatem, & ita passim seruatur.

RESOLVT. DXXXII.

Clericus ordinatus ad titulum patrimonij, an teneatur bona sibi ea de causa assignata à patre in legitimam imputare.

1 *Militia empta filio per patrem, imputatur in legitimam.*
2 *Quicquid à patre quouis titulo filius consequitur, imputatur in eius legitimam.*
3 *Donatio facta à patre filio, vt peruenire possit ad habitum clericatus, est ob causam.*
4 *Contrarium respondetur.*
5 *Bona non assignata filio libera, non imputantur.*
6 *Militia clericatus in legitima filio imputatur.*

IN facti contingentia dubitationem mihi faciebant nonnulla pro opinione affirmatiua.

1 Primò, text. in l. omnimodo §. fin. C. de inoff. testam. vbi quod militia empta filio per patrem, imputatur filio in legitimam, sed ex donatione prædicta videtur acquisita filio militia clericatus, quia clericus, vel Presbyter quis fieri non potest, nisi patrimonium aliquod habeat, ne ordo sacerdotalis in vituperium, vel infamiam veniat, quod etiam est de iure cõmuni, quia non debet quis ad sacros ordines promoueri sine aliquo beneficio, vel patrimonio c. neminem, & c. seq. 70. dist. c. Episcopus de præben. Cal. in cons. 1. col. 1. in tit. de vita, & honest. cler. & vide Thes. dec. 46.

2 Secundò, quia in legitimam imputatur, quicquid à parte quouis titulo filius cõsequitur. Put. dec. 212. lib. 3. cum in liquidatione legitimæ habetur ratio omnium bonorum, & iurium hæreditatis, de Franchis in decis. 61. num. 15. & 16. Raudent. tract. de analogis c. 19. nu. 57. quod etiam procedit in filio emancipato quando esset actum expresse. Magon. decis. 84. Lud. Rom. sing. 763. quemadmodum etiã in filia, quia donata à patre tempore nuptiarum, in legitimam computare tenetur. Gail. obseruat. 91. lib. 2. num. 5.

3 Tertiò, quia talis donatio non videtur simplex, sed ob causam facta per matrem filio, vt peruenire possit ad officium clericatus, vt narratur in verbis donationis, sed donatio ob causam facto filio, imputatur ei in legitimam l. quoniam nouella C. de inoff. test. habetur in l. si quando, §. generaliter, C. eod. Alex. cons. 50. col. 7. in 3. dubio, & cons. 117. col. fin. lib. 6. latè Socin. cons. 18. & seq. lib. 4.

4 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, scilicet in legitimam nullo pacto
5 imputari posse, quia non erant bona assignata libera, vt de illis posset ad libitum disponere, quod requiritur in legitima, Crauet. cons. 136. incip. de anno per totum, sed nec de iure communi tenetur illa conferre, dicit enim Io. Faber in suo Breuiario tit. C. de collatio, & l. si emancipati num. 6. vers. ideo credo, quod presbyter non tenetur conferre illud, quod pater dedit, vel ei assignauit pro titulo susceptionis ordinum, & iuxta hanc opinionem iudicauit Polid. Ripa, vt patet in dec. 234.

6 Non obstant contraria, & primo quod per talem donationem videtur acquisita filio militia clericatus, quæ in legitimam imputatur, quia tex. in d. l. omnimodo §. fin. & ibi DD. loquuntur de militia, quæ aut in hæredes transmittitur, aut vendi potest, latè Calcan. cons. 74. col. 5. post med. & seq. iste clericatus non est huiusmodi; quia neque transmittitur ad hæredes, neque vendi potest aliquo modo.

Non obstat secundò, quod dicatur ob causam donatio, & propterea imputatur, quia respondetur, quod donatio, vt dicatur ob causam, in materia nostra, requiritur, quod illa causa habeat in se necessitatem, prout est donatio ex causa dotis, quia pater tenetur dotare filiam, prout est donatio propter nuptias, quã pater tenetur pro filio facere, secus si fiat donatio ob causam ad quam pater non tenebatur, Paul. de Cast. in l. vt liberis col. pen. in fin. C. de collat. & ibi Dec. col. fi. circa finem, & idem Dec. in auth. ex testamento, col. 4. in princ. C. eod. titul. & ibidem subdit Decius, quod in alia materia donatio ob causam dicitur quando causa respicit commodum donantis, allegat Aret. cons. 17. consideratis col. 5. sed ista donatio facta filio clericaturo, non habet causam necessariã, quia non reperiretur in iure cautum, quod cogatur pater donare filio vt clericus efficiatur, similiter ista causa non respicit commodum ipsius patris, sed filij, ergo donatio ob causam pacto aliquo dici non potest.

RESOLVT. DXXXIII.

An si clericus, pendente lite super eius debito, efficiatur Episcopus, poterit per eandem Curiam condemnari.

1 *Monachus effectus Episcopus, non desinit esse monachus, nec est solutus à tribus votis substantialibus, num. seq.*
3 *Vbi cœptum est iudicium, ibi est finiendum.*
4 *Dignitas superueniens reo, lite pendente, non eximit illum à litis cœptæ iudice.*
5 *Clericus, lite pendente, effectus Episcopus, per eandem Curiam non est condemnandus, & quare, & in similibus, num. 7.*
6 *Responsio ad contraria.*

SVpponatur in facto pro huius articuli dilucidatione, quòd quidam clericus cum esset conuentus à quodam suo creditore in Cur. Archiep. pro quadam pecuniarum quantitate, lite hac pendente, fuisset dignitatem Episcopalem assecutus, dubitatum fuit an posset pro præfato debito per eandem Curiam condemnari. Pro cuius quæsiti resolutione multa mihi videbantur consideranda.

1 Primò, id quod dicitur de monacho, qui licet efficiatur Episcopus, non tamen desinit esse monachus, ita Host. in c. clerici, il secõdo, de vita, & honest. cler. Alex. cons. 32. n. 8. vol. 1. Dec. cons. 25. n. 6. vol. 1. Alb. in cons. 17. n. 7. & seq. hinc vestes non mutat ratio sanctimonialis. c. 1. vbi Arch. Turrecrem. & cæteri DD. 23. dist. Luc. de pen. in l. 1. n. 12. C. de castr. palat. pecul. lib. 12. gl. in c. nona actione 16. q. vlt. Boer. in dec. 158. n. 4. & 5. tex. in c. pen. in fin. vbi DD. de vit. & honest. cler. Couar. in c. 1. num. 18. de testibus Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. priuil. 97. n. 10. & D. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1.

2 Nec est solutus à tribus votis substantialibus, castitate, religione, & paupertate. gl. in c. de monachis 16. q. 1. c. 1. 18. q. 1. Socin. sen. in c. cum olim, il secondo, n. 17. de priuilegijs, Couar. loco cit. Præpos. in c. nulli dubium 12. q. 5. Surd. vbi supra num. 9.

Imò non liberatur ab omnibus religionis disciplinis quæ officium suum Episcopale minimè impediunt D. Thom. loco cit. Turrecrem. in cap. carnem de consecr. dist. 5.

3 Se-

3 Secundo, quia vera est regula seu iuris conclusio, quod vbi cœptum est semel iudicium, ibi finem quoque sumere debet l.vbi cæptum ff. de iudic. latè Fel. in c.ex tenore de rescript. latissimè Ias. in l.nulli, in 1. col. circa princ. C. de iudicijs, vnde cum causa contra prefatum incepta sit agi in Cur. Archiep. igitur ibidem finiri debet, quamuis efficiatur Episcopus.

Tertiò, quia sufficere debet, quod tempore citationis potuerit pertinere iurisdictio ad Curiam Archiepiscopalem l.si quis postea ff. de iudic. & ibi omnes DD. & in l.cum quædã puella ff. de iur. omn. iud. quæ citatio continet effectum prœuentiuum gl. in clement. 2. de iudic. c. proposuisti de foro compet. Anton. Fab. in dec. fin. C. de in ius voc. & inducit litis pendentiam. gl. in c. vt debitus de appell. tex. in clem. 2. vt lite pendente, & consequenter alibi causa agitari nequit, ad dec. Affli. 325. & licèt cesset qualitas iurisdictionis, quæ litem in præfato tribunali introduxit, non debet idcirco transferri ad aliud tribunal. l. fin. C. de veteranis lib. 10. & in nostris terminis tenet, & comprobat ex multis Foller. in const. Neap. tit. de Magistro Iustitiario fol. 177. num. 27. cum multis sequentibus.

Non obstat regula cessante causa, quæ in omni actu procedit Tiraquell. in 1. par. num. 203. quia verum est, nisi ille actus produxerit effectum consumatum. l. fin. vnde lib. l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. Tiraq. latè vbi supra limit. 12. Paleaz de maioritatib. 2. par. q. 6. num. 12. & 1. par. num. 7. Gamma decis. 27. num. 5. Valasc. in dec. 57.

4 Denique contra præfatum clericum effectum Episcopum vrgebat, quod priuilegiũ, seu dignitas superueniens reo, lite pendente, non eximit illum à iudice, coram quo lis erat inchoata, ita Bartol. in l. 1. ff. de pœnis, Angelus in l. si quis postea ff. de iudic. & iuxta hãc opinionem fuisse decisum in S.C. Neap. scribit Vincẽtius de Franch. dec. 544. & pariter decisum refert Balb. in dec. 70. quibus addo tex. in l. non distinguemus §. si quis ff. de arbit. & in l. si reus ff. iudica. solui. quare cum præfata dignitas superuenit postquam lis erat inchoata in tribunali Archiep. igitur ibi finienda ex supradictis, & iuxta præfatam opinionem fuit iudicatum 13. Iunij anno 1580.

5 Cæterum quicquid sit ex supradictis contrarium consului, motus præsertim, quod iura supradicta, & rationes minime procedunt in persona tam priuilegiata vti est Episcopus, qui ob culmen honoris, & dignitatem, quæ in eius persona residet non venit in generali iurium dispositione ad text. in cap. inquisitionis de hæret. in 6. & in cap. quia periculosum de sentent. excommunic. in 6.

6 Nec obstant contraria supra adducta, quia procedunt quando solum adijcitur forus, at secus quando mutatur status, & forus prout in casu isto, quia tunc redditur omnino incapax iudex, qui prœuenit, exemplum patet in cap. Præsul. 2. quæst. 5. de eo, qui antequã effectus est Cardinalis, commisit crimen, quia gaudet quoad cognitionem dicti criminis priuilegio Cardina-
7 libus concesso. Item in milite, contra quem non agitur de crimine commisso tempore quo erat Paganus, coram primo iudice, sed coram secundo, postquam factus est miles. l. qui cum vno §. reus ff. de re militari, l. hoc accusare §. 1. in princ. ff. de accus. Oldr. cons. 4. in princ. vers. & hoc manifestè, Gabal. resolut. crimin. 147. num. 1. vsque ad 10. Et tandem de laico prœuento in foro sæculari, qui si postea clericus efficiatur, contra ipsum non procedit iudex sæcularis, sed ecclesiasticus, quia nedum mutauit forum, verum etiam statum, idcirco non erit habenda ratio fori sæcularis, in quo fuit prœuentus ab initio, & in hac resolutione perstito, salua pace tantorum iudicum.

RESOLVT. DXXXIV.

An clericus obtinens simplex beneficium, cogi possit ad faciendam residentiam in diœcesi.

1 *Clericis ab Episcopo non est prohibendum, ne discedant à diœcesi.*
2 *Clerici ex consuetudine non tenentur in beneficijs simplicibus residere.*

IN facti contingentia dicebam, quod si talis clericus non obtinebat beneficium residentiale, nõ potest cogi per Episcopum, ne à diœcesi discedat, mouebar ex notabili cons. Burcult. 29. quem sequitur Emanuel Sà in suis aphorism. Confess. verb. clericus n. 29. vbi ait, quod clericus nulli loco, aut beneficio adscriptus, non tenetur residere, & potest ire quò velit, cum Episcopi licentia, & ita refert fuisse per Sac. Congregationem declaratum, licèt quod quando reperiretur adscriptus in aliquo loco, non posset inde discedere, ait Graff. in cons. 3. de tempor. ord. lib. 2.

1 Quæ opinio, videlicet, vt non possit clericus ab Episcopo prohiberi, ne à diœcesi discedat, procederet quoque, etiam si præfatus clericus ibidẽ obtineret beneficium simplex, quoniam quamuis de iure requirat residentiam, c. pen. de clericis non resid. c. ad hoc de
2 prœbend. generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus, Abb. in c. extirpandæ §. quia vero num. 31. de præb. cum adductis per Mandos. in regulis Cancell. reg. 1. q. 13. n. 8. Cæsar de Grass. in dec. 4. num. 3. de prœbend. Farina c. in sua collect. dec. 12. & tenuit Rota in vna nullius beneficij 28. Maij 1604. coram Ludouisio, & beneficia quando dignoscantur esse simplicia vide Monal. cons. 23. vol. 1.

RESOLVT. DXXXV.

An licentia data per Episcopum clerico in certa ecclesia seruiendi, sufficiat, quod fuerit oretenus concessa.

1 *Episcopus dicitur Princeps.*
2 *Mandatum Principis non probatur nisi scriptura.*
3 *Licentia Episcopi inseruiendi ecclesiæ, sufficit vt oretenus sit data, & quare.*
4 *Ratio dispositionis potius est attendenda, quàm dispositio.*

VT clericus gaudeat fori priuilegio ex vi Concilij Tridentini sess. 23. de reform. c. 6. est necesse in non habente beneficium ecclesiasticum, quod ex mãdato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat, ibique fuerit adscriptus. Quare huius occasione sui interrogatus an præfata licentia, & mandatum sufficeret, quod fuerit oretenus facta ipsi clerico, an verò sit necesse, vt probetur in scriptis: & ratio dubitandi, quod requira-
1 tur scriptura, erat, quia Episcopus dicitur Princeps c.
2 omnes Principes, de maior. & obedientia, & Principis mandatum non probatur, nisi scriptura. l. 1. C. de mandat. Princ. gl. not. in c. 1. verbo scriptura de censibus li. 6. Monald. cons. 22. vol. 1. Artham. cons. 91. num. 6. & Rubeus cons. 93. num. 7. & sequent.

3 Cæterum, supradicta ratione non obstante contrarium consului ex pluribus.

Primò, quia licet d. Concilium cit. c. 6. videatur requirere pro forma, quòd dictus clericus degat in vniuersitate, non tamen videtur requirere pro forma li-
4 centiam Ordinarij, cum quoties degit in vniuersitate, sit in via ad maiores ordines, quę est finalis ratio d. Concilij, secundum Artham. loco cit. & ratio secundũ eundem est potius attendenda, quam ipsa dispositio, Alex. cons 129. num. 5. volum. 7. Becc. in cons. 41. n. 6. Turret. cons. 76. num. 27. vol. 1.

Tum secundò, quia quatenus dicta licentia Ordinarij esset de forma, nō tamen esset de forma illam esse obtinendam in scriptis, cum id non dicatur in d.cap.6. vnde satis erit probari per testes fuisse oretenus concessam ab Ordinario ex regula iuris quod paria sunt aliquid probari per testes, vel per scripturas l.in exercendis, C. de fide instrum. cap. in exercendis eod. tit. Natta cons.609. num.21. Surd. dec.71. n.6. Mascard. de probat. conclus.303. num.7. volum.1.Sbroz.de off. Vicarij lib.1.q.64.num.1.

Tum tertiò, quia ita declarauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super d.capite sufficere licentiam, quamuis oretenus habitam, vt gaudeat clericus fori priuilegio.

RESOLVT. DXXXVI.

Clericus quando faciat spolium.

1 *Spolia quæ sint.*
2 *Clericus bonorum ecclesiæ vsusfructuarius dicitur.*
3 *Melioramenta facta ecclesiæ de bonis ipsius, ecclesiæ cedunt, non sic de clerici bonis patrimonialibus.*
4 *Clericus vltra victum de bonis ecclesiæ expendens voluptuosè, ad restitutionem tenetur.*
5 *Facultas testandi clerico concessa non extenditur ad codicillandum, & quare.*
6 *Clericus quando spolium faciat.*

1 SPolia (vt à definitione incipiamus) sūt bona ecclesiasticæ personæ quæsita immediate, vel mediate ex bonis ecclesiasticis, & propterea ad Cameram Apostolicam spectant, vt latè per Rodoan. in tract. de spolijs q.2. & per totum, Mandos. de signat. gratiæ in tit. de licentia testand. Nauar. cons.5. de donat. & in consil.14. de regular. in antiq. Molin. disput.156. & de iure canonum clericus, quando consanguineos non habebat, succedebat Ecclesia, vt disponitur in cap.1. de successionibus ab intest.

Cuius ratio est, quia quidquid habet clericus, præsumitur acquisiuisse ex bonis Ecclesiæ cap.1. de peculio cler. latè DD. in cap.3. eod. tit. Menoch. de præsumpt. lib.3. præsump.53. Molina de ist. & iure, d. disput.147.
2 Bertach. in tractat. de Episcop. lib.4. part.4. & clericus dicitur vsufructuarius bonorum Ecclesiæ, glos. cōmuniter recepta in cap. fin. de pecul. cler. Panorm. & reliqui in cap. cū esset de testam. Guid. Pap. in decis.109.
3 quod adeo verum est, quod etiam melioramenta facta de bonis Ecclesiæ, cedūt ipsi Ecclesiæ, nec de ijs testari potest, per illum tex. in d.cap. fin. licet quando de eius bonis patrimonialibus impenderint, possset ipse, aut eius hæres repetere, vt probat text. iuncta glos. in cap. Sacerdotes 12.q.4. & adeo persona ecclesiastica dicitur vsuarius, seu potiùs vsufructuarius, quòd vltra propriū victum, id quod supereſt, debet expendere in vtilitatē Ecclesiæ, quare si expēdit voluptuosè, tene-
4 tur ad restitutionē, ita Ioā. de Lignano in clem. gratiæ de rescriptis. Fel. in cap. postulasti col.9. vers. & scias de rescript. Vnde nulla alia ratio supradictorum tradi poterit, nisi dicere, quod Nuntius Apostolicus habet intentionem fundatam, quod sint quæsita intuitu Ecclesiæ, ita Maur. allegat. 5. part 1. vnde iuxta opinionē eiusdem in alleg.15. eod. lib cum hæc materia sit odio-
5 sa, & strictè interpretanda, clerico cui fuerit concessa facultas testandi, non erit ei permissum ex vi præfatæ facultatis, post testamentum codicillare.

6 Hodie verò ex constitutione. Pij V. clericus habens beneficium non excedens valorem 24. ducatorum de Camera, non facit spolium, vt testatur Vgolin. de potest. Episc. cap.117. num.2. & Galet. in sua margarit. casuum conscient. verb. clericus num.3.

RESOLVT. DXXXVII.

Clericus an possit torqueri per laicos de mandato Episcopi.

1 *Clerici per laicos de mandato Episcopi torquentur, & quare num.2.*

RAtio dubitandi pro negatiua sententia est, nam laici verbera incutientes clericis, incidunt in censuras, etiam si hoc facerent mādante Episcopo, c. vniuersitatis de sent. excommunicat. Bald. consil.122. colum.1. Artam. consil.13.n.6. quia hujusmodi priuilegium est introductum in fauorem totius ordinis clericalis, & propterea non potest Episcopus in clericorum præiudicium renunciare, cap. contingit, vbi Panormit. & reliqui de sentent. excom. quemadmodum dicimus in Baronibus Regni, quibus competit priuilegium cum clausula abdicatiua, etiam quo ad personas miserabiles, quia nō possunt in præiudicium vnius ex vassallis, illi renunciare, vt refert decisū de Franch. decis.541. & in decis.417. sequitur Frezza de subfeud. auct.20.n.206. Cacheran.dec.78.col.1.vers.nō obstat, quod vassallus.

1 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium seruatur in praxi, quod scilicet, quando torquendus est clericus, potest id de mādato Episcopi per laicos fieri, cuius obseruantiæ ratio duplex est.

2 Prima, quia omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas. l.2. Cod. de vet. iur. enucl. cap. mulieres §.1. de sent. excommunic. Bald. consil. 159. n.6. volum.1. glos. notabilis, & communiter recepta in c.1. de reg. iur. in 6. quare regula cantat, qui per aliū facit, per seipsum facere videtur, cap. qui per alium de reg. iur. in 6.

Secunda colligitur ex doctrina Bal. in cap. decernimus col.2. num.5. vers. quæro de iud. qui asserit, posse iudicem ecclestasticum id laico committere, quia hoc casu merus videtur exequutor, nec ei delegatio facta videtur, sed nudum ministerium commissum, vt firmat quoque Panorm. in cit. cap. vniuersitatis in 3. not. n.6. de sentent. excomm. & ita de consuetudine obseruari testatur idem loco citato.

Quicquid in contrariū tenuerint glos. 1. in cap. quia iuxta §. presbyteri, il primo. 5. quæst. 6. & ibidem Archid. n.3. Anchar. col.2. num.7. vers. quid de tortura, Anton. de Butrio colum. vltim. n.13. vers. consului in cap. vt famæ de sent. excommun. Ioannes de Anan. in cap.1. col.4. num.70. de clerico percuss. & hæc, vt dixi nō obstant, quia contrariū seruatur in praxi ob supra citatas rationes. Quibus additur, & tertia ratio, quia secundum Foller. in pract. criminal. can. cap.31. rubr. tormentis mox subijciatur n.11. & Clar. in pract. crimin. §. final. q.64. vers. sed hic quæro cum non reperiātur clerici, qui birroariorum munus exercere velint, quia secundum prax. Archiepiscop. c.35. in fine id existimatur officium vilissimum, proinde sequeretur absurdum, quod delicta clericorum remanerent impunita, & de hac communi obseruantia testantur etiam Sigism. Scaccia in tractatu de iudic. caus. ciuil. criminal. & hæretical. lib.1. cap.11. sub num.41. nec non & Farin. in prax. criminal. titul. de iudicijs, & tortura quæstio.41. num.15. quam practicam minime admittendam sentit Hyron. Ceual. in commun. contra comm. q.619. num.4. & sequent. si inuenirentur clerici, qui hæc peragere vellent, sed in defectum clericorum, quod pariter sentire videtur Ignat. Lopez ad Diaz. in pract. criminal. canon. in annot. lit. E.

RE-

RESOLVT. DXXXVIII.

Clerici quando debent citari ad informandum.

1 *Citatio non est expedienda, nisi prius de delicto constet saltem præsumptiuè, num.8.*
2 *Citatio realis infamat.*
3 *Captura, vltra infamiam, damnum affert irreparabile.*
4 *Citatio ad informandum, quando non est expedienda in Reg. Neap.*
5 *Reus non est carcerandus ad simplicem accusatoris nutũ.*
6 *Iudex citans aliquem ad informandum, non seruata forma, est puniendus.*
7 *Citatio est vitiosa, si non constat de delicto.*
9 *Clerici in Curia Archiepiscop. quando carcerantur.*

TAm in Curia Archiep. Neap. quam in omnibus
1 alijs Curijs ecclesiasticis, praxis est, vt clerici non citentur, nec per ipsam Curiam expediatur citatio nisi, prius cœperit de delicto constare, quæ opinio fundatur in doctrina Ioan. And. in cap. si clericos de sentent. excom. in 6. vbi Episcopus non debet esse promptus ad citandum, tam verbaliter, quàm realiter cle-
2 ricos, cum si sit realis, infamat. Bald. in l. si clericus, C. de episc. audient. & in l. 1. C. de in integrum rest.
3 quem sequitur Castr. & Ias. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicata, captura vltra infamiam, irreparabile damnum affert, vt voluit etiam Menoch. de arb.
4 casu 67. Et contra laicos hodie in Regno citatio ad informandum, per iudicem expediri non potest, nisi visa prius diligentissimè, & per eum etiam reddita informatione, & in causis pariter magni momenti criminalibus, in quibus indicia vrgeãt pro tortura inferenda, vt patet in prag. 39. Philippus in tit. de off.
5 Iustit. & ita refert decisum Viuius decis. 121. vbi quoque dicit capturam minimè contra aliquem delinquentem relaxandam esse, ad simplicem nutum accusatoris, cum non apparentibus sufficientibus indicijs ad torturam, non posset concedi mandatum, seu licentia de capiendo, ita Archid. Io. And. Gemin. & reliqui vniformiter in cap. si clericos de sentent. excom. in 6. Bald. in l. quod euitandi in fin. C. de cond. ob turp. cau. Alex. in l. 1. num. 13. ff. de in ius voc. Carau. in ritu 39. num. 10. & sequent. Campag. in cap. Regni subditorum nostrorum, num. 95. & seq. vbi refert, hanc opinionem esse communiter ab omnibus receptam, & iudex capiens, & citans aliquem ad in-
6 formandum, non seruata suprædicta forma, puniri debet, ex notabili doctrina Baldi in l. 1. C. de his, qui lat. occid. cum alijs, quos congerit Paris. de Put. in tract. de syndic. v. captura cap. 1. num. 14. & in cap. seq. num. 13. & secundum quod refert Nellius in tractatu de bannit. in 3. part. tertij temporis, & ante eum Bal. in auth. si omnes num. 8. cap. si minor ff. ab hæred. abst. si citatio ad informandum fieret non
7 adhibita causæ cognitione, & non constito summariè de delicto, citatio ipsa foret vitiosa, & minimè valeret, & consequenter processus in præiudicium citati fabricatus, esset nullus, & iudex, secundum Soccin. in l. fideiussor §. si quis num. 5. ff. qui satisd. cog. puniri posset, sicut dicimus de Episcopo iniustè carcerante clericum, quod est excommunicatus, cap. si clericos de sentent. excommunic. quia secundum Nouissimum in praxi sua cap. 33. num. 3. debet contra
8 ipsum clericum constare de delicto, saltem præsum-
9 ptiuè, & in Cur. Archiep. Neapol. refert seruari, quod non proceditur ad carcerationem clericorũ nisi contra ipsos adsint probationes sufficientes ad condemnandum, vel saltem ad torquendum, dummodo clericus non sit suspectus de fuga, nec, si timor, quod seducat testes, & destruatur informatio, quia tunc ad finem formandi inquisitionem, habita aliquali informatione, carceratus allegat Clar: in prax. §. fin. q. 28.

RESOLVT. DXXXIX.

An clericus teneatur soluere decimam de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus.

1 *Decimæ à clericis non sunt exigendæ.*
2 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*
3 *Patrimonium clerici ab omni onere liberum esse debet.*
4 *Decima est soluenda à clerico de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus, & quare.*
5 *Decimæ de iure diuino debentur.*
6 *Res semper transit cum suo onere.*

CVm contigisset de hoc dubitari in oppido Brissiani terræ Lauri diœcesis Nolæ, & ab Episcopo mihi fuisset causa delegata, compilato coram me processu, proposi punctum prædictum, & pro opinione negatiua adducebatur primò text. in cap. nouum genus de decimis, vbi Summus Põtifex his fuit verbis vsus, Nouũ genus executionis est, vt clerici à clericis decimas exigant, cum nusquam in lege Domini hoc legamus, non enim Leuitę à leuitis decimas accepisse leguntur, vnde cum tex. loquatur generaliter, & indistinctè, vt à clericis decimæ non exigantur, consequenter debet ita decidi præsens casus, de quo verba facimus, lex enim generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. de pretio ff. de publiciana l. qui filium ff. de legat. prestan.
3 Secundo, quia præfatum clerici patrimonium debet esse alienum, ac liberum ab omni onere. Rubeus cons. 23. num. 6. Felin. in cons. 17. num. 3. & seq. & in cap. cum accessissent num. 15. de constitutionib. Graff. cons. 4. de tempor. ordin. & secundum quod scriptum reliquit Dec. in cap. non licet de preb. debet esse in proprietate, & vsufructu, non autem in vno ex prædictis, quod non esset, si esset decimis obnoxium.
4 Cæterum suprædictis minimè refragantibus, contrarium iudicaui, ex pluribus.

Primo, quia decimæ de omni fructu, & ab omnibus soluendæ sunt, c. ex parte de decimis, ex quo tex. eui-
5 denter apparet neminem excipi, & maximè cum debeantur de iure diuino cap. parochianos eod. titul. & cap. nuncios eodem, disponitur, omnes parochianos esse compellendos de omni fructu decimas persoluere, quæ dictio, omnis, includit etiam clericos arg. text. in l. Iulianus ff. de leg. 3. & in cap. omnes de maiorit. & obedientia.

Tum secundò, quia ita clerici, sicut laici percipiunt Sacramenta in ecclesia parochiali, & propterea eidem ecclesiæ decimas persoluere debent cap. ad Apostolicæ de decim.

Tum tertiò, quia apparebat, quod ante ordines receptos, soluebatur decima de præfato patrimonio per
5 huiusmodi clericum, vnde ecclesia non debet defraudari, quia res semper remanet cum sua causa, & transit cum suo onere. l. traditio ff. de acquir. rer. domin. l. alienatio ff. de contrah. empt. l. si prædium C. de euiction. l. fin. conuenit §. si fundus ff. de pignor. act. l. si debitorem. C. de distract. pignor. maxime cum tale onus soluendi decimas sit appositum rei, & non personæ, proinde cum ipsa re transit, & cum ea semper versatur, vt voluit Cepoll. de seruit. verb. præd. c. 2. n. 13. & in tit. de fenestra. cap. 62. n. 2. & in his terminis tradit Bald. in l. fin. quæst. 5. C. de contrah. emp. quem refert Afflict. in dec. 282. n. 2. quare fuit decisum in Rot. Lucen. teste Merlin. in dec. 19. quod talis res ad quemcunque transit, vadit cum suo onere, allegat tex. in l. Imperatores ff. de publicanis, de cuius materia latè Thes. in decis. 234. & iuxta prefatam opinionem censuit quoque glos. sing. in cap. tuis vers. de patrimonio de preb. & dignitatib.

Non obstant contraria; præsertim tex. in c. nouum

genus de decimis, quia respondetur, quod non procedit in patrimonialibus, in quibus arctantur ad decimas soluendas, cap.1. quæst.16. q.1.

RESOLVT. DXL.

Trina monitio, ad effectum vt clericus non incedens in habitu, & tonsurā, amittat priuilegium clericale, an hodie sit necessaria ex vi Conc. Trid.

1 *Trina monitio iudicis ecclesiastici ad fori priuilegium amittendum olim requirebatur, cum requisitis, & limitationibus, num.2. & 3.*
4 *Trina monitio ad fori priuilegium amittendum non requiritur, clerico incedente in habitu laicali, cum declaratione num.5.*
6 *Clericus dimittens habitum clericalem ad hoc, vt facilius delinquat, ecclesiastico iudici est remittendus.*
7 *Clerici in minoribus constituti incedentes quandoquidem absque habitu, & tonsura, fori priuilegiū non amittunt.*
8 *Mascardi opinio reprobatur.*

CVm in quadam causa de hoc sermonem habuissem, respondi in præfato puncto nonnullas conclusiones constituendo.

1 Prima conclusio de iure communi sacrorum Canonum, ad amittendum priuilegium fori, requirebatur trina monitio iudicis Ecclesiastici, cap. in audientia, & cap. cum contingat de sent. excommunic. latè Paris. in prax. tit. de inquisitionibus quæst.8.num.60. Triuis. in dec.48.n.16. cum seq. part.2. Anton. lib.3. variar. resolution. decis. 48. post Couarr. pract. quæst. c.32.n.2. Grat. lib.1. discept. forens. cap.190.n.11. vbi quoque addit requisita, vt præfata monitio valeat, scilicet, vt sit specialis, nominatim, & in personam facta, ita vt nec vnica, nec generalis sufficiat, secundū glos. communiter receptam in clementin.1. in verb. tertio de vita, & honest. cler. Fel. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ col. 24. in princ. vers. secundo sequeretur, de const. cum aliis, quos longa serie congerit Farinacc. cit. quæst.n.60. vsque ad 63. & de nonnullis alijs, quæ requirebantur, vt clericus fori priuilegium amittat, tradit latè Capyc. in decisione 161.

Quæ conclusio limitabatur dupliciter.

2 Primo in clerico coniugato, in quo non erat necessaria aliqua monitio, Couar. pract. quest. c.9. & 32.n.2. Clar. quæst.36. vers. hæc autem Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusat. n.42. & Farinac. cit. loco.

3 Limitatur secundo in clerico enormibus se immiscente, Clar. & Farinac. cit. locis, & Nauarr. cons.17. de priuilegijs.

Secunda sit conclusio, loquendo de iure Conc. Trid. sess.23. cap.6. in clerico, continuò incedente in habitu
4 laicali, non requiritur trina monitio, vt priuilegium fori amittat, quia per d. Concil. fuit derogatum iuri communi, ita Cuchus in instit. maioribus lib.3. tit.9. de priuileg. cler. num.66. qui testatur ita obseruari de consuetudine, Zecchius de republ. eccl. tit. de clericis, num.6. vers. amittitur autem, Nauar. consil. fin. nu.6. de priuil. Menoch. cons.912. vol.10. referens in præfatis clericis non esse faciendam præfatam monitionem. Et iuxta hanc opinionem pluries fuisse declaratū per Sacram Congregationem testatur Anton. cit. loc. n.7. & ad hoc faciunt cōstitutiones Clementis VII. & Pauli III. relatæ per Gratian. cit. loco per quas sancitum est, Clericos primę tonsuræ, carentes beneficijs priuari priuilegio fori eo ipso, quod non incedunt in habitu, & tonsura, de quibus per Menoch. loco cit. num.35. Vrsil. ad Afflict. dec.24. nu.7. & Clar. quæst.36. versic. hæc autem, quod procedit modo explicando in 3. conclusione, & non aliter.

Tertia sit conclusio declaratoria huius secundæ, vt illa tunc tantū sit vera, ac procedat, quando continuo
5 clericus incederet in habitu laicali, & consequenter esset tāta perseuerantia, vt publicè existimetur laicus, ita Farinac. cit. quæst.8.num.66. Addit. ad sum. Bullar. verb. Habitus cler. lim.3. vnde in S.C. fuit decisū, quod clericus, qui dimisso habitu clericali, homicidiū commiserat, & in actu aufugerit, sæculari habitu indutus, sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, vt refert Tapp. in constit. Regni de personis n.23. & ratio est, secundum eum, quia fuit habitum pro vero non habuisse animum dimittendi habitum, sed potius deponendi, vt commodius delictum committeret, & secundum Vrsil. in dec.24. num.7. pluries fuit decisum in eodem Consil. quod clerici in minoribus constituti, incedentes quandoquidem absque habitu, & tonsura non amitterent fori priuilegium, & ante eum voluit quoque, Gram. referens aliam decisionem in constit. de personis n. 4. vnde Bald. in l. si qua n.2. C. de Episcop. & cler. voluit quod si probetur, clericum captum sine habitu, & tonsura fuisse solitum illa deferre, gaudere priuilegio fori, vt refert quoque fuisse declaratum per per Sacram Congregationem, Antonin. citat. loc. in anno 1586. in quodam clerico cum armis deprehenso sine habitu, & tonsura: & idem, secundum eundem, si clericus non deferret tempore delicti commissi habitum, & tonsuram, sed postea reassumpserit: quicquid voluerit Mascardus de probatio. conclus. 122. volens denegandam remissionem, si denudato capite clerici, cognouerit iudex non deferre tonsuram, quia, vt dixi, requiritur perseuerātia, cum posset contingere, quod ob iustas, ac legitimas causas illum deseruisset, præsertim in eo, qui ex iusta causa timoris, habitum clericalem postposuerit, cap. clerici, de vi. & honest. cler. Item si ratione paupertatis illum gestare non valeret, ex Imol. in clementin. 2. eod. titul. Et tandem in eo, qui nequiret tonsuram deferre propter infirmitatem, Cappell. Tholos. in dec.104.

RESOLVT. DXLI.

Clericus non habens requisita Concilij, ad effectum, vt frui possit fori priuilegio, an gaudeat priuilegio canonis.

1 *Clericus, non incedens in habitu, & tonsura, an possit declinare iurisdictionem iudicis sæcularis.*
2 *Quid si esset beneficiatus.*
3 *Clericus non incedens in habitu, & tonsura, potest cognosci ab eius Episcopo, & gaudet etiam priuilegio canonis, & num. 5. & 7. vbi contrarium tenentes reprobantur.*
4 *Regularis apostata à quo iudice puniri possit.*
6 *Priuatio vnius priuilegij, non extenditur ad aliud.*

1 EX decreto Concil. Trident. sess.21. de refor. cap.6. clerici fori priuilegio non gaudent, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, nisi beneficium ecclesiasticū habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur; & ita tradunt, & confirmant Guttierez de iuram. confir. par. 2. cap.17. n.12 Paz 2. tom. suæ praxis prælud. 2. num.6. Garzia de beneficijs part.2. cap. 2. num.3. & seq. Henriq. consil.91. num.6. Mastrill. decis. Rotæ Siciliæ 104. quamuis non sit necesse, vt supradicta copulatiuè
2 concurrant, secundum quod voluit Guttierez lib.1. pract. quæstio. q.7. quoniam habens beneficium ecclesiasticum gaudet priuilegio fori, esto, quòd habitum, & tonsuram clericalem non deferat, quia secundum eundem, hoc solùm requiritur in clerico primæ tonsuræ,

suræ,vel minoribus ordinibus insignito,non habente beneficium ecclesiasticum, vt patet apertè ex dictione,aut eiusdem Conc.quæ est dictio disiunctiua, & sic pluries decisum fuit, de Ponte consil. 24. volum. 1. & alij.

3 Et licèt omnibus supradictis requisitis clericus carens non gaudeat priuilegio fori, & ideo nō posset declinare iurisdictionem iudicis laici,vt colligitur ex decreto eiusdem Conc.Attamen est citra cōtrouersiam, vt possit Episcopus contra dictum clericū delinquentem procedere, enmque punire vt censuit Sacra Congreg. super d.c.6. per verba videlicet, *Licet autem huiusmodi clerici in minoribus forum iudicis sæcularis seu laici declinare non possint ex hoc decreto, tamen Congregatio respondit,istud decretum non obstare Episcopo,quominus iure suo in huiusmodi clericos delinquentes, si adhuc clerici permanent,possit animaduertere.*

4 Sic etiam à simili dicitur de regulari, qui etiam si apostatauerit, & atrocius deliquerit, licet perdat priuilegium fori,non propterea iudex ecclesiasticus perdit iurisdictionem suam in eum, & locus erit præuentioni,vt refert decisum Triuisan. dec.48.lib.2.per tex. qui communiter ad hoc allegari solet in capit. 1. de apostatis.

5 Quare respondendo ad casum propositum, dico, quod quamuis clerici primæ tonsuræ, seu minorum ordinum,non habentes beneficia,aut alias qualitates, de quibus ibi, priuarentur fori priuilegio ex decreto Conc. non tamen sunt priuati priuilegio canonis, si quis suadente diabolo 17.q.4. vt censuit Sacra Cong. super d. cap.6. per verba, videlicet, *Clerici, qui in hoc decreto Conc. priuilegio frui priuantur, priuilegio tamen canonis non intelliguntur priuati*, Gonzalez ad regul. mensium gl.5.§.5. num.7.

6 Quæ decisio sanctissima videtur,tum quod priuatio vti pœnalis, & odiosa non est extendenda, cap. odia de reg.iur. in 6. l. cum quidam ff.de liber.& posthum. tum etiam, quia non intelligitur,nisi in casibus à iure expressis glos.communiter recepta in cap.fin.de iurepatron. Item, quia ex diuersis pœnis non fit illatio l. Papinianus ff. de minoribus. Tum denique, quoniam iuxta opinionem Alexand. de Neuo, priuilegium fori facilius amittitur, quam priuilegium canonis, vt voluit quoque Triuis.in cit.dec.48.par.2.

7 Ex quibus omnibus,secundum Garz. de benefic. p. 2.cap.2.nu.20. conuincitur opinio Felician. de Solis, qui in lib.2.de censibus cap.vlt.n.14. voluit, clericum in minoribus, non habentem ecclesiasticum beneficium, iure nouissimo Conc. non gaudere priuilegio canonis, nam eum impugnant Gonzales, & Garz. cit. locis,nec non hanc sententiam tenere videtur,Rodriquez in summa tom.1.cap.80. num.17.

Finis tituli Praxis Clericorum.

PRAXIS VISITATIONIS.

RESOLVT. DXLII.

An Curatus in ecclesijs Monachorum visitari possit ab Episcopo.

1 *Curatus potest visitari ab Episcopo in ecclesia regularium.*
2 *Cura animarum commissa est Episcopis à Deo.*
3 *Episcopus de iure potest Curatum in beneficio vnito monasterio constituere.*

1 IVdicaui in quadam causa mihi delegata, potuisse quendam Episcopum visitare Curatum in ecclesia Regularium, & mouebar ex infrascriptis.

Primò, quia cura animarum præcipuè fuit cōmissa Episcopis à Deo, cui sunt rationem reddituri,cap.Ephesis 43. dist.& disponitur in Concil.Trident.sess.7.cap.1. de reform. & propterea vnio de beneficio curato non præiudicat Ordinario in ijs, quæ pertinent ad temporalem iurisdictionem, & curam animarum cap.2. vbi Abb.de relig.domib.cap.pastoralis de priuilegijs,vbi Inn.n.4.refert Episcopum in istis ecclesijs habere omnem iurisdictionem, quoniam vnicuique Episcopo semper intelligitur reseruata iurisdictio, alias confunderetur ordo cap. peruenit 11.quæst.1.

3 Tum secundò,quia Episcopus de iure potest curatū in beneficio vnito monasterio constituere,nec Monachi eum amouere poterunt. glos. & Doctores per illum tex.in cap.1.de Cappellis monachorum,& Conc. Trid.sess.25. de regularibus cap.11.

Vnde Conc.loc.cit.censuit personas, tā regulares, quā sæculares huiusmodi curam animarum exercentes,subesse immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorū administrationem pertinēt iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi illam peragunt, vt refert Thesaur.for. Ecclesiæ c.18. num.105.Anton.lib.variar.resolut.cap.18. & in princ. & fuisse declaratū per Sacram Congregationem Illustriss. refert Grillenzon. in cons.32. & traditur in eodē Concil. sess.7.de reform.cap.7. & seq. & consonat decisio Sacræ Congregationis, teste Illustrissimo Seraphino in dec.mox citanda, qua continetur personas, & locum visitare posse in ijs,quæ curam respiciunt,nā hoc, vt subdit idem Seraphin. quodammodo venit in consequentiam visitationis personarum,vt inquiratur quomodo conseruetur Sanctissimum Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta, quod circa visionem ecclesiæ fieri non potest.

Limita supradicta dupliciter.

Et primò,quādo constaret de aliqua præscriptione, quoniam cum iura parochialia sint præscriptibilia,ad text.in c.auditis de præscriptionibus,merito non posset visitare,alias si de præscriptione non appareret,tūc manutenendus esset Episcopus, cum habeat iuris cōmunis assistentiam ad tex.in c.cum personæ,de priuil. in 6.& fuit in Rot. resolutum in vna Valentina de Xatiua 13. Ianuarij 1590. coram Bubalo: neque obstat dec.Rotæ in causa Piscien.iurisdictionis 15.Iunij 1591. coram Illustris.Card.Platto,quia respondet Seraphin. in decis. 1067. quod ibi constabat de exemptione.

Limita secūdo in ijs locis,in quibus Abbates,& alij superiores regularium iurisdictionem etiam temporalem in parochianos habent,quia tūc iurisdictio censetur attributa Episcopo cumulatiuè cū Abbate,vt fuit resolutum in vna Ciuitaten.iurisdictionis 11. Februarij 1594.coram Seraphino in cit.dec. 1067. bene tamē est verum, quod decreta Ordinarij prævalebunt, vbi datur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas. Rota in vna Bononien. iurisdict. 20. Octobris coram Penia.

RESOLVT. DXLIII.

An Capitulum, Sede vacante possit visitare.

1 *Visitatio est actus iurisdictionis Episcopalis.*
2 *Capitulum potest visitare ecclesias subiectas Episcopatui.*

1 CVm visitatio sit actus iurisdictionis Episcopalis, cap.conquerente de off.Ordinarij,vnde Seraph. in dec.

in dec.615.n.2. ait, quod dependet ab ordinaria iurisdictione, c.1.§. hanc autem de censibus in 6. Socin. de visitat.n.4. vers. decimo quæro, vt fuit resolutum in Rota in vna Legionen. iurisdictionis 1.Iun. 1580. corã eodem, & est dec.475.num.1. consequenter tatendum est in ius visitandi succedere Capitulum, & propterea gl. in clement. 1. §.propter quod,in verb. Capitulum,
2 de hæret. scriptum reliquit,Capitulum posse visitare Ecclesias subiectas Episcopatui, & exigere procurationes debitas ratione visitationis.

Quam opinionem sequuntur vnaniniter DD. præsertim Archid. in cap. si Episcopus num.2. de supplenda negligentia prælator. in 6. Vbald. in cons. 29.n.16. Bald. in c. cum olim in 1. not. de maior. & obedient. Feder. de Senis cons.16. num. 1. Pauin. de potest. cap. sede vacante quæst.7. princ. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Burgentin. iuris visitandi 1. Iunij 1588. coram Orano,vbi agebatur de visitando monasterio monialium non exempto à iurisdictione Episcopi,& fuit dictum, Capitulum Sede vacante, illud visitare posse.

Ampliatur supradicta conclusio,vt procedat etiam, quando Sedes Episcopalis quasi vacat, vt puta Episcopo ab hostibus, vel Paganis capto,vt fuit dictum in eadem Burgen.10. Mart.1597. coram Orano,per tex. in cap. si Episcopus de suppl.negligent. Prælatorum lib.6. Limita in Vicario Capituli Sede vacante,vt visitare non possit absque speciali concessione gl.& Doct. in d.clem.1. vers.Capituli de hæret.Gemin.& Franch. in cap. licet de offic. vicar. in 6.Rebuff.in prax.benef. tit. forma vicar.Archiep.n.100. Sbroz. de vicar. episc. lib.2.q.120.n.5.

RESOLVT. DXLIV.

Rationes administrationis Ecclesiarum: seu locorum piorum, an possit Episcopus pluries in anno exigere.

1 *Episcopus potest per modum visitationis pluries in anno exigere rationes administrationis.*
2 *Limita primo, quando Episcopo constiterit rationes dolosè redditas fuisse.*
3 *Limita secundo, quando redditio non fuit finalis,ac plena cum restitutione reliquorum.*

1 IN Conc. Trident. sess.22.c.9. de reform. disponitur administratores, tam ecclesiasticos, quam laicos, quorumcunque piorum locorum singulis annis teneri reddere rationem administrationis Ordinario cõsuetudinibus, & priuilegijs quibuscunque in contrarium sublatis, quare in causa mihi delegata ab Episcopo Castellanetæ dubitabatur an præfatus Episcopus potuisset per modum visitationis pluries in anno exigere rationes administrationis à laicis, & contra Episcopũ dubitationem faciebat regula illa, quod ratio semel reddita, non est amplius reddenda c. 1. vbi Ancharan. & DD. de cler. ægrot.lib.6. Alexander cons.322.vol.2. Rot.Gen. decis.24. & 176.n.17. vnde cum sit facta administrationis redditæ specificatio ad omnia eiusdem naturæ administrata refertur. l.emptor,§. Lucius, vbi Bartol.ff. de pact. & cũ semel placuerit Episcopo præfatos administratores liberare,sequitur non posse de nouo illos cogere, qui enim apocham, scripturamve aliquam,etiam priuatam semel redditæ rationis ostenderit,vlterius eas reddere minimè cogitur, l. semel, C. de apoch.publ. vbi Bartol.lib.10. voluit Card. in clem. 2.§.illi,quæst.8. de relig. domibus,& stante dicta liberatione, non debent amplius molestari, Corn. in cons. 62.vol.4. Borel.cons.18.vol.1. cum solemnis liberatio præsumatur.

Cuius conclusionis ratio est, quia si liberatione administrationis facta semper,& indistincte,ac sine læsionis probatione haberet locum reuisio computorum, nullus certè esset vnquam litium, aut computorum finis,sed semper post vnam visuram, & liberationem,visura alia succederet,quod,cum sine euidenti læsione, sit satis obsonum,consequens est dictos administratores non posse molestari, natura enim liberationis est, vt ad omnia extẽdatur,Ruin.cons.25.n.9.vol.2. Cefal. cons.39. nu. 24.& in cons.191.vol.2. & quod administrator reddita semel ratione non possit amplius cogi ad illam reddendam de nouo, nisi probetur administratoris verus dolus, fuit resolutum in Rota Rom. in vna Bononien. administrationis 10.Iunij 1611. coram Sacrato,vt patet in decis.334. in recollectis, per Farinac.impres.post.2.volum.consil.

2 Limitaui suprapositam conclusionem non procedere primo quando Episcopo constiterit rationes dolosè redditas fuisse, tunc enim administratores possent cogi ad iterum reddendum, ita DD. in l.1.C. de errore cal. Castrens. cons.342.col.2.lib.1. Anchar. cons. 331. quos secuti sunt Iason.cons.219.n. 2.& consil.14. col. 3.lib.3 Soc.sen.cons.159.col.3.& cons.190. col.3. lib. 2. qui fusissimè scribit, quod vbi argui potest dolus,& fraus in iam calculatis,ac redditis rationibus;esse iterum calculandas, idem responderunt Neuiz. cons.94. in fin.Rol. à Valle cons.49.n.61.lib.1. Hac tamen in re obseruandum erit, hunc errorem dolosum, esse clarius, atque perspicuis probationibus detegendum ita in specie respondit Dec. cons. 94. n. 4. vers. non obstat idem in l.1.n.8.in fin.C. de erro. calculi, Crauet. cons. 43. & consil.198.n.3. & ita dictum fuit in Rota in vna Prænestina compromissi seu administrationis 10. Maij 1574. coram Seraphino,vt in decis. eiusdem 230. & in vna Bonon. Redditionis rationis 17. Februar. 1606. coram Pænia, vt in decis.224.nu. 5. in impres. post 2. volum.cons. Farinac.& non sufficiet probare dolum præsumptum, sed opus erit dolum verum demonstrare, quod sentit Soc. sen.consil.92. lib. 4.& [Roland. d. cons.49.num.22.25.

3 Limitaui secundo,vt Episcopus possit pluries in anno exigere rationes administrationis a dictis administratoribus, quando redditio non fuit finalis,& plena, cum restitutione reliquorum Franc. in c.vn. §.præsenti in fin.n.5. vers. quod si coadiutor de cler. ægrot.lib. 6. cum declarationibus,de quibus per Menoch. de arbitr.iudic.cas.209. in fin.n.38.lib.2. centur.3.Gratian. decisio. Rotæ March.188.n.fin.

RESOLVT. DXLV.

An liber visitationum inducat plenam probationem.

1 *Liber visitationis inducit plenam probationem.*

CVm notario in ijs,quæ ad eius pertinent officium, credatur, ad tex. in cap. cum ad audientiam,& cap. cum parati, & ibi Doctores de præscriptionibus consequens est,vt liber visitationis ab eo conscriptus, inducat quoque plenamprobationem,prout ita arguit Pauin. de visitat q.4.n. 24.& 34. vnde Antonin. lib.1. variar.resolution.110. infert, quod notarius visitationis vti iuratus in principio sui officij æquiualet duob. testibus,glos. & DD. in cap. quoniam contra de probation. & latè Abb. in citato cap. ad audientiam, & ei esse credendum ratione officij publici, quod gerit, testatur Menoch. de arbitr.iudic.lib.2.cent.6.cas.539. n.2. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota Roman.14. Decembris 1551. coram Vestano, teste Caputaquen. in dec.158.p.2. cuius verba sunt videlicet, *Libri visitationum Episcopi, quo ad visitationem personarum, Sacramentorum,& aliorum pertinentium ad officium visitantis plenè probant.*

Quare

Quare cum fuiſſet mihi cauſa hæc delegata ab Archiep. Reatino, & inter cætera dubitabatur, an ex quo in libro viſitationis euidenter apparebat quendam Preſbyterum ſatisfeciſſe oneri Miſſarum, quod ipſi incumbebat pro eius beneficio, dixi non poſſe in dubiũ refricari contra præfatum presbyterum, ex quo eius iuſtitia conſtabat ex dicto libro viſitationis. Liber enim viſitationis, vti productus à publico archiuio Cur. Archiep. plenam inducit probationem, & fides ei adhibenda erit, gloſ. in cap. ad audientiam in verb. cenſualem de præſcriptionibus, vbi Abb. num. 10. Rot. diuerſ. in deciſ. 189. num. 5. part. 1. Balb. in deciſ. 729. Cranet. conſ. 158. n. 4. & 5. Caual. in deciſ. 30. num. 50. par. 2. Rota diuerſ. in dec. 340. nu. 1. part. 2. Maſcard. de probation. concluſ. 316. num. 4. & ſequent. & concl. 799. num. 12. Caualc. in deciſ. 12. num. 23. & in deciſ. 24. num. 8. part. 2.

RESOLVT. DXLVI.

Epiſcopus in viſitatione, an aliquid capere poſſit.

1 *Epiſcopi nec quiſquam ſuorum poſſunt aliquid accipere pro viſitatione.*
2 *Non licet Epiſcopis etiam recipere exculenta, & poculenta ad domum portanda.*
3 *Epiſcopi dum eorum munus exercent, non exigunt à diœceſanis impenſam.*
4 *Notarius in viſitatione nec aliquid recipit etiam pro præſentatione bullarum.*

1 IVxta diſpoſitionem Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. nec Epiſcopi, nec quiſquam ſuorum poſſunt aliquid accipere procurationis cauſa, pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod pro relictis pijs iure debetur, nec munus, aut pecuniam, aut aliud quodcunque ſit, etiam qualitercunq; offeratur, non obſtante conſuetudine, etiam immemorabili, exceptis victualibus, quę erunt miniſtrãda frugaliter, & moderatè pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra; ita vt in opinione eorum, qui viſitantur, ſoluere, id quod conſuetum in certa pecunia taxata, vel miniſtrare victualia, vnde quamuis vno anno elegerint præſtare in pecunia; non tamen poterunt cogi perſeuerare ſingulis annis, cum in hoc permittatur variatio, ex quo enim exigitur à volentibus dare pecuniam loco victualium, ergo non poterunt compelli, quod etiam erit in ſucceſſoribus, qui non ligantur facto prædeceſſorum. Gemin. & alij in c. felicis de cenſib. in 6. ita vt fragmenta, quæ remanent in mẽſa, tam viſitantis, quàm familiarium ſuorum, ſint eroganda pauperibus loci, qui viſitatur. Doctor. in clement. 2. de cenſibus. Soc. de viſitatione lib. 10. q. 1.

2 Ita, vt neque liceat recipere exculenta, & poculenta ad domum portanda, ſed tantum in menſa eiuſdem loci. Gemin. in cap. 1. §. procurationes n. 7. de cenſib. in 6. prax. Archiep. cap. 21. ſub num. 13. in illis autem locis, vbi adeſt conſuetudo, quod neque victualia, neque pecunia, nec aliud quicquam viſitatoribus ſoluatur, ſeruanda erit ſub pœnis, de quibus in cap. exigit de cenſibus in 6. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. in fin. de reform.

3 Et ratio eſt, quia epiſcopi dum eorum munus exercent, non exigunt à diœceſanis impenſam Abb. in cap. cum ſit de ſimon. dummodo non eant ad conſecrandum Eccleſiam. Butr. in cap. propoſuiſti de conſecratio. eccleſ. Mandoſ. conſil. 8. in fine num. 13. & latè de Epiſcopis viſitantibus, vel Archiepiſcopis, quando recipiant alimenta. Abb. in cap. procurationes 23. n. 4. de cenſibus, Doct. in c. cum nuper, & cap. ſopitæ, eod. tit. Surd. de aliment. quæſt. 64. titul. 1. & q. 22. tit. 4. & quæſt. 25. & 26. eod. tit.

4 Nec notarius in viſitatione aliquid recipit, etiam pro præſentatione bullarum, pro Ordinarij decretis, & actis viſitationis, quando habet ſalarium de publico, nam alias pro labore accipit, Franc. in cap. 1. §. procurationes de cenſib. in 6. quia ibi prohibetur recipi pro viſitatione, non pro labore. Soccin. de viſit. lib. 11. q. 4. num. 34. verſ. & hoc verum. Nauarr. conſil. de cenſib. dummodo conſuetudo non ſit in contrariũ. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 3. de reſor. vbi videtur verius eſſe, quod neque pro viſitatione, aut quouis nomine aliquid ſoluatur.

RESOLVT. DXLVII.

An Epiſcopus in viſitatione teneatur adhibere conſenſum eorum, quos ſibi pro viſitatione facienda adiunxerit.

1 *Epiſcopus non tenetur adhibere conſilium, vel conſenſum eorum, quos ſibi pro viſitatione facienda adiunxerit.*

SVpponatur in facto, Archiepiſcopum Neapol. pro viſitatione facienda elegiſſe nonnullos Canonicos, qui ſibi aſſiſterent, vt in dubijs vertentibus in cauſis eiuſdem viſitationis de iure reſponderent, quare fuit dubitatum an præfatus Archiepiſcopus teneatur illorum conſenſum ſequi, ſeu adhibere, & dubitationem faciebat tex. in l. Titium ff. de adminiſtratione tutorum, vbi qui tenetur facere aliquid cum conſilio, ſeu conſenſu alterius, tenetur eum requirere, & ipſius conſenſum ſequi, vnde in cap. vnico §. 1. & ſeq. ne ſed. vacante in 6. dicitur, quod collatione ſpectante ad Epiſcopum de conſilio vel aſſenſu Capituli, illo exiſtente inhabili, niſi ſit in mora, non conferre Capitulum, & in §. final. diſponitur, quod habens conferre cum conſilio Epiſcopi ſine illo conferet, morte, & remota abſentia interueniente.

1 Cæterum ſupradictis minimè refragantibus, cõtrarium conſului cuidam Epiſcopo, id mihi petẽti, & motus fui ex deciſ. Rotæ in vna Illarden. viſitationis 13. Nouembris 1602. coram Iuſto, vbi fuit dictum, quod licèt Epiſcopus ex propria voluntate aliquos ſibi adiunxerit pro viſitatione facienda, vt ſibi permittitur à Conc. Trident. ſeſſ. 6. c. 4. vel etiam vigore concordiæ inter ipſum, & Capitulum etiam à Sede Apoſtolica cõfirmatæ, vt habeat viſitare cum aliquibus Canonicis aſſiſtentibus eligendis à capitulo. nõ propterea tenetur adhibere conſilium, vel conſenſum prædictorũ.

Non obſtant contraria, quia procedunt, & locum obtinent, quando ille, qui tenetur facere cum conſilio alterius, eſſet particeps officii, tunc enim quidquid ageret, eſſet ipſo iure nullum, niſi ipſum conſilium ſequeretur.

RESOLVT. DXLVIII.

An decreta Concil. Tridentin. loquentia de Ordinarijs, comprehendant habentes iura Epiſcoporum.

1 *Appellatione Epiſcoporum non veniunt iura, & priuilegia Epiſcopalia.*
2 *Materia viſitationis eſt etiã ipſis inferioribus adaptabilis.*
3 *Locorum Ordinarij eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas, auctoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare tenentur.*

1 DVbitationem faciebat pro opinione negatiua. Primò, quia appellatione Epiſcoporum non veniunt iura Epiſcopalia, & priuilegia habentes, ſecundum Roland. conſ. 29. n. 7. vol. 1. Artam. conſ. 18. n. 4.

Secundo, quia Conc. Trident. ſeſſ. 25. de regularibus c. 11. de Epiſcopis, & non de Ordinarijs loquitur.

Cæte-

Cæterum contrarium dixi, motus ex pluribus.

2 Tum primo, quia materia visitationis est etiam ipsis inferioribus adaptabilis, ad tradita per Ioan. Monac. post glos. in cap. Ordinarij, il primo num. 1. & 2. Franc. num. 3. Gemin. n. 5. de offic. Ordinar. lib. 6. Abb. in cap. post cessionem in 1. not. quem sequuntur ibi Aret. Fel. & Dec. de probat.

3 Tum secundo, quia ita pluries censuit Rot. Romana præsertim in vna Piscien. seu nullius iurisdictionis 16. Decem. 1593. coram Gipsio, vt patet in dec. 798. in recollectis per Farinac. in nouiter nouiss. & iterum in vna Salamantin. iurisdictionis 3. Octob. 1579. coram Seraphino, in quibus fuit dictum, quod Concil. in c. 8. sess. 7. disponens, quod locorum Ordinarij ecclesias quascunque quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, habet locum etiam in inferioribus.

Non obstat contraria, præsertim Concilij Trident. sess. 25. c. 11. quia respondetur, vt debeat interpretati, ex alijs decretis in quibus sancta Synod. loquendo de Ordinarijs, intellexit etiam de inferioribus, cum vna lex declaret aliam, nec sit cõueniens, vt vna, & eadem res diuerso iure censeatur ad l. eum, qui ædes de vsucap. & in citat. dec. 798. in specie respondetur non obscure, quod Conc. Trid. d. c. 11. sess. 25. expresse loquatur de Episcopo, quia non propterea excludũtur alij Ordinarij inferiores. Hinc etiam in eadem Rota in vna Burgen. iurisdictionis 16. Decemb. 1594. coram Orano decisum fuit, quod cognitio causarum criminalium, & matrimonialium, quæ iuxta decretum Concilij Tridentin. sess. 24. de reform. c. 20. ad ipsum Episcopum spectat, illam competere Abbati habenti iura Episcopalia, vt in dec. 100. in recollectis per Farinac. impressis, post primum volumen Consiliorum.

Finis Tituli Praxis visitationis.

PRAXIS REGVLARIVM TAM virorum, quam mulierum.

RESOLVT. DXLIX.

Bulla Clement. VIII. prohibens Monialibus facere donationes, quo casu locum non habeat.

1 *Prohibita donatione per aliquod statutum, seu constitutionem, non intelligitur prohibita donatio remuneratoria, redditur ratio.*

2 *Appellatione donationis non venit illa, quæ fit ex causa remunerationis.*

IN facti contingentia dixi, in nullam pœnam incurrisse quendam ob prætensa munera contra formam constitutionis felicis recordationis Clement. VIII. quia constabat euidenter illa fuisse data benefactoribus præfati Monasterij, præsertim Ad-
1 cuoatis, Procuratoribus, ac Protectoribus, quare succedit regula iuris quod donatio remuneratoria non comprehenditur sub prohibitione, seu statuto prohibente quibusdam donare, vt latissimè per Iason. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. post Alexand. conf. 43. col. 6. in fine num. 31. vers. non obstat, quod statutum volum. 4. & secundum Alban. in consil. 22. volum. 1. appellatione donationis non venit illa, quæ fit ex causa
2 remunerationis, quia, vt voluit Abb. in rubr. de donat. dicitur potius compensatio, quam vera donatio, & ita tenuit Rota in vna Vsellen. spoliorum 13. Februarij 1609. & in specie constitutionis Clem. III. de qua agimus nouissimè ita concludit Roderic. quæst. regular. 47. artic. 6. part. 2. ex adductis per Nauar. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. n. 25. commun. 2. vers. duodecimo infertur de regular.

RESOLVT. DL.

Donata per aliquem Monasterio ante ingressum, an si post ingressum recesserit, possint repeti doneta.

1 *Cessante causa propter quam fit donatio, cessat donatio, & num. 3. Amplia num. 2.*

4 *Donatio facta Ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingressus, habet tacitam conditionem, si ingressus ibi perseuerauerit.*

DVbitatum fuit in Curia Archiep. circa supradictum articulum, nunquid dicta donatio cesset, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quia ex quo supradicta donatio videtur facta ob ingressũ Monasterij, vt colligitur ex proœmio donationis, quod denotat causam finalem, Aymon cõsil. 192. ad fin. vltra quod etiam in instrumento donationis dicitur, quod donat, quia intendit ingredi in religionẽ,
1 quare ipso recedente, videtur cessare causa donationis, & esse locum reuocationi, ob causam non sequu-
2 tam. Ita in specie donationis ob causam ingressus cõcludit Natta consil. 180. n. 5. vers. quod etiam sine aliquo pacto, Dec. conf. 86. viso puncto col. 5. n. 5. vers. & ita donatio. Soc. cons. 183. eleganter n. 3. col. 3. vers. postremo, quia ampliat, maximè quando sumus in donatione magna, vt est ista, de qua agimus, cum non sit verisimile, quod donasset, si vellet recedere, & in sæculo remanere, Ruyn. consil. 204. lib. 1. idem voluit Beccius cons. 74. n. 11. vers. quibus tamen non refragantib. Curt. iun. cons. 141. habita diligenti col. 4. n. 13. Cagnol. in l. 1. nu. 37. de orig. iur. Iason. cons. 103. alias 104. col. 2. lib. 2. Rebuff. de priuileg. schol. q. 163. vbi loquitur in donatione facta à scholari discessuro a studio, & applicat ad religiosum, qui egreditur à religione, Aym. cons. 877. nu. 3. vers. 2. lib. 5. Addit. ad Dec. cons. 31. in verb. arbitror, Tiraquell. in tract. cess. caus. num. 232. part. 1. vers. renunciationis.

3 Et in specie, quod donatio censetur reuocata ob defectum causæ, facit tex. in l. Senatus §. nec dubitauere, l. 3. & ibi glos. Bart. & Paul. de Cast. l. si mortis causa, la seconda ff. de donat. cau. mort. Dec. conf. 86. nu. 5. facit regul. cum cessante de appell. Cacher. dec. 121. Gratian. decis. 42. Balbus decis. 124.

4 Supradictis accedat, quod omnis donatio facta Ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem, vt duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis, l. vnica §. cum autem C. de rei vxoria act. & l. nuper de dote post diuort. restit. & sic clerico recedente quocunque modo, restituitur ei suum, & idem in Monacho, vt illa transferat secundo Monasterio, ad quod transit.

RESOLVT. DLI.

Monialis ob quam infirmitatem potest à Monasterio exire.

1 *Sanctimonialis post professionem non potest exire à monasterio, nisi graui ex causa.*

2 *Ob quas causas, & rationes potest exire.*

CVm in Ciuitate Nolæ, eiusque territorio in anno 1599. & 1600. aquæ adeo excreuerint, & aeris putred nem induxerint, vt ex hoc in dies incolæ decederent: quare consultus ego ab illius ciuitatis vigilãtissimo Pastore, & mitæ sanctitatis Fabritio Gallo, an supra-

supradicta dici potuisset legitima causa cõcedendi licentiam Monialibus à monasterijs exire, & dicebam ego de hoc esse tex. expresum in c.vnico de statu regul. in 6. vbi prohibetur moniales id facere absque causis ab Episcopo approbatis, cuius text. decis. renouatur hodie in Conc. Trident. sess. 25. de regular. cap. 5. vbi in proposito additur, Nemini autẽ sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiã
1 ad breue tempus, quocunque prætextu, nisi ex causa legitima ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & priuilegijs nõ obstãtibus. Quod quidẽ pariter reperitur ordinatum in Regula Beatæ Brigidæ lib. 6. cap. 8. ibi, *Nulli enim post introitũ suum licebit de monasterij claustris exire*: idque fit, vt quietius Deo valeãt inseruire, nam vagatio spiritus relaxationem inducit. Et Pius V. per suã Bullam incip. Circa pastoralis, editã 4. Calend. Iunij anni 1566. renouauit dec. istius tex. & præfatum decretum Conc. Tridentin. & statuit, vt
2 nulla alia causa, vel occasione, nisi magni incendij, vel infirmitatis lepræ, vel epidimiæ moniales à monasterio exire possint, eaque infirmitatis causa prius per Episcopũ, seu aliũ Ordinarium loci cognita, & expressè in scriptis approbata sit. Et ita quoque referunt Nauarr. in cap. statuimus 19. q. 3. Medices in summa peccatorum part. 2. tit. 9. q. 78. n. 130. Guttierez lib. 1. can. quæst. cap. 14. n. 1. Fuscus lib. 2. de visitat. cap. 18. n. 17. Felician. de censur. tit. de excomunicat. cap. 14. vers. quoniam Sacrũ Concilium, Bollus in œconomica canon. clasis. 3. cap. 4. n. 10. &. Zenedus in collect. 31. p. 3. Quare cum in casu de quo agebatur, aderat causa præsertim vna principalior ex his quæ in eadem Bulla enumerantur, propterea dicebam licere eidem Episcopo supradictam facultatem monialibus concedere, eo magis, quod eramus in dicto casu epidimiæ, vt consuluit quoque Nauarr. cons. 70. n. 6. de regular. lib. 3.

Quæ licentia minimè concedi debet per Episcopũ in alijs casibus, præter enumeratos in d. Bulla Pij V. Guttierez lib. 1. canon. quæst. cap. 14. n. 7. Rubin. cons. 123. n. 7. lib. 1. Cacheran. cons. 22. n. 7. & sequen. & Zened. in citat. collect. 31. part. 3. & hanc licentiam non posse concedi per Abbatissam testatur Tapia in pragm. 2. de monial lib. ex eo, quod ipsa quoque sit in prohibitione comprehensa.

Denique notãdum hanc licentiam debere esse petitam, & obtentam, ita vt non sufficeret illã solum peti, ad effectum vt ex sola ipsa petitione licitũ sit monialibus à monasterijs exire, vt per Gemin. & Franch. in cit. cap. vnico.

RESOLVT. DLII.

Iuris ignorantia an excusentur Moniales, ne incurrant suspensionem admittendo ad professionem intra annum approbationis.

1 *Ignorantia iuris neminem excusat.*
2 *Mulieres excusantur ab ignorantia iuris.*

IN casu mihi proposito respondi negatiuè ex regula iuris, ignorantiam iuris neminem excusare, vulga-
1 tis iuribus, quod procedit nedum in ignorantia iuris naturalis, verũ positiui iuris, cap. quod licitis 16. dist. cap. cum illorum de sent. excommunic. cap. cursus 16. quæst. 1. & ita tenuit Rota in vna professionis 4. April. 1541. coram Ioanne Paulo, cuius verba sunt videlicet.
2 *In eadem causa Valentin. nullitatis professionis, dicebatur ex parte monialium, nullã incurrisse suspẽsionem, quia mulieres iuris ignorantia excusat, & non habuerunt animum dolosum: ex parte autem contraria eas omnimodo incurrisse suspẽsionem fuit dubiũ 4. Aprilis 1541. R. P. D. Ioan: Paulo causam proponente, an moniales habuerint legitimam causã excusationis, etiam quod admiserint Beatricem ad professionẽ infra annum probationis, & incurrerint suspensionẽ, de qua in c. non solum de regular. lib. 6. Fuit tentum, & conclusum per omnes, quod non possint excusari moniales quin incurrerint suspensionẽ, quia debuerunt consulere peritiores, & Canonistas, cũ essent in loco, vbi erat magna copia iurisperitorum: & ratio, quia ignorantia non excusat, quando adsunt peritiores, qui consulãt imperitis, ad not. in l. leges sacratissimæ Cod. de legibus & in cap. 1. de constitution. & in reg. ignorantia de regul. iur. in 6. & cum omnes Doctores in d. cap. non solum, teneant, quod text. ille in d. cap. ignorantia, extendatur ad moniales, si talis excusatio admitteretur, vtique reg. d. c. ignorantia redderetur eluforia, quia semper allegaretur ignorantia, & canonis si quis suadente pœna minus ligaret, quod est contra not. per Doct. in cap. mulieres de sentent. excommunicat. Nec in eis potuit esse ignorantia, cum sit notorium in regulari obseruãtia Mendicantium nullũ esse admittendũ ad professionem ante annũ probationis, & hoc tanquam notorium non potuit ignorari ad not. per DD. & Abb. in c. 1. de postul. prælat. Scrib. in cap. cum in tua, qui mat. accus. poss. Hoc autem fuit ignorantia, & negligentia, quæ inducit mortale, glos. in c. ea quæ de offic. Archidiac: Anchar. in c. 1. de off. ci stod. & licet quælibet causa excuset à dolo, & à pœna corporis afflictiua, vt vulgariter dicitur, l. si ex plagis, Codic. ad l. Iul. de plag. cum alijs, secus tamẽ est à culpa, Bart. in l. iustè possidet ff. de acquir. pos. & propter culpam potest censura ferri, cap. nemo, c. nullus 11. q. 3. nec excusare potuit opin. Petri de Pal. 4. distint. 33. q. 2. c. 2. & Siluest. in verb. religio. §. 3. vers. tertio quæritur, vbi dicũt, quod moniales Fratrum Prædicatorum non sunt Mendicantes, & possunt infra annum probationis recipi ad professionẽ, quod idem tenet Archiepiscop. Florentin. in sua summa, quia potius essent consulẽdi Canonistæ, quã Theologi, vt not. Anchar. in disput. incip. Antiq. & moder. temporis, & vltra, quod d. cap. non solum procedat in monialibus, bene Lap. allegat. 4. num. 3. glos. & DD. in clem. 1. de regul. & licet opinio magistri excuset iudicem à pœna, sequendo eius opinionem, vt dicit Angel. in l. terminato C. de fruct. & lit. expens. Abb. in c. 1. de postul prælat. & ideo sic videretur posse excusari moniales, sequendo opinionem Doctoris sui Ordinis, tamen fuit dictum, quod in hoc casu Canonistæ debebant dici Magistri, qui sunt periti, & DD. non autem Theologi, & sic tollitur id, quod dicitur, quando quis tenetur ad aliquid faciendum sub certa pœna, sola notitia non sufficit, sed requiritur intimatio ei facta, vt dicit Bart. in l. denunciasse ff. de adult. & decis. 21. in antiq. nec minus obst. cap. final. qui matr. accus. poss. & Bartol. in l. is potest ff. de acquir. hæredit. quia loquuntur in alio casu distinctè, & vbi agitur de priuatione, in qua est necessaria vera probatio, & non per coniecturas, & præsũptiones: nec obst. clem. vnic. de cõcess. præbend. quia procedit vbi agitur de amissione gratiæ, secus vbi ageretur de amissione iuris, vt Card. ibi in 3. q. cum tribus sequent. nec minus obstat, quod notat Bartol. in l. 1. ff. de receptat. & in l. omnes, la seconda, C. de agric. & censit. lib. 12. vbi receptans bannitum, licet alleget ignorantiam banni, non excusatur si in loco erat notorium, quia loquitur in notorio, non autem in fama, vt in alio casu, & hæc est ratio, quia notorium non licet ignorare: nec obst. c. 1. de postul. præl. & c. illud de cler. excom. ministr. & cap. cum desideres de sent. excomm. quia immo intelliguntur in tangentibus periculum animæ, ita tenet Abb. in d. cap. cum desideres num. 6.*

RESOLVT. DLIII.

Constitutio synodalis Neap. 7. prohibens loqui monialibus, quando locum habeat.

1 *Loquutio cum monialibus regulariter omnibus est prohibita.*
2 *Ampliatur & limitatur supradicta cõclusio n. 3. 4. 5. & 6.*

Huius

HVius constitutionis verba ita se habent.

1 *Scommunichiamo qualsiuoglia huomo, che presumesse andare alli monasterij delle monache, anco essente, à parlare con esse senza licenza nostra, ò del nostro Vicario Generale, ò particolar deputato. Dichiarando che quelli, che haueranno licenza di parlar con alcuna monaca particolare, nõ si possano seruire fraudolentemente dell'istessa licenza per parlare con altre.* Quæ constitutio ampliatur, & limitatur varijs modis.

2 Et primo ampliatur præfatam prohibitionem procedere etiã in laico exempto à iurisdictione Episcopi quia ratione delicti efficitur subditus, c.placuit 6.q.1. c.postulasti de foro cõpetent. Auth.si qua in prouincia C.vbi de crim.agi opor. Bal.in dec.29. Raud.in dec.23.

3 Amplia secundo, vt huiusmodi excommunicatio cõprehendat etiam loquentes cum monialibus exẽptis, Gemin.in cap.1.§.hæc omnia n. 8. de regularibus in 6. & ibi Franch.n.6. & ad hoc conferunt notata per scribentes in c.fin.de foro compet. Ratio est, quia locus exemptus dicitur esse in diœcesi, vt patet ex dec. Rotæ 207.part.2.diuers.

4 Nunc limitatur multis modis, & primo non comprehendere illos, qui bona fide, & ex ignauia reperti sũt alloqui cũ monialibus, idẽ Bal.dec.90.cuius ratio, est, quia verbum illum, *presumesse*, adiectum in constitutione exigit dolum, & temeritatem, Nau.cons.19. de reb.eccles.non alienand. & consequenter non comprehendit huiusmodi prohibitionem ignorantes, c.monasteria de vita, & honest.clericor. c. illud de maiorit. & obedient. Card.in clement.2.q.3. eod. tit.

5 Limita tertio in loquentibus cum Nouitijs, quia ipsæ non veniunt appellatione monialium. Authent. ingressi C.de sacrosanct.eccles. Quod limitarem vbi edictum Ordinarij loqueretur generaliter contra accedentes ad monasteria monialium, iuxta terminos d. cap. monasteria.

6 Limitatur quarto, vt nec huiusmodi prohibitio comprehendat mulieres loquẽtes, nam licet per illud verbum *qualsiuoglia huomo*, in d. constitutione positum, sit aptum comprehendere etiam fœminas, ex regula iuris quod masculinum concipit fœmininum, vulgatis iuribus, nihilominus vniuersalis Ecclesiæ vsus, & totius orbis consuetudo extat, vt mulieres sub dicta prohibitione non comprehendantur.

RESOLVT. DLIV.

Claustra monialium non possunt ingredi personę sæculares.

1 *Quis non potest ingredi claustra monialium.*
2 *Ingredientes monasteria monialium Ordinum Prædicatorum non possunt absolui in casibus non necessarijs.*
3 *Amplia primo procedere in Prælatis.*
4 *Amplia secundo procedere etiam in mulieribus.*
5 *Episcopi nequeunt absoluere à censuris incursis vigore bullarum, in quibus prohibetur ingressus ad monasteria monialium.*
6 *Limita primo, vt sub præfata prohibitione non includantur paruulæ infantes.*
7 *Quid sanctum sit circa clausuram monasteriorum Regularium virorum cum duabus declarationibus numer.8. & 9.*

1 MOnialium claustra quis ingredi non potest, pro qua conclusione est videndum Conc. Trident. sess.25.de Regularibus c.6.vers.ingredi autem, Medic. in summa peccat.2.part.tit.9.q.78.n.37.& 38. Zecchus de casibus res. cas.10. in princ. Nauar. in c. statuimus 19.quæst.3.ex num.59. Fusc.de visitat. lib.2.cap.18. ex num.24. Caiet. in summ. verb. monachorum, Beia in resp.cas.consc.cas.30. Motus proprius Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ, & indulta. Dat. anno 1575. idibus Iunij anno 4.sui Pontificatus, quem optimè explicat Rodriquez in fine Bullæ Cruc. ex fol. 196. pulchrè Boll. in œconom.can.3.class.cap.4.§.14. vers. secundum requisitum, latissimè Villagut. in tractat. de vsuris q. 35. ex num. 46. vbi interpretatur motum proprium Gregorij XIII. super hoc edictum.

De hac quoque prohibitione extant text. in c. periculoso de statu regul. in 6. & in c.exijt de verb.sig. eod. lib. vbi per clausuram intelliguntur domus, & officinæ interiores, idem voluit Gregor.IX. in declaratione reg. Fratrum Ordinis Minorum, vbi nomine monasterij intellexit claustrum, domos, & officinas interiores, idem statuit Innocent. IV. vt dixit Sorb. in compend. priuil. verb. ingredi monasteria fol. 328.

2 Vnde ingredientes monasteria monialium Ordinũ Prædicat. vel S. Francisci in casibus non concessis non possunt absolui, nisi à Summo Pontifice, Bonifac.IX. & Eugen.IV. in priuilegio vnius & alterius Ordinis, Nauar. in Manual.cap.27.n.109. licet ingredientes intra septa aliorum monasteriorũ monialium, sunt à Papa excommunicati, sed non est reseruata: de Monialium clausura sunt constitutiones Summorum Pontificum, vt Pij V. quæ incipit, circa Pastoralis, Romæ publicata die 9. Iunij 1566. & Gregor. XIII. incip. Deo sacris publicata Romę die 21. Ianuarij 1573. vbi in vers. Declaramus præterea, exprimitur, quæ loca Monasterij monialium extra clausuram esse dicantur.

3 Amplia huiusmodi prohibitionem locum habere etiam in Prælatis, quia per Bullam Gregorij XIII. incip. dubijs quæ emergunt, prohibentur in casibus non necessarijs ingredi monasteria monialium, Nau. consil.7.de statu reg. Sayr.dec. 3. eod. tit. Grat. de casib. reseru.cap.5.post num.6. Henriq.cons.23. num.3.

4 Amplia secundo, vt procedat prohibitio etiam in mulieribus ingredientibus ex doctrina Nauarri c. 27. sub n.150. & in cap.statuimus num.62. in 7. notab. 19. quæst.3. vbi quoque refert fuisse de mente, & sententia Gregorij XIII. includere etiam mulieres intrantes sine vlla tali facultate, & licentia, & subdit ita seruare Prętorium pœnitentiariæ, vt refert, & sequitur Addit. ad sum. Bullar. verb. monasteria monialium, Cathec. Neapol. lib.3.cap.12.fol.208. & insuper nota, quod qui habent licentiam à Superioribus ingrediendi Monasteria monialium in casibus necessarijs, & vtuntur ea extra casus necessarios, ingrediendo, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ Summo Pontifici reseruatam, & extenditur etiam ad moniales admittentes ex Bulla Gregorij XIII. incip. vbi gratiæ, publicata Romæ die 24. Iunij 1575. in versicul. Quia etiam.

5 Amplia tertio, vt neque Episcopi valeant absoluere circa supradictas censuras, & hoc procedit etiam si delictum esset occultum, Graff. loco cit. & sic videtur derogatum Conc. Trident. vt declarauit Sac. Congreg. secundum eundem Graff. loco. cit.

6 Nunc limita, vt sub præfata prohibitione non includantur paruulæ infantes minores sex annis Alman. consil.90. & probat Nauar. pluribus in locis, referens paruulas infantes monasteria monialium intrantes, non incurrere pœnas Conc. Trident. sess. 25. de regul. cap.5. additio ad Sorbum verbo ingredi, vers. aduertendum, Bald.cons.29.

7 Quod vero attinet ad clausuram monasteriorum, & conuentum regularium virorum Pius V. per eius constitutionem incip. Regularium personarum publicatã Romæ die 28. Octobris 1556. reuocauit omnes licentias quibusuis mulieribus concessas ingrediendi prędicta monasteria, super qua reuocatione ab eodẽ Pio V. edita fuit quædam declaratio viuæ vocis oraculo, quã habes apud Quarant. in sum. Bull. in ver. Monasteria Regularium virorum. Ad cuius propositum extant sequen-

S quentes illustrissimorum Cardinalium declarationes, quas refert Sorb. in compend. priuileg. in verb. ingredi monasteria, quarum prima est, quod Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus nomine aliorum Cardinalium Congregationis rescripsit Prælatis Ordinis Capuc. sub hac prohibitione non comprehēdi monasteria, seu loca eorum, quæ sunt in fieri, vel in quæ, dum fabricantur, adhuc conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres pro fabricæ potius seruitio, quam aliter, & proinde clausuram nullam esse talem, vt si mulieres intrarent, pœnas propterea in supradicto motu proprio contentas incurrerent.

9 Altera est, quod per Gregor. XIII. ex sententia Congregation. Concil. Tridentin. quærentibus Fratribus Minorum S. Francisci de Paula, an per supradictum Pij V. statutum conferetur derogatum suæ Regulæ huic concessioni, vt singulę Dominę de stirpe Regia procreatæ, ac etiam omnes huius Ordinis fundatrices, quæ locorum eiusdem septa communiora videre postulauerint eædem honestè cum sua Comitiua intrare, ac deuotè visitare tolerentur, fuit declaratum non censeri derogatum quoad Reginas, vel fundatrices dumtaxat.

RESOLVT. DLV.

An licentia de accedendo ad monasteria monialium, intelligatur de prima vice.

1 *Concessio facta alicui de intrando ad monasteria monialium, intelligatur de prima vice.*

1 FVit indicatum concessionem alicui factam de accedendo ad monasteria monialium, intelligi de prima vice, adeo quod si semel vigore istius facultatis ingressus fuerit, amplius accedere non possit, vt refert, & sequitur Lud. Gomez in cap. cum in multis nu. 40. de rescript. lib. 9. latè prosequitur idem Philipp. Decius in consil. 512. colum. 2. n. 5. & Maria. Soccin. iun. in cons. 25. viso themate colum. 2. vol. 2. Alb. Ros. in tract. stat. 2. part. quæst. 181. Alex. in consil. 16. breuiter in casu præmisso colum. 1. vol. 4. Felin. in cap. 2. col. 2. de treg. & pa. & optime vide per Andr. Tiraq. in repetit. l. boues §. hoc sermone num. 73. de verb. significatione.

RESOLVT. DLVI.

Qualitas, quod Regularis extra clausura notoriè, & scandalosè deliquerit, an sit probanda, vt Episcopus obtineat in illum iurisdictionem, virtute Concilij.

1 *Qualitas delicti notoriè, & scādalosè à Regulare commissi, probanda est ab Episcopo, vt eum punire valeat.*
2 *De qualitate iurisdictionem fundāte iudici constare debet.*
3 *Iudex debet cognoscere an sua sit iurisdictio.*
4 *Sufficit, vt qualitas iurisdictionem fundans allegetur.*

EX Concilio Tridentino sess. 6. de reformat. cap. 6. est depromptum, quòd Regularis extra monasterium degens etiam sui Ordinis priuilegij prætextu, si deliquerit ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato inquiri, puniri, & corrigi valeat. Et ex eodem Conc. sess. 25. de Regularibus c. 14. statuitur, quod si intra clausura monasterij degēs, & extra ea, ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore, intra tēpus ab Episcopo præfigendum seuere puniatur, ac de punitione Episcopus debeat certiorari, alioquin delinquens ab eodem Episcopo puniri possit, super cuius decreti Cōcil. Trident. executione extat insuper constitutio Clementis VIII. incip. Suscepti muneris Romæ publicata die 18. Martij 1596. cuius tenorem habes in sum. Bull. in ver. exemptio, & vide Prax. Cur. Arch. cap. 57. Quare fuit mihi quæsitum ab eminentissimo, clarissimoque Iurisconsulto, viro quidem nunquam satis laudato, Petro Antonino Ghiberto, Vicario Generali Neapoli an qualitas, quòd notoriè, & scandalosè supradictus Regularis deliquerit sit probāda ad effectū, vt Episcopus illum punire valeat; cui quæsito respōdi, magnā esse controuersiā inter Iurisconsultos, an sufficiat narrare qualitatem tribuētem iurisdictionem, ad obtinēdos processus à iudice, vel necessaria sit cognitio seu informatio super illa allegata qualitate ante litis contestationem, nam plerique existimant de ista qualitate, quę fundat iurisdictionē, cū primis constare debere iudici, saltē summariè, ita Bart. & Bal. in l. præscriptione Cod. si cont. ius, vel vtil. publ. Inn. in c. super literis de rescript. Dom. in c. Romana §. contrahentes de foro compet. lib. 6. idem Bald. in l. si quis ex aliena ff. de iudic. Butr. Panormit. & Felyn. in cap. si clericus de foro compet. Cald. in cap. de illis, quæst. 4. de rapt. mo. l. quidam consulebant ff. de re iudicata, Anchar. in c. postulasti q. 1. eod. tit. Affl. dec. 297. Curt. iun. cons. 124. n. 6. vbi dicit post Felyn. in d. cap. si clericus, hanc communem esse Doctorum sententiam, & faciūt multa argumenta pro ista opinione, quæ ad nauseā à DD. in præcitatis locis referuntur, maximè, quia vbi dubitatur de iurisdictione, vel competentia, primò cognoscere debet iudex an sua sit iurisdictio, l. 2. ff. si quis in ius vocat. nō ierit. Altera verò opinio est, quod in tali casu quando ex certa qualitate fundatur iurisdictio alicuius, satis sit huiusmodi qualitatē allegare, & narrare, etiam si negetur per aduersarium, dummodo de falsitate non euidenter constet: sufficit enim quantum ad fundādam iudicis iurisdictionem narrare qualitatem, quę si vera esset, non excluderetur iurisdictio, per tex. in l. cum quædam §. quoties ff. de iurisdictio. omnium iud. vbi quo ad iurisdictionis fundamentum attenditur summa, quæ petitur, non quæ debetur.

1 Primo, ex decreto Sacri Concilii Trident. c. 14. de reformation. sessio. 7. Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores cogere, & compel-

RESOLVT. DLVII.

Ordinarii locorum in quibus casibus possint cognoscere de causis Regularium.

1 *Ordinarij, tanquam Sedis Apostolicæ delegati in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores cogere, & compellere possunt cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum.*
2 *Regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis priuilegij prætextu, si deliquerit ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato inquiri, puniri, & corrigi valet.*
3 *Ordinarius quando habet iurisdictionem in Regulares.*
4 *Ordinarius potest prefigere terminum Regulari exempto delinquenti, ad præsentandum se suo Superiori.*
5 *Regulares possunt conuenire ratione delicti coram locorum Ordinarijs.*
6 *Regulares exempti in casu hæresis subsunt iurisdictioni Ordinariæ.*
7 *Regularis in reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis est subditus Ordinario.*
8 *Ordinarius existens in possessione iudicandi Regulares, tunc videtur per non vsum renunciasse priuilegia.*

IN facto mihi proposito respondi in infrascriptis casibus.

lere ad soluendum debitum possunt, cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum, & exemptionum quarumcunque, ergo si non tanquam Ordinarius, saltem veluti delegatus procedere poterit. Quare in causa ciuili in vim instrumenti extra monasterium stipulati, & initi Ordinarius cognoscere non poterit.

2 Secundo, quod Regularis extra monasteriũ degens, etiam sui Ordinis priuilegij prætextu, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc a Sede Apostolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi valet, statuit sancta Synodus in cap. 3. sess. 6. Item visitare, & corrigere Regulares, in commendatis monasterijs, in quibus Regularis obseruantia viget, residentes, qui secundum eorum instituta non viuunt, cum eorum Superiores admoniti inter sex menses non fecerint, & correxerint Conc. Tridentin. sess. 21. de ref. cap. 8.

3 Tertio, Ordinarius habet iurisdictionem in Regulares, videlicet, vt si Regularis est excommunicatus à iure, Ordinarius mandat, ipsum denunciari publicè, vt euitetur, ita Ioan. Andr. in cap. 1. de priuileg in 6. n. 1. quasi in fin. & Gemin. in 3. col. verficul. quod si exemptus, & Io. de Imola in clem. 1. de sequest. possess. & fructu num. 17.

4 Quarto, potest præfigere terminum Regulari exempto delinquenti, infra quem debeat Superiori suo se præsentare, idem Gemin. in cap. quamuis §. inferiores de elect.

5 Quinto ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agitur, coram locorum Ordinarijs possunt Regulares conueniri, ita tex. in cap. 1. de priuileg. in 6.

6 Sexto, in casu hæresis Regulares exempti subsunt iurisdictioni Ordinariæ, vt in cap. ad abolendam §. fi. de hæret.

7 Septimo in reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis, Regularis exemptus, fit subditus Ordinario loci, & ei rationem reddere tenetur, & ab eo de mala administratione puniri poterit, clem. 1. de testam.

8 Octauo additur, quando Ordinarius esset in possessione Regulares iudicandi, nam tunc videntur per nõ vsum renunciasse priuilegia, Hostiens. in sum. de priuileg. vers. qualiter amittatur, & Henriq. Boich. in d. cap. ad abolendam in fin. qui alios enumerat casus.

RESOLVT. DLVIII.

Regularis deferens habitum suæ Religionis subtus habitum alterius Religionis, an sit censendus apostata.

1 *Regularis deferẽs habitum suæ Religionis coopertum habitu alterius Ordinis, non est vti apostata puniendus.*
2 *Non competit præfato Regulari diffinitio veræ apostasiæ.*
3 *Regularis dimittens habitum ob iustum timorem, non dicitur apostata.*
4 *Quis non dicitur apostata ex sola habitus dimissione.*
5 *Contrarium deciditur, quod deferens habitum coopertum est apostata.*

DVm essem Consultor cuiusdam Religionis, accidit, quod quidam Regularis eiusdem monasterij
1 recessit, & consequenter apostatauit; & cum deferret habitum suæ Religionis coopertum habitu alterius religionis, fuit dubitatum, an esset vti apostata puniẽdus: & dicebam, quòd non, ex pluribus.

2 Tum primo, quia supradicto Regulari non competit diffinitio veræ apostasiæ, quæ est temerarius recessus à statu Religionis. Alexand. par. 2. quæst. 183. & D. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. Canus. lib. 12. cap. 9. de locis Theolog. Alfons. à Castro lib. 1. de iusta hæret. pun. cap. 7. & 23. Simanc. de catholic. institution. cap. 7. Albertin. de hæretic. libro 6. quæst. 8. Salz. d. ad Diaz capitulo 112.

Tum secundo, quia dum ob timorem iustitiæ propter quoddam prætensum crimẽ, ne capiatur, & puniatur a suo Superiore, deserebat habitum suæ Religionis, sed coopertum habitu alterius Religionis, conse-
3 quenter succedit regula iuris, quod Regularis dimittens habitum ob iustum timorem, non dicitur apostata, vt probat tex. in terminis, & ibi glos. clarissima in c. 2. de vita, & honestate clericorum, in verbo causa, ex quo loco inducitur, quod si regularis dimittat habitũ ex iusta causa, vt pote timore mortis non censetur apostata, quia absque dubio captus, & punitus fuisset à suis Superioribus Regularibus.

Tum tertio, quia secundum Oldrad. in consilio 183. num. 13. generaliter est dispositum quemlibet regularem ferentem habitum coopertum alterius Religionis habitu, non dici apostatam, quicquid voluerit Trinis. in decisione 19. parte 2.

Tum denique, quia secundum Io. Andream in addit. ad speculum, in rubrica ne cleric. vel monach. quem sequuntur Archid. n. 5. Ancharan. n. 8. Franch. nu. 6. in cap. 2. ne cleric. vel vouent. in 6. & ibi Geminian. nu. 5.
4 ex sola habitus dimissione, non dici quem apostatam, cum necesse sit adesse quoque animum nõ redeundi, secundum Achil. de Grass. in dec. vnic. de apost.

Cæterum supradictis minime refragantibus, cõtrarium consului supradicto Superiori, motus præsertim conclusione illa, paria esse non deferre habitum, & deferre coopertum, Achil. loco citato, Henriquez cons. 22. Rub. consil. 60. & cum eo sentit Triuisan. dict. decis. 19. Quare Anan. in rubric. de apostat. quem se-
5 quitur Calcan. cons. 23. voluit, deferentem habitum subtus esse apostatam.

RESOLVT. DLIX.

Professio an dicatur inualida, si deficiant duodecim dies ante annum 16. completum.

1 *Professio tam virorum, quàm mulierum non debet fieri ante annum 16. sed post illius expletionem.*
2 *In sponsalibus requiritur ætas septem annorum expleta.*
3 *In omni materia, parum, pro nihilo reputatur.*
4 *Professio facta ante dictum tempus, ab Ordinario debet nulla declarari.*
5 *In emittenda professione, deficiente vno die, ipsa habetur pro nulla.*

1 IN Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de regular. habetur; quòd in quacunque Religione tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante 16. annum expletum, quare cum ex supradictis verbis euidenter appareat annum 19. debere esse expletum, propterea nõ est vlterius disputandum.

Item dicebam, quòd cum sit validum argumentum, de matrimonio carnali ad spirituale, cap. inter corporalia de translat. Episcoporum, & in sponsalibus
2 requiritur ætas septem annorum expleta, D. Thom. 4. d. 27 quæst. 2. Ang. num. 5. verb. matrimonium, Silu. quæst. 2. Armil. num. 4. Nauar. cap. 22. nu. 26. Sot. d. 27. quæst. 2. artic. 2. concl. 11. Flores Theol. in 4. distinct. 27. art. 4. & omnes, igitur idem censeo in matrimonio spirituali, quod contrahitur per professionem in Religione.

3 Nec obstat, quòd in omni materia parum pro nihilo reputatur, vt in auditione Missæ, recitatione Horarum, furto, ieiunio, & alijs poteris exemplificare, quæ propter paruam quantitatem mortalia non dicũtur, vt resoluit Nauarr. in manuali cap. 11. num. 4. quia respondetur istud non procedere, quando lex generaliter loquitur, quia tunc etiam minimum includit iuxta tex. in cap. 3. de appellat. c. si proponente de rescript. sed Concil. Trid. sess. 25. c. 15. generaliter loquitur, di-

cens,

cens, In quacunque Religione tã virorũ, quàm mulierum professio non fiat ante annum decimum sextum expletum, & annullat professionem antea factã, ergo. Immò Sacra Congreg. dicit, quòd si aliqua monialis ante dictum tempus professionem emiserit, eius pro-
4 fessio ab Ordinario debeat nulla declarari; quare adeo hoc procedit; vt requirantur anni 16. ad emittẽ-
5 dam professionem, ita vt etiam si deficiat vnus dies, nulla esset professio, quod etiam habet locum in anno bissextili, quia nisi dies vna addatur, non valet professio, quæ quidem professio debet fieri in vltimo instanti anni, quod clarè dicit Sacrum Concil. sess. 25. cap. 15. vbi requirit annum expletum, glos. in cap. fin. vers. per annum de regul. Sylu. in verb. Religio 3. n. 16. vers. tertio. Veruntamen qui post lapsum vnius anni illam emitteret, professio esset valida, quia Conc. Trident. requirit, vt non minus, sed non vt plus, ideſt, vltra annum fieri non possit, etenim illa valida est.

RESOLVT. DLX.

Regulari elapso quinquennio, an concedatur in integrum restitutio ad proponendas causas nullitatis professionis.

1 *Quod tempus sit concessum Regularibus ad allegandam nullitatem professionis iuxta mentem Conc. Trid.*
2 *Quid si metus durat post quinquennium, an possit annullari professio, non obstante dispositione Concilij statuente quinquennium tantum, & num. 7. & 8.*
3 *Metus præsumitur durare durante eadem causa metus.*
4 *Recitatur Nauarrus, qui tenet neque valere professionem factam per promotionem ad sacros Ordines durante causa metus.*
5 *Legitimè impedito non currit tempus.*
6 *Respondetur Conc. statuenti elapso quinquennio, nullatenus esse admittendam quauis causa nullitatis professionis allegationem.*

1 EX Conc. Trident. sess. 25. de regular. c. 19. deprompt um est, permitti regularibus infra quinquenniũ tantũ causas nullitatis professionis proponere, & hoc coram suo superiore, & loci Ordinario. Quare cum in casu mihi proposito quidam Eques Ierosolymitanus cupiens suam professionem annullare post quinquen-
2 nium, quæsiuisset à me, an de iure sit aliqua causa propter quam, etiam elapso quinquennio possit de nullitate dici, respondi affirmatiuè, præsertim si allegetur professionẽ fuisse factam metu, & causa metus duraret etiam post quinquẽnium, quia tunc etiam lapso quin-
3 quennio potest dici de nullitate ex regula iuris, quod metus durat durante eius causa Corn. cons. 41. videtur col. 2. lit. L. vol. 2. Dec. in cons. 219. & in cons. 468. n. 28. Ias. in cons. 72. vol. 1. Bertr. in cons. 1. n. 87. vol. 2. Mõfer. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 43. ff. de verb. oblig. Ann. singul. 341. Bart. in l. penult. ff. de condit. ob turp. cau. Inn. in c. 1. extra quod met. caus. text. in c. accedens de conuers. coniug. Alex. Bald. & Doctor. in d. l. penul. Alex. cons. 156. col. 4. vers. præterea vol. 5. cõsil. 1. col. 3. cons. 99. col. 3. vol. 3. Corn. cons. 41. col. 2. vol. 2. Dec. cons. 219. col. 3. cons. 498. n. 23. Ann. alleg. 114. n. 4.
4 Immo nec per promotionem factam ad Sacros Ordines, si talis metus durabat, vt dixit Nauarr. de his, quæ vi, aut met. caus. cons. 6. vbi dicit, quod professio propter metum patris mortem minantis in Religione approbata facta, & in qua per tres annos viuente patre manens, Sacris Ordinibus ad titulum religionis promouetur, per promotionẽ ad Sacros Ordines, valida non censetur, cum votum, quod ab initio ob metũ aliquem nullum est solo tractu temporis, neque corã Deo, neque coram hominibus, concurrente etiam gestatione habitus, & permansione in monasterio, & præstatione suffragij in capitulo, & alia faciendo, quæ solis professis competunt conualescit, cap. non firmatur de reg. iur. in 6. l. quod ab initio ff. eodem; multoque minus per susceptionem ordinis durãte iusta causa metus, professionem suam ratificare præsumi debet, quæ est res separata à professione, & à separatis non fit illatio, l. Papinianus exuli ff. de minor.

Item dicebam non excludi allegãtem causas, quare intra quinquẽnium non potuit reclamare, Rodriquez q. 7. art. 16. lib. 3. qq. regul. Menoch. cons. 123. vol. 1. Bimus cons. 57. nu. 8. & seq. Ratio est, quia inter causas
5 potest esse, quod adsit causa legitimi impedimenti, & consequenter non currere quinquennium ex regula iuris, quod impedito non currit tempus, c. quia diuersitatem de conces. præbend. c. fi. de elect. Affl. dec. 28. Medices dec. 9. Caput. decis. 120. p. 1. quibus addo tex. in l. contra C. de inoffic. testam. nec impedito currit præscriptio, l. 1. C. de annal. except. Capp. Thol. dec. 90.
6 Nec obstant verba ipsius Conc. ibi. *Quamcunque causam*, quibus videtur significari, quod repellitur generaliter ab omnibus causis, quæ litem mouere possunt: quia respondetur, secundũ Rodriq. loco cit. quod illa verba generalia restringuntur per narrationem, & præfationem capituli, ibi, *Quicunque Regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse religionem*, &c. Et sic non obstante, quòd elapsum sit quinquennium, non est repellendus supradictus, vt non alleget causas, quibus illo tempore non potuit reclamare, nam licet dicat, quod intra quinquennium debet reclamare, hoc intelligitur si commodè fieri potest.

Tandem, quod supradictus Eques post quinquennium possit audiri per viam restitutionis in integrum allegabam Nauar. in cap. statuimus nu. 7. & seq. de rescript. vbi voluit, quòd si metus, vel impotentia reclamandi plusquam quinquenniũ durauerit, poterit post illud ipso iure, vel per viam restitutionis in integrum audiri, idem Nauarr. in cap. nullum n. 76. vers. secundo 18. q. 2. Balb. cons. 29. Bombinus cons. 22. num. 7. Graff. cons. 1. num. 8. de regular. vol. 1.

Cuius quidem restitutionis petitio debet fieri coram Sanctissimo, & consequenter ex eius speciali rescripto obtineri.

Denique aduertendum, quòd professi nulliter, quia non fuit in eorũ informatione seruata forma præscripta à Sixto Quinto, possunt etiam post quinquennium reclamare, cum eorum possessio annulletur propter bonum commune Religionis, & sic Sixtus V. in sua secunda constitutione moderatoria, & declaratoria primæ ait, *Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusuis ordinibus, & religionibus nec etiam tacita professio quorumcunque religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma constitutionis seruata fuerit.* Et hæc Sixtus Quintus, quibus verbis clarè definit, quod allegatio quinquennij non admittatur, si quidem talis allegatio saltem in foro exteriori inducit tacitam professionem, & ita in Senatu Regali iudicatum refert Rodriquez loco citato.

RESOLVT. DLXI.

An supradictum tempus quinquennij currat Regulari minori.

1 *Tempus currit Regulari minori.*

SVpponatur in facto, quod quidam ætatis 16. annorum ingressus fuisset Religionem, & cum vellet opponere de nullitate suæ professionis, ei obijciebatur quinquenniũ fuisse elapsum, & consequenter esse excluſum à præfata petitione, cui obiectioni ipse replicabat allegando se minorem, & propterea ipsi tempus

non currere, vnde fuit dubitatum quid iuris, & respõdi potuisse quidẽ supradictum Regularẽ elapso quinquennio de nullitate dicere, per tex. in l. non est incognitum, C. quibus longi temporis, præscriptio non objicitur, vbi nullius temporis præscriptio currit minori Bald. cons. 29. n. 6. & seq. vol. 1. Alban. cons. 60. nu. 7. & seq. Alciat. cons. 16. n. 4. cui addo tex. in l. bonefidei ff. de acq. rer. dom. per quem probatur pupillo non currere præscriptionem decem, vel viginti annorum.

1 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, motus præsertim ex eo, quod prorogaretur tempus adiectum à Concilio, quod nullo modo fatendum puto, & vide Roderic. tom. 3. qq. reg. q. 17. art. 17. vers. ex quib. infertur.

Finis Tituli Praxis Regulorum.

PRAXIS PRECEDENTIARVM.

RESOLVT. DLXII.

Vicarij foranei an præcedant Præpositos Ecclesiarum Collegiatarum.

1 *Vicarij foranei potius officium, quam dignitatem obtinent.*
2 *Vicarius repræsentat Episcopum.*
3 *Vicarius foraneus non habet iurisdictionem ordinariam.*

IN facti contingentia respondi negatiuè ex infrascriptis. Primò, quia Vicarij foranei potius officium dicuntur habere, quam dignitatem, vt in rubrica de offic. delegat. & in rubr. de offic. Vicar. quemadmodum dicitur de Prioratu claustrali, qui dicitur officium non dignitas. Card. in clement. 1. §. fin. de supplend. neglig. Prælat. contra, Præpositi dicuntur constituti in dignitate ecclesiastica potius, quàm in officio, & habent nomen prælationis, quæ competit in ea institutis. cap. cum accessissent, de const. & Inn. in c. ad hæc de off. ordinar.

2 Non obstat, quod Vicarius repræsentet Episcopum, & consequenter debet gaudere ijsdem priuilegijs quibus Episcopus, secundùm Panor. in cons. 21. & in simili de Vicerectore dixit Roman. in sing. 362. vbi dicit, de hoc esse vnicum tex. in c. præcipimus dist. 93. & etiam secundũ eum facit doctrina Bart. in l. si filius de legat. 1. & quod hoc sit verum, patet, nam secũdum Alberic. de Rosa in dictionario suo, in vers. Vicarius, semper Vicarius cuiuslibet Prælati in loco Capituli tanquam vicem gerens debet honorari, & ad hoc alleg. tex. in cap. fi. 93. dist. vbi gl. & concord. doct. Abb. in c. postulasti de concess. præbend. sub n. 9. in fin. dum loquitur de Ambasciatore, qui debet honorari oratione eius, qui eum misit, vt per iura ibi per eum allegata, & ad omnia prædicta concordant quamplurimæ auctoritates, & iura, de quibus per Dec. in cap. sane, il secondo, de off. delegat. in princ.

3 Quia respondetur id non procedere in Vicarijs foraneis, quia dicuntur delegati, secundum decisionem Rotæ 297. parte 2. diuers. nec censentur vna eademque persona cum Episcopo, nec faciunt idem auditorium, & consistorium cum Episcopo, prout dicitur de Vrbano Vicario Episcopi Generali, gl. in clementin. & si principalis, vbi Cardinal. & Ancharan. de rescriptis, & in capitulo 1. de officio Ordinar. in 6. Alexand. & alij in rub. de offic. eius. Curtius iun. consil. 242. num. 22. volum. 3. Didacus variarum resolution. lib. 3. cap. 20. num. 4. cum adductis, per Sbroz. in tractat. de officio Vicarij libro 1. quæstio 13. & 23. nec propriè officiales dicuntur, sed abusiuè idem Sbroz. in d. tract. quæst. 20.

Tum denique, quia Præpositi dicuntur habere immediatè dignitatem à Pontifice Maximo, & consequenter præferendi sunt Vicarijs foraneis, qui facultatem obtinent ab Episcopis arg. text. in cap. per tuas de maioritate, & obedient. Card. in cap. Episcopos 17. distint. Cephal. consil. 611. volum. 5. quem refert. Costa consil. 24. & Sair. decision. 3. de maioritate & obedientia.

RESOLVT. DLXIII.

An Vicarius Episcopi præcedat Gubernatorem, vulgo Capitaneum, in functionibus ecclesiasticis.

1 *In præcedentijs attenditur consuetudo.*
2 *Ad inducendã consuetudinem requiritur tempus decennij.*
3 *In materia præcedentiæ iudicatur secundum quasi possessionem.*
4 *Vicarius repræsentat Episcopum.*

1 CVidam ciuitati ex antiquissimis priuilegijs, & ab immemorabili tempore competit ius nundinarum, seu mercatus in die festiuitatis Sancti N. per totã hebdomadam eiusdem mensis, cum facultate quoque creandi, & constituendi Magistrum Mercatus, qui habet plenariam cognitionem omnium causarum ciuilium, criminalium, & mixtarum, cum mero, mixtoque imperio, & gladij potestate, & consequenter succedere habeat in omnibus, & per omnia Regio Gubernatori: quare cum præfatus Magister Mercatus ex inueterata consuetudine fuisset in pacifica, & quieta possessione temporibus, quibus solemniter in festiuitatibus celebratur Cappella per Episcopum sedendi in dicta Cappella, ac præcedendi Vicarium Domini Episcopi in thurificatione: & cum per modernum eiusdem Ciuitatis Episcopum hoc prohiberetur, rogatus, ego pro veritate respondi per infrascripta.

Et pro Capitaneo facit, quod cũ ipse sit in antiqua possessione, & cõsuetudine præcedendi consequenter, ad præsens quoque præcedere debet, ex regula iuris in præcedentijs esse attendendam consuetudinem, secundum quam etiã minores præcedunt maiores Bal. in l. obseruare §. antequam in fine, ff. de off. Proconsul. Auendan. de exequend. mand. Reg. par. 1. cap. 19. vers. itaque in modo. Marta cons. 62. nu. 7. vol. 1. Ann. cons. 40. vol. 1. & Bonin. cõl. 21. in princ. vol. 1. Nauar. cons. 1. num. 3. de maior. & obed. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. ref. 81. num. 5. vnde Bald. in cap. cum olim in 1. not. de cõsuetud. pro regula tradit, quod cõsuetudo assignat loca sedendi, & standi, & non debet præposterari, de quo Ang. cons. 111. allegat multa iura Menoch. latè cons. 51. n. 49. vol. 1. & cons. 126. num. 3. vol. 2. Leonius cons. 1. nu. 20. post Inn. in cap. 1. de maiorit. & obed. & idem Bald. in cap. 1. §. Marchio nu. 5. de his, qui feu. dare possunt, dixit, quod Barones penes Regem debent sedere ordine consueto, vt voluit quoque Fel. in cap. statuimus de maioritate, & obed.

In hac materia præcedentiæ sufficit consuetudo inducta spatio decennij, etiam de iure canonico, secundum quod tradunt Aret. in cons. 23. num. 11. in 3. dub. Gramm. in dec. 64. n. 34. Mazar. in cons. 26. num. 34. & Ann. cit. loc. num. 5.

3 Vrgebat quoque pro eodem Gubernatore, quòd in materia præcedentiæ est iudicandum, secundum quasi possessionem, Zabarell. cons. 62. col. 2. Corn. consil. 193. num. 11. volum. 2. Imolens. cons. 164. num. 48. Menoch. cons. 51. vol. 1. & Bursat. cons. 343. vol. 4. & adeo procedit, quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis. Auend. de exequen. mand. p. 1. cap. 19. num. 16. post Bal. in l. per agrum, C. de seruit. & aqua,

& aqua, in qua possessione sufficit vnicus actus, secundum Ann.alleg.90.quare cum præfatus Gubernator nedum per vnicum actum, imò per infinitos præcesserit Vicarium, proinde libere fatendum erit, ad præsens debere pariter præferri.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, motus ex pluribus.

4 Tum primo, quia cũ Vicarius repræsentet Episcopum, & in illius locum sit subrogatus, consequenter ei quoque eadem debetur reuerentia, vnde quemadmodum Episcopus omnes præcedit, ita eius Vicarius; honor enim, seu præminẽtia quæ debetur principali, debetur quoque subrogato, glos. in cap. quæ de causa in verb. quicquid 2.q.4. Abb. in cap. mãdata col. 1. ad medium vers. fatendum tamen de præsumpt. Ang. in l. si prior §. à Titio in princ. ff. qui potior. in pignore. Anchar. in cap. grandi in 5. not. de supplenda negligentia Prælat. cum etiam Vicarius Principis omnia ea possit, quæ ipse Princeps, Isern. in cap. Imperialem de prohibita fedui alien. per Feder. Surd. cons. 281. n. 1. vsque ad n. 4. & in cons. 540. num. 18. vol. 4.

His accedat, quod tradi solet de coadiutore cũ futura successione, qui in absentia coadiuti debet sedere & incedere in eodem loco antiquo, in quo poterat coadiutus, si præsens fuisset. Nauar. cons. 2. n. 5. vers. 7. de cler. ægrot. vnde Felin. in cap. cum olim num. 1. ver. sed. vera solutio de maiorit. & obed. voluit, quod honor debeatur subrogato, sicut principali in actibus, in quibus illum repræsentat, sequitur Gabriel de reg. iuris, concl. 2. num. 45. vers. secundo limita.

Tum secundo, quia Vicarius digniorem obtinet auctoritatem Capitaneo, imo maiorem, & nobiliorem administrationem, cũ præsit personis, & rebus Ecclesiasticis, quibus laici sunt inferiores, cap. solitæ de maior. & obe. Sbroz. de off. Vic. lib. 2. q. 26. n. 1. & seqq. ideo est præferendus Capitaneo.

Non obstant contraria, præsertim illud de cõsuetudine, quia illa est omnino nulla, atq; inualida, iuxta tradita per Panorm. in cons. 21. n. 4. vol. 1. Nonius cõs. 72. n. 24. Sbroz d. lib. 2. q. 25. num. 6. quem refert Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1. res. fin. casu 31. Respondetur secundo, quod cũ præfata consuetudo sit cõtra ius, quia inferior præcedit superiorem, propterea censenda est corruptela, ideo reijcienda, cap. consuetudo 9. dist. nec aliquo cursu temporis poterat præscribi, secundum Fel. & ibi Panorm. in cap. statuimus de maior. & obed. & DD. in cap. fi. de consuetudine.

RESOLVT. DLXIV.

Canonicus maior ordine, an præferatur antiquiori in tempore minori in ordine.

2 *In processionibus attenditur consuetudo.*
2 *In præcedentijs attenditur duplex ordo.*
3 *Refertur declaratio Congr. Sac. Rit.*

VEtustissima consuetudine introductum erat inter Canonicos cuiusdam Ecclesiæ, vt Canonici, Diaconi, & Subdiaconi præcederent in sedendo in choro, in processionibus, ac in omnibus functionibus Canonicis Presbyteris, seu presbyteralem Canonicatum obtinentes, quare Reuerendiss. Episcop. aboleuit hunc ordinem, constituendo totum contrarium, scilicet, vt in omnibus fũctionibus Canonici Presbiteri cæteris præferrẽtur, vnde fuit quæsitum an istud de iure fieri potuisset; ego verò pro opinione negatiua considerabam, quòd cum in præcedentijs habetur ratio consuetudinis, secundum Bald. in cap. cum olim de consuetudine, quod maximè procedit vbi consuetudo esset antiqua, cuius initij non esset memoria, cum tũc haberet vim priuilegij, cap. super quibusdam §. præterea, & ibi glos. in verb. non extat de verborum significatione l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiu. glos. in cap. fin. in verb. legitime de consuetudine. Dec. in cons. 11. n. 9. in fin. Gabr. concl. 1. in princ. de præscriptionibus, & fuisse in Rota resolutum refert Verall. in dec. 10. part. 2. quod procederet quoq; etiã si esset contra ius, secundum Fel. in cap. statuimus in prin. de maior. & obed. Gallesi. tract. de annatis fol. 35. Bero. cons. 7. n. 7. vol. 1. Ludouic. conclus. 38. illat. 136.

Et quamuis de iure Canonicus, qui maior est ordine, præferatur, etiã quod postea sit receptus, c. statuimus de maiorit. & obedient. nihilominus quãdo adesset consuetudo in contrarium, prout in casu, de quo verba facimus, id non procederet, quia tunc primo loco receptus, præcedit postea admissum, etiã habentem maiorem ordinem, quia vt dixi, in præcedentijs attendenda est consuetudo, vt in proprijs terminis Nauarr. cons. 3. de maior. & obed.

2 Vrgebat denique pro Capitulo, quod cũ in dignitatibus duplex ordo reperiatur, prioritatis temporis, & alter maioritatis honoris, Anna cons. 42. lib. 1. verũ cum in casu nostro non consideretur maioritas honoris, cum in Capitulo prædicto non reperiatur aliqua dignitas, sed omnes sunt æquales, igitur temporis prioritas erit attendenda, sicut dicitur quoque in Episcopis, qui in Concilijs illum ordinem tenere debent, quem habent ex tempore promotionis ad Episcopatum, cap. Episcoporum 74. dist. cap. fin. 75. dist. c. Episcopos 17. dist. Fely. in. rubr. de maior. & obed. Cassan. in cathalogo glor. mundi part. 4. considerat. 23. fol. 92. Lucas de Penna in l. 2. C. de off. præf. prætor. lib. 12. num. 3.

Sic etiam antiquiores Clerici, & DD. debent habere primum locum, Bal. in cap. cum olim per illum tex. de consuet. Dec. in cap. clerici de iudic. Gratus cons. 116. num. 6. vol. 2. multos alios allegans.

Cæterum quicquid sit ex supradictis, contrariam censeo esse tenendam sententiam, ob declarationem Sac. Cong. Rituum, cuius verba sunt, videlicet.

3 *Cum secundum cuiusque dignitatem quilibet in sede sit honorandus, & qui prior est in ordine, in loco etiã præmiti debeat, declarauit sacrorum Rituum Cõgregatio, Canonicos, qui in ordine presbyterali constituti, Canonicatum presbyteralẽ obtinuerint, in choro, Capitulo, processionibus, & sessionibus præcedere debere Canonicos in Diaconatu, vel Subdiaconatu constitutos; Canonicatus diaconales, aut subdiaconales obtinentes, etiam si postea fuerint in ecclesia admissi, & recepti, nõ obstante cõsuetudine ecclesiæ, quæ tanquam abusiua, atque improbata, non debet admitti. Vnde Canonico prouiso de Canonicatu presbyterali in ecclesia vbi præbendæ sunt distinctæ, censuit Sacra Cõgregatio deberi locũ inter alios presbyteros supra omnes Diaconos, & Subdiaconos licet prius in ecclesia receptos.*

RESOLVT. DLXV.

An Canonicus prior in data, præcedat Canonicum posteriorem in data, verum anteriorem in possessione.

1 *Ex sola concessione Principis transfertur dominium.*
2 *In gratiosis attenditur tempus datæ.*
3 *Validum est argumentum à simili.*
4 *Honor debetur antiquiori Canonico propter fructus possessionis.*

IN facti contingentia respondebam, dicendo pro anteriore in data, quod ipse veniat præferendus, & mouebar ex pluribus.

1 Primo, quod concesso priuilegio à Principe, parum est curandum de actuali possessione, cum Princeps ex sola concessione transferat dominum, & possessionẽ, ita

ita quod non exigitur actus corporeus, cap. capitulũ sanctæ Crucis de rescript. Bal. in l.1.C.de rer.permut. Ias.in l.traditionibus in 1.col.in princ. C.de pact. & in l.vt inter diuinum num.3. & seq. C. de sacrosan. eccl. Rom.cons.298. Frez.de subs. fol.97. num.64. & Anan. cons.42.vol.1.

2 Tum secundò, quia cùm simus in gratiosis,proinde attendi debet tempus datæ, cap. tibi qui & cap. si eo tempore de rescript.in 6.cap. eam te, & c. constitutus eod. tit.Bal.& Castr.in l.1.C.vt lite pend.Luc.de Penna in l.1.C.de præf. prætor.lib.12.

3 Tum tertiò,quoniam loquendo à simili, quod validum est argumentum,Licentiatus si post longum tempus ad gradum promoueatur,præfertur omnibus illis, qui medio tempore ad gradum sunt assumpti. Fel. in rubr. de maior. & obed.col.1. Socc. cons 70.volum.4. Boer,de auctoritate magni Consilij num.98. Dec.in l. cum quid col.3.ff.si cert.pet. & Gab.concl.1.de maiorit. & obed. vbi communem nuncupat.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, cõtrariam sententiam putaui veriorem, ac iuri magis consonam, quam tenent, & sequuntur Bal.in c. cum olim in princ.de consuet.Ant.de Butr.in c.fi.de cau. poss. & propriet.Bommin. cons.21.n.16.Rot.in dec.2. de consuet.in nouis Caput.in dec.357.n.1.lib.2. Grat.in add. ad dec.16.in princ.Nouiss.in sua prax.c.64.in ann.quorum opinio corroborari poterit iuribus,& rationibus.

4 Ratio est, quia huiusmodi honor datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera,quæ in Ecclesia subsint,quia istæ præeminẽtiæ sũt fructus possessionis, & propterea Canonico, qui prius cœpit,possessionem deberi præcedentiam in stallo chori, & danda voce in Capitulo,& alijs,&c.& ex prædicta ratione ita fuit resolutum in Rota Romana in vna Vicentina precedentiæ 27. Aprilis 1594. coram Licta, & tandem in vna Burgen. 30.Aprilis 1599. coram Mantica.

Iuribus etiam probatur primo per tex. in l.1. C. de consulibus lib.12. vbi inter consules is, qui primo accepit possessionem consulatus, præfertur.

Secundò, per tex.in l.vnicuique C. de proximis sacrorum scrinior, lib. 12. vbi qui posteriori tempore in militiam sacrorum scriniorum admissus est,posteriori loco sedere debet.

Tertiò,per tex.in l.fin.C.de tironibus lib.12.ibi,nisi cui & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur.

Quartò,per tex.in l.2.C.de off.Mag.offic.ibi,vel labor prolixior fecerit anteire.

Quintò per glos. in cap. fin. in verb. antiquiores de maior.& obed.ibi,sed & tempore, quo in Ecclesia militauerint.

Non obstant contraria,præsertim illud,quod primo loco prouisus,licet in possessione posterior,præferatur prouiso secundo loco, cap.eum cui de præb. in 6. quia secundum Nouiss.loco cit.procedit in iuribus,quæ simul cum ipsa re transferuntur,non in prærogatiuis,& præeminentijs,quæ personis cohærent.

RESOLVT. DLXVI.

An Archidiaconus præferatur Archipresbytero.

1 *Archidiaconus dicitur caput Capituli.*
2 *Archidiaconus habet primam vocem in choro, & locum in Capitulo.*
3 *Archidiaconus habet maiorem dignitatem quacunque alia in Ecclesia Cathedrali.*

1 PRo Archidiacono facit; quod ipse non est membrum inferius Capituli,verùm caput,quoniã absque scrupulo aliquo Archidiaconus dicitur caput capituli,vt probat tex.in c.dilecti filij de maior.& obed. vbi Ant. de But. & Io. de Imol. in 1. not. colligunt ex illo tex. dicente, conquesti sunt dilecti filij Archidiaconus, & Capitulum, quod Archidiaconus dicitur re ipsa esse caput Capituli, & hoc magis expressè sentit Bald.inibi, qui ex illomet tex. colligit, quod Capitulum prosequitur iura Episcopatus vbicunque Episcopus est in negligentia,vel dolo, & sic Bald. per illum tex. loquitur de Capitulo conquerente, vbi interueniebat Archidiaconus cum Canonicis,& consequenter intelligit, quod appellatione capituli venit Archidiaconus,vti caput.

2 Et inde est,quod Archidiaconus ipse in omnibus,& quibuscunque Ecclesijs Italiæ habet, tã de iure,quàm de generali consuetudine,& antiquissima obseruantia primum locum in choro, & primam vocem in Capitulo cum maxima præeminentia præ cæteris in ipsa ecclesia,vt latè ostendit, ac comprobat Barbat. cons. 5.col.1.cum seq.vol.2.Hart.cons.23.n.6.& seq.Bomin. cons.22. num.31. & seq. vnde de distributionibus quæ sunt de communi massa Capituli,debentur duę partes Archidiacono, Viu.lib.1.comm.opin.cap.70. nu.2. & idem in dec.290.

3 Item facit,quod voluit Abb.cons.21.vol.1.quem refert,& sequitur Bomin.cons.22. nu.18.vol.1. quod dignitas Archidiaconatus est maior dignitas quacũque alia,quæ sit in Episcopatu, cum Archidiaconus dicatur oculus Episcopi, cap.ad hæc de off.Arch. quare si caput Capituli dicitur maior dignitas,cur non debet Archipresbytero præferri.

Denique facit, quod Archidiaconus de iure communi habet multas iurisdictiones, vnde obtinet perpetuam vicariam, & iurisdictionem ordinariam, c.1. & ibi gl. in verb. Vicarium de off.Vic.c. ad hæc de off. Arch. Siluest.ver.Archid.§.1.licet hodie sit correctum per Conc. Trid. sess.24. cap.20.

Addo quoque pro Arch.tex.in terminis in cap.1.de off.Archipresbyteri,cuius verba sunt,Sciat Archipresbyter se esse subiectum Archidiacono, & eius præceptis, sicut sui Episcopi obedire.

Pro Archipresbytero verò adducitur tex in cap.officium de off. Archipresbyt.vbi absente Episcopo, Archipresbyter præfertur Archidiacono in functionibus sacerdotalibus.

Vnde pro conciliatione dico, quod Archidiaconus precedit Archipresbyterum in administratione,& Archipresbyter precedit Archidiaconum in diuinis,glos. in cap.1.de off.Archipresb.Quid vero dicendum sit in præposito alicuius ecclesiæ,an scilicet,præferendus sit Archidiacono in præeminentijs incensationum, & osculo pacis vide dec.Rotæ Rom.865.cum duab. seq. in recollect. per Farin. in nouiter nouiss.

RESOLVT. DLXVII.

An Vicarius præsidente Episcopo in Sinodo diœcesana, præcedere debeat Capitulum.

1 *Vicarius repræsentat personam Episcopi.*
2 *Vicarius omnibus Canonicis est præferendus in processionibus,& similibus.*
3 *Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi.*
4 *Episcopus facit vnum corpus cum Capitulo, & Canonici membra.*
5 *Vniuersitas est dignior persona singulari.*
6 *Vicarius non debet ex necessitate intereße in Synodo.*

1 PRo Vicario facit primo,quod cum per eũ repræsẽtetur persona Episcopi,cõsequẽter vti ipse Episcopus alios præcedit ex regula iuris, quod prerogatiua, & honor,qui debetur principali,est debitus quoq; eius locumtenenti, seu eum repræsentãti. Dec.in cap. sane n.2. post med.vers.resoluendo de off.deleg.vbi concludit

dit generaliter Delegatum, Vicarium, vel Locũtenentem deberi honorari tanquam repræsentantem personam principalis, & propter talem prærogatiuam cæteris eius partibus esse præferendos; vnde dicitur in l. c. grandi de suppl. neglig. Prælat. in 6. & in cap. in noua 16.q.7. administratori honorem exhibendum, sicut ipsi Domino, vt patet ex illis verbis, *debitum eis exhibentes honorem*, & notat ibi Anchar. in 5.not. & Barbat. in d.cap. sane, il secondo, n.3. de off. deleg. & Ang. in l. si prior §. a Titio n.1. per illum tex. ff. qui potior. in pig. voluit prærogatiuam, quæ est in principali, esse in eius Locumtenente, sequitur Fel. in cap. cum olim, il secõdo, sub num.2. vers. item de off. deleg. Rimin. ad rubr. ff. de offic. eius, num.3. vnde voluit Franch. in d.cap. grandi, num.5. gerenti vices alterius, eundem deberi honorem, qui debetur ei, cuius vicem gerit, hoc idem voluit Abb. in d.cap. sanè, num.2. post med. vers. & facit, vbi per illum tex. vult Vicerectorem scholarium esse honorandum sicut Rectorem, quia Rectoris vices gerit, idem Abb. in d.cap. cum olim in 1.not. & ibi Fel. n.1. & Rom. sing.367.

2 Secundo pro Vicario facit, quod voluit Abb. in consil.21.vol.1. vbi ex pluribus rationibus concludit de iure Vicarium Episcopi præferendum esse in congregationibus, sessionibus, & processionibus canonicos, idem tenet Anan. in cons. inserto in fin. lect. Decretal. lib.1.n.5. qui loquitur, siue Episcopus sit præsens, siue absens, & hanc partem Vicarij sequitur Fel. in rub. de maior. & obed.n.10. in fin. & in cap. statuimus n.1. ver. & dicit Abb. eod. tit. vbi dicit, quod non valet cõsuetudo in contrarium, sequitur Ias. in l. de quibus nu.69. & 77. de leg. Crot. in l. omnes populi n.85. de iust. & iur. Petr. de Rauen. in tract. de consuet. sect.2.n.42. de Curt. eodem tract. in princ. c.nu.30. ver. posset etiam. Arnon. fin.28. Gamb. de off. leg. lib.3.num. 109. quam opinionem pluribus rationibus etiam defendit Cassan. in cathal. glor. mund. p.4. consid.46. Bertrand. in cons.73.num.8. lib.1.part.2. Bero. cons.22. n. 20. lib.1. Rebuff. in praxi de iure Episcoporum nu. 7. Gabr. de præsumpt. concl.1.num.37. & quod Vicarius præcedere debeat, tam præsente, quam absente Episcopo, latè defendit Ant. de Put. in suo clypeo pastorali, cap.6. num.39. cum pluribus seq. Cucchus in suis institutionibus, lib.2.tit.8.n.49. & hanc opinionem pro Vicario videtur, quod Rota tenuerit in vna Algaren. coram Oradino, vt habetur in decis.277. & in vna Placentina Sedis coram Seraphino, & in terminis quod in Synodo diœcesana Vicarius generalis sedere debeat ante dignitates, & Canonicos tenet Henric. Bott. de Synodo in 3.p.nu. 20. quem sequitur Sarmien. select. interpr. lib.7.cap.17. Ex quibus auctoritatibus videtur colligi posse hanc opinionem esse magis communem, quicquid in contrarium scripserit Menoch. cons. 51. & Ioan. Piccard. cons. seq. lib.1.

Tertio, quia Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi etiam supra Capitulum, & in singulos de Capitulo, & sic ratione iurisdictionis tanquã superior præcedere debet Capitulum, & singulos capitulares, maximè cũ Vicarius dicatur associari Episcopo in iurisdictione, cap. in nouo 16.quæst.7. & faciat idem consistorium cum Episcopo, cap.2. de constit. in 6. Vnde cum repræsentet personam Episcopi, alias præferri debet per text. in cap. præcipimus 93. dist. vbi dicitur, quod locum tenens debet tenere locum sui principalis.

Cęterum supradictis minimè refragantibus, contrarium videtur dicendum.

4 Tum primò, quia Episcopus facit vnum corpus cũ Capitulo, cuius corporis ipse est caput, & Canonici membra, cap. nouit de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu capit. glos. in c. irrefragabili in ver. per capitulũ de off. ord. Monac. in c. à collatione de appell. in 6. Vnde esset inconueniens, & contra ordinem naturalem, quod membra disiũgantur à capite. cap.1. dist.12. ideo nec Vicarius, neque alius inter caput, & membra interponere se poterit neq; ordine legali, neque naturali cùm sint vnum, & idem corpus, idem Monach. in cap. Romana num.9. de sent. excom. ita vt Canonici dicantur pars corporis Episcopi, sicut Cardinales Papę. Abbas in c. nouit de his, quæ fiunt à Præl. sine cons. cap. & ita in specie contra Vicarium latissimè concludit Gõzal. Mendez lib.1. diuers. iur. arg.c.1. per tot. vbi respõdet omnibus adductis per Sarmien. contrariũ sequentem d.c.17. quod etiam voluit Piccard. inter cons. Menoch.52. à nu.238. vsque ad 156. lib.1. prout dicimus de Rege, qui tam in suo Regno, quam extra præcedit Cardinales vti singulos, in Consistorio tamen, & Cappella Papę sedet post primum Episcopum, vel post antiquiorem Cardinalem Presbyterum, & idem de Imperatore ante coronationem, vt in Pontificali, seu Cęremon. in rub. de recep. Regis, & rub. de ingress. Imp. Menoch. cons.902.nu.71. vers. ita quoque lib. 10. post Piccar. d. cons.52.n.145. vbi etiam, quod dictus liber Pontificalis, seu Cæremonialis, tanquam authenticus attenditur in decisiuis. Host. in c. consuluit de Sacram. Ord. Botte. de Synodo p.3.n.6. & 43.

5 Tum secundò, quia Collegium, & quælibet Vniuersitas, vel Congregatio est dignior, quam' persona singularis, cap. statutum de elect. in 6. & multis cõprobat Cassan. in cathal. glor. mundi cons. id. 32. col. antepenult. vers. 8. facit p.2. ideo dicimus, quod licèt Abb. præferatur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, Bald. in c. pastoralis in verb. extra de off. deleg. Dec. cõs. 162. col. 1. Botte. de Synod. p.3.n.15. Piccard. d. cons.52.n. 131. tamen intelligitur, nisi Canonici collegialiter procederent, quia tunc repræsentant Ecclesiam Cathedralem, quæ plus alijs debet honorari, quare sunt præferendi, videlicet in processionibus, & similibus actibus, prout concludit Domin. in c. quamuis, §. quamquam in princ. n.3. vers. nota, quod Ecclesia Cathedralis, & ibi Franch. in vlt. not. n.3. de præbend. in 6. Ripa resp. 23. lib.1. num.3. Sylua de benef. p.1.q.1.n.81. vsque ad 87. Cassan. in cat. glor. mundi considerat. 32. in princ. vers. sed intellige prædicta, & col. 11. in fin. vers. 5. pro hac parte facit, p.4. Felyn. in c. meminimus col.2. in princ. vers. ex quo infertur n. 6. de accus. ita vt Capitulum quoque Ecclesiæ Cathedralis præferatur Capitulo Collegiatæ, etiam in propria Ecclesia Collegiata, quia si Episcopus est præferendus Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ, etiam in dicta propria Ecclesia Collegiata, vnde etiam Capitulum Ecclesiæ Cathedralis tanquam membrum Episcopi, prout in specie concludit Gonzal. Mendez lib.1. diuers. iur. arg.c.1.

6 Tum denique, quia Vicarius non est de illis, qui ex necessitate debeant in Synodo diœcesana interuenire, nam in multis locis fit mentio de illis, qui sunt vocandi, inter quos connumeratur Capitulum, & tamen nullibi reperiatur vocandum esse Vicarium Episcopi, vt in c. decernimus 18. distin. Anchar. in c. graue nu.15. in fi. & ibi But. post num.16. & Imol. sub n.20. de præb. & liquet ex Famagust. in tract. de Concil. in tit. qui in conc. sint vocan. col. pen. ver. in Concilijs autem synodalib. vbi ponit omnes vocandos, & nihil dicit de Vicario, quare in Concilijs generalibus, in quibus præest Papa vnà cum Cardinalibus tanquam membra ipsius vocandi sunt Patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, & tamen de illius Vicario nullum verbum fit, post Host. & alios tradit Pet. à Mont. in Monarchia Conciliorum cap. Concilio qui interesse debent, sub nu. 1. Si autem Papa non præest, tunc præest Legatus nomine eius, qui dicitur habere iurisdictionem delegatam, Imol. in d.c. graue num.22. vers. si autem de præb. & ita etiam fuit factum in Conc. Tridentino, quæ iurisdictio, & auctoritas Legati præsente Papa cessat, & in nulla habetur con-

consideratione, meritò idem dicere debemus de Vicario Episcopi in Synodo diœcesana, quia quod iuris est, de toto, quoad totum, idem iuris esse debet de parte quoad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vend. capitul. pastoralis, §. item, de officio. deleg. & ita arguit de Concilio generali, Petr. à Monte in dicta Monarch. Conc. in d. c. Concilio, qui deb. interesse, sub num. 11.

Non obstant contraria, præsertim quod Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi, & est supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, & consequenter tanquam superior præcedere debet, quia respondetur hoc procedere in his rebus, & in locis, in quibus habet maiorem iurisdictionem, & sic loquuntur Abb. Io. de Anan. Felin. Sarnien. & decisio in causa Algaren. & in causa Placentina Sedis, & aliæ auctoritates ex aduerso allegatæ.

Neque obstat illud de identitate reuerentiæ, siue honoris, quia respondetur hoc non esse semper verum, quia multa competunt Episcopo, quæ non competunt eius Vicario, & propterea respectu amplioris, & firmioris iurisdictionis magis honorandus est Episcopus, quam eius Vicarius, vt latè deducit, Alciat. in rubr. de off. ord. num. 28. in fin. & num. 29. in princ.

Sed prima opinio videtur verior, & audiui fuisse decisum à Sac. Congregat. super ritibus, & à fel. record. Clement. VIII. in vna Nolana.

RESOLVT. DLXVIII.

An Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ omnibus Canonicis eiusdem Ecclesiæ præferatur, ita vt non teneatur petere licentiam Canonico punctatori.

1 *Præpositus non tenetur petere licentiam à Canonico punctatore.*
2 *Peruerteretur ordo Ecclesiæ, si Præpositus obtemperaret eius inferioribus.*
3 *Præpositus, vti maior, alijs præcedere debet.*

1 COnsideratis considerandis, ac visis omnibus de iure videndis in quadam causa mihi delegata pronunciaui in fauorem Præpositi, vt scilicet cogi non possit, quando vult à Choro discedere, petere licentiã Canonico punctatori, & mouebar ex pluribus.

2 Primo, quia alias peruerteretur ordo ecclesiasticæ Hierarchiæ, & nullibi reperitur, quod superior teneatur obtemperare eius inferioribus, & consequenter ab illis petere licentiam, arg. text. in cap. cum inferior de maiorit. & obed. & Præpositum habere dignitatem non dubitarunt Doctores, præsertim Abb. n. 28. Io. And. num. 33. Fel. num 40. in cap. accessissent de const. quod patet etiam, quia ipse vti caput, sedet in primo loco, ac in manu dextera, ex quibus arguitur præsumptio maioritatis, secundum Bal. in l. decernimus in princ. in 2. not. C. de sacrosanct. eccles. Restaur. de Imperatore q. 22. num. 3. & quæst. 88. num. 7. Tiraq. de primogenit. in præfat. num. 13. vsque ad 17. vbi multa, quod honor consistit in sedendo ante alios, & dignior sedere debet à dextris, & inferior à sinistris, tanquam dextera pars sit validior, præstantior, religiosior, augustior, nobilior, & honoratior, Doctores in rubr. de maior. & obed. & non procedendo per mendicata suffragia. Quod Præpositus habeat dignitatem, text. est expressus in cap. quamuis de verb. significat.

3 Tum secundò, quia ipse Præpositus, vti maior cæteris Canonicis præfatæ Ecclesiæ Collegiatæ, alijs præcedere debeat, etenim maior dicitur etiam respectu honoris, & prælationis, cap. 1. & cap. statuimus, & ibi Abb. in 2. notab. de maiorit. & obed. Riminald. in rubr. de off. eius num. 2. vers. hoc comprobatur, Boer. in rubr. de off. deleg. num. 41. vers. maior etiam sumitur, pulchrè Bal. cons. 387. col. 1. circa fin. vers. maior. ab honore, & excellentia dicitur, lib. 1. Boer. dec. 286. num. 8.

RESOLVT. DLXIX.

Ius præcedentiæ an defendi possit armata manu.

1 *Existens in quasi possessione præcedentiæ potest se armata manu defendere.*
2 *Occidens aduersarium prohibentem ne sedeat in loco solito, non potest puniri pœna ordinaria.*

ORta lite, & controuersia inter Canonicos cuiusdam Cathedralis, quorum vnus erat Archidiaconus, alter verò Decanus, & existente in quasi possessione præcedendi ipso Decano, Archidiaconus de facto se ingessit in functionibus ecclesiasticis ad ipsum Decanum spectantibus, & consequenter instabat Decanus ipsum debere præcedere; quare cum Decanus, defendendo se, ne à iure præcedẽdi deijceretur, Archidiaconum prohibentem occiderit, fuit à me quæsitum qua pœna esset plectendus, dicebam ego pœna ordinaria committentis homicidia, ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de sicar. cum non sit de casibus, in quibus excusatur quis à pœna ordinaria, gl. in l. si vt allegas, C. ad leg. Iul. de sicar.

Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium consului, & secundum meum consilium fuit iudicatum, quæ dec. potest ex nonnullis defendi.

1 Primo, quia existens in huiusmodi quasi possessione sedendi in superiori loco, & præcedendi, potest etiam armata manu resistere ei, qui vult illum amouere. Bald. in l. obseruare §. antequam in fin. ff. de off. proc. Menoc. cons. 257. num. 55. lib. 3. & cons. 902. num. 77. lib. 10. Artham. cons. 29. Balb. cons. 17.

Quæ quidem quasi possessio acquiritur vnico actu, prout in specie concludit Marzar. cons. vlt. lib. 1. idem Menoch. cons. 126. num. 6. lib. 2. & sufficeret quoque illum actum fuisse vltimum, Ann. alleg. 90. post Cald. cons. 12. de iurepatr. per text. in cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. poss.

Tum secundò, quia in dubio est pronunciandum pro istis quasi possessoribus, Card. cons. 62. Corn. cons. 193. num. 14. lib. 2. Menoch. cons. 51. num. 40. lib. 1.

2 Tum tertiò, quia secundum Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 110. num. 20. si quis prohibetur in loco solito sedere, si defendendo se, ne ab illo loco deijciatur, aduersarium prohibentem occiderit, non poterit puniri pœna ordinaria, si ad arma prouocatus sit, quia causa honoris, & vitæ æquiparatur, gl. in §. suspectus instit. de suspect. tut. & ita in specie concludit Rebuff. in l. vnic. num. 354. gl. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. Cordub. in l. si quis à liberis in princ. n. 33. & 34. de lib. agnoscendis.

Tum quarto, quia etiam si laicis indulgetur acquirere in aliqua Ecclesia ius sepeliendi in eminentiori loco, concludit Paris. cons. 149. num. 2. lib. 4 quem sequitur Rota per Pamphil. Calaguritana Cappellæ 28. Maij 1586. vbi ampliat ad ius retinendi arma, & insignia domus, quæ benefactor potest acquirere in aliqua Ecclesia, Anchar. cons. 113. iura, quæ loquuntur, num. 4. Anan. cons. 86. pro expeditione in fine, Port. in §. apum inst. de rerum diuis. vbi loquitur, tam de iure sedendi in eminentiori loco, quam de præstando oblationem Sacerdoti Cordub. in l. si quis à lib. in princ. num. 32. ff. de lib. agnoscend. Non obstat, quod non detur actio iniuriarum aduersus eum, qui non patitur alicui honorem decerni, iniuriarum actio, §. si quis de honoribus, ff. de iniurijs, quamuis possit offi-

cium

cium iudicis implorari, Faber. in §. aliam inſtit. de bonorum poſſeſſ. vbi de nobilibus matronis, quæ non agunt actione iniuriarum, ſed iudicis officium implorant aduerſus alias non tam inclytæ notabilitatis, vt defendantur in vſu ſedendi in Eccleſia, aut offerendi, Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. libertas de cond. indeb. quia contrarium eſt verius, quod etiam detur actio iniuriarum, aduerſus prohibentem decerni honorem ex allegatis per Gratian. in cit. cap. 110. num. 23. intelligendo reſpectu honoris, qui alicui præſtatur ratione ordinis, & gradus, hic enim eſt neceſſariò tribuendus l. potioris, C. de off. rector. prouinc.

Finis tituli Praxis Præcedentiarum.

PRAXIS SEPVLTVRAE EIVSQVE electionis.

RESOLVT. DLXX.

Cur decedentes abſque electione ſepulturæ, alibi, quàm in Eccleſia S. Reſtitutæ ſepeliri nequeunt.

1 *Redditur ratio cur decedentes abſque electione ſepulturæ non poſſint alibi, quàm in Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ ſepeliri.*
2 *Ampliatur concluſio etiam in viatoribus tranſeuntibus, non habentibus hoſpitium in ciuitate, contra opinionem gloſ. in cap. in noſtra de ſepult. quæ tenet huiuſmodi ius ſepulturæ ſpectare ad Eccleſiam Cathedralem.*
3 *Aſſignatur ratio ampliationis.*

1 IN facti contingentia reſpondi, rationem eſſe, quia Eccleſia Sanctæ Reſtitutæ Neapolis habetur loco vniuerſalis Parochiæ totius Ciuitatis, & propterea decedentes abſque electione ſepulturæ, alibi, quam in ea ſepeliri nequeunt, ex regula iuris, Eccleſiæ parochiali tantummodo competere ius ſepeliendi omnes intra Parochiam decedentes, etiam ſi ſint exteri, & forenſes, habentes hoſpitium in Ciuitate, nam hi quoque ſunt ſepeliẽdi in Eccleſia Parochiali eorum habitationis, cum in ea ſumantur Sacramẽta, & ei debeantur iura ſepulturæ, Arch. poſt antiquiores in c. 1. n. 3. de ſepult. in 6. Butr. in c. 1. n. 9. & Abb. n. 4. eod. tit. Bellam. in dec. 90. n. 4. & in dec. 16. n. 6. ſumma Silueſt. in verbo ſepultura, num. 8. cum alijs, Vital. in
2 clem. 1. de priuileg. nu. 9. Feder. de ſen. conſ. 253. Idem puto de viatoribus tranſeuntibus, nec habentibus hoſpitium in ciuitate: nam licet ſecundum vnam opinionem hoc caſu ius ſepulturæ ſpectet ad Cathedralem, quam tenet gloſ. in c. in noſtra de ſepul. Innoc. Hoſt. & Io. Andr. in cap. 1. eod. tit. nihilominus alia opinio eſt verior, quod ſcilicet ſpectet ad Parochialem, intra cuius fines quis obijt, & hanc tenet Archi. Butr. Abb. & ſumma Sylueſt. locis ſupra citat. Boer. deciſ. 175. maximè ſi concurrat, quòd per Parochialem fuerint morienti adminiſtrata Sacramenta, Abb. in cap. 1. de ſepult. eo enim ipſo, quod percipiunt ex Parochiali ſacramenta, videntur in ea ſepulturam elegiſſe Gemin. & Franch. in cap. 1. eod. tit. in 6. & eſt magis communis, quę licèt eſſent in dicta Eccleſia S. Reſtitutæ, cum per eam non miniſtrentur Sacramenta omnibus decedentibus in Ciuitate Neapolis, propter multitudinem Parochiarum; nihilominus ex antiquiſſimo temporis curſu in ea ſepeliuntur, quamuis decedentes ex ea non perceperint Sacramenta, & iſtam opinionem, tam in forenſibus, quam in viatoribus, ſeruat Rota per Cardinalem Seraphinum in vna Hiſpalen. iuris ſepeliendi, 9. Iunij 1595. vt patet in deciſ. eiuſdem 1135.

3 Cuius concluſionis ratio eſt, quoniam ius ſepulturæ multum pendet ab adminiſtratione Sacramentorum, & illius electio poteſt fieri etiam tacitè Vbald. de quart. Paroch. cap. 6. num. 18. & 19. Abb. & Silueſter, vbi ſupra, & fuit reſolutum in eadem Hiſpalen. iuris ſepeliendi 15. Martij 1596. coram Illuſtriſſimo Mantica, cui prefata cauſa per appellationem fuit commiſſa, vt habetur in dec. eiuſdem 336. num. 2. & 6. Vnde viatores, & aduenæ morientes videntur tacitè elegiſſe ſepulturam per iſtam adminiſtrationem Sacramentorum, vt prædixi, Butr. cap. 1. num. 9. & in d. cap. in noſtra num. 3. de ſepult. Gemin. in cap. 1. eod. tit. in 6. ita vt licet aliquis elegerit ſepulturam in alia Eccleſia, ſeu Monaſterio, teneatur ſoluere quartam parochialem canonicam Parochiæ, in qua recipiebat Sacramenta, clem. dudum de ſepult. Conc Trid. ſeſſ. 25. de ref. cap. 13.

RESOLVT. DLXXI.

An ſolus actus ſepeliendi faciat Eccleſiam Curatam.

1 *Eccleſia vt dicitur parochialis, quæ ſint concurrenda, remiſſiue.*
2 *An per ſolum actum baptizandi poſſit dici Eccleſia parochialis.*
3 *Baptizare aliquando poteſt laicus.*

PRonunciaui cõtra quendam Presbyterum prętẽdentem quandam Eccleſiam ſibi commendatam fuiſſe Curatam ex eo, quod apparebat Presbytero, ſeu cuiuis alio in dicta Eccleſia Rectori competere ius ſepeliendi, & mouebar ex deciſ. Rotæ 50. par. 2. diuerſ.
1 vbi vt Eccleſia dicatur Parochialis, quatuor concurrere debent, & licèt ſpectet ius ſepeliendi ad Parochos non tamen ſolus actus ſepeliendi operatur, vt Eccleſia dicatur curata, Feder. conſ. 135. vbi allegat. Arch. in cap. 1. de ſepult. & Hoſt. in cap. quia nonnulli de cler. non reſid. & notat Gomeſ. in reg. de diomate quæſt. 11. num. 8. Hodied. de benef. compat. & incompat. part. 1. cap. 13. num. 9. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 1. num. 108. & neque ſolus actus baptizandi
2 facit, vt Eccleſia dicatur curata, vt dicunt ijdem
3 Auctores in locis cit. vbi etiam reddunt rationem, quia actus baptizandi aliquando licite exercetur per laicum, Sot. in 4. ſent. diſt. 4. quæſt. vnic. art. 2. & eccleſia poteſt habere cimiterium ex conſuetudine, vel conceſſione Epiſcopi abſque eo, quod habeat animarum euram Hodied. in cit. num. 9. hinc eſt, quod concurrentibus omnibus iſtis Eccleſia eſt Parochialis, & ita ad Parochum quoad præſentem quæſtionem, ſpectat mortuos ſepelire, vt fuiſſe dictum in Viridunen. Parochialis S. Victoris menſe Octobris 1539. coram Sarnenſe.

RESOLVT. DLXXII.

An Canonici Eccleſiæ Neapolis exigentes aliquid pro concedenda licentia alibi ſepeliendi, iure exigant.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Paciſci de rebus ſpiritualibus ſimoniacum eſt.*
3 *Electio ſepulturæ eſt de ſpiritualibus, & propterea in ea eligẽda, aliquid tẽporale accipi non poteſt, & n. 4. & 5.*
6 *Deciſio quæſtionis, & redditur ratio deciſionis num 7.*

1 PRo cuius quæſtionis dilucidatione ſupponendum eſt pro abſoluto Canonicos Eccleſiæ Neapolis habere intentionem fundatã contra omnes decedentes

in

in dicta Ciuitate absque electione sepulturæ, vt in Ecclesia Sanctæ Restitutę, & non alibi sepeliantur, & quia quandoquidem euenit personas valde qualificatas decedere absque dicta electione, quorum hæredes petunt licentiam alibi sepeliendi, pro qua concedenda Domini Canonici solét aliquod pecuniæ exigere, propterea fuit dubitatum, an iure exigant, & dubiũ mihi faciebat contra exactionem, huiusmodi pactiones esse simonicas, per text. expressum in cap. pactiones de pact. vbi pactiones in spiritualibus fieri nõ debent, alias inducũt simoniam, & iuxta id, quod scriptum reliquit Grat. lib. 1. discept. forens. cap. 11. n. 8. pactiones, quæ solent fieri cũ clericis, & religiosis, vt pro sepultura detur pretium, aut aliquid annuum præstetur esse illicitas, & consequenter reijciendas, & ratio est, secundum eum, quia cum hæc sint spiritualia, non debent admittere, quod pro eis sit dandum aliquod temporale, cap. postquam 13. quæst. 2. vnde neque de illis erit licita dispositio laicorum tanquam de annexis spiritualibus, secundum Panorm. in cap. cum laicis, num. 5. de reb. eccles. non alien. quare Spin. in spec. testam. glos. 2. princip. num. 44. voluit, quod sepultura in loco sacro est debita Christianis, & necessaria, neque pro ea potest peti pecunia, aut aliquid dari allegat text. in cap. abolendæ de sepul. vbi pro sepultura nihil esse exigendum, & facit text. in cap. præcipiendum, 13. quæst. 2. vbi habetur adeo supradictas exactiones esse illicitas, vt neque poterit exigi, nisi sponte fuerit datum. vnde idem Grat. discept. 210. num. 7. tom. 2. discept. for. limitauit nisi quis viuens aliquid iusserit pro ea dari post eius mortem.

Secundum dubium mihi faciebat hanc opinionem videlicet pro sepultura nihil esse exigendum, tenere nonnullos Doctores nõ mediocris auctoritatis, prout Sot. de iust. & iure lib. 9. quæst. 7. art. 1. Aragon. super D. Thom. 2. 2. quæst 100. art. 40. Turrecrem. in cap. dictum est 1. q. 1. Perez de anniuers. & cappel. lib. 1. cap. 25. num. 17. Humada in addit. ad leg. partit. tit. 6. p. 1. l. 55. glos. 5. Salazar de vsu, & consuet. c. 10. num. 24.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium fuit resolutum à Curia Romana, instantibus Dominis Canonicis, cuius dec. ratio, iudicio meo, potest esse illa, ex qua apertè patet non obstante contraria.

Quia supradicta licentia solet peti ad finem consequendi honorabiliorem locum in alia Ecclesia, vnde propter huiusmodi præeminentiam potest ille honor pretio æstimari, & vendi, cum hoc casu non vendatur sepultura, quæ gratis est præstanda defunctis per eorum Parochos, quasi illa, quæ sunt annexa spiritualibus à parte ante vendi possint; cum remota illa annexione, nihil spiritualitatis remaneat, quod secus est in annexis, & coniunctis à parte post, quæ nullo modo possunt separari à spiritualibus, Spin. de test. glos. 2. princ. tit. de elect. sepelt. n. 43. in fin. vers. sed pro explicatione.

RESOLVT. DLXXIII.

Electio sepulturæ debet esse libera.

1 *Pactum de sepultura eligenda reprobatur, amplia n. 4.*
2 *Nouissimus dat modum, quem debet seruare Parochus, dum accedit ad communicandum infirmum circa illius sepulturæ electionem.*
4 *Electio sepulturæ ad suggestionem facta num valeat.*
5 *Datur casus in quo pactum, seu iuramentum de sepultura eligenda, valet, & obligat.*

PRobatur expresè in cap. cum sit liberum de sepulturis, & in cap. is, qui §. fin. eod. tit. in 6. hinc est, quod pactum de eligenda sepultura non arctat, c. 1. de pact. in 6. & propterea Parochus dum accedit ad communicandum infirmum, debet ipsum interrogare in genere, in qua Ecclesia vult sepeliri, Nouiss. in sua praxi cap. 74. num. 3. Vnde si in specie ipsum interrogauerit, puta si vsus fuerit his verbis; *Vis sepeliri in Parochia, vel alia Ecclesia?* ipsam specialiter nominando, tunc non valeret electio tanquam facta ad suggestionem, d. cap. 1. de pactis, Cravet. cons. 16. vol. 1. Burs. cons. 226. num. 128. vol. 3. Mandel. cons. 6. num. 4. vol. 1. Rub. cons. 7. Quare electio sepulturæ, quæ fit ex pacto etiam in loco, vbi quis alias deberet sepeliri, inducit simoniam, cum hoc ius sepulturæ non sit firmum, sed variabile, & per pactum non esset tale, quasi per illud inducatur, quid plus, quod non erat de iure communi, Fel. in cap. ad audientiam, il 2. col. 8. ad med. ver. exprimere, num. 9. fall. 1. de rescrip. post Domin. in cap. 1. num. 6. in ver. apud quos & in ver. facienda de sepulturis, in 6.

Est tamen notandum, quod si hoc pactum, seu iuramentum de obligando se ad aliquam certam sepulturãm fuerit liberum, & non ad suggestionem regularium, aut Clericorum valeret, & posset quis cogi ad obseruantiam, non enim simpliciter prohibetur promissio, sed conuentio, & inductio ad instantiam religiosorum, Vitalin. in clement. cupientes 3. in fin. num. 83. de pœn. Franc. in cap. 1. in princ. col. 2. ad med. n. 3. vers. tu aduerte de sepult. in 6. & ibi Ancharan. num. 2. Aym. cons. 10. n. 11. & 13. & sequitur Rota per Cesar de Graff. decis. 2. num. 12. vsque ad n. 16. de sepulturis, vbi etiam ex hoc infert, quod accipiens fideicõmissum Maioricatum, aut donationem, & adstringens secum iuramento ad eligendum sepulturam secundũ voluntatem testatoris, tenetur ad obseruantiam, quasi imputandum sit ei, qui cum illa conditione se obligauit, cum res transeat cum suo onere, & possit donator in traditione rei suæ apponere conditiones, & pacta honesta, quæ sunt implenda per successorem, l. Meuius, & l. qui hæredi, de condit. & demonstrat. l. 1. de cond. institut. Molin. de primogenit. Hispaniarum, lib. 2. cap. 12. num. 34. Spec. in §. compendiosæ, num. 26. de instrum. editione, & in titul. de sepul. num. 6. & Host. quem sequitur Angel. in verb. sepultura num. 40. quicquid alij dixerint, & conclusum fuit in Rota.

RESOLVT. DLXXIV.

Electio sepulturæ an possit committi in alterius arbitrium.

1 *Vltima voluntas non potest dependere ex alieno arbitrio.*
2 *Contrarium deciditur electionem sepulturæ in alterius arbitrium commissam valere.*
3 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
4 *Electio non valet, nisi commissarius eligat viuente, & sciente testatore.*

SVpponatur in facto, quod cum quidam esset in extremis, quẽ Parocho interrogãte, quo loco sepeliri vellet, respõdit per hæc verba, *Io lascio il corpo mio done, & à quel luogo, che parerà al Sig. Frãcesco*, &c. Quare fuit dubitatũ, an de iure valeat supradicta electio in præiudiciũ Capit. Neap. cui ex antiquissima possessione sepeliẽdi omnes degentes in Ciuitate, & Diæc. Neap. priuilegium competit, sepulturæ non facta electione, & dubitationem faciebat pro opinione negatiua primo, quod vltima voluntas, prout est sepulturæ electio, nõ potest depẽdere ex alieno arbitrio, ad tex. in l. illa institutio, ff. de hæred. inst. latè Scribentes in

rubr.

rubr.ff.de leg.1.c.fi.vbi Panor.& reliqui de succeſſionibus ab inteſtato,& quod electio ſepulturæ ſit pars vltimæ voluntatis voluit Ioan. Andr. in cap.1.num.4. de ſepultur. in 6.quem ſequitur Monald. conſ.91.n.2. vol.2.

2 Cæterum hoc non obſtante contrarium fuit reſolutum, ſcilicet huiuſmodi commiſſionem electionis valere ex doctrina Gem. & Franch. in cap.is, qui §.mulier n.6.de ſepult.in.6. & ſupradictam commiſſionem, & electionem validam fore, ſequitur Guttierez in tract.de iuram.confirm.p.2.c.4. addit. ad Panor. in c. & ſi Chriſtus de iureiur.Rub.conſ.5. Merend.conſ.60. num.6.Anchar.conſ.214.

Mouentur per tex. in l. vtrum §. cum quidam.ff.de reb.dub.vbi dicitur,quod ſi teſtator tres heredes inſtituit,& grauauit alterum, vt mortuo teſtatore,reſtituat illam hæreditatem alteri ex ijs, cui ſibi videbitur, valet fideicommiſſum, quia in voluntate ipſius non eſt,an reſtituat,ſed cui reſtituat.

3 Addebatur quoque regula illa,quod qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, l. qui per alium, ff. de reg.iur.vnde in c.poteſt,eod.tit.in 6.dicitur,poteſt quis per alium,quod poteſt facere per ipſum, & omnia noſtra facimus, quibus impartitur auctoritas, c. mulieres de sẽtent.excomm.l.2.C.de vet. iure enucl. Quare ex ſupradictis videbatur dicendum, ſatis dici elegiſſe,qui per alium elegit.

Verum pro huius quæſtionis dilucidatione eſt notandum,quòd Neapoli ſeruatur, ſecũdũ Nouiſſ.c.74.
4 dictam electionem non valere niſi commiſſarius eligat viuente, & ſciente teſtatore; licet Guttierez in d. cap.4. aſſerat contrariũ,electionem ſcilicet poſt mortem committentis,valere,quia mandatum,ſecundum eum, cuius effectus neceſſario confertur poſt mortem mandantis, non expirat morte committentis,vt in c. fin.§.fin. de teſtam. lib.6. cui conſonat lex 38. Tauri, neque ſecundum eundem obſtat, ſi dicatur, quod morte committentis abſque commiſſarij electione, ſtatim acquiritur ius Eccleſiæ, vbi debebat ſepeliri, non electa ſepultura, arg.d.§.mulier, quia negat ipſe hoc procedere, cum teſtator noluerit ibi ſepeliri, niſi inquantum ille iſtud elegerit,& ſequitur Spin.in ſpec. teſtam.gl.2. princ. tit. de electione ſepulturæ num.41.

RESOLVT. DLXXV.

Electio ſepulturæ an probetur teſtibus ſingularibus.

1 *Electio ſepulturæ probatur per teſtes ſingulares.*
2 *Sepulchrum eſt commune familiæ.*

IMputabatur cuidam Parocho quendam ſepeliuiſſe in aliqua Eccleſia, in qua non apparebat ſupra dictum eius ſepulturam elegiſſe; quare conſtitutus in Cur. Arch.pro eius parte dicebatur, apparere de electione ſepulturæ,licet teſtes id deponentes eſſẽt ſingulares: vnde dubitatum quid iuris,fuit reſolutum in dicta Curia electionem rectè probatam fuiſſe,ſiquidẽ ſepulturam, quem ſibi elegiſſe in tali loco, probatur
1 per teſtes etiam ſingulares, ita reſpondit Guid. Pap. deciſ.544. vbi propoſitus illi fuerat caſus huiuſmodi: Fatres prædicatores probare volentes, quem ſibi elegiſſe ſepulturam in eorũ Eccleſia produxerunt teſtes, qui de voluntate defuncti,diuerſis tamen temporibus expreſſa atteſtabantur,contra quos cum obijceretur, quod ſingulares erant, idem Guid Pap. nihilominus reſpõdit electionẽ probatã eſſe, quia teſtes ſingulares in tempore,& loco quando tempus,& locus non ſunt de ſubſtãtia,bene probant Cappell.Thol. in deciſ.11. & Bellam.in dec.398.nã teſtes ſingulares admittuntur vbi agitur de probando quid in genere, & fuit iudicatum,quod ſic, vt refert,& ſequitur Cravet.in tract.de antiq. temp. in 4.p.n.25. ſecundum Aret. in conſ.42 Ang.conſ.234.col.3. Alex. in conſ.85.col.fin.vol.2. & in conſ.92.col.4.vol.5. Socc. in conſ.295.col.2. Bald. conſ.207.4.vol.& hanc ſententiam veluti magis communem ſequitur Corn.in conſ.92. col.13. verſ.tamen dum agitur,vol.1.& conſ.247.col.7.vol.2.Curt.iun.in conſil.64.col.3.circa finem. Imol. in conſil.5.vol.1.& latè Iacobus de Alba. in conſ.25. quamuis colum.1. vide Boer.in deciſ.342.

Et patet etiam in iuriſdictione, quæ teſtibus in tẽpore,& loco ſingularibus,& diſcordibus,probatur, vt tradit Socc. conſil.99.col.3.volum.2.Ruyn. conſil.53. colum.1.volum.4. conſil. 67. colum. antep. volum. 5. & ita ſe vidiſſe pluries iudicari refert Guid. Pap. vbi ſupra. Si igitur in probanda iuriſdictione diuerſitas loci, & temporis non nocet, multo minus nocere debet in probatione electionis ſepulturæ, quæ fauorabilis exiſtit l. 2.C.de ſacroſ. eccleſ. quia licet vnus dicat ſe audiuiſſe in vno loco, alter in alio, dicitur tamen ſepultura plene probata, cum in iſto caſu locus non purificet ſepulturam ſæpius recenſitam, ac continuatam, ita Addit. ad Cit. dec.554. Guidonis Pap. Neapoli ſtatur dicto Confeſſarij, vel teſtamento, aut teſtibus, prout ſtatuitur in Concilio Prouinciali ſub tit. de ſepult. & refert Prax. Arch. cap.74.ſub num. 8.

2 Nec illud prætereundum eſt, ſepulchrum familiæ, vel hæreditarium, probari ex inſpectione literarum, ipſi ſepulchro inſcriptarum, vt tradit Spec. in tit. de probat. verſ. 6. quem referendo, ſequitur Caſt. in l.ſi ſepulchrum, C. de relig. & ſumpt. funerum.

RESOLVT. DLXXVI.

Conſuetudo recipiendi aliquid pro ſepultura, quo caſu dici poſſit laudabilis.

1 *Conſuetudo diſponens aliquid recipiendum pro ſepultura, quod non ſit admittenda, neque ſit laudabilis adducuntur duo, num.2. & 3.*
4 *Contrarium dicit Auctor eſſe ſeruandum in praxi, & reſpondet contrarijs, & dat intellectum ad iura prohibentia aliquid exigi pro ſepultura num.5.*
6 *Conſuetudo laudabilis quando dicatur deducta.*

1 VIdebatur prima facie dicendum præfatam conſuetudinem nullo pacto eſſe admittendam, & conſequenter in nullo quoque caſu nomen laudabile aſſumere.

Et hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia ſecundum Bal.in conſ. 20. vol.2. conſuetudo hæc non eſt admittenda, vt per Rodoan. de ſimonia mental. part.3. cap.4.num.9. tom.15.part. 2. fol.87. vbi loquitur de ſepulturis, benedictionibus nubentium, exequijs mortuorum, pulſatione campanæ, & clauſione hoſtij, & ſimilibus annexis ordini, Anan. in cap. abolendæ, per illum text. in princ.verſ. nota clericos de ſepulturis Molin. de primog. Hiſp. lib.1.cap.24. num.4.

3 Tum ſecundo, quia in dubio præſumitur talis conſuetudo inducta cauſa auaritiæ, vel cupiditatis, cum enim agitur de ſolutione temporali facienda clericis, in dubio contra eos eſt iudicandum, ne notentur auaritia in exactione temporalium, cap. quando de cenſib. Abb. in cap.1. verſ.vltimo nota de decim.Bellam. conſil.31. col.7. poſt med. verſ. ſed etiam, quia in ſe continet num.13.

4 Cæterum ſupradictis minimè refragantibus, contrarium eſt in praxi habendum, nec obſtant contraria, quia procedunt in conſuetudine proueniente ex coacta ſolutione, cum aliud ſit in ea, quæ fuit introducta ex pia, & laudabili deuotione fidelium, quæ eſt ſeruanda, & populus ad illius obſeruationem poteſt

cogi

cogi, si non iure actionis, saltem officio iudicis, cap. ex parte de censibus §. pro consuetudinibus Auth. de Sanctiss. Episcop. glos. in cap. sua, & cap. cum Ecclesiæ de simon. & est text. in cap. ad Apostolicam, eod. tit. & in specie ita declarat Castrens. cons. 363. circa primum quæsitum in princ. lib. 1. Quando enim præcedit coactio: est simoniacum, & contra ius naturale, & sic præscribi non potuit, & consequenter neque dicitur consuetudo, quæ non potest introduci per actus extorsiuos, qui habebant in se peccatum, & simoniam, cap. fin. de consuet. & in puncto docet idem Castrens. cons. 401. viso processu vna cum sententia, col. pen. num. 3. lib. 1. & ita declarat Rodoan. de simon. ment. part. 3. cap. 16. num. 33. vsque ad num. 38. vbi etiam quod nisi seruetur huiusmodi laudabilis consuetudo, laici peccant mortaliter, nisi ex aliqua rationabili causa desistant, Rom. cons. 344. in casu propositæ consultationis, num. 1. & 2. & ibi Mandos. in verbo priuilegia, vbi etiam allegat eundem Rom. sing. 433. & Dec. qui de eodem cons. Romani facit mentionem in cap. auaritia, num. 10. de præb. Quærè, quod datur vigore præfatę laudabilis consuetudinis, perpetuò sit dandum, nec per contrarium statutum reuocari posset, Bart. in l. priuilegia ad finem, C. de sacrosanct. eccles. Rom. sing. 438. & in Auth. similiter vers. 9. C. ad leg. Falcid. Gemin. in cap. 1. col. 7. de const. in 6. Sand. in cap. ad Apostolicam de simon. cum distinctionibus tamen de quibus per Alex. cons. 209. col. 4. in fin. lib. 2. Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, colum. 38. vers. duodecimo quæro de constitut. & ibi Dec. colum. 21. Soc. cons. 241. circa primam lib. 2. idem Castr. cons. 363. in princ. ver. 5. videtur lib. 1. Quamuis enim non valeat consuetudo inducens simoniam, Abb. in cap. non satis, num. 5. de simonia. Neuiz. cons. 55. num. 9. tamen intelligitur, dummodo non haberet causam specificam, puta quia solueretur loco decimarum censuum cathedratici, vel diuini cultus, non in vtilitatem clericorum, quo casu non posset ab inuito exigi, Præpos. in cap. dictum est in princ. 1. quæst. 1.

5 Et ita intelliguntur omnia iura, dum prohibent aliquid exigi pro sepultura, quia aliud seruatur de consuetudine, vt dictum est, & omnes DD. loquuntur de iure, vt Sylua de benef. part. 1. quæst. 7. n. 69. Cald. de interdictis, part. 2. in fin. num. 21. vers. circa primum hoc quæro, Vbald. de can. Episcop. cap. 12. num. 5. Henric. Boic. in cap. abolendæ in fin. num. 4. vers. aut quæritur de secundo, de sepul. Alexandr. in cap. his ergo num. 9. vers. sed non ratio dist. 23. Bart. in l. 1. §. ne eius nomine ff. de operib. public.

6 Consuetudo tamen laudabilis ex eo deducitur, si quis probasset, quod gratis, & gratanter Parochiani soluerint non ad importunitatem, & requisitionem Clericorum, sed sponte, & nulla cogente necessitate, & quod purè, & simpliciter fuerit oblatum, quod solutum est, nulla præcedente pactione, vel pignore, ita vt prius dentur spiritualia antequam aliquid temporale, vel spes de ipso habeatur, cum potius eo casu censeretur facta solutio non vigore consuetudinis, sed pro redimenda vexatione, & quod soluitur, sit taxatum arbitrio Parochianorum non Clericorum, quasi tunc illud habeat manifestam speciem cupiditatis, & simoniæ, & quod totus populus, vel maior pars permanserit in seruanda huiusmodi laudabili consuetudine, istis enim non probatis, non potest dici rationabilis consuetudo, & pia deuotione fidelium introducta, & vide Prax. Archiep. cap. 74. num. 9. vbi habes, quid seruetur Neapoli circa sepulturam.

RELSOVT. DLXXVII.

An amicus possit eligere sepulturam pro amico.

1 *Amicus non potest eligere sepulturam pro amico.*

CVm electio sepulturæ existente consuetudine, quandoquidem permittatur etiam consanguineo, secundum Artham. cons. 28. & de parte, quod admittatur consuetudo, vt possit eligere sepulturam pro filio impubere. est tex. in c. licet de sep. in 6. vbi Franc. in princ. n. 2. vers. nec obstat, quod talis, Vbal. de can. paroch. c. 11. n. 2. quem tex. extendunt ad dominum circa seruum, prout latè idem Vbald. cit. loc. Sylu. in sua summa verb. sepultura §. 1. Medices de sepult. q. 8. propterea dicebam in facti contingentia idem censendum esse in amico, amicus enim dicitur alter ego, secundum gl. in c. ego N. de iureiur. & venit appellatione fratris l. nemo dubitat ff. de hered. inst. & præponderat amicitia coniunctioni sanguinis l. fin. C. de castr. pec. lib. 12. vnde Ias. in l. exigendi, C. de procur. voluit amicum posse agere pro eius amico absque mandato, quemadmodum pater pro filio, sequitur Bal. decis. 52. Grat. loquens in proprijs terminis electionis sepulturæ lib. 1. discept. forens. c. 94. & de nonnullis effectibus amicitiæ, latè Tiraq. de pœn. temp. caus. 23. & in proprijs terminis, quod etiam amicus ex consuetudine possit eligere sepulturam pro amico voluit idē Franc. cit. cap. licet num. 3.

1 Cæterum quicquid sit ex supradictis, ego mutato proposito, contrarium respondi, motus præcipuè ob præiudicium, quod redundaret Cap. Ecclesiæ Neapolitanę, quod ampliaui procedere etiam existente consuetudine in contrarium, consuetudo enim laicorum non potest directè, vel indirectè præiudicare Ecclesiæ, cap. fin. de immunit. Eccles. & alias cessante consuetudine pater non posset eligere sepulturam pro filio d. cap. licet, quasi illius electio sit quid spirituale, Nauar. cons. 1. num. 1. eod. tit.

RESOLVT. DLXXVIII.

Ius affigendi arma in proprijs sepulturis an prohiberi possit.

1 *Lite pendente non possunt affigi arma.*
2 *Arma possunt affigi ab eo, cuius expensis actus fit.*

OLim mos erat in Monasterio Monialium Ciuitatis Nolæ, & propriè in Collegio Canonicorum Regularium, quod Moniales dicti Collegij non emittebant votum paupertatis, ex quo proueniebat, præfatas Moniales eorum consanguineos facere hæredes; quare cum quædam Monialis nomine Donna Hieronyma Marfeola omnium monialium consensu erexisset in d. Ecclesia quandam Cappellam suis expensis, & cum post eius obitum hæredes volebant affigere arma, seu familiæ insignia, vnde Monialibus prohibentibus id facere, consultus respondi ex infrascriptis.

Dubitationem faciebant nonnulla contra prætendentes affigere arma, & primo, quia cum de hac re penderet lis, igitur affixio prohibetur ex regula iuris, quod si quis in re litigiosa ponat, aut pingi faciat arma sua, poterunt ab aduersario deuastari, ac deleri, prout concludit Cassan. in cathalogo gloriæ mundi, part. 1. considerat. 38. conclus. 29. ad fin. vers. & ideo dic, Garz. de nobilitate part. 2. quæst. 29. Gratian. lib. 2. discept. forens. cap. 210. in fin. Vincent. Cicault. in tractatu de factis Principum, c. 5. de auctorit. Eccl. fol. 5.

Secundò, quia cum dicta Cappella fuerit ædificata

super

super solo, superficie illius Ecclesiæ, consequenter poterant hæredes prohiberi, eorum arma affigere, per text. in l.2.C. vt nemini lic. vbi habetur, non esse licitum super re aliena imponere insignia, seu arma propriæ familiæ, facit text. in l. Basilicam, Cod. de operib. public. sequitur Bart. in tr. de insignijs, & armis, cap.3.num.16.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium dixi, licere scilicet præfatis hæredibus eorum arma imponere, ad idque mouebar ex pluribus.

2 Tum primo, quia quilibet ex cuius expensis opus constructum fuit, potest arma in dicto opere affigere, l.2. & l. opus in fin.ff.de oper.publ.latè Cæpoll. de seruit.vrban.præd.tit. de picturis cap.71. vbi dicit, quòd cum quidam Episcopus Veronen.expendisset de bonis erogandis pauperibus, in fabricam Maioris Ecclesiæ duo millia aureorum, & fecisset sculpire insignia sua super Cappella sua cum columnis, fuerint illa abrasa ob id, quod illa non erat pecunia sua, vt per gl. in cap. relatum de præbendis.

Tum secundo, quia præfata monialis, vti benefatrix potest habere arma, vt probat Anchar. in consil. 113. Lambert. de iurepatron.lib.3.art.4.q.5.princ. Domin. in cap. duo sunt, 45. distinct. Felyn. in cap. tertio loco, de præsumptionibus, post Sicul.in cap.1. de iuram. calumniæ.

Tum tertio, quia contra amouentes arma, ac insignia in sepulturis datur actio iniuriarum, & officium iudicis, ex dictis per Gratian. tom.2. for. discept. cap. 210.num.49.

RESOLVT. DLXXIX.

An testamentum filij familias ad pias causas valeat, si conficiatur coram patre, & de eius expresso consensu non appareat.

1 *Filiusfamilias potest condere testamentum ad pias causas cum consensu sui patris.*
2 *Lex, aut alia dispositio prohibet quid fieri absque interuentu alicuius.*
3 *Præsentia importat scientiam, & intelligentiam non autem consensum.*
3 *Præsentia non importat consensum.*
5 *Consensus quando est de forma, necesse est, vt sit expressus.*
6 *Si consensus non esset formalis, adhuc etiam necesse est, vt sit expressus.*
7 *An in testamento condito per filium familias ad pias causas, necessarius sit expressus patris consensus.*
8 *Priuilegium filio famil. concessum, vt possit testari cum consensu patris, restringitur, vt solummodo procedat quando disponeret ad pias causas, & non aliter.*
9 *Quoties testamentum non valet in primo gradu, potest incipere à secundo.*
10 *Substitutio pupillaris non potest fieri, nisi existenti in potestate substituentis.*

SCipio de Transo filius vnicus Hieronymi de Transo dum fuisset crudeliter vulneratus, & prope mortem, condidit testamentum in præsentia dicti Hieronymi eius patris, vt notarius asserit, & suum hæredem instituit posthumum nasciturum, eidemque substituit Ecclesiam D. Mariæ de Carmelo Ciuitatis Suessæ, quandocumque ille sine filijs decederet, prout iam natus fuit, & infra mensem decessit, ex quo facto nonnullæ oriuntur iuris conclusiones.

Prima igitur conclusio, num filiusfamilias possit testamentum condere ad pias causas cum consensu patris. Secundò, an huiusmodi consensus exigatur expressus, vel tacitus, & propterea censeatur satisfactum per verba asserta per notarium, scilicet coram patre.

1 Et quoad primum, communis, ac recepta est Scribentium opinio, filiumfamilias posse ad pias causas testamentum condere, vt probat text. expressus in cap. licet de sepulturis lib. 6. & hæc est magis communis, ac recepta opinio, secundùm Alex. in l.1. §. hoc autem n.4.ff. ad Trebell.Rom. in Authen. similiter, C. ad leg. Falcid. Iaſ.in l.1.n.23.C. de sacrosanct. Eccl. & in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, post n.10.versic. pro ista, C. de testa. & in l.senium in 1.col. in princ. & Dec. ibid.n.21.C.qui testa.fac.pos.Ruyn. consil.62.n.11. in fine lib.2.Curt.iun.in d. §. ex imperfecto n.20. Paris. in cap. in præsentia n.20. de probat. Duaren. de arte testandi tit.1.cautela 1.in fin.Gugliel. de Bened.in cap.Raynutius p.1.num.29.de testam.additio ad Bartol. in l. qui in potestate, sub num.2. ff. de testam. & latissimè per Philip.Franch.in c. 1. num. 36. eod. titul. lib. 6. & latè etiam per Clarum in §. testamentum q.8. & 18.

Et quamuis sit de iure præfatum testamentum validissimum, in præsenti tamen casu erit nullum ex pluribus, ex quibus resoluitur secunda conclusio.

Tum primo, quia illa verba posita per notarium, scilicet coram patre non arguunt, neque important consensum, vt probatur expresse in leg. coram Titio ff. de verb. significat. *Coram Titio inquit aliquid facere iussus nō videtur præsente eo fecisse nisi is intelligat, ideoque si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse, scire autem, non etiam velle is debet, nam & inuito eo, recte fit, quod iussum est*, l. diem proferre, §. coram ff. de arbit. quibus in iuribus expresse probatur, quod quando requiritur consensus, non sufficit sola præsentia, & propterea consensus, & præsentia inter se discrepant.

Hinc fit, quod Concilium Tridentin. sess.24. de matrim.cap.1. disponens matrimonium esse nullum, nisi contrahatur coram Parocho, & testibus, quod quamuis Parochus, & testes inuiti, & per vim compulsi interueniant, & minimè consentiant, nihilominus tale matrimonium firmitatem habebit, Nauarr. consil.20. de sponsa. & in consil. 11. de cland. desponsa. Salzed. ad Diaz in pract.crim.can.c.73.lit.B. vbi plenè Mattiens. in l.1.tit.1.num.39.lib.5. de recomp. Gonzal. in reg.8. Cancell. glos.48.num.35. Sanchez lib.3.de matrimon. disp.70.

Quo fit, vt nō videatur satis tuta doctrina Fortunij Garsiæ in tractat. de vltimo fine iuris, num.438. dicentis, quod quando à iure ciuili, vel statuto ciuitatis requiritur præsentia alicuius in aliquo actu expediendo, si inuitus, & ligatus adesset, nullus actus esset, quia præsentia cogi potest, sed consensus non: hinc cum ad insinuandum donationem præsentia iudicis requiratur, sufficit sola præsentia, absque eo quod iudex aliquid faciat, dicat, aut consentiat. Bald. per illum text. leg. omnium, num. 9. & Alexand. ibidem num.10. & in l. illud sub num.4.C. de sacrosan. Eccles. per text. quem allegat in l. fin. C. de præd. curial. lib. 10. Bartol. in l. Modestinus num.3. ff. de donat. quicquid ipse Bal. senserit in contrarium in l. cum hi ff. de transactio.

Et quod ex præsentia non inferatur ad consensum scripsit plenissimè Fel. in cap. cum causam sub num.5. vers. secundo limita de testib. Menoch. de præsumpt. lib.6.præs.21.num.10. Polid. Ripa in tract. de nocturno temp. cap.65.num.19. Bercolt. consil. 33. num.10. Merend. consil.60.num.6. & seq. Monald. consil. 123. volum.2.

2 Hinc etiam prouenit, quod quando lex, aut alia dispositio prohibet quid fieri absque interuentu alicuius, satis esse illius præsentiam, quamuis nō cōsentiat, nec consulat id fieri, vt docuit Bald. in l.nam ita diuus sub num.2.ff.de adop. Aretin.in l.si quis mihi bona §.si coram in 1.notab.ff. de acquirend. hæreditate. Tira-

quell. de legibus connub. gl. 6. n. 76. & gl. 70. n. 32. Salzed. ad Diaz citat. cap. 73. vers. licet hoc à multis.

3 Bene tamen verum est, quod præsentia importat scientiam, & intelligentiam, non autem consensum, nam alias non diceretur esse præsens, vt probatur in citata l. coram Titio ff. de verb. signific. Card. in clem. causam num. 6. de electione, Alex. cons. 54. nu. 20. vers. præsumitur etiam vol. 2. Aret. cons. 168. n. 6. Rota diuers. in dec. 4. num. 10. par. 2. Cephal. cons. 182. num. 18. & seq. vol. 1. Mascard. de probation. conclus. 9. num. 7. & sequent.

4 Ex quibus omnibus firma remanet conclusio præsentiam non importare consensum, ac proinde verba notarij coram patre non significare nec tacitum, nec expressum consensum, & quatenus induceret consensum tacitum, tamen, non esset sufficiens, quoniam quando lex seu dispositio aliqua desiderat consensum, non sufficit tacitus, sed requiritur expressus, gl. in verb. expressus in c. statutum §. in nullo de rescriptis, quam gl. sequuntur Ioan. Andr. & Gemin. numer. 3. Franchus num. 5. Anton. de Butr. num. 7. Tiraq. de leg. connubial. glos. 9. num. 7. & maximè istud procedit, quando consensus requiritur pro forma, prout in casu nostro, vt patet in citat. c. licet in fin. vbi Summus Pontifex vtitur verbo negatiuo, quod quidem verbum est formæ inductiuum, vt per DD. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liberis, & posth. & per Iaf. in l. ius publicum ff. de pact.

5 Et quod quando consensus est de forma, necesse sit quod sit expressus, & non tacitus, & propterea non sufficere testatum fuisse coram patre, videtur voluisse Gemin. iuncta gl. in c. cum ab vno de re iudic. lib. 6. Abb. in cap. dilecti num. 10. de arbitr. Gomesius in reg. de impetrantibus benef. q. 11. num. 2. in fin. & num. 3. & ibidem Anton. q. 26. num. 5. cum seq. vbi propterea cõcludunt in casu dictæ regulæ requiri expressum consensum qui est formalis Dec. cons. 469. num. 3. & 4. Pariſ. de resignat. benef. lib. 8. q. 8. num. 25. cum seq. & lib. 9. q. 17. num. 67. & 73. Caputaq. dec. Rotæ Romanæ 83. num. 6. part. 3. Puteus dec. 162. lib. 3. num. 3. Grantius theorem. 25. num. 10. lib. 1. Rota diuers. dec. 471. n. 4. part. 1.

6 Quamuis nonnulli fuerunt opinionis, atque sententiæ, quod etiam si consensus non esset formalis, adhuc etiam necesse esset, vt sit expressus, vt probatur in l. 1. C. de filiofamil. minore, Dec. cons. 38. circa primum, sub num. 4. ad med. vers. præterea, & in consil. 419. n. 9. Bercolt. cons. 32. num. 16. & seq.

7 Et quod in condendo testamento per filiumfamil. ad pias causas sit necessarius expressus patris consensus; nec sufficiat illum interuenisse per coniecturas atque præsumptiones, prout in casu, facit, quod quemadmodum filiofam. permittitur donare causa mortis, iuxta terminos in leg. tam his §. 1. ff. de don. cau. mor. tamen iste consensus non sufficit tacitus, sed expressus requiritur, l. filiusfam. §. pari autem ratione, vers. sed enim meminisse ff. de donatio. Bart. in d. l. tam his §. 1. num. 6. Tiraq. de leg. connub. glos. 5. num. 5. & hæc est communis, & crebrior DD. sententia, secundum Alciat. in l. 2. num. 11. ff. de legat. 1. Couar. in rubr. de testam. par. 3. num. 10. & Mantica lib. 1. de coniectur. vltim. volun. lib. 1. tit. 12. num. 2.

Accedat pro inualiditate præfati testamenti alia cõ-
8 cludens ratio, nam priuilegium filiofam. concessum, vt possit testari cum consensu patris restringitur, vt solummodo procedat, quando disponeret ad pias causas, & non aliter, vt probatur in d. cap. licet, & ibi per DD. Mantua cons. 113. num. 6. & seq. vol. 1. & est communis opinio, secundum Clar. in §. testamentum q. 8. vnde cum primum testamentum Scipionis de Transo non fuerit conditum ad pias causas, propterea minimè dubitandum erit, quin ab initio fuerit ipso iure nullum, etiam si adhibitus fuisset expressus patris consensus, & sic intrat regula iuris, quod ex testamẽto nullo, seu inualido nihil debetur, latè per Bart. in l. fratre à fratre ff. de condit. indeb. Capyc. dec. 34. gl. in l. si veritatis, C. de fideicom. & Iaf. in l. cum quis, C. de iur. & facti ignor. vnde si prima institutio fuit nulla, substitutio pariter Ecclesiæ facta, erit nulla, quia substitutio interpretatur secundum institutionem, Crau. cons. 326. num. 5. Menoch. cons. 115. num. 52. lib. 2. & Guid. Papa in singul. 364. licèt secundum Dec. in cons. 427. num. 13. volum. 2. substitutus non veniat ex persona primi instituti, sed ex sua, & primo gradu institutionis inualido à fortiori censeri debet inualidus secũdus, quia institutus censetur magis dilectus, quam substitutus, Ozasc. in dec. 110. num. 8. & iura loquentia de institutione, non extenduntur ad substitutionem, l. quamdiu ff. de acquirend. hæredit. Hartaman. ff. de hered. instit. dec. 3. nec in vltimis voluntatibus locus est extensioni de casu ad casum diuersum, l. commodissime ff. de liber. & posthum. Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum n. 9. ff. de liber. & posthum. Boer. dec. 38. num. 14. nec etiã fit ex tacita mente testatoris de persona ad personam, Dec. consil. 211. Balb. cons. 250.

9 Non obstat, quod quoties testamentum non valet in primo gradu, potest incipere à secundo, l. 1. ff. de vulg. & pupill. Minald. dec. 43. num. 14. quia respondetur hoc procedere quando primus gradus deficit ob aliam causam, quam nullitatis vt in casu nostro, vt probatur in d. l. 1.

Vlterius censetur inualidum præfatum testamentũ ob id præsertim, quod notarius non reperitur rogatus, iuxta notata per DD. in l. sciendum ff. de verb. oblig. latè Bar. in l. 1. C. de vsuris, Caroccius dec. 20. & Achil. de Graff. in dec. 8. de iurepatronat. Nec potest rogari nisi de his, quæ fiunt inter partes, Bart. in auth. si quis in aliquo C. de edendo.

Vnde cum de huiusmodi actu non reperiatur rogatus, minimè ei credendum est circa consensum paternum, immo nec etiam circa præsentiam patris, arg. eorum, quæ scribunt Garf. in dec. 27. Afflict. in dec. 317. Benint. dec. 2. Surd. dec. 137. & 238. sicuti non creditur notario asserenti, quod testator sit sanæ mentis, licet corpore languens, Iason. in l. senium, C. qui testam. fac. poss. Ruiz Rot. Lituaniæ in dec. 2. Anton. Faber in dec. 26. C. de probation. quemadmodum non creditur ei, attestanti de sua commissione, Veral. in dec. 155. part. 2. Afflict. in dec. 273. & egomet latissime in collect. 242. part. 1.

10 Item pro exclusione substitutionis facit, quoniam substitutio pupillaris non potest fieri, nisi existenti in potestate substituentis, iuxta text. expressum, & ibi DD. in l. moribus, ff. de vulg. & pupill. vnde cum posthumus non dicatur in potestate l. fin. ff. de collat. bonorum, & casu quo dicatur, hic tamen non in potestate substituentis, sed eius patris, arg. text. in l. si eueniet ff. de adulter. ergo.

Ex quibus omnibus concluditur, nec primam institutionem, nec substitutionem valere.

RESOLVT. DLXXX.

Text. in c. licet de sepulturis, in 6. an locum habeat in filiafamilia testante ad pias causas de eius antefato.

1 *Filiusfamil. non potest ad pias causas testari. Limita num. 2.*
3 *Filiusfam. potest de antefato post mortem viri testari, redditur ratio num. 4.*
5 *Antefatum eadem habet priuilegia, quæ dos.*

IN supradicto c. licet de sepulturis in 6. disponitur, non posse filiumfamil. ad pias causas disponere, te-

sta-

stamentum condendo,nisi prævio assensu patris,quare
2 fuit mihi quæsitum, an locu sibi vendicet in filiafamilias,quæ nupta post mortẽ eius viri ,lucrata fuit antefatum,si possit de dicto antefato ad pias causas dispo-
3 nere absq;consensu eius dicti sui patris, in quo articulo respondi affirmatiuè , ex ea quidẽ præsertim ratio-
4 ne,quod antefatum,& dos pari passu ambulant,& per omnia assimilantur,ad text.in Authent.dos data C.de
5 donat.ante nuptias,de Franch.in dec.182.& antefatũ esse fauorabilem vti dotem voluit idem de Franch. in dec.519. vnde cum dos sit proprium patrimonium ipsius mulieris,ad text.in l.4.§. fin. de minoribus, sequitur , quod vti castrense peculium poterit de ea filiafamilias ad pias causas disponere absq; cõsensu patris , dos enim adeo dicitur proprium patrimonium , & castrense peculium ipsius filiæ,quod per text. in l.fin. C. de rei vxor.actione, pater dotem filiæ ad se reuersam , ea denuo nubente , non potest minuere .

RESOLVT. DLXXXI.

Quarta funeralis an debeatur , si moritur persona insignis , & post sepultum corpus , fiant exequiæ solemnes in aliquo loco .

1 *Facti species .*
2 *Funeralia , quæ dicantur , & num.4.*
3 *Funeris sumptus dicitur omne illud quod corporis causa erogatur .*
4 *Funeralia dicuntur illa , quæ cum cadauere ducuntur ad Ecclesiam , & quæ funeris causa sunt elargita, num.5.*
6 *Decisio quæstionis .*

1 EX facto proponitur,quod cum Serenissima Margarita Austriæ naturæ satisfecisset, & ad superos euolasset , & in Ecclesia Cathedrali Neap. solemnissimè , summoque cum apparatu exequiæ fuissent celebratæ,cumque dictæ Ecclesiæ maior cerarum pars ab Excellentissimo Prorege Neap.donata fuisset,comparuit in Curia Arch. conductor quartarum funeralium petens sibi deberi quartam de supradictis bonis donatis,cui petitioni se opposuerunt Domini Canonici Oeconomi præfatæ Ecclesiæ . Quare consultus ego quid de iure sentirem,dixi,quod glos.in clem.dudum , vers. funeralia de sepult.quam referunt,& sequuntur Vbal. de can.Episc.quæst.28.num.7. Henriq. cons.80.n.9. &
2 seq. Rub.cons.23. num.5. funeralia dicuntur illa , quæ cum funere ducuntur . Vnde in tex. in l. funeris, ff. de
3 relig.& sumpt.fun.dicitur , Funeris sumptus accipitur quicquid corporis causa erogatum fuit ; igitur ex supradictis videbatur dicendum,quod non dicãtur funeralia , & consequenter non deberi ipsorum quartam .

4 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului supradicta dici funeralia , siquidem ea funeralia dici in confesso est, quę cum cadauere ducũtur ad Ecclesiam,ita gl.in dict.clem.dudum, vbi Cordub.not. in §.verum quæst.3.qui in 5.q.equos pariter , & arma contineri asserit,ex attestatione Zenzel.quem etiam allegat Anchar. in d. clem. dudum §.huiusmodi num.30. vbi expressim de equis,& armis, quæ ducuntur , portãturque in defuncti honorem;Vel funeralia , seu mortuaria appellari, quæ funeris causa obueniunt etiam præter morientis voluntatem , Card. auctor est in eadem clem.dudum quæst.28.de sepult. & siue dentur ante, siue postquam condatur corpus , funeralium
5 nomine continentur quæcunque funeris causa sunt e-
6 largita,d.l.funeris ff.de relig.& sumpt.funerum.Porro, quod Sacerdotum , Clericorumque sint funeralia , & ad illos pertineãt,quæcunque funeris gratia inducuntur,probat tex.in dicta clem.dudũ §.ab olim,vbi Anc. & reliqui;quin etiam non funeralia modo , verum nec ius funerandi quidem ad laicum pertinere potest, si credimus Abb. in cap. quanto , de iudicijs .

Finis tituli Praxis Sepulturæ .

PRAXIS VARIARVM Resolutionum .

RESOLVT. DLXXXII.

Curia Archiepiscopalis an cognoscat de nullitate suæ sententiæ .

1 *Nullitas sententiæ diffinitiuæ coram quo sit deducenda .*
2 *Dictio de nullitate , est species prouocationis .*
3 *Prouocatio ad superiorem per viam dictionis de nullitate quid operetur .*
4 *Declaratur conclusio principalis .*

1 VIt resolutum affirmatiuè ex firma iuris regula, quod nullitas sententiæ diffinitiuę deduci potest coram iudice illo, qui tulit sententiam, si Ordinarius est,l. si Præs.C. quom.& quãdo iud.& qui nullitatem proponit , si petit pronunciari sententiam fuisse prolatam nulliter, & iterum per eundem iudicem iudicari,rectè petit,& agit l. si expressim ff.de appellat. l.4. C.de accus.& l.1.C.de sent.potest etiam deduci coram superiore illius Ordinarij,ad quem appellari potest,nã
2 dictio de nullitate,est species prouocationis Abb.in c. delicto ante n.7. de appellat. Bart. in d. l. si expressim ante num.9.& sunt text. in terminis de superiore in l.1. §.1.ff.quæ sent.sine appell.& in l.absentem C.de accus. in l.quædam mulier ff.fam.herciscæ.& ibi l.Cornelia pia ff. de iurepatron. Delegatus autem non cognoscit de nullitate suæ sententiæ,sed Ordinarius inferior , l. si vt proponis vbi gl.in ver.commisit,C.quom.& quan.iud. hæc est Bart.traditio in d.l. si expressim sub n. 14. corã quo iudice de nullitate sit agendum,de iure autem canonico sunt text. aperti in c. exhibita de iudic. & in d. c.dilecto , de appell.

3 Et prouocatio ad superiorem per viam dilectionis de nullitate operatur eosdẽ effectus , quos appellatio , nã deuoluit totã causam , suspendit iurisdictionẽ iudicis à quo,& omnia innouata,vti attẽtata retractantur Abb.in c.consultationibus de re iudic. num. 26. Card. Alexand.in d.c.dilecto num.61.vsque ad 66.& ratione deuolutionis totius causæ ad superiorẽ,resultat, quod sicut iudex appellationis ob totã causam ad se deuolutam , potest reformare sententiam etiam ex noua causa,l. Titianus ff.quod cum eo,l.per hanc C. de tẽp. appell.sic possit iudex superior de nullitate aditus pronunciare sententiam nullam , & reformare , condemnando,aut absoluendo,pulchrè Bar. in d.l.si expressim num.16. per text. in dict. l. 1. & in dict.l. absentem, & magis explicitè idem Bar. in d.l.si vt proponis, quib. in locis pariticat, quod ad deuolutione totius causæ appellationẽ& dictionẽ de nullitate ad superiorẽ,& vtrobiq;sequuntur cõmuniter cæteri,Im.& Ang.Aret.in d. l.si expressim,Abb.in d. c. dilecto sub n. 6. & conclusio hæc cõmuniter recipitur rescriptis ab Alex.in d.l.iudex n.20.ff.de re iud.& in suo cons.7.vol.1. lib.2.& est fundatum publica vtilitate ad lites finiendas , & ad euitandos circuitus inutiles, ad l. properandum C. de iudic.& cap.finem litibus de dolo,& contumacia, quod propriè pertinet ad iudicis officium.l.quidam æstimauerunt ff.si cert.pet.& idem Alex.cons.73.n.10.l.6. vbi Amplius post Anto.But.in d.c.dilecto col.4. quod etiã si pars confiteatur sententiam nulliter prolatam pote-

rit petere eā reformari ex illis actis, & audiri debeat, ad euitādos circuitus, & pro litiū fine, secuti sunt dec. in c. literis col. vl. de of. ord. Por. Imo. cons. 29. col. vlt.

4 Declaratur tamen conclusio, vt locum habeat vbi sentētia est nulla ex defectu alicuius solēnitatis in se, vt quia publicata in die feriata, aut extra terminū citationis, aut alio simili accidenti concernente actum publicationis, secus si ex aliquo substantiali concernēte nullitatem processus irreparabilem, veluti ob defectum libelli, litis cōtestationis, & huiusmodi de quibus per Bart. in l. prolatam C. de sentent. Tunc, quia huiusmodi defectus adhuc durant, & sunt impugnabiles, nimirum prima illa sententia non poterit reformari, nam non est dubium, quod defectus illi inficiunt processum, & ex eo processu non potest vtiliter ferri sententia, glos. notab. in §. 1. instit. de obligatio. in verbo secundum Ciuitatis iura, & Bald. in l. actori, C. de rebus cred. & in l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure col. penult. & in specie per hanc rationem, Alex. d. consil. 79. num. 4. vbi ad hoc retulit in terminis sic determinasse Bald. in l. 2. quæst. 14. C. de rescind. vendit. vbi ad hoc inducit tex. optim. in c. cum dilecti de empt. & vend. & ibi formaliter sic notarunt Anc. Imo. & Abb. idem Im. in d. l. si expressim, vbi concludit sententiā, latā contra sententiam, quia ipso iure non valet, l. post sententiam C. de sent. & interloquut. non posse reformari per iudicem superiorem cognoscentem de nullitate, quia vitium præcedens nullitatis adhuc durat, & latius idem Alex. consil. 53. num. 14. lib. 5. sequitur Dec. cons. 483. n. 8. Cran. cons. 271. col. pen. & vlt. vbi propterea infert sententiam nulliter latam ex defectu perēptionis instantiæ non posse reformari, quia adhuc vitium nullitatis ob dictam causam obstans est. Notabis tamē in praxi fuisse in Rota Romana diffinitum, teste Achil. de Graff. in dec. 4. de sent. & re iudicata, quod sententia iudicis ad quem confirmans primam, etiam nullam ex capite iurisdictionis, nihilominus est valida, & transit in rem iudicatam, vbi dicitur fuisse canonizatum cons. Alex. 111. vol. 5.

RESOLVT. DLXXXIII.

Calor iracundiæ an excuset à pœnis duelli.

1 *Facti species.*
2 *Quicquid calore iracundiæ fit, pro nihilo habetur.*
3 *Iuramentum calore iracundiæ emanatum, non obligat.*
4 *Confessio facta calore iracundiæ, non valet.*
5 *Prouocatio facta calore iracundiæ, minuit pœnam.*
6 *Qui calore iracundiæ publice Deum, vel B. Virginem blasphemat, est mitius puniendus, limita num. 7.*

1 CVria Episcopalis Bitōti cum condemnasset duos Clericos, pronunciando illos incidisse in censuras, & pœnas duelli iuxta Bullam Clement. VIII. & cum præfati Clerici appellassent ad Curiam Archiepiscopalem Baren. fuit commissa mihi causa hæc à Domino Aloysio Iesualdo Equite, vltra sanguinis notabilitatē, omni virtutum genere ornatissimo, pronunciaui in fauorem supradictorum Clericorum, motus, quia si calore iracundiæ, duellū contingat, dimicantes non incidunt in pœnas duelli, ex regula iuris, quod quic-
2 quid fit calore iracundiæ, pro nihilo habetur. l. quicquid calore, ff. de reg. iuris, quemadmodum dicimus de exheredatione filiorum calore iracūdię facta, Ias. in l. si filia C. de inoffic. testam. similiter votum factum calore iracundiæ non obligat. gl. est reputata sing. in cap. dudum in verbo calor. & ibi Io. Ant. & Panormit. de conuers. coniug. & est simlis glos. in cap. sunt, qui
3 opes 11. quæst. 4. Similiter nec iuramentum calore iracundiæ interpositum obligat l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. c.
4 sicut 1. de iureiuran. Eodem modo confessio facta calore iracundiæ, non valet, glos. est sing. in c. ex literis de diuort. quam ibi not. & sequitur Panormitan. & in d. cap. dudum, & in cap. fin. 4. col. de conf. & in cap. aferte in 11. col. de præsumpt. & in cap. cum venerabilis in 3. col. de except. & alibi sæpè. Eodem modo accusatio facta calore iracundię, debet per iudicem aboleri, l. 1. C. de abol. Similiter si quis acceptat secundum beneficium curatum calore iracundiæ, non dicitur vacare primum iuxta cap. de multa, de præb. & ita tenet ibidem Panormitan. in 4. colum. & Iason. in dict. leg. si filia.

Insuper dicebam in proprijs terminis esse decisionem Luc. 11. Rota Lucens. vbi voluit, quod si quidam calore iracundiæ se ad duellum irritauerunt, & incontinenti vnus ex eis accessit ad locum causa dimicādi, & alter non venit, quòd accessus non dicitur deliberatus, credit prouocantem non incidisse in censuras, sequitur Zened. in collect. 117. n. 4. par. 2. Graff. cons. 4. de
5 homicid. & ratio est, quia prouocatio facta calore iracundiæ, minuit pœnā, probatur in l. 1. C. si quis Imper. maledixerit & in l. famosi, ibi, *lubr. ling.* ff. ad l. Iul. Maiest. & in c. si quis irascitur 13. quæst. 2. & in cap. inebriauerunt 15. quæst. 1. & in cap. cum apud Thessalonicam 11. quæst. 3. immo glos. in cap. ex literis de diuortijs, dicit quòd confessio facta calore iracundiæ, non nocet, & idem de iniuria verbali, & manente calore iracundiæ, quod esset valde pulchrum ad euitandam pœnam statuti, quod intellige, quādo calor iracundię, esset tantus, quod illud deliberatè non fecisset, Fel. in c. sicut ex literis de iureiur. quemadmodum dicimus, si quis post calorem perseueraſſet in eadem voluntate, per tex. in cit. cap. si quis iratus, notat Bart. in d. l. quicquid calore, & in simili in l. licitatio, in principio. ff. de publicanis, quia tunc non excusaretur, sicut excusantur ijs qui ob verū calorē delictum patrarunt, secundum Ias. in cit. l. si filia, qui voluit, quod qui calore ira-
6 cundiæ Deum, vel Virginē publicè blasphemat, debet mitius puniri, nec habet tunc locum pœna cap. 2. de maled. secundum Archid. in cap. quid ergo, circa fi. 23. q. 5. allegat ita tenere Goffredum in d. cap. vbi Panor-
7 mitan. & Anan. limitant nisi ex iniusta causa esset prouocatus, puta ex ammissione pecuniæ facta in ludo d. cap. inebriauerunt 11. quæst. 1. facit, quod notat Panormitan. in cap. 1. in 2. not. de his, qui filios occid. Vnde Zened. in cit. collect. 117. ex Ioseph. Ludouicen. in præalleg. dec. 11. notans his vsus fuit verbis non incidere hodie in pœnas Sac. Conc. Tridentin. in cap. 19. sess. 25. de reformat. illos, qui calore iracundiæ se inuitarent ad duellum, & incontinenti accederēt ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, quod secus est dicendum quando ex animo deliberato ad eam accederent, licet absque patrinis, nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit: quare cum calor iracundiæ, vt supra diximus, minuat pœnam delicti, vel faciat actum, ac si non esset factus, fit quod prouocatio ad duellum ex calore iracundiæ operetur, vt prouocans non incurrat excommunicationem.

RESOLVT. DLXXXIV.

An ignorantia Bullæ Clem. VIII. excuset quem à pœna duelli.

1 *Iuris ignorantia neminem excusat.*
2 *Iuris ignorantia dicitur lata culpa.*
3 *Statuta posti duos menses ligant etiam ignorantes.*
4 *Ignorantia regularum non omnes excusat.*

1 REspondi negatiuè, ex regula vulgata, iuris ignorantiam neminem excusare, l. error. C. de iur. & fact. ignor. & cap. ignorantia, de reg. iu. lib. 6. quoniam

viam scire iure quilibet tenetur, l. leges C. de leg.

2 Imo iuris ignorantia dicitur dubio proculi lata culpa, vt per Alex.consil.77.colum.2.vol.3.Bart.in l.quod Nerua colum.6.ff.depos.Riminald.iun.consil.484.Anna num.20. volum.5. Bertran.consil.278. etiam num.2. vol.8.

3 In tantum, quod statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis,vt dixerunt Abb. Dec.Bero.num.49.& 52. & alij omnes vniuersaliter in cap. cognoscentes de consti.

4 Nec ignorantia regularum excusat omnes sicut ignorantia extrauagantium, vt tradit Abb. & alij omnes in cap.pastoralis de fide instrum.& Bal. in cap. ex causis de re iudic. Riminald. iun. consil. 462. proponitur num.3. & 62. vol.4.

In tantum, quod ignorantia iuris, quando allegatur, tunc præsumitur mala fides, quia iuris præsumptio tali allegationi resistit Bartol. in l. heredem ff. de his quib. vt indign. & in l. si fur.in princ. ff.de vsu.Menoch. consil.214.num.44.vol.3.Ioan.Andr.Dy.& Philipp.Franc.num.2.in cap. qui contra extra de reg.iur. in 6. nam ignorantia iuris causat præsumptam malam fidem, Decius consil. 130.num.5.

Et tantò magis ignorantia ipsa iuris non excusat, quando quod quis potuerit consulere peritiores, idque aliter non egit,vt per Glos.Alex. Iason. & Dec.& alios vniformiter omnes in l. iuris ignorantia C. qui admitt. attamen ignorantia iuris excusat, vbi dolus requiritur,vt per Ang.in l.si quis id, quod ff.de iurisd. omn.iudic.Dec.consil.604.col.2. consil.605. & 606. n. 6. quibus in locis vna simul cum Ruin.consil.23. lib.1.cõsuluere pro Duce Grauinæ, eum non teneri pœna criminalis læsæ Maiestatis, vel alia, licet sumpserit arma vna cum inimicis Cæsareæ Maiestatis contra Terras ipsius, ex quo dolus non aderat cum crediderit sibi id licuisse, quoniam licentiam tunc habebat Viceregis Regni componendi se cum inimicis ipsis pro statu suo recuperando: prout in casu simili in causa Syndicatorum ciuitatis Canusij, dum tractabatur de pœna incursa per eos in arctando pro Capitaneo syndicando terminum Regiæ pragmaticę, ita extitit iudicatum in Sacra Regia Audientia Prouincię Terre Bari, sub die 10.Ianuarij 1586. assistente tunc in ea Auditore Viu. prout ipsemet refert in dec. sua 253. lib. 2.

RESOLVT. DLXXXV.

Canonici Ecclesiæ Collegiatæ an possint constitui iudices synodales.

1 *Personæ eligendæ in constitutione Synodi,quas qualitates debeant habere, vt satisfiat menti Conc.Trident.*

2 *Canonici Ecclesiæ Collegiatæ an possint eligi in Synodo constituendo in iudices, pro negatiua adducuntur duo, num. 3. & 4.*

5 *Contrarium tenet Author ex tribus, de quibus num. 6. 8. & 8.*

1 EXtat sancitum in Conc. Trident. cap. 10. sess. 25. de reform.quod in Synodalibus constitutionibus eligantur personæ, quæ habeant qualitates iuxta dispositionem constitutionis Bonifacij VIII. quæ registrata reperitur in c.statutum de rescript. in 6. quibus causæ in partibus delegari possint,quæ qualitates sunt vt sint in dignitate,& personatum habeant, aut canonicatum in Cathedrali, qua dispositione stante, quæ-
2 ritur,an canonici Ecclesiæ collegiatę ad id assumi possint, & dubium mihi faciebat, quod iura loquentia de
3 canonicis intelligenda sunt de propriè,& verè canonicis, quales sunt, qui inseruiunt Ecclesiæ Cathedrali Artaman.in consil.60.n.6. Bald. consil.50. nu. 4. Rubeus consil.29.num.7.& seq.Alban.consil.13. num.4. & 7. Vn-

de tex.in cap.statutum de rescript. in 6. volens, quod causæ non committantur nisi personis in dignitate constitutis,ampliatur,vt procedat quoque in canonicis Ecclesiæ Cathedralis tantum, non in alijs, vt per Achil. de Grass.in dec.1.de rescriptis,& Caputaquen. in dec.257.part.1.

4 Secundò faciebat glos. pro eadem opinione, dict. cap. statutum in verb. quædam de rescript. vbi solum canonicis Ecclesiæ Cathedralis causæ committi possunt, igitur non alijs.

5 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium dixi ex pluribus.

6 Tum primò, quia in Ecclesia Collegiata solent adesse Canonici obtinentes dignitatem, & Collegiata dicitur quoque habere in se dignitatem, vt per Seraph. in dec.22. part.1.

7 Tum secundò, quia Canonici Ecclesię Collegiatæ in nonnullis æquipollent Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vt per eumdem Seraph. in dec.1223. part.2.

8 Tum denique, quia secundum Gemin.in cap.nullus nu.6.de elect. lib.6. quælibet causæ committi possunt personis habentibus dignitatem, licet sint extra Cathedralem, vt voluit quoque glos. in d. c. nullus,prout videmus in Prioribus, & Guardianis regularium, ad text.in clement. & si principalis de rescript. & text. in cap. quamuis de verb. significat.

RESOLVT. DLXXXVI.

Ignorantibus Pater noster, & Aue Maria, an possit interdici matrimonium.

1 *Facti species.*

2 *Matrimonium non potest dici prohibitum nisi in casibus à iure expressis.*

3 *Causa matrimonialis est fauorabilis. Amplia num. 4.*

5 *Adducuntur ad hoc tres Sac.Congregationis Episcoporum declarationes.*

6 *Excommunicati possunt contrahere matrimonium.*

1 QVia per Curiam Bitontinam fuit quibusdam prohibitum, ne matrimonium contraherent, ex eo, quod nec quidem sciebant Pater noster, & Aue Maria: habuerunt illi recursum ad Metropolitanum Barensem: qua de re consultus ego ab Aloysio Iesualdo Equite præclarissimo, tunc ibi Locum tenente, & fratre Archiepiscopi, respondi per infrascripta, vide-
2 licet, firmissimam esse conclusionem, matrimonij prohibitionem regulariter non esse inducendam, nisi in casibus à iure expressis, secundum Bal. in c. ex publico nu.7.de conuersion. coniug.quem sequitur Turrettus consil.90.vol.1.Marzarius consil.16.n. 6.& cum inter carmina, in quibus dilucidantur impedimenta matrimonij,vt sunt *error,conditio,votum,cognatio,crimen*, &c. non extet huiusmodi, scilicet illorum, qui nesciunt recitare Pater noster, & Aue Maria, igitur prohiberi non debet.

3 Item dicebam, quod cum causa matrimonialis sit fauorabilis,l.1.ff.solut.matr.ibi,*Interest reipublicæ mulieres esse dotatas*,facit etiam tex.in cl. dispendiosam de iud.Bero.in c.ex literis n.27. de in integr. rest. & di-
4 cit Triuis.in dec.28. par.1. quod adeo causa matrimonialis est fauorabilis, quod in dubio pro ipsa sit iudicandum, & ideo præfatus Episcopus nullo modo supradictam prohibitionem facere poterat.

5 Item dicebam, quod cum per Sac. Congreg. super negotijs Episcoporum bis,atque iterum fuerit inhibitum Episcopis,ne prohibeant volentibus matrimonia contrahere, præsertim illis, qui nesciunt Doctrinam Christianam,vt in anno 1588. scripsit Episcopo Gallipolensi,& iterum in anno 1589.28. Aug. Episcop. Cauensi, & tandem in anno 1590. 26. Augusti eadem Sa-

cra Congregatio rescripsit eidem Episcopo de Gallipoli, igitur neque ignorantibus dicere Pater noster, & Aue Maria.

6 Deniq; dicebam per argumentum à maioritate rationis, quia si excommunicati non videntur prohiberi posse matrimonium contrahere, ad tex. in c. significasti de eo, qui duxit in matrim. Couar. de matrim. 2. p. c. 6. n. 3. Viu. decis. 96. igitur tantò magis possunt contrahere matrimonium, qui nesciunt recitare Pater noster, & Aue Maria. Et hæc salua, &c.

RESOLVT. DLXXXVII.

An regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia.

1 *Quod initio est nullum, tractu temporis etiam valere non potest.*
2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*

REspondi negatiuè, ex duobus.

Tum primo, cum principium sit vitiosum, consequenter temporis spatio firmari non potest, vulgatis iuribus.

Tum secundò, quia subreptio vitiat gratiam ipso iure, cap. ad aures, c. constitutus cum alijs de rescript. c. si motu proprio de præbend. in 6. clement. 1. eodem tit. ibi *gratiam huiusmodi* &c. quamuis rescripta subreptitia ad lites regulariter non sint nulla nisi ope exceptionis, glos. fin. in c. ad audientiam 2. de rescript. & ibi Abb. n. 14. Felyn. n. 21. & commun. Oltrad. cons. 257. à num. 27. Rebuff. in prax. tit. de different. inter rescripta grat. & iustit. num. 1. Nauarr. in c. si quando de rescrip. prælud. 1. Didac. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin. quæst. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 2. & 3. & num. 16. Farinac. in prax. crimin. 1. part. quæst. 6. n. 46. Tusc. conclus. 722. lit. S. Sahagum. in cap. cæterum de rescript. n. 6. Sanchez de matrimon. lib. 8. disputat. 21. in 3. p. & alij plures Caputaquen. dec. 225. part. 3. & sunt aliæ infinitæ decis. Rotæ impressæ, & manuscriptæ ad hoc.

RESOLVT. DLXXXVIII.

De auxilio, seu associatione non posse quem puniri, nisi prius constet de principali delicto illius, cui dicitur præstitum auxilium.

1 *Curia Archiepiscopalis, quid seruet in puniendo quem de auxilio, vel associatione.*
2 *Vt quis possit de consilio, auxilio, & fauore præstito puniri, quæ requirantur.*

1 CVria Archiepiscopalis solet in casu, quo causa principalis delinquentis in Magna Curia non est sopita, interponere decretum; quod expecterur exitus causæ principalis, quod quidem iuridicum esse patet
2 ex regula, quod vt quis possit de consilio, auxilio, vel fauore condemnari, opus est, vt contra ipsum constet de delicto, ac delinquente principali, non quidem per solam contumaciam ipsius principalis delinquentis, sed per testes, aut alias veras probationes in processu contra ipsum inquisitum de auxilio legitimè facto, vel saltem per propriam ipsiusmet contumaciam, vt concludit Bartol. in l. si is, qui rem §. si tu Titium in fin. ff. de furt. & ibi Angel. optimè declarans, & Salyc. in leg. 1. col. 8. n. 25. Cod. de rapt. Virg. Anchar. in cons. 216. & Alex. in cons. 99. sub num. 4. vers. præterea lib. 1. & in addition. ad Bartol. in dict. §. si tu Titium, asserens in vtroque loco hãc opinionem Bartol. esse communiter approbatam, quam etiam sequitur Aretin. in tractat. malefic. in verbo dicto maleficio, num. 20. & ibi Aym. ad eum Foller. in sua practica in verb. capiat informationem num. 57. Bossi. in tit. de delicto num. 43. Ruin. in consil. 6. in fin. lib. 5. Carrer. infinitos alios citans in sua praxi §. homicid. num. 57. cum seq. ita vt sine controuersia concludi possit hanc esse communem opinionem, prout etiam asserit Clar. in suo lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 90. vers. scias tamen, licet ibi dicat in eam illa prouincia non obseruari, sed isto casu seruatum fuit.

RESOLVT. DLXXXIX.

Purgatio canonica quo casu practicetur in Curia Archiepiscopali.

1 *Purgatio canonica quid sit, & vnde dicta.*
2 *Purgatio canonica cur sit remedium subsidiarium, n. 3.*
4 *Purgatio canonica extra crimen hæresis, seu illius suspicionem, abijt in desuetudinem.*

1 DE Canonicæ purgationis remedio, scilicet de obiecto crimine innocentiæ demonstratione agit Nauarr. de hæretic. lib. 5. consil. 5. n. 3. & subtilissimus Martinus del Rio lib. 5. disquisitionum magic. sect. 13. cuius rei titulum habemus in decretal. de purgat. can.
2 quam esse remedium subsidiarium defendit in specie Caball. in suo luculentissimo libro resolut. criminal. cas. 84. n. 2. vbi ex Abb. ad c. 2. notab. 2. de purg. can. ait, hanc purgationem non esse indicendam, vbi aliter crimẽ possit probari, vel quia adsit accusator, vel quia extet indicium ad torturam, adeo quod Farinac. in prax. criminal. tit. de indicijs, q. 36. n. 181. & Foller. in pract. canon. in vers. & si nec confessi, aut conuicti, n. 8. dicunt non esse deueniendum ad purgationem canonicam, quando adiunt indicia ad torturam, ideoque subsidiaria reputatur, Maranta in suo speculo p. 6. tit. de iuramento n. 19. Diaz in pract. crimin. c. 151. Gabr. cons. 160. vol. 1.

3 Dicitur autem purgatio canonica, quia regulis iuris canonici est satis consentanea, vt infamatus de quocunque crimine, quod plenè probari non potest, & sic non confessus, aut conuictus, non modicum autem suspectus, per ius iurandum se purget, vel per sumptionem sacrosanctissimi Eucharistiæ Sacramenti. Penia ad director. inquis. p. 2. comm. 14. Verum quia,
4 extra crimen hæresis, aut illius suspicionem in desuetudinem abijt purgatio canonica, teste Claro in §. vltim. quæst. 63. num. 4. Gallia consil. 18. num. 126. cum sequent. Gayl. lib. 2. obseruation. 106. & inter regulares solummodo viget hoc remedium, dum aliquis infamia respersus, inquisitioni, Superioris sui subijcitur, ex qua nihil certi habeatur, nam tunc vocatus dictum iuramentum præstare debet, necnon adesse debent compurgatores, qui iurent se credere, quod is non deierauerit, compurgatores autem pro Episcopo debent esse duodecim: pro Sacerdote verò sex eiusdem ordinis, & dignitatis, cuius est reus, si fieri potest, & aliquando pauciores iudicis arbitrio, vt ostendit Vict. Mansus in tractat. de mod. proceden. in caus. regular. cap. 29. Roder. quæst. regular. tom. 2. quæst. 21. art. 1. & 2. vbi Religiosus accusatus, si deficiat in purgatione non punitur à suo Prælato, vti conuictus, sed ob violentam præsumptionem pœna tantum arbitraria plectitur, Silues. in verb. purgat. can. Simanc. de cath. inst. cap. 57.

RESOLVT. DXC.

Professio Fidei an præsumatur in dubio fuisse facta.

1 *Publicam Fidei professionem tenentur facere prouisi de Cathedralibus, & alijs quibuscunque beneficijs*

cijs Ecclesiasticis curam animarum habentibus.

2 *Præfata fidei professio debet fieri in Synodo diœcesana, & consequenter de ipsa solet fieri registratio in dorsu bullæ.*

3 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

4 *Continuatio præsumitur si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere.*

5 *Solemnitas extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio oritur.*

6 *Ex possessione decennali multa præsumuntur.*

7 *Si quis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus.*

8 *Ecclesia decennio ædificata patiente diœcesano, præsumitur ædificata ipso Episcopo auctorante.*

9 *Ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres qui decē annis reperiuntur diuisum possedisse.*

10 *Si filius habitauit per decem annos seorsum à patre, præsumitur emancipatus.*

11 *Qui per decennium se gessit, vt notarius, an præsumatur creatus solemniter notarius.*

12 *Stante Statuto, quod minor, vel mulier non possit obligari sine consensu propinquorum per lapsum decennij, præsumitur talem solemnitatem statuti intercessisse.*

DOminus Alexāder Russus meus cum Canonicus, vir quidem, vltra vitę integritatem, in agēdarūque rerum dexteritate, & in sacra Theologia, scientiaque vtriusque iuris eminētissimus, quæsiuit mihi an si non appareat in visitatione quem obtinentē Canonicatum, vel parochialem fecisse fidei professionem, sit præsumendum in dubio illam emisisse, cui respondi dubitationē mihi facere verba Conc. Triden. sess. 24. c. 1. & 12. vbi generaliter fuit dispositum, quod publicā
1 fidei professionem facere tenentur prouisi de Cathedralibus, & alijs quibuscūque beneficijs ecclesiasticis curam animarum habentibus, igitur nō est dubitandū quin sit necessaria vera apparentia professionis fidei.
2 Eo magis, quia solet fieri in Synodo Diœcesana, & consequenter de ipsa solet fieri registratio in dorsu Bullæ; vnde cum sit quid facti in dubio præsumi non debet, nisi probetur ex reg. iur. quod facta non præsu-
3 muntur, nisi probetur, l. in libello §. factæ ff. de capt. & postli. & probētur in cap. cum Ioannes §. verā responsionem istam de fide instrum. hoc idem placuit dum de iure respondit Corn. in cons. 181. vers. nec obstat vol. 2. Menoch. in cons. 11. num. 301. Bos. in cons. 36. n. 13. vers. verum respondetur Cephal. in consil. 53. n. 34. & in cons. 77. & 130.

Cæterum supradictis minimè refragātibus in proposito articulo respondi distinguendo, quod aut sumus in canonicatu de recēti collato, & tunc non præsumi fuisse emissam fidei professionem, aut vero est decennalis collatio, & tunc aut allegatur ab eo, pro quo præsumitur fuisse emissam fidei professionem, aut negatur: primo casu præsumitur, secundo vero nequaquam, ita Paris. de resignat. benef. lib. 3. q. 6. n. 74. cuius opinio corroboratur à simili de continuatio-
4 ne possessionis, nam continuatio præsumitur, si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere, nam tunc præsumitur possessio medio tempore continuata, secus si negat, nam tunc præsumptio ista cessat, glos. in l. siue possidetis, in verbo constituti vers. non distinguitur, & ibi Bar. num. 6. & 7. C. de probation. Bald. in l. 1. circa medium, vers. reuoco in dubium. Ang. n. 4. vers. in glos. 3. Castren. n. 9. Cuman. colum. 2. circa medium vers. tu dic, C. de probation. But. in cap. cum ad sedem, n. 25. Abb. n. 25. de rest. spoliat. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 23. vbi attestatur de communi de cau. poss. & prop. Couar. in c. Raynutius, §. 11. sub
5 num. 2. de testam. vbi de communi etiam. Item solemnitas extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio oritur, at secus si ab eo negetur, Salyc. in l. si filius q. 1. ver. sed hoc non obstat, Cod. de pet. hæred. dicens quod insus patris præsumitur præcessisse, si ipse hoc allegat, secus si negat, sequitur Alex. cons. 9. n. 9. vers. potest etiam, libro 3. Ruyn. cons. 23. n. 20. lib. 5. Gabr. de præsumptio. concl. 1. num. 74. Ita priuilegium præsumitur in vsu, si talis præsumptio à priuilegiato allegatur, non autem si negatur, vt fuit decisum in vna Caurien. iurisdictionis 26. Aprilis 1575. & facit Anchar. q. 207. n. 11. ad hoc.

6 Ex possessione enim decennali multa præsumuntur, quæ alias non præsumerentur, prout primo, si aliquis
7 per decennium rem tenuit prout emphyteuta, & pro ea soluerit debitū canonem præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus, & idem in eo, qui decem annis tanquam vasallus possedit castrum, præsumitur inuestitus de feudo, glos. in l. 2. in glos. magna Cod. de iure emphyt. Bartol. in l. 2. §. ex contrario ff. de acquirend. possession. & in l. litibus, C. de agr. & censib. lib. 11. Angel. & Mod. in l. prætor. in princ. eod. & vide text. in cap. 1. qual. olim. feud. pot. alien. Secundo facit, quod vult Card. Flor. in cap. requisisti de testim. quod
8 Ecclesia, vel Cappella iam decennio ædificata patiēte diœcesano, præsumitur ædificata ipso Episcopo
9 auctorante. Tertio facit, quod ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres, qui decem annis reperiuntur diuisum possedisse, glos. est sing. & ibi magis communiter approbata in l. penult. Cod. comm. diuid. Bald. in l. 1. colum. 3. Cod. de fidei comm. & singul. Ant. Burg. in cap. peruenit, de empt. &
10 vendit. Quarto facit, quod si filius per decem annos habitauit seorsum à patre præsumitur emancipatus, secundum Bald. in l. 2. post mortem ad fin. ff. de adopt.
11 & in l. 2. C. si aduer. rem iudicat. Quinto facit, quod voluit Bald. sub forti articulo in leg. 1. in 3. col. C. de fideicomm. quod qui per decennium se gessit, vt nota-
12 rius, præsumitur creatus solemniter notarius. Sexto facit, quia stante statuto, quod minor vel mulier non possit obligari sine propinquorum consensu, certè per lapsum decennij præsumitur talem solemnitatē statuti intercessisse, secundum Bal. in l. qui in aliena, & per illum text. in l. sciendum in princip. ff. de verbor. obligat. hoc non firmo, nam contrarium tenuit idem Bal. in 2. Cod. de leg. Lud. in d. l. sciendum, Alex. in d. l. qui in aliena, in princ. & in cons. 17. volum. 4. quod incipit, Viso instrumento locationis col. 4.

RESOLVT. DLXXXXI.

Omittens sumere primam tonsuram, an Sacerdos effectus teneatur ad illam se ordinari facere.

1 *Facti species.*

2 *Sacerdos omittens assumere primam tonsurā, quod possit postea factus Sacerdos illam assumere probatur ex tribus & num. 3. & 4. contrarium fuit decisum num. 5.*

6 *Respondetur contrarijs.*

1 SAcerdos quidam cum dubius existeret, an primam tonsuram sumpsisset, & cum eius dubitandi ratio vana, & frivola minimè esset, siquidem de ea non apparebat Bulla, neque eius Episcopus dicebat se recordari illam contulisse, quare consultus ab eodem Episcopo quid de iure sentirem, dicebam præfatum Sacerdotem non malè facere, nec aliquo modo errare, illam de nouo sumere, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia non dicitur iteratum, quod factū fuisse ignoratur, text. est & ibi gl. in l. 1. C. ne sanctum Baptism. iteretur. probatur in cap. 1. de cler. per saltū promo. facit text. in c. Ecclesiæ de consecr. dist. 1. & c. solemnitates de consecr. dist. 4. Quare dum dictus

Sacer-

Sacerdos ignoret an illam sumpserit, proinde minimè dici poterit iterator.

3 Tum secundo, quia iuxta Canonistarum opinionē prima tonsura est ordo, vt probatur expresse in cap. cum contingat, de ætate, & qual. in c. cleros 21. dist. in c. perlectis 25. dist. ita quoque Nauarr. in manual. c.22. num.18. Couar. lib.1.var. resol.c.10.num.16. & in c. quia nos, num.4.de testamen. adeo, quod percutiens clericum primæ tonsuræ, incidat in pœnas c. si quis suadente diabolo,17.q.4. vnde cum sit Ordo, necesse erit illam sumere, vt reliqui Ordines dici possint gradatim recepti.

4 Tum tertio,quia per text.in c. 1. de clerico per saltum promoto, qui ignoranter per saltum de subdiacono fit Presbyter, post pœnitentiam, debet ordinari in ordine Diaconatus omisso, sequitur Panor. ibid. in 1. col. Lapus alleg.28. Gemin.cons.22.numer.4. & propterea idem videbatur dicendum in prima tonsura omissa.

5 Cæterum præfatis minimè refragantibus contrariū resolui,motus auctoritate Inn.in c.cū contingat circa fin.de æta.& qual. quam sequitur Dominic.in c. Psalmistatus,col.fin.23.dist. Siluester in verb.ordo 2.nu.5. Sapia ad Panormit. in d. c. 1. de cler. per saltum pro. qui volunt, quod si omittatur Prima tonsura,vel Psalmistatus, vel Lectoratus non est repetendus.

6 Non obstant contraria, & propriè tex. in cap.1.de cler.per saltum promo. quia loquitur de sacro Ordine omisso, qui omnino debet repeti, etiam si dubitaretur,cum secundum Panormit. loco sæpius citato, Sacramentum quod de necessitate debet conferri, si dubitatur,an interuenerit, debet ad cautelam conferri, & ratio diuersitatis est,secundum Innoc. quia in ordine minore nullum officium speciale conceditur, secus in alijs, in quibus recipiendo quemlibet aliorum Ordinum, videtur recepisse potestatem faciendi omnia quæ ad hunc Ordinem pertinent.

RESOLVT. DXCII.

Episcopo, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia.

1 *Episcopo qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, nullum tempus super est.*

2 *Episcopus qui abutitur alternatiua, clarum est eum illam amittere.*

1 FVit mihi quæsitum, an Episcopo, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, remaneat saltem aliquod tempus ad conferenda beneficia, cui respondi, nullum quidem tempus superesse d. Episcopo,motus quidem ea ratione, paria esse quoad alternatiuæ
2 amissionem Episcopum abesse ab eius diœcesi, vel alternatiua abuti, & abutendo clarum est illam amittere, & priuatus censetur nedum iure conferendi in sex mensib. sibi vigore alternatiuæ assignatis,sed etiam pariter priuatus extitit vsu, & quasi possessione conferendi,ita vt amplius conferre non valeat, vt declarat Gonzalez gl.56. nu.37. & probatur in dict. reg. 8. vers.ibi vsu,& beneficie.

Cæterum in hoc articulo iudicauit Rota Romana in vna Sulmonen. alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illustrissimo Lancellotto,cuius decisionis tenor est.

Presuppositō,quod Episcopus post acceptatā alternatiuā à sua diœcesi se absentauerit in quibusuis anni mensibus, & quod per annum,siue longius, minusque tempus fuerit absens absque fraude, dubitatū fuit, an collatio beneficiorum vacantiū in mensibus Martij,& Septembris,Episcopo à sua diœcesi absente,ad Episcopum,vel potius ad Summum Pontificem spectet,super quo dubio Rota consulta respōdit collationem pertinere ad Summum Pontificē, cum isti duo menses, qui alias sunt Ordinarij,vigore acceptationis alternatiuę efficiuntur Apostolici, per quam acceptationem non dicitur Episcopus consequi merū priuilegium, neque illa acceptatio est simplex remotio obstaculi, sed per concessionem Papæ,& acceptationē Episcopi fit quædam permutatio mensium, vt per Mohed. decis. 3. de rescript. nu. 1. quia Papa ex octo mensibus reseruatis concedit Episcopo quatuor,& viceuersa Episcopus ex suis quatuor dimittit Papæ duos,& sic inter Papam,& Episcopum initur quoad hoc quædam conuentio, seu quasi contractus, vt propterea non possit Episcopus post acceptationem,absque scientia,& consensu Papę ab huiusmodi permutatione, & conuentione recedere, & dicere se nolle vti alternatiua, & velle ad menses ordinarios redire,Put.decis.88.lib.3.Achill. dec.2. num.3. super regul.modific. indulti addit.ad Simonet. de benef.reseruat.q.71.num.5.latè Mandos.consil.18. nu.8.& regulare est contractus ab initio esse voluntatis,& ex post facto necessitatis l.sicut C.de act.& obligat. & in istis terminis alternatiuæ fuit resolutum in causa Vicentina præceptoriæ 14. Decemb. 1592. coram Illustrifs. Blanchetto, alias sequeretur inconueniens, quod ius conferendi Sedis Apostolicæ esset in incerto, vt dicitur in d.decis. Vicentina, & quod esset in facultate Episcopi facere de mēsibus reseruatis ordinarios, & liceret ei residendo frui mense Februarii, & propter absentiam mense Martij, & deinde post reditum mense Aprilis, & sic de aliis mensibus Augusti, Septembris, & Octobris, quod absurdum ponderauit Rota in causa Fauentina Canonicatus 16. Decembr. 1585.coram Blanchetto,vbi etiam fuit consideratum, quod alternatiua concessa Episcopis ad illos inuitandos ad residentiam,contrarium effectum operaretur.

Neque repugnarent decisiones Putei 488. num. 5. & 492. nu.2. lib.2.Crescent.dec.11.de priuileg. Cassa. dec.2.& 3.eodem titul.& aliæ dicentes gratiam alternatiuæ esse remotionē obstaculi causati per reseruat. 8. mensium, quia declarari debet, & conciliari cum decisio. Mohed. Achil. & alijs sup. alleg. quod non sit mera,& simplex remotio, nec simplex, & merum priuilegium,sed cum sua qualitate, & conuētione, nempè, quod Episcopus debeat residere, & quod ex quatuor mensibus ordinarijs,dimittat duos Papæ,illos cū Apostolicis commutando,imo in alternatiua procedit vlterius,quia Papa expresse reseruat sibi sex menses alternatos,ita vt adsit etiam ista qualitas reseruationis sex mensium ad fauorem Papæ alternatorum, quam reseruationem istorum sex mensiū posse fieri à Papa non est dubitandum,propter eius absolutam potestatem,quo fit, vt statim atque acceptatur alternatiua,menses Martii,atque Septembris, de quibus agitur,sint reseruati Papæ,ita vt siue Episcopus resideat, siue non resideat durante acceptatione alternatiuæ, non possit se in istis mensibus ingerere.

Non obstant deducta ex Anton.Augustino tit.de alternat. §.vltim.& Mandos.consil.21.quod scilicet,per abusum Episcopus perdit alternatiuam, & reuertitur ad quatuor menses ordinarios, quia prædicta procedunt in suis terminis ob cōsensum Papæ, nam aut volumus Episcopum conferentē in mensibus Papæ propter huiusmodi abusum, iure ipso priuari beneficio alternatiuæ,ita vt non sit necessaria alia Papæ acceptatio,vel declaratio, & tunc in hoc casu adest consensus Papæ ab initio in concessione ipsius alternatiuæ recedendi ab alternatiua, & permutatione in ipsius acceptatione ab Episcopo facta, secuta ipsius Episcopi cōtrauentione,ita vt Episcopus nō possit amplius vti huiusmodi beneficio absque nouo cōsensu,& noua cōcessione ex parte Papæ,& noua acceptatione ex parte Episcopi,quæ nō applicatur in casu, quādo Episcopus ob non residentiam nō potest frui beneficio alter-

natiuæ

natiuæ, nam in hoc casu nullus adest Papæ consensus, nec dissoluitur permutatio prædicta facta in acceptatione alternatiuæ, sed tantum suspenditur illius vsus durante absentia, & consequenter non potest Episcopus firma remanente concessione, & acceptatione alternatiuæ ob non residentiam ipsius, redire ad menses in dicta acceptatione datos Papæ.

Aut volumus etiam in hoc casu amissionis alternatiuæ propter abusum... acceptationem, & consensum expressum, vel tacitum Papæ, vt videtur voluisse Rota in dicta Vincentin. præceptorię coram Blanchetto, & tunc eo magis procedunt supra deducta, quod Episcopus non potest ab alternatiua recedere, & ad suos menses redire sine consensu Papæ.

Neque etiam obstat, quod hoc modo Episcopus ex sex mensibus sibi concessis, duos tantum habeat, quia duos amittit, ex quo non residet, cum absens nō possit gaudere beneficio alternatiuæ propter verba regulæ quandiu verè, & personaliter residerit, alios vero duos menses vigore concessionis, & permutationis, vt dictū est, initæ propter acceptationem alternatiuæ, & cum Episcopus mediante acceptatione alternatiuæ duos menses lucretur ex Apostolicis, hoc potest æquiualere periculo amittendi duos ex ordinarijs, & nihilominus sibi imputet, vel quia alternatiuam acceptauit, & acceptando, ita conuenit, vel quod postquam illam acceptauit residentiam deseruit.

Non obstat, quod alternatiua non habeat locū Episcopo absente propter prædicta verba quandiu residerint, per quæ in causa Sulmonen. Canonicatus 13. Martij 1583. coram bon. mem. Cantuccio fuit dictum, quod Episcopus amittit alternatiuam statim atque recedit à diœcesi ..... reseruatio octo mensium, quia hoc procedit quoad ipsius præiudicium, qui cum non adimpleat ex parte sua, non potest gaudere commodo permutationis, sed non inde sequitur, quod alternatiua sit resoluta, & possit fieri præiudicium Papę absque eius consensu ad effectū, vt Episcopus possit prouidere in mensibus ad eundem Papam vigore alternatiuæ spectantibus, vt fuit resolutum in causa Maioricen. Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Illustrissimo Mellino, & prius fuerat dictum in supradict. Fauentin. coram Illustrissimo Blanchetto, quæ decisiones fuerunt à Dominis approbatæ, recedendo ab allegata decisione Sulmonen. coram Cantuccio, in qua non fuerunt istæ rationes consideratæ.

Pront neque obstat, quod licet alternatiua contineat pactum permutationis mensium inter Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactū sit qualificatū, cū illa qualitate quādiu apud Ecclesiā residerint, ita vt cessante qualitate residentię, videatur cessare pactum, nā quamuis respectu Ordinarij ad effectū, vt ipse vti possit beneficio alternatiuę, pactum sit qualificatum hac qualitate residentiæ, tamen respectu Papæ, dum in secunda parte concessionis alternatiuæ reseruat sibi alios menses, talis reseruatio est pura, & non qualificata, cum in ea non sint addita illa verba, Quandiu, &c. quia potius Papa reseruat sibi alios menses, vt præfatur, scilicet modo, quo, supra in regula, si purè reseruauit, & consequenter pactum respectu Papæ sibi alios sex menses reseruantis, non est qualificatum, sed purum, & ratio diuersitatis est, quia cum regula incipiat à reseruatione pura octo mensium, dū postea limitat reseruationem requirit qualitatē residentiæ ad inducendum Ordinarios ad residendum, nā contemplatione residentiæ Papa concedit alternatiuam, dum verò alios sex menses sibi reseruat, tunc nō repetit eandem qualitatem, quia facultas Papæ non debet pendere à beneplacito Ordinariorū residentiū, vel non residentium, neq; propterea potest dici pactū claudicare, stante concessione Papæ cum hac qualitate, & acceptatione Episcopi cum eadem qualitate, & sic accedente cōsensu vtriusque, l. sicut C. de actio. & obligat.

Dictam decisionem habui à moderno nuuc Castellanensi Episcopo vigilantissimo, & prudentissimo, Sac. Theol. & Legum Doctore insigni, de Auerolda, Ciuitatis Brixiæ familia nobilissima, & antiquissima, ex qua complures Litteris, & Armis prodiere viri Illustrissimi, præcipuè pietate, & religione insignes, Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales. Gonzalez tamen in suo vol. super dicta alternatiua in glos. 58. num. 23. tradit modum, quomodo Episcopus post acceptatam alternatiuam possit reuerti ad suos quatuor menses, vbi praxis de hoc, & in glos. 43. in quæst. 2. 4. & 5. meminit decisionum Rotæ, quæ commemorantur in præsenti prænarrata decisione.

RESOLVT. DLXXXVIII.

An dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, sit nulla & subreptitia.

1 *Dispensatio matrimonialis, quando censentur subreptitia, & nulla.*
2 *Redditur ratio huius conclusionis.*
3 *Adducuntur ad hoc declarationes Sacræ Congr. Concilij.*

1 PLuries fuit dictum, & obseruatum in Curia Archiep. dispensationes factas super impedimento consanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula, esse nullas, & subreptitias.

2 Tum primo, quia ita seruatur de stylo Curiæ, quod quidem facit ius cap. quam graue de crim. falsi, & hanc opinionem tenuerunt Guttierez lib. 1. can. quæst. cap. 23. Garsia de benef. par. 8. cap. 3. num. 66. & seq. Ledesma de matrim. q. 56. artic. 5.

3 Tum secundo, quia ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt in sequentibus declarationibus super. c. 5. sess. 24. de reform. matr. *Prima, Qui se cognouerunt carnaliter sine tractatu, & cogitatione matrimonij postea volentes matrimonium contrahere, & petentes secū dispensari in aliquo impedimento, tacentes se carnaliter cognouisse, si obtinent ex aliqua causa iam probata dispensationē, possunt dici obreptitiè, ac subreptitiè, & sic nullam obtinuisse dispensationem, ex eo solo, quia non narrauerunt cognitionem carnalem. Secunda, Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem subreptitiā, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognatione coniunctos carnalis copula præcessisset, cuius mentionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines, & cognati spirituales per hanc carnalem copulā redditi sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo, quod dicuntur commisisse incestum, qui impedit incestuosos cōtrahere matrimonium, ideo pro validitate dispensationis super gradu prohibito, necessariam esse de iure expressionem copulę carnalis, prout stylum Curiæ obseruat*, & aduertit addit. ad Nauarr. consil. 9. de consanguin. & affinit.

An autem hæc sententia procedat, etiam si copula sit habita post impetratam dispensationem in forma commissaria, antequam tamen Ordinarius, cui dispensatio cōmissa est, dispenset, vide Gars. de benefic. par. 8. cap. 4. num. 69.

RESOLVT. DLXXXXIV.

Principalis an teneatur exibere libros rationum eius procuratori.

1 *Principalis non tenetur exhibere libros procuratori.*
2 *Quilibet tenetur reddere rationem suæ administrationis*
3 *Actor reo libros edere tenetur.*

1 In

IN causa eiusdem de Masellis vertente in Curia Archiepisc. contra suum procuratorem, post procurã clericum effectum, fuit resolutum per eandem Curiã non teneri præfatum de Masellis exhibere libros suarum rationum ad petitionem cuiusdem procuratoris volentis ex inspectione partitarum solutarum in dictis libris se demonstrare ad nihilum teneri, ex regula iu-
2 ris, quod quilibet administrator vel gestor negotiorũ alterius, tenetur reddere rationem de administratis, & gestis, Bald. consil. 152. in princ. & consil. 418. in 6. dub. num. 6. lib. 3. Rom. consil. 168. in 3. dubio num. 5. consil. 413. num. 2. consil. 414. num. 1. Cuman. consil. 88. in princ. Abb. consil. 12. in 6. dubio, nu. 5. lib. 1. Corn. consil. 196. num. 4. lib. 3. Soc. consil. 24. num. 37. consil. 46. num. 1. & 2. consil. 73. num. 1. & 2. lib. 1. consil. 213. nu. 6. & 12. lib. 2. Dec. consil. 178. in princ. Grat. consil. 23. n. 7. lib. 1. & alij congesti per Plot. de in lit. iuran. §. 4. n. 85. quæ quidem rationis redditio ita hæredes administratoris astringit sicut ipsum administratorem astringebat, vt in puncto dicunt Roman. d. consil. 413. num. 1. & Alciat. consil. 31. in 5. dubio numer. 7. lib. 5. prout è conuerso ad hæredem eius, cuius negotia gesta sunt, tanſit actio hæc petendi reuisionem ipsius administrationis, vt dicit Roman. d. consil. 31. in 3. dubio num. 5. & in qua rationis redditione venit in primis exhibitio librorum, sine quibus ea reddi congruè non potest, vt ideo iure merito ei, cuius negotium administratum fuerit, detur iuramentum in litem contra administratorem ipsos libros non exhibentem, Bart. & & Bal. in l. 1. §. officio, ff. de tutelis, & rationibus distrahendis, Anch. consil. 316. sub num. 3. Soc. consil. 159. n. 3. & seq. & consil. 190. n. 1. & 2. lib. 2. Ias. consil. . . . ante n. 1. lib. 3. Alciat. consil. 31. in 4. dubio num. 6. lib. 5. Plot. alios referens, & de vera, & communi Doctorum opinione attestans d. §. 4. sub dicto n. 85. ad fin. & §. 5. nu. 26. anno 1593. Florentiæ.

3 Non obstat textus in l. non est nouum, C. de edendo, vbi quilibet tenetur reo edere libros rationum suarum, vt veritas appareat, quia respondetur id procedere in actore, & in alijs personis, vt patet in l. fin. C. eodem, at secus in casu nostro, in quo de procuratore agitur.

RESOLVT. DXCV.

Constitutio synodalis Neapolis contra clericos arma exportantes, an procedat in eo, qui probauit illa cœpisse ab alio, & per momentum temporis exportauit.

1 *Facti species.*
2 *Pœna imposita asportantibus arma prohibita, non habet locum in eo, qui per modicum tempus illa asportauit.*
3 *Redditur ratio, quia modica non sunt in consideratione.*
4 *Contrarium adducitur decisum, & redditur ratio decisionis, num. 5.*
6 *Experientia est rerum magistra.*
7 *Respondetur contrarijs, & num. 8.*

1 IN Curia Archiep. reperiebatur inquisitus quidam clericus de vulnere illato in personam cuiusdam, item de asportatione archibusetti, & cum nõ constasset de vulnere, circa exportationem armorum articulauit in eius defensionibus supradictum archibusettũ non continuò portasse, sed tempore rixæ, & per momentum temporis ab alio recepisse, quare fuit dubitatum, an veniret puniendus pœna sancita in Synodo, & dubitationem faciebat pro opinione negatiua, Bursat. consil. 141. n. 16. & seq. & n. 42. & consil. 331. n. 37. vbi
3 voluit, quòd qui per momentum temporis habuit arma in loco prohibito, vel cum illis paruam moram traxit, non debet puniri, sequitur Bertaz. consil. 141. n. 16. 17. & 42. consil. 331. nu. 37. Baiard. ad Clar. in q. 82. n. 74. vers. item adde, lib. 5. recept. sentent. mouentur,
3 quia modica non sunt in consideratione, l. scio ff. in integ. rest. propterea, quia momentanea non curãtur, l. qui sic, ff. de solut. Marsil. in consil. 136. & parum, & nihil æquiparantur, idem Marsil. in sing. 276. parum, & nihil, & Cacher. in dec. 71. num. 52.

4 Cæterum supradictis minimè refragantibus, cõtrarium fuit resolutum, & ratio fuit, quia clarũ est, quod
5 statuta, & constitutiones prohibentes delationem armorum sunt editæ, ne quis alterum offendat, neue se-
6 quantur rixæ, & scandala, vt ait Decian. in c. 3. sub n. 56. lib. 8. rerum crim. & ideo non est spectandum, quod quis portet arma donec aliquem offenderit, vel donec rixæ, aut scandala sequuta sint, sed in tempore est occurrẽdum, iuxta illud, principijs obsta, nam posset aliquis sceleſtus melius exequi mentem suam, cupiens aliquem offendere, vt experientia rerum magistra sæpius nos docuit.

7 Non obstat l. scio ff. de in integr. rest. quia non facit ad propositum contra nos, ex quo loquitur de modicitate, quæ versatur circa rem, non de mociditate, quę versatur circa tempus, prout nos loquimur.

8 Nec etiam obstat regula illa, quæ habet, quod momentanea nõ curantur, de qua in l. qui scit, ff. de solut. quia illa procedit, vbi certi sumus de momento, secus autẽ quando possibile est, quod illud, de quo qaæritur, non sit momẽtaneum, quia hoc casu lex curat de momento, vt ait sic declarans Ripa in l. cum filiofamilias, n. 43. ff. de legat. 1. sed possibile est, quod deferens arma, illa detulisset per bonum temporis spatium, nisi fuisset detentus, & impeditus, & eodem modo responderi potest ad regulam, quod parum, & nihil æquiparantur, vt procedat quando certi essemus de paruo, sed secus quando possibile est, quod illud, de quo agitur, non sit paruum, quia tunc lex de paruo curat.

RESOLVT. DXCVI.

An ex insignis, & armis depictis, seu insculptis probetur dominium alicuius Cappellæ.

1 *Sepulchrum proprium nemo sibi vendicare potest.*
2 *Priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum.*
3 *Nec per solam longam possessionem præscribi potest.*
4 *Ex signis indicatur cuius qualitatis, & naturæ quælibet res sit.*
5 *Quælibet res præsumitur libera, nisi probetur debere seruitutem.*
6 *Dubia probatio non reuelat eum, cui probandi onus incumbit.*

IN vna Nolana respondi cum Henriquez consil. 70. cuius tenor est.

Fuit dubitatũ, an ex stemmatibus, & armis depictis, seu insculptis in cacumine, vel in aliqua parte alicuius Cappellæ probetur dominium illius familiæ, cuius illa sunt. Et respondi negatiue per tex. in l. monumentorũ, C. de relig. & sumpt. funer. præsertim quãdo agitur de alicuius prejudicio, quo casu nõ probãt alicuius familię proprietatẽ, ita illum tex. intelligit, & exponit Abb. in c. cũ causam n. 1. de probat. in ver. tertio dicit gl. & Bart. in l. vel quod ff. eod. Ratio est, quia siue traditione dominium non transfertur, l. traditionibus, C. de pact. cum vulgatis.

1 Secundo, quia cum sepulturam nemo sibi vendicare possit, l. sepulchrum. C. eod. nam sepulchrum proprium habere quis non potest quantum ad proprietatem, l. in tantum, §. sacrum ff. de rer. diuis. licet possit habere quoad vsum, vt ibi sepeliatur ipse, & sui, ita vt alius sepeliri nõ possit, vt dicunt omnes DD. & præsertim

tim Butr. in cap. abolendæ de sepul. n.3. Rota diuers. p.1.dec.787.n.3.hoc priuilegium habere non possunt, nisi ab Ecclesia parochiali assignato Cœmitorio per Episcopum, Butr. in c.certificari, num. 13. eod. vel per Prælatos religionis illius, per dispositionem clem. 2.de sepult. & ideo nisi ostendatur priuilegium,vel instrumentum concessionis, non possunt se muniri insignijs,quia priuilegium,& concessio non probatur,nisi per instrumentum rogatum Affl. dec.938.num.6.quia scriptura in hoc casu est de essentia probationis Abb. in c.nostra de rescript.nu.11. & in c. qualiter de elect. n.1.. & ita vt præscribi non possit l. longa possessio, ff. de morte inferenda.

Tertiò,quia in cappella, de qua disputatur, semper Fratres Minores soliti fuere humare Fratres eorum, ex quo cum nullus prohibuerit, arguitur esse liberum sepulchrum, nam ex iure probibendi, ne ibi alij sepeliantur, infertur ad ius inferendi illuc cadauera, Rota vbi supra, num.5.

Quarto, quia non adest scriptura, sed insignia tantum in quadam serrata,seu Cancello ferreo, quæ non possunt arguere dominium totius cappellę,quia vera probatio debet necessariò concludere,& probare cō-
4 cludēter,si dicatur, quod ex signis iudicatur res cuius sit & cuius qualitatis,l.stigmata,& ibi Bart.C.de fabr. lib.10. Aut. dos. C.de donat. ant. nup.& ibi Bal. talis enim res præsumitur, qualem signa demonstrant. Respōdetur his omnibus,& similibus, quod hæc sunt adminicula, sed non probant plenè, Abb. in d.cap. cum
5 causam de probat.quia quælibet res præsumitur libera, nisi probetur debere seruitutem, l. altius, & l. ædibus, C. de seruitut. & hoc probari debet concludenter,cap. in præsentia,de probat. nam dubia probatio
6 non releuat eum,cui incumbit onus probandi, sed debet esse certa,& concludens, l.certum in princ. ff. de confeff. & l. inter stipulantem, §. si Stichum,de verborum obligatione.

RESOLVT. DXCVII.

An Episcopus possit denegare ordines absque legitima causa.

1 *Facti species.*
2 *Episcopus non potest denegare ordines à laicis suscipiendos, & num.3.4. & 5.*
6 *In contrarium adducitur Conc. Trid. sess. 23. cap. 16. & tex. in cap. ad aures, de temp. ord. & secundum istha̅c iura fuit resolutum.*

1 COmparuit quidam laicus coram suo Episcopo asserens summopere optare se clericari, quare petijt primam tonsuram,& quatuor minores ordines, ostendens legitimam ætatem,& natiuitatem, & quod neque in foro ecclesiastico,neque ciuili fuit de aliquo crimine vnquam denunciatus. Vnde cum dictus Episcopus absque apparenti, & legitima causa hoc denegasset, sed tantummodo ob futuram suspicionem patrandi delictum, fuit dubitatum, an de iure istud fieri potuisset, scilicet si possit supradictus laicus impediri ad susceptionem ordinum,& dubitationem faciebant infrascripta pro opinione negatiua.

2 Primo quia ordinum collatio, ipsorumque submnistratio concernit potius iustitiam, quam gratiam,vt patet,igitur denegari nequeunt, arg.not. per Ann. alleg.39.par.1. vbi propterea infert,quod in feudalibus assensus denegari potest, quia est mera gratia,allegat Ifern. in const.post litem, col.8.n.12.& in cap.1.§.quid ergo de inuestitura de re aliena facta. Hinc est,quod si Princeps denegat postulationem non facit iniuriam, quia est mera gratia,c.pen. de post.Præl.Ant.de Butr. & reliqui cap. bonæ eod. tit.

3 Secundo, quia in supradicto laico nullum crimen apparet ex annumeratis ad impediendum ipsum, crimina verò, quæ repellunt ad susciendos ordines, & impediunt administrationem susceptorum debent esse maiora, & manifesta,Cuccus in sua canonica instit. lib.4.tit.de his,qui ad ordines, num. 95. vsque ad 134. Paul. Borgas in tract. de irregul. par.6.in procem.n.1. & seq. Grillenz. cons.138. Henriq.cons. 92.n.7. & seq. volum. 1.

4 Tertio,quia dato,& non concesso, quod supradictus laicus esset criminosus occultus, adhuc non posset impediri,ex regula tex.in cap. ex tenore de temp.ord. vbi criminosus occultus moneri potest ne promoueatur ad ordines, sed prohiberi non debet.

5 Quarto, quia contra supradictum nulla apparebat suspitio, igitur impediri non debebat,cap. oues 6.q.1. de vnoquoque enim bene, & non male præsumere debemus, cap.1. de scrutinio in ord.fac. & quilibet præsumitur idoneus. cap. fi. de præsump.& nemo iudicari debet ante veram,& iustam probationem, c. nullum, 30.q.5. vbi ex Apostoli sententia dicitur,quod audita mala nullū mouere debent,nec passim dicta, absque vera probatione quisque vnquā credat, mala etenim credi non debent,sed potius probata vlcisci, cap.cum in cunctis 11.q.3.

6 Cæterum supradictis minimè refragantibus,contrarium fuit resolutum,& motus fui ex verbis Cōc. Trid. sess.23.cap.16. de ref.in illis verbis, *cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis,aut necessarius*,& pro hac opinione vrget etiam tex.in cap.ad aures, de temp. ord. vbi si regularis non debet ordinari contradicente eius Superiore;Igitur,& laicus,contradicente Ordinario. Non obstant contraria, quia procedunt attento iure communi.

RESOLVT. DXCVIII.

An clericus olim furiosus, nunc verò sanæ mentis, possit præsentari ad beneficium.

1 *Clericus olim furiosus,nunc verò sanæ mentis, est habilis ad obtinenda beneficia, re dditur ratio, num.2.*
3 *Legitimitas accusandi consideratur tempore accusationis.*
4 *Habilitas acquisitionis officij debet esse à principio.*
5 *Contra reum adducitur, quod scilicet habilitas personæ consideranda sit tempore collationis beneficij, n.6.*
7 *Semel furiosus,semper præsumitur furiosus, limitatur tribus modis.*

COnsultus respondi,supradictum clericum potuisse ad beneficium,de quo quærebatur,præsentari, nec ex præcedenti furore iudicari posse inhabilem taliter,quod veniat repellendus à præsentato à minore parte patronorum, dum ipse a maiori reperiatur præsentatus, ad quod consulendum motus fui ex eo præsertim,quod habilitas, vel inhabilitas alicuius cōsideratur tēpore, quo actus exercetur, prout dicimus de teste,cuius habilitas consideratur tempore depositionis, l.1.C.de test.& in testatore,cuius qualitas tem-
3 pore testamenti, l.in eo.ff.eod.& in accusatore, cuius legitimitas accusandi cōsideratur tempore accusationis, c.1. de accusat. Vnde habilitas præcipuè requiritur tempore, quo officium assumitur,& non tantū sufficit habilitas tempore acquisitionis officii,
4 sed etiam
5 debet esse à principio,c.fi eo tempore, de rescript. In contrarium tamen videtur, quod sufficiat, si idoneus quis reperiatur tempore,quo officium personæ applicatur,vt probatur in cap. ei cui, de præbend. in 6. vbi Domi.in 3.no.per illum tex. dicit,quòd habilitas per-
6 sonæ consideratur tempore collationis beneficij,& ad hoc est gl. not.in cle.vt hi,qui, in verb. constitutus, de ætat.& qual. vbi per illā gl.post Butr. dicit Imol.quod

quando-

quando habilitas personæ ad certum actum requiritur sufficit, quod adsit tempore, quo exercitium actus ad personam applicatur, d.c.ei cui. Ad idē bonus tex. in §. furiosus, inst. qui dar. tut. poss. Ex quo infert, quod si statutum dicat: Quicunque fuerit in tali officio, intra tres annos officium habere non possit, si in fine infra spatium trium annorum eligatur quis ad officium, quod debet inchoari post dictos tres annos finitos, iste reputatur idoneus in tali officio, quia satis est, quod habilitas concurrat tempore, quo debet exerceri officium, facit quod notat Oldrad. in cons. 58. incip. Quidam impetrauit. & cons. 68. incip. Ad primam quæstionem, in 2. quæst. Cuius dicta, tacito auctore reassumit Io. Andr. in add. ad Spec. in rub. de conces. præb.

Non obstat, quod furiosus ad ordines promoueri nequit, c. maritum dist. 33. quem tex. Arch. ibi intelligit specificè loqui in furioso, ex sententia Lau. & Hug. idē scribit Alber. in verb. vitiatus. Archiep. Florent. 3. part. tit. 29. cap. 5. gl. in d.c. communiter, Summa Confess. de homic. q. 45. & latè post omnes Maiol. de irregularit. c. 14. n. 4. lib. 2. quia respondetur, secundum Burgas de irregularit. c. 5. supradicta procedere in ordinibus tantum recipiendis, non in alijs, quare cum in casu, de quo agitur, ordines sunt iam recepti, vt patet, propterea non videntur obstare tex. loquentes de furiosis, & consequenter non obstat tex. in d. cap. maritum, in illis verbis, In furiam aliquando versus insaniuit, quia, vt dixi; loquitur de ordinibus recipiendis.

7 Non obstat, quòd qui iam fuit furiosus, præsumitur in eodem furore perseuerare, gl. in cap. vlt. de succes. ab intest. quam dicit sing. Lanfr. in cap. quoniam contra in ver. testium col. vlt. de prob. & cōmendat Prepositus, dicens communem in c. dilectus col. 2. de sponsi. idemq; notat gl. per illum tex. in cap. indicas Hermannum 3. q. 9. & ita tenet Anch. con. 5. num. 5. & plerique sequuntur, quos refert, & probat Alex. cons. 141. n. 3. vol. 1. & in cons. 86. n. 6. & 7. vol. 2. & Curt. iun. dicens, hanc esse veram, & communem conclusionem in cons. 151. num. 7. & Paris. qui etiam communem testatur in cons. 87. n. 12. & 13. vol. 3. & Alciat. in tract. Presump. in 2. regula, præsump. 18. & in cons. 139. num. 8. lib. 9. & Didac. in epitome de sponsi. & matrim. in 2. p. cap. 2. num. 6. quia respondetur non procedere primo, si probetur eum in quibusdam actibus tantum furiosum fuisse, quia non ideo præsumitur perseuerare in furore, vt sentit Bar. in l. 2. num. 4. ff. de bo. poss. infan. & fur. dela. & sequitur Alex. & Aret. in locis superius cit. & Iaf. in l. furiosum, num. 3. C. qui testam. fac. poss. & Cur. iun. in cons. 151. num. 7. & Alciat. in 2. reg. præsumpt. 18. & Didac. in loco superius deducto.

Secundo respondetur non procedere quando actus per furiosum gestus fuerit longo interuallo post furoris tempus, vt in casu nostro Bal. & alij in d.l. furiosū, C. qui testam. fac. poss. & in specie Imola, qui sic concordat repugnantes opiniones, in l. 1. §. vlt. num. 46. de ver. oblig. Didac. in d. num. 6. vers. secundo procedit.

Tertio respondetur, vt non præsumatur quis perseuerare in eodem furore, si iudicio, ac testimonio peritorum probetur illum furorem ex aliqua causa accidentali contigisse, quæ postea sublata fuerit, nam ex verisimili coniectura furor etiam cessasse intelligitur, cap. cum cessante de appell. Aret. in l. 2. col. 2. ff. de test. & sequitur Didac. in loco superius cit. ver. tertio minime, vnde cum in casu, de quo verba facimus, adest fides doctissimi Medici supradictum redijsse ad sanam mentem, propterea non est de hoc amplius dubitandum. Et hæc currenti calamo.

RESOLVT. DLXXXXIX.

An Cappella sita in aliqua domo, ad quam patet ingressus à via publica, præsumatur esse domini domus, vel sub iurisdictione Episcopi, stante quod in ea non adest titulus beneficij.

1 *Cappella si sita est in aliqua domo, & ingressū habet à via publica, præsumitur esse domini domus, & nō Episcopi.*
2 *Contrarium adducitur decisum ex tribus, n. 3. 4. & 5.*
6 *Respondetur contrarijs.*

1 PRo domino domus, facit, quod dum Cappella sita est, & contigua eiusdem domus, consequens est, vt iudicetur eiusdem qualitatis cuius domus ipsa, arg. tex. in cap. vnico, vbi Ioan. And. & Arch. de consecr. Eccl. in 6. vnde dicitur in l. si mercedem §. 1. ff. de actio. emp. quod venditioni fundi, seu domus, cedit Cappella, nisi fuerit exceptuata, ad idem facit tex. in l. in modicis ff. de contrah. empt. Bar. in l. quædam in prin. ff. de acq. rer. dom. Bal. in l. aufidius, num. 4. ff. de priuil. cred.

2 Cęterum supradictis minimè refragantibus, contrarium fuit resolutum, scilicet supradictam Cappellam esse sub iurisdictione Ordinarij, & hoc ex pluribus.

3 Tū primū, quia appellatione domus venit illa pars, quæ habitatur cum familia l. vxori in princ. ff. de leg. 3. l. lex Cornelia §. domus, ff. de iniur. Bald. cons. 62. n. 5. & seq. vol. 1. Alciat. cons. 22. vol. 3. vnde si dicta Cappella non venit appellatione domus, sequitur concludendum esse sub iurisdictione ordinaria.

4 Tum secundo, quia ratione aditus, seu portæ iudicatur, & sumitur argumentū de re ipsa, l. si cui ędes, ff. de leg. 3. ff. de dam. inf. vbi voluit, quod habitans in cōfinio duarum parochiarum censetur illius parochię, à qua domus habet aditum, vnde Bal. & Castrens. in leg. olim, Pico ff. de seruit. vrb. prædiorum voluerunt, quod legata domo venit hortus, vel cænaculum si ex domo aditus ad cœnaculum erat, sequitur Corn. consil. 203. volum. 1. Rota Genuæ in decis. 92. Surdus decis. 24. & probatur quoque in l. prædijs §. balnea ff. de leg. 3. vbi ex aditu iudicatur an balnea, vel hortus cedant domui, quare cum prædicta Cappella habeat aditum à via publica, proinde censeri debet sub iurisdictione ordinaria, quemadmodum quælibet Ecclesia, quæ regulariter Episcopo subest. ad tex. in cap. omnes Basilicæ 17. q. 4.

5 Tum tertiò, quia ex aditu etiam publico iudicatur an Oratorium fuit erectum auctoritate Ordinarij, Zaba. in cons. 11. in fin. in c. Pro enucleatione, Abb. in cap. de Xenodochijs de relig. dom. num. 54. Feder. de Sen. in cons 106. quem sequitur idem Abb. loco supra cit.

6 Non obstant contraria, quia crebrior est opinio, & magis communis, vendita domo, non venire Cappellam, per DD. in l. in modicis, ff. de contrah. empt.

RESOLVT. DC.

An clericus laborans morbo caduco possit præsentari ad beneficium.

1 *Adducitur ad decisionē quæstionis decis. Rot. ad vnguem.*

COnsultus respondi cum decis. Rotæ in vna Tullen. canonicatus 9. Nouemb. 1551. coram Vestano, cuius hæc sunt verba, videlicet.

1 Morbus caducus, licet faciat quem inhabilem ad obtinendū beneficium, & collatio facta patienti morbum caducum, sit ipso iure nulla, Host. Abb. & Imol. col. 2. & Ægid. num. 13. in cap. cum inter canonicos de elect. Sylua in tract. de benef. in 3. q. q. 5. col. fin. & faciat hominem irregularem, cum impediat promoueri

ad

ad ordines,& promotum suspendat,prout est tex.cum gl.magna in c.communiter,& ibi Archid.33.dist.& irregularitas inducat inhabilitatem ad beneficium, c.is qui §.1. de sent. excom.lib.6.Abb.& alij in c.cum nostris de cõcess.præbend.latissimè Rebuff.de pacif. possess.num.226.ver.24.Verum quia patiens morbum caducum non est criminosus suo facto, sed ex accidenti, si beneficium non requirit aliquem ordinem,tunc collatio illi facta non redditur ipso iure nulla, nec ipse pariter ipso iure inhabilis est, Butr.in c.penult.not.3. de corp. vit. Sed si patiens morbum caducum electus esset, & per Episcopum fuisset tanquam inhabilis remotus, quod facere potuisset,antequam ius cõsequeretur ex confirmatione secuta, vt voluit Abb.in c. ex parte de cleric.ægrot.num.4.vers.secus est,& per Rot. decis.340.in antiquis,tunc electio non attenderetur,& ita tentũ fuit,quod scilicet non sit inhabilis ipso iure ille,qui laborat morbo caduco quoad obtinẽda beneficia simplicia die 4.& 9.Nouemb.1551.corã Vestano, in vna Tellen. Canonicatus, & præbend. & die 9. Decemb.dicti anni fuit causa iterum proposita,& Domini pro maiori parte permanserunt in decisis, quod scilicet,morbus caducus non faciat ipso iure, quẽ inhabilem ad obtinendum Canonicatum, & præbendã, quia non est delictũ, secus in beneficijs requirentibus ordinem,quę dec.habetur apud Caput.dec.236.par.2.

RESOLVT. DCI.

Canonicus resignans Canonicatum à quo die prohibetur accedere ad Chorum cæterisque Canonicorum officijs incumbere.

1 *Canonicus resignans Canonicatum,prohibetur accedere ad locum à die resignationis.*
2 *Respondetur decisionibus Mohedani 1.& 2.de renunciat.*
3 *Decis.quæstionis.*

SÆpissimè dubitatur in Ecclesia Archiep. de canonicis resignantibus eorum canonicatus,à quo die scilicet prohibeantur accedere ad Chorum, cæterisque Canonicorum officijs incumbere.

1 Cui quæsito videbatur respondendũ pro opinione illa, scilicet à die resignationis ex reg. iuris, quod per resignationẽ spõtè factã in manibus sui iudicis,& prælati, nedum renuncians amittit possessionem, sed etiã proprietatem,quantum in eo est,licet illa nõ præiudicet superiori, quo minus possit illum retinere si velit, etiam inuitum,Innoc. Host. & reliqui in c.quod in dubijs,& in cap. admonet,de renuncia.Imol.in d.c.quod in dubijs,n.4.Rot. decis.4. alias 352. de renunciat. in nou.Abb.in cap.sollicitæ de restit.spoliat. col.5.Sarn. de infirm.resign.q.29. ad fin.Cass.dec.2.de renunciat. n.2.& communiter DD. locis supra cit.Cassad.dec.4. de restit.spoliat.vbi etiã n.6.quod nõ possit percipere fructus per doctrinam Ioan. And.in cap.fin.de renunc. Staffil.de lit.grat. tit.de var.mod.vacat.in princ.n.26.

Vnde secundũ Verall.in dec.81.par.3. quem sequitur Achill.de Grass.decis.125.num.5.resignans amittit omne ius, etiam quod non resignaret secundum formam aliàs requisitam, quando omnino tenetur resignare, & sine resignatione etiam est priuatus,prout in eo, qui habet plura beneficia,Conc. Trid. sess.24.de ref. cap.17.& sess.7. cap.2. Rot. dec. 14. num.4. lib.2. dec.97. lib.1.n.5. part.3. diuers.

2 Non obstant decisiones Mohed.1.& 2. de renunc. vbi Canonicus,quia aliàs obligatus erat ad pensionẽ, nõ excusatur ob illius resignationem, ex quibus videtur posse argui per simplicem renunciationẽ canonicatus non amittere,neque possessionẽ,neque proprietatem,quia respõdetur supradictas decisiones esse intelligendas quoscunque constat resignatarium acceptasse secundũ Veral.decis. 301.& 311.p.2.& idem Mohed.qui se ipsum declarat in decis.30.de renunciat.

3 Cæterum in casu proposito dixi posse canonicum resignantem ad Chorum accedere, cæteraque canonicoꝝ officia peragere,& fructus suos facere,quousq; resignatio fuerit admissa, illaque intimata resignanti, quod procedit quando resignat per procuratorem ab eo absentẽ,secus si per seipsum, ita Gratian. in decis. 189. Papazzon. in addit. ad dec.4. de renunc. in nou. Verall.in decis.81.part.2.

RESOLVT. DCII.

An Sacerdos, & qui aliàs fuit prouisus de beneficijs simplicibus, si postea de nouo obtineat aliud beneficium à Summo Pontifice cum clausula, directa Commissario, *si prævio examine idoneum repereris*, &c.debeat necessariò iterum examinari?

1 *Clausula dummodo idoneũ repereris,quid importat,& n.7.*
2 *Literatura siue idoneitas non præsumitur nisi probetur, redditur ratio,num.3.*
4 *Literatura an possit probari per testes in illa scientia expertos.*
5 *Decisio quæstionis.*
6 *Conditio,& eius omissio quando vitient actum.*
8 *Semel examinatus,& approbatus non est amplius examinandus.*

CVm supradictum dubium in facto occurrisset corã Domino Vicario Generali Neapolitano, fuit pro vna parte dubitatum pro opinione affirmatiua ex pluribus.

1 Primo,quia cum dicta clausula,dummodo idoneum repereris,importet cõditionem,& formam, propterea omitti non potest,Bal. in c. constitutus,el 2. de iudic. late Lambert. de iurepatr.lib.2.par.1.q.11.art.3.Dec. cons.90.n.6.& cons.262.n.4.& cons.439.num.4. Paris. cons.12. num.47. & cons.15. num.23. & cons.33.n.21. volum.... neque etiam Iudex potest remittere illud Bal.in l.Iulianus in fin.C. de Iudic.Dec.cons.699.n.4. & 5.idem Paris. cons.43. col. vlt.vol.1. & cons.107.n. 82.vol.3.& cons.14. col.2. vol.4. Sed hic, examen requiritur pro forma,quod patet ex Alex. cons.53.lib.3. Bart. & alij in l. non est dubium C. de legibus, Bald. cons.11.col.vlt.lib.1. Paris.d.cons.12.n.38.vol.4.idem Paris. in rub.ff. de ope. nou.nunc.n.5.Staphil.de liter. grat. in vlt. expectatiua,n.5.Fusc.de visit.lib.2.cap.5. n.10.Rebuff.de priui.scholarium priuileg.86.vers.ego vero,contrarium seruari.

2 Tum secũdo,quia literatura,siue idoneitas nõ præsumitur, nisi probetur, Mascard.de probat.conclus. 989.n.1.& per totam,Paris.de resign. lib.10.q.3.n. 64. Menoch.de præsump.lib.6.præsumpt.91.num.18. Ratio est,quia literarũ scientia magno labore acquiritur,
3 & tanquam accidens extrinsecum non præsumitur,gl. in cap. si forte 11.verb.scientiæ de electione,lib.6.quæ
4 literatura probari debet per examen, licèt etiã possit probari per testes in illa scientia peritos, Rot. decis.8. num.1.& per totam,de probat.in nouis,Franch.in d.c. si forte in fin.de elect.lib.6.Mascard.de probat.concl. 877.num.1.9.& 11.

5 Cęterum supradictis minimè refragantibus contrarium fuit decisum, nam fuit dictum, quod conditio, &
6 eius omissio vitiant actum, quando apponuntur pro forma,probat Surd.decis.7.n.10.decis.75.n.1.dec.178. num.13.dec.202.num.8.& sæpe aliàs.

7 Nihilominus supradicta clausula videtur potius importare monitionem, quam conditionẽ, & formam, & quatenus de hoc nõ constaret,in re dubia interpretationẽ facere debemus, vt dispositio potius cẽseatur facta sub modo,quam sub conditione, adeo, vt procedat,

dat, Oldrad. conſ. 108. num. 1. Abb. in cap. Ioannes n. 3. vbi Fel. de fide inſtr. cum alijs, penes Cranet. conſ. 59. num. 1. Natta conſ. 373. n. 26. Menoch. conſ. 649. n. 26. quæ deciſ. confirmatur ex notabili doctrina Gonſalez gloſ. 4. n. 88. referentis in Curia ſeruari ſemel examinatum, vel approbatum ad canonicatum, vel dignitatem in collegiata, non amplius examinari ad ſimilem canonicatū, vel dignitatem in alia collegiata, & pariter ſemel examinatum, & approbatum ad vnum beneficium ſimplex, nō amplius examinari ad aliud ſimile.

RESOLVT. DCIII.

Diſpenſatio ad plura beneficia retinenda, an in dubio præſumatur.

1 *Diſpenſatio ad plura beneficia retinenda in dubio præſumitur, quod probatur ex tribus in num. 2. & 3.*

IN viſitatione, quam faciebat quidam Archiepiſcopus, fuit dubitatum, an eſſet credendum Canonico plura beneficia obtinenti, aſſerenti ſe obtinuiſſe Apoſtolicam diſpenſationem ſuper dicta pluralitate, cui quæſito cōſultus reſpōdi affirmatiuè ex infraſcriptis.

1 Primo, quia cū præfatus Canonicus poſſederit per decennium ſupradicta beneficia, igitur præſumi debet obtinuiſſe diſpenſationem, ita Iaſ. in l. ſi certis annis in 2. col. C. de pact. poſt Pariſ. de reſignat. beneficiorū lib. 3. q. 6. n. 74. Mareſc. lib. 2. variarum reſolutionum c. 24. & ita cenſuit Rota Romana in vna Gadigen. 13. Ianuar. 1548. corā Roſſanen. Cuius tenor eſt, videlicet.

2 Diſpenſationem voluerunt Domini præſumendam eſſe ex communi reputatione cum curſu decem, vel viginti annorum in vna Gadicen. corā Domino Roſſanen. de anno 1548. & dixerunt eſſe communem, vt per Sarnen. q. 10. & q. 26. in reg. de trie. & probat tex. in c. illud, vbi Felin. not. col. penul. de preſump. & ad doctrinam Imol. in cap. dilecto col. 5. verſ. 3. oppono de præben. reſponſum fuit, quod non loquatur, vbi adeſt longum tempus.

3 Tum ſecundo, quia ſupradicto canonico vti perſonę conſtitutæ in dignitate, ad tex. cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. credendum eſt, gloſa ſingularis in l. ſi cui, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.

RESOLVT. DCIV.

Ex vulnere ſibi illato, quando quis mortuus præſumatur.

1 *Vulneratus lethaliter ex illo vulnere mortuus præſumitur.*
2 *Quid ſi neſcitur an vulnus ſit lethale.*
3 *Quid ſi durante eodē vulnere alia infirmitas ei ſuperuenerit, an ex illo vulnere adhuc mortuus præſumatur.*

1 FVit dubitatū in Curia Archiepiſcopali an ex vulnere recepto in rixa, vel aliter, aliquis mortuus præſumatur? & quidem ſi vulnus erat mortale, dubitationi non eſt locus l. ait lex, §. quid ſi mortiferè. ff. ad leg. Aquil. & l. ita vulneratus in princ. eod. tit. ſed difficultas eſt, quando neſcitur an vulnus ſit mortiferum; & hoc caſu fuit dictū varias, ac diuerſas eſſe ſentētias, vt per Scribentes in c. presbyterorum de homicid. verū
2 tamen in c. 2. de cleric. percuſ. dicitur, quod ſi quis poſt octo menſes moriatur propter temporis prolixitatem ex vulnere illo mortuus non præſumitur, vnde à contrario ſenſu concludi poteſt, quod ſi infra octo menſes ſequatur mors ex dicto vulnere illato præſumatur ſequuta, maximè, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.

3 Vnde durante vulnere prædicto, licet ei ſuperuenerit infirmitas, adhuc mortuus ex illo vulnere præſumitur; Ratio eſt, quia vulnus ad alia accidentia videtur cauſam præbuiſſe, cap. presbyterorum cap. ad audientiam, & c. de cætero de homic. l. nihil. ff. ad leg. Aquil. quod intellige verum quando imperitiæ, vel negligentiæ medicantiū, vel incuriæ, ſeu culpæ vulnerati id attribui nō poſſit, l. qui occidit, §. vlt. & l. quas actiones, §. vlt. & l. aqui. c. tua nos, c. exhibita de homic. & quod dixi durante ipſo vulnere, procedit eo etiā ſanato, vbi poſtea lāguor, & ſtimulus eiuſdē vulneris redundarit, eundemque adeo affligit, vt redeuntibus alijs humoribus ille moriatur, & ratio eſt, quia prima cauſa ſemper perſeuerare, & mortem cauſare videtur, licet ad tempus vacauerit d. cap. ad audientiam de homicid.

RESOLVT. DCV.

Electio ſemel habita de viro diſcreto, cui à ſacra pœnitentiaria commiſſa eſt diſpenſatio, an poſſit mutari.

1 *Clauſula (per latorem eligendum) quid operetur.*
2 *Electa induſtria perſonæ, non datur tranſgreſſio.*
3 *Diſpenſatio datur in grauioribus negotijs.*
4 *Facta præſentatione de aliquo beneficio non poteſt alterius electio fieri.*
5 *Auctoris opinio quæ ſit.*
6 *Creditor, qui egit contra ſucceſſores ab inteſtato poteſt variando agere contra hæredes ex teſtamento.*
7 *Cui permittitur electio, non denegatur variatio.*

1 VIdebatur prima facie reſpondendum pro opinione negatiua ex duobus. Primo, quia in dictis breuibus ſolet apponi clauſula *per latorem eligendum*,
2 quæ arguit electionem induſtriæ perſonæ, & proinde mutari nequit, l. inter artifices ff. de ſolution. latè DD. in c. fin. de off. deleg. & in l. quiſquis C. de Epiſc. & cler.
3 cuius ratio eſt, quia diſpenſatio eſt de grauioribus negotijs, cum grauia, & ardua mandentur: ſecundum Iaſ. in l. more, num. 65. ff. de iuriſd. omn. iud.

Tum ſecundo, quia iuxta opinionem gl. in c. quoniam Abbas de off. deleg. in commiſſionibus, & diſpēſationibus; quæ contentioſæ non ſunt, nec inter partes
4 agitantur, erit iudex ille, cui reſcriptū fuerit præſentatum, ex quo deducitur, quod facta præſentatione, non poteſt alter eligi, Butri. in cap. licet, num. 13. de offic. deleg. Henriq. conſ. 92. num. 4. & ſeq. Rub. conſ. 28. num. 6. & vbi ſemel iudicium cæptum eſt, ibi terminari debet, l. vbi cæptum ff. de iud.

Tum denique, quia ita cenſuit Nauarr. conſil. 8. de off. deleg.

5 Cæterum ſupradictis minimè refragantibus contrarium mihi videtur de iure verius ex regula iuris, quæ ſe vult, quod cui permittitur electio, permittitur quoque, & variatio, l. eum, qui certarum, ff. de verb. oblig. Capyc. in deciſ. 33. & hoc exemplificari poteſt in multis, præſertim in electione aſſiſtentiæ, idē Capyc. loco
6 cit. Item in creditore, qui cepit agere contra ſucceſſores ab inteſtato, nam poteſt variare, & agere contra ſcriptum hæredem ex teſtamento, Boer. deciſ. 33. n. 16. latè Ant. Gabr. in tract. comm. opin. in tit. de action. concluſ. 3. n. 17. Itē in omni creditore, cui permittitur actionum mutatio, Affl. deciſ. 60. n. 3. quod procedit etiam in cauſa appellationis, idem in deciſ. 53. & etiam pendēte iudicio, Capyc. in deciſ. 119. Boer. in dec. 42. n. 14. Vnde mulier, quæ elegit, vt ſibi præſtetur vſusfructus antefati conſiſtentis in pecunia annuatim ſic promiſſi, poteſt poſtea variare, & petere ſibi reſtitui antefatum idem Capyc. deciſ. 65.

7 Et quod cui permittitur electio, permittatur variatio, adducitur Carauit. in rit. 231. & in rit. 233. num. 9. vbi refert quoque rationem huius dicti, quia qui variat eligere dicitur. Ex quibus omnibus patet reſponſio adſupradicta contraria.

RE-

RESOLVT. DCVI.

An stante Bulla Gregorij XIII. quod Episcopus ingrediens monasteria monialium debeat secum ducere seniores, intelligendum sit de senioribus ætate, vel moribus.

1 *Bulla Gregorij XIII. disponens Episcopum ingredientem monasteria monialium, debere secum ducere seniores intelligi debet de senioribus ætate.*
2 *Seniores præferuntur iunioribus in testimonijs, & electionibus, & num. 5.*
3 *Idem in honoribus, dignitatibus, & præeminentijs.*
4 *Idem in electionibus, & vocibus.*
6 *Idem in Doctoribus eiusdem professionis.*
7 *Aduocati antiquiores præsumuntur melius scire, quàm iuuenes.*
8 *Conuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de Collegio.*
9 *Libri rationum debent reponi penes seniorem, & quid si sunt plures mercatores socij, num. 10.*
11 *Si sunt duo Notarij creati ad examen recipiendum, penes illum debet originale examinis reponi, qui est ætate senior.*
12 *Minor debet seruire maiori, secundũ ordinem naturalẽ.*
13 *Redditur ratio conclusionis.*
14 *Plus valet vmbra senis, quàm eloquentia iuuenis.*

TEmpore quo præsidebat Neap. Illustriss. D. Cardinalis de Aquauiua fuit dubitatũ, an Bulla Gregorij XIII. incip. dubijs, quæ emergũt, disponens, quod Episcopus ingrediens monasteria monialium, debeat secum ducere seniores, intelligi debeat de senioribus
1 ætate, vel moribus. In quo dubio respondi intelligendam esse de senioribus ætate, quam opinionem fundabam ex infrascriptis, primo per tex. in c. fin. de cõsuet. in 6. vbi grandiores, antiquiores, & seniores intelligũtur ætate, non autem alio respectu, & secundum Ias. in l. cum quid ff. si cer. pet. Itẽ intelligẽda sunt omnia iura loquẽtia de senectute, prout, quod in testimonijs, &
2 electionibus seniores sint iunioribus præferendi, prout
3 etiam in honoribus, & dignitatibus, ac præeminentijs, maior ætate, seu antiquior præferri debeat, l. fin. C. de tyronib. lib. 12. l. sẽper in princ. ff. de iur. imm. l. 1. & 2. ff.
2 de albo scrib. l. fin. ff. de fide instr. Item in electionibus, & in vocibus antiquiores iunioribus præferuntur, leg.
5 Alexãdrinus, C. de decur. lib. 10. & §. ordinatione auth. de Monachis. Item in testimonijs seniores iunioribus
6 præferuntur, c. quoties de testib. Item inter Doctores eiusdem professionis ille, qui est antiquior, & prior debet præferri, secundum Bar. in l. 1. ff. de obseq. & in l. fin. per illum tex. C. de tyronib. lib. 12. Sic etiã antiquiores
7 aduocati præferuntur, & melius scire præsumuntur, quàm iuuenes, l. prouidẽdum, C. de post. Item seniores Magistri potius sunt audiẽdi, quàm iuuenes, ita notat
8 gl. in c. sic viue 16. q. 1. Item cõuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de collegio, secundum Bart. in l. 1. per illũ tex. ff. de albo scrib. Imola in c. 1. de maior. & obed. Item claues custodiæ castri debent reponi penes seniorem, & tradi maiori, & grãdiori natu, l. cum pater §. pater pluribus, & ibi per Bar.
9 ff. de leg. 1. not. Bald. in l. procurator. C. de eden. Item instrumenta, & libri rationum debent reponi penes seniorem, & grandiorem natu, qui præfertur iuuenibus, vt est tex. in l. fi. ff. de fid. instrum. Vnde dicit Bald. in
10 c. quoniam contra falsam. in 17. col. de prob. Quod si sunt plures mercatores socij, codices rationum debẽt
11 stare penes seniorem, & si iudex commisit examinationem testium duobus notarijs, originale attestationum debet stare penes notariũ seniorem, qui cæteris paribus est præferendus, ita dicit Inn. in c. 1. de maior.
12 & obed. Item ordo naturalis est, vt maiori seruiat minor, dicit tex. in cap. est ordo 33. q. 5.
13 Prædictorum omnium euidens ratio est, quare grãdiores natu, sint iunioribus præferendi, præsertim in honoribus, & dignitatibus, ac prærogatiuis, quia qui est ætate maior, præsumitur maturitate sensus præstãtior, c. nisi cum pridem §. alia verò causa de renunc. & etiam præsumitur rerũ experiẽtia doctior, atque ideo sapientior, vt in c. sciendum 26. q. 4. ideo magis debet honorari, qui enim dignior est, ille præferri debet, & magis honorari, vt est gl. in c. sexta 16. dist. Item seniores præsumuntur meliores iuuenibus, & est gl. in cap. cum in iuuentute de præsum. & consilium seniorum
14 melius, quam iuuenum. cap. ex multa de voto. Item plus valet vmbra senis, quam eloquentia, vel arma iuuenis, vt notat Bald. in c. 1. per illum tex. de renunc. & in l. cum antiquioribus, C. de iure delib.

RESOLVT. DCVII.

Declaratòria an requiratur super reincidentia excommunicationis.

1 *Excommunicatus absolutus cum clausula reincidentiæ. quod ad hoc, vt elapso tempore reincidat in excommunicationem, requiratur declaratoria, probatur ex tribus, de quibus num. 2. & 3.*
4 *Contrarium adducitur decisum ex tribus alijs n. 5. 6. & 7.*
8 *Respondetur contrarijs.*

1 DVbitabatur in quadã Curia Arch. dum esset quidam excõmunicatus absolutus, vt posset in eadẽ Curia deponere, cum clausula *reincidentiæ*, an facta depositione, & consequẽter elapso tempore, reincidat in primæuam excommunicationem ipso iure, an ita demum si subsequatur declaratoria iudicis. Et dubitationem faciebat pro opinione, quod requiratur declaratio, tex. in cap. ad reprimendã, de off. ord. ibi. *Si forte contempserit, in excommunicationis sententiam reducere non omittas*, & ad hoc facit quoque tex. in cap. quæstioni de appellat. ibi, *sed statim erit in eandem reducendus sententiam*. Vnde Panorm. in supracit. iuribus, quem sequitur Henriquez consil. 37. num. 4. & Artam. consil. 17. concludunt, quod absolutus cum debita solemnitate, quia promisit parere mandatis iudicis, licet postmodum non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excommunicationem, sed opus est, quod de nouo in illam reducatur, & pro hac etiam opinione facit Gemi. in cap. eos §. 1. ver. quod si absolutus de temp. ordin. in 6.
4 Cæterum supradictis non obstantibus, contrarium fuit per eandem Curiam decisum, scilicet non esse necessarium declaratoriam, sed ipso iure reincidere, quæ opinio fundatur ex infra dicendis.
5 Primo ex doctrina Host. in cap. veniens, il secondo, de testib. quem sequuntur Io. And. Butr. & Sicul. volentes esse de consuetudine Curiæ, quod quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta, vt testificari possit, vel quid simile, statim illis peractis, reincidit in eandem excommunicationem.
6 Secundo, per tex. in cap. eos de sent. excomm. in 6. vbi absolutus ab excommunicatione, cum reincidentia, elapso tempore ipso iure, absque sententia, remanet excommunicatus.
7 Tertio, quia excõmunicatio, quæ profertur his verbis, *nisi satisfeceris infra tale tempus*, &c. illo elapso, absque alia monitione eo ipso excommunicatus intelligitur, cap. præterea, il secondo, de appell. cap. à nobis de sent. excom. Butr. in cap. 2. de testib. cogen.
8 Et ex his non obstant contraria, cum procedant in diuersis casibus.

RESOLVT. DCVIII.

An laicus percutiens clericum iocosè in ludo incidat in censuras, si ludus fuit excessiuus.

1 *Laicus incidit in censuram percutiendo clericum in ludo, etiam si iocosè eum percusserit, si ludus est excessiuus.*
2 *Cui permittitur correctio imputatur si fines correctionis excesserit.*
3 *Ad incurrendam excommunicationem sufficit actus consumatus absque animo iniuriandi.*
4 *Contrarium consuluit Auctor, & iuxta illius opinionem fuit decisum.*
5 *Vt quis incidat in Canonem si quis suadente Diabolo tria requiruntur, de quibus num.6.7. & 8.*
9 *Respondetur contrarijs.*

1 PRæsens articulus fuit mihi transmissus consulendus pro parte Vicarij Capitularis Puteolorum,& pro opinione affirmat. adducebam tex.in l. nã ludus, ff. ad l. Aquil. vbi ludus noxius in culpa est, cum tunc potius dicatur crimen,quam ludus,ad tex.& ibi communiter omnes in §.illud in procemio digest. Bal.cons. 13.n.5.& seq.vol.1. vnde illis,quibus permittitur correctio imputatur si fines excesserint correctionis, vt
2 probatur in l.præceptoris,ff.ad l.Aquiliam,in l.2.ff. de ijs,qui sunt sui, vel alieni iuris,& latè Doctores in l.1. C.de emendatione propinquorum,vlterius dicebam, quod quandoquidem ad incurrendam excommunicationem sufficit solum factũ absque animo iniuriandi, vt probatur in c.contingit,& in c.vniuersitatis de sententia excõmunicationis, sicut econtra aliquãdo sufficit sola iniuria absque violentia, c. nuper eod. tit.
4 Cæterum supradictis minime refragantibus contrarium consului præfato Vicario,& iuxta hanc opinionẽ
5 fuit per eundem pronunciatum, de qua quidem decisione mirandum non est, siquidem certissima est iuris conclusio, tria esse necessaria ad incurrẽdum excommunicationem Canonis,si quis suadẽte,primo scilicet
6 factum consumatũ,& proinde si quis mandauerit verberari clericum, & non habuerit effectum, non est excommunicatus, vt patet ex verbis illius canonis ibi, manus iniecerit, & idẽ si eleuauit manum contra cle-
7 ricum,& non percussit,secundum Panorm. in c.1. de sent.excomm. Secundo requiritur animus iniuriandi, seu dolus,& ideo si quis percutit iocosè clericũ,prout in casu nostro,vel causa disciplinæ, vel vim vi repellẽdo,quia clericus fuit aggressor,nõ incurritur sentẽtia excommunicationis d.c.1.& c. si vero,de sen.excom. ad idẽ gl. in c.contingit el primo,in vers. iniuriosa circa fin.eod.tit.& gl.2.cap.si quis suadente 17.q.4.Tãdẽ
8 requiritur violentia, vt per Panorm.in d.c.1.& per gl. in cit.c.si quis suadẽte,Franciscus Marc. dec.612.par. 2.Ex quibus omnibus benè apparet fuisse iudicatum, præfatum laicum in nullam incidisse censuram.
9 Non obstant contraria,quia quamuis delictum fuerit ex causa ludi, & ludus ille fuerit excessiuus, tamen est inspiciendum principium ludi, qui fuit iocosè initiatus.

RESOLVT. DCIX.

Puella,quæ ex solo metu reuerentiali patris ingressa fuit religionem, an faciat eundem patrem incidere in censuras ex vi Conc. Trid.

1 *Facti species.*
2 *Concil.Trid.sess.25.cap.18.de regular. quid disponat circa moniales ingressuras monasterium.*
3 *Metus appellatione venit etiam metus reuerentialis.*
4 *Resolutio quæstionis.*

1 SVmmoperè optabat quidam nobilis, ac pauper, & maximo filiarum onere grauatus,vt vna ex suis filiabus ingrederetur religionem, quare eadẽ filia paternam voluntatem præuidens, ob solam reuerentiã, nullo tamen sibi metu illato, ingressa fuit religionem, & cum dixisset vna die (*Io mi feci Monaca non per altro, solo per il gran timore, e riuerenza, che io portaua à mio padre, conoscendo la sua volõtà, che mi monachasse*) quare cum fuisset eidem patri id relatum, quæsiuit à me, an ipse in censuras incidisset, virtute Conc. Trid. sess.25.c.18.de regular.vbi excommunicantur cogentes puellam ad ingrediendum monasterium, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, primo,
3 quia appellatione metus venit etiam reuerentialis, ad notata communiter per DD. in cap. causam, quæ de offic. deleg. & in l.1.§.quæ onerandæ, ff.quar.rer. act. non dat. item quia per consil. Nauarr. 10. de sepult. quem sequitur Sayr. in decis.52. de sentent. excomm. excommunicantur quoquomodo cogẽtes puellas intrare Monasterium,& secundum Menoch. de arb.iud. lib.2.cas.136.n.7.& seq.post Socc.& alios,quos refert, sola reuerentia sufficit.
4 Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium consului motus ex reg.iuris', quod ad rescindendum actum ex causa metus,nõ sufficit solus metus reuerentialis, nisi cum eo concurrant minæ, & verbera, ita declarant Bar.in l.1.§. quæ onerandæ, ff.quar.rer. act.non detur, Boer.dec.100.n.12. Couar.in 4.decret. p.2.c.3.§.6.col.2.n.4. Anna allegat.88.n.6.& 114.n.4. qui de minis loquitur, vel verberibus, & Aym. cons. 11.n.112.& 114.n.1.Capyc.dec.159.n.34. Couar. loc. cit.& in c.quamuis p.3.§.4.nu.7.vers.9. conclusio de pactis lib.6.Riminal. iun.cons.5.n.31. & cons.42.num. 49.lib.1.Suarez alleg.24.Pedem.decis.179.col.2.Mandellus cons.77.lib.1.Ceph.cons.142.208.& 210. qui de læsione ænormi,vel ænormissima loquitur, Ad Idem Minad.in const.in aliquibus in 3.not.nu.9. fol.97. Menoch. de præsump.lib.3. præsumpt.127.

RESOLVT. DCX.

Irregularitas contracta ob aliquam causam, illa cessante, cessat irregularitas, ita vt possit ordines ministrare absque licentia superioris.

1 *Clericus effectus ex aliqua causa irregularis, puta furoris,potest, illa cessante, in ordinibus susceptis ministrare, quod probatur ex duobus num.2. & 3.*
4 *Respondetur contrarijs, & num.5.& 6.*

1 IN facti contingentia arbitratus sum potuisse quẽdam clericum furiosum,& consequenter irregularem ob hanc causam, ad tex. in cap. maritum 33. distinct. ipso perueniente ad sanitatem, & ad integram mentem in ordinibus susceptis ministrare,mouebar ex duobus.
2 Primo ex regula tex.in l.Imperator, ff.de postulando,vbi prohibitum ad certum tempus, post illud censetur permissum,vnde cum supradictum irregularitatis impedimentum oriatur ob illum defectum, propterea eo cessante cessat irregularitas.
3 Secundo ex reg. tex. in c.cum cessante de appellat. cap. & si Christus de iurerando, latè Bar. in l.2.ff. de donat. & Tiraq. in reg. cessante causa, par.1. nu.138. fol.86. vbi cessante causa cessat effectus.
4 Non obstat decis.de Franc.719.vbi regula cessante causa locum non habet,quando effectus fuit iam consumatus, allegat Perez lib.3. recompil. legum Hispan. tit.5. quia procedit in profanis,non autem in spiritualibus prout hic.
5 Non obstat tex.in c. sicut de sententia excommunica.vbi semel excommunicatus semper præsumitur excom-

communicatus, ergo semel irregularis, quia respondetur ibi requiri absolutionem, vt euitetur vinculum excommunicationis parentis.

6 Non obstat tex. in c.1. de obseruatione ieiunij, vbi in dubio sumi debet interpretatio, quem esse irregularem, quia respondetur secundum Villagut in decis. 34. illud procedere in dubio, ac in foro animæ.

RESOLVT. DCXI.

An Episcopus possit extinguere beneficium.

1 *Pro opinione affirmatiua adducitur regula iuris, in 6. & tex. in l. nihil tam naturale ff. eod.*
2 *Contrarium consuluit Auctor ex tribus, num. 3. 4. & 5.*
3 *Episcopus non potest in quæsitis præiudicare suæ Ecclesiæ.*
4 *Episcop. dicitur administrator rerũ ecclesiæ, nõ dominus.*
5 *Beneficia ecclesiastica, quo iure sunt instituta.*
6 *Respondetur contrarijs.*

1 FVit dubitatum, an Episcopus possit extinguere beneficium, siue eius redditus, & alicui pio loco applicare, dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua regula iuris desumpta ex cap. 1. de regulis iuris, vbi omnis res per quascunque causas nascitur, per easdē dissoluitur, & facit ad idem textus in l. nihil tam naturale, ff. eod. vnde cũ beneficia ecclesiastica solent erigi Episcopis consentientibus, sequitur, quod per ipsorum contrarium consensum extingui possint.

2 Cęterum hoc non obstante contrarium resolui, scilicet non potuisse præfatũ Episcopum aliqua beneficia suæ diœcesis extinguere, & motus fui ex infrascriptis.

3 Primo, quia Episcopus nõ potest in quæsitis suę Ecclesię præiudicare, gl. & DD. in l. iubemus nullam C. de sacrosanct. eccles. & in regu. tex. in c. delictum personæ de reg. iur. in 6. plenè Canonistæ in cap. 1. de dol. & contumac. Ias. in l. seruus num. 2. C. de. . . licet in quærendis sit secus, vnde solus prælatus in recipiēdo canonem ab emphyteuta, qui triennio cessauerat soluere, ex quo poterat expelli præiudicat ecclesiæ, & hoc ex illa eadem ratione, quia sumus in quærendis, ita tenet Cardinalis cap. potuit de locato, & ibi Innoc.

4 Secundo, quia Episcopus dicitur administrator rerum ecclesiæ, & non dominus, c. fraternitatem, de donationib. vnde in cap. fin. 12. quęst. 1. & in cap. fine exceptione, 2. q. 2. & in c. casellas, 10. q. 2. habetur prælatum dici tantum procuratorem ecclesiæ, & nõ Dominum, gl. in cit. c. fraternitatem, & procuratori non competere ius remittendi, seu extinguendi, probatur in l. si fraudatores, quæ in fraudem creditorum.

5 Tum deinqne, quia beneficia ecclesiastica sunt instituta, & ordinata à iure positiuo, & non à iure diuino, vt probatur in cap. 1. iuncta glos. 1. 13. q. 1. & facit tex. in cap. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. vt probatur in cap. 2. de præben. lib. 6. & in cap. 1. vt lit. pendent. vbi dicitur, quod Papa habet plenariam potestatem in beneficijs per tex. in cap. proposuit de concess. præben. Duenas in reg. 72.

6 Non obstant cõtraria, quia sumus in diuersis terminis, præsertim vbi consensus esset substantialis ad rem gerendam, quia tunc per contrarium consensum dissoluitur, quod locum non habet in casu nostro, in quo cum simus in spiritualibus, regula non procedit secundum glos. in cit. cap. 1.

RESOLVT. DCXII.

Ingrediens Monasteria Monialium ob euidentem necessitatem, an incidat in censuras.

1 *Ingrediens monasteria Monialium ex aliqua causa euidẽter necessaria nõ incidit in censuras, quod probatur n. 2.*
3 *Necessitas non habet legem.*
4 *Furans ex causa necessitatis non debet puniri pœna furti.*
5 *Propter necessitatem illicitum fit licitum.*

1 IN casu mihi proposito respondi supradictum non incidisse in aliquam excommunicationem, neque in pœnas sacrarum Pontificum constitutionũ, neque decretorum Congregationis Regularium ex eo, quia ingressus fuisset intra clausura dicti Monasterij ad effectum reponendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in tutiori loco, & ad alios effectus, præsertim extinguendi grauissimum incendium, quod erat intra dictum Monasterium, & motus fui ex infrascriptis.

2 Primo, quia semper excipitur casus necessitatis in Bulla Gregorij XIII. incip. vbi gratiæ in illis verbis. *Ne Monasteria Monialiũ pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi, nec Moniales sub eisdē pœnis illos aliter admittere præsumãt*, tãto magis quod præfata Constitutio inhæret Constitutioni facti Conc. Trident. sess. 25. de regular. & monial. cap. 5. Inter casus vrgentes & verę necessitatis fuit saluare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & de hoc non est dubitandum.

3 Secundò, quia generale est in omni lege, vt necessitas excludatur, cum lex non sit de impossibili, & dici soleat, quod necessitas non habet legem, l. 1. vbi notat ff. de off. consulis c. quanto de consecrat. cap. 2. de obseruat. ieiunij, & per consequens in nullã inciderit pœnam, nam cũ coactus fuerit ea necessitate, quæ est necessitas iuris cap. scisciatus, & ibi DD. de rescript. ratione necessitatis iuris dispositio interdũ suspenditur l. casus, & ibi Bal. C. de testam. Necessitas enim legi humanæ derogat, licet non possit derogare præcepto diuino c. ita nu. 32. quæst. 5. glos. in cap. sicut de consecrat. dist. 2. allegata à Paulo de Cittadinis in vers. quadragesimo octauo quæro num. 93. in tractatu de iure patronatus, ex quo, & ad pernoctationem factam in domibus contiguis Monasteriorum interdictum per decretum Sacræ Congreg. apparet responsum. Vnde Gallet. in sua Margarita Cas. consc. in ver. necessitas dicit, quod necessitate famis extrema vrgente, si dominus negat panem necessarium, licet accipere vi, & etiam cum morte illius, quia ad vsum panis alicui perinde habet ius, qui eiusmodi necessitate compellitur, ac si esset proprius Henriquez de bapt. lib. 2. cap. 23. lit. F. in glos. Quare dicitur in cap. si propter

4 necessitatem de furtis, quod furtum committens propter necessitatem non punitur pœna furti, & ratio est secundum glos. ibi quoniam necessitatis tempore omnia sunt communia, c. 1. 44. dist. cap. 2. 12. quæst. 1. c. quod autem 23. quæst. 3. & cap. sicut 47 dist. & facit

5 etiam tex. in cap. quod non est licitum, de reg. iur. vbi habetur, quod propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

RESOLVT. DCXIII.

Doctrina Archidiaconi in cap. in memoriam 19. distinct. an recepta in Cur. Archiep.

1 *Quid fuit decisum per Cur. Archiepisc. circa hunc articulum.*
2 *Redditur ratio decisionis.*

SVspitio sola falsi pro falsitate, & veritate habetur in crimine falsi, nisi suspitio ipsa veritatis demonstratione diluatur, l. iubemus, vbi DD. C. de probat. Bal. in l. si veritas C. de fideicom. Io. Andr. in c. licet de crim. falsi, Abb. in c. porrecta de confirm. vtil. & inutil. Alex. cons. 77. sub n. 6. vol. 1. Ias. cons. 168. n. 2. vol. 4. Curt. sen. cons. 73. sub num. 33. Curt. iun. cons. 132. n.

10. Dec. conf. 189. Pariſ. conſ. 12. num. 16. vol. 4. & conſil. 88. vol. 3. & conſ. 162. vol. 4. num. 34. Surd. conſ. 132. contra fratres num. 6. Riminald. iun. conſ. 27. num. 1. cum alijs ſequent. vol. 1. vbi hoc late explicat, quod quidem habere locum etiam in ciuilibus dicit Crauet. conſ. 809. num. 20. vol. 5.

1 Fuit tamen pluries reſolutum in Cur. Archiep. præfatam concluſionem minime procedere in criminalibus, præſertim vbi ad puniendum aliquem de falſo proceditur, quia tunc ad probationem falſitatis non ſufficerent vllo modo coniecturæ, nec ſuſpiciones, ſed requirerentur probationes legitimæ, & quæ de neceſſitate concluderent, & iſta eſt communis opinio, vt efficax extat teſtimonium Socc. conſ. 39. num. 44. vol. 2. & Boſi. in ſua practica in tit. de offic. corrupt. pecun. iniuſt. iud. num. 14. Decian. conſil. 100. vol. 2. Fuit tamen dictum locum habere in ciuilibus, in quibus pro veritate habetur, vt determinauit Rota Romana, teſte Caputaq. dec. 4. par. 2. idem Decian. conſ. 117. num. 6. Clar. in pract. crim. §. falſum verſ. trita eſt concluſio, Soccin. iun. conſil. 45. Riminald. iunior conſ. 554. num. 10. vol. 5.

Hinc in ciuilibus ſola vehemens ſuſpicio ſufficit ad effectum, vt ſcriptura non mereatur fidem, & conſequenter non debeat mandari executioni, prout fuit dictum in Rot. Rom. in vna Peruſina pecuniaria 28. Nouem. 1612. & in dec. 366. in recoll. per Farin. impreſ. poſt. 2. vol. conf. & ad tollendam fidem ſcripturæ duæ ſufficiunt falſitatis præſumptiones, Aym. conſ. 133. num. 39. & fuit dictum in Rota in vna Caſertana beneficij 13. April. 1600. coram Corduba, vt patet in dec. 132. num. 3. in recol. per eundem Farin. impreſ. poſt. 1. vol. conſil.

Vt autem fidem tollant publicæ ſcripturæ, ſeu inſtrumento, debent eſſe perſpicuæ, & graues, Dec. conſ. 101. Anchat. conſ. 135. num. 3. Caputaq. dec. 3. num. 4. part. 2. & alias fuit dictum in Rota, vt probatur in dec. 45. num. 5. in fin. & dec. 70. num. 3. in recoll. per eundem Farin. impreſ. poſt 1. vol. conſil. quæ deciſ. 70. in præſentiarum regiſtrata reperitur in vol. dec. Illuſtriſs. Cardin. Manticæ num. 79.

2 Cuius deciſionis vera ratio eſt, ſecundum Bald. in rub. C. de probat. quia ſuſpicio eſt modicæ virtutis in iudicando, & decidendo, meritò itaque determinatur in l. abſentem, ff. de pœnis, quod quis ex ſuſpitionibus condemnari non debet, præſertim in criminalibus, vt per Capyc. dec. 30. num. 4. & 7. quod licet ſuſpitio falſitatis haberetur pro veritate, firmat tamen hoc non procedere, niſi tunc concurrat, interueniatque etiam aliqualis diffamatio, & Sac. Reg. Conſ. ibi in caſu occurrenti ſuper falſitatis ſuſpitione noluit diſcurrere ſuper condemnatione ipſius criminis, ad quem deueniri non poterat de iure, ſed ſolummodo ſuper arreſtatione, num ob ſuſpitionem falſitatis inquiſitus detineri in carceribus potuiſſet, & idem firmauere Cyn. & alij vniuerſaliter omnes in l. vbi C. de falſ. Anania conſ. 49. num. 2. Hinc eſt, quod probatio falſitatis non ex præſumptione debet concludere, ſed de neceſſitate tali modo, vt res aliter ſe habere non poſſit, ita Gramm. conſ. crim. 19. & conſ. 33. Alex. conſ. 117. nu. 14. vol. 1. itaque concludo, quod in cauſa falſitatis probationes ſunt omnino neceſſariæ, vt teſtatur Deci. conſ. 173. in prin. cum in tali cauſa quis condemnari non debeat ex præſumptionibus, quia melius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, l. abſentem, ff. de pœnis, quę quidem communis opinio fulciri poſſet ea ratione, vt in dubio ſemper ea fiat interpretatio, ne falſitas commiſſa ſit, ita Cæpol. conſil. crim. 21. num. 18. Gram. deciſ. 26. num. 12. & Soc. iun. conſ. 45. in prin. vol. 3. Caputaq. in cit. dec. 3. num. 1. & 5.

RESOLVT. DCXIV.

Clerici ſimplicem fornicationem committentes, quando puniantur.

1 *Clericus ob ſimplicem fornicationem non poteſt deponi.*
2 *Curia Archiepiſcopalis circa inflictionem pœnæ huiuſmodi clericis fornicantibus.*

1 CLericus ob fornicationē ab eo commiſſam hodie non eſt deponendus ſecundum gloſ. in c. Maximianus 81. diſt. & in c. lator 2. q. 7. Card. in cle. ad noſtram, & in 2. q. de hæret. Imol. in c. vt clericorum, de vit. & honeſt. cle. col. 2. & in c. ſi autem eo. tit. Abb. in c. fin. de purg. vul. Anania in c. ſignificaſti col. 2. de adult. Abb. & Fel. num. 8. cap. at ſi clerici, de iud. vbi profitentur iſtam eſſe communem opinionem, vt teſtatur etiam Corſet. in ſing. in ver. fornicatio Grillan. de pœnis omnifariam coitus illiciti q. 6. ſub nu. 1. Sed huic communem contradicit Pau. de Eleazar cum multis alijs in cle. 1. de off. ord. aſſerens, quod clericus in Sac. ordinibus conſtitutus propter ſimplicem fornicationem deponi debeat, & poſſit, idemque tenet Butr. in d. cap. at ſi clerici, quorum ſententiā recitat eſſe communem Aret. in cap. cum non ab homine col. 10. de iudicijs. Sed primam opinionem veriorem, & magis communem ex alijs Doctoribus id profitentibus refert Lopez ad Diaz. in pract. crim. can. cap. 78. lit. A.

Et ſi fornicatio graue crimen ſit in perſonis præſertim eccleſiaſticis, vnde D. Hier. quem ſequitur Sylua Nupt. lib. 1. num. 118. dicit, Ama igitur ſtudia ſcripturarum, & vitia carnis non amabis. Debet ergo quis in tentationibus luxuriæ poſitus ita carnem affligere, ſecundum Viuium opin. 98. num. 19. & 20. vt periculum non ſequatur, & ſecundum eundem, nonnulla exempla adducuntur, nam S. Benedictus cum tentatus eſſet in ſolitudine, proiecit ſe nudum inter vepres, & vrticas, & dolore corporis abſtulit vulnus mentis. Vnde ſic etiam egit S. Bernardus, dum tentatus, miſit ſe in aquas gelidas, ad reprimendam huiuſmodi tentationem. Ita ſimiliter egit S. Franciſcus tentatus, & cum diſciplina chordæ non ſufficeret ad mortificationem tentationum, nudus ſtetit inter niues, formando de niue vxorem, & filios. Et ideo ſalubriter conſuluit Apoſt. ad Epheſ. 5. cum ait, Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, ideſt quæcumque alia ſpecies luxuriæ non nominetur in vobis. Nec quidem immerito, quia tales ſunt tanquam porci, vel iumenta putreſcentia in fæcibus ſuis. Vnde Gregor. lib. 24. moral. cap. 8. exponens illud Ioelis 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, dicit, quod iumenta in ſtercore ſuo computreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxuriæ ſuę vitam finire. Ecce quomodo abominatio fornicatorum magna eſt coram Deo, Angelis, & hominibus.

2 Vnde Curia Archiep. in clericis de ſupradicto crimine inquiſitis varias ſolet infligere pœnas, nam quādoquidem illos condemnauit in exilium, quandoque inflixit eis pœnam ſuſpenſionis.

RESOLVT. DCXV.

An Epiſcopus poſſit augere eleemoſynam Miſſæ.

1 *Epiſcopus in Synodo non poteſt augere eleemoſynam Miſſæ, in contrarium eſt veritas, num. 2.*
3 *Eleemoſyna pro miſſa celebranda non datur in pretium, vel mercedem.*
4 *Epiſcopus peccat, præcipiendo Sacerdotibus, vt non dicant miſſam gratis, ſi ipſi voluerint.*

Tem-

TEmpore, quo Illustriss. Cardinalis de Aquauiua Synodum Prouincialem fecisset, fuit à me quæsitum, an posset augere eleemosynam Missę, idest ponere hanc legem, vt pro celebratione Missæ detur cuilibet Sacerdoti in eleemosynam vnus tarenus, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, quia non potest esse, quin ex tali augmento eleemosynæ Missæ magnum scandalum veniat populo Christiano existimanti in tali casu Missam pro pretio celebrari, vel quod Missa sit pretio æstimabilis, quando quidem eius eleemosyna augetur, & ideo non debet augeri.

Cæterum hoc non obstante, contrarium resolui, scilicet, quod Episcopus in sua diœcesi potest taxare eleemosynam Missæ, idest potest ponere hanc legem, vt pro celebratione Missæ, detur Sacerdoti eleemosyna vnius tareni, idest potest ponere illud, quod illi videbitur esse iustum, motus, quod talis eleemosyna non datur in pretium, vel in mercedem rei exhibitæ, sed solum datur tanquam pium debitum per consuetudinem laudabilem, ad tex. in cap. ad Apostolicam de simonia. Bene tamen verum est, quod non potest Episcopus ponere aliquam excommunicationem, vel pœnam contra Sacerdotes minorem eleemosynam recipientes pro celebratione Missæ, ea, quæ sit ab ipso constituta, & similiter est aduertendum, quòd Episcopus peccaret, si præcipiat Sacerdotibus, vt non dicant Missam gratis, si ipsi voluerint, & in tali casu non est obediendus, quia tollit officium liberalitatis, pietatis, & misericordiæ Bartholomeus Angel. dialogo 5. §. 772. Sot. 4. dist. 13. q. 2. art. 1. & dist. 25. q. 6. art. 4. & lib. 4. de iustitia q. 6. art. 1. & lib. 9. q. 2. art. 1. Medina in instru. Confess. lib. 1. cap. 14. §. 20. Siluest. verbo simonia §. 8. & §. 11. Henriq. lib. 9. de sacrificio Missæ cap. 22. §. 1.

RESOLVT. DCXVI.

An Capitulum, Sede vacante, possit remittere temporum interstitia.

1 *Capitulum succedit Episcopo in omnibus, quæ iurisdictionis sunt. Adducitur ad dubij resolutionem declaratio Sacræ Cong. num. 2.*

CVidam Vicario Capitulari hoc mihi petenti, respondi affirmatiuè motus ex sæpius adducta ratione, quod Capitulum succedit Episcopo in omnibus quæ iurisdictionis sunt, ad glos. communiter receptam in cap. cum olim in glos. vltima de maior. & obed. glos. in Clem. 1. in glos. 1. ver. capituli prope fin. de hæreticis, & ita in terminis fertur declarasse Sacram Congregationem per hæc verba, videlicet; facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem ex causis comprehensis in cap. 11. 13. & 14. sess. 23. de ref. transire in vicarium Capituli, Sede vacante.

RESOLVT. DCXVII.

Petens gratiam à Principe pro voluntario homicidio prætenso, an censeatur fateri delictum, ita vt absolui nequeat ab irregularitate ex vi Conc. Trident.

1 *Facti species.*
2 *Confessio in supplicatione facta præiudicat confitenti.*
3 *Petens absolutionem excommunicationis, dicitur tacitè confiteri se excommunicatum.*
4 *Petens gratiam, censetur fateri delictum.*
5 *Decisio quæstionis.*
6 *Respondetur contrarijs.*

INquirebantur tres iuuenes de homicidio, cum qualitate assassinij in personas duarum puellarum virginum ab eisdem stupratarum, quod delictum contra præfatos non verificabatur, nisi per dictum mandatarij, cuius assertio, secundum communem DD. sententiam, de qua per Gram. in consil. 21. nullam probationem inducit, & cum per spatium 12. annorum timore Curiæ, abfuissent ab eorum patria, tandem fuit porrecta supplicatio Principi pro gratia obtinenda, cum clausula de prætenso delicto, quare cum alter ipsorum vellet ad Ordines promoueri, fuit ei oppositum de irregularitate supradicta, vnde consultus respondi ex infrascriptis.

Dubium mihi facere primo, quia vbi in supplicatione, seu petitione gratiæ narratur tale factum, ex quo delictum resultat, tunc enim confessio in supplicatione facta confitenti præiudicat, & ex ea probatur delictum, l. cum precum vbi Bald. & Salic. C. de liberali causa cum alijs congestis per Gabriel. lib. 1. comm. concluf. de confessis, concl. 4. Crauet. cons. 80. num. 6. Cæpha. cons. 304. num. 206. quæ opinio potissimum procederet, vbi gratię petitio fuisset in actis producta, Lapus alleg. 119. num. 3. Affl. in dec. 25. in fin. & tenuit Rota in vna Cæsaraugustana status coram Gipsio.

Secundo, arguendo à simili, quia petens absolutionem ab excommunicatione, dicitur tacitè fateri se esse excommunicatum, glos. in cap. venerabilem, super verb. postulauit. & ibi Host. extra de elect. Inn. in cap. per tuas de sent. excom. Rimi. sen. cons. 289. nu. 41. & seq. vol. 2. Alba. cons. 34. num. 5. Mascar. lib. 1. concl. 13. num. 1. & seq. Milis in repert. ver. excommunicatio probatur Io. de Ami. cons. 18. num. 1. post Specu. in tit. de prob. §. nunc videndum vers. sed nunquid probatur.

Tertio, quia communis est opinio in cap. exhibita de homic. quod petens gratiam censetur fateri delictum, quam opinionem referunt, & sequuntur Carr. in pract. crim. tract. de indicijs cap. 31. num. 3. Bonacos. alios referens lib. commun. opin. ver. veniam petens.

Cęterum supradictis minimè refragantibus, contrarium dixi, quod talis gratiam petendo non censetur fateri delictum, ex doctrina Rom. in l. 1. §. nunciatio, num. 4. ver. circa primum, & ibidem Alex. num. 7. ver. & qui petit veniam ff. de noui oper. nunc. Alex. in cons. 70. num. 10. ver. nec etiam obstat, vol. 1. Fel. in c. literis, num. 19. ver. adde tamen, quod petens veniam de præsumpt. Guid. Pap. q. 495. incip. Ille, qui se, Bossius in tit. de remed. ex sola clementia Principis, nu. 29. ver. & an qui petit gratiam, Menoch. de arb. q. 8. num. 37. quos omnes referendo sequitur Masc. post hæc scripta visus de prob. lib. 1. concl. 50. num. 1. & est gl. in cap. exhibita in ver. veniam de homic. quæ quidem gl. licet ad id communiter à DD. allegetur, id tamen ad quod allegatur, secundum aliquos, minimè probat, quia, vt inter alios considerauit Couar. in relect. ad cap. alma mater, part. 1. §. 12. num. 1. ver. quicquid autem sit in hac controuersia, loquitur in petente veniam ad cautelam, quo quidem casu manifestum est, supplicantem ad cautelam, non fateri delictum.

Non obstant contraria, præsertim illud de petitione absolutionis ab excommunicatione, quia magis communis opinio est in contrarium, Franc. in cap. pia §. si quis igitur col. fin. de except. in 6. Card. in reper. c. perpendimus col. fin. de sent. excom. idem Franc. in c. licet col. pen. vers. 2. aduerte de sent. excom. in 6. Spec. in tit. de prob. §. fin. vers. sed nunquid, Dec. in cap. in præsentia in 11. notab. de prob. & in cons. 321. in causa, quæ Alexandriæ agitur, Masc. concluf. 13. num. 4. & seq. lib. 1. & latius concl. 700. num. 1. & seq. lib. 2.

RE-

RESOLVT. DCXVIII.

An Episcopus teneatur visitationem infra certum tempus concludere.

1 *Episcopus tenetur infra certum tempus visitationẽ finire.*
2 *Contrarium tenet Piaseg. in sua prax.*

1 VIdebatur prima facie, quod sic arguendo à simili de Archidiacono visitante, cui ab Episcopo terminus præfigi potest, quemadmodum comitatus in visitatione tenendus, vt patet ex voto Sac. Cong. cuius tenor est. *An Episcopus possit præstituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit ecclesiis, quas visitauerit, Congregatio censuit posse.*

2 Cæterum in Episcopo hoc non procedere, testatur Piasez. in sua prax. Episc. p. 2. cap. 3. in prin. cuius verba hęc sunt, Non tamen præcisè intra hoc tempus tenetur expedire visitationem suam, sed relictum ex arbitrio ipsius, moderatè tamẽ, super quo legitur rescriptum Sac. Cõg. in hæc verba. *Dubitauit Episcopus Astoricen. an teneretur suam visitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, iuxta latitudinem suæ diœcesis, Congregatio censuit. Concilium nullum tempus ad hoc præscripsisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quòd tamen debet esse moderatum, & discretum.*

RESOLVT. DCXIX.

Fœtus animatus, vt procedat Bulla Sixti V. contra facientes abortum, & Greg. XIV. quando dicatur.

1 *Anima infra quod tempus infunditur in corpore.*
2 *Anima non infunditur, nisi formato corpore.*
3 *Vbi dubitatur an sit masculus, vel fœmina, præsumitur fœtus animatus elapsis quadraginta diebus.*

1 ANima infunditur in corpore infra quadraginta dies, ita Bar. communiter receptus ab omnibus in l. Diuus ff. de extraordin. crim. & Canon. in c. si aliquis extra de homicid. & sic fœtus animatus, quidem dicitur si masculus sit, die quadragesimo à conceptione, si autem fœmineus die octuagesimo ab ipso conceptu, & per glos. in cle. 1. in ver. simul. de summa Trin. & in c. sicut de homic. & DD. vnanimi consensu omnes in l. qui in vtero ff. de statu hom. Attamen anima ipsa non infunditur in cõceptione, sed post, ita Io. de Grass. in cap. vnum orarium §. nomine, n. 9. dist. 25. Plin. verò lib. 7. c. 6. naturalis historiæ testatum reliquit, partum animatum esse nonagesimo die à die conceptionis in fœmina, & quadragesimo in masculo, & Menoch. quoque de arbitr. iud. casu 357. n. 3. lib. 2. cent. 4. Sed quicquid Plinius ipse suadeat, non aliter recedendum a communi opinione recitata, quam mediante experientia, tanquam rerum magistra, semper reperi verissimam.

Vnde anima duertẽdum, quod anima non extra du-
2 citur, neque cum semine infunditur, & consequenter anima non infunditur, nisi formato corpore, cap. quod vero 32. q. 21. cum organizato corpore actione parentum, Deus animam infundit in corpore ipso, & infundẽdo creat, & quidem in corpore maris post dies quadraginta à prima conceptione, in corpore verò fœmellæ per octuaginta, teste Sybilla in spec. peregr. q. cap. 1. q. 5. primæ decad. & ratio diuersitatis hæc est, secundum Plin. & Domin. Thol. post Philosophos super Leuit. cap. 12. nam masculinus fœtus concipitur ex semine calido in dextera parte matricis, quæ calida extat, fœtus nempe fœmineus ex semine frigido in sinistra parte matricis, frigidum tardum est, & pigrum in operatione sua, calidum verò velox, ideoque virtus formatiua in vno semine, velocius, & citius membra organizat, & format, quàm in alio. Et hinc est, quod creatio corporis, & membrorum est propter animam teste Arist. lib. 11. de animalibus.

3 Etsi an dubitatur an masculus sit, vel fœmina, præsumendum est esse animatum post quadraginta dies, Nauarr. in manuali Confess. c. 15. nu. 14. quia in dubio tutior pars est eligenda, & est communis opinio, quam sequitur sacra Pœnitentiaria, vt testatur Nauar. cons. 22. de homicid. in antiq. & in cons. 26. in nouis, non tamen est irregularis consulens abortum ei, quæ dubitat esse prægnantem, si non apparet de abortu, vt per eundem in cons. seq. d. tit.

RELSOVT. DCXX.

Plura beneficia simplicia, seu Cappellaniæ an possint vniri per Episcopum.

1 *Facti species.*
2 *In beneficiorum vnione facienda per Ordinarium, quæ causæ requirantur.*
3 *Vnio facta per Ordinarium absque causa, est ipso iure nulla, num. 4.*
4 *Vnio Apostolica ex falsa causa facta est nulla.*
5 *Vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam.*
6 *Vnio an sit facienda, vel ne relinquitur arbitrio Episcopi.*
7 *Verbum potest, importat voluntatem.*
8 *Quid si capitulum nolit consentire vnioni.*
9 *Episcopus potest ex legitimis causis beneficia suæ diœcesis non exempta vnire. Limita, num. 10.*
10 *Decisio quæstionis.*

1 EXtat Cappella in maiori Ecclesia sub inuocatione Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Susannæ de familia Dominorum de Carbonibus, quibus successerunt Domini de Brãciá, In qua adsunt quatuordecim Cappellani, quorum vnius redditus sunt ducatorum sex, cum onere celebrandi Missam in qualibet hebdomada, alterius ducatorum septem, alterius octo cum eodem onere, & alterius ducatorum duodecim, cum onere Missarum duarum in qualibet hebdomada.

Fuit petitum per dictos Dominos Patronos Illustrissimo Ordinario, quod fieret vnio dictarum Cappellaniarum sub forma tradita, & insimul onera prædicta reducerentur, seruata forma vltimæ Synodi per Illustriss. quondam Cardinalem de Aquauiua, olim Archiepiscopum Neapolitanum, quare fuit dubitatum an præfata vnio fieri potuisset per dictum Illustriss. Dominum Ordinarium, & hoc ex pluribus.

2 Tũ primo, quia causæ, ex quibus ab Ordinariis debet fieri vnio, ad duas reducuntur, scilicet ad euidentem necessitatem, vel vtilitatem, quæ in vnione, de qua agitur concurrunt cap. exposuisti de præben. vbi DD. Oldrad. in cons. 261. & seq. Rebuff. tit. de vnionib. n. 38. in prax. benefic. & in repetit. cap. extirpandæ, §. qui vero 3. not. vers. 2. posetis quærere de præb. Duar. super Mandos. tit. de vnionib. & in reg. 22. q. 4. num. 4. Lancellot. in instit. Canon. tit. de vnionib. §. 3. Hoied. p. 2. c. 3. & n. 8. in tract. in benef. incompatib. & plures adducuntur causæ à Caccialup. art. 5. & à Petr. de Perus. tit. de vnionib. cap. 3. & de reuocatione vni. cap. 1. & aliquas ponit Fuscus lib. 2. de visitat. cap. 26. Greg. de benef. cap. 20. num. 14.

3 Et vnio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata iuris forma est ipso iure nulla, ex d. c. exposuisti, vbi Abb. & Imol. Oldrad. d. cons. 261. & seq. Bursat. cons. 185. nu. 13. lib. 2. qui ait, quod vnio beneficiorum, vt valeat manifesta ecclesię vtilitas, necessitasq; requiritur causæ cognitio, ac omniũ, quorũ interest citatio, & Rota dec. 133. n. 3. part. 2. diuers.

4 Quicquid in vnione facta ex falsa causa dicat Rot. decis.

decis. 1. de excess. Præl. in nouis, & 2. 8. & 12. de reb. eccl. in antiq. & secũda eodem in antiquioribus. Ægid. dec. 617. seu 618. ad fin. Cassad. dec. 1. de vnionib. Boer. dec. 345. num. 1. Rebuff. in praxi d. reg. de vnionib. glos. 5. & 9. Feret. cons. 236. num. 4. Mascar. de probat. conclus. 1419.

5 Et etiam vnio Apostolica facta ex falsa causa est nulla, Ægid. & Cassad. vbi proximè Felyn. in cap. postulasti, num. 3. de rescript. Rebuff. d. glos. 5. & 9. Etiam si facta sit motu proprio, Card. consil. 96. Felyn. in c. ad aures de rescrip. num. 9. vers. & pulchrè, & in cap. causam de test. num. 3. Mandos. reg. 22. q. 2. num. 3.

6 Tum secundò, quia vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam, Abb. in cap. sicut vnire, num. 6. de excessib. prælat. & practicabilia Rotæ cap. de vnione num. 3. & cum causa, præsertim necessitatis tenetur Episcopus vnionem facere, & si recusaret, posset adiri superior, vt per Rebuff. d. tit. de vnione num. 42. & Pet. de Perus. cap. 3. & 10. in quo tamen cap. 10. nihil dicit, voluit allegare cap. 11. 3. quæst. vbi tamen potius dicit contrarium, nam ait quod d. cap. exposuisti, dicit, quod Episcopus potest id, discretione præ-

7 uia, & sic videtur relinqui arbitrio Episcopi, verbum enim, potest, importat voluntatem, & non necessitatem, &c. & per Mandos. reg. 12. q. 6. num. 4.

8 Et similiter si Capitulum nollet consentire, recurrendum est ad Bonif. in clem. si vna num. 20. de reb. eccl. non alien. & posset compelli, si iusta causa subesset, & in terminis Concil. Trident. cap. 15. sess. 24. de reform. super illis verbis. *liceat Episcopis*, sic censuit Sac. Congregat. Ergo potest, sed non tenetur, vnde metropolitanus non potest supplere in hoc.

9 Tum tandem, quia Episcopus ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diœcesis non exempta, cap. sicut venire de excess. prælat. vbi sic dicitur, sicut vnire Episcopatus, atq; potestati subijcere alienæ ad Sũmum Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earundem d. cap. exposuisti de præben. vbi Panorm. & alij c. consultationib. c. pastoralis de don. cle. si vna de reb. eccl. & clem. 1. §. ad hæc, de statu mon. Lanc. §. non tamen in inst. can. tit. de vnion. Fusc. de visit. lib. 2. c. 2. n. 19. Nau. cons. 9. n. 1. de offic. ord. & 20. de præb. & 15. n. 1. de rebus eccl. practicabilia Rotæ d. c. de vnione an. 10. Rot. dec. 133. n. 5. p. 2. diu. & dec. 1. & 2. de offi. leg. in nou.

10 Non tamen poterit Episcopus vnire omnia beneficia suæ diœcesis. Oldrad. cons. 262. n. 2. & Sac. Cong. Conc. super c. 18. sess. 23. de reform. sic censuit; Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniãtur Seminario, sed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt aliàs decreuit præfata Congregatio, quamuis possint plures Ecclesiæ, seu beneficia vni vniri, Caccialup. art. 4. q. 12.

11 Quicquid tamen sit ex supradictis, hodie in præsenti q. est in praxi respondendum iuxta expressam dispotionem Conc. Trid. sess. 21. c. 5. vbi tantummodo permittitur Episcopis facere vniones de beneficijs simplicibus, vel curatis, cum alijs curatis, ex quo arguendũ videtur, non posse fieri supradictam vnionem de simplicibus cum simplicibus.

RESOLVT. DCXXI.

Si testator legauerit certum numerum Missarum qualibet hebdomada, & quod eius hæredes teneantur soluere eleemosynam conuenientem, an intelligatur de eleemosyna congrua tempore testamenti, an tempore celebrationis Missarum.

1 *Regulariter tempus testamenti attenditur.*
2 *Respondetur decis. Perus. 61. par. 2.*
3 *Decisio quæstionis.*
4 *Adducuntur ad corroborationem decisionis tres rationes, & num. 5. & 6.*

CVm supradictus casus occurrisset in facto, dubitationem mihi faciebat pro opinione, quod attendi deberet testamenti tempus, regula iuris, quæ se

1 vult in dubio, verba testatoris referri ad tempus testamenti, l. si ita, ff. de auro, & arg. leg. Bald. in cons. 91. num. 6. vol. 1. Soc. in cons. 99. volum. 3. vnde Alex. in cons. 19. vol. 1. dicit, quod mens, & testatoris verba semper in casu dubio recipiunt interpretationem à testamento, quod menti tenendum, & singulare pro interpretandis testantium voluntatibus scripsit Mantica lib. 3. de coniect. vltim. vol. tit. 11. & ad hoc ponderatur tex. in l. qui tibi ff. de auro, & arg. vbi verba futuri temporis, prout fuerunt in casu, de quo verba facimus, ibi, *che se paghi elemosina*, restringuntur ad tempus mortis, & sic testamenti: vrgebat pro eiusdem opinionis fundamento text. in l. medico ff. eod. tit. vbi habetur, quod oratio indefinita prolata à testatore, intelligitur ad præsens tempus.

2 Non obstat decis. Perus. Ioseph. Ludou. 61. part. 2. volens tempus testamenti non esse attendendum, quia respondetur ipsam loqui in diuersis terminis, puta, quando legatum est factum coniunctæ personæ, quo casu inspicitur tempus mortis, Bald. in l. si cognatis col. 1. ff. de reb. dub. & ibidem Soc. in 5. not. Bero. cons. 44. num. 22. vol. 2.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus in supradicta quæstione contrarium fuit resolutum, nam fuit dictum esse soluendam eleemosynam habita consideratione ad tempus, quo Missæ celebrantur, & nullo modo inspici tempus testamenti, cuius decisionis viua ratio fuit.

4 Prima, quia verba testatoris generaliter prolata, ibi, *che si paghi elemosina conueniente per tante Messe*, referuntur ad omnes, & ad omne tempus, l. si ita, ff. de leg. 3. Bald. in cons. 21. num. 6. vol. 1. Alciat. cons. 16. n. 4. & seq. Ripa in respons. 90. num. 7. vol. 1. quare cum dictus testator generaliter fuerit loquutus, propterea eius dispositio rectè refertur ad tempus celebrationis.

5 Secunda, quia in fauorem religionis, & piæ causæ semper intelligitur, quod est maius, l. Titia §. fin. ff. ad aur. & arg. leg. l. sunt personæ, ff. de relig. & sumptib. fun. latè Bart. in l. 1. in 3. col. C. de sacrosanct. eccl. Bal. & reliqui in auth. similiter, C. ad leg. Falcid.

6 Tertia, quia verba testatoris regulariter sunt intelligenda, ita quod non sit in constructione peccatum, l. Plautius, ff. de auro, & arg. leg. Ex quibus omnibus concluditur, quod licet valor eleemosynæ solutionis Missarum creuerit, hæredes compellendi sunt illum soluere.

RESOLVT. DCXXII.

Sequestrum fieri nequit, nisi constet per instrumentum publicum de debito principali.

1 *In dubio non est incipiendum à sequestratione.*
2 *Petens sequestrationem debet probare creditum suum per publicum instrumentum, & ita fuit decisum in Cur. Archiep. & debet notum facere iudici periculum aliquod subesse, num. 5.*
3 *Debito principali non probato, captura denegatur. Contrarium tenet Io. de Plat. num. 4.*

1 CVm in dubio non debeamus incipere à sequestratione Bal. cons. 22. nu. 5. & seq. vol. 1. Alex. cons. 60. num. 6. vol. 2. & fuerit tex. in l. vnica, C. de sequestratione pecuniæ, & propterea fuit dictum in Cur. Archiep. petentem sequestrationem probare oportere

2 debi-

debitum ſuum per publicum inſtrumentum, ita tenuit Bart. per illum tex. in l. per hanc C. de erog. militar. anno. lib. 12. & in l. litibus C. de agric. & cenſib. lib. 10. quem ſequutus eſt Matthesi. in tract. de carcere, vbi pro hoc dicit, quòd ſi non poteſt ſequeſtrari res, niſi publico inſtrumento de debito doceatur, multo minus
3 poterit concedi captura, quem refert Iaſ. in l. ſi fideiuſ. for §. ſi ſatiſdatum ff. qui ſatiſd. cog. Corſet. in ſing. 5. ſequeſtrum.
4 Sed contra hanc Bar. opinionem tenuit Io. de Platea in d. l. per hanc C. de erog. mil. anno. lib. 12. Abb. in cap. 2. num. 28. de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum, vbi confutata opinione Bar. dicit, quòd ſufficit, quod iudex præmittat aliquam cognitionem cauſæ ſuper debito, cuius occaſione ſequeſtrum fieri petitur, eidem ſententiæ videtur accedere, Bal. in l. 1. C. de prohib. ſequeſtr. pec. vbi dicit, quod ad effectum obtinendæ ſequeſtrationis, ſufficit ſummaria, vel ſemiplena probatio, idem voluerunt Io. de Imol. & Ang. de Aret. in l. Imperatores §. fin. ff. de appell. Iaſ. in d. l. ſi fideiuſſor §. ſi ſatiſdatum, num. 13. & ibidem Alex. num. 8. ff. qui ſatiſd. cog.
5 Secundo, ſequeſtrationem petens, debet notum facere iudici periculum aliquod ſubeſſe, vel ne res conſumatur, vel debitor efficiatur non ſoluendo, aut huiuſmodi aliquam probabilem cauſam ſubeſſe ex dictis per Abb. & Iaſ. loc. cit.

RESOLVT. DCXXIII.

Pœna inflicta per extrauag. cum deteſtabile de ſimonia, locum habet in ſimonia commiſſa in ordine, & beneficio.

1 *Simoniacus in quibus caſibus incurrit in excommunicationem.*
2 *Emens Vicariatum, vel aliquam ſpiritualem adminiſtrationem non contrahit ſimoniam aptam ad incurrendum in excommunicationem.*
3 *Simoniacus in ordine incurrit excommunicationem, & ſuſpenſionem perpetuam. Et quid ſi ſit ſimoniacus in beneficio, num. 4.*
5 *Pœna prædicta excommunicationis an procedat contra promouentes ſimoniacè ad ordines.*
6 *Quid in miniſtris Epiſcopi aliquid recipientibus pro collatione ordinum.*

1 NVllus ſimoniacus præterquam in ordine, & beneficio incurrit excommunicationem, vel ſuſpenſionem contentam in dicta extrauag. Pauli Secundi de ſimonia, quam declarant Nauarr. in manuali confeſſ. cap. 27. ſub num. 106. & cap. 23. ſub. n. 104. verſ. tum denique per Pariſ. in conſ. 29. num. 12. & infra vol. 4. per addentes ad Diaz in pract. crim. can. cap. 91. & latè per Io. Guttierez lib. 1. can. q. c. 9.
2 Ex quo infero primo, quod emens, vel conducens Vicariatum, ſeu aliquam iuriſdictionem, ſpiritualem Epiſcopi, Parochi, ſeu alterius beneficiarij, licet committat ſimoniam punibilem à iudice, non iſtam, quę trahit ſecum excommunicationem, & inhabilitatem, ſimiliter neque emens penſionem, cum hæc non poſſunt dici propriè beneficia, Nauarr. in manual. c. 23. ſub num. 111. Lopez ad Diaz. d. cap. 91. lit. D. verſ. 4.
3 Infero ſecundo, quod ſimoniacus in ordine incurrit & excommunicationem, & ſuſpenſionem perpetuam, & intantum quidem, quod amittit non ſolum exequutionem ſuſcepti ordinis, ſed etiam aliorum ante ſuſceptorum, vt notat Diaz in praxi d. cap. 91.
4 Infero tertio, quod ſimoniacus item in beneficio intantum non acquirit ius in tali beneficio, quod etiã in foro conſcientiæ, licet non præceſſerit ſententia declaratoria, tenetur ad dimiſſionem ipſius beneficij, & fructuum perceptorum reſtitutionem, Tolet. in ſum. lib. 5. cap. 93. Rodriquez in ſumma cap. 58. Vgolin. in tract. de ſimon. tabula 4. cap. 6. §. 1. & Pœnitentiarius ipſum abſoluere non poteſt, vt patet ex verbis extrau. Pij IV. æditæ ad reformandum officium pœnitentiariæ incip. in ſublimi &c. caueat autem pœnitentiarius ne in abſolutionibus à ſimonia reali, vel conuentionali etiam occulta vnquam concedat, vt ipſi ſimoniaci, beneficia, ſuper quibus ſimoniam commiſerunt, ſeu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde poſt commiſſam ſimoniam perceptos in toto, vel in parte retinere poſſint; Quinimo, & abſolutionibus huiuſmodi apponatur clauſula, quod vterque ad beneficium, ſuper quo fuit commiſſa ſimonia, perpetuo inhabilis exiſtat. Hactenus verba Pij IV.
5 Infero quarto Xiſtum V. alias addidiſſe pœnas contra promouentes, & promotos ad ordines ſimoniacè etiam in prima tonſura, vt in eius conſtitutione contra clericos male promotos Quar. ſum. Bullar. ver. ſimonia, quid autem de eo, qui dat pecunias mediatori, vt ſibi impetret dimiſſorias, ſeu reuerendas ad ordines ſuſcipiendos, quas per pecuniam mediator impetrauit, an comprehendatur in diſpoſitione d. extrauag. Pauli II. diſputat, & reſoluit Nauarr. in conſ. 58. de ſimon. in antiq. & contra prauas conſuetudines recipiendi à prouiſis de beneficijs, vide Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 14. de ref. generali.
6 Item contra dantes, & recipientes, etiam Epiſcopi miniſtros pro collatione ordinum, vide idem Conc. ſeſſ. 21. cap. 1. de ref. ex quo text. notat Tolet. quem refert Quar. loco cit. ex eo, quod Conc. generaliſſime loquatur, periculum eſſe, etiam candelas accipere. Et tandem contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernandas eccleſias parochiales aliquid accipientes, decernit Conc. Trid. ſeſſ. 24. de ref. gen. cap. 18. §. caueantque &c.

RESOLVT. DCXXIV.

Religionem ingrediens, non poteſt renunciare beneficium, niſi ante duos menſes profeſſionis, & de conſenſu Superiorum.

1 *Conc. Trid. quid diſponat circa beneficia ingredientium religionem.*
2 *Ordinatus ad titulum beneficij, illud reſignare non poteſt niſi aliunde habeat vnde commode viuere poſſit, & illa in reſignatione mentio fiat, quod ad illius beneficij titulum fuerit promotus.*

REſpondi in facto mihi propoſito non poſſe renunciari beneficium intra annum probationis, niſi ante duos menſes profeſſionis, & de conſenſu ſuperiorum, nec poteſt nihilominus Epiſcopus illud alteri conferre, niſi facta profeſſione, ne contingat poſtea, ſi profeſſionem emittere nollet, vel ad illam forte non admitteretur, carere, & monachatu, & beneficio, ita firmat Flam. Pariſ. q. 13. num. 4. 5. & 7. lib. 3. ex di-
1 ſpoſitione Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 16. vbi dicit ſic cenſuiſſe ſæpius Sacram Cong. ſcilicet prefatum cap. Concilij habere locum etiam in renuncia. tidne beneficij, & Epiſcopum illud non poſſe conferre, niſi poſt factam profeſſionem, & ita tenet Maiol. de regul. lib. 3. cap. 6. col. 2. & præſertim prædicta pro-
2 cedunt quando clericus fuerit ordinatus ad titulum eiuſdem beneficij, cum propterea illud reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, & tunc reſignatio tantum admittitur, quatenus habeat aliunde, vnde commodè viuere poſſit, prout quotidie ſeruat Curia ex diſpoſitione eiuſdem Concilij c. 2. ſeſſ. 21. de ref.

RE-

RESOLVT. DCXXV.

An clericus obtinens beneficium simplex, si per longum tempus abfuerit à diœcesi, & nulla ipsius habeatur notitia, possit priuari dicto beneficio.

1 *Facti species.*
2 *Clerici simplicia beneficia obtinentes, non tenentes ad residentiam.*
3 *Tex. in cap. cum ad hoc de cler. non resid. de quibus beneficijs loquatur.*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Euagatio de iure canonico est prohibita.*
6 *Respondetur contrarijs.*

1 CVm in visitatione cuiusdam ecclesiæ Neapolis compertum esset in quadam cappella adesse beneficium, & facta inquisitione, num dictus beneficiatus esset præsens, vel eius procurator, fuit visitatoribus relatum, quod à decem annis circa illinc abfuerit, nec aliquo modo visus fuerat, nec habita notitia de ipso, quare fuit dubitatum num dictus beneficiatus posset priuari, & ratio dubitandi pro opinione negatiua, erat quia, vt supra dixi, non potest Episcopus
2 cogere clericum non obtinentem beneficium curatum, non exire à diœcesi, allegaui Hartam. in cons. 91. num. 5. & seq. Item quia hodie ex generali consuetudine, totius orbis beneficia simplicia non requirunt residentiam, Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò nu. 31. eodem cum alijs notatis per Mandos. in regula 1. quæst. 13. num. 8. Cæsar de Grassis dec. 3. num. 3. de præb. & beneficium præsumitur simplex Bellam. in dec. 66. & fuit decisum in Rota in vna Calaguritana congruarum 16. Nouembris 1571. coram Oradino, vt patet in decis. 17. par. 1. diuers. & iterum per eandem in vna nullius beneficij 28. Maij 1604. coram Ludouisio, vt patet in recollectis per Farinac. in decis. 12. & ideo cum in dubio potius præsumatur beneficium esse simplex, asserenti esse beneficium curatum incumbet onus probandi esse tale, Staphil. de litteris gratiæ tit. de qualit. & stat. benefi. §. vt sciri possit in princ. Gutierez alleg. 8. num. 5. Gonzalez ad regul. de mensibus gl. 6. num. 9. vbi in fine testatur ita resolutum in Rota in vna Pampilonen. prioratus 21. Iunij 1599. coram Pamphilio. Tandem pro hac eadem opinione dicebatur, quod tex. in cap. cum ad hoc de cler. non resid. dixit, quod beneficia ecclesiastica, quæ requirunt residentiam obtinentes ad residendum cogi possunt, secus si essent simplicia.
3
4 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium fuit resolutum, & decisum in Curia Archiepiscopali, & propriè in Congregatione visitationis, nam fuit dictum, quod citetur supradictus beneficiatus per edictum ad exhibendum bullas, & scripturas oppor. tunas satisfactionis Missarum, & cum infra tempus non comparuisset, fuit priuatus beneficio, & alteri fuit collatum.
5 De qua quidem decisione mirandum non est, siquidem euagatio est à sacris canonibus interdicta, cap. fin. & ibi Boic. num. 5. de cler. non resid. Henriq. cons. 22. num. 5. & seq. Albanus cons. 93. num. 4. euagare
6 enim delictum est, secundum Burs. cons. 397. num. 20. Vnde non obstant contraria, quia procedunt, & locum sibi vendicant, quando beneficia simplicia obtinentes, non citantur ab eorum Ordinarijs ad exhibendum scripturas satisfactionis Missarum, prout hic.

RESOLVT. DCXXVI.

Beneficiatus asserens fecisse publicationem resignationis beneficij, onus probandi, quod non fecit, incumbit Episcopo.

1 *Episcopo incumbit onus probandi publicationes beneficiorum resignatorum non esse factas.*
2 *Ex triennali possessione præsumitur publicatio resignationis.*

CVm in visitatione cuiusdē Episcopi fuisset postulatus quidam Parochus de publicatione resignationis suæ Parochiæ, ex quo illam obtinuisset ex causa d. resignationis, in qua iuxta Bullas diuersorum Summorum Pontificum, præsertim Gregorij XIII. exigitur de substantia dicta publicatio, & hoc ad prohibendum simulatas, occultasue beneficiorum resignationes, quare cum idem Parochus firmiter asserebat fecisse publicationem, vnde fuit dubitatum cui
1 incumbat onus probandi illam non fuisse factam, & respondi præfatum onus incumbere Episcopo, motus ex decis. Romana coram Gipsio, cuius tenor est. Præsupposito, quod contra possessorem nulla alia exceptio allegatur, nisi quod non constat de publicatione beneficij resignati, crederem agenti incumbere onus probandi non publicationem, siquidem negatiua ab eo probari debet, qui in ea se fundat, l. in illa, vbi Bart. & alij de verb. obl. cum concor. & quod agens tenetur contra possessorem probare veram vacationem est decis. Ptolom. 303. eoque magis cum sit probata nedum triennalis possessio, sed decennalis, quo fit, vt sit locus allegationi Lap. 89. quā Rota meo tempore pluries sequuta est, dummodo non simus in spolio, & signantur in vna Cæsaraugustana parochialis coram D. Oriolensi 9. Mouemb. 1583. vbi quod de
2 triennali possessione præsumitur publicatio resignationis, idem tenuerunt Domini de eodem anno 5. Nouemb. in vna Cremonensi pensionis coram bon. mem. Lauretano. Hæc decisio non loquitur de Episcopo. sed de alio, qui prætenderet, non esse factam publicationem, & in dubio præsumitur pro, Episcopo contra impetrantem, quam decisionem reperies inter recollectas per Farinac. in nouiter nouiss. & est dec. 671.

RESOLVT. DCXXVII.

Dispositionem text. in cap. ad Apostolicam de regular. esse correctam per Conc. Trid. clarissimè ostenditur.

1 *Cap. ad Apostolicam de regularib. dispositio abrogata est.*
2 *Dispositio Conc. Trid. circa hunc articulum.*
3 *Dispositio Sac. Conc. Trid. non comprehendit Societatem Iesu.*
4 *Conc. Trid. non comprehendit Fratres tertij Ordinis.*
5 *Fratres tertij ordinis non dicuntur propriè religiosi, & quare.*
6 *Equites S. Stephani non comprehenduntur sub dispositione d. Conc.*

1 ABrogata est constitutio illa cap. ad Apostolicam de regularibus, admittens professionem volentis eam emittere intra annum probationis, porro Concilium non indixit pœnam aliquam contra Prælatum admittentem aliquem ad professionem ante ipsum annum: sed solummodo professionem illam nullam esse statuit, & propterea frustra hodie dubitatur, quę pœna sit illa, de qua in d. cap. ad Apostolicam, quam ibi glos. & Butrius in fine arbitrariam esse dixerunt.
2 Patet hoc ex verbis Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. 15. ibi,

15. ibi, *Nec qui minore tempore, quam per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. Profeſſio autem ante facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obſeruationem, aut alios quoſcunque effectus.*

3 Quod quidem caput Sac. Conc. non comprehendit Societatem Ieſu, quam voluit poſſe viuere, & ſeruire Deo, & eius Eccleſiæ iuxta eius inſtitutum, & regulam, quam recenſet, & declarat Ludouicus Molina Ieſuita in tract. de iuſtitia, diſp. 139. col. 1. & 2. Neque comprehendit Fratres tertij ordinis, vt in ſpecie Conc. ipſum Trident. ſic declarat Rota Romana in dec. 591. num. 7. in 1. par. diuerſ. in nouiſſime editis. Non enim (inquit Rota) dicuntur propriè religioſi,
5 cum vxorem ducant, & alia vota non emittant, ſicut ex ſacris Theologis tradunt D. Thomas in 2. 2. q. 86. art. 4. in fine, Clauaſ. in ſumma in verbo religioſus, n. 5. & Perier. in ſumma in verbo etiam religioſus. Sic & iuris Pontificij interpretes Imola, Zabarella, & Vitalinus in clem. 1. de relig. domib. & in clement. ex eo de ſent. excom. Bald. in conſ. 272. lib. 1. Ang. in conſ. 218. Gemin. in conſ. 41. col. 2 Calder. in conſil. 7. in tit. de iud. & conſ. 4. de regul. Rom. in conſ. 267. n. 4.
6 Pariſ. in conſ. 40. num. 14. lib. 3. Neque pariter continet Equites Sancti Stephani, vt in ſpecie ex pluribus decidit Rota in d. deciſ. 591. & accedit Afflict. in cap. 1. §. qui clericus, n. 9. ſi de feu. ſit controu. inter. dom. & agn.

RESOLVT. DCXXVIII.

Beneficium Curatum quando dicatur, vt in ſimplex conuerti non poſſit per Epiſcopum, ex vi Conc. Tridentin.

1 *Quænam ſit differentia inter Parochialem Eccleſiam, & Curatam.*
2 *Cura tribus modis contingere poteſt.*
3 *Ædificium non habet faciem Eccleſiæ, ſed Oratorij.*
4 *Illud beneficium dicitur curatum, quod fuerit erectum, vt curatum.*

COncilium Triden. ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat. ſtatuit, vt eccleſiaſtica beneficia ſæcularia quocunque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum inſtitutione, aut aliter quomodocunque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium non conuertantur. Quare fuit mihi quæſitum à quodam Epiſcopo, qui optabat quoddam beneficium, quod prætendebatur eſſe Curatum in ſimplex conuertere, quando dicatur beneficium curatum quoad hunc effectum. Cui reſpondi primo, quod quando eccleſia à primæua ſua inſtitutione fuit erecta curata, ex varietate facti non poteſt immutari: & ſi ſit immutata debet reduci ad ſuam primæuam inſtitutionem, Card. in clem. 1. q. 21. verſ. ego autem tenui, de officio Vicar. quem allegat Mancioſ. in reg. de idiomate. q. 11. num. 3.

1 Dico ſecundo, quod Parochialis Eccleſia differt à curata, & ideo non tenet conſequentia, eſt curata, ergo Parochialis, vt bene declarat Hoieda de benef. incompatibili, cap. 13. num. 2. quem ſequitur Mareſcott. lib. 2. var. reſolut. cap. 95. ſub num. 7. quia poteſt eſſe beneficium curatum abſque eo, quod ſit Eccleſia parochialis exemplificando, vt per Gonzalez ad reg. de alternatiua gloſ. 6. num. 92.

2 Dico tandem, quod cura tripliciter contingere poteſt, Primo, habitu tantum, & fit quando à prima inſtitutione beneficium ſit erectum, vt curatum, ſed actu non fuit cura exercitata, vel etiam ſi quandoque cura fuiſſet exercitata, ſed aliquo cuentu deſierit eſſe, actu etiam dicitur ſine habitu, quando à principio cura non fuerit annexa, ſed aliqua cauſa cura fuerit in exercitio: habitu, & actu, quando à ſua inſtitutione cura fuit adiecta, & obſeruata, ſicut notant Canoniſtæ in cap. de multa de præbend. Sed caſus iſte verſatur circa curam habitu tantum, etiam ſi in prædicta inſtitutione appareret de cura, cum in exercitio nunquam fuerit, neque Rectores fuerint aliquo tempore reſidentes. Immo reſidere non potuiſſent, cum nulla in loco adſit habitatio pro Rectore: ſed neque pro colonis: & ædificium non habet
3 faciem Eccleſiæ, ſed Oratorij. Super quo caſu Card. in conſil. 48. ad fin. dicit; quod beneficium illud dicitur curatum, quod fuerit erectum vt curatum, & cum
4 poteſtate fori pœnitentialis; licet actu non exerceatur, & aliud tenuit Federic. de Sen. in conſil. 135. ad fin. quod ſcilicet beneficium, quod olim fuerat Curatum, ſi hodie non ſit, quia actu cura non exercetur, non dicitur Curatum, quoad pœnas in d. cap. de multa, & extrauag. execrabilis §. qui verò, de præb. contentas Pract. Cancell. titul. notab. ſuper vacan. non reſeru. verſ. Curata Eccleſia cum ſequenti, fol. mihi 108. & quod rector parochialis deſtitutę ſeu habitu, & non actu non videatur habere beneficium curatum, ſed tantum ſimplex eſt gloſ. communiter recepta in cap. licet canon. ver. Parochialis de elect. in 6. & Abbas pariter communiter receptus in prælleg. cap. de multa idque in praxi vbique ſeruari affirmat Nauar. in conſil. 3. num. 2. de maior. & obed. quas opiuiones Staphil. de grat. expect. §. ſciri, n. 22. conciliat. vt opinio Cardinalis habeat locum, vt ſcilicet in impetratione beneficij ſit facienda mentio Curæ, quamuis non exerceatur, & dictum Federic. procedat, vt beneficium, quod in actu non exercetur, vt Curatum, non ſit incompatibile cum alio requirente reſidentiam, & ſequitur approbando dictum, num. 42. 43. & 44. ſed an beneficium dicatur curatum, quando non habet curam perpetuam, ſed ad certum tempus, veluti, ſi eſſet præpoſitura, cuius præpoſitus ſede vacante gerit vicem Epiſcopi in temporalibus, & ſpiritualibus, in quo pars negatiua tenenda eſt ex Doctoribus allegatis per Gonzalez in cit. gl. 6. num. 39.

RESOLVT. DCXXIX.

Text. in l. emptor, C, locati, an locum habeat in clerico conductore.

1 *Diſpoſitio text. in l. emptor. C. locati, procedit tam in laico, quam in clerico.*

1 REſpondi in facti contingentia huius text. diſpoſitionem, qua cauetur Dominum, ſeu ſingularem ſucceſſorem non teneri ſtare colono, procedere tam in laico, quam in clerico affictatoribus, motus tum ex generalitate d. l. quem quidem argumentandi modum validum eſſe in iure oſtendit Riminald. iun. in conſ. 90. n. 6. & ſeq. volum. 1. quem refert, & ſequitur Burſat. conſ. 16. num. 4. vol. 1. tum denique, vt ſeruetur æqualitas inter vtrunque genus perſonarum ex notatis per de Franch. in dec. 185.

RELSOVT. DCXXX.

Excommunicato an poſſit concedi abſolutio cum reincidentia vſquequo Romam perueniat, pro abſolutione obtinenda.

1 *Abſolutio cum reincidentia quando concedatur.*

Cum

CVm à Curia Archiepiscop. fuisset quidam declaratus excommunicatus ob violentam manus iniectionem in clericum, propter quam ei esset necessarium Romam adire pro obtinenda absolutione, iuxta terminos capit. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. ipso instante, ex quo erat impeditus, & humiliter petente, fuit ei impartita absolutio, cum reincidentia, vt eousque intelligatur absolutus donec Romam perueniat, & hoc per text. & quod ibi notatur in cap. eos de sent. excom. in 6.

RESOLVT. DCXXXI.

An Rector, seu Beneficiatus Ecclesiæ maioris matricis loci, præcedat Canonicos Ecclesiæ Parochialis nouiter in collegiatam erectæ.

1 *Nomen matricis pluribus ecclesijs competere potest.*
2 *Quæ sint iura matricitatis.*
3 *Canonici collegiatæ præcedunt Rectorem maioris matricis dum singulariter incedunt.*
4 *Rector maioris matricis in actibus publicis ad modum Capituli cum Clero incedens, præcedit Canonicos particularis Ecclesiæ Collegiatæ.*
5 *Iura matricitatis digniora iuribus Collegiatæ.*
6 *Ecclesia maior matrix vice cathedralis subrogatur, vbi deest de Sedes Episcopi.*
7 *Collegiata præcedit Parochialem simplicem, & plebanũ.*
8 *Plebanus caput Ecclesiæ extra ciuitatem erectæ.*
9 *In legalibus vox vnius parum æstimatur.*

NOn multum temporis præterit, ex quo proposita coram me fuit præsens dubitatio de præcedentia inter Rectorem, seu Beneficiatum maioris matricis Ecclesiæ loci & Canonicos Capituli, seu Collegij nouiter erecti in Ecclesia Parochiali particulari eiusdē loci, ad quam resoluendam mihi hæc tanquam necessaria videntur breuiter præponi debere.

1 Primo circa titulum. Hoc nomen (matrix) cum sit æquiuocum, pluribus ecclesijs cōpetere potest, vt omnibus in iure peritis clarum est: competit primo Ecclesiæ Cathedrali magis propriè, prout habetur in c. venerabili, de verb. signif. Secundo propriè competit Ecclesiæ maiori matrici loci, quæ vice Cathedralis, vbi deest sedes Episcopi, subrogatur, vt per Sayr. de cens. eccles. libro 3. c. 33. n. 46. Lap. alleg. 15. incipien. Idem est dicere. Tertio simplici Parochiali, & hoc impropriè, largissimè sumptum, respectu regenerationis à fonte baptismali, vt communiter censetur. In titulo dubitationis vsurpamus nomen (matrix) prout in secunda acceptione vsurpatur, scilicet pro illa Ecclesia maiori loci, quæ vicem Cathedralis gerit, vt infra clarius.

Secundo nota ad erectionem Collegiatę duo præcipuè requiri, Auctoritatem erigentis, & Præbendas seu portiones fructuum Canonicorum, de iure enim Canonicus sine præbenda, non potest dici Canonicus.

Ad constitutionē verò Ecclesię maioris matricis loci, de qua nos loquimur, sequētia, vel ipsorum principaliora requirūtur, quæ à Canonicis iura matricitatis seu tanquam Cathedralia solent appellari, quorū aliqua recenset Illustris. Seraphinus in vna Burgen. præ-
2 minentiarum 22. Maij 1570. dec. 105. vol. 1. Iura hæc sunt, delatio duarū Crucium, vbi cōsuetudo viguerit, vel vnius cū præcedētia supra alias Publicatio Bullæ Cruciatæ, vbi fuerit concessio ipsius aliarum Indulgētiarum, Iubilei, & similium, Edictorum Ordinarij loci, Administratio munerum Rectoris sine alterius licētia licet hoc mihi videatur commune etiam omnibus Rectoribus Ecclesiarum Parochialium nulli annexarū, & gangiarum. Orationes in Ecclesia vniuersaliter solitæ fieri, vt sunt, meo iudicio, primæ Rogationum, & diei S. Marci, & festiuitatis sanctissimi Sacramenti, li-

cet in istis seruanda consuetudo. Prima visitatio, & possessio Episcopi, Prima pulsatio campanarum, Præcedētia Rectoris supra totum Clerū, Prima vox ipsius in synodalibus, Vniuersalis lætitia ortus, & funeralia mortis Regum, Prælatorum, & magnorum Principū, hæc omnia, vel ipsorum principaliora constituunt matricitatem maioris Ecclesiæ, vt intuenti planum est.

Hic præhabitis, dubitationi duplici conclusione satisfaciam.

3 Prima conclusio. Si loquimur de præcedentia singulari. s. dum singulariter, & priuatè incedunt Rector maioris, & aliquis Canonicus particularis Collegiatę, tūc necessario præcedere debet Canonicus. Ratio, quia habet singularem personā digniorem in illo actu particulari, in quo Rector maioris non repręsentat suam Ecclesiam, sed tantum suam singularem personā. Hæc conclusio euidenter colligitur ex Nauar. consil. 4. de maioritat. & obedient. ex Say. decis. 4. eod. titul.

4 Secunda cōclusio si loquimur de præcedentia personali non singulariter, & priuatè, sed in actibus publicis, vt quando Rector maioris matricis ad modum Capituli cum toto Clero incedit repræsentans suam sponsam Ecclesiam, vt in processionibus publicis vniuersalibus loci, & alijs actibus dignis, tunc ipse Rector maioris est præferendus Capitulo, seu Collegio in particulari parochiali Ecclesia nouiter erecto. Colligitur ex pluribus infra dicendis.

5 Primo, quia iura matricitatis maioris digniora sūt iuribus Collegiatæ, ergo Rector maioris, cui ipsa cōpetunt, præferendus est Collegio, cui desunt ipsa iura digniora: quod iura matricitatis sint digniora, collige ex aurea decis. 105. Illustris. Seraphini in vna Burgen. Præeminēt. anno 1570. supra allegata, vbi habetur, cōclusum fuisse in hac materia pro Collegiata, quia potiora iura matricitatis habeat, quàm alia Ecclesia, & sic perspecta fuerunt ipsa iura matricitatis tanquam digniora, & non iura collegiatæ.

Secundo est alia Rot. Rom. in proprijs terminis dec. 1243. lib. 3. part. 3. diuers. vbi expresse decretum fuit, ea quæ à Capitulo maiore. s. ab Ecclesia maiore matrice loci, eiusque Rectore, tanquam iura cathedralia habēntur ex longa consuetudine, non tolli per vnā ex inferioribus ecclesijs in collegiatam erectam. Rector enim maioris matricis, dum in processionibus, seu alijs actibus dignis repræsentans suam Ecclesiam, incedit quasi caput vniuersi Cleri loci, constituit Capitulum, cuius membra sunt Presbyteri, & clerici loci, & ipse caput, & consequenter per dec. Rom. allegatam, iura, quę habet ex longa consuetudine, vt sunt maximè præcedētia, & prælatio in omnibus actibus publicis, non tollūtur ex erectione parochialis particularis in collegiatā. Quod ista iura dicantur tanquam cathedralia, absur-
6 dum est negare, cum ipsa maior matrix sit subrogata tanquam Cathedralis, seu vice Cathedralis, vbi non adest, vt per Sayr. vbi supra, & consequenter eius Rector personam Episcopi, & Summi Pastoris in talibus repræsentat, cui debetur dignior prælatio.

Tertio, quia dum Pontifex, seu Episcopus erigit Parochialem particularem in Collegiatam (quod rarius euenit, sēper enim maior matrix loci ad digniora erigitur) maximè erigit pro diuinis laudibus à Canonicis in sua particulari Ecclesia, tanquam in sua domo persoluendis digniori modo, quam ante erectionem, & non intēdit præiudicare iuribus, & dignitatibus maioris, quæ vicem Cathedralis gerit in illo loco, nam illæsa remanere debent, alias semper esset variata mutatio iurium cathedralium in Ecclesia Dei, secundum diuersas erectiones diuersarum Ecclesiarum ad varias dignitates erigi possibilium, & sic nullus daretur status, qui maximè ad perfectionem pertinet, quod valde incongruum.

Adde, quod licet Ecclesia particularis erigatur in

Collegiatam, tamen semper remanet particularis, vt erat ante erectionem, & ideo eius dignitas non extenditur nisi inter proprios limites suę Ecclesię, & nō per totum locum, seu ciuitatem, quis enim posset dicere absurdum, & inconueniens non esse, personam aliquā digniorem Collegij Ecclesię Parochialis particularis, vt est Primicerius, seu alius, iurisdictionem, & potestatem habere supra totum Clerum, cum ad hoc sua dignitas non extendatur, cum ergo sua iurisdictio, & potestas sit tantum in Ecclesia propria, nullo pacto præiudicat iuribus maioris matricis loci, eiusque Rectoris, cuius iurisdictio, & potestas extenditur per totum locum, & supra totum Clerum, cum sit caput Primæ, & dignioris Ecclesiæ.

Quarto cōcludendum puto, vt supra, ex iurisdictione, quam habet ipsa maior supra alias Ecclesias, præcipuè cum sit norma cæremoniandi, & officiandi alijs Ecclesijs, præsertim tempore interdicti, vt in Clement. & varijs bullis Apostolicis, quæ iurisdictio arguit maiorem dignitatem.

Vltimo (& hęc ratio in subiecta materia, in qua Doctores in puncto non inueniuntur, multū valet) in Cōcil. Trident. expressè supra Parochialem tantum attēdas præcedentiam Collegiatę, ex ipso ordine litterę, & non supra maiorem, vt in cap. statuit 25. sess. & in c. in pluribus 24. sess. sub decret. de reformat. & in cap. 3. incip. Episcopi 22. sess. sub decr. de reformat. quibus locis expressè Collegiata præponitur Parochiali tantum.

Nec dicas, immediatè post Cathedralem, sequitur Collegiata, ergo dignior matrice, quia sub vocabulo Cathedralis comprehenditur illa Ecclesia, quæ ipsius vices gerit, & hæc est maior matrix loci.

7 Collige ex his collegiatam præcedere Parochialem simplicem, vt decidit Hieron. de Lauren. dec. Auenionen. 12. & per Seraph. Illustriss. in dec. 22. & in collect. meis n. 1068. part. 4. Gratian. tom. 3. disceptat. forens.

8 cap. 458. num. 8. & seq. & vltra præcedere plebanum, seu ruralem Archipresbyterum, qui est caput Ecclesię in locis, seu territorijs extra ciuitatē erectis, Abb. cons. 58. num. 2. vers. tertius, lib. 2.

Tandem aduertas, non recedendum â mea secunda cōclusione, per illa verba in dec. 1457. Illustris. Seraph. vbi dici videtur, Collegiatā consequi maiorem dignitatem supra maiorem, quia vel ibi nō loquitur de precedentia, de qua loquor in cōclusione, sed de personali singulari, vel extra locum, & ciuitatem: nam si esset sermo in terminis nostris, manifesta esset contradictio in suis decisionibus, precipuè cum dec. 105. quam in prima ratione allegaui, vbi ipse preponit iura matricitatis iuribus Collegiatæ, & concludit pro collegiata, quia potiora iura matricitatis habebat, & sic ratio formalis prælationis collegiatæ fuit ob vires iurium matricitatis, & non alia ratione. Vel si loquitur in proprijs terminis de præcedentia, de qua nos loqui-

9 mur, quia solus loquitur, & in legalibus vox vnius parum estimatur, nō est attendenda sua sententia, & Doctores ab eo citati, vt Aym. probant consequentiam tantum, non autē in puncto loquuntur, sed ipse solus supponit maiorem dignitatē Collegiatæ supra maiorem, quod nos negamus, vt ex adductis est videre.

Ad illa verba (si vna Ecclesia erigatur in Episcopatum, debetur ei locus Episcopalis) dico reducendo ad nostrum casum, quod de congruo, & conuenienti, sémper si in aliquo loco erigeretur Episcopatus, deberet aggregari ipsa Episcopalis dignitas Ecclesiæ maiori matrici tanquam capiti omnium Ecclesiarum illius loci, & non inferiori, ita consuetudo, & vsus seruauit, vt expertis in Romana Curia clarū est: si autē (quod rarissime) inferior erigatur ad aliquam dignitatem semper intelligitur absq; læsione iurium matricis maioris. Ita in hac materia precedentiæ dicendum puto, dequo scilicet, quando erectio in ecclesiam collegiatam præiudicet iuribus, & præheminentijs prius competentibus ecclesiæ matrici, & quid si in bulla erectionis adsit clausula sine alterius præiudicio: & de effectu ex illa resultante tradit nouissimè Gratian. lib. 3. forens. disceptat. c. 578.

RESOLVT. DCXXXII.

Mobilia pretiosa an possint alienari absq; assensu Apostolico, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem ecclesiæ.

1 *Prohibitio alienandi bona ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, extenditur quoque ad mobilia pretiosa.*

2 *Contrarium deciditur, quia ex hac alienatione nullum in extraneam personam transfertur dominium, cum remaneant ipsa apud ecclesiam.*

INter Canonicos cuiusdam ecclesiæ Metropolitanæ dubitabatur an potuissent de iure lampades argenteas, cæteraque mobilia pretiosa, quæ superflua erant pro ornatu dictæ Ecclesiæ alienare, vt illorum pretiū conuerteretur in necessariam fabricam, cui quæsito dubium mihi faciebat regula generalis desumpta ex extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ nō alienandis, quæ est, vt prohibitio alienandi bona Ecclesiæ incon-

1 sulto Romano Pontifice, extēdatur quoque ad mobilia pretiosa, vt per Rodoan. in suo tractat. de reb. eccles. non alienand. q. 13. num. 8. Vgol. de potestate Episcopi cap. 14. §. 4. Quaranta verbo alienatio n. 24. cum illa æquiparetur immobilibus per dictam extrauagā. tem, & probatur quoque in l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. & in l. lex, quæ tutores C. de administratione tutorum, & per Panormitanum in c. nulli de rebus Eccles. non alienandis.

2 Cæterum supradictis minimè refragantibus, cōtrarium dixi, motus, quod ex hac alienatione nullum dominium in extraneam personam transferatur, cum remaneant apud eandem Ecclesiam, & per dictam extrauag. illa tantū alienatio prohibetur, per quam quæuis species dominij transfertur, iuxta terminos l. fin. C. de reb. alienis nō alienan. & in l. alienatum ff. de verb. signifi. & secundum Quarant. cit. loco n. 15. ampliatur procedere in omni cōtractu, per quem transfertur dominium directum, vel vtile etiam in permutatione, c. nulli, de rebus eccl. alien. cap. 2. vbi Abb. de rer. permut. c. fine exceptione 12. q. 2. vbi Rebuff. n. 66. tenet procedere etiā quando ecclesiæ inuicem permutant, Rodoan. q. 2. c. 20. & quæst. 12. n. 28. permutatio enim alienatio est Ias. in l. fin. n. 101. C. de iure emphyt. Rodoan. q. 2. cap. 4. Ita vidi practicari, & expediri Breuia Apostolica etiā inter ecclesias permutantes, si in euidentem vtilitatem vtriusque partis cesserint, quamuis ante hanc extrauag. sufficiebat consensus Episcopi in ecclesijs sibi subiectis, c. 1. & c. vt super §. fin. de rebus eccles. alien. iste est vnus de casibus â iure permissis: nempe permutatio requirens solemnitates, etiam si fiat permutatio cum Principe, secundum Inn. & Abb. in c. 1. de rer. permut.

Tandem supradictis addebatur text. in l. sancimus, C. de sacros. eccl. vbi facilis est alienatio, quam de ecclesia haberet mobilia superflua in casibus, ibi expressis, & ita saluo iudicio rectius sentientis.

RESOLVT. DCXXXIII.

Quindennium quando debeatur domino directo.

1 *Quindennium quando sit soluendum directo domino.*

2 *Emphyteusis nō potest transferri in ecclesiam, vniuersitatē, vel manus mortuas, licet non proueniat ex culpa ipsorum, sed quia deterior efficeretur conditio Domini.*

3 *Tunc*

3 *Tunc debet solui quindennium, quando emphyteusis peruenit in manus mortuas.*

CVm fuisset per Sac.Cons.quidam cõdemnatus ad vendendam domum,quam in emphyteusim tenebat pro ampliatione cuiusdam ecclesię,cumq;comparuisset procurator mensæ cuiusdã ecclesiæ Archiepiscopalis dominæ directæ, instando, ac petendo sibi
1 deberi quindennium ex dicta alienatione, quare fuit dubitatum, quid iuris. Pro cuius articuli dilucidatione supponebam pro absoluto conclusionem illam.s. emphyteusim prohibitam esse transire ad ecclesiam, secundum Speculatorem in tit. de locato, §. nunc, & aliqua,n.143.Ias.in l.fin.n.91.C. de iure emphyt. & in cons.25.n.6.vol ..... post Alex. cons.9. n.5. lib.3. & cons.76.n.5.lib.7.& Bald.cons.80.n.4.& seq.& late de Ponte de potest.Proreg. tit. de assensib.§.8.n.8.Ratio enim secundum prędictos,est duplex.Prima,quia non esset spes, quod res possit redire ad dominũ per mortem, cum ecclesiæ non moriantur, cap. si gratiosè, de rescript.in 6.Secunda,quia dominus directus multum grauaretur,& fraudaretur iure suo, nam cum ecclesia non possit alienare,& licet possit,non tamen de facili, vt potest priuatus, quia requiritur ,quod subsit causa, & quod interuenerint solennitates,&c. Vnde non sic faciliter dominus reciperet laudemium,sicut quando emphyteusis transfertur in priuatum, & secundum Bald.in decis. 60. hæc conclusio ampliatur procedere etiam quando emphyteusis transfertur in collegium, corpus, siue vniuersitatem, quia dicitur transire ad manus mortuas, & propterea dominus directus dicitur defraudatus, quia res de facili non incidit in commissum, & consequenter cessat spes caducitatis,& propterea fuit decisum in Sac.Cons.Neapolit.teste de Franch. in dec. 659. quod si venditio rei emphyteuticæ fuerit facta ciuitati, tenẽtur ciuitas propter laudemia,& alia iura directo domino competentia, ponere illam extra manus ipsius ciuitatis, & dicit Ias. loco cit. quod ecclesia teneatur vendere intra annum,allegat text. in c. longinquitate 12. quæst. 2.licet suprадicti concludant valere legatum rei feudalis, vel emphyteusis in fauorem communitatis, vel ecclesiæ,quantum ad hoc vt recipiant rei æstimationẽ vt refert,& sequitur in materia feudali Ioannes Rayn. in repet.c.Imper.in §. habito igitur, num.36. ibi pone quod,& in feudo,refert illum etiam Curtius in 4.part. tract.feud.n.126.vers.quinto videtur limitanda, & idẽ Iacob. in eod. tract. de feud. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo,vers.iuxta prædicta quæro.

2 Quamuis, quod emphyteusis non possit transferri in ecclesiam, vniuersitatem, vel manus mortuas, non proueniat ex culpa ipsorũ, sed quia deterior efficeretur conditio domini, vt tenet Card.in c.potuit, & ibi Imola 17.col.de locat.Bald.cons.17.& in c.11.in 4. col. de alien.feudi.Ex quibus omnibus respondi propterea
3 debere solui quindennium, quando emphyteusis perueniat ad manus mortuas,& quãdo emphyteusis priuata transiens ad ecclesiam sortiatur naturam rei Ecclesiasticæ, declarat Marescot. lib. 1. variar. resolut. cap.77.

RESOLVT. DCXXXIV.

Quomodo procedendum sit contra Canonicum obtinentem canonicatum simplicem carentem præbenda, si non residet.

1 *Resolutio Conc.Trid.super proposito articulo.*
2 *Si ignoretur vbi nam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit infra sex menses, si verò sciatur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum.*

1 HViusmodi difficultas videtur posse resolui ex decreto Concilij Trid.sess.24. de reform.c.12. vers. præterea, scilicet, quod si obtinentes Canonicatus contingat abesse vltra tres menses, anno quolibet,primo anno vnusquisque priuetur dimidia parte fructuũ, & si iterum vsus fuerit eadem negligentia, priuetur omnib. fructibus,quos eodẽ anno lucratus est,crescẽte verò contumacia contra eos procedatur iuxta sacrorum canonum dispositionem, quam doctrinam refert,& declarat Piasec.p 2.c. 3. n.11.in prax. Episc.

Sed alia ex parte dicendum est, in Canonico simplici non procedere dictam dispositionem, nam nullos percipit fructus, prout in casu proposito præsupponitur, & sic eluforia esset dispositio Sac. Conc. si procedendum esset contra dictum Canonicum, iuxta prędictam formam, & quamuis,quando Canonicatus non habent præbendam, distributiones succedant loco fructuum, tamen cum dictæ distributiones amittantur ob non residentiam, iuxta cap.1. de cler. non residen. in 6. nulla opus est sententia priuationis ipsarum, quibus ipso facto non residens priuatus existit.

2 Quare secunda erit dispositio cap. ex tuæ, de cler. non resid. scilicet si ignoretur vbi nam sit clericus absens,citandus est per edictum, & expectandus erit per sex menses : si verò sciatur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum, & ad priuationem debet excommunicari, vel suspendi,prout etiam declarat Abb. d. cap. ex tuæ, nam cum hic casus sit omissus à Conc. Trid. remanet in dispositione iuris communis, vulgatis iuribus.

RESOLVT. DCXXXV.

An reconductio possit probari per testes.

1 *Relocatio non potest probari per testes, sed tantum per scripturam.*
2 *Contraria est opinio Cur. Archiep.*
3 *Ornatur text. in l. Ne cui C. locati.*

COnductor domus, finito tempore conductionis, opponebat reconductionem contra dominum, qui illum requirebat, vt dictam domum adueniente tempore vacuam relaxaret, instando sibi concedi terminum ad probandum:Dominus verò dicebat, nullatenus esse concedendum terminum super recõductione,quia debet probari tantum per scripturam:fuit dubitatum in Archiep. Curia Neap. quid iuris, & pro parte domini domus allegabatur in terminis Dominus de Franc.dec.278.vbi refert fuisse resolutũ, relo-
1 cationem non posse probari per testes,sed tantum per scripturam,& hoc ad euitandum fraudes conductorũ, qui conuentiones allegare solẽt per tex.in l. ne cui,C. de loc.& cõduct.asserendo idẽ tenuisse Boer.dec.107.

2 Sed his non obstantibus,in dicta Archiep.Curia fuit decisum contrarium, & fuit datus terminus in causa, & admissa probatio per testes, cum eandem vim habeant testium depositiones, & instrumenta, l. in exercendis,C.de fid.instru.Mynsing.in cent. 4. obseru. 23.

Nec obstat tex.in d.l.ne cui,quia nõ loquitur in casu nostro,sed de pactis specialibus, quæ in locationib. interuenire possunt,vt nõ possint probari,nisi per scripturam,scilicet pactum,vt non liceat domũ alijs locare,de nec ipse conductam habere vellet,& tantũ dare, quantum alij,vel similia,vt ibi declarat gl.in verb. pacta, prout etiam loquitur d.decisio Boer.secus autẽ in casu nostro,vbi tractatur de reconductione, quæ non reperitur aliquo iure prohibitum,quin probari possit per testes,& quæ prohibita non reperiuntur,censentur permissa,vulgatis &c.& ita fuit decisum in d.Archiep. Curia in causa Domini Pauli Caiazæ; prout etiã fuit decisum in Sacro Cons.Neap.de anno 1615. in causa

Domini Cæsarei de Mari, fratris Domini Stephani de Mari, mei Concanonici, & Coniudicis, viri quidē omni virtutum genere ornatissimi, cū Domino Camillo Lamberto in banca de Scacciauento contra decisionem dicti Domini de Franch. qui salua pace tāti viri, in hoc errauit, non bene applicando intellectum d.l. ne cui, C. de loc. & cond. Quæ decisio fuit reputata singularis ob nonnullas Scribentium authoritates in cōtrarium præsertim Mangrellę ad Bart. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati, de Ponte in cons. 23. vbi dicit reconductionem, non apparente scriptura, fuisse per S. C. rejectam, & eiusdem opinionis fuit Marta in dec. 35. n. 15. & in dec. 140. n. 7. Gam. in dec. Lusit. 57. Thes. iun. in addit. ad dec. sui genitoris 260. Chartar. in dec. 115. Costa de retrotract. t. 36. num. 9.

RESOLVT. DCXXXVI.

Alienatio pro ampliatione ecclesiæ, an dicatur ex causa necessaria, ita vt pro ea non debeatur laudemium.

1 *Laudemium non debetur pro alienatione necessaria.*
2 *Causa voluntaria est omnis illa, quæ habet originem à voluntate principaliter.*

1 SVpposita conclusione, quod laudemium non debetur pro alienatione necessaria, vt communiter DD. omnes in l. fin. & præcipuè Ias. n. 47. & 48. C. de iure emphyt. Brunus cons. 44. Aymon. cons. 215. & in cōsil. pro genero n. 290. Bartol. & Alberic. in l. & ideo ff. de cōdit. furt. per text. in l. Cæsar ff. de public. & in l. naui-gia, C. de furt. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. glos. 1. n. 4. & in §. 1. glos. 14. num. 18. & seq. & præcipuè n. 109. & Anna sing. 575. & hoc omnes admittunt, Surd. dec. 305. num. 28. & seq. Molfes. ad consuet. Neap. part. 3. q. 1. n. 50. cum alijs quos probat Thes. dec. 139. & Castil. dec. 21. fuit mihi quæsitum an venditio pro ampliāda ecclesia dicatur ex causa necessaria, ita vt pro ea non debeatur laudemium, cui respondi affirmatiuè ex infra dicendis.

Tum primo, quia iura cogunt hoc facere, ad text. in quis sepulchrum de relig. & sumpt. funer. latè Gram. dec. 74. cum alijs, quos probat Gasp. Thes. in dec. 64. igitur ex causa necessaria.

2 Tum secundo quia causa voluntaria est omnis quæ habet originem à voluntate principaliter, causa verò necessaria est omnis illa, quæ non habet originem à voluntate principaliter, sed ex dispositione legis, statuti, vel cōsuetudinis: exempli gratia, ad aliquid, quod statuto præcipitur teneretur quis videlicet, vt certam bonorū suorum partem suis consanguineis relinqueret, vel aliquid simile, vt ex doctrina Bart. communiter recepta in l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam, & alijs probat idem Surd. dec. 170. præcipuè n. 12. nam in hoc parificantur statutum, consuetudo, & lex, vt num. 11. probat. Vnde cum lex cogat venditorem ad vendendū pro amplianda ecclesia, igitur omnino fatendum est, supradictam alienationem ex supradicta causa esse necessariam, ita Burs. consil. 64. num. 29. & seq. Vrsil. dec. 191. Surd. dec. 305. n. 28. & seq.

Si verò esset causa, quæ originē haberet à voluntate principaliter, non facit alienationem vndequaque legitimam, & consequenter esset alienatio voluntaria, non autem necessaria: exemplum ponit Molfes. loco cit. de eo, qui voluntariè delinquit, quia voluntariè se obligat ad pœnam, iuxta text. in l. Imperatores, ff. de iure fisci, ibi, Tu te ipsi pœnæ subdidisti, tamen alienatio bonorum, quæ fieret ex causa delicti, quamuis fieret authoritate Iudicis, voluntaria diceretur, ita Bald. cons. 20. vol. 2. post Tiraq. & alios Surd. in dec. 254. num. 28. & seq.

RESOLVT. DCXXXVII.

An Episcopus cogi possit ad præstandum consensum donationi iurispatronatus.

1 *Iuspatronatus consentiente episcopo donari potest.*
2 *Donatio iurispatron. ab episcopo non confirmante est nulla, etiāsi à Vicario fuerit confirmata, sed currit præscriptio.*
3 *Iuspatron. laico donari potest assensu ordinarij interueniente, & solemnitatibus in alienatione rei ecclesiæ requisitis.*
4 *Iuspatr. consentiente capitulo sede vacante donari potest, & quare.*
5 *Præsentatio in iurepat. facta à donatario ante assensū episcopi in donatione præstitum, est nulla.*
6 *Episcopus ad præstandum consensum donationi iurispatr. per Metropolitanum cogi potest.*

NOn dubitatur quod iuspatronatus possit donari consentiente Episcopo c. ex insinuatione, vbi glos. Io. Andreas, & Abbas de iurepatr. Anchar. in c. illud eod. tit. Bero. cons. 21. num. 25. volum. 1. Gemin. cons. 45. hinc est quod donatio iurispatr. ab Episcopo non confirmata non valet, vt tenuit Rota in vna Salamantina beneficij 9. Iunij 1589. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in dec. eiusdem 884. Mohedanus dec. 3. de iurepatron. Achill. de Grassis dec. 10. eod. tit. Caputaquen. in dec. 183. par. 1. in quo casu non sufficit authoritas Vicarij secundum Calderinum in consil. 1. de officio Vicarij, licet præstet titulum ad præscribendum, Idem Seraphinus cit. dec. 884. num. 2.

Amplia primo, vt donatio iurispatron. ecclesiastici
3 facta laico nō valeat nisi interueniant omnes solemnitates, quæ adhiberi solent in alienandis bonis ecclesiæ, & ex causa euidentis vtilitatis, vt fuit dictum in Rota in vna Brachar. iurispatr. de Padornello 7. Maij. 1599. coram eod. Seraphino, vt patet in dec. eiusdem, 1312.

4 Amplia secundo, vt etiam capitulum sede vacante possit huiusmodi præstare assensum, Calderinus in cōsil. 3. de iurepatronat. & ratio est, quia dare hanc licētiam est iurisdictionis non ordinis, & capitulum succedit iurisdictionalibus sede vacante c. His quæ, & c. cū olim, de maiorit. & obed. & c. 1. eod. tit. in 6.

Amplia tertio, vt præsentatio facta per illum cui fuit facta donatio iurispatronatus, ante assensum
5 præstitum per Episcopum, sit nulla, Calderinus in cōs. 6. de iurepatronatus.

Redeundo tamen ad casum mihi propositum arbitratus sum, quod si Episcopus nollet suum præstare
6 consensum in donatione: in tali casu potest cogi per Metropolitanum per textum expressum in c. nullum de iurepatron. Lambertin. lib. 1. par. 2. q. 1. princip. 20. & Tutius alleg. 8.

Non obstat, quod assensus sit mera gratia secundū Andream in constitutione post litem, & in c. 1. §. quid ergo de inuestitura de re aliena facta, Paris. de reintegratione feudi fol. 73. num. 3. & in Collaterali Consilio fuit decisum non posse cogi ad ipsum præstandum, secundum quod refert Io. Vincentius de Anna allegatione 39. q. 1. quia procedit in assensu præstando à Prorege, & sic sumus in diuerso casu.

RESOLVT. DCXXXVIII.

Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis an sit simonia.

1 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur etiam in spiritualibus, & quomodo declaratur num. 5.*

2 *Speci-*

2 *Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis est simoniaca.*
3 *Emens aliquid vniuersale animo emendi iuspatronatus, simoniam committit.*
4 *Id, quod principaliter agitur, est inspiciendum.*

IN Curia Archiep. Neap. tale fuit dubitatum (litigantes prætermittendo) quidam vendiderat domum alicui, in qua erat etiam capella cõtinens iuspatronatus, in cuius venditione adiecit verbum, & signãter iuspatronatus: fuit dubitatum, si præfata venditio esset simoniaca, iuxta tradita in c. quanto, de iudic. pro
1 negatiua vrgebat, quod expressio eorũ, quę tacitè insunt, nihil operatur, etiam in spiritualibus, iuxta doctrinam glos. in cap. significasti, de elect. & in cap. ad audientiam 2. de rescript. in cap. olim il primo, de restit. spol. in cap. relatum, de præbend.

Cęterum hoc non obstante, contrarium iudicauimus, & moti fuimus auctoritate Io. And. in c. 1. de iu-
2 repatron. in 6. qui vult, quod si in venditione villæ, vel vniuersitatis bonorum, fiat expressa mentio iurispatr. per huiusmodi expressionem videtur æquè principaliter vendi iuspatronatus, & per consequens erit nulla venditio, & est communis opinio, secundum Lambert. de iurepatron. 2. par. 1. libri, art. 2. num. 7. Menoch. in consil. 451. volum. 3. de Rub. in consil. 190. volum. 2. reprobata opinione Anan. in cap. quærelam de elect. immò diximus, quod si quis dum emerit villam, vel alia
3 bona, in quibus erat insitum iuspatronat. principaliter habuisset intentionem ad iuspatr. propter quod emit illa bona; tali casu dubium non est, quin committat simoniam, & haberet locum pœna vendentis iuspatronat. cum id, quod principaliter agitur, sit inspiciendum, & sit in consideratione, l. si quis nec causam, ff. si certum pet. & ita tenet Palud. in 4. dist. 25. quæst. 5. art. 3. in fin. Sot. de iust. & iure, lib. 9. quæst. 7. art. 1. Pet. de Cened. in collect. 140. part. 1. Rosell. in summa, in verb. simonia, in 6. Spin. in spec. testament. glos. 4. num. 116. in princ. Ceualli. in comm. contra communes, q. 349. lib. 1.
4
5 Non obstat, quod expressio eorum, quæ tacitè insũt, nihil operatur, quia respondetur, quod quando actus de per se simpliciter est prohibitus, tũc etsi tacitè insit, si exprimatur, operatur vitium, propter quod ille, si in eo exprimatur illud, quod de per se est prohibitum, inualidatur, & annullatur, arg. tex. vbi DD. in l. nonnunquam, ff. de cond. & demonstr. & ita tenendum, reiecta distinctione, quam in hoc casu constituit Rocch. de iurepatron. verbo ipse, vel is à quo, q. 25. num. 49.

Finis Tituli Praxis Variarum Resolutionum.

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM.

RESOLVT. DCXXXIX.

ANni quinque à Conc. Trid. ad reclamandum concessis professis regularibus currunt non obstante ignorantia professioni nullę, aut alio impedimẽto facti, ratio, quia etsi tempus præfinitum in negligentium odium, non currat quidam ignoranti, & impedito, sed secus est, quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem sit præfixus, vt hìc, vbi non in odiũ negligentię professi; sed in communem religionis quietem tempus est præfixum: poterit tamen hic impeditus per viam restitutionis audiri, Sanchez 2. tom. f. 135. lib. 7. disput. 37. num. 19.

RESOLVT. DCXL.

COgnatio spiritualis contrahitur quidem per procuratorem, sed eam non procurator, sed mandans, seu principalis incurrit, Rota dec. 533. in antiq. & in dec. 669. in nouis, Cappell. Tholos. in dec. 157. Verall. dec. 147. par. 3. & ita censuit Sac. Cong. Conc. vt refert Galet. in verb. cognatio.

RESOLVT. DCXLI.

EXaminatores Synodales durant, donec alij in Synodo deputati fuerint; verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, vt censuit eadem Cong. secundum Galet. in verb. examinatores.

Examinatores eligendorum ad beneficia, approbantes examinatum aliquem quoad scientiam tantũ, non etiam quoad vitam, & mores non satisfaciunt Decreto Concilij, quod expresse iubet; quod peracto examine renuntientur. Quicunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, &c. & ita declarauit eadem Sacra Congregatio accipi prædicta verba Concilij sess. 24. cap. 8. de reform. vt idem Galet. in verb. supra citato refert.

RESOLVT. DCXLII.

LIcentia accedendi ad Moniales extenditur etiam ad socium religiosi eam obtinentis, Rodriq. tom. 3. q. 6. art. 2. & secundum eundem Galet. in verb. licentia, & ratio est quia de connexis idem est iudicium, cap. translato de const.

RESOLVT. DCXLII.

LIcet regulares non possint prædicare absque licentia Ordinarij, tamen licentia eiusdem Ordinarij non requiritur in proprijs ecclesijs, vt censuit eadem Sacra Cong. & per Galet. loc. cit.

RESOLVT. DCXLIV.

LItteræ dimissoriæ possunt obtineri etiã ab Episcopo, in cuius diœcesi situm est beneficium, c. cum nullus de temp. ord. & ibi DD. communiter, vt censuit etiam Sac. Congreg. & per eundem in verb. litteræ.

RESOLVT. DCXLV.

MIssam ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesijs Regularium prohibere potest Episcopus, confert ad hoc text. & ibi notatur in cap. 1. de cler. peregr. & secundum Galetum in verb. Missa, ita censuit quoque Sac. Congregatio.

RESOLVT. DCXLVI.

MIssas nouas celebrantes possunt se tantum ad Populum vertere in medio Altaris, & sic oblationes sponte factas, accipere, non autem Ecclesiam ob eam causam circuire, vt censuit eadem Sac. Congreg. & per eundem Galet. in verbo supra citat. de quo videnda est Synodus Prouincialis Neap. quæ contrarium statuit.

RESOLVT. DCXLVII.

MOnialium superiorissæ eligendæ vota possunt oretenus etiam accipi ab Episcopo vna cũ Vicario, vel alio viro assumpto, idem Gal. in ver. monialis,

lis, & per eandem Sac. Cong. sic declarantem cap. 6. de reg. sess. 25.

RESOLVT. DCXLVIII.

MOnialibus etiam exemptis in certis casibus dandus est per Episcopum loci Confessarius extraordinarius, idem in verb. supra cit. & per eandem Sac. Congr.

RESOLVT. DCXLIX.

MOniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausuræ, quoties ei videbitur expedire, vt per eundem loc. supra cit. & per eandem Sac. Congreg.

RESOLVT. DCL.

MOniales in Ciuitate situatæ, sed alieno Episcopo subiectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut aliæ Moniales regularibus subiectæ, vt censuit ead. Sac. Cong. Galet. in supradicto verbo.

RESOLVT. DCLI.

MOnialium habitum assumere volens puella debet esse maior duodecim annorum, statuitur in Conc. Trid. sess. vlt. de reg. cap. 17. quæ vero puellæ educationis gratia retinentur non vltra vigesimum quintum annum ætatis suæ ibi commorari possunt, declarauit ead. Sac. Cong. vt per eundem Galet. in eodem verbo monialis.

RESOLVT. DCLII.

PArochus potest dare licentiam approbatis ab Ordinario prædicandi in sua parochia, vt tenuit etiam in eadem Sac. Congregat. vt per eundem Galet. in verb. parochus.

RESOLVT. DCLIII.

PArochus non nisi per duos menses potest pro Secretario, & Vicario foraneo deseruire Episcopo, deputato tamen Vicario idoneo, vt tenuit ead. Sac. Cong. & idem Galet. in verb. supra citat.

RESOLVT. DCLIV.

PArochialis poterit conferri vni ex inhabilibus, quamuis vnum tantum examinatorum suffragiũ tulerit, si melius ecclesiæ prouideri non poterit; illum tamen amplius erudiri curabit Episcopus, vt censuit Sacr. Congreg. & idem Galet. loco supra cit.

Parochialis non excedens valorem centum ducatorum non potest grauari reseruatione fructuum ex Conc. Trid. prædictus autem valor centum ducatorum, intelligitur secundum morem cuiusque religionis ex sententia eiusdem Sac. Congregationis, vt refert Galet. in eodem verbo parochus.

RESOLVT. DCLV.

REsidentiæ dispẽsatio ex causa inimicitiarum pertinet ad Episcopum, sed ad annum tantum, & illæ non sint contractę culpa parochi, & constituatur idoneus Vicarius, vt indicauit ead. Sac. Congregat. & per eundem Galet. in verb. Residentia.

RESOLVT. DCLVI.

REsidentiæ dispensatio ex causa adiuuandi visitationem conceditur Episcopo, sed ad bimestre tantum singulis annis, ita tenuit Sacra Congregat. ex causa vero insalubritatis aeris, vel infirmitatis, quæ in loco residentiæ curari non potest dispensatio ad quatuor menses est restringenda, eadem Sacr. Congregat. vt per eundem Galet. in verbo sup. prox. cit.

RESOLVT. DCLVII.

SEpulturæ officium in ecclesijs Fratrum mendicantium, non est faciendum à Canonicis, siue a Clero, sed ab ipsis Fratribus præstandum erit hoc munus ead. Sacr. Congreg. ita censuit, vt per eundem Gal. in verbo Sepultura.

FINIS PRIMAE PARTIS.

PRAXIS FORI ECCLESIASTICI ET VARIÆ VTRIVSQVE IVRIS RESOLVTIONES.

AVCTORE

IO. ALOYSIO RICCIO
Viro Patritio, & Canonico Neap.

PARS SECVNDA.

RESOLVT. I.

Verberans Religiosos Diui Ioannis Hierosolymitani, vulgò *Fra seruenti*, an incidat in excommunicationem.

1 *Fratres seruientes Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, sunt verè religiosi.*
2 *Verberans Milites S. Ioannis Hierosolymitani, est excommunicatus.*
3 *Equites Hierosolymitani emittunt tria vota, scilicet Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ.*

1 IN casu proposito, nuper consultus, respondi affirmatiuè, motus ex eo, quia supradicti Fratres seruientes dicuntur verè, & propriè personæ ecclesiasticæ, vt latè probatur ex illis, quæ reportauimus in Collect. dec. 216. quibus accedit quod scriptum reliquit Abb. in rubr. de regular. vbi voluit, omnia quæ dicuntur de verè, & propriè religiosis, locum quoque sibi vendicare in Fratribus Diui Ioannis, vnde in c. canonica de sentent. excommun. satis abundè probatur, percutientes supradictos Equites incidere in Canon. Si quis suadente Diabolo, & ita sequitur Villaut in dec. 34. dicens: Verberantes Milites Hierosolymitanos, vulgò dicti *Caualieri di Malta*, esse æquè excommunicatos, sicut verberantes clericos: & quod sint veri Religiosi, facit Polid. Rip. in obseruat. 185. vbi per hæc verba declarauit, an Equites Hierosolymitani, verè, strictè, & propriè professi dicãtur? Est autem professio propriè, strictè, & verè, quæ solennizatur in tribus votis, Rota Rom. dec. 591. n. 8. vers. accedit etiam, par. 1. Abb. in rub. de regul. nu. 2. vers. ex quo inferri potest, quod dispositio odiosa non comprehendit illos, qui non promiserunt illa tria substantialia, & quod sit verum, promittere eos tria illa vota, nempe Castitatem, Obedientiam, & Religionẽ, vide Abb. in dicta rubr. n. 4. de regular. & Rot. Rom. dec. 591. n. 5. par. 1. De Paupertate verò reperi Franc. Sansouin. de origin. Equit. lib. 2. in tit. de Equitib. Hierosolym. dicentem: Equites tria illa vota (dum profitentur) emittere.

RESOLVT. II.

An Episcopo, qui habet ius significandi Magistros Confraternitatum, competat pariter ius exequendi significatum?

1 *Administratores bonorum Ecclesiæ, tenentur reddere rationem Ordinario loci, & possunt per Episcopum compelli ad soluendum.*
2 *Rationes dicuntur reddi, quando dantur computa, & reliqua soluuntur.*
3 *Episcopus est executor visitationis piorum locorum.*

1 IN Conc. Trid. sess. 22. c. 9. de reform. sancitur, tàm Administratores ecclesiasticos, quàm laicos Fabricæ cuiuscunque Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, Confraternitatis, eleemosynæ Montis Pietatis, & quorumcunque locorum piorum, teneri singulis annis reddere rationẽ administrationis Ordinario, sublatis quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus in contrarium, nisi fortè aliud expressè cautum esset in constitutione, seu ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ: quod si consuetudine, priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, reddenda sit ratio alijs ad id deputatis, tunc cum illis adhibeatur Ordinarius; aliter factæ liberationes, dictis Administratoribus non suffragentur. Propter quod fuit dubitatum, an dicti laici administratores bonorum Ecclesiæ in redditione facienda Episcopo, iux. Conc. Trid. sess. 22. c. 9. de refor. inueniantur debitores, possint per Episcopum compelli ad soluendum? Pluribus ex rationibus motus iu-
2 dicaui affirmatiuè. Primum, per text. in l. quamuis ff. de cond. & demon. ex quo colligitur; rationes reddere, nil aliud esse, quam reliqua soluere. Secundum per tex. in l. cum seruus ff. eod. tit. vbi dicitur: si seruo legata sit libertas ea conditione, si rationes reddiderit hæredi, non hanc solum habet significationem, si cautiones, instrumentaque omnia actus suo exhibuerit hæredi; sed etiam, & si aliqua debuerit soluat. Tertium, in l. si ita fuerit §. quæro ff. de manu. testam. & in l. purè. in fi. ff. de fideicom. lib. & ff. de stat. lib. l. statu liber §. si quis non dare, ff. de verb. signif. l. boues §. fi. & ff. de liber. legat. l. non solum §. is qui rationes, in quibus legibus habetur reddere rationem, duo continere, scilicet computum dare, & reliqua restituere: & ideo posita ratione, in eo quod apparebunt debitores, possunt cogi per Episcopos ad soluendũ: Cuius resolutio-

nis

nis ratio, videtur ista. Nam non censentur redditæ rationes, nisi fiat restitutio reliquorum, & soluantur debita, Menoch. de arb. iud. cas.209. n. 21. propter quod dicebat Affl. in dec. 157. quod sententia in qua condemnatur aliquis ad præstandum computum, & rationem de administratis, condemnat etiam ad soluendum, & extenditur ad id de quo loquitur, continendo in se tacitè condemnationem quoad reliqua; Cum reddere rationem duo contineat, computum dare, & reliqua restituere, l. si ita fuerit, §. si ita quæro ff. de manu. test. l. pure in fin. ff. de fideicom. liber. l. non solum §. is qui rationes ff. de lib. legat. Accedebat supradictis parum operari visitationem, nisi posset Episcopus compellere ad executionem, Io. Monac. & Archid. in cap. 1. §. sanè de censibus in sextò,
3 cum præsertim Episcopus sit executor visitationis piorum locorum, vt in Conc. Trident. cap. 8. de reform. sess. 22. & laici ratione administrationis rerum ecclesiasticarum subsunt iurisdictioni Episcopi, cap. indicatum dist. 89. vbi gl. in verb. inter eos ad med. cap. ei, qui appellat §. nulli quoque officialium 2. q. 6. Socc. de for. comp. in præfat. in princ. vers. 1. ratione administrationis ad fin. & in cap. licet cod. tit. & in cap. 2. de iud. & vbi administratio gesta est, ibi debet ratio reddi, l. prætor §. his etiam ff. de eden. l. hæres absens §. 1. ff. de iud. siue sit publica, siue sit priuata. Bald. in l. 1. C. vbi de ratio. agi oportet.

RESOLVT. III.

Offendentes Barones, seu eorum officiales, dicantur ne committere crimen læsæ Maiestatis, vt confugientes ad Ecclesiam eius immunitate non gaudeant?

1 *Crimen læsæ Maiestatis non committitur quando conspiratur contra officiales Baronis, imò nec contra Baronem.*

2 *Propter offensam illatam in eum qui recognoscit Superiorem, vel ob inimicitiam priuatam, non committitur crimen læsæ Maiestatis.*

TAlis fuit series facti mihi proposita: Quidam in publica platea cuiusdam Ciuitatis, in qua Baro. dominabatur, irruerunt in dictum Baronem, & eius Officialem, atque vulneraverunt in capite; confugerunt postea ad Ecclesiam, & cum tractaretur de eorum extractione, fuit mihi quæsitum, an gaudeant immunitate ecclesiastica? Tota vis huius quæstionis se habet in illo; an supradicti inquisiti censeantur commisisse crimen læsæ Maiestatis offendendo Baronem, eiusque Officialem: Nam si dicemus opinionem affirmatiuam veram, dubitabatur eos non gaudere, cum inter casus exceptuatos in Bulla Greg. XIV. præcipuus sit contra eos, qui crimen læsæ Maiestatis commiserunt: & pro opinione affirmatiua faciebat. Primum, vassallorum Barones maximè habentes merum, & mistum imperium dici Consiliarios, & offendentes Consiliarios, dicuntur incidere in crimen læsæ Maiestatis, Salic. in l. quis C. ad l. Iul. Maiest. Alex. cons. 13. num. 2. lib. 6. Cæpol. cons. 17. circa fin. Soc. Iun. cons. 105. num. 24. lib. 3. Alc. cons. 4. num. 56. Rol. à Vall. cons. 88. num. 2. lib. 2. Menoch. cons. 94. num. 26. vol. 1. Bellon. cons. 32. Peregr. de iur. fis. lib. 4. tit. 5. num. 27. Corrad. de off. Prætor. in causis crim. §. 3. tit. de Reis læsæ Maiestatis num. 4. & 5. Clar. in §. læsæ Maiestatis vers. dubium tamen, Decia. cons. 18. n. 317. lib. 1. quia offendentes Baronem, Principem recognoscentem videntur offendisse personam Principis, quem recognoscunt, l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Boss. de crim. læs. Maiest. num. 53. Gig. in tract. eiusd. tit. lib. 1. q. 24. num. 2. Supradictis accedebat, Barones hal ere maximam potestatem, vt Principes concedendo transferant eis omnem facultatem, quam ipsi habent, ex quo saltem largè potest dici in eos hoc crimen committi, vt tenet Ang. in cons. 214. & Castr. per illum tex. in l. 3. C. de epis. & cler. Gig. de cri. læs. Maiest. lib. 1. tit. per quos, & à quib. q. 29. Clar. in §. læsæ Maiestatis num. 3. qui dicit, quidquid sit de iure, de consuetudine seruatur, quod etiam in istis Ciuitatibus, & Principib. qui superiorem recognoscunt crimen istud committitur.

Oppositis nihilominus non obstantibus, contrarium ex pluribus censui iudicandum. Primum, quia crimen læsæ Maiestatis non committitur quando conspiratur contra officiales Baronis, ita Affl. in constit. si quis aliquem q. 10. & in const. vt participatio, imò nec contra Baronem ipsum, secundum Archid. in c. fœlicis de pœnis in sextò, Barbat. cons. 70. col. 13. vol. 4. Soc. cons. 57. col. 5. vol. 4. & Bellamer. cons. 15.

Tum secundo, quia propter offensam in recognoscentem Superiorem, non committitur crimen læsæ
2 Maiestatis, Guid. Pap. dec. 344. Marc. dec. 292. sub num. 8. par. 1. Viu. dec. 278. num. 5. Mising. obser. 41. cent. 5. Intrigl. dec. 41. Tum denique quia constabat vulnus fuisse illatum ex priuato odio, & inimicitia priuata, quo fit, vt non videatur crimen læsæ Maiestatis commissum, etiam secuta morte, Isern. & Affl. in cap. 1. vers. & bona, tit. quæ sint regal. Bar. in l. hostes ff. de captiu. & postlim. reuers. Salic. in l. fallaciter C. de abolit. Rol. à Vall. cons. 1. lib. 3. cons. 48. lib. 2. & cons. 15. lib. 4. Farinac. q. 17. num. 40. Ceph. cons. 26. Burs. cons. 147. & cons. 216. Bertaz. cons. 35. Sforz. Odd. cons. 88. Honded. cons. 105. & cons. 108. lib. 1. & cons. 100. lib. 2. Fab. Anan. cons. 77. lib. 1. Baiar. ad Clar. in d. §. læsæ Maiestatis vers. 1. Menoc. cons. 107. Decian. cons. 18. lib. 2. & in tract. crimin. tit. de læsæ Maiestatis cap. 5. Capy. dec. 130. Affl. in const. vt participatio num. 38. Gig. de crim. læs. Maiest. q. 54. num. 7. & licet dubitaretur si ostensio fuisset facta ex priuato odio, vel vt Maiestas læderetur; delictum ex priuata causa præsumeretur fuisse factum, Rol. à Vall. cons. 1. num. 5. & cons. 36. lib. 3. Farin. q. 17. nu. 41. Baiard. ad Clar. in d. §. læsæ Maiestatis num. 8. Burs. cons. 216. Menoch. cons. 99. Sforz. cons. 88. num. 100. Cephal. cons. 76. Capyc. dec. 130. num. 12. & 28.

RESOLVT. IV.

Constitutio Gregor. XIV. disponens, delinquentem in Ecclesia non debere gaudere eius immunitate, an procedat in delinquente in Ostio Ecclesiæ?

1 *Prohibitum fieri in Ecclesia censetur etiam prohibitum in porticu, vel atrio Ecclesiæ circumcirca per quadraginta passus.*

2 *Appellatione domus continetur ostium, & alia omnia quæ ædibus affixa sunt.*

3 *Cœmeterium est de Ecclesia, estque locus sacer.*

PRo opinione, quod gaudeat immunitate ecclesiastica, ratio est: Nam verba constitutionis sunt verè, & propriè intelligenda, cum sint pœnalia, & odiosa, cap. odia, cap. in pœnis de reg. iur. in sexto, l. cum quidam ff. de liber. & posthum. cum similib. notatis, commupiter per omnes in l. 1. §. his nauem ff. de exercitatoria actione, vnde à simili, ille qui in ostio Ecclesiæ insultauit, in materia pœnali, & odiosa non dicitur in Ecclesia insultasse, quoniam licet ostiũ sit de Ecclesia, non tamen est in Ecclesia, tex. in l. 1. §. in publico flumine ff. de fluminib. Hinc est quod statutum puniens insultantem domi, non comprehendit illum qui insultauit aliquem in atrio domus, dixit Bar.

Alex.

Alex. & communiter DD. in l. cætera §. hoc Senatus ff. de l. 1. Bal. Gallus §. ille casus in vlt. col. ff. de lib. & posth. & in l. data opera 8. col. vers. quintum prædicamentum C. qui accus. non poss. & Alex. in l. pleriq; post eund. Bar. ff. de in ius voc. & ibi Ias.

Pro eadem opinione faciebat, quia ille qui est in ostio Ecclesiæ, non est in Ecclesia, nec extra Ecclesiam, sed partim extra, partim intus, vt dixit glos. singul. in c. cum sancta in vers. vir ego, de pœnit. dist. 2. & in odiosis, & pœnalibus casus mistus non continentur sub simplicibus, Bart. & alij, in l. 2. ff. de verb. oblig. Bero. consil. 177. n. 22. lib. 3. & maximè cum dicta constitutio vtatur verbo (In) quæ denotat intra; & comprehendit locum interiorem, & non exteriorem domus, vel Ecclesiæ, secundum Bart. in l. Gallus §. ille casus ff. de lib. & posth. Saly. in l. si quis in hoc genus C. de epis. & cler. Bero. cons. 177. vol. 3. per tot. qui latissimè hanc conclusionem firmat, & Vinc. de Franc. dec. 402. His sic positis, contrarium respondi in facti contingentia, motus per tex. in c. sicut antiquitus, c. si quis in atrio, & c. quisquis 17. q. 4. c. nulla, & ibi gl. 12. q. 1. l. cætera §. hoc Senat. Consult. ff. de leg. 1. vbi
1 prohibitum fieri in Ecclesia, censetur etiam prohibitū in atrio, vel porticu Ecclesiæ, vel circumcirca per quadraginta passus, & dixit Bart. post Cin. in l. præsenti C. de his qui ad eccles. confug. & in l. meminisse ff. de off. Procons. quemadmodum quis non potest capi in Ecclesia, ita etiam nec in ostio ipsius. Statutum enim punit aggredientem aliquem domi suæ, etiam si insidiatus fuerit illi in ostio, vel ante ostium, vel in porticu, eadem pœna erit puniendus, sequitur Spec. in tit. de iniur. §. 1. vers. pone in statuto, Bal. in l. si ita §. idem ait ff. de caupo. & stabu. Ias. in l. cætera §. hoc Senatu. Consul. n. 8. & 11. ff. de leg. 1. Anchar. cons. 160. sub n. 4. Alberi. in d. l. præsenti, & in 2. p. statutorum q. 208. vbi ait communiter teneri, & seruari, de communi testatur August. ad Ang. de malef. in verba, facit insultum, post n. 3. Clar. in §. fi. q. 82. & ibi Baiar. n. 111. &
2 ratio est, quia appellatione domus continentur ostiū, & alia omnia quæ ædibus affixa sunt, l. si aquæductum ff. de contrahen. empt. maximè quando insultatus est intra clausuram ostij, secundum Bar. in l. 1. §. hoc interdictum ff. de cloac. & Ias. in d. §. hoc Senatus Cōsul. n. 11. quod omnes DD. sequuntur, vt dixit Bero. cons. 177. n. 20. vol. 3.

Et ad supradicta accedat etiam quod insultans in
3 Cæmeterio ipsius Ecclesiæ, iudicatur ad instar Ecclesiæ, quia est locus sacer, text. in c. decet §. ad hoc de immun. eccl. lib. 6. & sic committitur sacrilegium in Ecclesia, quemadmodum in Cœmeterio, c. quisquis 17. q. 4. & interdicta Ecclesia, interdictum est & Cæmeterium, c. si ciuitas de sent. excom. lib. 6. Abb. in c. cum Ecclesia de immunit. eccl. & polluta Ecclesia dicitur pollutum Cæmeterium, quia Cæmeterium est de Ecclesia, c. 1. de consecr. eccles. Vincen. de Franc. multa ad hoc deduxit decis. 402. num. 3. & faciunt notata per Farina. in tit. de carcerib. & carcerat. q. 26. n. 61. Remig. de immun. eccles. ampl. 8. in tract. in nouis vol. 13. part. 1. fol. 92.

RESOLVT. V.

Hæreticus non potest vti beneficio regulæ de annali, vel triennali.

1 *Hæreticus formalis non potest vti beneficio regulæ de annali, vel triennali.*
2 *Hæreticus priuatur quolibet beneficio ecclesiastico.*
3 *Mulier hæretica non potest vti priuilegio prælationis dotis.*

IN quadam causa mihi delegata à quodā Illustris. Archiepiscopo; iudicaui inquisitum de hæresi formali, hon potuisse (licet abiurasset) vti beneficio regu-
1 læ de annali, vel triennali, & motus fui rationibus, &
2 iuribus: Ratione probatur ex eo præsertim, quod Hæreticus priuatur quolibet beneficio ecclesiastico, vt notant communiter DD. in c. infamibus de reg. iur. in sextò, vnde hęreticus vti excommunicatus, & à fide alienus, censetur inhabilis ad omnia auxilia ecclesiastica, cap. ad abolendam, vbi omnes, de hæreticis, & notatur etiam in c. excommunicatus, vbi Anan. eod. tit. & in c. cum secundum legis eod. tit. in sextò.

Probatur, & alia ratione, quia frustra legis auxiliū implorat, qui committit in lege, c. quia frustra de vsur. l. auxilium ff. de minorib. facit text. in l. 1. C. de hæred. & propterea in auth. item C. eo. tit. habetur, mulierem hæreticam non posse vti priuilegio prælationis dotis,
3 iuxtà terminos legis assiduis C. qui potior. in prin.

Iuribus etiam probatur ex doctrina Ludo. Gom. in d. reg. de annal. poss. q. 3. & q. 52. in reg. de trienn. poss. Brun. lib. 3. de hæret. cap. 7. Iacob. Sept. in Inst. Cath. c. 45. num. 20. de quibus regul. Innoc. & alij in c. illud de præscript. Fel. latè in c. licet, Heli. n. 19. de simon. Ang. Bald. & latè Ias. in l. qui in aliena §. quod si adiecerit ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 132. n. 14. vol. 4. Nam si possessionem habere non possunt hæretici, c. quo iure 8. d. ita præscriptio d. regulæ sine possessione non suffragatur eis, leg. sine possessione de reg. iur. lib. 6. sequitur Roias in sing. 25.

RESOLVT. VI.

Conclusio in causa, an fiat in crimine hæresis?

1 *Conclusio in causis hæreticæ prauitatis non est necessaria.*
2 *Ius concludit ad pœnam, sine conclusione.*
3 *Reus in criminalibus potest facere suas defensiones, & etiam probationes, non obstante conclusione in causa.*
4 *Reus non potest in criminalibus renuntiare suis defensionibus.*

1 CONclusio in causis hæreticæ prauitatis, nō est necessaria, c. fin. de hæret. lib. 6. iuncta glos. in clem. sæpe de verb. signif. notat Bart. in extrauag. ad reprimendum in parte sequentia, quando in crimine læsæ Maiestatis proceditur expresse, Gundissal. de Villa. de hæret. q. 12. n. 2. vbi refert hoc esse speciale in hoc crimine, sed videtur etiam in alijs causis criminalibus, nō
2 esse necessariam conclusionem in libello, quia ius concludit ad pœnam, sine conclusione, gl. est fi. & quidem sing. in l. in causis C. de accus. quam notat Bald. in l. edita n. 55. de edend. Ang. tract. de malef. in verbo in-
3 quisitio vers. item quæro, an Iudex teneatur; & similiter in causis criminalibus (non obstante conclusione in causa) reus potest facere suas defensiones, & probationes, Bar. in l. 1. §. fin. in l. vnius §. cognitum ff. de q. & in l. Diui ff. de pœnis, & in auth. qui semel in fin. C. de prob. Hyppol. cons. 16. in præsenti casu n. 32. facit gl. not. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. vbi dicit
4 quod reus non possit in criminalibus renunciare defensionibus, quam allegat ad hoc Ias. in l. si quis in conscribendo num. 18. C. de pact. & in auth. videmus n. 7. C. de iudic. Hyppol. plenè in l. si quis vltro num. 62. ff. de quæst.

RESOLVT. VII.

Decreta visitationis, non admittunt appellationem.

1 *Non datur appellatio à visitatione facta per Episcopum ad morum correctionem, quoad effectum suspensiuum.*
2 *Quando agitur de cultu Diuino, & fauore Ecclesiæ, si decretum*

eretum sit per modum prouisionis, non datur appellatio suspensiua.

3 *Non datur appellatio in ijs, quæ ex ipsa visitatione procedunt, & sufficit si de visitatione prædicta constet per assertionem Ordinarij.*

4 *In decretis visitationis, non juspenditur exequutio per appellationem, etiam si appelletur ad Sedem Apostolicam.*

1 A Visitatione facta ab Episcopo, præsertim ad correctionem morum, non dari appellationem, disponit Sacrum Conc. Trid. c. 10. sess. 24. de refor. & scribunt Lancell. in tract. de attent. & innou. appell. pend. limit. 18. in princ. num. 6. f. 370. Rugin. in tract. de appell. §. 2. c. 3 n. 45. & Marches. in tract. de cõmiss. part. 1. de commiss. appell. extr. Rom. Cur. cap. 6. n. 78. in se-
2 cunda impressione: ratio est, quia quãdo agitur de cultu Diuino, ac aliquid decernitur fauore Ecclesiæ, & ipsius cultus Diuini, tunc ne interim diminuatur, vel pereat, ab illo decreto, vti decretum per modum prouisionis, non datur appellatio suspensiua, Rebuf. in tract. de sent. prouis. in præfa. n. 37. & n. 38. in fi. tom. 1. f. 229. sed in visitatione agitur de cultu Diuino, & fauore animarum.

Amplia primò, hanc limitationem, vt neque detur
3 appellatio in his, quæ ex ipsa visitatione procedunt, Sac. Conc. Trid. vt supra, & notat Marches. citatus.

Amplia secundo, quod appellatio prohibetur, non solum in his, quæ Ordinarius agit in actuali visitatione, & quod certum sit fuisse decreta in ipsa visitatione, sed prohibetur etiam in his, quæ fuerunt gesta in ipsa visitatione, & si non constet nisi per assertionem Ordinarij, qui dixit, ea fieri ratione visitationis: vnde si ab istis appellatur, & Episcopus, appellatione non obstante, exequitur, non dicuntur attentata, Lancell. lim. 8. num. 18. in fi. & num. 9. fol. 370.

Amplia tertio, vt procedat etiam, si is qui appellat allegaret, seu allegasset exemptionem, quia nihilominus appellatio non impediret, aut suspenderet exequutionem eorum, quæ ab ipso Episcopo in visitatione mandata, decreta, aut iudicata fuerint.

Verum tamen si Episcopus procedat in exemptos, seu alias priuilegiatos contra eorum priuilegia, dabitur appellatio, Marches. tract. de commiss. part. 1. de commiss. appel. extra Rom. Cur. c. 6. n. 78. fol. 78. & vbi apparuerit de exemptione, seu priuilegio, illa gesta reuocantur, Manfre. tract. de attent. appellat. pend. lib. 2. concl. 50. fol. 248. & Lancell. tract. de attentat. part. 2. c. 12. lim. 18. num. 2. & seq. fol. 369.

Amplia quarto, vt à decretis in causis visitationis, & correctionis, siue habilitationis, siue inhabilitationis, nec non criminalibus, latis ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali, ante diffinitiuã; ab interloquutoria, vel alio quocunque grauamine non appelletur; quare Episcopus, seu Vicarius appellationi huiusmodi, tamquam friuolæ deferre non tenentur, sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis Iudice emanata, nec non omni stilo, & consuetudine, etiam immemorabili in contrarium non obstãte, possint ad vlteriora procedere, vt disposuit Sac. Conc. Trid. c. 1. versus finem sess. 13. de reform. Nec dicas, hanc extensionem esse superfluam, quia cum Conc. Trid. eod. c. 1. in fi. permitta t posse appellari ab interloquutoria, cum non potest appellari à diffinitiua, & in c. 10. sess. 24. de reformat. prohibeat simpliciter appellationem in his, quæ spectant ad visitationẽ; & sic prohibet appellationem à diffinitiua, necessario admittit, posse indistinctè appellari ab interloquutoria, quando non potest appellari à diffinitiua, sed mandat tunc seruari statuta sacrorum Canonum: at sacri Canones statuunt, & ratio euidens dictat, quod si appellatio prohibetur eo quia res celeritatem desiderat tunc appellatio intelligatur prohibita, tam à diffinitiua, quàm ab interloquutoria; in visitatione autem agitur de cultu Diuino, in quo requiritur celeritas, vt dixi supra & Conc. Trid. dicto c. 1. in fi. idq; etiam operatur in causis criminalib. quare &c.

4 Amplia quinto, vt non solum appellatio interposita ad Superiorem mediatum, sed etiam appellatio, aut querela interposita ad Sedem Apostolicam, & etiam inhibitio, non impediat, aut suspendat exequutionem eorum quæ Episcopus mandat, decernit, aut iudicat in his, quæ spectant ad visitationem, aut morum correctionem; Conc. Trid. d. c. 10. in fi. sess. 24. de reform.

Infero etiam ex ijsdem, quod si Episcopus in visitatione faciat alicui præceptum de residendo in Ecclesia, ille non potest appellare ab illo præcepto, nisi allegaret aliquam rationabilẽ excusationem, Franch. in cap. peruenit, il secondo, notab. vlt. n. 5. de appellat. vide Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. in fi. de reform.

RESOLVT. VIII.

Hæreticus quis dicatur, ad effectum, ne gaudeat immunitate Ecclesiastica?

1 *Hæreticus est qui aliter sentit de articulis fidei, quàm sentiat Sancta Romana Ecclesia, vel malè sentit de Sacramentis Ecclesiæ, vel habet peruersum dogma, seu gignit nouas opiniones falsas, aut veteres, & ab Ecclesia damnatas sequitur.*

2 *Qui dicit fornicationem, vel periurium non esse peccatum, est hæreticus.*

3 *Ad hoc vt quis sit hæreticus, requiritur quod sit baptizatus, quod scienter erret in fide Catholica, & quod in sua opinione sit pertinax.*

4 *Qui credit quod credit Ecclesia, etiã si bona fide aliquid opinetur contra fidem, non est hæreticus, dummodo monitus hunc errorem non defendat.*

5 *Dubius in fide est hæreticus, si in tali dubietate habet firmitatem animi, & pertinaciam.*

HÆreticus propriè (secundum aliquos) dicitur in duobus casibus tantum: Primò cum aliter sentit de articulis fidei, quam sentit S. R. E. Secundò, quãdo malè sentit de Sacramentis Ecclesiæ, & ita com-
1 muniter DD. dicit Boss. in tit. de hæret. num. 1. Tu verò dic, non modo esse verè hæreticum, qui non benè sentit de articulis fidei, vel de Sacramentis Ecclesiæ, sed etiam illum, qui habet peruersum dogma, vel gignit nouas opiniones falsas, aut veteres falsas, & ab Ecclesia damnatas seqnitur, ita gl. in clem. vnica gl. penult. de vsur. & ita tenent DD. vt dicit Franch. Squillacen. in tract. de fid. Cath. c. 14. Hinc infertur, quod si aliquis asserat simplicem fornicationem non esse peccatum, erit iudicandus hæreticus; ita fuit decisum in Cur. Tholo. teste Aufrer. dec. 346. Mantua. cons. 239. n. 8. lib. 2. si etiam dicat, periurium non esse peccatum mortale, dicetur hæreticus, & ita tenent communiter DD. vt testatur Bello. cons. 78.

3 Verum pro dilucidatione articuli est notandum, quod ad hoc vt aliquis dicatur hæreticus, tria concurrere debent: Primum requiritur quod sit baptizatus; Iudæi. n. Pagani, vel Maumetani, non dicuntur hæretici, & hoc receptissimis DD. sententijs comprobatur; vt dicit Simanch. de hæret. cap. 31. n. 3. Secundum, quod scienter erret in fide catholica, approbando falsa pro veris, in certa pro certis, vel è conuerso; & hæc est omnium DD. concors, & vnanimis sententia, vt dicit Simanch. in allegato c. 31. n. 5. Tertium quod sit pertinax in sua opinione, alias nunquam dicitur hæreticus, & in hoc omnes concordant, dicit Inno. in c. 1. in
4 vltimis verbis de Sum. Trin. & fid. Cath. Si quis. n. simplex habet fidem implicitam. s. quia credit, quod credit

dit S.Mater Ecclesia;sed bona fide falso opinatur(motus ratione naturali)quod si maior, vel prior filio, vel quod in Trinitate tres personæ sint tres res à se inuicem distinctæ,non est hæreticus,neq; peccat,dummodo monitus hunc errorem non defendat, & id ipsum credat,quia credit Ecclesiam sic credere,& suam opinionem fidei Ecclesiæ supponat, & hæc dicit esse famosa verba, Lupus in allegat. hæresis §.4. col.3. vbi
5 subdit, quod alij Doctores hoc sequuntur,dicit quoq; esse valde notandum:Aduerte etiam de illo,an dubius in fide sit hæreticus; intelligendum, procedere cum in tali dubitatione habuit firmitatem animi, & quamdam pertinaciam,propter quam perseuerat in illa dubitatione,alias secus,ita dicit Ioa.Andr.in c.1.de hæret.quem alij sequuntur,vt dicit Lup. in loc.præalleg. §.5.in princ.

Ex quibus potest inferri. Primò,an hæreticus dicatur, quærens scire furtum occultum cum fiala plena aqua,candelis accensis,& pueris,& puellis virginibus interpositis,quædam verba dicentibus? & an eius cognitio pertineat ad officium Inquisitionis, & de alijs ad Nicromantiam pertinentibus, & pro resolutione remitto te ad Rimin.in cons.414.vol.4.

Secundò, an tenêtes penes se libros prohibitos,iudicentur hæretici,vel suspecti de hæresi de iure,super qua re videndus est Bursat.cons.7.n.5. vide etiã in Apostil. ad Rom. in sing.326. vbi hoc limitat tribus modis.

RESOLVT. IX.

Blasphemus hæreticalis, an gaudeat immunitate Ecclesiæ.

1 *Hæreticus non gaudet immunitate Ecclesiæ,quia in Deum, & in Ecclesiam delinquit.*
2 *Blasphemus hæreticalis,non gaudet immunitate, & æquiparatur blasphemia hæreticalis, assertionibus hæreticalibus.*
2 *Abnego Deum,Non credo in Deum, sunt blasphemiæ hæreticales.*

PEr Bullam Gregor.XIV. excluduntur quoque hæretici ab immunitate Ecclesiastica: Ratio est,quia per hæresim verè,immediatè, ac principaliter in Ecclesia delinquunt,vt est glos.in auth.de mandat.Princip.§.neque autem,& facit text. in l.1.C.de his qui ad eccles.confug. & in puncto hoc tenet Mars. in l.ex Senatus consulto in fi. n.2.ff.de sicar. Boer. decis.110.n.
6.& Didac.var.resol.lib.2.c.20.n.2.in fi.& comproba-
1 tur euidentissima ratione:Si quis.n.contra proximum deliquit in Ecclesia, non gaudet immunitate ecclesiæ, igitur eo magis non debet gaudere, qui in Ecclesiam ipsam, & Deum ipsius fundatorem deliquit: Frustra namq; illius implorat auxilium,qui in ipsum deliquit, c.quia de vsuris,& c.fi.de immun.eccles.& l.auxilium in fi.ff.de minorib.& expresse firmat Decian. in tract. crim.lib.3.c.42.n.7.quare fuit dubitatum,an supradi-
2 cta procedant quoq; contra blasphemos hæreticales, ita vt non gaudeant immunitate ecclesiastica? Respondi affirmatiuè,motus ex eo,quod supradictæ blasphemiæ æquiparantur assertionibus hæreticalibus, quarum cognitio, & punitio ad Inquisitorem fidei pertinet,per rationé tex.in c.accusatus §. sanè de hære. Alphons.de Castr.de iusta hæret.punit. lib.1.c.12. circa fi.ibi blasphemia,quæ habet quamdam cum hæresi vicinitantem,vel connexionem,hæc merito ad Inquisitores pertinet,vt de illa inquirant,iudicent,& puniant,Card.in clem.1.§. sanè de vsuris, Squillacen. de fid.cath.c.16.Albert.de agnosc. assert.q.6.n. 24. & q. 27. vbi plenissimè omnium per tot.q.& q.36.n.18.Iac. Sep.in Instit.Cath.c.8.n.8.& in Enchirid.tit.9.Brun.de hæret.lib.5.c.20.optimè Couar. in c.quamuis pactum de pact.in sextò,in §.7.n.8.& seq.vbi pulchrè pragmaticas Castellæ, & leges Regias declarat, dicens hanc blasphemiam esse Apostasiæ crimẽ, & verba hæreticalia aduersantur confessioni fidei: plerumq; tamen in sacrosancto Inquisitionis foro, solet in dubium verti, quæ blasphemiæ dicantur hæreticales, vt earum cognitio ad Inquisitores pertineat? & fuit declaratum,
3 quod praxis communis, & iuri consona reputat blasphemiam hæreticalem illa verba:Abnego Deum, Non credo in Deum: verba n.hæc dicuntur hæreticales blasphemiæ, & propterea de ijs Inquisitores cognoscunt,quia habent significationem infidelitatis,& directè opponuntur fidei confessioni:Aliæ blasphemiæ non sunt hæretica es,quia fidei confessioni non opponuntur. Blasphemiæ absolutæ dicuntur, quæ negant aliquid in Deo, quod ei conuenit, aut tribuunt, qui ei nequaquam conuenit: Harum punitio ad Iudices ordinarios pertinet,c.2.de maledicis,c.non solum 77. q.3. scripsit S.Th.2.2.q.13. ar.1. & in quolib.9. ar.4. Castr. in c.12. Sot. de iust. & iur.lib.8. q.2.art.3. Sylvest. & alij Summistæ in verb. blasphemia in princ. Bart.in l.item apud Labeonem §.ait prætor ff.de iniur. Lud. Carrer. de hæret. §. circa secundum, Ias. in §. item si quis postulante n.58. & seq.Instit.de action. Affl. in constit.Sicil.lib.2.rub.54. Cassan.cons.1. Boer. dec.301.Gram.dec.50.incip.Spataneus,vbi benè examinat illa verba: *Dispetto di Dio*, an sit Blasphemia; Bernard.Diaz in pract.c.103. & Couarru. & Albert.in locis supracitatis referunt, quamdam constitutionem Papæ Leonis X.contra blasphemos,in quib.locis concludunt, calorem iracundiæ non excusare blasphemũ à pœna, præsertim Albert. in d.q.27.nu.3. alias enim nullum homicidium esset puniendum, quod plerunq; iracundia committitur,vt dicit Dec.in l.quicquid calore iracundiæ ff.de reg.iur.

RESOLVT. X.

An Infideles gaudeant immunitate ecclesiastica?

1 *Iudæus non gaudet immunitate ecclesiastica.*
2 *Iniquum est vt infideles dignentur aliqua humanitate, & ab Ecclesia defendantur, cum sint hostes, & Ecclesiæ græmio se committere recusent.*
3 *Ecclesia non debet patrocinium præstare ei qui semper eã nititur impugnare.*

VIdebatur dicendum quod sic, cum sint creaturæ Domini nostri Iesu Christi, consequenter debẽt esse sub eius protectione, accedit, quod ecclesia nunquam solet claudere græmium,c.fi.de Iudeis:Immunitas enim hominibus certis concessa etiam Iudæis ibi habitantibus concessa censetur, Hipp. sing. 540.

Contrariũ tamen de iure iudicaui verius, ex infra-
1 scriptis. Primò,quia, frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit, c. quia frustra de vsur. l.auxilium ff. de minorib.l.1.ff. de hæret. vnde in c.fi. de immu.eccl.propterea cessat in illo casu immunitas, quia in ipsam ecclesiam fuit commissum delictum, quanto magis in eo qui contra Dei sponsam commiserit,gaudere non debet ecclesiastica immunitate, ergo à fortiori non debet hac immunitate frui, qui delinquit in Deum sponsum, & Caput Ecclesiæ, cum immunitas ipsa sit concessa ecclesijs propter Deum, locus enim non sanctificat hominem,sed homo,vt aduertit Farin. q.28.num.67.

Tum secundò,quia iniquum esset permittere, vt Infideles dignentur aliqua humanitate cum sint Christiani nominis hostes:Ideo iuri inconsonum est, vt Infidelis ab Ecclesia defendatur, cuius cutelæ, & fideli græmio seipsũ committere recusat, sunt verba Farin. de carcer.& carcerat.q.28.sub n.68. idem tenuit Azor in sum-

in ſumma C. de his qui ad eccleſ. confug. num. 2. Bar. & omnes in l. 1. vbi Salyc. C. de his qui ad eccleſ. confug. qui dicit eccleſiam non eſſe tutelam ijs, qui non ſunt ſub lege ſua, huius ſententiæ fuit Cyn. in l. præſenti in primo membro diſtinctionis C. de his qui ad eccleſ. confug. Anan. in c. Iudæi, il primo, verſ. 20. numquid autem Iudæi, de Iudæis.

1 Tum tertiò, quia Eccleſia non debet præſtare patrocinium ei, qui ſemper eam nititur impugnare, cap. diſplicet 23. q. 4. Non debet enim ex eo quis fructum capere quod nixus eſt impugnare, cap. non debet ex eo de reg. iur. in 6. cum hac opinione eſt Marqua: de Iudæis p. 1. cap. 8. & pluribus comprobat Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 8. qui veriorem, & communem appellat.

Non obſtat tex. & ibi gl. in cap. inter alia in verb. extrahendus de immun. eccl. quæ vult, vt nec Iudeus delinquens ſit extrahendus, idque Hoſtien. Io. Andr. & Card. q. 1. Tiraq. de primog. q. 66. num. 9. Felyn. in cap. 1. de pœnit. & remiſſ. Marſ. in l. vnica num. 214. C. de rapt. v. g. Sylu. in ſumma verſ. immunitas 3. num. 2. Hæc opinio fortaſſe frequentiori auctorum calculo recepta videbitur, vt dicit Couar. var. reſol. lib. 2. c. 20. ſub num. 11. & Clar. in pract. §. fin. q. 30. num. 12. nam reſpondetur contrariam ſententiam magis eſſe iure veriorem, ac receptiorem.

Non obſtat ſecundo, Eccleſiam nunquam claudere græmium; Nam procedit, abſque dubio in redeuntibus, non autem in recedentibus, prout ſunt Infideles.

RESOLVT. XI.

In ædificatione Capellæ, vel Oratorij, an requiratur licentia Epiſcopi?

1 *Nulla Eccleſia poteſt conſtrui, vel ædificari ſine licentia Epiſcopi.*
2 *Eccleſia debet ita ædificari, vt pars poſterior reſpiciat Orientem, & anterior Occidentem.*
3 *Eccleſia ædificari debet ad modum Nauis.*
4 *Epiſcopus debet videre num Eccleſia ſit ædificata in præiudicium alterius Eccleſiæ, ſiue Capellæ.*
5 *Epiſcopus in ædificatione Eccleſiæ debet præcipere, vt præſtetur dos, nam ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe non poſſunt.*
6 *Epiſcopus ſi tẽpore ędificationis non meminit de dotatione, poſt ædificatam eccleſiam, poteſt compellere eum qui ædificauit ad illam dotandam, & alias non dotando amittit ius patronatus.*

SVpponitur in facto aliquem velle ædificare Capellam, ſeu Oratorium in ſuo fundo, quæritur propterea, an potuiſſet facere abſque licentia Epiſcopi? prima facie videtur pro opinione affirmatiua, ex inſraſcriptis.

Primum, quia Eccleſiæ ædificatio, vel Capellæ eſt opus pietatis, c. 1. de conſecr. diſt. 1. ergo non eſt neceſſaria licentia Epiſcopi, præcipuè quando res eſt de per ſe approbata, iuſta, & bona, non indiget approbatione; Opera enim licita, & quę de ſua natura bonitatem, & pietatẽ præſeferunt; poſſunt ſine Superioris authoritate, vel licentia fieri, l. 1. C. de Collegijs licitis, Innoc. in cap. cum dilecto de exceſſ. prælat. Præpoſ. in c. parſimoniam 41. diſt. Quare ſequitur ad ædificandam Eccleſiam, vel Cappellam, neceſsariam non eſſe Epiſcopi authoritatem, vel licentiam; pro qua ſententia facit in argumentum tex. in c. fi. de relig. domib. vbi inquit tex. Noua Religio non poteſt fieri ſine licentia Epiſcopi, ſed vetus benè poteſt, Feder. de Sen. conſ. 138. ſequitur manifeſtè, quod Eccleſia ad honorem alicuius Sancti canonizati, benè poteſt ædificari ſine licentia Epiſcopi; facit in ſimili tex. in l. legitima vbi gl. ff. de pact. vbi pactum nullum, ſi alias eſſet approbatum, factum à minore, ſine tutoris authoritate, valet: v. g. Si minor conducat domum ſine curatore, quia locatio, & conductio ſunt approbata, Minor tenetur ſoluere de iure locationem, tenet Rom. ſing. 322. Palac. Rubios in cap. per veſtras §. 26. n. 3. Didac. Perez l. 3. 1 tit. 11. lib. 4. ordinamenti: Sed his non obſtantibus in contrarium eſt veritas, videlicet quod nulla poſſit Eccleſia conſtrui, vel ædificari, niſi præuia authoritate, aut licentia Epiſcopi, tenet gloſ. in cap. placuit 1. q. 2. verb. dotem, Durand. in Rationali Diuinorum lib. 1. cap. 1. Potiſſima ratio enim hæc eſt, quia Eccleſia debet in loco decenti ędificari, ergo vt locus decens, & competens aſſignetur, neceſſaria eſt authoritas Epiſcopi, & licentia, vt in proprijs noſtris terminis tenet Calder. conſ. 20. de iurepatronatus, quo fit, ſi aliquis de facto, & in loco indecenti, ſine Epiſcopi licentia, Eccleſiam ædificaret, non conſequitur ex tali ædificatione ius patronatus, Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. in fi. de reform.

2 Adducitur etiã alia ratio, quia Eccleſia debet ędificari, vt pars poſterior reſpiciat Orientem, & anterior, ſiue oſtium reſpiciat Occidentem, ergo vt ita re vera fiat, neceſſaria eſt Epiſcopi auctoritas, c. eccleſiaſticam 11. diſt. Durand. in Ration. Diuin. offic. lib. 1. n. 14. Bart. in tract. de inſula §. quod ſi ex vno, n. 8. Caſſaneus in Cathalogo gloriæ Mundi conſiderat. 19. in 12. p. Conrad. Brun. de cæremonijs Eccleſiæ lib. 8. c. primo:
3 Alia ratio propter quam authoritas Prælati debet interuenire eſt, quia Eccleſia debet ædificari in modum nauis, c. non turbatur 24. q. prima; & ideo Eccleſia appellatur Nauis Petri, tenet Turrecrem. in ſumma Eccleſiæ lib. primo c. 33. & Magiſter huius nauis eſt Chriſtus: hac ratione in eiuſdem Eccleſiæ rebus, Laici nullam habent gubernationem, nec poſſunt ſe intromittere ſine licentia Epiſcopi, vt refert Clemens Papa de Conſtit. Catholi. lib. 2. c. 61. Turrianus lib. 2. contra Magdeburgenſes c. 19. col. 6. Alia item eſt ratiõ: Nempe vt videat Epiſcopus, ſi talis Eccleſia, vel capella ædificata in præiudicium alterius Eccleſiæ, vel
4 capellæ, c. Eccleſiæ de conſecrat. diſt. prima Abb. in c. ad audientiam de Eccleſijs ædificandis. Poſtremò requiritur licentia Epiſcopi, vt videat charitatem ædificantis, c. piæ mentis 16. q. 7. Inſuper aduertendum eſt Ædificationem Eccleſiæ non debere fieri de malè acquiſitis, non enim eſset bonum opus, Ioan. Andr. & DD. in c. nobis de iure patronatus; Oportet etiam vt Epiſcopus præcipiat ei, qui Capellam, vel Eccleſiam ſtuder ædificare, quod illam dotet, ad perpetuitatem,
5 & conſeruationem ipſius Eccleſiæ, vel Capellæ, cum ſpiritualia ſine temporalibus, diù eſſe non poſſint, c. ſi quis obiecerit, prima q. 3. & talis donatio debet eſſe ſufficiens, ſecundum Rocchum de iure pattonatus 6 verb. vtile, q. 2. quo fit vt ſi tempore ædificationis Epiſcopus de dotatione non meminiſſet, poteſt poſt ędificatam Eccleſiam compellere ipſum ædificantem, vel eius hęredes ad illam dotandam; vt in ſimili; qui perdidit ſcripturam debiti, poteſt compellere creditorem, vt aliam faciat, tenet Bart. in l. ſi finita §. eleganter ff. de damno infecto, Gloſs. in l. Chirographis ff. de adminiſtratione tutorum, Tiraquell. de vtroq; retractu tit. primo §. 29. Gloſ. 5. fic, qui Eccleſiam ædificauit, & non dotauit à principio, poteſt compelli ad illã dotandam, vel eius hæredes, alias non dotando amittit ius patronatus: Deniq; neceſſaria eſt Epiſcopi licentia, vt poſt illam ædificatam Epiſcopus benedicat, & altaria conſecret: cum in altari non conſecrato, non poſſit celebrari Miſſa, nec Diuina adminiſtrari: Clericus enim ante conſecrationem altaris celebrans in tali Eccleſia, vel Capella peccat, & punitur grauiter, tenent DD. in ç. ſi quis per ſuperbiam 30. diſt. Bernar.

Diaz

Diaz in praxi cap.34.Greg. Lopez l.4.tit. 10.p.prima. Anton. de'Matha : de Sacrificio Missæ lib.3. c.10. Turrianus contra Magdeburgenses lib.2. cap. 29. Alfonſ.de Castro de hæresibus verbo templum,cap.finali de priuilegijs lib.6. Conc.Trid. sess.22. c. primo:Illud tamen animaduertendum est etiam,Ecclesias aliquãdo non consecrari, sed benedici, vt in eis diuina celebrẽtur,& peccatorum venia petatur, & est vt Dei habitatio,Sanct. Thom.3. parte q.83.art.4. Thom.Vualdensis de Sacramentalibus lib.1.cap.117.tit.18. Gandau. in compendio concertationum huius sæculi tit. 25.& facit tex. in cap.odi,& proieci 24.q.prima.

RESOLVT. XII.

An Grassator, qui semel in strata, seu via publica, vel in sylua furatus fuit, si aufugit ad Ecclesiam, à qua violenter extrahitur, gaudeat immunitate Ecclesiæ.

1 *Ab Ecclesia non est quis violenter extrahendus.*
2 *Publicus latro,siue,grassator, non gaudet immunitate ecclesiastica, licet ab ea violenter extrahatur, & vide n.6.in fin.*
3 *Grassator quis in iure verè, & propriè censendus sit, & grassari quid sit.*
4 *Latrones publici propriè dicuntur,qui plures in stratis publicis, in syluis, in domibus, vel in mari per vim cum armis, vel sine grassantur, cum tamen hominis interemptione.*
5 *Latro publicus dicitur ex eo, quod palam, & publicè furatur.*
6 *Latro,qui pluries grassatur, dicitur publicus, qui ideo est furca suspendendus.*
7 *Latro, qui semel in strata publica, vel alibi grassatus fuit, non dicitur publicus, nec ideo de iure communi vltimo supplicio est tradendus:*
8 *Grassator,qui semel furatus est, cum iure latro publicus non dicatur,non cõprehendetur sub dispositione text.in c.inter alia de immunit. ecclesiast. in quantum de publicis latronibus loquitur.*
9 *Grassator qui semel delictum comisit, si violenter ab Ecclesia extrahatur, debet tanquam gaudens immunitate ecclesiastica, ad eamdem Ecclesiam vnde fuit extractus, restitui.*

1 IN hac quæstione respondi cũ decisione Peguer. 40, cuius tenor est. Romanus Pontifex in c. inter alia de Immunitate Ecclesiastica, facta distinctione, inter seruum, & hominem liberum; quoad liberum, talem proponit nobis regulam; Quamtumcumque homo liber grauia delicta comittat,nõ est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam;& concordat. text. in cap. id constituimus 17.q.4. à qua regula dictus text.in cap.inter alia, duos excipit casus. Primum,vt non procedat,quando extractus ab Ecclesia,esset publicus latro; Secundo si talis esset nocturnus depopulator agrorũ; hi enim horum criminum exceptorum ratione, non gaudent Ecclesiastica immunitate; de publico latrone confirmat text.in cap.sicut antiquitus 17.q.4. vbi text.impositis confinibus Ecclesiæ inquit,qui dicta cõfinia cõfringere tentauerit,aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro sit, & nisi reddat quod rapuerit excõmunicetur: ex quibus clarè deducere possumus,quod si Grassator in strata publica,vel in syluis grassatus fuerit, latro publicus iure censendus esset, ipseque immunitate ecclesiastica gaudere nõ posset; verũ hæc cõsequentia nempe Grassator,qui in itinere,& in strata publica grassatus est,publicus latro existimabitur. De iure,in omni casu non procedit; quare, vt rẽ hanc facilius perpendamus, ab huius vocabuli,Grassatoris significatione, seu interpretatione inchoandũ est: Grassatorem enim verè,& propriè appellamus, qui viarum in vrbe, & extra obsessor est, obuios spoliat,pulsat, aut intentata morte territat; Ideoque Grassari,vt inquit Nonius, est supra modum sæuire. Fæstus verò inquit:Grassari dicuntur latrones vias obsidentes,gradi siquidẽ ambulare est, vnde tractum Grassari, videlicet, ab impetu gradiendi; Accursius in l.capitalium §.Grassatores interpetratur,& exponit Grassatores, idest ad malum nitentes, vnde Grassor, idest nitor ad malum, ac postea dicimus pestem Grassari: vt apud Budeum,grassatur pestis cum ingenti clade hominum inualescit.Calistratus vero in dicta l. capitalium §. Grassatores, ait Grassatores qui prædæ causaid faciunt proximo,pro latronibus habẽtur,& si cũ ferro aggredi,& spoliare tẽtauerunt capite puniuntur,vtique si sæpius in itineribus id comisissent, cæteri ad metallum damnantur, vel in insulis relegan-
4 tur, ex cuius Iurisconsulti verbis, & maximè ex illis, vtique si sæpius, colligimus differentiam inter eos,qui non sæpius itinera frequentant: & qui sæpius dicta itinera,seu vias obsidẽt,vt scilicet hi capite puniãtur,alij verò, aut ad metallum damnentur,vel ad insulas relegentur: quasi velit Iurisconsultus explanare, qui semel in itinere publico grassatur, non est pro publico latrone habendus, sed è contrario, qui sæpius hoc crimen comiserit.Sed dato forsan quod hæc esset Iurisconsulti intentio,ex his suboriretur dubium nostræ quæstionis, nã si quis semel grassaretur, de iure latro publicus existimandus non esset,& idcirco talis delinquens non cõprehẽderetur sub dispositione tex. dicti c. inter alia de immuni. Ecclesiæ,qui text.publicos latrones ab ecclesiarum immunitate repellit;de quibus loquitur tex. in l. capitalium,§. famosos ff.de pœnis:qui igitur verè,& propriè in iure publici latrones existimentur, perquirendũ est,vt inde clarũ sit, an, qui semel grassatus fuit in strata publica, vel in syluis alienis, vel domibus, sit inter eos numerandus,vel non?Et insuper,an tex. in d. c.inter alia, qui publicos latrones ab Ecclesiæ immunitate repellit, priuet quoque talem, quemadmodum publicum latronem dicta immunitate : vt igitur rẽ aggrediar; quidam existimarunt eos verè,& propriè pu-
4 blicos, & famosos latrones dici, qui pluries in stratis publicis,in syluis, in domibus, vel in mari, per vim cũ armis,vel sine,grassantur; cũ interemptione tamẽ hominis,in hac sententia est Cæpolla in authẽtica sed nouo iure.n.106.ita intelligens tex.in l. capitalium §. famosos ff.de pœnis,qui tex. sic loquitur:famosos latrones in his locis vbi grassati sunt furca figendos,quamplurib. placuit, vt conspicientes alij deterreantur ab huiusmodi facinoribus, ac pariter solatio sint cognatis,& affinibus interemptorum,& luant pœnas eodẽ in loco,in quo furta,& homicidia patrauere.Nõnulli hos ad bestias damnauerunt. Maiores nostri in omni supplicio,seuerius seruos,quã liberos famosos,ac integræ famæ homines puniuerunt,ex cuius tex.verbis,& præcipuè ex verbis interemptorum,& homicidia,apparet quod ad hoc, vt quis publicus, & famosus latro dicatur,nõ modo sufficit,quod grassator cõsuetus sit grassari, verũ etiam quod illud fecerit cũ hominis interfectione,Cæpolla in loco cit. dicit sic intelligendã Glos. in authentica,sed nouo iure,in verbo castigabitur, C. de seruis fugitiuis, ideo dicta Glos.se ipsã refert ad di-
5 ctum §.famosos, & etiam Glos. in c.si quis fortitudinẽ 23.q.3.Alij verò tenent,publicũ latronẽ esse,ex eo solum,quod palã,& publicè furetur,vt sunt Pirate,& qui publicè stant in stratis,vt homines trãseũtes disrobẽt, iua Panorm.in dicto c.inter alia n.5.& Oldrad.in cons. 154.n.2.& Bart.in dicta l.capitalium §.famosos n.primo,& 2.ff.de pœnis, Bal.in Auth. sed nouo iure n.3.C. de seruis fugitiuis. Gregorius in Sintagma iuris vniuersi lib.37.c.9.n.9.qui dicit nõ dubitare asserere, esse

publicum iudicium, latrones obsidentes vias etiã si nõ iugulent homines, sed spoliẽt tantum, & prædentur, esse furca suspendendos, & secundum hanc opinionem video practicari in Regio Cõsilio Cathaloniæ, in quo, Grassatores stratarum publicarum, quamuis furentur, sine interfectione alicuius, habẽtur pro publicis latronibus, & solent damnari vltimo supplicio: Ego vero sic
6 distinguendum putarem, & maximè quantum attinet ad articulũ immunitatis, de quo agitur in hac quæstione, quod aut Grassatores, qui publicè, & palã grassantur pluries, aut semel delictum commiserunt, si pluries, puniuntur capite, & furca suspenduntur; quia dicuntur publici, & famosi latrones, vt tex. in l. capitalium §. Grassatores iuncto §. famosos ff. de pœnis Glos. in d. §. famosos in verbo Grassati sunt, in secunda, & vltima expositione, dum dicit, vel grassati, ideſt vbi frequẽter obsederint itinera publica: est, & alia Glos. in authentica sed nouo iure, in verbo castigabitur, C. de seruis fugitiuis, quę declarat, eũ esse publicum latronẽ, qui furari consueuit, & sic esse furcis suspendendum, & isti merito non gaudent immunitate ecclesiastica, & de eis loquitur tex. in c. inter alia de imm. Eccle. ibi dum itinera frequentant, vel publicas stratas obsident, loquẽdo per numerum pluralem, vt ostendat eum esse publi-
7 cum latronem, qui solitus est in publicis itineribus frequentare latrocinia: Aut semel tantum hoc commiserunt, & tunc, quamuis eos Regium Consilium soleat vltimo supplicio tradere propter frequentiam delicti in prouincia, & habeat eos tamquã publicos latrones, qui sæpius furati sunt; tamen secus est de iure communi, nam tales, vel in metalla damnãtur, vel relegantur in insulis, vt expresè se habet text. in d. §. grassatores, ibi grassatores, qui prædæ causa id facerent, proximè pro latronibus haberentur; & si cum ferro aggredi, vel spoliare instituerint, capite puniũtur, vtique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserint; cæteri in metalla damnãtur, vel in insulas relegantur, tenent Glos. in §. famosus in verbo grassati sunt. Probatur etiã per tex. in l. 3. in fine C. de Episc. audien. ibi, vt remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa non habeant; est, & alia Glos. in d. §. famosos in verbo furca, in vers. aut palam, & in vers. vt posset dici, in quo habetur, quod si semel tantum sit aliquis grassatus, teneatur l. Iulia de vi publica, & non debet furca suspendi: & secundum hoc ius commune, terminanda, & decidenda est hęc nostra quæstio; quinimo, etsi consuetudo, & practica Regij tribunalis sit, habere pro publico latrone quoad punitionẽ, eos qui semel latrocinium cõmiserunt, non
8 potest propterea tollere priuilegia, & libertatem Ecclesiæ, iure communi Canonico concessam, c. Ecclesia sanctę Marię, & ibi Doctores de cõstitut. ex quibus patet, grassatores, qui semel in itinere, in sylua, aut in æde aliena violenter irruunt, vt furentur, non ideo iure communi publicos latrones existimari: siquidem, ad prædictum effectum illi debent tales reputari, qui sæpius in itineribus aggrediũtur; vt vi itinerantes spolient, atque furentur; Nam si eos qui semel grassati sunt, publicos latrones sensisset, textus non in metalla, seu in insulas damnaret, sed potius puniret vltimo supplicio, Cum alibi ipse Calistratus publicos, ac famosos latrones furca figendos statuisset, vt in dicta l. capitalium §. famosos ff. de pœnis, ex quibus inferri potest, hoc, qui itinera publica non frequentarunt, sed admiserunt hoc crimen semel tantum, non esse vltimo supplicio damnandos, nec eos publicos latrones iudicari, quamuis illis proximè videantur; & sic non comprehendi sub dispositio. text. cap. inter alia de immuni. Eccles. in quantum loquitur de publicis latronibus: solum enim ab illa repellit immunitate nocturnos depopulatores agrorum: quo fit vt si tales, qui crimen
9 hoc semel cõmiserunt violenter ab Ecclesia extrahãtur, debent tanquam gaudentes Ecclesiastica immuni-tate, ad eandem Ecclesiam restitui, ita expresse tenet Oldrad, in consil. 154. num. 2. Petrus Bellug. in Speculo Principum in §. sed quia num. 13. vbi concludit, publicum latronem quoad ad amittendum immunitatem eum dici, qui in stratis publicis aliquem per insidias fuerit aggressus, vel itinera frequentata disrobando, & non eum dici, qui, impetu, vel casu fortuito, hoc commiserit, talis enim immunitate gaudet; ideo, vt publicus latro, non est ab immunitate arcendus, & appellandus: & secundum hanc opinionem fuit per Regium Cancellarium Mattiam de Sorribes declaratũ, die 3. Februarij 1561. in fauorem Baldirij Corones delati, & inculpati coram Regia curia de quodam latrocinio per eum, & alios commisso; fuit tunc per DD. eum consulentes habitum pro constanti, scilicet, qui semel in stratis publicis committat violenter furtum, non ideo est latro publicus.

RESOLVT. XIII.

An gaudeant immunitate Ecclesiastica, Latrones, ac Disrobatores maritimi?

1 *Latrones, & disrobatores maritimi, non gaudent immunitate.*
2 *Furans in mari, dicitur furari in publico itinere.*
3 *Quod dicitur de terra, iudicatur etiam de mari, terræ adiacenti.*
4 *Mare cohæret territorio vsque ad centum milliaria, & iurisdictio intra mare protenditur à littore vsque ad centum milliaria.*
5 *Vectigal, sicut potest exigi in terra, ita potest exigi in mari.*

EXceptuantur pariter in Bulla: publici Latrones, & viarum Grassatores, qui non gaudent immunitate Ecclesiastica. Fuit dubitatum; An supradictæ Bullæ dispositio, vendicet sibi locum in Latronibus, & Disrobatoribus maritimis, in mari quotidie discurrẽtibus more piratarum: & primum videbatur respondẽdum negatiuè, ex eo quia in odiosis, non debet fieri extensio, capit. statutum de elect. in 6. l. in pœnis ff. eodem tit. vnde in c. odia de Reg. iuris in sexto & l. cum quidam ff. de liberis, & posthumis, habetur, odia esse restringenda, fauores verò ampliandos: hinc est etiam, quod ex identiate rationis, non debet fieri extensio in
2 penalibus, Bald. in l. si quis seruo C. de seruis fugitiuis. His positis fundamentis, de iure iudicaui contrarium: motus præsertim ea ratione, quod publici Latrones, ac viarum Disrobatores dici possunt etiam, tam in terra, quam in mari, siquidem, & in loco non modo publico, sed communi, pro vt est in mari furantur; & simili ratione Disrobatores viarũ publicarum, connumerantur, qui in mari furantur; Illa enim dicitur via publica, quæ à publico incipit, & ad publicum desinit, l. finali ff. de locis, & itineribus publicis, vnde, & appellatione Disrobatorũ in stratis publicis, veniunt quoque Disrobatores in mari, probatur ex Rubr. ff. nè quid in loco publico, vel itinere fiat, & tamen dispositio tituli prædicti videtur loqui de locis, & itineribus publicis in terra, & comprehendere id quod in mari gestũ est, vt est text. in l. 3. ff. eodem tit. ad eumdem, text. in l. prima §. ait prætor cum §. §. sequentibus ff. de fluminibus: vbi verbum (iter) applicatur ad nauigiũ, seu ad nauigationem, quod verbum (iter) appellatione stratæ, seu viæ comprehendi, non est dubium, §. primo institut. de seruit. Si igitur hoc verbum (iter) cadit in nauigationem, ergo comprehenditur sub prædicta dispositione, quæ dat iurisdictionẽ contra Disrobatores, in stratis publi-
2 cis. Nam furans in mari, dicitur furari in publico itinere, imò communi, ac ideo Bulla prædicta comprehendit hunc casum, tãquam magis exorbitantem. Supradictis accedat, etiam nam id, quod dicimus de terra, iu-

ra, iudicamus de mari terræ adiacenti, Gloss. in c. vbi periculum §. porro in verbo territorio, de elect. in 6.l. vnica C.de class.lib.11.vbi Bart. Ang.Lucas de Penna, & Ioan. de Plat. idem Bar. in tract. de insula n. primo Ang.& Paul.de Castr.in l.insulę ff.de Iudic.idem Paul. in l. Cæsar num. 5.ff. de publica.& in l. deprecatio n.3. & 4.ff.ad l.Rhod.de Iact.vbi dicit mare cohærere territorio vsq;ad centum milliaria, Marsil.in repet.l.fin.n. 4 183.post Bart.Ang.Bal.Gemin.& Alex.per eũ relatos, ff.de quæst.& ibi etiam Cagn.num.2.& 3.& Are.Barb. & Dec. per eum citatos, asserens istam esse communẽ opinionem, quam & sequitur Felyn.in c.ad deliberādũ in princ.de iud.Cæpoll.de seru.rust.prædiorum, tit.de mari,n.12.& 13.& in c.16.n.4.de seru.vrb.præd. & iurisdictio intra mare protenditur à lictore, vsque ad centum milliaria, secundum Bar. in dicto tractatu de insula num. 1. Paul. de Castr. in dicta l. Insulæ, & in l. Cæsar.ff.de publica; & in l.deprecatio ff. ad l. Rhod.de iactu. Cæpol. in loco proximè citato, quos sequitur Hiero. de Monte in tractatu de finibus regendis c.7. num.13.& seq. addens Fel. ita tenere in cap. cum diù de exceptio. latè Pet. Gerar. sing. 15.

5 Tandem dicebatur, quod sicut potest exigi vectigal in terra, ita quoque in mari, vt firmat Bal. in rubr. ff. de rerum diuisione col.2.& in l.cum proponas col. fin. de nautico fœnore. Aflict. in tit. quæ sint regalia, in verbo vectigalia, num.101. Firma. in tract.de Gabellis part. prima col.4. vers.6. Felyn. cons. 45. num. 15.

RESOLVT. XIV.

Iudex, an possit cognoscere circa augmentum iurisdictionis?

1 *Iudex in centum, si pendente lite super re valoris centum, dicta res creseeret, poterit de ea cognoscere.*
2 *Debet attendi principium petitionis.*
3 *Limitatio iurisdictionis non trahitur ad incrementum, sed ad principium, nisi incrementum à principio etiam in petitione comprehenderetur.*

EXempli gratia: Iudex habens Iurisdictionem limitatam vsque ad certam quãtitatem, puta in cau- 1 sis vsque ad centum, petita re valoris centum tempore petitionis, si pendente lite eius valor creuerit, poterit de causa cognoscere, & iudicare, nam incrementũ existimatum, nõ habet excludere iurisdictionem in tali casu, secundum Bar. in l. si idem cum eodem, ff. de iurisdic. omni. Iud. & in l.fin.& ibi Salicet.C. de appel- 2 latio: idem in actione crescente propter inficiationẽ, quia debet attendi principium petitionis, facit Glos. in l.certi conditio in principio ff.si certum petatur.tenet Angelus in l.qui tabulas ff.de furtis,& Panor.in c.cum inter ad finem extra de re iudicata: ex quibus potest fieri talis conclusio, quod limitatio iurisdictionis, non trahitur ad incrementum, sed ad principium, nisi in- 3 crementum etiam à principio in petitione comprehẽderetur, vt in actionibus arbitrarijs, in quibus ex Iudicis officio potest interesse excedere id quod petitum est, secundum Guil. & Angel. in dicta l. si idem.

RESOLVT. V.

Absolutio ab excommunicatione, quando est impartienda.

1 *Absolutio ab excommunicatione valet etiam nullo præstito iuramento ab eo qui absoluitur, quod absque dubio procedit in excommunicatione iniusta.*
2 *Excommunicatus non debet absolui nisi prius satisfecerit de expensis, quando quis fuit excommunicatus ob veram contumaciam.*
3 *Excommunicatus ad instantiam partis non debet absolui absque citatione partis, sed si de facto sic detur absolutio, valet; tamen potest appellari.*
4 *A censuris latis in Romana curia non absoluitur quis in curia, nisi parito: à censuris verò latis in partibus, curia absoluit absq; citatione partis, saltẽ ad beneplacitũ.*
5 *Ad iustificandam absolutionem sufficit depositio pœnitentiarij.*

ABsolutio ab excommunicatione valet, & tenet, 1 etiam nullo præstito iuramento ab absoluto, secundum Glos. in cap. cum desideres de sent. excomm. cum qua sentiunt Abb. cæterique communiter ibi teste Decio in c.quæstioni nu.5. de Appell. vbi ipse quoque sequitur istam communem, & vtiliter limitat, sed hoc absque dubio procederet in excommunicatione iniusta, & iuramentum ipsum præstare non tenetur de parendo Iudici, vel de restituendo, vt concedunt Doctores in dicto cap.quæstioni de appell. & Glos. fin. in c.ab excommunicato de rescriptis, cui accedunt omnes Doctores concorditer, & communiter affirmantes, & licet iuramentum necessario non requiratur; ta- 2 men excommunicatus absolui debet, nisi prius satisfecerit de expensis, c.fin. de officio delegat. Glos. in c. venerabilem de electio. & Bertach. in suo repertorio prima parte in verb. excommunicatus sub versiculo seu nu.40.vbi hoc latè probat, lateque declarat, Ang. de Clauasio in sua summa in vers. contumacia, post principium Tabi.in summa vers.contumacia §.3. Bar. Fumus in summa Armil. in vers. contumax. §. 3. in quibus quidem locis, prædicti Summistæ aiunt, hoc procedere in excommunicato per veram contumaciam, non per præsumptam, seu fictam; hinc est quod absolutio ab excommunicatione requirit causæ cognitionem & citationem eius in cuius fauorem emanauit, secundum Glos. in c.excommunicatus 11.q.3.in verbo vtriusque: & sic ex opinione ipsius Glos. absolu- 3 tio ab excommunicatione, absque partis citatione concedi posset, si ex officio quis excommunicatus extitisset, secus verò, si ad instantiam partis, & sequitur Inn.in cap.ab excommunicato de rescriptis, & Philip. Franc.in c.qua fronte in prima quæstione de appell.

In contrariam partem inclinauerunt Hostien. Ioan. And.But.Abb. & cæteri communiter, & ibi DD. in d.c.cum desideres indistinctè, quod concedi possit absolutio ipsa parte non citata, sed quod appellari possit; immo absolutio ab excommunicatione parte non citata, etiam quando citanda erat, valet, & tenet: Siquidem ipsa absolutio semper ex arbitrio, voluntateque excommunicantis pendet, & hoc semper valet siue iusta, siue iniusta sit, c. venerabilis §. vbi autem de sent. excom. lib. 6. & ita firmat Fel. in rubrica de sententia, & re iudicata sub n.13.vers. non obstat Glos. & in cap. 1. de iur. iura. sub n. 23. in fine ipsius numeri, Rom. in sing.590. tu habes, & ibi Nic.Pignol.in addit. vt firmat, absolutionem ipsam nullo casu reddi nullam, ex defectu citationis.

4 Concludo igitur ex his: A censuris latis in curia Romana, ad effectum agendi, non absoluitur aliquis in eadem curia, nisi parito, Paul. in dec.32.& 119. A latis verò censuris in partibus semper, sine causæ cognitione absoluit memorata Curia, saltem ad beneplacitum; attestante Augustino in dec.3.& 130. præsertim, si de nullitate dicatur, secundum Card. Put. 5 dec.3. in tit. de absolutione. Sed aduerte, quod ad iustificandam, probamdamque absolutionem prædictam sufficit, quod probetur per fidem Pœnitentiarij, ita Cresc. dec.163. Aduerte etiam, ne erres in practica, super impetratione absolutionis post declaratoriam, quoniam absolutio ipsa specialis petenda est, non generalis, vt tradit Mohedan. in dec. 193.

RESOLVT. XVI.

Quis potest dispensare cum corpore vitiato?

1 *Episcopus, siue eo inferior, non potest dispensare super irregularitate proueniente ex vitio seu defectu corporis.*
2 *Traditur intellectus ad textum in cap. significauit de corpore vitiatis.*

PVlchra admodum, valdè agitata est illa iuris conclusio; cuinam competat facultas dispensandi in irregularitate, quæ prouenit ex vitio corporis; Glos. enim in c. significauit in verbo nostra, & tua de corp. vitiat. tenuit, Episcopũ posse in alijs, quã in Missa, propria authoritate dispẽsare, & mouetur ex tex. in dicto c. significauit ibi, & tua: Cõtra Glosam tamen DD. tenent communiter; Episcopum, vel alium inferiorem non posse dispensare super irregularitate, ex corporis vitio, sed Summum Pontificem tantum, & præcipuè tenuit Innocen. in dicto, cap. significauit num. 3. super verbo, & tua: Hostiens: circa finem super verbo tua, Ioan. Andr. in fine num. 9. super verbo authoritate nostra: Petrus de Anchar. vers. querit Glos. vltima, Card. Floren. n. primo vers. oppono quod iste debuit deponi, vbi asserit, hanc esse receptiorem sententiam: Anto. de Butr. q. 8. vers. per quem autem possit: Panormit. col. 2. num. 2. vers. per quem autem, Ioan. de Anani. in princ. vers. & adde; vbi de communi fidem facit; eidem subscripsit sententiæ Gonsal. à Villadiego in tract. de irregularitate cap. vltimo, Couar. in Clem. prima de homicidio in relect. part. prima num. 7. vers. super hoc verò, vbi hanc itidẽ receptam declarat, & dicit Innocen. in cap. primo de re iudic. in 6. vt referunt Doctores supra citati, quod Ecclesia Romana seruat, solum Romanũ Pontificem in irregularitate contracta ex corporis vi-
2 tio dispensare. Nec obstat, quod dicit Glos. in dict. c. significauit, dum ponderat verbum (tua) nam concordes respondent scribentes prælegati, intelligi de dispensatione Episcopi, authoritate tamen Apostolica prædita, & sic sibi delegata, prout exponunt illa verba authoritate nostra, ideſt tibi commissa, quæ etiam, ideo dicitur tua, cum ipsam non valeat commissarius alteri delegare, cap. vlt. in fin. de off. deleg.

RESOLVT. XVII.

Argumentum de maiori ad minus, an locum habeat in dispensatione?

1 *Argumentum de maiori ad minus non vendicat sibi locum in dispensatione, nam dispensatio censetur odiosa, similiter & in priuilegijs.*
2 *Non fit extensio in hac materia ad casum minorem, licet maiorem habentem rationem in casu concesso.*

1 FVit pluries resolutum, argumentum de maiori ad minus, non vendicare sibi locum in dispẽsatione, cuius resolutionis ratio est, quia dispensatio censetur odiosa. c. primo in fine de filijs presbyt. in 6. Hoc fuit celebre dictum Hosti. in cap. postulasti, num. 12. de rescript. quem ibi sequuntur Ioan. Andr. num. 11. Petr. de Anch. col. 2. num. 2. Card. Floren. col. 5. num. 5. vers. oppono ad hæc, But. de Butr. num. 8. Imol. num. 10. & 11. Panor. in cap. ad aures, n. 7. eod. tit. Nico. Milius in suo repertorio, in verbo dispẽsatio fol. mihi 110. vers. septimo, Fel. in dicto cap. postulasti col. 2. n. 8. vers. regula est, quod in dispensationibus: quam conclusionem subtiliter impugnat Dec. licet sit ab omnibus approbata, in c quia in tantum num. 6. de præben. & dignit. Huc pertinent notata per Ioan. Andr. in reg. quæ à iure de Reg. iur. in 6. in Mercurial. cum alijs similibus congestis per Fel. loco supra citat. quæ cõclusio nedum in dispensationibus, sed etiam in Priuilegijs vera est, & ha-
2 betur per præallegatos locis supra signatis: Nec fit extensio in hac materia ad casum minorem, licet habentem maiorem rationem in casu cõcesso, secundum Glos. in l. illud ff. ad l. aquiliam.

RESOLVT. XVIII.

Quando Episcopus dicatur esse in remotis, ad effectum concedendi literas dimissoriales cæteraque Episcopo incumbentia faciendi; ad intellectum tex. in cap. cum nullus, §. finali de temp. ordinat. in 6.

1 *Episcopus dicitur agere in remotis quando est vltra mõtes.*
2 *Locus non dicitur in remotis, quando est extra Prouinciam, vel vltra vnam dietam.*

VIcarius ex dispositione tex. in c. cum nullus §. finali de temp. ordinat. lib. 6. non potest impartiri literas dimissoriales ordinãdis, nisi Episcopo in remotis agente, quando in mandatis non habuit facultatẽ expressè concedendi: quare fuit dubitatum, quãdo dicatur Episcopus in remotis agere ad effectum de quo supra; & respondi; tunc Episcopũ dicit in remotis age-
1 re, quando est vltra montes, per tex. expressũ. & quod ibi communiter notatur, in cap. nihil de electio. Bal. in l. 3. in fine ff. de Procura. Archi. in c. vt animarum nu. 2. de constit. lib. 6. vnde si esset intra montes, nõ in remotis, sed in vicinis esse iudicaretur: arg. tex. in cap. quosdam, & in c. quanto de præsumptionibus; ex quo Glos. in c. 3. verbo remotis de temp. ordinat: Locum remotum dici solum affirmat, quando est citra, vel vltra montes respectiuè, & non alias: reprobata opinione illorum, qui tenuerunt, locum dici in remotis, quãdo est
1 extra Prouinciam, per tex. in l. fin. C. de præscriptione viginti annorum: & aliorum, qui dixerunt, vltra duas dietas; Ac tandem aliorum, qui dixerunt, vltra vnam dietã; ratio vero primi dicti est, & fundatur in eo, quia tunc in breui non potest haberi recursus ad dictũ Superiorem, cap. Romana de consu. Bald. in cap. ex parte Decani n. 4. de Procura. Alex. in cons. 39. vol. 1. & his etiam reprobatur opinio illorum, qui voluerunt, hoc relinquendum esse arbitrio Iudicis, inter quos fuit Zabarella in Clem. causam, in verbo ex remotis de elect.

RESOLVT. XIX.

Verbum (Præsumentes) adiectum in Bullis, & breuibus Apostolicis, ac censuris Ecclesiasticis, quid importet?

1 *Pœna imposita contra præsumentes non videtur incurri ab eo qui absque dolo, & contemptu facit actum.*
2 *Præsumptio comprehendit eos, qui dolosè, & ex certa malitia faciunt actum prohibitum, & fraudulentum.*
3 *Religiosus qui in casu necessitatis, absente Parocho ministrauit Sacramentum extremæ vnctionis, non incurrit in pœnas Clem. 1. de priuilegijs, nã non dicitur præsumere.*

IN quadam causa mihi delegata, iudicaui quendam Clericũ, non incidisse in censuram extrauag. Pauli IV. editam cõtra malè alienantes res Ecclesiasticas ex quo alienauerat quoddam petium terræ sui beneficij, incõsulto Romano Pontifice: cuius resolutionis ratio fuit secundum Nau. cons. 19. de reb. Eccl. non alien. nam prædicta extrauagans non loquitur de quocũq; alienante, vel locante, sed de præsumente id facere, vt voluit ante eum Card. in Clem. prima, q. 39. de priuilegijs: ex quo sequitur, quod qui ignoranter, & absque dolo res Ecclesiæ alienauit, non incidit in pœnã dictæ
1 extrauagantis: Cum pœna imposita contra præsumentes aliquid facere, non videatur incurri ab eo, qui abs-

que

que dolo, & contemptu facit illud, secundum Card. qui supra: vnde Graff. in cons. 16. de sent. excom. ait cõstitutionem Sinodalem Neapolitanam excommunicãtem sumentes Sacramenta ad malum finem, non incurrere eos qui inaduertẽter, sine dolo, & malitia acciperent illa; quãdoquidem, ex propria significatione illius verbi (præsumo) tantum cõprehenduntur illi, qui dolosè, & ex certa malitia faciunt actum prohibitum,
2 & fraudulentum: & probatur in Cle. Religiosi, vbi Doctores communiter de decimis, Nau. in c. accepta oppositione 8. de restit. spoliat. & in c. statuimus num. 62. 19. q. 3. probatur etiam ex dispositione tex. in cap. primo de vita, & honest. Cleric. vbi prohibitio ne laici sedeant cum Clericis in choro, dum celebrantur diuina officia, non comprehendit eos, qui inaduertenter, aut ex simplicitate ingrediuntur, nec eos, qui inuitati hoc faciunt; verbum enim præsumere, vt supra dixi, significat dolum, & temeritatem contra facientis, cap. monasteria de vita, & honest. Cleric. cap. illud de maiorit. & obedi. cap. finali de excess. Prelat. hinc fit, quod constitutio sinodalis excommunicans præsumẽtes alloqui Moniales, non comprehendit eos, qui ignorãter, aut imprudenter alloquerentur, sine licentia, nam cessante dolo, cessare debet excommunicatio, cap. nullus 11. q. 3. hinc etiam prouenit, quod si quis associaret ad Monasterium aliquem habentem licentiam, sed comitans careret illa, & alloqueretur, nõ tamẽ data opera, vel ex professo, nõ incidit in censuras, secũdum Card.
3 vbi supra, & ex his oritur, quod tex. in Cle. prima de Priuilegijs excommunicans religiosos præsumẽtes ministrare Sacramentum extremæ vnctionis, absq; licentia proprij Parochi, non cõprehendit illos Religiosos, qui in casu necessitatis, puta longe absente Parocho bona fide contulerint prædictum Sacramentũ Caiet. in summa verb. excommunicatio, Nau. qui dictam Clem. ita explicat in manu: Cons. cap. 27. n. 120. Sot. de iust. & iure dist. 23. art. 1. q. 1. Addit. ad Tolet. de extrem. vnctio. cap. 2. quod patet euidenter ex ipsa Clem. à qua excommunicantur tantum Religiosi, qui præsumunt ministrare tale Sacramentum, sine licentia Parochi; & in tali casu, ministrare tale Sacramentum, non est præsumptuosè ministrare, licet Toletus contrarium sentire videatur.

RESOLVT. XX.

An si professio alicuius Religiosi dẽclaretur nulla à Superiore regulari tantum, non tamen ab ordinario: dictus Religiosus possit permanere in sæculo?

1 *Ius Concilij sess. 25. c. 19. de regularibus, est publicum, & propterea non potest consensu partium remitti.*
2 *Regularis prætendens professionem nullam, debet causas proponere coram superiore regulari, & ordinario, cum alijs requisitis dicti Concil. Trid. quæ requisita sunt essentialia, & si vnum deficit, actus est nullus.*
3 *Forma non potest mutari, nec adimpleri per æquipollens.*
4 *Solemnitas quando datur pro forma, eius omissio etiam leuis, vitiat actum.*

CVm quidam Religiosus professus fuisset in quadam Religione, & postea suus superior Regularis declarasset professionem prædictam esse nullam, & dimisisset à Monasterio dictum Religiosum, fuit dubitatum num dictus Religiosus posset permanere in sæculo; stante quod nõ aderat decretum Ordinarij loci, prout requiritur ex Concilio Trid. Sess. 25. c. 19. de regularib. & aliqui dicebant quod sic, nam dictum decretum Concilij loquitur de Regulari prętẽdente professionem nullam; at in casu nostro, dictus Religiosus fuit eiectus à dicto Superiore Regulari, ex quo ex officio declarauerat professionem nullam, & cõsultus respondi, quod cum habeamus legem expressam, ab ea non est recedendum, dixerunt communiter scribentes in l. non aliter ff. de legat. tertio, cap. præterea de verb. significat. Bal. in l. de quibus num. 4. ff. de legibus, Fel. in c. 1. in principio de treg. & pace, Faber dec. 16. C. de verb. signif. verba enim legis sunt ad vnguem seruanda, l. 1. §. generaliter ff. de legat. præstan. nec in eis est locus distinctioni, l. de pretio ff. de publicanda in rem actione; & maximè cum Conc. iudicet ius publi-
1 cum, & publicã vtilitatem respiciat; Propterea nequit remitti, l. ius publicum ff. de pænis; quod procedit etiã partibus consentientibus, l. priuatorum C. de iurisdictione omnium iudicum, Bar. in l. conuentionũ §. iurisgentium ff. de pœnis, Alex. cons. 22. vol. 1. Dec. cons. 324. n. 2. item Conc. induxit ius prohibitiuum, & ideo per partes remitti non potest, Gloss. sing. & communiter recepta in l. 1. C. nè fideiussores dotium dentur, Oldrad. cons. 103. Monal. cons. 63. vol. 1. & tandem
2 dicebam, omnia illa requisita Concilij, nempe, vt non dimittat habitum infra quinquennium, vt causas dicat quas prætendit coram suo superiore, & loci ordinario, esse essentialia, quorum si vnus deficit actus redditur nullus, ex illa regula, quando lex desiderat actũ cum aliqua qualitate, non sufficit facere actum absq; illa qualitate, l. sed Fulcius §. finali ff. ex quibus causis in possession. datur, Bal. in l. 1. n. 3. ff. de testamentis, Iason. in l. 1. n. 7. & seq. ff. de Iustitia, & iure, imo Graff. in in cons. primo num. 15. de regularibus vol. 1. voluit, vno ex prædictis requisitis deficiente; talis annullans
3 professionem, subiret pœnas illius capituli; & ratio est secundum eum; quia ibi datur forma, quæ non potest mutari, l. Iulianus §. finali ff. ad exhibendum, Viuius dec. 351. & in dec. 352. vol. primo; Nec sufficit illam adimplere per æquipollens, cum debeat ad vnguem seruari, secundum Gem. in c. primo nu. 83. de constit. Bar. in l. prima §. finali ff. de ventre inspiciendo, Bald. in c. scifcitatus de rescriptis, Ias. latissimè in Authent. quæ supplicatio in 2. col. per totam C. de precibus Imperat. offeren. & quando solemnitas datur pro for-
4 ma, eius omissio, etiam leuis, vitiat actum, vt notant communiter Doctores in l. prima ff. de noui operis nunciatione, & in dicta l. prima ff. de ventre inspiciendo, Fel. in c. quoniam frequenter, col. 3. & sequen. vt lite non contestata: Gratia. dec. prima; quare cum in casu prædicto de quo quæritur fuerit declaratum à Superiore Regulari tantum, professionem fuisse nullam, cum nullitatis causæ non fuissent propositæ coram ordinario copulatiuè, pro vt requirit Sacrum Concilium, idcirco censui, nullum fuisse decretum prædicti Superioris, & per consequens dictum Religiosum teneri ad reuertendum ad suum Monasteriũ: & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij Trident. mense Ianuarij 1618. prout ex litteris dictæ Sacræ Congregationis rescriptis Illustrissimo D. Cardinali Archiepiscopo in causa &c.

RESOLVT. XXI.

Episcopus, an possit impartire licentiam audiendi Christi Fidelium confessiones Sacerdotibus, etiam si non exponantur examini?

1 *Confessarius debet esse sagax, sciat soluere, & ligare, ac misericordiam cum rigore miscere: item debet scire discernere inter morbum, & morbum, lepram, & lepram.*
2 *Quando examẽ requiritur pro forma non potest omitti, nec sufficit præsentatio virtualis, sed personalis est necessaria.*

PEroptabat Illustrissimus Dominus meus Cardinalis Spinellus, concedere licentiam quibusdam Clericis suæ Diœcesis valde qualificatis audiendi confessio-

nes Chriſti fidelium, abſque rigore examinis; quare conſulta ſua curia, fuit dubitatum, ſi de iure fieri potuiſſet, & ratio dubitandi, pro opinione negatiua, quod non poſſet, ſumebatur ex Conc. Trid. Seſs.23. can. 15. in quo diſponitur, nullum etiam Regularem poſſe confeſſiones ſæcularium audire, aut ad id idoneum reputari, niſi Parochiale beneficium habuerit, aut ab Epiſcopo per examen ſi illi videbitur neceſſarium, ſit approbatus; ex quibus verbis patet euidenter, non poſſe Epiſcopum examen remittere; & fortificatur ex eo, nam in approbandis confeſſoribus, manifeſtè debet conſtare de eorum ſcientia, vt notat Gloſſ. communiter recepta in Clem. dudum §.
1 ſtatuimus de ſepulturis, vbi ponit ſex qualitates neceſſarias, inter quas præcipua eſt, quod ſit perſona ſagax, vt ſciat ſoluere, & ligare, ac miſericordiam cum rigore miſcere, c. diſciplina, & quod ibi communiter notatur 45. diſt. Archid. in cap. penitentia de pœnitentijs diſt. prima Panor. in cap. niſi vtriuſque ſexus num.7. & ſequen. eodem tit. vnde Gloſſ. in cap. conſideret. de Pœnitentijs diſt. 6. dicit, tantam debere ineſſe ſapientiam in confeſſario, vt valeat diſcernere inter morbum, & morbum, lepram, & lepram, atque ita ſequuntur omnes Summiſtæ in verbo confeſſor; ſupradictis accedebat requiri examen in confeſſoribus pro forma, & propterea omitti non poteſt, ad tradita latiſſimè per Pariſium in tractatu de reſignatione beneficij lib.7.q.9. Gonzalez Gloſ.5.§.3. num.8. & ſequen. Artama. conſ. 25. Kopen. in dec. Germaniæ 21. hinc eſt, quod quando examen requiritur pro
2 forma, non ſufficit præſentatio virtualis, ſed perſonalis, ita Bald. in cap. conſtitutus il 2. num. 4. Dec. num.7. Fel. num. 10. Anan. num. 12. de appellationibus, Fuſcus in tractatu de viſitatione l. 2. cap.5. voluit examen faciendum in Parochialibus beneficijs, eſſe de forma Sac.Concil. Trident.

Concludo tamen, quod examen non eſt neceſſarium pro forma in approbatione confeſſariorum, ſed ſufficit quod Epiſcopus reputet aliquem idoneum, & ſic illum etiam abſque examine approbare poteſt ſi vult; nam Concilium Tridentinum non ſe reſtringit ad dictum examen; ſed dicit, aut alias idoneus iudicetur.

RESOLVT. XXII.

Iudex, an poſſit vt ſuſpectus recuſari, ſi audit partem ſecretò, vel in aure eum alloquitur?

1 *Ex ſecreta locutione inſurgit præſumptio, quod aliquis dicat, id quod palam dicere erubeſcit.*
2 *In cauſis ſummarijs in quibus proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, per ſecretam locutionem, non videtur quod iudex poſſit recuſari vt ſuſpectus.*

IVdex ex ſecreta partis alloquutione redditur ſuſpectus alteri parti, vt ait Speculat. in tit. de Aduocat. §. quarto hic dicendum ſub num. 16. & melius in tit. de poſitionibus §. 7. occurrit videndum num.10.verſ. ſed certe Iudex, quem ſequitur Roman. in ſingula. 261. numquid ſi aduerſarius, Ant.Taſi. in Tract. de erroribus notariorum cap. 22. num.2. verſ. ex quibus, & Ant. dè Butrio in cap. accedens il 2. ſub numer.26. verſ. immo dicit, vt lite non conteſtata, & ibi Abb. ſub num.8. verſ. aduerte ad vnum bonum dictum, & Franch. in cap. poſtremo ſub num.20. verſ. trigeſimo nono quando altera pars de appellat.& Celſus ad Lãfranc. in cap. quoniam contra in verbo recuſationes ſub num. 7. verſ. adde an, & per quos caſus de probat. & Iaſ. in l. apertiſſimi ſub num. nono verſ. vndecima cauſa C. de Iudic. & Marant. in tract. de ordin. Iudic. in 6. parte tit. de appellat. act. 2. num.44. verſ. decima cauſa eſt, & Ioan. Segura Daualos in direct. Iudic. cap. 4. num. 2. verſ. vnde quando in ſecunda parte, vbi etiam ſubdit, neminem vidiſſe ob id recuſari, & Decian. in cap. 17. num. 36. verſ. notandum tamen, lib. 7. rerum criminalium, refert huic rei conueniens exemplum Antigoni Regis Macedonum, qui cum frater eius Marſias litem haberet, ab eo rogatus, vt cauſa domi cognoſceretur, reſpondit, ſi nihil præter ius agimus, melius fiet in foro, cunctis audiẽtibus, quam in domeſticis latebris non carituri ſiniſtra ciuium ſuſpicione, etiam ſi bona ſit cauſa tua.

1 Nam ex ſecreta locutione inſurgit præſumptio, vt aliquis dicat, quod palam dicere erubeſcit, vt ait Gloſſ. in l. Lucius Titius §. 1. ff. delegat. 1. & ibi not. Bald. num.5.

Contrarium tamen tenuit ſolus Cauagnol. ad decreta Montisferrat. in decreto 20. §.1.q.1. num.3. vbi miratur de Abbate quod in d. cap. accedens num. 8. aſſeruit, illud dictum eſt bonum, & magnum, ſubdens idem Cauagnol. ibi num.5.dictam ſuſpicionis ſpeciem connumerandam fore, & eſſe inter temerarias, & tenues ſuſpiciones, quæ vbi contingerent, iudicaret, non fore habendas in conſideratione.

Vtcumque ſit limita concluſionem, vt non procedat ſi Iudex publicè referat id, quod in aure, vel ſecreto audiuit, quia tunc euitat ſuſpicionem, vt ait Specul. in tit. de Aduocat. §. quarto hic dicendum ſub num.16. in fine, & in tit. de poſitionibus §. ſeptimo videndum occurrit ſub num. 10. verſ. ſed certe Iudex, & Franc. in dicto cap. poſtremo ſub num 20. verſ. 39. quando altera pars de appellat. & addit. ad Abb. in cap. accedens il 2. ſub num. 8. verſ. aduerte tamen, vt lite non conteſt. & ibi Ant. de Butrio ſub num.26. in fin. vbi dixit, hoc notandum eſſe, & addi. ad Roman. in ſingul. 261. nunquid ſi aduerſarius, & Ant. Taſſ. in d. cap. 22. num.2.verſ.ex quibus,& Ioan. Segura Daualos in direct. iudic. cap. 4. ſub n. 2. verſ. ſed Iudex debet eſſe cautus in 2. par.

Sed iſta limitatio videtur periculoſa, quia Iudex poteſt propalare aliquid ab eo diuerſum, quod pars ſibi dixit ſecretè, vel in aure.

2 Limita ſecundo, vt concluſio non procedat in cauſis ſummarijs, in quibus proceditur ſine ſtrepitu, quia per ſecretam locutionem non videtur Iudex poſſe, vt ſuſpectus recuſari, ex quo natura requirit, vt Iudex ſic parti ſe exhibeat, vt ait Georg. Natta in Clem. ſæpè in princip. ſub num.33. verſ. ex quibus de verb. ſignificat. vbi dixit, hanc eſſe inauditam limitationem per ipſum conſideratam, & eſſe perpetuo menti tenendam, quam tradit etiam Iaſ. in l. apertiſſimi ſub num.9. ſub verſ. vndecima cauſa C. de Iudic. & Tho. Diplo. ad Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verbo ſine ſtrepitu ſub num 2. vbi dixit hoc eſſe notandum, & Decian. in cap. 17. ſub num. 36. ſub verbo notandum tamen lib.7. rerum crim.

Quinimò, ſi Iudex in cauſis, vbi proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, non ſe exhiberet parti volenti ſecreto alloqui ſecum, eam grauare diceretur, vt ait Bart. in dicto verbo, ſine ſtrepitu, num.2. verſ. & pro hoc dico, vbi ſubdit, hoc non procedere in caſu illius extrauag. quia tunc non tenetur, ſed ſi vult, poteſt audire partem ſecreto.

RESOLVT. XXII.

Poſſit ne Prælatus abſque peccato tolerare ad tempus concubinarium ſubditum, credens futurum deteriorem, ſi cogeretur ad dimittendam concubinam?

1 *Peccatum graue eſt diſſimulare, vbi ex officio tenetur quis corrigere peccatorem.*

2 *Parochus non excusatur etiam cum periculo vitæ in reuelatione concubinatus suorum subditorum.*

PRo parte affirmatiua adducebantur infrascripta. Primo quia tolerantia, seu dissimulatio quandoque est licita, l. obseruandum ff. de offic. præsidis, quare erit virtus, non exhibere se, neque minus austerum, neque minus mitem, nè inde oriatur contemptus, l. ne quicquam §. vbi decretum ff. de offic. Procon. & dicta l. obseruandum, præsertim si hoc fieret corde, & bono animo, alias esset peccatum, cap. audi, 11. q. 3. Bald. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 7. de constit. ratio est, quia Spiritus Sanctus fictum fugit, c. quoniam de consec. dist. 4. vnde vulgare est prouerbium, *chi non sà simolare non sà regnare*, quod intellige, decere regnates multa sufferre cum prudentia; secundum glos. in cap. ego de iure iurando; addebatur etiam D. Th. 2. 2. q. 33. vbi ait, in corrigendo requiritur opportunitas temporis, vt fiat quando creditur peccanti prodesse, nam si quis vellet hominem recenti vulnere affectum corripere, nihil aliud faceret, quam ignem igni adhibere: Debet igitur Prælatus dissimulare bono fine, vt capiat temporis opportunitatẽ; vnde Prępositus in c. quando 11. q. 3. in fine, voluit, quod mali tolerantur, quando multitudo est in causa, & correptio non prodesse: Propterea in c. denique 4. dist. c. non potest 24. q. 4. c. vt constituant 50. dist. dicitur si ex correptione verisimiliter oriri posset scandalum, vel schisma, tunc substinenda, & toleranda sunt crimina, facit tex. in c. commessationis 44. dist. vbi multitudini parcitur, quando multitudo posset scandalum generare, quia talis multitudo potest parere Rebellionem, & contemptum, & fieret deterior ex hoc: vnde secundum Turrec. in dic. c. commessationis, est remedium tenendum in tali causa, vt peccantes dulciter admoneantur, vt à malis recedant, & exerceantur ad bonum: Hinc Diuus Gregorius per hæc verba: Nonnulla vel apertè cognita, maturè toleranda sunt, vt cum videlicet minimè rerum oportunitas congruat vt apertè corrigantur: Nam vulnera facta immaturè, deterius inferuescunt, & nisi cum tempore medicamenta conueniant, constat proculdubio quod medendi officium ammittant; hæc ille de cura pastorum cap. 10. lib. 2. Supradictis addebatur minus malum substinendum, vt maius vitetur, cap. non solum 22. q. 4. c. si quid verius 33. quæst. 2. cap ij qui 26. q. 2. cap. veniens qui clerici, vel vouen. cap. considera 22. q. 1. Abb. in proprijs terminis in cap. vt clericorum num. 4. de vit. & honestat. cleric. Diaz. cap. 73. in fine, dicens dictum Abbatis esse notandum.

1 His tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum ex infrascriptis: Tum per tex. in cap. fin. 23. dist. Peccatum graue esse in dissimulante, vbi ex officio tenetur corrigere peccatorem, ad idem facit tex. in c. si recto 43. dist. quod Prelatus dicitur improuidus, qui timore humani auxilij non reprehendit vitia subditorũ; vnde in cap. fin. 49. dist. talis Prælatus assimilatur cani muto, & propterea Ego in facti contingentia dicebam
2 contra quemdam Parochum, non excusari, etiam cum periculo vitę, à reuelatione concubinatus suorum subditorum, quod probabam ex cap. sed, & illud, & cap. fin. 45. dist. quibus locis prorumpitur contra tales Rectores, & Prælatos, qui cessant loqui, & obiurgare peccata, timentes magis odia hominum, & eorum gratiã ammittere, quam gratiam Dei, probatur apertè in c. facientis 86. dist. vbi grauis culpa dicitur esse in dissimulante, præsertim in Parochis; & cap. 1. eadem dist. dicitur: Culpam committit, qui negligit malum corrigere; & in fine additur, qui non impedit malum cum potest, ipse fecisse dicitur, tenemur enim omni lege obuiare delictis, gl. communiter recepta in cap. 1. de officio delegat. & tex. in cap. 1. eadem dist. dixit, quod inferiorum culpæ ad desides, negligentesq; Rectores referendæ sunt: probatur etiam in cap. 1. 22. dist. contra illos, qui cum possint manifesto obuiare facinori id omittunt, & conniuentibus oculis peccantem præterreunt: Hinc voluit Corn. in cons. 159. vol 2. malè facere Superiores, tolerando delicta impunita.

Non obstant contraria, præsertim dictum Panormitani, quia sustineri non potest, ex eo quod impossibile est scire, an concubinarius esset euasurus peior, & deterior, cum sit res de futuro, & certum est, illam regulam, quæ se habet, de duobus malis, minus debere eligi, procedere, vbi duo mala vrgent, & vtrumque vitari non potest, ita vt alterum sit necesse incurrere, Cagno. in l. quoties n. 6. de reg. iur. Cacher. dec. 137. n. 19.

Non obstat secundum, quia respondetur; Concubinarios, vt viuant in sua libidine dicere peiora, ac deteriora commissuros, si concubinæ eis auferantur, secundum Decianum, cap. 21. num. 4. lib. 6. tract. crim.

Non obstant reliqua pro contraria parte adducta, quia procedunt, quando materia grauissimi scandali vrgeret, quo casu de iure quandoquidem permittitur dissimulatio cap. quia iamdudum de Præbendis.

RESOLVT. XXIV.

An Episcopus possit conferre Sacramentum Confirmationis non suis subditis?

1 *Episcopus potest confirmare illos tantum qui sunt suæ diœcesis, & non alios.*
2 *Iurisdictione voluntaria potest quis vti extra diœcesim.*

RAtio dubitandi, pro opinione negatiua erat, quæ sumebatur ex conclusione iuris, quæ vult iurisdictiones esse distinctas, c. duo sunt 90. dist. probatur in cap. solitæ de maior. & obedi. vbi prohibet quem vti non sua iurisdictione, cum nemo se debet intromittere de factis alienis, cap. præterea de transac. Hinc in cap. per venerabilem, de elect. dicitur, neminem debere immittere falcem in messem alienam, & in cap. iniquum 24. dist. habetur iustum esse, quemquam vti sua, & non alterius iurisdictione, & ex his procedit, indulgentias concessas, ab Episcopis non suis subditis, non prodesse, cap. quod autem de pœnitent. sicut dicimus de excommunicatione, quæ non ligat non subditos, cap. à nobis il primo de sent. excom. de Imperatore qui non legitimat in terris alienis, cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi, latè Veral. dec. 340. lib. 2. & denique in omnibus iurisdictionibus, quæ exerceri prohibentur in alieno territorio, l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iud. c. vt animarum de constit. & quod ibi communiter notatur: Supradictis accedebat, quod in proprijs terminis docuit Tolet. lib. 2. instruct. Sacerd. cap. 24. nu.
1 5. vbi ait, debet Episcopus eos tantum, qui suæ diœcesis sunt confirmare, non alios: quæ opinio confirmatur per text. in cap. interdicimus 16. q. 1. vbi nec Archiepiscopus debet suorum suffraganeorum subditos, quamuis visitet, confirmare.

Sed pro parte contraria videtur, quod cum suprada iurisdictio sit voluntaria, non autem contentiosa, & propterea quis non prohibetur ea vti extra diœcesim, & in non subditos, l. 1. & 2. ff. de officio consulis, latè Doctores in l. 1. ff. de officio eius glos. in cap. nouit de offic. leg. exempla sunt in absolutione ab excommunicatione, cap. à nobis, il secondo, de sent. excom. in collatione beneficiorum glos. in cap. vnico vt ecclesiastica beneficia: in manumissione seruorum l. semper ff. de manumissionibus: in liberorum emancipatione ff. de adoptionibus, & denique in omnibus iurisdictionem voluntariam exercentibus, secundũ glos. in cit. c. nouit; sed opinio Toleti est verior, eamque sustinet Sylvest. verbo confirmatio citans

Pa-

Palud. Armill. cod. verb. num.1. Candelabr. de confirm. num. 30.

RESOLVT. XXV.

Bulla Clementis Octaui, prohibens Regularibus largitionem, an locum sibi vendicet in dantibus eleemosynam?

1 *Prohibitus petere, potest sponte oblatum eleemosynę causa accipere.*
2 *Facere eleemosynam, propriè non est donare.*

SAnctissimus Clemens VIII. Fel. recor. per eius Bullam statuit, & prohibuit, nè Regulares aliquid donent, quare fuit quæsitum, an supradicta dispositio sibi locum vendicet in elargitione eleemosynarum; & censui negatiuè, ex eo quod verba constitutionis, sunt strictè intelligenda, & in proprio casu, iuxta tradita in l.1. §. is qui nauem ff. de exercitatoria actione, Bald. cons.323.vol.2.hinc est, quod prohibitus petere, potest sponte oblatum eleemosynæ causa recipere, c. de eulogijs 18. dist. cap. statutum §. insuper de rescriptis. lib.6. & 1.q.1.cap.placuit, cap.... quæst.3.p.2.cap. dilectus in fine de Simonia: quare prohibitus dare aliquid Confessario, est & similiter Confessarius recipere à pœnitente, permittitur tamen sponte oblatum eleemosynaliter recipere, Syl. verb. decimę num.6.vers.4. ad idem facit, quod scriptum reliquit Graph. cons.1. de regul.vol.2. vbi si regularis vellet erogare eleemosynaliter id, quod superest, vel detrahendo sibi aliquid de victu pauperibus, & multo magis, si pauperes essent consanguinei nobiles, aut senes, tunc crederem posse, ex tacito consensu superioris; cum in hoc non videtur derogari constitutioni Clem.8. quæ loquitur de largitione munerum, non autem eleemosynarum: His accedat, quod dicta Bulla loquitur de donatione, & facere eleemosynam proprie non est donare, Anan. in cap. cęterum de donationibus, Arch. in cap. fin. de offic. Vicarij in 6. Arm. verb. eleemosyna; vnde Ioan. And. in d. cap. fin. reddendo rationem, voluit, quod qui donat, debet moueri ex liberalitate, l.donari ff. de Reg. iur. l.donari ff. de donationibus; sed ille, qui facit eleemosynam mouetur ex pietate, igitur & cęt. probatur etiam apertè, ex eo, quia aliquando, quis tenetur facere eleemosinam, ergo non facit ex liberalitate; facit etiã, quod in omnibus casibus, in quibus aliquis prohibiter aliquid soluere, permittitur tamẽ eleemosynaliter dare c. ad Apostolicę de donat. vnde Prælato, cui prohibetur donare res Ecclesiæ, permittitur dare aliquid eleemosynaliter, Abb. d. c. cæterum, Fel. in c. significasti num.4. de exceptionibus, Monald. cons.16. n.1.

RESOLVT. XXVI.

Expolians, vel auferens arma confugienti ad Ecclesiam, an incidat in Bullam Gregorij XIV.

1 *Armatus confugiens ad Ecclesiam gaudet immunitate.*
2 *Qui cum armis vetitis confugit ad Ecclesiam, potest dictis armis spoliari, non tamen potest extrahi ab Ecclesia.*

CVm verba constitutionis (vt pluries diximus) sint ad vnguem seruanda, iuxta tradita in l.1. § is, qui nauem ff. de exercitatoria actione, latè Doctores omnes in l. de quibus, præsertim Baldus; à n.12. vsq; ad 20. ff. de legibus, & legum interpretatio spectet ad Principem, l.humanum C. de legibus, & cap. cum venissent, & ibi Abb. de Iudic. Propterea mihi visum fuit, fitmiter adhærere opinioni tenentium, non incidere pœnas dictæ Bullæ, expoliantem, vel auferentem arma confugienti ad Ecclesiam, cum locum sibi vendicet tantummodo contra extrahentes personas ab Ecclesia: quod suadetur etiam ex eo, quod armorum usus, est de iure communi prohibitus tam laicis, quam clericis, & tam intra, quam extra Ecclesiam, l.1. C. vt armorum vsus lib.11. cap. clerici, & ibi Abb. de vita, & & honest. Clericor. Corne. cons. 20. vol.1. Abb. cons. 17. num.4 Socc. reg. 30. Cotta in memorabilibus, verbo armorum. Tiraq. de nobilitate cap. 20. num.66. Non obstat, quod voluit Rebuf. in commento ad constitutiones Galliæ, tomo secundo artic.1. Glos.1. num.26. quod armatus confugiens ad Ecclesiam non gaudeat immunitate Ecclesiastica, quam opinionem refert, & sequitur Baiar. q.30. n.18. & mouetur ex eo, quod talis, nõ confidit in immunitate Ecclesiæ, sed potius in armis, & sic, quod non solum possint auferri arma, sed etiam personam armatam extrahi, absque violatione immunitatis: quia respondetur, supradictorum opinionem falsam esse, & reprobari à Vulpellio in tractatu de libert. Ecclesiastica, prima parte num.30. Rodolf. lib. 2. variar. quæst. cap. 36. in principio Ambros. de immunit. Eccles. quæst.5. Supradictis accedebat, quod scriptum reliquit Foller. in practica criminali Canonica cap.37. num.30. vbi voluit, quod, qui delictum commisit, & confugit ad Ecclesiam, possit armis vetitis, & prohibitis spoliari intra Ecclesiam, licèt non possit capi, & abduci pro delicto commisso.

RESOLVT. XXVII.

Stante Prælati constitutione, aliquid prohibente sub pœna eius arbitrio imponenda: an mortuo ipso Prælato, transgressor huiusmodi constitutionis, puniri possit pœna Prælato successori arbitraria?

1 *Arbitrium extinguitur per mortem, sicut & beneplacitum, quod non egreditur personam, sed extinguitur cum persona.*
2 *Si constitutio Prælati prohibet aliquid, quod etiam est prohibitum iure communi, tunc mortuo Prælato, licet arbitrium sit extinctum, tamen debet contraueniens puniri pœna arbitraria.*

STante Episcopi constitutione prohibente sub pœna eius arbitrio imponenda, quęsitum est, an mortuo ipso Prælato, transgressor huiusmodi constitutionis puniri possit pœna Prælato successori arbitraria. In qua quæstione videbatur dicendum, quod sic: Prædecessor enim videtur idem, cum successore, l. proponebatur, & l.mortuo ff. de Iudic. Contrarium 1 tamen bis in facto allegaui, nam arbitrium, quod Prædecessor sibi reseruauit, videtur extinctum per eius mortem: Tum quia mors omnia soluit, §. deinceps auth. de nuptijs: Tum quia voluntas, & arbitrium est personale, & non egreditur personam, sed finit cum persona, l. in compromissis ff. de receptis arbitrijs, Bald. in l. vnica §. ne autem num. 7. C. de cad. tollend. l.4. ff. locati, cap. si gratiosè de rescrip. in 6. vbi habetur, quod beneplacitum extinguitur morte, vt tradit Bellon. cons.8. num. 17. Item quia, quæ sunt animi, non transeunt in successorem, vt ait Rebuff. in l.quod iussio sub num.164. ff. de re iudicata.

2 Circa quod adeo aduertendum est, quod si constitutio inhibeat aliquid à iure communi prohibitum, tunc omissa pœna arbitraria constitutionis tamquam per mortem extincta, imponenda est pœna indicta à iure communi; sin vero prohibet aliquid à iure ipso communi non prohibitum, tunc licet sit extinctum arbitrium Episcopi, tamen quia remanet prohibitio absque pœna, contraueniens punitur iudicis arbitrio; quia vbi lex, vel statutum prohibet aliquid, non adi-

cien-

ciendo pœnam in contrauenientem, contraueniens puniri potest arbitrio Iudicis, glos. in l. nemo martyres, in verbo dictabat C. de Sacro Sanctis Ecclesijs, & ibi clarius Bald. quem sequitur quædam alia glos. in margine, & ita quoque tradit Bonif. de Vitalinis in titulo de pœna falsantis monetam num. 3. & num. 4. & Bart. in l. de ijs, §. expilatores in principio, ff. de affect. & expilat., & Alex. cons. 111. ponderatis verbis sub num. 1. vers. idcirco, & num. 2. vol. 1.

Quamquã Bellonus velit; contrauenientem, in eo casu puniri arbitrio Principis, non Iudicis, vt scriptum reliquit cons. 43. num. 3.

Vtilitas autem hæc est, quod si Episcopus habet arbitrari pœnam: potest vsque ad mortem inclusiuè arbitrari, quod Iudex tamen regulariter facere non potest, vt ait Menoch. in quæst. 86. n. 1. de arbitr. Iud.

RESOLVT. XXVIII.

Pater exponens filium spurium, est puniendus Iudicis arbitrio.

1 *Pater exponens filium legitimum & naturalem, vel naturalem tantum, punitur Iudicis arbitrio, nam eum exponendo negat alimenta, & videtur necare quod extenditur etiam ad spurium.*
2 *Pater tenetur alere filium spurium, tam de iure Ciuili quã Canonico.*
3 *Ius Canonicum potest supplere ius Ciuile.*

IN facti contingentia respondi, cum Rodolph. quæst. 48. cuius tenor est. Pater exponens filium legiti-
1 mum, & naturalem, vel naturalem tantum, punitur Iudicis arbitrio, l. 2. C. de infant. expos. & ibi glos. in verbo animaduersioni: & Menoch. in casu 396. n. 5. de arbitr. Iud. & Vulpel. in cons. crim. 94. ex his, nu. 11. quia exponendo eum, negat alimenta, & per consequens videtur eum occidere & necare, l. necare ff. de liber. agnoscen. glos. in d. l. 2. in verbo animaduersioni C. de infant. expos.

Sed in facti contingentia quæsitum est, nunquid dicta pœna habeat locum contra patrem exponentem spurium? Et videtur dicendum quod non, quia de iure Ciuili, pater eum alere non tenetur, authen. quibus mod. nat. effic. sui ergo cessat d. l. necare, & ita per hanc rationem consuluit Vulpel. in d. cons. crim. 94. num. 12. & num. 13.

Ego tamen contra Vulpellum teneo, quia hodie pater tenetur alere spurium, tam de iure Canonico, quam de iure Ciuili, tam in terris Imperij, quam Ecclesiæ, vt per Iason. in cons. 26. num. 4. vol. 1. qui ait, quod ita communiter concluditur, & sequitur Bertazol. in cons. crimin. 522. subtiliter num. 9. volum. 2.

Et quod de iure Canonico, spurius, sit alendus à patre, voluit Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 10. num. 5. & num. 6. vbi multos allegat, quia naturalis est coniunctio inter patrem, & filium; Natura autem nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos, item quia alimenta debentur filijs iure naturali, ideo ius Ciuile non potuit sine causa spurios illis priuare, vt has duas rationes, & alias remissiuè notauit Surd. in d. q. 10. num. 6. vbi etiam subdit, quod ius Canonicum decreuit spurios esse alendos à parentibus, ne ipsi sine aliqua culpa fame perirent, quæ dispositio iuris canonici seruanda est in vtroque foro, tam ciuili, quam canonico, vt ait idem Surd. in d. q. 10. num. 7. vbi subdit, plurimos allegans, hanc esse communem opinionem, & seruari in practica propter
3 magnam eius æquitatem; Nec dubitandum est, quin ius canonicum possit supplere ius ciuile æquitate cogente, vel persuadente, vt Ias. in l. duo ex tribus nu. 5. ff. de re iud.

RESOLVT. XXIX.

Liber computorum quomodo sit conficiendus?

1 *Liber computorum non debet describi in genere, sed in specie, & singulariter, nam alias non potest is cui redditur ratio, illa intelligere, nec comprehendere.*
2 *Ratio quæ non potest intelligi, non videtur reddi.*
3 *In eum qui librum distinctum non confecit, iuratur in litem, ac si librum non fecisset.*
4 *In redditione computorum, debent eligi calculatores ad discutiendum partitas, alias non dicitur reddi ratio.*
5 *Non sufficit exhibere librum, vel listam, sed requiritur calculatio, & discussio, ad hoc vt rationes dicantur redditæ.*

AD quæsitum propositum respondi, quod singulariter omnia debent inseri, vt ex tali fundo, à
1 tali Colono tantum, tali anno; & non debet in genere, & in summa poni, & sic vt possit reperiri veritas, vel falsitas, ff. de cond. & demonst. l. anceps, C. de suscept. l. neminem; Qui igitur aliter rationem ediderit, non videtur satisfacere, quia intelligi non potest ratio, vt ff. de eden. l. argentarius §. edi, Bar. in l. 2. C. de nauic. lib. 11. dicit per hæc verba; ex hac l. nota modum conficiendi rationes ab illis officialibus, qui multa recipiunt, & multa transferunt ad alios; debent enim ea, quæ receperunt scribere, à quo acceperunt nominatim, & ex qua causa, vt supra de apparit. tribut. l. apparitores: Item debet scribere, cui dederunt nominatim (vt supra) de susceptor. l. neminem; debent etiam ponere diem receptionis, vt hic. Si enim ista singulariter non scripserint, non videtur ratio reddi, quia non potest ille cui ratio redditur, illam intelligere, nec comprehendere, si aliquid machinationis habitum sit in ea, vt dicit tex. in
2 d. l. neminem. Ratio enim quæ non potest intelligi, non videtur reddi, vt l argentarius §. edi ff. de eden. hæc loca refert Bar. & probat in extrauag. de mercatura par. 2. num. 57. vbi num. sequen. ponit omnia requisita in libro rationum, latissimè sequitur Plot. qui ponit optima verba in l. si quando num. 243. C. vnde vi, dicens, quod alias iurabitur in litem, ac si nullum
3 librum confecisset, & allegat multos, vt per eum qui etiam probat, requiri diem, & annum, & vltra ipsum Alex. cons. 183. lectis, & ponderatis col. 3. vers. laboret insuper vol. 2. & cons. 70. col. 3. vers. ecce vol. 1. Cott. in memorab. vers. dies fol. 171. idem Alexand. cons. 77. col. 2. lib. 6. Crauet. de antiq. tempor. par. 1. vers. 4. limitatur num. 45. fol. 73. sicque debet liber continere diem datorum, & acceptorum, & ordinem faciendi librum rationum, refert Menoch. de arbit. iud. casu 208. num. 20. vbi de die, anno, & mense, etiam loquitur, & num. 19. tradit quod si liber est inordinatè confectus, poterit in litem iurari: Hinc computus de iure fit, arbitris calculatoribus, inter partes electis ad calculandum, & computandum data & recepta, hincinde, ita vt deductis deducendis appareat euidenter, quid reliquum sit debendum, vt probat tex. in l. sicuti libertas, & ibi Bart. Imol., Paul. de Castr. & alij vniuersaliter omnes ff. de cond. & demonst. & est tex. quoque ad idem clarus in l. si quis dicat in fin. ff. de manumiss. in l. si purè de fideicom. liber. & in l. vicenis, & ibi Bald. & Ang. not. ff. de iudic. quæ quidem iura dubio procul, probant euidentissime, quod vbi venit ratio reddenda, & com-
4 putus faciendus, eligi debent Calculatores ad computandum, & calculandum data, & recepta, & consequenter conuentioni huic de computo faciendo, nõ dicitur vllo modo satisfactũ, conuentione nõ impleta, ob hoc solum, quia tradidit listam ipsius computi: Et licet lista computis extitisset tradita, non tamen

dici

dici posset rationem esse positam, & computum factum, nisi discutiantur, & calculentur inter partes omnes partitæ cum arbitris electis, l. cum seruus ita liber esse iussus fuerit ff. de cond. & demon. vbi dicitur manifestè quod qui habet rationem reddere, si tradat rationum libros, non dicitur aliter impleuisse conditionem rationis reddendæ, nisi reuideantur, calculentur, & discutiantur, ibi, dum dicit offerre legendas rationes primum, deinde computandas, vt explorare possit computationes, probè, an improbè referantur accepta, & data, rectè, an non rectè, & rursus circa finem; Ille autem vtique assolebat, non sic seruo suo ostendenti reliquas rationes subscribere, vbi non immerito pondera verbum ipsum, subscribere, quia tunc dicitur computus acceptari de iure, vbicumque subscribitur; sed ita vt legeret, examinaret, & acciperet, probat itaque tex. ille notabiliter, quod non dicitur ratio reddita, nec com-
5 putus factus, exhibendo listam, seu etiam librum rationum, nisi calculetur, discutiatur, ac computetur, an rectè scriptum sit, vel non, & facit gl. in l. cum testis in verb. quasi puram in prin. C. de testam. manum. quod duo videtur iniungi illi qui rationem reddere debet; vt scilicet instruat dominum, & computet cum eo, vnde debeat fieri conclusio computus: Hinc est vt infert Bal. ibi, quod conditio rationis reddendæ quatuor de iure includit scilicet Codices edi, calculum poni, reliqua reddi, & culpam purgari; imò ista sententia quod dare listam, non fit computum, seu calculum facere, comprobatur per doctrinam Cæpol. in cautel. 25. Sponte quod filius, vel seruus in fine, vbi expressè concludit, quod licet alias recipiens literas, si non contradicat à principio tempore receptionis illarum, censetur approbare, & ratificare contenta in eis, per tex. in l. filius familias, & per notata ibi per Doctores, & maximè Paul. de Cast. ff. ad Maced. & Bar. in l. Titia ff. de constit. pecu. nihilominus si in ipsis literis contineatur computus, & in fine dicatur, quod remanet debitor in tanta quantitate, recipiendo huiusmodi literas non contradicendo, non videtur debitum acceptare, ex eo quod præsumatur tacitè confiteri, sed dicendum potius illud agere, vt valeat calculare, & discutere; an rectè computatio facta sit, per tex. in d. l. si seruus ff. de cond. & demonst. & sequitur Ias. in repet. l. admonendi col. 73. vers. & nota quod ille qui simpliciter acceptat ff. de iur. iur.

RESOLVT. XXX.

Referendarij, an sint exempti à iurisdictione Episcopi?

1 *Referendarij sunt exempti ab Episcoporum iurisdictione, vnde non possunt excommunicari, suspendi, vel interdici, nam sunt officiales Sedis Apostolicæ, & Papæ.*
2 *Referendarij ratione beneficiorum quæ habent in partibus, subsunt Episcopis.*

1 IN facti contingentia, respondi ex Staphil. fol. 218. num. 15. de prorog. expectan. vbi dicit, quod sic, & eos non posse excommunicari, vel interdici ab Episcopo, quia sunt officiales Sedis Apostolicæ, & Papæ, tamen Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 11. de reform. non excipit Comites Palatinos, nec Protonotarios, & alios, qui etiam sunt officiales Papæ, pro Staph. potest dici: Primò, quod procedit de iure antiquo. Secundò, quod cum Referendarij sint in duplici differentia, quidam gratiæ, quidam iustitiæ, qui sunt vndecim, & vndecim, prout Gom. de signat. grat. & iust. fol. 993. & isti qui sunt de numero sunt exempti, alij verò (quia hodie quasi sunt innumerabiles) non. Tertiò, quod ratione beneficiorum, quæ habent in partibus subsunt locorum Ordinarijs.

RESOLVT. XXXI.

Quis possit dispensare cum simonia?

1 *Qui ignoranter incurrit simoniam, tenetur resignare beneficium, non tamen incurrit censuras, & potest Episcopus dispensare.*
2 *In simonia scienter contracta solus Papa dispensat.*
3 *Quando simonia est in ordine, & est occulta, dispensat Episcopus.*

DIcitur primò, si simoniacus est in beneficio, & simonia causata est eo sciente, tunc solus Papa dispensat, vt possit habere, vel illud, vel aliud beneficium, cap. de simoniacè, & ibi Abb. & in cap. quoniam de simon. Selu. de benefic. 3. par. q. 31. num. 4. Dico secundò, si simonia contracta est eo ignorante, si durat ignorantia probabilis, ea durante, nec incurrit censuras Ecclesiasticas inflictas contra simoniacos, nec consequenter priuationem beneficij, quia vulgatum est illud Canonistarum, & Theologorum, censuras ecclesiasticas non incurri sine peccato mortali, vel contumacia, cap. nullus cum vulgatis 11. q. 3. & ad iucurrendas pœnas, & irregularitates requiritur præsumptio, clem. 1. & ibi Doctores in verb. præsumpserint de priuileg. Dico tertiò, si sciuit postea,
1 statim tenetur id beneficium resignare, & tunc potest Episcopus cum eo dispensare in eodem beneficio, eumque absoluere à censuris, glos. in d. cap. de simoniacè in verb. remanere, & in cap. ex insinuatione in verb. elegerunt eod. tit. & in cap. per tuas, il secondo, in verb. securè in fin. eod. Gom. q. 12. de trien. possess. Dico quartò, quo verò ad censuras ecclesiasticas incursas à sciente committente simoniam in beneficio, si casus fuerit occultus, potest Episcopus eum absoluere, & cum eo dispensare, prout dictum est superius, & per doctrinam Antiquorum, prout refert Apostilla in d. cap. & glos. nu. 3. & per Sac. Conc. Trid. cap. liceat 24. sess. in beneficio verò sic simoniacè scienter impetrato solus Papa dispensat, & non
2 solum perdit illud, sed præterita, & fit inhabilis ad futura, prout Sac. Conc. sess. 24. cap. 18. iuxta medium de reform. & si dices, ibi loquitur in concurrentibus ad beneficia curata; Respondeo quòd valet propter identitatem rationis, si vrges non licere fieri extensionem de casu ad casum in pœnalibus, dico quòd sic, quando militat eadem ratio, hoc enim est
3 verum solum in concursu parochialium. Dico quintò, si simonia est in ordine, & tunc potest Episcopus absoluere simoniacum, tàm si ignoranter, quàm si scienter eam incurrerit, modo casus sit occultus, ex doctrina eiusdem Sac. Conc. Dico sextò, si verò casus est publicus, puta, quia scitur saltem à sex personis; tunc Papa absoluit, quia est papalis excommunicatio, prout in extrauag. Pij II. quæ incip. detestabile, in tit. de simon. Nauar. cap. 23. num. 3. notab. 4. cum seq. & cap. 25. num. 69. notab. 3.

RESOLVT. XXXII.

Bulla Pij V. contra naturales etiam legitimatos edita, an comprehendat filiam spuriam clerici.

1 *Non est prohibitum clerico ex Bulla Pij V. dotare filiam spuriam de patrimonialibus, & redditibus Ecclesiæ, dummodo id faciat moderatè.*
2 *Bulla Pij V. corrigit licentias, dispensationes, & facultates disponendi in illegitimos, non tamen tollitur beneficium iuris communis.*
3 *Ampliatur dicta dispositio etiam in filia incæstuosa.*

In

1 IN facti contingentia respondi, clericum posse non tantum de redditibus ecclesiasticis dotare spuriã filiam, verum quoque de patrimonialibus, nec obstare in hoc Bullam à fel. mem. Pij V. editam contra naturales etiam legitimatos, anno 1571. Kal. Febr. dummodo is quando ad redditus ecclesiasticos manum apponit, id faciat moderatè, & in subsidium, scilicet quando alia bona patrimonialia non suppetunt; defendit multifariam Nauar. in tract. de spol. cleric. §. 19. num. 9. Burs. cons. 255. vol. 3. Rot. Rom. dec. 487. & 505. par. 1. in nouissimis, & plenissimè Surd.
2 cons. 509. vol. 4. Tum quia memorata Bulla corrigit dumtaxat licentias, dispensationes, & facultates disponendi in illegitimos, & sic quando quis disponit vigore priuilegij, vel facultatis, tunc semper nullum erit quicquid in talem consequentiam fiet, vel prætextu paupertatis, vel piæ causæ, vel quouis alio intuitu faciat clericus. At per dictam Bullam non tollitur beneficium iuris communis, canonici, & ciuilis, Dec. cons. 42. num. 39. volum. 1. Eug. cons. 52. num. 65. cum seq. Menoch. cons. 459. Peregrin. cons. 20. num. 25. vol. 1. de iure enim permittitur, vt alantur, ac omnino dotentur filiæ, tametsi spuriæ per parentes etiam Sacerdotes, Paleot. de noth. & spur. cap. 4. copiosè idem Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 20. Huic sententiæ adstipulatur cessatio rationum contemplatarum in eadem Bulla, quæ duæ sunt, scilicet ad euitanda scandala, & ne patrimonium Christi ab indignis personis consumatur, & prodigatur; quæ omnia cessant, dum clericus secundum ius commune disponit, & maximè pro alimentis necessarijs, idque apertè disponit cap. cum haberet, de eo qui dux. in vxor. quam poll. per adulter. cuius prouisio seruatur quoque in foro Cæsaris ob summam æquitatem, Paleot. dict. tract. cap. 46. & 47. Immò generaretur scandalum si filia clerici cogeretur meretricari, aut turpiter viuere, vel mendicare, vel fame perire, Bal. cons. 262. vol. 1. Gabr. cons. 25. lib. 1. Boer. dec. 127. num. 17. Accedit quoque declaratio Pontificia eiusdem Bullæ de anno 1572. die 5. Martij, in qua idem Pontifex exprimit se secutum Pij IV. exemplum prohibentis prædicta, veluti facta contra ius, & æquum, ergo non includit hunc casum, cui conuenit ius, & æquum; sic Surd. d. cons. 507. num. 11.

Nec obstat ratio cohibendæ libidinis parentum, dum arcentur filij illegitimi ab eorum successione, quia præualet fauor filiorum iam notorum, qui nihil admiserunt, cap. nasci 56. dist. quos non finit perdere lex canonica, aut fame necari, eligendo minus malum ex duobus, canon. hi qui 26. quæst. 2. canon. denique dist. 4. cap. inter opera charitatis, ibique gl. de sponsal. Petr. Greg. in tract. de vsur. lib. 2. cap. 7. nu. 13. Graff. cons. 12. de pœnit. lib. 5.

3 Ampliatur prædicta conclusio, etiam in filia incestuosa, Peregrin. de iur. fis. lib. 3. tit. 18. num 56. cum seq.

Rursus obtinent prædicta etiam si adijciatur pactum de lucro dotis, Rim. Iun. cons. 380. num. 65. cum seq. vol. 4. Abb. cons. 268. & eo prior, Crauet. cons. 917. vol. 5. & Surd. cons. 509. alioqui cessante pacto, vel statuto, vel consuetudine de lucro dotis, post obitum spuriæ absque prole, dos rediret ad patrem, vel ad filios, seu ad hæredes donantis patris, Peregr. dicto cons. 20. num. 81. sed in vita mariti, qui habet ex causa onerosa dotem, nequit dos auocari, argum. l. fin. quia delegauerit ff. de nouat. glos. in l. 5. ff. ad Velleian. Bart. in leg. fin. §. si à socero ff. quæ in fraud. cred. quemadmodum obseruatur in marito legante vxori contra formam statuti; nam maritus secundus ignarus dicti legati, poterit in causam dotis validè habere illud incrementum, nec obnoxius est alicui vexationi, aut iacturæ, vel diminutioni dotis constitutæ in secundo matrimonio, donec pergant nuptiæ copiosæ, Lancell. Gall. ad consuet. Alex. vers. viginti quæst. 8. num. 55. & seq. Rolan. à Vall. cons. 85. num. 12. vol. 3. Rim. Iun. cons. 380. vol. 4.

RESOLVT. XXXIII.

Tex. in cap. licet de præb. & dignit. an procedat in studio Sacrorum Canonum, & legum ciuilium?

1 *Dispositio text. in cap. licet, procedit etiam si quis studeat grammaticæ, vel iuri ciuili.*
2 *Non dicitur abesse qui abest causa studiorum.*
3 *Absenti causa studiorum debentur quotidianæ distributiones, si ecclesia nihil aliud habet quam mensam grossam quæ in fine anni distribuitur.*
4 *Concessa licentia studendi, censetur concessa licentia percipiendi fructus beneficiorum.*
5 *Ad hoc vt quis gaudeat dicto priuilegio, debet studere in studijs, vel vniuersitatibus publicis.*

AMpliant Archid. & Dominic. in cap. 1. dist. 37. dispositionem non procedere solum in vacante studio Theologiæ, vel canonum, sed etiam, legum
1 ciuilium, text: in cap. cum ex eo de elect. in quo vigore ipsius canonis glos. ibi dicit procedere, siue in Grammatica, siue in Iure Canonico, vel Ciuili, vel in scientia Theologiæ studeat, quam opinionem tenuit Archid. in cap. de quibusdam, 16. dist. sequitur Fed. de Sen. in cons. 146. Ratio aut est, quia non
2 dicitur abesse, qui abest causa studiorum, sed habetur pro præsente, l. Seiæ Pamphilæ ff. de fund. instruct. l. quæsitum ff. de l. 3. cap. relatum, & cap. tuæ de cler. non resid. & portio debetur non tantum de fructibus beneficiorum, & præbendarum, & de massa (vt aiunt) communi, siue crassa, sed etiam de quotidianis distributionibus, quæ dantur præsentibus, & interessentibus, Lud. Bolog. in auth. habita C. ne fil. pro patr. num. 381. maximè quando Ecclesia aliud
3 non haberet, nisi mensam (vt aiunt) grossam, quæ diuiditur in fine anni inter præsentes, quia simili modo debetur, Felyn. in cons. 18. Nicol. Boer. dec. 17. num. 16. in fin. & nonnulli ex relatis censuerunt non requiri licentiam Ordinarij, esse autem necessariam licentiam, siue dispensationem ad septennium, communiter tenuerunt præfati; quinimò dispensationem requiri non solum ad prosequendum studium, sed etiam ad percipiendum fructus beneficiorum, voluerunt Ioa. And. & Ioa. de Imol. in d. cap. tuæ de cler. non resid. Sed contrarium, quod concessa licentia
4 ad studium, censetur concessa etiam ad fructuum perceptionem, voluit Archid. in dicto cap. de quibusdam; quinimmò facta dispensatione ad septennium, si studeat aliquo tempore, puta ad triennium, postea aliquo ex impedimento iusto non prosequitur, cessante impedimento an debeat habere residuum temporis, vel alios septem annos, quod debeat habere residuum, tenuit Archid. in cap. Frater 19. quæst. 3. Domin. & Philipp. Franc. in dicto cap. cum ex eo. Necesse est tamen, quod scholaris non studeat in patria,
5 vel aliquo loco particulari, sed in studijs, vel vniuersitatibus publicis, puta in Italia, in studio Bononiæ, Perusij, Papiæ, Pisano, Senensi, Maceratensi, Neapolitano, Salernitano, & similibus: sic Parisijs, Tolosæ, Montis Pessulani, Salmaticæ & alijs, de quibus nonnulla apud Historicos, quos omitto.

RE-

RESOLVT. XXXIV.

An in taxandis alimentis debitorib. pauperib. carceratis, sit habenda ratio eorum nobilitatis?

1 *Debitori carcerato aliunde non habenti alimenta, debent subministrari alimenta, aut debet è carceribus relaxari.*
2 *Creditor debet subministrare debitori carcerato inopi alimenta, idque habet locum etiã in cessionario creditoris.*
3 *Mulier etiam inhonesta, carcerata debet ali à viro, si dicta mulier non habet dotem ad se alendum.*
4 *Limitatur dicta dispositio in eo qui habet patrem diuitem.*
5 *In taxatione alimentorum habenda est ratio nobilitatis personæ.*

1 NOn dubitatur quin debitori carcerato, aliunde non habenti alimenta, maximaq; inopia laboranti, subministranda sint alimenta cibaria, aut is è carceribus relaxari, glos. teste, ad l. vltim. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. l. Iudices C. de Episcop. audien. Angel. ad §. vltim. in fin. Instit. de action. Ias. ad l. si victũ n. 2. & 3. de re iud. Sola ad antiq. decr. Sabaud. tit. de captur. debit. pro cau. ciui. glos. 3. n. 6. Surd. qui multos dicit in tract. de alim. titul. 1. quæst. 71. Affl. decis. 71. Franc. Marc. d. 234. q. 2. Guid. Pap. dec. 211. Ratio autem huius obseruantiæ esse potest, ne quis in carceribus fame pereat, ac marcescat, inter Christianos præsertim, qui opera Misericordiæ ex Euangelico præcepto exercere tenentur, & ne sæuitiæ creditorum in tantum deseruiant magistratus, l. cum sit iniustum, & in auth. seq. C. de sepulchr. viol. & Petr. Pecch. in tract. de iur. sisten. c. 5. num. 23. Hinc etiam ob delictum carceratus, in subsidium alitur à Curia, sicuti carceratus propter debitum in ciuilibus debet ali à creditore, si debitor sit pauper nec habeat de suo, Luc. de Pen. in l. vlt. C. de erogat. milit. Surd. d. tit. 1. q. 72. Viui. dec. 529.
2 n. 4. lib. 4. Enunciatum prædictum quod creditor subministrare debeat carcerato inopi, ampliatur, & extenditur etiam vt habeat locum in cessionario creditoris, probat Surd. d. q. 71. n. 4. Carol. de Grassis in tract. de except. aduers. statut. in prælud. n. 125. non solum quia cessionarius cedentem repræsentat, induit eius personam, & eius imaginem, refert Bal. ad l. emptor ff. de hæred. vel actio. vend. Bar. ad l. ex asse ff. ad Trebell. Ias. ad l. si sic §. si quis ita num. 5. & 6. ff. de l. 1. Alex. cons. 13. n. 12. & 13. vol. 1. & Bal. Nouell. tract. de dot. p. 12. col. 8. verum etiam quia actus factus in exequutionem alterius habet eadem qualitates, quas sortitur primus actus, in cuius locum suffectus est, Alex. cons. 156. lib. 6.

Idq; adeo verum est, vt etiam procedat erga mulie-
3 rem inhonestam, maritum diuitem habentem, quæ si fuit carcerata ob aliquam ciuilem causam, & in casib. permissis, adhuc ali debet per creditorem, si alia bona non habet præter dotem minimè affecta, aut obnoxia causæ, pro qua detenta fuit, Bart. in auth. matri C. quando mult. tot. off. & Gramma. dec. 35.

4 Non idem procedit in filio patrem diuitem habente, Cuman. consil. 132. & Cranett. consil. 164.

Cæterum in hac nostra resolutione illud ignorandũ non est, tam quoad taxationem alimentorum inopi carcerato præstandorum, quam quoad eius è carceribus relaxationem, si in illis non exhibeatur, vt si creditor alimenta præstare recuset, aut differat, vel si illa quidem præstare concepit, non tamen perseuerat cœpti pertæsus, aut si creditori exequutio fieri non possit pro dictis alimentis inopi carcerato præstandis, neque is inueniat fideiussorem, admittatur debitor ad bonorum cessionem, & mox liberetur à carcere, Affl. dec. 71. n. 4. Quod si carcetatus inops, neq; inueniat fideiussorem, neq; à creditore alimentetur, Iudex è carcerib. relaxabit, facta prius per dictum carceratum cessione bonorum; alias suo periculo, & sumptu dimissum ad carceres reducere, vel debitum creditori ex ære proprio persoluere tenebitur, Viui. d. decis. 529. & Muscatell. in sua. praxi vol. 2. par. 3. glos. detinebitur numer. 68. cum seq. vbi vlterius docet practicam circa hoc remedium obseruandum, & refert requisita pro cogendo creditore ad alimenta prædicta.

5 Respectu verò taxationis illorum, adhibenda est distinctio inter vnam, & alteram personam; nã pinguius (vt ita dicam) nobili, vel alias honesto viro prouidendum est, quam plebeio, & rurali, facit Tiraquel. in tract. de nobil. c. 136. & 239. & deinceps, & eius contemporaneus Neuizan. in iocosa, nec vilipendenda Sylua Nupt. lib. 2. n. 25. In quo verius integri Iudicis, non partialis atbirrium spectandum est, qui secundum ordines in hanc rem editos, & apud diligentissimos, & æquissimos carceratorum protectores asseruatos cuncta rimetur, perpendat, & præsiniat, continuè cordi habens insignem locum Granat. ad Vestrij praxim lib. 2. c. 7.

RESOLVT. XXXV.

An semel familiaris Cardinalis, dicatur semper familiaris, etiam si recesserit?

1 *Absentes possunt dici familiares, quãdo pro negotijs domini, & animo redeundi se absentant, quod procedit, etiam si pro suis proprijs negotijs se absentant, & expensis suis viuant.*
2 *Familiaris absens dicitur habere animum redeundi, si non intercedat longa mora.*
3 *Semel familiaris, semper præsumitur familiaris.*

OMnis præsẽtis speculationis difficultas in eo versari potissimum videtur, scilicet, an D. Canonico Carbono, olim familiari q. Illustriss. Cardinalis Caietani, qui desijt esse familiaris per exequutionẽ Canonicatus in Ecclesia Neapolit. debeatur legatum factum ab eodem Illustrissimo omnib. familiaribus. In quo articulo est prænotandum, quod licet varijs modis, secundum subiectam materiam in iure appellentur familiares, vt in l. pronuntiatio §. familiæ ff. de verb. signif. l. fin. C. eod. tit. l. 1. §. familiæ ff. de public. Felyn. in cap. insinuante in 2. col. de off. deleg. tamen vt dicunt Io. And. Domin. & alij in cap. fin. de verb. signif. & in cap. fin. de verb. signif. in sextò, ad declarationem illius text. ad præsentem materiam; Familiares dicuntur illi qui se deputant ad honestum seruitium alicuius Domini, vt est text. quem ibi ponderat Abb. in cap. cum dilectus de cler. non resid. & in d. cap. fin. & æquiparantur mercenarijs, qui pro mercede seruiunt, saltem victus, strictè sumpti, pro cibo, & potu; & contrahitur ista familiaritas communi consensu recipientis, & recepti; quia est quædam societas, quæ communi consensu contrahitur, l. qui admittitur ff. pro socio, §. manet. Instit. pro socio, & Crescent. dec. 1. de præb.

Quare supradictis suppositis ad dubium propositum respondi, D. Canonicum Carbonum dici verè, & propriè familiarem Ill. olim Cardinalis Caietani, & consequenter ei deberi partem legati tamquam vni ex suis familiaribus, & hoc probatur ex infrascriptis.

Primo, quia supradictus D. Canonicus, licet per-
1 maneret Neap. non propterea desierat esse familiaris, cum absentes possint dici familiares, & continui commensales: præsertim quando pro negotijs Domini animo redeundi se absentant, iuxta text. in d. cap. fin. de verb. signif. in sextò, quem text. ibi gl. fin. ampliat post Archid. & alij sequuntur etiam si pro suis negotijs se absentant: Doctores verò ampliant, etiam si expensis suis viuant, quia ciuiliter verba intelligen-

da

da sunt,secundum gl. ibi pro l.si cui ff. de seruit.& cap. numquam de consecr.dist.1. & quia quis dicitur ibi esse,vbi amat,ideſt quod rediturus est,nō autem vbi animat,vbi de persona reperitur, prout vult §. pauonum Institut.de rer. diuis. ita dicit Bald.in auth. habita col. 4.C.ne fil.pro patr.& in proposito est tex.in c.præsenti de præb.in 6.Mandos. in reg.32. q.16.

Immò à fortiori quæsiuerunt DD.an si aliquis absētatur pro negotijs proprijs, nec apparet,an animo redeundi se absentauerit, quo animo præsumetur illius absentia?& si animo redeundi,quandiu præsumetur iste animus?Bar. in l.aut facta §.tēpus ff.de pœnis,vers circa primū,format huiusmodi quæstionē in scholare, qui ex forma statutj debet tractari vt ciuis,& si se absentauit à loco studij, quid erit iudicandum de eo.Respond.
2 quod in dubio præsumetur,quod animo redeūdi discesserit,nec mutatio præsumetur animo,nisi quinquenniū intercesserit,per l.3.C. de domest.& protect.lib.12.sed in terminis de quib.agitur;gl. & Ioa. And. in d.c. fi.in gl.fi.de verb.sig.lib.6 dū allegāt l.si longius ff. de iudic. innuunt quod ex longa mora, vel breui, iudicandū est, Domin.& Philip.in d.c.vltim. notab.iuncta gl. dicūt in d.text.quod qui abest animo redeundi per modicū tēpus dicitur continuo in loco manere,Bonif.de Vitalin. in clem.fi.de celebrat.missar.in 7.notab.dicit,quod optimum est articulare,& probare,qui se absentauit sæpe in negotijs suis,& aliorū negotijs nō implicuit,& quod tempore absentiæ suæ se pro familiari Papæ,vel Cardinalis gessit, & quod ab omnib.ita reputabatur,& quod semper dicebat se rediturum ad seruitium Papæ, vel Cardinalis.Nec obstat tex.in d.l.3.C.de domest.& protect. quia refertur casus in quo ita limitatū est tēpus, cum in alijs alia forma sit data,vt dicit gl.in d.l.3.C.de domest. & protect.& vt dicit Io.Andr.quē alij sequuntur in d.c.fi.de verb.signif.lib.6.aliter enim dictis legib. capiūtur domestici,aliter capiuntur familiares,vt in d. c.fi.vnde ex dictis legibus non benè ad præsentem materiā arguetur,ideo melior videtur doctrina Bar.in d.§ tempus,vt relinquatur Iudicis arbitrio,quanto tēpore animi immutatio de non redeundo præsumatur; prout clarè probat tex.in l.3.§. fi.ff.de re milit.

Tum secundò,quia dictus D.Canonicus se absentauit cum licentia, & gratia eiusdem Illustris. Domini, quo casu non desinit esse familiaris, secundum Simonet.de reseruat.q. 35. n. 18. In quo etiam habetur ad corroborationem præsentis quæstionis:quod si Cardinalis vni suo familiari dederit licentiam vt iret ad studium, in quo viuebat suis expensis, non excluditur in reseruatione,Calderin.cons.8.de off.leg.

3 Ratio omnium supradictorum est.Primò,quia semel familiaris semper præsumitur familiaris, Simonet. de reser.q.36.Mascar.de prob.cōcl.755.& sequitur Gom. in regul.de impetr.per obitum fam.Card.q.13.cū continuatio in dubio præsumatur, l. siue possidetis C. de proba. & per DD. in c.fi.de verb.sign.argum. not. per Bart. in l. ex eo de milit. testa. in fi.l.2. C.de Primicer. lib.12. dum absentiam quinquēnalem requiri videtur, vt quis dicatur desinere esse familiaris; & ita iudicauit Rot.teste Achill. de Grass. decis.13. de præb.Cuius tenor est videlicet: Familiaritatem non desijsse,tenuerūt Domini ex eo, quia solum probaretur quem abijsse à Ciuitate Romana in vna Fulginaten. prioratus coram Domino Vestano de anno 1549. tum quia ex solo discessu non probatur quod quandoque non reuersus sit.

Secundo,quia cum familiaritas sit species societatis, ea non nisi contrario discessu debet dissolui,vt per Sarnen.in reg. de impetr.benef.per obitum Card.q.13.nu. 3.& 9.& post Ancar.cons.398.

RESOLVT. XXXVI.

Quæ dicantur probabilia argumenta ad effectum,vt censeatur probatum assassinium?

1 *Sufficiunt argumenta probabilia ad condemnandum aliquem pœna ordinarij assassinij.*
2 *Argumenta probabilia sunt illa ex quibus oritur indubitatum indicium, secundum opinionem probabiliorem Doctorum,licet aliqui teneant contrarium.*

CLarum est in iure,non solum qualitatem assassinij, sed ipsum assassinium debere probabilibus argumentis probari,prout est tex.in c. pro humani de hom. in sextò, & ibi præsertim Gemin. post.n.9.& Franch.n. 3.in 11.notab.Fel.in c.afferte n.9.in 4.lim.de præsump. August.ad Aug.de malef.in verb.quod fama publica n. 26.Boss. in tit. de indit. n.201. Dec.cons.189.n.5.Boer. dec.164.n.5.vers.& pro hac parte,Petr.à Plaz.in epith. delict.c.19.n.15 Rol.à Vall.cōs.27.n.4.lib.1.Gabr.li.3. concl.1.n.20.Mōticel.reg.8.n.23.Clar.in pract.§.fin.q. 20.vers.scias tamen, & §.assassiniū vers. præterea quāuis,Mascar.de prob.lib.3.concl.1221.n.77.vbi ex Boss. & Clar. in locis per eum ibid. allegatis attestatur de communi, & lib. 1. concl. 137. num. 2. Dec. in suis tract. crim. p.2. lib.9.c.30.tit. de mandat. pecun. inseruient. num. 22.

1 Sufficiuntq; prædicta argumenta probabilia in hoc crimine assassinij ad condemnandum,non modo ad pēnam extraordinariam, sed etiam ad pœnam ordinariā & capitalem, prout videtur de mente omnium præcitatorum Doctorum, & in specie dixerunt Petr. à Plaz. in epith. delict.c.29. nūm.16. vbi dicit id esse constitutissimum,referē,& sequitur Clar. in §. assassinium vers. quamuis,Monticell. in regul. crimin.8.n.23. & reg.11. n.24. in 3.limit. Ioseph.Ludou. concl.45.in prima ampliat. Decian. d.p. 2. lib. 9. c. 38.n. 22.

Supradictis suppositis quæstio est;quæ nam dicantur in hoc proposito probabilia argumenta ? in hoc reperio plures Doctorum opiniones, vna enim opinio est, quod argumenta probabilia dicuntur ea, quæ de iure faciunt indicia ad torturam, prout videtur tex.in l.milites C. de q.Secunda fuit opinio, quod probabilia argumenta,aliud non sunt,quam iuris præsumptiones secundum Simanch.in tract.de hæret.tit.de præsumptionibus c.50.n.6.Tertia fuit opinio, quod argumenta probabilia,videtur esse semiplenæ probationes secundum Mascar.de probat. lib.1.concl.137.n.1. Quarta fuit opinio, quod probabilia argumenta sunt veræ, & plenæ probationes, secundum Hieron. Gabr. in cons. 170.n.26.lib.1. qui in specie loquitur in crimine assassinij.Quinta fuit opinio,& hæc videtur receptior, & in practica seruata, prout etiam testatur Farin. in pract. crim.p.2.tit.de reo confess.& conuict.q.86.n.43. & 48.
2 quod scilicet probabilia argumēta sunt illa, ex quibus oritur probatum indicium,secundum Fely. in c.afferte n.9.in fi.de præsump. quē sequuti sunt Gramm. in vot. 11.n.22.& in cons.1.de foriud.n.64.& seq. Carer.in pract.in 3.tract. de homic. & assassin. §. circa igitur tertium,verb.de homicidio commisso num. 20. & seq. Brun. cons.crim.115.n.80.tom.2. Petr. à Plaz.in epith. delict.c.19.n.14.lib.1. Monticell.in reg. crim.8.n.24.in fi. vers.prædicta autem, quamuis in materia assassinij non requirantur indicia indubitata,& sic,quod eo casu probabilia argumenta non sint idem quod indicia indubitata,dixit communem,Boss.in tit.de conuict.n.55. in fi.& in tit.de indit.n.201. & videtur etiam de mente eiusdem Monticell.d.reg.crim.8.num.23.

RESOLVT. XXXVII.

Text. in cap. pro humani de homicidio in sextò, an locum habeat, si occisus non fuerit Christianus.

1 *In crimine assassinij debet constare de criminis qualitate.*
2 *Assassini dicuntur ij, qui præmio homines occidunt, seu occidere faciunt etiam si sint Christiani.*
3 *Si occisus non est Christianus, non dicitur proprie assassinũ.*

1 IN casu proposito, dicebam in materia assassinij: In primis, & ante omnia constare debere de eiusdem criminis qualitate, secundum Paris. in cons.166.n.4.& seq. lib. 4. & Mascard. de probat.lib.1.concl.137.n.5. vers. Intellige hanc ampliationem, vbi de communi,& faciũt quæ dixit Farin. in sua pract.crim.in tit.de inqui. q.7.n. 11.& q.8. n.85. & 86.Cuius delicti qualitatem, probari argumentis probabilibus,voluit Alex.in cons. 176.n.5.lib.7.Monticell.reg.crim.8.num.19. vnde cum quærere de persona occisa,concernat qualitatem istius delicti;dubitatur an tex.in c.pro humani de homicid.in sextò, locum habeat, si non fuerit occisus Christianus. In quo articulo licet aliqui dixerint,assassinij nomẽ,nõ verificari nisi in certo genere personarũ, videlicet Saracenorum,qui dominis imperantibus,christianos homines olim occidebãt:Inter quos fuit Couar.var.resol. lib.2.c.20 sub n.10. post princ.vers. sed vt ad assassinos redeam fol.666. in parua impressione,sequitur,Petr. à Plaz. in epith.delict.lib.1.c.19.n.3.relat.per Brun.à Sole q.34.n.9.tamen communis, & à cõsuetudine approbata est opinio,quod indistinctè,& generaliter dicũtur
2 assassini,omnes qui præmio homines occidunt,seu occidere faciunt;sicuti senserunt plures relati per eumdem Plaz. d. cap. 19.post n.2 vers. pleriq;tamen.Boss.in tit. de manda. ad homicidium n.16. Clar. in pract.§.assassinium in princ. Brun. à Sole d.q.34.n.5. & 6.& post n. 8.iuncto n.19. & seq. & n.15.post med.Decian.in tract. crim. tom.1. lib. 4. c. 8. n.79.& seq.fol. 161.

3 Tamen si occisus non fuerit Christianus, tunc nõ dicitur propriè commissum assassinium,nec locum habet dispositio tex.nostri in c.pro humani secundum cõmunem Doctorũ opinionẽ,de qua per Boss. in tit.de mãd. ad homicid. n.22. Couar.variar. resol.c.20.n.10. vers. hinc apparet fol.669.Petr.à Plaz.d.c.19.n.29.Cla.in d. §.assassinium in princ.Mascard.de probat.lib.1.cõclus. 138.n. 13. Peguer. decis.crim.5.num.19. ad med.& ab hac communi non crederem esse recedendum in iudicando, quamuis de ea non sine probabili ratione dubitari iudicatur,Brunon.à Sole d.q.34.num.23.& 24.

RESOLVT. XXXVIII.

Ad effectum tradendi Iudicibus sæcularibus reos confugientes ad Ecclesiam pro delictis qualificatis, de quibus in Bulla Gregorij XIV. an sit necessarium, quod qualitates ipsorum criminum, plenè, & concludenter probentur.

1 *Plena requiritur probatio qualitatis delictorum ad effectũ remittendi Iudici sæculari reos qui ad Ecclesiam confugerunt.*
2 *Qualitas tribuens iurisdictionem, non præsumptiuè est probanda,sed concludenter.*
3 *Quando lex requirit probationem, intelligitur de probatione plena.*

RAtiones dubitandi pro opinione negatiua sunt in frascriptæ. Primò,quia vbi qualitas tribuens iurisdictionem, probanda est in iudicio præparatorio, & similiter postea in iudicio principali,vel ante litem cõtestatam ad fundandam iurisdictionem, & post litem contestatam ad obtinendum in meritis causæ,tunc sufficit summaria probatio in iudicio præparatorio, vel ante litem contestatam, & plena requiritur in iudicio principali,vel post litem contestatam,ita Iac.Butr.in l. præscriptione col.3. ad fi. vers.& primo quæro C.si cõtr. ius,vel vtil. publ. & ibi Bar.n.7. & 8.Bal.n.32.& 33. & seq.Anch.in c.postulasti num.35.de for.comp.& in c. ea q. de reg. iur.in 6.n.14.Abb.in c.si clericus num.16. vers.sed quia de for. comp.& ibid.Socc.n.6.& indistinctè,quia summariè probanda est ista qualitas à principio,si negetur,dicunt Felyn. in d.c.si clericus n.2.vers. limita secundo, de for. comp. Alex.in cons.1.n.8.lib.5. Tiraq. in tract. de retract.lignag.§ 8.glo.5.n.19.Vant. de nullit.tit. ex defect.iurisd.n.53. vers.& si à principio, qui ferè omnes testãtur de communi: Cum igitur qualitates in dicta Bulla expressorum criminum, ne dum sint probandæ coram Iudice Ecclesiastico ad effectum traditionis confugientium, & fundandæ iurisdictionis Iudicis sæcularis in ipsos reos,non obstante immunitate, verum etiam coram Iudice ipso sæculari in ipsorũ reorum condemnationem,videtur quod coram Iudice ecclesiastico summaria probatio sufficiat.

Secundò,quia in remissione rei ad suum Iudicem faciẽda,vt ab eo puniri possit, sufficit aliqualis cognitio remittẽtis,gl.in clem. Pastoralis in verb.de onere vers. dicunt de sent. & re iud. & ibi Zab.in §.deniq; n.16.Io. de Imol. n.96. Bonif.n.57. Abb. in c.fi.num.18. de for. comp. & ibi Aret.n.21.Socc.in d.c.postulasti n.15.eod. tit.Oldrad.cons.224.n.4.Bal.in l.1.in 1.oppos.C.vbi de crimine agi oportet,Franc. Marc. dec 400.n.6. & Peguer. de c.66.n.18.etiam inter Principes, inter quos vigent conuentiones,vt delinquentes remittantur ad locum delicti,Cæpol.cons.59. col. 11. in princ. & Boss. in tit. de for.comp.n.50.in fi.

Tertiò, quia in dicta Gregoriana cõstitutione cauetur,quod Prælati sibi tradi,& consignari faciant delinquentes,qui aliquid ex delictis ibi expressis,iudicio suo commisisse videbuntur:Hæc.n. verba(iudicio suo)licet sui natura importẽt boni viri arbitriũ,l.Thais §.Lucius ff.de fideicom.liber.secũdum intellectum Bar.in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur n.4.quẽ sequitur Alex.in l.si sic legatum n.2.ff.de l.1.& in cons.33.n. 2.lib.1.glo.in c. tria in verb.iudicauerit 36.q.2. Fely.in c 1.n.55. paulò post princ.de const.& Menoch.de arb. iud.q.8.n.14.& seq.Attamẽ cũ ea iungantur illi verbo (videbuntur) quod pariter idem boni viri arbitriũ tribuit,l.fideicõmissaria libertas,l.2.§. quod si ff.de fideicom. liber. cũ alijs cumulatis per Menoch.loco proximè citato n.2. sicq; verba denotantia arbitrium boni viri fuerint geminata,videntur importare liberum Ordinarij arbitrium, vel aliquid amplius operantur, quã si absq; ipsa geminatione fuissent prolata, iuxta regulam,quam tradit Fely. in c.nonnulli n.14.vers. pro ista fallentia de rescrip.& ita in puncto consuluerunt Corn. cons.38.n.6.volu.4.Crauett.cons.201.num.42. vol.1.& Bet.ad cons. Ias.4.n.13.lib.3.

Quartò, quia etiam in terminis assassinij sufficiunt argumenta probabilia ad hoc, vt assassinus habeatur tamquam excommunicatus, depositus, & diffidatus, Dec.in cons.188.num.4.Boss.in tit.de mand.ad homic. num.20. circa princ. vers. sed veritas est,Plaz. in epith. delict. lib. 1. c.9.n.15. & 16. Clar.in §. assassinium n.6. Catal.de indul.c.32.n.34.& Gut.pract.q.lib.3.q.7.n.21

Quintò,& vltimò,quia pluries fuit indicatum in Regno Lusitaniæ,& Aragonum, quod sola indicia nõ sufficientia ad pœnam ordinariam, sed tantum ad pœnã extraordinariam, vel ad torturam, satis sint ad effectũ denegandi hanc Ecclesiarum immunitatem, vt apud Gramm.in dec.179.& 281.& apud Portales in Schol. ad Molin.in §.clericus foro 8.q.9.

Contrarium tamen videtur verius, plenam scilicet probationem desiderari, quæ opinio ex infrascriptis

euidentissimè probatur. Primò, quia capti in Ecclesia habent regulam immunitatis Ecclesiæ pro se, cap. inter alia, cap. penult. & fin. de immunit. eccles. cap. sicut antiquitus 17. qu. 4. qui autem habet pro se regulam, dicitur etiam pro se habere iuris præsumptionem, l. ab ea parte ff. de probat. glos. in rub. de reg. iur. nu. 6. vers. & dicitur regula, Alciat. de præsump. reg. 1. presump. 28. n. 6. ergo qui dicit casum non comprehensum in regula immunitatis ecclesiasticæ, cum faciat assertionem contra præsumptionem iuris, eam debet concludentissimè, & euidentissimè probare, l. fin. in fin. princ. & ibi omnes ff. quod met. caus. Abb. in c. quia verisimili in 2. not. de præsump. Aymon. de antiq. tempor. part. 2. sed ex premissis num. 6. & seq.

2 Secundò, quia qualitas tribuens iurisdictionem, non presumptiuè, & per indicia, sed concludenter probari debet, l. 2. §. sed si dubitetur ff. de iud. Par. Put. de sind. in verb. iudex c. 2. n. 13. vers. Iudici semper debet constare Benint. dec. 18. n. 3. And. Gayl. de pac. publ. c. 13. n. 12. & seq. lib. 1. ergo dum pro Curia sæculari instatur carceratos sibi consignari tamquam subditos suæ iurisdictioni, propter qualitatē commissi delicti, debet ipsum delictum, & qualitatem plenè probare per prę allegata.

3 Tertiò, quando lex probationē requirit, intelligi debet de probatione plena, & vera, non autem de præsūptiua; patet, quia quando eadem lex voluit esse contēta argumentis, & præsumptionibus, expressè dixit, vt in l. non omnes §. à barbaris, ibi argumentis cognoscendum est ff. de re milit. & in c. pro humani ibi; & postquā probabilibus constiterit argumentis, de homic. in 6. & alibi sæpissimè: verum Bulla Gregorij non solum non expressit hoc, sed etiam expresè voluit, vt verè constet Ordinario crimen tale commissum, propter quod immunitas Ecclesiæ non habet locū, vt patet in illis verbis, an ipsi verè crimina superius expressa cōmiserint. Inn. in c. cum causam col. 2. vers. illud autem ext. de iur. calu. vbi dixit, quod vera esse diximus, & quæ vel proprijs oculis inspeximus, vel alias indubitāter nouimus, ergo non ea quæ præsumptiuè tantū credere possumus.

Quarto, nostra constitutio non solum specialiter, sed per modum conditionis, voluit prius constare de veritate criminum commissorum, antequam criminosi Curiæ sæculari tradantur, vt patet in illis verbis (constito prius per Episcopum vt ipsi verè crimina superius expressa cōmiserint) ideo talis probatio non sufficit præsumptiua, sed debet esse plena, & concludens, l. Lucius, & ibi Bar. ff. de cond. & demonst. Natt. cons. 29. n. 3. & cons. 202. n. 8. & seq. lib. 1. Par. cons. 104. n. 9. & seq. lib. 4.

Quintò, quia ita in specie censuerunt Auend. ante dictam Gregorian. const. in tract. de exequend. mand. reg. lib. 1. c. 22. n. 9. vers. nam supradicta, & in c. fin. nu. 149. vbi num. 161. subdit, quod suspecta diceretur, & iniqua praxis, quæ in tertij ad Ecclesiam confugientis, & eiusdem Ecclesiæ præiudicium, vellet semiplenam sufficere probationem, Ambros. in tract. de immun. & liber. eccles. c. 11. num. 4. & seq. & dixit Farin. cons. 76. num. 21. cui se subscribit Falcon.

Non obstant contraria, præsertim illud de crimine assassinij, quia respondetur id specialiter esse in crimine assassinij cōstitutum, ob illius criminis atrocitatem, & immanitatem, Aret. in c. cum non ab homine num. 59. in fin. de iud. Fel. in c. afferre num. 6. de præsumpt. Clar. in §. assassinium num. 6. Catalan. de indult. c. 32. n. 34. Gutt. pract. quæst. lib. 3. q. 7. num. 21.

Non obstant secundo, decisiones Senatus Lusitaniæ, & Regni Aragonum, quia respondetur, Gramm. fateri istud negotium dubio non carere, imò dubitatissimum esse, & Rotales asserere, quod decisiones per eum relictæ impugnantur à doctissimis viris, & contrarium debuisset declarari, & verè ex prædictis liquet, eas decisiones non esse iuri consonas, & ideo non attendendas, cum legibus, & non exemplis sit iudicandum, l. nemo C. de sent. interloq. omn. iud. qua de re plura cumulat Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 1. q. 1. n. 14. & seq.

Verum post hæc scripta prodijt in lucem secundum volumen consiliorum Farin. in quo est impressum cons. 168. in quo etiam comprobatur hæc eadem opinio, sed in additionibus Farin. in calce eiusdem consilij attestatur, Clementem VIII. declarasse sufficere sola indicia ad probandam qualitatem Bullæ.

RESOLVT. XXXIX.

Nùm ex solis Canonicis, Capitulum Ecclesiæ constet.

1 *Potest esse, quod quis habeat vocem in Capitulo, quamuis non sit Canonicus.*

2 *Portionarij habentes vocem in Capitulo, sunt de Capitulo.*

EX Concil. Trident. sess. 25. can. 6. de reform. cauetur, quod Capitulum Ecclesiæ Cathedralis in initio cuiuslibet anni eligat duos ex Capitulo, de quorum consilio Episcopus, vel eius Vicarius, tam in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiuè, procedere teneatur.

Hoc supposito, dubitatur nunc, num Portionarij Ecclesiæ Calciaten. qui per dec. Rot. declarantur esse de Capitulo dictæ Ecclesiæ, potuerint tamquam Capitulares eligi in Coniudices causarum criminalium aduersus Capitulares?

Pro parte negatiua facit, quia de iure, soli Canonici faciunt Capitulum, nec Portionarij sunt de Capitulo, vt fuisse decisum testatur Rot. Diu. in dec. 411. p. 1.

Secundo, quia priuilegia non sunt multiplicanda, l. 1. C. de dot. promiss. sed cum Portionarijs in priuilegium sit concessum, quod sint de Capitulo, non videtur debere permitti, vt possint eligi in Coniudices.

1 Contraria tamen sententia tenenda est, ex duobus. Primò, ex dec. Achill. de Grass. 1. de his quę fiunt à maiori parte Capituli, vbi fuit decisum, quod potest esse, vt quis vocem in Capitulo habeat, quamuis non sit Canonicus.

Secundò, quia Concilium generaliter loquitur, & indifferenter, scilicet quod debēt eligi duo de Capitulo, ergo comprehendit Portionarios habentes vocem
2 in dicto Capitulo, qui sunt de Capitulo, quia quibus conueniunt verba dispositionis, eis quoque conuenit, & ipsa dispositio. l. 4. §. 1. ff. de damn. infect.

RESOLVT. XL.

Pater, qui filium anniculum in lecto, & non in cuna retinuit, si reperiatur suffocatus, mortua vxore, an possit ad sacros ordines ascendere?

1 *Si infantes reperti sunt suffocati iuxta suos parentes, argumentum est quod sunt in culpa, secus verò si positi sunt in cunabulis.*

2 *Leuis culpa est, quando parentes posuerunt in lecto paruulos filios, sed in loco remoto, grauis verò quando posuerunt in loco propinquo penes se.*

3 *De iure prohibitum est parentibus tenere infantes in lecto.*

IN casu mihi proposito respondi, præfatum consulētem esse omnino irregularem, & consequenter nullo modo posse ad sacros ordines ascēdere, mortua vxore, & motus fui ex eo, quod supradictus non caruit culpa, & sic homicidium, eius causa fuit subsecutū; Igitur erit cēsendus irregularis, ad tex. in c. de cætero, & quod ibi communiter notatur, de homic. Quod autem pater fuerit in culpa; apertè demonstratur in c. fi. & ibi Host. in princ. de infant. expos. vbi dicitur, & si iuxta ipsos, infantes reperti sunt suffocati, facile est culpam agnoscere, quia vel non debebant dormire, vel ipsos tenere in

cunis, propter maiorē securitatē, & Marian. Socc. ibid. n. 1. dicit esse tex. notab. cōtra parētes qui pueros suos in lecto tenent penes se, quia sunt in culpa, & n. 5. vers. si vero nulla culpa, expresè dixit, tunc nullam esse culpam, quando puer fuit positus in cunabulis, Abb. ibid. in vers. gl. prima, dixit, grauē culpam esse quando parentes ponunt paruulos filios apud se in lecto: leuem, quando posuerunt in loco remoto: nullam quando reperitur mortuus in cunabulis, Anan. ibid. ante n. 1. vers. & pondera benè istum text. & num. 10. in fin. vbi refert verba Abb. in eodem loco, & voluit etiam idem Host. in summa eodem tit. §. quando, & qualis num. 3. vers. si quis sponte, vbi dixit: maiorem esse pœnitentiam agēdam à parentibus, si pueri in lecto suffocantur, quam si in cunis, qui Doctores apertè sentiunt, hanc culpam non leuem, sed grauem esse, præsertim quando talis retentio in lecto est facta contra præcedentem monitionem, de qua in cap. consuluisti 2. quæst. 5. vt per Abb. in dicto cap. fin.

2

3 Rursus, quod parentes fuerint in culpa, ostēditur ex eo, quia iure prohibitum est parentibus tenere infantes dormientes in lecto, & propterea monendi, & protestandi sunt ne eos in lecto teneant, ne eorum negligentia suffocentur, vel opprimantur, vnde ipsi homicidij rei iudicantur, verba sunt text. in cap. consuluisti 2. quæst. 5. ergo ne dum in culpa, sed etiam in dolo esse dicuntur; tum quia faciunt cōtra prohibitionem legis, Cyn. in l. dolum vers. præsumitur, & ibi etiam Alber. num. 2. C. de dol. Tum etiam, quia faciunt contra monitiones, & protestationes, l. ait prætor §. si quis particeps. & ibi DD. ff. de his quæ in fraudem credit. Menoch. de præsumpt. lib. 5. presumpt. 3. num. 81.

RESOLVT. XLI.

Notabilia memoratu in materia exemptionis.

1 *Prothonotarij, & Comites Palatini subsunt iurisdictioni Ordinarij.*

2 *Capellani Regij non sunt exempti ratione beneficiorum quæ extra Capellam Regiam sita sunt.*

3 *Seruientes Ecclesijs Religiosorum militum gaudeāt exemptione, dummodo actu seruiant, & intra domos earundē resideāt, sub obedientia viuant, & professionem fecerint.*

4 *Familiares Cardinalium sunt subiecti Episcopo ratione beneficiorum.*

IN discusu cuiusdam causæ in Cur. Archiep. vertentis, collegi multa in materia exemptionis, ex Conc. Trident. more, sess. 24. c. 11. de reform.

1 Primò, disposuit circa exemptos, qui solent esse magnæ perturbationis Ordinarijs locorum; nam statuit primo, vt tā Prothonotarij, quā Comites Palatini, vel alijs titulis decorati, subiaceāt dictioni locorum Ordinariorum, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatorum.

2 Secundo, quoad Capellanos Regios, dicit obseruari cap. cum Capella de priuileg. vbi habetur quod dum actu seruiunt, sunt exempti à iurisdictione prædicta, tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam Capellaniam, correptioni, & iurisdictioni memoratæ subsint, Innoc. in d. cum Capella num. 2. & in c. recepimus n. 1. eod. tit. facit, quod Officiales Regij gaudent priuilegio exemptionis, dum existunt sub seruitijs Regis, ita Affl. in constit. Mag. Cur. notab. 4. num. 4.

3 Tertiò, Seruientes Ecclesijs Religiosorum militū, seu domib. quarum cumq; militiarum, gaudere etiam vult exemptione prædicta, modo habeāt has circūstantias. Prima, vt actu seruiant. Secunda, vt intra eorum septa, ac domos resideant. Tertia, vt sub eorum obedientiam viuant. Quarta, vt professionē earū militiarū faciant, de quibus cōstare debeat Ordinario, c. porrò de priuil. gl. in d. c. cum Capella in vers. in quantū: hoc idem cōfirmatur à Gregor. XIII. Bull. 68. fol. 1295. Idem censuit Sacra Congreg. declar. 169. & ita fuit obtentū in facto Romæ, & Neap. in causa presbyterorum seruientium cuidam Parochiæ in S. Ioan. Hierosol. Terræ Pulcini Beneu. diœcesis, qui prætendebant exemptionem à iurisdictione Archiepis.

4 Quartò, quoad familiares Cardinalium, vel residentium in Romana Curia, vult, vt ratione beneficiorum, quæ obtinent in aliqua diœcesi, subiaceant iurisdictioni ipsius Ordinarij: Immò omnes quoad ea quæ pertinent ad beneficia, quæ possident, sunt subiecti Episcopis ratione illorum, Nau. conf. 9. de iur. iuran.

RESOLVT. XLII.

An credatur Birroarijs dicentibus cœpisse reum in loco non sacro, an reo dicenti se captum in loco sacro?

1 *Non est credendum Birroarijs dicentibus non cœpisse reum in loco sacro, nisi eorum dictum coadiuuetur aliquo adminiculo.*

2 *In dubio tenenda est illa opinio, quæ magis fauet Ecclesiæ.*

PErpulchra, & solemnis quæstio est, an credendum sit Birroarijs dicentibus cæpisse reum in loco non sacro, & sic extra Ecclesiam, vel fines Ecclesiæ; An vero capto, seu delinquenti dicenti, se captum fuisse in loco sacro; Decian. inquit, quod nō creditur Birroarijs id asserentibus, vt scriptum reliquit in cap. 25. num. 23. vers. hic quæri potest lib. 9. rer. crimin. & melius in c. 29. n. 20. vers. ic. item quæro lib. 10. Contrarium videtur tenere Io. Bapt. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 30. num. 24. lib. 5. sentent. vbi ait, quod non obtineretur in practica illud quod dixit Decia. quia oēs Rei dicerent se captos esse in loco sacro: Ego dico quod Iudex adhibere debet omnē diligentiam ad inueniendum veritatem, interro-

1 gando Reum, & Birroarios separatim super facto, & eius circumstantijs; & si dictum Birroariorū adiuuabitur aliquo adminiculo eidē adhærebit, dummodo aliud non concurrat ad fauorem Rei; Attento, quod nemo præsumitur delinquere, l. merito ff. pro socio; prout deliquissent Birroarij, si reum è loco sacro extraxissent, & commisissent sacrilegium, cap. frater, cap. si quis cōtumax, & cap. si quis 17. q. 4. l. præsenti, & tot. tit. C. de his qui ad eccles. confug. quod si nihil emergit, teneo quod Decian. benè loquatur, cū alleget iura, & rationes, cur Birroarijs non credatur; tanto magis quia Baiar. nihil allegat, & credo quod in practica illud obseruatur, quod est iure, & ratione munitum, præsertim à Iudicibus Deum timentibus, & facientibus iustitiam; & eo magis, quia cū hi duo Doctores sint contrarij, res dubia videtur, vt ait Mars. in l. fin. sub. num. 212. in fin. ff. de iurisdict. omn. iud. & Marian. Soccin. Iun. in l. qui Romæ §. duo frates num. 74. & num. 75. ff. de verborum obligation. & Alexand. conf. 222. num. 10. volum. 2. & in du-

2 bio pro Ecclesia iudicandum est, ait Speculat. in titul. de testib. §. postquam de testib. n. 7. & Cephal. in cons. 752. num. 35. volum. 5. & Alexan. in l. inter patres num. 4. vers. qui autē sint isti casus ff. de re iud. vbi ait, quod illa opinio quæ fauet Ecclesiæ, amplectenda est; idem notauit ibi Iaso. num. 1. vers. amplia istum text. cū clarum sit immunitatem datam esse Ecclesijs, & locis sacris, ob reuerentiam, quæ illis præstanda est, cap. si quis contumax 17. quæst. 4. Petr. de Ancharan. in cons. 329. dubitationē facit in princ. & Decian. in dicto cap. 25. sub num. 1. in fin. lib. 9. rerum criminalium: & sic opinio Decian. tamquā fauens Ecclesiæ, & eius immunitati in dubio tenenda est, ob honorem, & reuerentiam Dei, & charitatem, & pietatem proximi: Cum ad hæc immunitas confugientium ad Ecclesiam introducta sit, vt attestatur Remig. in tract. de immun. eccles. in regul. n. 2. vers. ratio illius regulæ.

RE-

RESOLVT. XLIII.

Locum esse exemptum, & nullius iurisdictionis, an differant?

1 *Implicat quod locus sit nullius diœcesis, & quod sit exemptus.*
2 *Loca exempta sunt visitanda per Episcopum in cuius diœcesi sunt sita, loca verò nullius diœcesis sunt visitãda per viciniorem Episcopum, vti Delegatũ Sedis Apostolicæ.*

REspondi cum decis. Rotæ in vna Volaterանen. 24. Ianuarij 1581. corã Brauo, cuius tenor est videlicet; Circumscriptis infra dicendis, fuit per Dominos resolutum, R. D. Episcopo Volaterano competere ius visitandi in Archipresbyteratu Collis, siue enim dicamus huiusmodi Archipresbyteratum non esse exemptum, quo casu iure communi, & ex decretis Sac. Cõc. Trid. posse Episcopum visitare, haud dubium est, c. cum non liceat de præscript. c. 1. in princ. de censib. lib. 6. & cap. 6. sess. 24. Concil. Trident. cum alijs, siue sit ipse exemptus, quia tunc licet non vt Ordinarius, tamen tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus poterit visitare, vt pluribus in locis disponit Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. & sess. 14. capitul. 4. & sess. 25. cap. 8. & sess. 24. capitul. 10. non obstant adducta per Reuerendiss. D. Archipresbyterum, quæ enim de exemptione dicuntur, ex sententia, & priuilegio Innocentij non faciunt, cum in multis ibi sub iurisdictione sui Episcopi subiectus reponatur Archipresbyter, & ita sententia non potuit eum exemptum appellare; sed esto quod esset, adhuc ex dictis decretis Concil. subest Domino Episcopo quoad visitationem. Tum etiam, quia constat, quod sit in diœcesi in hac causa facta sub die 13. Iunij præteriti, & quod sit nullius diœcesis, nõ docet dictus Archipresbyter: & sibi inuicem pugnant, quæ pro
1 eius parte deducuntur; implicat enim, quod sit nullius, & quod sit exemptus, quia quando aliquis est nullius; nec locus est in diœcesi, nec de diœcesi, idem enim huiusmodi nomen designat; quando autem est exemptus, licet tunc non sit de diœcesi, adhuc tamen est in diœcesi, vt per Abb. in c. ad Apostolicæ num. 3. de donat. Felyn. in c. graue col. 5. de priuileg. Petr. de Vbald. de Canonic. port. c. 4. q. 6. num. 11. exemptio enim cum sit priuatio, vtiq; præsupponit habitum, iuxta vulgata iura, id enim proprietas nominis designat, exẽptus, vt s. quod vni cõceditur, ab alio auferatur, vt in rubr. & in l. 4. ff. ne quis eũ qui in ius voc. est vi exeat, l. is cũ quo ff. de pecul. & hoc discrimen cõstituit Conc. Trid. d. sess. 24. c. 9. cum ibi loca exempta per Episcopum de cuius
2 diœcesi sunt, vt Apostolicæ Sedis Delegatũ permittat visitare, quæ verò nullius, per viciniorem, non etiam suffragantur authoritates dicti Archipresbyteri, quod locus exemptus constituat territoriũ de per se, de quo per Franc. in c. 2. n. 10. vbi Anchar. de const. cum multis adductis per Roland. cõsil. 33. vol. 3. quia omnes ibi loquuntur per modum equiparationis, & improprie, & quoad certos effectus realiter distinguũtur, ex latè traditis per Felyn. in d. c. graue colum. 1. 2. & 3. Sed omnẽ tollit difficultatem, quia dum agatur ad effectum visitationis. Conc. Trid. non curauit de ista equiparatione. sed eo casu constituit Episcopum posse visitare tanquã Delegatum Sedis Apostolicæ: ex quibus apparet discrimen esse inter diœcesi, vel de diœcesim, vel nullius; nec minus opitulatur decretum Sacræ Congregationis, de quo in secundo præsupposito, quia ibi Illustrissimi Patres dixerunt quod Archipresbyteratus Collis, sit in statu nullius, nec terminarunt, sed præsupposuerunt; quod si verũ nõ est, visitatio pertinet ad Reuerendiss. D. Episcopũ, ex c. 9. sess. 24. Cõc. Trid. & ex alijs supra deductis; Nec etiam applicatur doctrina Innocen. in c. bonæ, il secondo. n. 4. de postul. prælat. quam sequitur Bal. in l. 2. q. 15. n. 35. C. de seruit. & aqu. quia non dicit id, ad quod allegatur, sed quod Episcopus potest habere ius in aliena diœcesi, puta ex præscript. vel priuilegio, vt per Abb. in c. super eo de Paroch. n. 6. vbi infert ad Episcopũ Fesulã. qui habet in diœcesi Florẽt. Ecclesiã subiectam, cum toto populo illius Parochię, vt per Gemin. in c. statutũ §. cũ vero n. 3. de rescript. in sexto, probatur in c. cũ olim, & c. auditis de præscrip. vbi Abb. præscribit iura Episcopi in certis Ecclesijs, quæ quidẽ Dominis placebat, nisi D. Archipresbyter probet se esse in statu nullius, seu taliter exercere iura Archipresbyteralia in suo Archipresbyteratu, vt ex hoc dici possit habere territoriũ separatũ, vt alias fuit dictũ per Dominos in illa Salmaticẽ. iurisdictionis 9. Maij 1580.

RESOLVT. XLIV.

An exemptus, qui renunciauit exemptioni, postea delinquens, sit remittendus Iudici ordinario.

1 *Exemptus non potest liberè renunciare exemptioni.*
2 *Exemptus non potest se submittere iurisdictioni Ordinarij, sine permissione eius cui subiacet.*

1 NEgatiuè respondent cõmuniter DD. quia exemptus non potest liberè exemptioni renunciare, Abb. in c. si contra num. 4. de off. Ordin. & in c. 1. n. 9. de re iud. Fel. in c. 1. num. 15. de off. Deleg. & in c. fi. de for. comp. Anan. in c. cum tempore num. 6. & seq. de arbitris, Fusc. in tract. de visit. lib. 2. c. 8. n. 11. Menoch. in cons. 39. num. 9. & seq. vol. 1. & in cons. 723. vol. 3. Burs. in cons. 32. num. 10. & seq. vol. 1.

2 Quibus addo in terminis decis. Rot. Camer. Imperial. in verb. exemptio, vbi dicitur quod exempti, etiam & si maximè vellent, non possunt ex quacumq; causa se submittere iurisdictioni Ordinarij; sine permissu eius, cui subiacent.

3 Non obstat, quod quilibet iuri pro se introducto renuntiare valeat, l. si quis in conscribendo C. de pact. & c. ad Apostolicam de regular. quia iura respiciunt alterius fauorem, quia cum per exemptionem sit effectus, subditus Papæ, non potest sine eius expresso consensu renunciare, c. cum accessissent, vbi Felyn. de constit.

RESOLVT. XLV.

An quis possit excommunicari pro futuris culpis? declaratur text. in c. Romana §. caueant, de sent. excom. in sexto.

1 *Excommunicatio non potest ferri pro futuris culpis nisi mora procedat.*
2 *Potest excommunicari quisquis furtum fecerit, & declaratur c. à nobis 1. de sent. excom.*

ILlustris. Dominus meus Cardinalis Spinellus antequam vltima vice Romam rediret, præuidens nonnullos futuros excessus in sua diœcesi, protulit sententiã excõmunicationis pro futuris culpis, & excessibus genericè; quare consultus si potuisset id fieri, respondi, dubitationẽ mihi facere tex. in c. Romana §. caueãt de sent. excom. li. 7. caueãt igitur inquit (loquẽs in Iudices Ecclesiasticos) nè tales sententias excõmunicationis, siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris culpis (videlicet) si tale quid fecerint, vel etiam pro iã commissis sub hac forma, si de illis infra tale tẽpus nõ satisfecerint, proferre præsumãt, nisi mora in exhibenda satisfactione huiusmodi, vel culpa, seu offensa præcesserit, quib. meritò ad iniugẽdam satisfactionem huiusmodi, & talia præcepta facienda inducantur, ex quo textu manifestè deducitur, prout ibi cõmuniter, & alibi

Doctores probant, pro futuris culpis non debere sententiam excommunicationis in quemquam infligi cũ tanta censura, & tam grauis pœna presentem culpam exigat: Nã licet possit ab initio, vnica monitio trib. distincta dilationibus pro trina solemni monitione assignari, vt in c. constitutionem de sent. excom. lib. 6. in vers. statuimus, ibi, siue vna pro omnibus, vbi gl. cõmuniter recepta, secundum Couar. in c. alma mater 1. part. §. 9. n. 5. eod. tit. & lib. Attamẽ, quod ab initio precepti statim sub conditione futuræ offensæ, atq; contumaciæ, excõmunicatio, prout ex tunc feratur, & pronuncietur iniquum prorsus, atque ab omni iuridica ratione alienum videtur: quare meritò Petrus Ancharan. cõs. 60. licet in specie huius praxis nõ meminerit, illã tamẽ abhorret, quia improbat talem modum ferẽdi sententiã excommunicationis cum sit cõtra dictũ §. caueãt, & expresè affirmant DD. in c. 2. de testib. cogen. præcipuè Anton. de Butr. Imol. Abb. & Felyn. quamuis Panorm. ibi eam defendere conetur: vnde Romanus in l. si quis accepto ff. de condit. ob caus. dixit quod si Iudex absoluit à sententia excõmunicationis, vel banni, vel edicti, quod si vnquam absolutus, talia de nouo attentauerit, in easdem pœnas reincidat, talis adiectio non valet per dictũ §. caueant, quia talia præcepta debent sequi culpã, nõ verò præcedere, & in terminis prædictæ praxis, quod talis comminatio sub pœna excõmunicationis sit nulla, tenet Ioan. de Anan. in cap. 1. de sagit. col. penult. in vers. ex prædictis, & secundum Guttier. lib. 1. canonicar. quæst. c. 4. Ratio redditur, quia prædicta excõmunicatio lata à b homine, ex eo non valet, quia tractus futuri temporis non spectat ad eum, vt in l. non quemadmodum ff. de iudic. & in l. 1. ff. de vsur. ita gl. in d. §. caueãt, verb. futuris ad fin. quam ibi sequuntur DD. præcipuè Ioan. Andr. item, & Ioan. Monach. n. 4. Ias. in l. si vnus §. pactus ne peteret in princ. ff. de pact. Nau. in Man. latin. cap. 27. num. 9. Couar. vbi supra §. 9. n. 5. vers. trina verò, & testatur communem ibid. in §. 10. num. 1.

Omnibus sic probatis contrarium iudicaui, scilicet prædictam excommunicationem à dicto Illustrissimo latam, fuisse validam, motus ex infrascriptis.

2 Primò, per text. in c. à nobis, il primo, vbi DD. communiter de sent. excom. in quo text. fuit decisum, excommunicationem generalem posse in hunc modum ferri: Quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus, quem tex. pro singulari ad hoc commendat, Hypp. sing. 16. Cenedo part. 3. coll. 8.

Secũdò, per tex. in c. vt animarum §. statuto de constit. lib. 6. quo in loco cautum est, posse Episcopum pro futuris culpis & excessibus quempiam excõmunicare, sequitur Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 10. in princ. Spino in Specul. testam. gl. 11. n. 17. Guttier. d. li. 1. c. 4. in princ.

Tertiò, per text. in c. præterea, il secondo, de appell. in quo loco præmittit Pontificem posse quem excommunicare ea conditione, si intra decem dies nõ satisfecerit, aut nõ soluerit; ad contraria respondet Couar. Guttier. Didacus Spino, & Cenedo, locis supra citatis.

RESOLVT. XLVI.

Ecclesia S. Restitutæ, habeat nè ius sepeliendi filios familias habentes sepulturam maternam?

1 *Decedentes sine electione sepulturæ, qui non habent proprium sepulchrum, sepeliri debent Neap. in Ecclesia S. Restitutæ.*
2 *Sepeliri debet quis in sepulchro maiorum.*
3 *Appellatione maiorum veniunt ascendentes, tam ex linea paterna, quam materna.*
4 *Si nullus existat ex agnatione matris, filius habet ius in sepulchro materno.*

CVm in Ecclesia Sanctæ Restitutæ huius Ciuitatis Neapol. ex priuilegio Apostolico Bonifacij Papæ IX. attestantis de immemorabili consuetudine; sepeliri debeant omnes decedentes absque electione sepulturæ: quare fui interrogatus, an filius familias qui decessit sine electione sepulturæ, habet tamen sepulturã matris, sepeliendus sit in dicta Ecclesia S. Restitutæ, an vero in sepultura materna? & dubitationem faciebat pro opinione negatiua dictum Panorm. in c. ad abolendam n. 5. de sepultur. vbi voluit neminem posse in alieno sepulchro sepeliri, & iuxta hãc opinionem iudicauit Rota, vt patet in eius decis. 40. & in decis. 797. lib. 1. Diuersor. Grillenzon. cons. 154. Secundò, ad hoc faciebat, quod filius, patris sepulturã, non matris sequitur, Petr. de Vbald. in tract. de Canon. port. c. 9. n. 17. Medices de sepultur. q. 29. Brun. consil. 23. Alban. cons. 63. vol. 1. & Grillenzon. loco citato nu. 4.

2 Contrarium tamen censui, motus ex tex. in c. 1. de sepultur. vbi habetur quod non habens sepulturam, sepeliendus est in loco maiorum; & certum est in iure, appellatione maiorum, venire tam ascendentes ex linea paterna, quam materna, l. maiorum, vbi Rebuff. latissimè ff. de verb. signi. Supradictis accedebat quoq. quia etiam filius est descendens, & in defectum masculorum fœminæ retinent memoriam auitam, vt dicit Anch. cons. 133. ergo & sepulchrum: Tu dic, quod si nulli sint
4 ex illa agnatione, vnde mater est, filius habet ius sepulchri, alias debent præferri Agnati in gentilitio sepulchro: Tandem pro hac eadem opinione adducebatur illud, quod dicitur de vxore, quæ adeo sequi debet eius virum, vt sepelienda sit in eius sepultura, vt probatur in c. is qui §. fi. vbi Ioan. Andr. & Archid. de sepultur. in sexto, & facit text. in c. cum sit §. fi. eod. tit. vnde si in vxore, quanto magis in filio erga matrem: Non obstant contraria, quia procedunt in alijs casibus, secundum quod scribit Grillenzon. loc. cit. ad hæredem fidei commissarium, ad obliquum autem non transit ius sepulchri, l. quia perinde §. 1. ff. ad trebell. quia restituta hæreditate, iura sepulchrorum apud hæredem remanent; Imol. in l. si duo patroni eod. tit. Ripa in l. Centurio n. 56. ff. de vulgar. subst. potest tamen istud ius legari, Bart. in leg. 3. ff. de sepulc. viol. Bertach. in tract. de Episc. part. 3. q. 13.

RESOLVT. XLVII.

Textus in l. si diutino, ff. de pœnis, an procedat in eo, qui reiterauit delictum?

1 *Ob lapsum longi temporis, minuitur pœna delinquentis.*
2 *L. si diutin procedit etiam in eo qui commisit plura delicta.*

1 LEx si diutino ff. de pœnis, secundum intellectum aliquorum vult, quòd ob lapsum longi temporis, minuatur pœna delinquentis, & videtur communis, Bart. & aliorum DD. intellectus, quem sequitur. Balb. de præscript. 4. p. §. 2. quæro vers. secundo limita, Marsi. singul. 454. cursus temporis, vbi dicit, non posse tunc homicidam decapitari, & est de mente gl. ibi, & quod minuatur tunc pœna, tenet Ægid. Boss. in tit. de crim. peracto, num. 18. & Tiraque. de pœn. Carrer. in §. homicidium num. 368. Rainald. Corsi. lib. 1. indagat. iur. c. 19. quare fuit dubitatum, an procedat, quando delictũ fuit reiteratum, & ratio dubitandi pro opinione affirmatiua erat, quia in dicta l. si diutino causa finalis est diu-
2 turnitas temporis, quę ratio ita videtur militare in vno delicto, sicut in pluribus, imo multo magis in pluribus quam in vno, cum maior detur negligentia respectu plurium, quam vnius, & licet fuerit dictum, quod tex. loquatur in singulari, si quis in reatu, hoc est in crimine diuturno tempore facto, reatus enim idem erat, quod crimen, seu delictum, l. 1. C. vbi Senatus, Felin.

in

in c.illa n.2. de accus. vnde non debeat intelligi de eo, qui in reatibus fuisset, in quo erat ratio consuetudinis delinquendi,ex qua grauius veniebat puniendus,iuxta notata in l.3.C.de Episcopis Aud.in leg.5.C.de superexact. li.10.Et quod idem etiam videbatur esse de mente Alber. in d.l. si diutino, dum dixerat,illud non procedere in delicto reiterabili, quia tunc imputabatur consuetudini allegantis dictam l.3.Nihilominus censui pœnam esse mitigandam pro æquitate.

RESOLVT. XLVIII.

Contractus ad gaudendum, an sit licitus.

1 *Contractus nuncupatus* à godere *,est licitus de iure Ciuili.*
2 *In contractu* à godere, *insunt contractus emptionis & venditionis.*

SÆpissimè dubitari solet in Ciuitate Neapolitana de Contractu ad gaudendum vulgo,dicto *à godere*,an
1 sit de iure licitus, siue permissus ? Et de iure Ciuili loquendo nõ dubitatur quin prædictus contractus sit licitus,quæ opinio fundatur infrascriptis iuribus,nempe per tex.in l. si seruus C.quod cum eo,l.si ea pactione,& l.si ea lege C.de vsuris,& facit tex.in l.si is,qui §.1 ff.de pignoribus, reiecta opinione Thesauri,qui in dec. 78. Senatus Pedemont. asserit supradicta iura esse hodie de iure Canonico correcta:probatur etiam supradicta opinio authoritate nonnullorum grauissimorum DD. prout inter cæteros est Ioan. Koppen.German. in dec. 23.Mising. obseru.81.centuria 6. Reusner. dec.65. Iafred.dec. 700. & ex modernioribus Rodriq. quæst. 90. Zerula in praxi episcop.verbo cẽsus n.3.Andreas Gail. lib.1.obseru.14. & nouissimè Consil. Rouitus in Pragmat.prima,n.11.de vsuris:vnde Zerula loco citato ponit sic exemplum, Titius habet Palatium valens decem mille aureis,& locatur singulis annis quinquaginta aureis,si mercator dat Titio decem millia, & ipse
2 possidet palatium interim, clarum est adesse contractũ vẽditionis ex vna parte,& emptionis ex altera;ergo nõ video, cur hoc fieri nequeat; si dictum Palatium non fructificat tantũ, quantũ ille mercator dat,dico,quod si censuari solet quingentum,& emens emeret quinque pro cẽtenario potest stare;quia Bulla non distinguit ad decem pro centenario,qnin possit minus emi,& vendi, vt annuit Couarru.var.resol.lib.3.cap.7.vers.non oberit,dum explicat verba Innocenti),contra Sylu.& alios DD. à se citatos,& explicat in domo; & sic cum obseruantur conditiones illæ tres,clarum est licere;cum ille, qui vendit,accipiens decem millia gaudet fructibus illorum,ratione cẽsus Palatij,quod vendit, ille verò, qui retinet Palatium, gaudet vsu Palatij, quod emit, quod iure fieri potest ex Couarru.& alijs DD.citatis,qui dicunt annuum censũ fieri posse, & constitui super laboribus particularis personæ,licet nõ habeat bona stabilia;quod Ego non affirmo,nec probo;ita etiam faciunt pro hoc contractu, quæ dicit Couar. loco citat.cap.4. num.6. vers.8. & Nauarr. in cap.si fœneraueris,14.q.3. num.119. & 81.notab.2.& num.13.& in commenta.de vsuris notab.22.n.81. & 85. dicit non licere,& in cons. 21.num.2. de emptio.& vendit.idem inquit Mising.cit. loco num.2. per hæc verba,hæc conuentio propter incertum euentũ fructuum licita est,& iure permittitur, etiam si fructus legitimum vsurarum modum interdum excedant, cum & si minus nasceretur fructuum, eo tamen contentus esse deberet,l. oleo,l. si ea pactione & l.si ea lege C.de vsuris,& hunc contractum hodie frequentissimum esse palam constat, de quo plura memoratu digna extant apud Franciscum Balduin.in tra. ctatu de pignoribus,& Hypothecis, cap. 16.

RESOLVT. XLIX.

An ratione præbendæ temporalis, possit quis ordinari ab Episcopo illius loci vbi percipit præbendam?

1 *Potest quis promoueri ab Episcopo in cuius diœcesi obtinet beneficium.*
2 *Qui possidet in aliqua diœcesi beneficium in commendam, potest ab Episcopo illius diœcesis promoueri si commenda sit perpetua.*
3 *Si beneficium requirit ordinem subdiaconalem,potest nihilominus Episcopus beneficij,ratione ipsius promouere ad alios ordines superiores.*

CLarum est, vt pluries dixi,quod promoueri potest
1 quis ab Episcopo in cuius diœcesi habet beneficium, seu ab alio de eius licentia,licet alias nullo modo subditus sit,cap. cum nullus de temporibus ordina. in 6.vnde si in diuersis diœcesibus habet beneficia,poterit à pluribus Episcopis ratione beneficij ordinari, præter Episcopum originis, vel domicilij, à quo etiam poterit ordinari,d. cap. cum nullus ; etiam ad titulum beneficij existentis in alia diœcesi:quid verò dicendum sit, si quis habeat beneficium manuale, siue ad nutum amouibile: vide Dom. num.8.& Francum num.3.dicto cap. cum nullus, Rebuffus, in praxi titulo de Cler.& à quibus n.21. & procedit etiam secundum alios si beneficiũ sit tenue; nam quamuis non posset ordinari ad titulum illius,vt in Conc. Trid.Sess.21.de reform.c.2. tamẽ ratione illius poterit ordinari ab Episcopo beneficij ,quod mihi non placet,nam beneficium debet esse sufficiens ad victum, prout fertur fuisse declaratum a Sacra Congregatione, & seruatur Neapoli : item procedit si beneficium non requirat residentiam,nec in illo resideat, nec in illius Diœcesi, & sic non eximitur à iurisdictione primi Episcopi, cum Tex. ille simpliciter loquatur de beneficio,Ioannes Andreas ibi,& Domin. n.6. & Franc.d.n.3.item locum habet,etiam si non habet beneficium in titulum,sed in commendam,si com-
2 menda sit perpetua, quia iste reputatur titulus Canonicus, seu habet vim tituli, vt dicit Franch. d. num.3. nam tunc videtur quod sufficiat habere beneficium in commendam, quia commẽda in hoc casu est proprius titulus,per notata in cap.nemo de elect.in 6.& contraria intelliguntur de commenda temporali ad vtilitatẽ Ecclesiæ,vt in terminis d.cap.nemo,quę non est titulus Canonicus,nec habet vim tituli ; vt contra ait Rebuff. cit.supra num.21.

3 Vnde si beneficium haberet certum ordinem annexum,puta subdiaconatum,vel diaconatum poterit ratione talis beneficij ordinari ab illo Episcopo, etiã ad alios ordines,vt docent Domin.num.9.& Franc.d.n.3. contra Paul.ibi:Et tandem procedit,vt non solum possit eum ordinare Episcopus beneficij, sed etiam cum eo dispensare in interstitijs, & etiam in illegitimitate ad minores ordines ; Nã cum ratione beneficij sit subditus illius quoad ordines, est etiam subditus quoad omnia concurrentia ad ordinem, & illi annexa, l.2. ff. de iurisdic. omni.iud. quamuis secus sit in familiari Episcopi : quare fuit dubitatum, an ista supradicta procederent etiam in præbenda tẽporali, vt scilicet possit ratione illius,quis ordinari; & respondi negatiuè:ratio est, nihil enim spiritualitatis habet præfata præbenda, secundum Gonzales in glos.5.§.1.n.6. cum secundum eundem æquiparetur prædio, & commoditati temporali pro soluendis salarijs Aduocati, Procuratoris,Musicorum,& similium.glos.in c.cum omnes verbo recceperint, & communis ibidem de constitut. Archidiac. Cardina.& Rebuffus,vbi supra:Abbas in c.tua nos n.3. de Simonia, & in c. dilecto n.6.de præben. Anton. de

Pectis

Pectis in ſuo clipeo paſtorali,cap.3. in principio,n.11. & propterea non comprehenditur ſub regula octaua cancellariæ, nec intrat in illa reſeruatione, nam etiam laicis, & mulieribus poſſunt tales præbendæ concedi, ex quo aliquam ſpiritualitatem nõ habent,gloſ. verbo receperint,verſ. vnde,& laicus, in dicto,cap. cum omnes de conſtitu. & omnes ibidem ante Decium n.31. Roman.conſ.328.n.8. Card. in Clem.finali de præben. ſub num.11. Abb.in c.tua nos num.3. de Simonia,Decius in cap.ex literis n.2 de probat.Caputaq.dec.456. num.2. part.1. & dec.Rot.67.de reſcriptis in antiquis vnde iſtæ præbendæ temporales, quamuis ſint plures, & habeantur inſimul cum aliqua dignitate, non inducunt incompatibilitatem,Roman. dict. conſ. 328.n.8. verſ.& huius etiam, ſequitur Caputa. dec.356.n.2.p.2. dicens;quod ideo vna monialis poteſt retinere duas,& plures præbendas, ſine diſpenſatione.

Hinc tales præbendæ poſſunt vendi ſine vlla labe Simonię, Caputa. dec.237. num.1, & per totum, p.3. & d.dec.356.num.6.par.2.Rot.dec.264.num.2.part.2. diuerſor. ex quo fit, vt etiam quis poſſit permutare, & renunciare propria authoritate huiuſmodi prębendas, tamquam res temporales, Card. in d. Clem. fin ſub.n. 11.de Præben.Rota,iuncta addit.Papaz.dec.6.num.6. & 7.de conſuetudine in antiquis.

RESOLVT. L.

Ordinarius, qui ex vi Concilij Trid. debet cognoſcere extraiudicialiter, an diſpenſatio careat vitio ſubreptionis, & ſubreptionis, teneatur nè citare partem?

1 *Reſoluitur affirmatiue quæſitum.*
2 *Per verba illa(extraiudicaliter)non tollitur partis citatio.*
3 *Verbum (conſtito) appoſitum in commiſſionibus requirit partis citationem.*

IN varijs locis Sac.Conc.Trid.& ſingulariter in ſeſſ. 22.cano.5 de reformatione habetur,quod Ordinarius tamquam delegatus ſedis Apoſtolicæ ſummariè tantum, & extraiudicaliter cognoſcere debeat, an reſcriptũ diſpenſationis careat vitio ſubreptionis, & idẽ habetur in eadem ſes. can.7. vbi loquendo de commutationibus vltimarum voluntatum,quæ non niſi,ex iuſta,& neceſſaria cauſa fieri debent:Epiſcopi tamquam delegati ſedis Apoſtolicæ ſummariè, & extraiudicialiter cognoſcant, n.in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate ſit aliquid narratum priuſquam cõmutationes prædictæ exequutioni demandentur, quare fuit dubitatum, an in ſupradictis caſibus teneatur idẽ Ordinarius citare partes; Prima facie videbatur dicendum quod non,propter illud verbum(extraiudicialiter) poſitum in diſpenſatione, quod quidem negat partis citationẽ,ad tex. in c. Forus §. in omni de verb. ſignificatio. Bal. conſ. 322.vol.2. Alex.conſ.179.vol.3. Turret.conſ. 60.n.5. & ſeq.Bellame. dec.672. Accedebat ad hoc, cum non adſit præiudicium tertij conſequenter citatio ceſſat, ad tex in l. de vno quoque ff. de re iudicata: vnde Miſing. centuria 6. obſeru.6. ſcripſit regulam in dicta l. de vnoquoque, limitari, ſi aliquod negotium concernat ſecundario, & minus principaliter:Et ſi is non ſit citatus, actus valet aduerſus principalem:Exempla habentur in l.1.§.pen.ff.de ventr.inſpi. in l.in diem,& ibi Bart. ff. de aqua pluui. arcen. & in l. ſæpe in principio ff.de re iudicata.

Contrarium tamen cenſui ex infraſcriptis: Primo, quia regulare eſt,& valde tritum dogma ad vnumquẽque actum vocandos eſſe eos, quorum intereſt, & quibus præiudicari poſſet,l.de vnoquoque ff.de re iudicata,& l.nam ita Diuus ff.de adop.idque procedit etiam in ſummo Principe,ſiuè Imperatore,quia quamtumcũque legibus ſit ſolutus,contra abſentem tamen non vocatum procedere, aut aliquid in ipſius damnum concedere non poteſt,per tex.ad hoc ſingularem in Clem. paſtoralis de re iudicata: quia cum citatio ſit de iure naturæ, nemini auferri debet, c. primo extra de cauſ. poſſ.& propri. & l. vltima C. ſi per vim,vel alio modo, vbi non poteſt dare Princeps priuilegium, vel confirmationem violentam poſſeſſori: Sic etiam non licet Principi dare reſcripta, vel vlla priuilegia in damnum tertij,DD. communiter in cap. cum olim de re iudi.& cap.inter quatuor de maior.& obed.& eſt tex.in l.vltima ff.de natal.reſt.vbi niſi patrono conſentiente Imperator non reſtituit libertum natalibus, ideſt non facit eum ingenuum, quia patrono noceretur in iurepatronatus, & quamuis Bald. in l.2.C. quom.& quando iud. & in l.ne cauſas C.de appella.cõtra ſentiat, eius tamẽ opinio communiter improbatur, & contrarium ipſemet docuit in l.vltima C.de legibus.Tum ſecundo quia per illa verba(extraiudicaliter)non tollitur partis citatio, ſecundũ terminos deciſionis Bellam.672. Ferret. conſ.82.Hyppo. in d.l. de vno quoque num.26.ff.de re iudicat. Bald. in l. non dubium num.22. C.de legibus, & in l.neque natales num.10.C.de probatio.& propterea fuit deciſum in Rota teſteC reſcentio in deciſ. 12. quod Comiſſarius, cui à Pontifice mandatur,vt extraiudicaliter ſe informet de euidenti vtilitate Eccleſiæ, & cõfirmet alienationem, tenetur nihilominus citare partes,non obſtante,quod in commiſſione fuerit adiectum verbum illud(extraiudicaliter)Tandem faciebat ad hoc, quod in ſupradictis diſpenſationibus ſolet apponi verbum(conſtito) quod quidem ſemper requirit partis citationem,Bellame. in deciſ. 672. & in dec. 68. ponit diſcrimen inter verbum(ſi conſtiterit)&(ſi repereris)& facit ad hoc dec.Guido.Papę 70.& gloſ.ſingularis communiter recepta in Clem. præſenti in verbo conſtiterit de cenſibus;& ſecundum Creſcentium citata dec. non in quolibet actu, ſed vnica citatio pro informatione ſufficit; allegat Panormitanum, & Felynum in cap.ego de iure iuran.

RESOLVT. LI.

Canonici, an comitari debeant Epiſcopum in proceſſionibus.

1 *Reſoluitur quæſitum affirmatiuè.*
2 *Conſuetudo eſt quid facti,& probanda.*
3 *Multa dilligentia eſt facienda in formandis capitulis ſuper conſuetudine.*

REnitentes erant Canonici cuiuſdam Cathedralis Eccleſiæ in aſſociando Epiſcopum in publicis proceſſionibus, & cum me conſuluiſſent; pro patre ipſorum allegabatur cõſuetudo in dicta Cathedrali,quæ erat,vt in libera facultate Canonicorum eſſet comitari Epiſcopum,& conſequenter ſuccedebat regula iuris, conſuetudinẽ hanc eſſe attendendam, & quod iuriſdictionem tribuat conſuetudo, dicit tex.in l.fin.vbi gloſ. in verſ. conſuetudinem C. de eman. liber. cap. dilecti, vbi DD. & gloſ.in verſ.conſuetudinem de arbitr.Oldr. conſ.11. col.2.verſ.item proponit,& conſ.128. col.prima, verſ,nec pro hoc poteſt dici,Bald.in l.cum prætor in principio 2.lect. ff. de iudic.Rom. conſ.300.Pute.de Synd. in verſ. inſtrumentum, ibi & quia conſuetudine, Socc. Sen. conſ.48.n.26. lib.4.Lanfranc.Balb.dec.120. Marſ. conſ. crim.90.n.11. & ſeque. & conſ.100. n.19. eſt tex. in cap. duo ſimul ibique Panor.3.nota.de offic. ord.gloſ.in cap. quanto in verſ.ſi Prælati ad fin.eodem tit.gloſ.in cap.conqueſtus in verſ. conſuetudo in fin.9. quæſt.3.Fely.latè in cap. contingat num.2.de foro cõpe.& Bart.vbi apoſt. in l.viros in fin.C.de diuerſ.offic. lib.12.ampliat.quod conſuetudo,etiam iuriſdictionem

con-

contrariam concedit, quam propositionem extendit Bald. in l. etiam col. 4. vers. modo restat quærendum, C. de except. ad veram, Mistam, Imperiosam, Altam, & Bassam iurisdictionem, & Guid. Papa, post alios singul. 416. etiam spiritualem iurisdictionem, consuetudinem dare affirmauit.

1 Hoc non obstante, contrarium dixi de iure verius, scilicet præfatos Canonicos teneri eorum Episcopum in publicis processionibus comitari, & hoc per tex. in cap. nimis praua, vbi Panormit. latissimè de excessibus Prælat. & in cap. dilectus de offic. ordina. & facit ad hoc Aufrer. in arrest. styli Parlamen. dec. 234. & ad idem se extendit dec. Maynardi, cuius tenor est videlicet: Diuersa autem planè illicita, atque in Frãcia expressa improbata consuetudo est, iuxta quam nonnulli Canonici contra Episcopos suos prætendere, & allegare solebant, quod eos in publicis processionibus comitari non solerent, nec tenerentur, quę prętensio per peculiare arrestum, futilis, & nulla, atque Canonicis, ob excessum commissum, emenda irrogata fuit: Illudque arrestum sanctis Dĕcretis, & constitutionibus Ecclesiæ conforme alios Canonicos in Ouitania simile quippe tentantes, ita deterruit, vt omisso impio conatu facile intra officij limites continerentur.

Non obstat consuetudo dictorum Canonicorũ, quia vltra quod tanquam contraria Sacris Canonibus est reijcienda, cap. contra 11. dist. illam non plenè probauerunt: Consuetudo enim est quid facti, ideo probãda;
2 nec sufficit allegare, glos. fin. in clemen. vnica de restitut. in integrum, Menoch. cons. 37. vol. 1. Surd. cons. 354. vol. 3. cuius consuetudinis probatio difficilis est, consideratis his, quę in illa probanda exiguntur; ita Fulgos. cons. 6. ad fin. Dec. cons. 422. sub nu. n. 13. & cons. 538. num. 9. Rolan. cons. 53. num. 33. lib. 2. Bursat. cons. 57. num. 2. in fine lib. primo; eò quia est mutabilis, iuxta sententiam Hostiens. in summa tit. de consuet. Rom. sing. 369. prosequitur latissimè Mascard. concl. 423. in princ. part. 1. vbi multos citat, & Card. Florent. in cap. fin. quæst. in fine de consuet. quem sequitur Aym. cons.
3 325. num. 1. & affirmauit magnam esse necessariam diligentiam in formandis capitulis super probatione cõsuetudinis, cum plenè probanda sit, secundum doctrinam Bar. in repetit. l. 2. quæst. 27. C. quę sit longa cõsuetudo, & testes probare debent plures, eorundem actus, & deponere debent de diuturnitate temporis, incipiente ab aliquo actuum habilium ad consuetudinem inducẽdam; & quod non sit memoria de contrario: imò, quod sit fama, ita factum, & obseruatum fuisse semper, & quod illi actus fuerunt, scientibus, & consentientibus omnibus tacitè, vel expresè, vel saltem maiori parte illorum, qui possunt consuetudinem inducere: ita concludit Bellamera dec. 64. & dec. 65.

RESOLVT. LII.

Vsura quando probetur?

1 *Crimen vsurarum probatur ex coniecturis & præsumptionibus.*

2 *Quando agitur criminaliter, tunc crimen vsurarum legitimè probari debet, similiter cum agitur de vsuraria prauitate tamquam causa finali simulationis contractus.*

3 *Vsura probatur coniecturis, quando contractus est suspectus ab initio ratione subiecti, vt si agatur de mutuo, pignore, &c.*

REgulariter vsura non præsumitur, nisi probetur, tex. in l. cum precibus, & ibi Bal. C. de probat. Socci. cons. 27. n. 12. lib. 4. Dec. resp. 2. n. 65. & seq. Rot. Diuers. 228. n. 2. part. 2. & dec. 340. nu. 1. par. 1. præsertim in foro contentioso, in quo inspici debet forma, & figura contractus, cap. in Ciuitate extra de vsuris, & notatur in cap. cum Ioan. extra de instru. Abb. cons.
15. ante finem vers. ad iudicandum autem, lib. primo, & cons. 49. n. 1. vers. moueor primo eodem lib. primo, refert, & sequitur Aym. cons. 145. num. 6.

1 Et licet dici soleat, pro vt dicit etiam Dec. ex aduerso scribens, Crimen vsurarum ex præsumptionibus, & coniecturis probari: ad hoc, tamen dictum aliquas refero declarationes casui nostro benè applicabiles, quarum prima est, vt non procedat, quando agitur criminaliter, & ad puniendum; tunc enim, qui dicit contra-
2 ctum vsurarium, id legitimè probare debet, per confessionem, vel per testes concludenter deponentes, argum. tex. in l. finali C. de probat. & in l. qui sententiam ff. de pœnis, & expresè, post alios, quos allegant Antiquiores, scripserunt Bursat. cons. 135. nu. 13. lib. 2. & cons. 321. num. 88. & num. 54. lib. 3. Honded. cons. 33. num. 56. lib. 2.

Secunda declaratio est, vt eadem conclusio non procedat, quando agitur de vsuraria prauitate tamquam causa finali simulationis alicuius cõtractus, quod probetur ex eo, quoniam alleganti simulationem contractus, incumbit etiam onus probandi causam simulationis, Bar. cons. 65. n. 4. lib. 1. Cæpoll. de simulat. contract. præsumpt. 24. n. 77. vers. debet intelligi, & præsumpt. 26. n. 49. Mandel. cons. 9. num. 8. & cons. 97. num. 24. & 28. lib. 1. quibus in locis prædicti Doctores communiter concludunt, non solum concludenter cõstare debere de causa simulationis, sed etiam, quod ipsa causa sit verisimilis; quibus etiam addo Honded. in cons. 41. num. 28. lib. 2. sed sic est, quod in causa prætensæ simulationis, vsura non solum non probatur, sed neque etiã verisimilis, cum D. Io. Bapt. sustineat periculum sortis, facit quod esset omnis suspicio vsuræ, glos. in cap. plerique 14. quæst. 3. Paul. de Castro. cons 55. per totum, & cons. 114. nu. 2. vbi etiam ampliat in solito fœnerari, lib. 2. Corn. cons. 1. in sexto quæsito lib. 4. Aym. in terminis cons. 145. n. 5. lib. 1. Ergo neque constat de causa prædictæ simulationis, neque etiam de illius verisimilitudine, & per consequens in casu, de quo agitur: vsurarum crimen non potest probari præsumptionibus, & coniecturis.

3 Tertia declaratio est, vt tunc præsumptiones, & cõiecturæ probent vsuram, quando contractus est suspectus ab initio, ratione subiecti, vt puta si agatur, de mutuo, pignore, societate, aut alio contractu, mutuo, proximo, vel affine; vel etiam si probetur originalem causam, fuisse contractum mutui. His casibus facilius præsumitur vsura, illaque coniecturis, & præsumptionibus probatur, secundum omnes in cap. consuluit de vsur. & in cap. ad nostram de empt. & vend. Bal. consil. 133. n. 2. versic. item si in contractu mutui, lib. 1. Dec. d. respons. 2. num. 188. Et idem quando contractus esset suspectus ratione personæ contrahentis, qui esset persona vilis, & solita fœnerari, ad tex. in clem. 1. cum ibi notatis de vsur. Bal. cons. 133. vers. 3. casu lib. 1. verum in casu nostro contractus non est suspectus ratione subiecti, cum contractus locationis sit bonæ fidei, & nihil habet commune cum mutuo: Persona etiam contrahens non est suspecta, imò ex eius qualitate, & nobilitate, omnis vsuræ præsumptio tollitur, ex Bald. d. cons. 133. num. 2. vers. 3. cas. lib. 1. Bursat. cons. 320. nu. 17. lib. 3. Honded. d. cons. 33. nu. 54. lib. 2. Ergo pariter nec sumus in casu, in quo præsumptionibus, & coniecturis vsura probatur.

RESOLVT. LIII.

Immunitas Ecclesiastica, differt à libertate.

1 *Immunitas est exemptio loci sacri, libertas verò est exemptio personarum Ecclesiasticarum.*

2 *Pœnæ contra violantes immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, sunt diuersæ.*

Licet

LIcet immunitas Ecclesiastica, videatur quodammodo idem, quod libertas Ecclesiastica, cap. si constiterit, vbi Panorm. latissimè de sententia excom. Artama. in dec.2. de iure immunitatis, cum immunitas dicatur libertas, qua ipsa Ecclesia gaudet, tamen secundum Ambros. quæst.24. ait quod hoc procedit largo sumpto vocabulo, quasi eam confutando: verum si strictè (vt conuenit in materia censurarum) accipienda erit, debemus distinguere, inter Ecclesiasti-
1 cam immunitatem, & Ecclesiasticam libertatem: Per Ecclesiasticam nempe immunitatem intelligere debemus exemptionem loci sacri, & per libertatem Ecclesiasticam intelligere debemus exemptionem personarum Ecclesiasticarum: quod vtile erit scire, quia si quis
2 locum sacrum violauerit, non erit reus violatæ libertatis; sed tantum immunitatis, & non incurreret in censuras illatas contra violatores Ecclesiasticæ libertatis; hinc videmus quod Benedic. II. in extrauagant. inter cunctas §. incendiarios de priuileg. ponit distinctos casus violationis immunitatis, & violationis libertatis Ecclesiasticæ, vt docuit Caiet. in summ. tit. de immun. Eccles. & sequitur Villaut de extens. leg. tit. de extens. immunit. Eccles. quæst. vnica conclu. 1. num. 1. 2. 3.

RESOLVT. LIV.

An exemptus delinquens, sit remittendus Iudici loci delicti?

1 *Exemptus non remittitur ad locum delicti, eum ampl. & limit.*
2 *Monachus exemptus, si sit factus Prior Monasterij non exempti, & delinquit vt Prior; punitur ab Ordinario.*
3 *Exemptus si delinquit extra locum exemptum, punitur ab Ordinario.*
4 *Quando timetur de fuga; Ordinarius potest capere exemptum.*
5 *Exemptus non est liber ab obsequio reuerentiali.*

1 QVæro, an exemptus sit remittendus ad locum delicti? Negatiue respondet Ant. de Butri. in cap. fin. de for. compete. Couar. dicens communem lib. pract. quæst. cap. 11. post num. 5. per tex. in cap. 1. de Priuil. in 6. & ideo exempti, à Prælatis capi nequeunt, cle. 1. §. 1. vbi Card. de excess. Prela. quia ipso facto de superioris iurisdictione dicitur exemptus, Abb. in cap. cum dilectus, num. 3. de religiosis domibus, gl. in c. per tuas de relig. domi. Boer. de auth. Mag. cons. n. 15.

Amplia, etiam si exemptus resisteret Episcopo, vel Archiepiscopo, nam ideo non poterit per eos puniri, sed cogendi erunt per superiorem, Card. in clem. fin. quæst. vltima de priuilegijs, Fel. in cap. significasti in fine de libelli oblat. Petrus de Ancha. in cap. cum tempore num. 4. de Arbitris.

2 Limita primo, vbi exemptus deliquerit, non vt exemptus, sed vt talis, puta, Monachus est exemptus, & factus est Prior Monasterij non exempti, si delinquit, vt Prior, punitur ab Ordinario, cap. 1. §. finali de Priuil. in 6. Capic. in dec. 59. Abb. in cap. accepimus num. 2. de Priuileg. Cæpoll. cons. 166. Franc. March. in dec. 529 num. 10. part. 1. Borrell. ad Bellug. in Spec. Princ. rub. 11. §. videndum in fine.

3 Limita secundo, in exempto delinquente extra locum exemptum, quia tunc remitti debet puniendus ab Ordinario loci delicti, Bart. in l. beneficium, num. 5. ff. de constitutionibus principum, Card. in clem. prima q. 3. de offic. ordin. Rolan. cons. 24. in casu proposito per totum vol. 2. Milleus in pract. crimin. §. vniuers. fol. 65. num. 17. Franc. in cap. 1. in principio de priuileg. in 6. Nicol. de Neap. in l. non tantum §. finali in fine ff. de excusation. tutorum, Couar. pract. quæst. cap. 11. nu. 15. vers. 3. verum esse post Alex. in cons. 17. num. 4. vol. 1. & Philip. Corn. in cons. 129. num. 3. vol. 1. Ripa resp. 42. num. 7. in resp. 17. num. 9.

4 Limita tertio, quoad capturam, quia exemptus in maioribus delictis, vbi timetur fuga capi potest ab Ordinario, & remitti, Felyn. in cap. licet col. 3. vers. demum de foro comp. post Bal. in cap. de cætero, nu. 17. de sententia, & re Iudic. & Alex. in cons. 17. num. 15. & in cons. 59. num. 4. vol. 1. Cotta in memorab. in verbo captura, & Tess. in dec. 119. num. 7.

Limita quarto, quoad Iudicem delegatum, nam exemptus ab Ordinario, non erit exemptus à Iurisdictione Iudicis delegati, Io. Andr. in cap. 1. de priuilegijs, lib. 6. Abb. in cap. graue num. 5. de offic. ord. Felin cap. fin. num. 15. de foro compe. post Butr. & alios, in cap. tunc in principio de officio delegat.

Limita quinto, si non potest exemptionem probare, quia tunc remittitur Ordinario loci delicti, ratio est, nam asserens se esse exemptum debet probare, nam in dubio quilibet præsumitur subditus, Inn. in c. ex parte de verb. signif. Abb. in cap. 1. num. 13. de officio ordinarij, & in cap. accepimus, num. 4. de priuileg. Felin. in cap. significantibus in 2. col. num. 13. de officio delegati.

5 Limita sexto, licet exemptus non subiaceat iurisdictioni Iudicis ordinarij, ita vt delinquens non sit ipsi Iudici remittendus, non tamen liber maneret ab obsequio reuerentiali, DD. in cap. venerabilis de censib. Imol. & Alex. in l. alia §. eleganter ff. soluto Matrim. in l. sed si hoc §. patronum ff. de in ius vocando, in l. non sortem §. libertus ff. eod. tit. & in l. fin. in fine C. de bonis libert.

RESOLVT. LV.

An per satisdationem de iudicio sisti & iudicatum soluendo, amittatur ius petendi remissionem?

1 *Per satisdationem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo non consentit quis in Iudicem.*
2 *Petens copiam libelli, non censetur consentire in Iudicem.*
3 *Per dationem sportularum, non consentitur in Iudicem.*
4 *Per satisdationem de parendo mandatis Curiæ, non amittitur ius declinandi forum.*
5 *Per constitutionem Procuratoris, non consentitur in Iudicem.*
6 *Carceratus dans fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo censetur consentire in Iudicem.*

1 QVæsitum fuit, an per satisdationem de iudicio sisti, & soluendo iudicatum amittatur ius petendi remissionem ad Iudicem competentem? Resp. negatiuè, nam per has satisdationes non censetur quis consentire in Iudicem, ita Bart. in l. si conuenerit in prima col. in principio ff. de iurisdictione omnium Iudicum, Bald. in authentica offeratur in fine C. de litis contestatione, & in cap. 1. in prima col. de Iudicijs, & in l. 2. in principio in 4. col. ff. si quis in ius vocatus ierit, & in l. 2. num. 5. C. de bonis authoritate Iudicis possidendis Inno. in cap. inter Monasterium; & ibidem Felyn. in 5. col. declar. 5. de sententia, & re iudic. Imol. in l. quidam consulebat in 5. notab. ff. eodem, Ang. in l. si susceperit num. 9. ff. de iudicijs, Abb. & Aret. in cap. 1. in fine de iudicijs, Hypp. singu. 226. Vrsill. in dec. 133. num. 7. Arnon. soliloq. 37.

2 Amplia primo, conclusionem procedere etiam si quis petijsset copiam libelli coram aliquo iudice, quia non censetur in eum consentire, ita quod excludatur à petitione remissionis ad suum competentem Iudicem, vt probat tex. in l. non videtur, la seconda, ff. de iudicijs, Bart. in d. l. si conuenerit in principio, Inn. in c.

in cap. præterea de dilationibus, Iaſ. in l. finali C. de iuriſdictione omn. Iud. Oldr. conſ. 26. Rom. in conſ. 33. Caſtr. in conſ. 276. vol. 2. Bald. in conſ. 28. num. 5. vol. 1. & in conſ. 377. num. 8. vol. 2. Cald. conſ. 1. de iure iura. Ioan. de Ana. conſ. 40. & Anch. in conſ. 139.

3 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi datæ fuiſſent ſportulæ alicno Iudici, quia nec per hunc actum conſentitur in iudicem, nec perditur ius declinandi forum, Ang. in dicta l. ſi ſuſceperit ff. de iudicijs, Bald. in auth. offeratur, in ſecundo not. C. de litis conteſtatione, Fel. in d. cap. inter Monaſterium de ſententia, & re iudicata, Iaſ. in §. tripl. num. 41. Inſt. de actionibus, Alex. in conſ. 57. num. 4. vol. 1. & in conſ. 27. num. 12. Dec. in conſ. 142. num. 5. vol. 1. Ripa reſp. 18. num. 3. Mant. in conſ. 337. num. 13. vol. 2.

4 Amplia tertio, etiã in eo qui ſatisdat de parendo mãdatis Curię, quia non cenſetur renunciare priuilegio fori, ita Bal. in l. eſt iuriſdictionis in fine C. de bonis authoritate iudicis poſſidendis, Alex. in l. quidam conſulebat ff. de re iudic. Guid. Papa in dec. 607. Anna ſing. 413. Boer. in dec. 44. num. 41. & Hyp. d. ſing. 226.

5 Amplia quarto, vt non ammittat ius per cõſtitutionem Procuratoris ad reſpondendum coram Iudice, vel ad diſputandum ſuper exceptionibus, ita Ant. de Butr. in c. 1. col. 15. in verſ. nota primam gloſ. de Iudicijs, Felyn. in d. c. inter Monaſterium, facit tex. in c. fin. de dilationib. licet contrarium voluerit Imol. in d. c. 1.

Limita primo concluſionem principalem, vt non procedat, quando quis ſatisdat, vt reuocet tenutam, quam paſſus eſt ex primo decreto, iuxta terminos c. quoniam frequenter vt lite non conteſtata, quia odio ſuæ contumaciæ inductum eſt, vt non poſſit vlterius forum declinare, ita ſingulariter Ang. in l. cum qui in poſſeſſione ff. de priuilegijs creditorum, Alex. in l. finali in fine ff. qui ſatisdare cogantur, Felin. in cap. inter Monaſterium in 9. col. de ſententia, & re iudicata, Hyp. in l. ſi quæramus in 3. char. ff. de teſtam. & in l. ſi quis, in 6. col. verſ. vnum tamen nota ff. de quæſtionibus, & in d. ſingu. 227.

6 Limita ſecundo, quando quis eſſet carceratus, & vt euitaret detentionem præſtaret fideiuſſores de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, quoniam hoc caſu per talem ſatisdationem dicitur in ipſum Iudicem conſentire, adeo quod non poterit vlterius impugnare eius perſonam, ita Anchar. conſ. 192. Caccialup. in tract. de debitore ſuſpect. q. 15. Iaſ. in l. ſi arbitrio ff. qui ſatisdare cogantur, Hyp. ſingu. 227. Vrſill. in dec. 109.

RESOLVT. LVI.

Simonia non committitur, non precedente conuentione, etiam quod appareat fuiſſe datam pecuniam poſt reſignationem.

1 *Quando agitur ad finem condemnandi aliquem de Simonia, requiritur quod ſit conuictus.*
2 *Quando agitur ciuiliter contra aliquem de Simonia, vel ad finem inquirendi, ſeu carcerandi, ſufficiunt coniecturæ, ſed tales coniecturæ debeat eſſe euidentes.*
3 *Simonia non cenſetur probata ex correſpectiuitate actuum.*
4 *Non dicitur committi Simonia, niſi præcedente pactione.*

1 CVm ageretur criminaliter ad effectum condemnandi quemdam clericum de Simonia; cenſui neceſſarium eſſe, vt dictus clericus legitimè conuictus ſit, vt incidiſſet in conſtitutionem ſel. rec. Pij V. ſuper Simonia edita in Bullario, num. 5. & ex tex. claro in c. de hoc de Simonia, gloſ. communiter approbata in cap. veniens in verbo per illorum de teſtibus, Alciat. de communi conſ. 2. num. 4. & 41. lib. 1. tom. 1. & ſæpiſſime ita firmauit Rota, vt recenſetur in illa Romana ſeu Hiſpalen. Simoniæ coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto 7. Februarij 1596. & propterea, vt quis conuictus dici poſſit, & vt talis condemnari requiritur clariſſima probatio, quæ nullatenus excludi poſſit, l. qui ſententiam, & ibi Salicet. in ſummario C. de pænis leg. raptores vbi gloſ. in verbo, conuicti, Alberic. in ſuo dictionario in verbo conuictus cum alijs ſimilibus; & conſequenter licet in hoc crimine admittantur coniecturæ, & indicia, hoc tamen debet intelligi, quando agitur ciuiliter, aut ad effectum inquirendi, vel detrudendi reum in carceribus, non autem
2 quando agitur ad condemnandum criminaliter, vt benè declarat Decius in cap. porrecta num. 2. de confirmat. vtili, vel inutili, & ita diſtinguit Marian. Socc. omnino videndus in cap. ſicut num. 5. verſ. ſed plus placet de Simon. vbi etiam Zabarell.

Et quicquid ſit, ſaltem coniecturæ, & præſumptiones huiuſmodi debent eſſe tales, quę omnino reum de tali crimine conuincant, Alex. de Neuo conſ. 64. num. 4. Clar. in §. Simonia in fine, quam opinionem ſemper amplexa fuit Rota, vt atteſtatur dictus Illuſtriſſimus Dominus Blanch. in vna Aquen. Simoniæ 19. Ianua. 1594. & ſucceſſiuè in dicta Hiſpal.

Ratio eſt, nam agitur ad effectum priuationis, propterea ea plenè, & concludenter eſt probanda, gloſ. in cap. veniens, il primo, in verbo morum de teſtibus, & ibi Abb. num. 4. quam eſſe communiter approbatam teſtatur Alciat. conſ. 2. num. 40. & 41. lib. 1. num. 1. & tenuit Rota in cauſa Firm. Capellæ 7. Maij 1582. coram Sanctiſſimo Domino noſtro. Quare vbi agitur ad repellendum aliquem ab aſſecutione beneficij nondum obtenti, in hoc caſu ſufficiant probationes leuiores Taniſ. dec. 47. lib. 2.

Quamuis in hac materia, vt ſupra dixi vti difficilis probationis ſoleant admitti coniecturæ, & indicia, c. per tuas de Simon. c. 1. de teſtibus in 6. Corneus conſ. 342. num. 18. lib. 1. Clar. in §. Simonia verſ. ſicut item ſciat, nihilominus huiuſmodi indicia, & coniecturæ, etiam ſi ciuiliter agatur, debent eſſe euidentes, & claræ ad Simoniam, neceſſario concludentes, ita vt nihil aliud importare poſſint, Fel. in cap. ſuper his n. 17. de accuſat. Verall. dec. 202. part. 1. Clar. in §. Simonia in fine, & habetur in d. dec. Firmana Capell.

3 Amplia primò, vt non cenſeatur probata ex correſpectiuitate actuum, Rot. Diuerſ. dec. 81. par. 3. lib. 1. dec. 503. lib. 3. quod procedit etiam ſi prædicti actus eſſent celebrati eodem tempore, ac coram eodem Notario, ac teſtibus, Put. dec. 161. & Rot. vbi ſupra coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & Rota Diuerſor. dec. 82. lib. 3. dicens hanc præſumptionem ex correſpectiuitate actuum non admitti.

4 Redeundo igitur ad caſum propoſitum, Reſpondetur crimen Simoniæ nunquam committi niſi præcedente pactione, cap. tua nos, & cap. fin. de Simon. Doctores omnes in cap. veniens de Simonia, Put. dec. 171. num. 9. lib. 2. Caputaq. dec. 236. num. 7. par. 3. & ita fuit firmatum coram Sanctiſſimo, in vna Firman. Capell. 7. Maij 3582.

RESOLVT. LVII.

Decimę præteritæ non ſolutæ, an ſolui debeant à nouo emptore prædij, ſuper quo decimæ debeantur?

1 *Reſoluitur quæſitum affirmatiuè, nam decima eſt onus reale.*
2 *In optione Eccleſiæ eſt, an velit conuenire eum qui de præterito non ſoluit decimas, vel nouum emptorem prædij decimalis.*

SVpponatur, quod ſit venditus fundus, ex cuius fructibus pluribus annis decimæ ſolutæ non ſint, an ad nouum emptorem tranſire cenſeatur cum onere ſo-

ſolutionis decimarum etiam pro tempore præterito? Pulchra eſt quæſtio, & frequenter contingens, in qua communis eſt Canoniſtarum reſolutio, poſſe Eccleſiam nouum emptorē & poſſeſſorem ad decimas præ-
1 teritas non ſolutas conuenire; ſiquidem decima onus eſt reale, quod non rem afficit, & pro tributis realibus tenetur poſſeſſor etiam pro præteritis, vt notat gloſ. 2. in l. finali C. ſine cenſ. vel reliq. & in l. Imperatores ff. de public. & vectigal. & ſic ad nouum poſſeſſorem tranſibit cum obligatione ſolutionis decimarum, ita tenuit Archidiac. poſt antiquiores, quos citat, in cap. ſi quis Laicus num. 4. verſ. ſi quis ab alio poſſeſſore 16. q. 1. Hoſt. in cap. Paſtoralis col. penult. num. 11. ſuper verbo alienari poſſe, de decim. ſequuntur ibi Ioan. And. colum. 2. num. 6. ſuper verbo cum onere, Anchar. colum. 2. num. 8. verſ. ſed, an res ipſa, Card. Flor. col. vlt. num. 20. verſ. vigeſimo quæro, Ant. de Butr. col. 2 num. 12. verſ. an prædia alienata, & Panorm. col. 2. num. 5. verſ. ſed quæro, vbi dicit ita communiter teneri, eamdem videtur etiam firmaſſe conſulendo Feder. de Senis conſ. 81. num. 2. vbi plus dixit,
2 nempe quod Eccleſiæ datur optio an conuenire velit illum, qui hactenus fructus percepit, cum fructus ad eum cum decimarum onere tranſierint, dicto cap. Paſtoralis, an velit contra nouum emptorem eumdem poſſeſſorem experiri, nam (vt iam dictum eſt) hoc onus eſt reale, quod Prædio inhæret & eſt obnoxium ſolutioni decimarum, vnde ad nouum emptorem cum onere ſuo tranſibit, vt in iuribus præallegatis & docuit Card. loco ſupra citato; benè tamen verum eſt quod ſi nouus poſſeſſor erit coactus ad ſoluendum dictos fructus, repetet tamen ab eo qui de præterito percepit, vt in regula, non eſt in mora de Reg. iur. in 6.

RESOLVT. LVIII.

An impetrans Canonicatum, teneatur facere mentionem de Præbenda?

1 *Reſoluitur affirmatiuè quæſitum.*
2 *Poteſt eſſe Canonicus ſine præbenda, & è conuerſo.*

SEd an impetrans ſibi Canonicatum, teneatur in
1 impetratione mentionem facere de Præbenda, ita vt ſi hoc tacitum fuerit, impetratio ſubreptitia cenſeatur? Ancha. in regula acceſſorium col. 26. num. 14. verſ. licet Veg. contra quandam deciſionem Rotæ de reg. iur. in 6. cuius opinionem retulit, & ſequutus eſt Dec. in cap. Cum adeò, col. fin. num. 2. de reſcript. & Ioan. de Silua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 11. verſ. vigeſimaſexta qualitas fol. 243. in paruis, tenuit non teneri impetrantem commemorare præbendam, ſiue illa diſtincta, ſiue vnita ſit Canonicatui.

1 Contrariam verò ſententiam, quod teneatur nominare præbendam, alias impetratio non carebit vitio ſubreptionis, determinauit Rot. Rom. dec. 2. §. verum ſi Canonicatus in tit. de Præben. in antiquior. in dec. 33. quidam habens Canonicatum in tit. de Reſcript. in nou. & in d. cap. cum adeo firmat Panor. in tertio notab. Barbat. col. 3. num. 18. Ioan. de Anan. num. 1. & Felyn. col. 1. qui etiam communem declarat, & facit quod dicit Ioan. de Silua loco cit. eamdem opinionem tenuit Dominic. de Sancto Geminian. in repetition. cap. poſtulaſti, col. 9. ibi, vnde cæteris ommiſſis de reſcrip. & eum refert Fel. in d. cap. cum adeo; &
2 ratio eſt, quia poteſt eſſe Canonicatus ſine præbenda, & è conuerſo Præbenda ſine Canonicatu, cap. cum M. Ferrarienſis ibidem not. Innoc. num. 2. Hoſtien. n. 4. cum ſeq. de conſtit. & Barbat. loco cit. Secus ſi fieret mentio de Præbenda, ſine Canonicatu, tunc impetratio vitio ſubreptionis non laboraret, vt tenuit Rot. Rom. dec. 72. aliàs 547. de reſcript. in antiq. & d. dec. 2. ſed contra ſentit in d. cap. cum adeo Ioan. de Anan. num. 1.

RESOLVT. LIX.

Laicus faciens ſe clericum per duos menſes ante commiſſum delictum, an cenſeatur ſumpſiſſe clericatum in fraudem?

1 *Reſoluitur affirmatiuè quæſitum.*
2 *Ex vicinitate, vel propinquitate actuũ præſumitur fraus.*

CLericatus præſumitur in fraudem aſſumptus, quãdo poſtq accuſationem, delationem, inquiſitionem, aut alias iuchoatum Proceſſum, & multo magis, ſi poſt citationem, contumaciam, & condemnationem Laicus clericatum aſſumpſerit, Bart. in l. prima, col. 2. verſ. aut eſt dubium iuncto verſ. & iſta determinatio ff. de pœnis, Albert. l. cum ratio §. in bonis ff. de bon. damnat. Ang. in l. ſi quis poſtea num. 4. ff. de Iudic. Abb in cap. primo num. 5. verſ. 4. dicunt, & verſ. quoad primum de obligat. ad ratiocin. de Franch. dec. 209. num. 1. & ſeqq. part. 1. Secus autem ſi Clericatus aſſumitur ante delationem, & accuſationem criminis, tunc enim non præſumitur in fraudem aſſumptus, etiam quod poſt delictum aſſumptus fuerit, Alberic. in l. cum ratio §. ex bonis num. 1. in princ. iuncto verſ. aut dubitatur ff. de bonis damnat. Angel. in l. ſi quis poſtea num. 4. verſ. conclude ff. de iudic. Abb. in cit. cap. primo num. 5. col. 3. in princ. verſ. aliàs præſumitur bona fide, & col. 4. in princ. verſ. ſi non eſt infamatus, quamuis etiam non præcedente delatione, aut accuſatione criminis fraus præſumatur, eo ipſo quod quis ſe faciat Clericum poſt delictum prout argumentatur, Alex. in d. l. cum ratio §. ex bonis num. primo in principio, & ſenſiſſe videtur Bald. in l. prima num. 2. C. an ſeru. ex ſuo facto, quem refert Plaz. in epit. delict. cap. 35. num. 2. & num. primo in fine, verſ. ſi quis poſt delictum: quorum opinio poterit procedere ſi Laicus Clericatum aſſumpſerit ſtatim, in continenti, & immediatè poſt delictum commiſſum, tunc enim fraus præſumitur, etiam quod nulla præcedat criminis accuſatio, aut delatio, prout dixerunt Salic. in authen. ſtatuimus num. 2. verſ. in dubio C. de Epiſcopis, & Clericis, Anania in cap. 1. num. 7. verſ. aut non immediatè de oblig. ad ratiocin. Albertin. in cap. 1. q. 13. in 5. declarat. num. 10. de Hæret. lib. 6.

1 His ſuppoſitis redeundo ad caſum propoſitum, dico præfatum Laicum cenſeri aſſumpſiſſe Clericatum in fraudem, ſi conſtat, quod poſt duos menſes à die aſſumpti Clericatus delictum perpetrauit, & hoc pro-
2 batur ex regula illa, quod præſumitur fraus ex vicinitate, ſeu propinquitate actuum, l. ſi vicinus, & quod ibi communiter notatur ff. vnde cognat. Bald. in l. fin. in fine C. de probat. & in conſ. 25. vol. 1. facit text. in cap. quoſdam, & in cap. quanto, vbi Panorm. & Felyn. & reliqui communiter de Præſumpt. Secus dicitur à ſimili de alienatione, quæ præſumitur facta in fraudem ſi poſt alienationem de proximo, & incontinenti ſequatur delictum alienantis, Bart. in l. ſi poſt contractam, col. 3. ff. de donat. & in tract. de ſimulatione in principio, gloſſ. in §. in fraudem inſtitut. quibus ex cauſis manumitt. non licet, & tandem facit illud, quando Dominus loquatur ad aures famuli, & incontinenti famulus occidit inimicum Domini, quod præſumitur iuſſu Domini occidiſſe, Franc. Marc. deciſ. 423. part. 1. ex regula illa, quæ in continenti fiunt cenſentur ineſſe, l. lecta ff. ſi cert. pet.

RE-

RESOLVT. LX.

Transferens possessionem rei Ecclesiæ, an incidat in Canones?

1 *Si transfertur possessio rei Ecclesiæ absque vllo titulo, immò retento vtili dominio, non incidit quis in censuras.*
2 *Alienatio dicitur illa, ex qua dominium perditur.*

RAtio dubitandi pro incursu censurarum est duplex: Primo quia translatio possessionis inter species alienationis connumeratur Redoan. de Reb. Eccle. non alienandis rub. 1. fol. 39. post Bertac. in tract. de gabellis par. 3. q. 8. n. 13. de Pont. cons. 5. n. 27. Burgius de laudemio, p. 2. inspectio. 33. Secūdò, quia si prohibetur locatio rei Ecclesiæ vltra triennium, vt probatur in extrauaganti ambitiosæ, quanto magis censeri debet prohibita huiusmodi possessionis translatio.

Verū quidquid sit ex supradictis, Ego in casu occurrenti, ita in hac facti specie distinguebā, quod, aut scilicet possessio rei Ecclesiæ (precedēte aliquo titulo) subsequuta traditione transfertur in extraneū, & tunc dubio procul venit appellatione alienationis, & cōsequēter talis transferens incidit in censuras, quod quidem caput distinctionis corroboratur à simili de Emphyteoticario, qui modo quo supra trāstulit possessionē, nā dicitur, teneri ad soluendum laudemium, ita Burgius dicta inspectione 33. Solzon. eiusdem nominis tractatu quæst. 25. & ratio est secundum Thesaurum in dec. 48. n. 20. & sequen. quia in prædicto casu transfertur vtile dominium, vt ante eū voluerunt Crauetta, cons. 332. num. 5. & Bald. cons. 18. Aut verò simpliciter trāsfertur possessio absque vllo titulo, sed retento vtili dominio, & tunc talis transferens possessionem rei Ecclesiæ, non incidit in censuras, nec tali casu Emphyteoticarius tenetur ad solutionem laudemij, cum sola possessionis translatio, alienatio nō dicatur, Fab. de Monte de emptione, & venditione q. 4. num. 3. Tiraquel. de leg. connubialibus glos. 5. n. 161. Bertrand. cons. 3. n. 2. par. 2. vnde tantum dicitur propria alienatio, ex qua dominiū transfertur, l. alienationis verbum ff. de verbor. signif. & l. vnica C. de fundo dotali, cum secundum Scappuc. in tractatu de Saluiano interdicto quæst. 10. lib. 2.
2 alienatio dicitur illa, ex qua dominium perditur, & loquendo à simili de Emphyteoticario iuxta supradictā distinctionem firmat Claper. in dec. casu 26. quæst. vnic. n. primo & seque. dum primo loco referens rationem dubitandi, quod laudemium videretur solui debere ex translatione Emphyteusis in aliam personam illā soluit; vt ita demum sit soluendum, si ea transferatur aliquo titulo præcedente, non autem per nudā possessionem, assignans rationem, quia multæ sunt causę ex quibus Emphyteusis potest in alias personas transferri absque laudemij solutione, tam de consuetudine, quā de iure communi; idemque affirmat Ranch. in addit. ad Guid. Pap. decis. 48. vbi intelligit laudemium deberi ex translatione dominii Emphyteusis ex quacūque causa, dummodo interueniat pretij assignatio.

RESOLVT. LXI.

Censu extincto, an exigens fructus possit criminaliter de vsuraria prauitate inquiri?

1 *Extinctio census debet probari per scripturas, quando eius creatio fuit probata per scripturas.*
2 *Semper debet præsumi censum non fuisse extinctum, cū dicta præsūptio sit magis verosimilis, & exclusiua delicti*

1 EXtinctio cēsus, per scripturam probari debet, quādo eius creatio fuit celebrata per scripturas, Bald. cons. 220. lib. 1. Campeg. reg. 371. in fin. Thessau. dec. Pedemont. 37. num. 15. licet quoad solutionem fructuum cēsus, disētiat à Baldo in loco præallegato, quod enim hodie post constitutionem Pij V. nō possunt census celebrari, nisi per publicum instrumentum, probat eadem Bulla Pij V. in vers. rursus, & aduertit Virg. de Boccac. in tractatu de censibus part. 1. n. 49. in fine, & part. 2. num. 189. vnde cum sit tradita certa forma seruanda in extinctione census, propterea plenè, & concludenter probāda est dicta extinctio, ad effectum puniendi exigentem, & dicta forma non seruata, census non dicitur extinctus, idem Boccac. de censibus part. 1. num. 15. in fine, & num. 78. & propterea Rota coram Lancellotto dec. 687. par. 1. Diuersorum dixit non censeri extincta venditio, quod & idem voluit eadem Rota, in vna Romana Saluiani interdicti Veneris, 24. Febuarij 1601. coram Litta, idem Boccac. de censibus part. 2. num. 58. & num. 168. & semper debet capi præsumptio, censum non fuisse extinctum, cum sit magis verosimilis, & exclusiua delicti, Romanus cons. 68. Rolan. cons. vndecimo, num. 35. vol. 3. Bertazzolus cons. 80. nu. 10. Gram. dec. 18. n. 5. vnde redeundo ad casum propositum, respondi in facti contingentia, quod si appareret euidenter censum fuisse extinctum, posse exigentem fructus, inquiri criminaliter de vsuraria prauitate, salua, &c.

RESOLVT. LXII.

Delegatus, an teneatur mittere citato originalem commissionem?

1 *Sufficit delegato si inserat in citatione tenorem suæ delegationis, nec est necesse vt mittat originale.*
2 *Reus comparens coram delegato, potest exigere originale.*
3 *Ordinarius potest citare per Nuncium solo verbo.*

DElegatus, an teneatur mittere tenorem suæ commissionis in originali? Variant DD. teste Gayll. lib. 1. practicarum obseruationum, cap. 48. n. 17. & seq. & Mising. centuria 4. obser. prima, cuius verba sunt videlicet, Variant interpretes plerique, volētes, Delegatū ad id teneri per tex. in authent. qui semel verbo aduersario cognitis, C. quomodo, & quando iud. & in c. præterea in principio de rescript. & c. prudentiam de offic. deleg. ratio est, quia non præsumitur pro iurisdictione delegata, cum Delegatus nō habeat iurisdictionem naturalem, aut fundatam iure communi, sicut Ordinarius, l. more, ff. de iurisdic. omn. iudic. sed solum ex accidēti, & ideo citatus nō tenetur credere, nisi de hoc
1 sibi fiat fides, verum communior est opinio, sufficere, si tenor Delegationis inferatur in citatione, per tex. in c. 2. & ibi DD. de dilat. & DD. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & c. cum in iure vbi Innocen. nu. 4. Panor. & Felyn. similiter de officio deleg. & Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non erit; opinio enim eorum, qui requirunt exhibitionem ipsius originalis, est vera, nempe, quod
2 Reus comparens corā Delegato, possit exigere rescriptum originale, vt habeat plenam fidem de eius iurisdictione priusquam respōdeat; idque est quod Archid. scribit in cap. si Episcopus 8. q. 2. transmissionem copiæ sufficere quoad comparendum, & non quoad respondendum, quæ opinio communiter approbatur, quam etiam sequuti sunt quādoque Domini in causa appellationis Sabinæ: & quamuis solus Panorm. in dicto c. 2. distinguat, an de grauissimo, vel graui, aut leui præiudicio agatur, tamen non loquitur de citatione, sed quod non sit obnoxius respondere vocatus, nisi sibi sit facta plena fides de commissione, & dato quod loquatur de comparendo, tamē est vnicus, & communis opinio ab eo discedit, cui etiam consuetudo optima legum interpres suffragatur. Cæterum Ordinarius ad hoc nō tenetur, sed sufficit Nuncio vt aliquem citet nomine Ordinarij prædicti solo verbo, absque litteris per tex. in cap.

cum dilecti ibi (viua voce) de dolo, & contum. & Spec. in tit. de citat. §. sequitur, ver. vtrum; & ratio est, quia pro ordinaria iurisdictione semper præsumitur, secus pro delegata, iuxta Panor. in dicto c. cum in iure, col. pen. de offic. delegat.

RESOLVT. LXIII.

Incestus, in quo gradu sit punibilis de iure Ciuili, & in quo de iure Canonico.

1 *Incestus est punibilis in quarto gradu secundum ius Ciuile.*
2 *Iudex non potest interuenire in causa, in qua est coniunctus parti in quarto gradu secundum ius Ciuile.*
3 *Incestus committitur etiam cum Moniali, quæ est sponsa Dei, Patris omnium.*

INcestus vtrum sit punibilis in quarto gradu secundum ius Canonicum, an secundum ius Ciuile; Dec. cons. 58. constantissimè firmauit, quod pœna iuris Ciuilis locum obtinebat in ipso incestu, vbicumque nuptiæ forent de iure Canonico prohibitæ, & memorat, hanc esse communem opinionem, cui inhæret Diaz. in pract. crim. Canonica in verf. Incestus, Paulus Grillan. in tit. de incest. in 7. lib. in q. 5. & seq. num. 11. Placent. in tract. de Adult. in principio, num. 16. Signor. cons. 25. Stephanus Costa in tractatu consanguinitatis in fine, & Boer.
1 dec. 318. n. 5. ac potissimum, vbicumque sumus in fornicatione, non sic in nuptijs: in contrariam verò partē inclinauit Ancha. cons. 291. August. in ad. ad Ang. Aret. in verf. *che mi hai adulterata la donna mia*, in verf. habeas etiam num. 6. Dec. mutando iudicium in melius cons. 268. Alcia. in c. cum contingat de iur. iuran. vbi in medium protulit, istam esse sententiam communem, cui accedit etiā Boss. in pract. crimina. in titul. de coitu dānato, n. 73. & seq. Clar. in sua practica in §. incestus in verf. quæro numquid, Foller. in pract. Canonica in verf. accusatione porrecta, vbi itidem expresse testatur hāc eamdem opinionem esse communiorem, & in verfic. seruari, num. 92. cum alijs sequen. Marsil. in singul. 154. & Apostilla ad Dec. in d. cons. 58.

2 Accedat etiā supradictis Regia Pragmatica, disponens, Iudicem nō posse interuenire in illa causa, in qua est coniunctus parti vsque ad quartum gradum, & hoc intelligitur de gradu de iure Ciuili, teste Ioan. Vincen. de Anna sing. 397.

3 Incestus etiam committitur cum Moniali, cum sit sponsa Dei, qui est omnium Pater, vt per Gloss. in cap. virginibus, 27. q. 1. & committitur etiam cum eadem Adulterium, & Sacrilegium, & consequenter tria peccata committuntur, secundum eamdem gloss. quam allegat Abb. in cap. Monasterium de vita, & honest. cleric. & in cap. cum dilectus de purgatione Canonica.

Imò quilibet peccator peccans mortaliter, quatuor committit peccata: Primo occidit animam suam, & sic committit homicidium: Secundo committit furtum, subtrahendo illām à Deo: Tertio committit Adulterium, nam recedens à Deo, fornicatur cum Diabolo: Quarto denique, committit periurium, nam nō seruat fidem promissam in Baptismo, glos. post August. in cap. cum humilitatis 22. q. 2.

RESOLVT. LXIV.

Dispensatus super ætate ad beneficium simplex, an possit alia beneficia obtinere absque noua dispensatione?

1 *Dispositio etiam correctoria reducens gratiam ad ius commune primæuum dicitur fauorabilis.*
2 *In dispensationibus non valet regula de maiori ad minus, maximè in beneficialibus, nam non procedit in eodem genere beneficiorum, sed in diuersis.*

DE iure communi, maior septennio potest ad ordines minores promoueri, & beneficium simplex obtinere, & consequi, ac præsentari à patronis ad beneficia iuris patronatus, cap. nullus de temporibus ordinatio. lib. 6. latè Lambertin. de iure patron. in 26. art. q. 7. princ. part. 1. lib. 2. n. 5. car. 77. de iure nouissimo Sacri Conc. Trid. sess. 23. c. 6. statuitur quod nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere.

Hoc posito, pro parte negatiua facit. Primo, quia dispensatio, & dispositio, etiam correctoria, reducens gratiam ad ius commune primæuum, dicitur fauorabilis, l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis, & Cann. in extrauaga. si aliquem num. 48. & 49. cart. 242. & quando dispensatio est gratiosa, & fauorabilis, in illa fit lata interpretatio, & extenditur de casu ad casum similem, Alex. in l. si constante in principio, nu. 5. ff. solut. matr. Ias. in l. omnium n. 11. C. de testam. & in proposito loquitur Petrus Gambara in tract. de offic. legati à latere, lib. 10. in 3. fall. cart. 313. Oldrad. cons. 215. col. 3. verf. quædā ex intentione concedentis Abb. in c. si clericus 5. de Adulterijs, n. 8. & ibi Decius de Iudic. Ripa respons. 1. n. 5. lib. 2. & Felyn. pulchrè in cons. 6. num. 8. & 9. Secundo conferunt tradita per Ioa. Monac. in cap. primo, num. 11. & seq. verf. sed illa non obstant, de filijs presbyterorum, lib. 6. vbi dicit, quod priuilegium personale, cum persona durat, & remissio semel facta, tolli non debet, & amoto impedimento quoad causam, etiam quoad illud amouetur; quod refert, & sequitur Tiraquel. in repetit. l. hoc sermone §. boues, super regula num. 32. verf. nec obstat: Tertio facit multùm doctrina Felyn. in cap. postulasti sub nu. 13.
2 in prima limit. de rescriptis, vbi regula illa, quod in dispensationibus non valet argumentum de maiori ad minus, maximè in beneficialibus, & gratiosis, non procedit, quando argueretur in eodem genere beneficiorum, secus, si in diuersis; at hic sumus in gratiosis, & fauorabilibus, & in eodem genere beneficiorum simplicium, ergo fit extensio, maximè quando dispensatio, & habilitatio est super ætate, vt in proposito consuluit Ancharan. in cons. 37. col. 1. verf. venio ad secundum, pulchrè Paul. de Castr. cons. 30. sub num. 3. vol. 1. Feder. de Seni. in cons. 168. in fin.

Tota vis enim huius resolutionis videtur consistere in eo, an si dispensatus sit aliquis simpliciter super ætate solum, & nullum ius datur eidem per dictam dispensationem ad beneficium, licet per dispensationem fiat ad illud capax, & habilis, an censeatur eidem datum ius ad beneficium; Nam dicto casu non euacuatur gratia, & dispensatio, quin ad aliud beneficium simile possit fieri capax, & habilis, dummodo ius non resistat, vt sunt duo beneficia simplicia; & ita videtur procedere doctrina Oldrad. in cons. 215. verf. verum est in diuersis Felyn. in dicto cap. postulasti in 8. limit. Ancha. in dicto cap. 1. de filijs presbyt. nu. 12. verf. sed in littera, vbi subtiliter loquitur, & Paul. de Castro, dicto cons. 30. nu. 3. vol. primo.

RESOLVT. LXV.

Constitutio Sinodalis Neapolit. excommunicans alloquentes Moniales, an habeat locum in mittentibus litteras?

Quæsitum resoluitur negatiuè.
1 *Loqui propriè dicitur, quando quis personaliter loquitur.*
2 *Prohibita allocutione cum Damnito, censetur prohibita consuetudo Epistolarum.*

AD nuper quæsita, respondendum videbatur pro opinione affirmatiua: Primo per tex. in Clementina

tina si sumus de sent. excom. vbi participans cum excommunicato verbis, fit excommunicatus minori excommunicatione, non solum prolatione verborum cũ excommunicato, sed etiam per Nunciũ, & inscriptionem litterarum, vt est tex. ad idem in c. constitutionem verbo participatione de sent. excom. in 6. vbi dicit, incurrere excommunicationem, mittendo Nuncium, vel litteras excommunicato, ac si ille personaliter loqueretur; tex. de hoc. in c. vbi periculũ §. finali de elect. in 6. vbi in sententiam ipso facto incurrit excõmunicationis, non solum, qui loquitur cum Cardinali lib. in Cõclaui existentibus, verum etiam si Nuncium mittit, vel Epistolam, & dicit Archid. in c. lex diuina 26. q. 2. Matrimonium contrahi litteris, vel per Nuncium; nã alloqui quis dicitur per Nuncium, & litteras, facit text. in c. in epistola inter claras de sum. Trinit. & fid. Catho. vbi scriptura loquitur, eo magis quia litteræ sunt verba permanentia, & verba prolata sunt transeuntia.

Secũdò à simili loquendo, Bannitis cum quibus prohibitum est loqui, prohibetur mittere litteras, Bald. in l. prima ff. de verbor. obligat. vt referunt Aret. & noniores ibi; licet non inuenerim hoc decidentem, Franc. Aret. ibidem num. 6. vers. in quæst. Socc. Patruus nu. 8. vers. secunda conclus. Socc. Nepos, num. 63. & Alciat. n. 15. & 27. qui etiam de communi testatur, quem solum referunt nouissimi colligentes communes opiniones, li. 1. in tit. de statut. c. 24. fol. 183. col. 2. post. med. & cap. 28. fol. 188. colum. 6. circa med. communem etiam dicit Cornel. Beninus in §. superest, num. 31. Iustit. de actio. mouentur precipuè prædicti ex regula illa, quod statuti verba sunt propriè intelligenda.

Nihilominus contrarium censui, ex regula iuris, nã odia sunt restringenda, & fauores ampliandi, l. cum quidam ff. de liber. & Posthum. verba sunt accipienda
1 in potentiori significatu; sed propriè loqui aliquis dicitur, quando personaliter loquitur, & glos. in dicto cap. constitutionem, dicit mittere Nuncium, vel Epistolam excommunicato, est ac si personaliter loqueretur, ergo non verè loquitur, text. in l. & licet ff. de constit. princip. dicit ipse loqui videtur, mittendo Nuncium, vel Epistolam, ergo non verè loquitur.

2 Non obstant contraria, præsertim illud de Bannitis, quia contrarium est de iure verius, vt inclinauerunt in dicta l. Luc. Rom. num. 4. Ias. in 3. notab. num. 10. & 14. cum seq. Ripa num. 58. Ioan. Crot. à num. 43. ad n. 48. Galiaul. num. 19. & seq. Claud. Seisel. col. 1. vers. nota 2. nec in effectu dissentire videtur Alex. licet ipse num. 23. cum seq. distinguat, in hanc tamen partem inclinare videtur Ias. in l. si mihi, & tibi §. regula col. 2. n. 10. ff. de l. 1. quam fore magis communem, est testis Socc. Iun. in d. l. prima n. 53. Ioa. Coras. n. 26. & seq. Hyero. Cuc. in add. ad Rom. in d. l. 1. & Bolognet. col. 63. n. 139. cum pluribus seq. & nouissimè Fern. Vas. eamdem sequutus est opinionem in tract. de succes. creatio. li. 2. §. 16. requisit. 17. n. 56. Hanc quoq; tenuit Dom. in c. vbi periculum §. nulli. n. 1. in 3. notab. de elect. in 6. gl. in clem. si Summ. Pontifex in verbo litteris, de sent. excom. & in c. constitutionem, in verbo participatione eodem tit. in 6.

RESOLVT. LXVI.

Debilitans membrum alterius intus Ecclesiam, num gaudeat immunitate?

Quæsitum resoluitur affirmatiuè.

1 *Membrum debilitatum, non desinit esse membrum.*
2 *Mutilatio propriè est amputatio membri.*

PRo opinione quod prædictus immunitate non gaudeat, ratio est, nam paria videntur non esse, & inutile esse, c. 2. de translat. Episc. & facit l. fi. & ibi gl. C. ad l. Flau. de Plag. vnde in l. quoties, & ibi Ias. latissimè ff.

qui satisdare cogantur, habetur, quod paria sunt, non præstare fideiussorem, vel præstare minus idoneum, sequitur Vant. in tract. de nullitatib. in tit. intra quod tempus n. 26. Carroc. d. 107. nec oculus inutilis, reputatur oculus; nec manus arida reputatur manus, Bald. in Authent. conuenticulam, col. 3. C. de Episc. & Clericis & in Authent. sed nouo iure col. fi. C. de seruis fugitiuis. Statutum enim puniens debilitãtem membrum, nõ cõprehendit membrũ inutile, Bal. in l. 1. n. 16. C. de ædilit. edict. Vidua dicitur, quę virũ habet inutilem, gl. in dicta l. finali, Carrocc. citata d. Polid. Rip. obseruat. 121. vnde paria sunt, Ecclesiam non habere Prælatum, & habere inutilem, d. c. 2. de translat. Episc. ex quibus omnibus videbatur concludendum; præfatum debilitantem non gaudere immunitate Ecclesiæ, cum ex supradictis: Mẽbrum debilitatum, æquipollet membro mutilato.

In hac quæstione tamen reperiuntur duo opiniones, loquendo in materia irregularitatis, quæ adaptari potest ad hunc casum. Prima opinio est asserentium, debilitantem membrum contrahere irregularitatem Panorm. in c. cũ illorum n. 8. de sent. excom. Angel. in verbo homicidium 3. q. vers. tertium, Maiol. lib. 5. c. 10. n. 7. de irregular. Graff. lib. 2. dec. cap. 62. n. 3. & hoc maximè quando ita debilitatur, vt nõ possit commodè tractare Sacramentum; & prædicti omnes se fundant in Clem. si furiosus de homicidio, vbi detruncare, & mutilare ponuntur tamquam diuersa, quasi detruncare, sit penitus abscindere, mutilare verò, sit membrum debilitare, ita vt impediatur eius vsus, & officium.

Secunda opinio superiori contraria est. s. non sufficere debilitationem membri ad excludendum quẽ à beneficio immunitatis Ecclesiæ, quia membrum debili-
2 tatum non desinit esse membrum. arg. c. sicut vrgeri 1. q. 1. & quia licet membrum debilitatum sit quasi inutile quoad operationem, valet tamen ad decorem & ornamentũ corporis; & quia in pœnis mitior interpetratio, & strictior facienda est, c. odia de Reg. iur. lib. 6. Mu-
2 tilatio. n. propriè, & strictè sumpta, est amputatio mẽbri, ex gl. in c. accusasti in verbo debilitatus; & ibi Panorm. vbi citat. clemẽt. 1. de homicid. & c. 1. qui clerici, vel vouent. & hanc sententiã tenet ipsemet Panorm. licet videatur sibi contrarius in c. de Diacono n. 9. qui cler. vel vouentes, & c. porrò n. 1. de cler. pugn. in duello Fel. in c. inter cætera, col. 5. vers. aduerte, quia hæc, de rescript. Calderin. Car. & Prepos. in d. c. de Diacono, Car. in Clem. si furiosus, q. 31. de homic. Gonzal. à Villadiedo in tract. de irregula. c. de percussore. col. 1. Stef. Aust. ad Capel. Tholo. dec. 207. Angel. ver. homicidium 5. §. 5. Tabiena verbo irregularitas 3. n. 27. §. vigesimo-sexto ante finem, Sotus lib. 5. de Iust. & iure q. 2. art. 1. concl. 3. Nau. in manu. c. 27. n. 207. Couar. in Clem. si furiosus p. 3. in princi. relect. n. 6. Hẽriquez. lib. 14. c. 8. §. 4. in fine, Sebast. Med. p. 2. tit. 9. q. 34. & Cosmus Philiarcus de offic. Sacerdo. p. 1. lib. 4. c. 11. Tolet. lib. 1. c. 27. §. mutilans vers. secundo, & hęc sententia mihi placet.

RESOLVT. LXVII.

Quodnam dicatur membrum ad effectum, vt illud mutilantes intus Ecclesiam, non gaudeant ipsius immunitate?

1 *Membrum dicitur illud, quod habet suum proprium, & peculiarem actum ab aliis distinctum.*
2 *Cartilago auris, non est membrum.*
3 *Digitus, non est membrum.*
4 *Mammilla, est membrum.*

INter cæteros casus exceptuatos in Bulla Gregorij XIV. vnus est contra patrantes homicidia & mẽbrũ mutilantes intus Ecclesiam; Propter quod fuit dubitatũ, quodnam dicatur membrum ad hunc effectum, &

resolutiuè respondendo, dico secundum Fely. in c. ego, col. 2. de iure iur. & in c. cum illorum de sententia excom. quem referunt, & sequuntur Ang. verb. homicidium 5.n.7. Nau. in manuali c.27. n. 206. vers. secundo dico Couar. in Clem. si furiosus parte 3. in princ. nu.8. de homicidio, & alios multos refert Iacob. de Graff. lib. 2. dec. c. 26. nu. 4. Cosmus Philiar. de officio Sacerdot. parte prima, lib. 4. cap. 11. Gregor. de Valen. tom. 4. disput. 7. q. 19. parte 3. §. 4. & Henriquez, lib. 14. c. 8. §. 1. quod illa pars corporis propriè dicitur membrum, quæ
1 habet suum proprium, ac peculiarem actum ab alijs distinctum, vt sunt manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, oculi ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, lingua ad loquendum, & hoc ipsum insinuat Apostolus primo ad Corinth. 12. dicens membra corporis non habere eundem actum, & dat exemplum in oculo, & pede; & idem habetur ad Rom. 12. vt doctè, & latè tradit Salon. in 2. 2. S. Thom. q. 52. art. 1. controuersia 4. ex quo infert auriculum, idest cartilaginem illam propriè aurem non esse, nec membrũ,
2 cum necessaria non sit auditui, sed est potius tutela, & ornamentum auris, ex Nauar. in manuali, c. 27. n. 223. vers. septimo infertur Couar. in Clement. si furiosus p. 3. initio relect. num. 8. de homicid. Henriquez lib. 14. c. 8. §. 1. & si Maiol. lib. 1. c. 25. n. 5. de irregul. contrarium insinuet, cuius opinio vera esse potest quando in pœnam culpæ abscissa, vel perforata esset; vt fatentur Nauar. & Henriq. vbi supra; tunc enim tamquam infames
3 sunt censendi irregulares; Infertur secundo loco, digitum non esse membrum, & propterea constitutio prædicta non procedit in mutilante illud, Bart. in l. non sunt liberi ff. de stat. hom. quam doctrinam semper DD. sequuti sunt, & magnificarunt, vt dicit August. ad Angel. de Malef. in verb. membrum prædictum n. 9. Cagn. in l. imperium n. 218. de iurisd. omn. iud. Ioan. Ant. de Nigr. fol. 253. & fol. 161. Farin. de pœn. & delict. q. 19. num. 25. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 6. Couar. in repet. clem. si furiosus post n. 8. de homic. qui in verb. 3. refert hanc esse communem opinionem, & propterea infert, quod si statutum, prout erat istud, puniat abscindẽtem membrum, non habet locum in abscindente digitum aliquem, Vitalin. de Malef. in rub. quid sit accusatio n. 58. subdens ita de facto fuisse determinatum, Rub. cons. 83. & ratio est, quia statuta debent propriè, & strictè intelligi, l. quidquid adstringende, ff. de verb. oblig. & sic tenet Bar. in cons. 202. incip. numquid digitus, l. idem ff. de ædil. edict. vbi Iuris Cons. ponit discrimen inter digitũ, & mẽbrum per particulam (vel) disiunctiuam, tamquam diuersam, Sayr. de legit. c. 9. n. 7. qui ait hanc opinionem veriorem esse in puncto iuris, & de his patet malè sensisse Cou. in clem. si furiosus p. 3. n. 8. de hom. quam sequitur Henr. lib. 14. c. 8. §. 3. & Sayr. lib. 7. c. 5. n. 18. volẽs
4 mammillam fœminæ non esse membrum, & consequẽter non contraxisse irregularitatem dictam mammillã abscindentem, quod mihi non placet, nam secundum Bal. in l. data opera n. 75. C. qui accus. non poss. quælibet mammilla in fœmina habet per se officium distinctum sicut quilibet oculus, aut quælibet auris.

RESOLVT. LXVIII.

Nùm vocatus ad administrationem Capellę in casu mortis alterius Administratoris, censeatur vocatus in casu quo ille talis se excusauerit à dicta administratione?

1 *Ex verosimili voluntate testatoris fit extensio de persona ad personam.*
2 *Quæsitum resoluitur affirmatiuè.*
3 *Casus priuationis, dicitur casus mortis.*
4 *Tutor datus in casu mortis, censetur datus in casu remotionis.*

VIdebatur respondendum negatiuè cum administratio sit onus, arg. tex. in l. tria onera ff. de ex. cus. tut. atq; in ea fit stricta interpretatio, l. quod si nepotes ff. de test. tut. §. fi. inst. qui tut. dar. poss. & in specie post multos, quos allegauit Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 2. n. 9. & iterum lib. 11. tit. 13. n. 4.

Sed licet dispositio concepta in vno casu, ad alium omissum similem extendatur, tamen requiritur vt eundem effectum habeat, l. fi. in fi. ff. mand. & tradit Bar. in l. Gallus §. & quid si tantũ n. 3. vers. primo casu, aut casus omissus ff. de libe. & posth. quẽ ibi DD. sequuntur.

Fallit tamen hoc, secundum Bal. ibi col. 2. quando dispositio facta fuit in vno casu, in quo fit dicta interpretatio, tunc. n. non extenditur ad alium casum, eundem effectum importantem, allegat tex. in c. susceptum de rescrip. in sextò, vbi mandatum, vt conferatur beneficium in casu quo vacat per resignationem, non extenditur ad casum in quo vacat per mortem: Sic dicamus, quod tutor datus in casu, quo vxor se maritauerit, non erit datus in casu quo vxor mortua est, sed hic casus, vt omissus remaneret in dispositione iuris.

Sic enim dicimus, quod in tutela non fit extensio de persona ad personam, & ne dum in tutela, sed in omni casu regulariter, vt per Aret. ibi, quem multi Doctores sequuntur.

Innumeri nihilominus alij tenuerunt quod ex verosimili mente testatoris fiat etiam extensio de persona
1 ad personam, inter quos est Ang. in d. §. & quid si tantum col. 3. vers. fallit etiam, & ibi Hyspanus Garsias n. 86. Crot. n. 27. Ias. in l. Titius §. Lutius n. 7. ff. de lib. & posth. & cons. 115. n. 4. & alij quos refert, & probat Molin. de primog. Hyspan. lib. 1. c. 4. n. 25. quibus addo Crauet. cons. 115. n. 7. Mantua. cons. 22. n. 72. lib. 1. Marzar. cons. 4. pag. 28. & 31. cons. 5. pag. 47. cons. 6. pag. 55. Cæphal. cons. 252. num. 21. lib. 2.

Et tamen ijdem Scribentes dum tenent hanc opinionem respondendo ad tex. in l. si quis ita §. pen. ff. de testam. tutel. quam pro se allegat Aret. ad probandum quod non fiat extensio de persona ad personam, dicunt quod ille tex. non est trahendus in consequentiam, quia solum in tutela erit intelligendus.

Supradictis tamen non obstantibus, contrarium cõsului; nempe quod supradictus Administrator nomina-
2 tus in casu mortis alterius, censeatur quoque nominatus in casu remotionis; & motus fui ex eo, quod in iure casus mortis, depositionis, vel remotionis idem sonant; adeo quod Officialis remotus ab officio, dicitur mortuus, ad tex. in l. 1. in fi. C. de Muner. lib. 12. vt ibi. & numeratorum corpus extinctũ iniuriæ author mouendũ dicitur, Notarius Principis non poterat esse discussor, siue persequutor, & si cõtrafecerit, erat priuatus ab illo officio Primicerij, & in eius loco alius creatus, nam erat statutus numerus propinquorũ, & in casu mortis alicuius decorabatur illa dignitate, quam semper retinebant etiam in senectute, & tantum casus priuationis
3 dicitur casus mortis, quia alius eligebatur; sequitur gl. fi. in verb. corpus, Io. de Plat. ibi in Apostill. & And. de Barul. in d. l. 1. n. 4. in vlt. notab. & infert argumentum Andr. de Isern. in c. 1. §. sed & res n. 7. per quos fiat inuestitura, quod Iudex recusatus habetur pro mortuo.

Item facit quod quando Prælatus succedit in locum alterius Prelati, vel renunciantis, vel translati in aliam Ecclesiam, non succedit viuo, sed mortuo, tex. in c. in apibus §. ecce 7. q. 1. Card. in clem. fi. n. 13. de proc. Remoueri igitur ab officio idem est, ac mori, gl. in cle. 1. in verb. mori, vt lit. pend. & gl. in c. si cui verb. moriatur de præb. in 6. Ias. in l. nulla C. de proc. Gabr. comm. opin. lib. 2. tit. de Procur. concl. 3. 4. Cassad. dec. 2. n. 2. de appell. Auphrer. ad Capell. Thol. dec. 265. Rot. Rom. in nouis dec. 376. Mand. super reg. Canc. de verisimili notitia q. 7. n. 13. Asin. in l. 4. §. sed tunc n. 59. ff. de relig. & sumpt. funer. qui omnes dicunt, quod mandatum Procura-

curatoris,ita expirat morte Episcopi,clem.præsenti de off.Ord.Ioan.Bapt.Valenzuola Regens cons.60.nu.32. quemadmodum Remotione,Translatione, vel Renunciatione,cum paria sint,quod officiũ, siue administratio finiatur morte, vel remotione ab administratione; & in specie quod casus mortis includat casum remotionis,docet Vinc.de Ann.alleg.92.n.3.vbi refert ita iudicatum,sequitur D.Fab.de Ann. cons.14.n.8.& seq. &
4 cons.82.n.18.19. & 20. lib.1. & in terminis tutor datus in casu mortis, censetur datus in casu remotionis, determinat etiam contrarijs respondendo Sur.d.205.n.9. vsq;ad fi. quæ conclusio confirmatur, nam benè mors ciuilis æquiparatur naturali,& verbum(Mors) etiam in ciuili verificatur,l.actione §.publicatione ff.pro socio, l.1.§.vltimo ff.de bon.proscript. & post alios Rim.Iun. cons.415.Menoch.cons.227. n.45. Dec. resp. 86.n.39. lib.3.& respons.81.num.1.2.& 10.lib. 5.Honded. cons. 62.num.35.lib.1.Mascar.de probat. concl.1373.

Et quod excusatio ab administratione Capellæ operetur eundem effectum mortis naturalis,patet, quia in vtroque est par ratio prouidendi filiæ de tutore, dixit Surd. dec. 205. sub n. 13. vbi ait,paria sunt non extare tutorem per mortem,vel ob remotionem,Rol.con.87. n.2.vol.2.Soc.Iu.cons.43.n.3.vol.3.Rim.Iun. cons.259. n.11.Viui.dec.34.n.10.& 43.& in ijs in quibus consideratur effectus,non refert quod fiat ex æquipollentibus. l.multa ff.de cond & demonst.l.mater vbi Dec.in 2.notab.C.de instit.& substit.Asin.de execut.cap.23.num.5.

RESOLVT. LXIX.

Nùm Rector possit exigere decimas à suis Parochianis, qui seminauerant in territorio alterius Rectoris?

1 *In exigendis decimis, attendenda est loci consuetudo.*
2 *Quæsitum resoluitur affirmatiuè stante consuetudine.*
3 *Decimæ de iure spectant ad Rectorem Ecclesiæ, intra cuius fines terræ sunt positę,secluſa consuetudine cõtraria.*

INdubitata est iuris conclusio, Decimas spectare ad ministros Dei, & Sacerdotes, c. ad audientiam de cler.non resid. clem. vnic. eod.tit.c. cum contingat de decim.& vtrobique Abb.& ab his iure suo exigi posse, tamquam omni iure Diuino,& Humano debitas dicit, Dec.in c.1.n.4.de rescript.c. Ecclesiæ antiquitas 13.q. 1.c.quicunque voluerit 8.q.1.c.veniens vbi Abb.de rescript. & ex ijs decimis viuunt Ministri Dei, cuius est terra, omnisque eius plenitudo, cap. tua nobis de decim. Host. in summa eod. tit. §.7. in princ.

1 In exigendis prædictis decimis, dicit esse attendendam loci consuetudinem, tex. in c. in aliquibus de decim. quæ est optima legum interpres, l. si de interpretatione ff. de legib. c.cum sint, & ibi glos. &c. ad Apostolicæ de decim. Atque adeo in quacumque dispositione locum habet,cap.licet ex suscepto, vers. consuetum de for. comp. vnde in casibus à lege non decisis, vim legis habet, l. de quibus ff. de legib.

2 Et propterea dico, bonum habere ius Rectorem S. Bartholomæi in exigendis decimis à suis Parochianis, qui seminauerunt in territorio terræ Montisfortis,non obstante petitione illius Parochi Rectoris, intra cuius fines prædia sunt posita, cum adsit probabilis consuetudo pro ipso Rectore S. Bartholomæi.

3 Nec obstat quod decimæ de iure spectant ad Rectorem Ecclesiæ,intra cuius fines terræ sunt positæ, secũdum opinionem gl.Host. & Abb. in c. cum homines de decim. quia illud procedit secluſa consuetudine, non autem si adesset consuetudo in contrarium, tunc illi standum esset,vt in Rot. Ro. testatur Card. Put. decis. 154.lib.1.In qua exactione decimarum, quod sufficiat probare consuetudinem decẽ annorũ, tenet Abb. in c. cũ cõtingat col.fi.de decim.ac dec. dicit Put.cit.d.154.

Vlterius, decima debetur Ministris, ac Pastoribus Ecclesiæ; Tum ob Parochianorum gubernationem, tum etiam ob animarum curam cap. 1. §. his itaque c. Ecclesias 13.q.1.c.decimæ, & cap. decimarum 6.q. 1. cap.ex his 12.q. 1. Sed nulli dubium est, quod decima personalis debetur Ecclesiæ,in qua quis conciones audit,& Sacramentorum fit administratio, cap. ad Apostolicæ, cap. cum sint, & c.Pastoralis de decim.

RESOLVT. LXX.

Absens causa studij, num possit percipere distributiones?

1 *Absens causa studij lucratur fructus,& distributiones,quę in fine anni distribuuntur,& massa grossa nũcupantur.*
2 *Absens causa studij non lucratur distributiones,quæ dietim distribuuntur.*
3 *Quando præbenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus, absens causa studij lucratur etiam distributiones, dempta tertia parte.*

DOminicus Marrocchus Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Bipetran.absens à sua Ecclesia,& Romę commorans causa studij de licentia Illustris. Dominorum Cardinalium Sac.Cong.Trid.interpretum sub die 19.Ianu. 1612. & confirmata à Reuerendiss. eius Episcopo, non solum lucrari debet omnes fructus, & pro-
1 uentus ecclesiasticos præbendæ 20.scut.quam obtinet, per notata in c.de cætero,ad audientiam,c.tuæ & cap. relatum de cler. non resid. sed etiam percipere debent omnes fructus, ac distributiones Canonicatus, quas percipiunt præsentes,c.licet de præb. c.fi.de mag. cum non dicatur abesse,sed videatur residere, & vacare vtilitati vniuersalis Ecclesiæ,Bar. in l. quæsitum in princ. ff. de l.3. Bal.in l.qui sub prætextu C.de sacrosc. eccl.

Et licet non deberet lucrari distributiones quotidia-
2 nas,quæ dietim distribuuntur,vt in d.c.licet, non tamẽ prohibetur percipere distributiones,seu alia bona,quę in d.Ecclesia in fine anni distribuuntur,quæ consistunt in vino, oleo, frumento, ordeo, leguminibus, & certa pecuniarum summa,cum non sint propriæ distributiones,vt sunt illæ,quæ actu distribuuntur,sed potius *massa grossa* dicitur, & impropriè distributiones appellantur,& ideo debentur etiam absentibus priuilegiatis,ex quo in istis procedunt iura loquentia de priuilegiatis, ipsis enim debẽtur distributiones,iux.extr.Io.XXII.incip. Cum nonnullæ Ecclesiasticæ personæ §. præterea de præb.gl.fi.in c.vnico de cle.non resi.Abb.in d.c.licet n.8.Cald.cons.21.de præb.Par.cons.32.n.11.vol.4.& in proprijs terminis Fel.cons.18.n.6.vers.modo istis præmissis,DD.de Rot.in vna Salam.Canon.de præb.& ita intelligit Caput.dec.29.p.2. & tangit Monet. in tract. de distributio.quotid.p.1.q.10.n.24.& latè comprobat Steph.Quarant.in sua summ.Bullar.in verb.residentia, vers. quod autem, & ibi addit. omnino videnda.

Sed in casu nostro res caret difficultate,ex quo præbenda 20.sc.est valdè tenuis, & ferè omnes fructus Ca-
3 nonicatus in istis distributionibus consistunt;vnde dato quod istæ dicerentur distributiones quotidianæ, adhuc etiam prædictus Dominicus deberet eas lucrari, dempta tantum tertia parte,cum excedat summam septuaginta quinque & vltra scutorum; ita dicta iura disponunt,& sæpius Sac.Cong.declarauit,vt refert Add. D. Prosp. de Augustin. ad dictam Summam Bullarij.

Nam si istas distributiones non lucratur,eius priuilegium redderetur inutile,& sine effectu, imo esset ei dãnosum,nihilque prodesset ei,quo d est inconueniens, ad tex.in c.si Pap.de priu.in 6.cum vulg.Rebuff.in prax.de differ.inter priu.& reser.n.11.quare cum distributiones sint pingues, præbenda verò tenuis, vt in casu nostro, ne studium negligatur dempta tertia parte, quod su-

peresť applicandum erit ſtudenti, vt tenuit Cald. conſ. 1. de cler. non reſid. Innoc. in cap. licet de præb. & in terminis declarauit prædicta Sac. Congr.

Quod verò maior pars fructuum conſiſtat in huiuſmodi diſtributionibus, probatur ex partitis extractis ex libris Capituli, vt in publico inſtrumento, quæ dantur, & faciunt fidem contra Capitulum, Rot. Diuerſ. dec. 391. num. 6. par. 1.

Nec ſunt attendenda onera, quæ ex illis deducuntur per ipſos Canonicos, quia cum ſint incerta, & variabilia, ideo non computantur in valorem, Rot. Diuerſ. dec. 5. num. 3. & ſeq. par. 2. & facit text. in vna Pampilon. congruarum 29. Ianuar. 1590. coram Illuſt. Peruſino, & in vna Pampilon. congruæ 22. Octobris 1594. coram Illuſtriſs. Card. Mellino: Ita etiam ſummam dictarum diſtributionum minuere non debent, Put. dec. 202. lib. 3. & facit dictum in vna Papien. Prioratus S. Michaelis de Caloſio. 6. Iunij 1607. coram Illuſtriſs. Card. Lancellotto.

Vltra quod etiam ſi deducerentur, adhuc ferè omnes fructus conſiſterent in iſtis diſtributionibus, in quibus conſiſtit maior pars, ad reg. l. cum in diuerſis ff. de relig. & ſumpt. fune. & eo magis huiuſmodi diſtributiones dicto Dominico veniunt concedendę, cum alias tenerentur Capitulum, & Prælatus ei neceſſaria ſubminiſtrare, vt in cap. fin. de magiſtr. quod procederet etiam ſi deberet aliunde alimenta, cum agatur de fructibus, & diſtributionibus ad eum ſpectantibus cauſa ſtudij, quo caſu ei alimenta indiſtinctè debentur, vt fuit dictum in vna Salamant. cenſurarum 28. Nouembr. 1594. coram bon. mem. Card. Seraph.

RESOLVT. LXXI.

Quibus modis verbum remiſſio ſumatur in iure?

1 *Remiſſio eſt nomen ambiguum, & ſumitur aliquando pro remiſſionę iniuriæ, & cautionis, aliiſque modis, prout in corpore reſolutionis.*

DEueniendo itaque ad hanc remiſſionis delinquentium materiam, gradum faciam ab eius nomi-
1 nis explicatione: Cur igitur verbum (remiſſio) ſit nomen ambiguum, & multas contineat ſub ſe ſignificationes, exponam nomen ipſum; Primò igitur ſumitur pro remiſſione iniuriarum, de qua loquitur gloſ. in §. fin. inſt. de iniur. gloſ. in l. ſi autem in verſ. iniuriam remittere ff. de pact. Bart. in l. 1. §. & ſi vnicus in 1. col. num. 3. ff. de iniur. Bal. & Iaſ. in l. 1. in 3. col. num. 14. ff. de pact. idem Iaſ. & cæteri omnes in l. ſi tibi §. quædam in princ. ff. eod. & in l. generaliter C. de inſt. & ſubſti. & in l. pactum curatoris, vbi Bald. in princ. C. de pact. Aliquando, & ſecundo accipitur pro remiſſione cautionis ab vſufructuario præſtanda, de qua loquitur tex. in l. 1. C. de vſufr. Bar. in l. vxori in princ. ff. de vſufr. leg. Abb. in cap. cum conſtat in 1. notab. de pigno. Aliquando, & tertiò, ſumitur pro remiſſione penſionis rei locatæ, de qua loquitur tex. in l. licet, & in l. excepto C. locati, & in l. ſi merces §. vis maior. ff. eod. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de migrando; Abb. & Ant. de Butr. in cap. propter ſterilitatem in 2. col. num. 18. de locat. Couar. in ſuo tract. pract. quæſt. cap. 30. Aliquando, & quartò, ſumitur pro debiti remiſſione, de qua loquitur tex. in l. 1. C. de non num. pec. l. præſes C. de tranſact. l. Imperatores ff. de pact. Iaſ. in l. pactum curatoris C. eod. in princ. Aliquando, & quintò pro pignoris remiſſione, de qua loquitur text. in l. ſicut, vbi Bar. ff. quibus modis pign. vel hypot. diſſol. Aliquando, & ſextò, pro peccatorum remiſſione, de qua eſt text. in cap. 1. vbi Arch. 5. diſt. Abb. & cæteri omnes cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſs. Felyn. in ſuo tract. de Indulg. & remiſs. num. 15. Syl. in Summa in verb. remiſſio peccatorum q. 8. Aliquando, & ſeptimò, pro remiſſione noui operis nunciatione, de qua eſt tex. in terminis in l. 1. ff. de remiſ. Bart. in l. 1. in 2. col. num. 7. ff. de nou. op. nunc. & in l. ait prætor, vbi Bal. in 2. not. eo. tit. Aliquando & octauo, pro delicti remiſſione, de qua loquitur text. in l. 1. §. Diuus, vbi Bal. ff. ad Sylla. Clar. lib. 5. ſent. q. 37. Aliquando, & nono, pro cautelarum remiſſione à legatario præſtanda, de qua loquitur text. in l. 2. vbi Bald. C. vt in poſſeſſione legatorum, Bar. in l. nemo poteſt in 3. col. num. 17. ff. de l. 1. gloſ. in l. 1. in verſ. caueat remiſſio C. commu. delega. Aliquando, & decimo pro inſinuationis remiſſione, text. in l. Modeſtinus ff. de l. 3. Bal. in l. ſancimus in 3. notab. C. de donat. Iaſ. in l. nemo poteſt in 2. col. num. 6. ff. de l. 1. ad idem probat gloſ. in §. aliud in verb. remiſſio inſinuationis, Inſt. cod. tit. Clar. lib. 5. ſentent. §. donatio q. 13. in princ. Aliquando, & vndecimo, pro hypothecæ remiſſione, de qua loquitur text. in l. ſicut ff. quib. mod. pig. vel hypot. fol. Bart. in l. hypothecas C. de remiſs. pig. Aliquando, & duodecimo, pro delinquentium remiſſione Iudici competenti facienda, & quia hæc eſt noſtra materia, libenter eam proſequar.

RESOLVT. LXXII.

Quæ requirantur, vt remiſſio delinquentis fieri poſſit?

1 *Iudex delicti debet petere remiſſionem.*
2 *Requiritur ad remiſſionem, quod conſtet fuiſſe commiſſum delictum in territorio requirentis.*
Item quod reus non ſit vagabundus, nec per Iudicem detinentem condemnatus.
3 *Inquiſitus de hæreſi vbique puniri poteſt, nec in dicto crimine locum habet remiſſio.*

SEcundo principaliter quæro, quæ ad huius remiſſionis validitatem requirantur; & reſpondetur quod
1 multa de neceſſitate requiruntur. Primò requiritur, vt Iudex delicti petat hanc remiſſionem, vt probat tex. in §. ſi verò comprehenſor in auth. vt nulli Iudicum col. 9. text. in clem. fin. & ibi gloſ. in verb. de mora de re iud. & text. in cap. 1. de raptor. Couar. pract. quæſt. num. 4. cap. 11. & num. 5. cap. 3. Diaz. pract. crimin. Canon. cap. 8. 9. & 10. Boſs. in tit. de for. comp. num. 46. Guid. Pap. dec. 202. in princ. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 36. in fin. Epiſc. Minor. in ſua prax. epiſco. in verſ. reorum remiſſio in princ. & ſi hæc remiſſio non petitur à Iudice delicti, non tenetur iudex detinens reum, illum remittere, Bar. Bal. & omnes in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet, Abb. in cap. vlt. col. 8. de for. comp. Fel. in cap. ex tenore col. 6. num. 17. de for. comp. Tamen Iudex retinens, poteſt reum remittere, etiam ſi non petatur ex quadam vrbanitate ad Iudicē delicti, Abb. Panorm. conſ. 24. lib. 1. & DD. loc. cit. & ita intelligitur declaratio Sac. Congreg. Illuſtriſs. Cardinalium ſuper Conc. Trid. 138. vbi dicit, Presbyter delinquens in Diœceſi, debet remitti ad ſuum Epiſcopum, ſi in
2 alio loco reperiatur. Secundo requiritur, vt crimen conſtet fuiſſe commiſsum, de quo agitur, in l. 1. §. item illud ff. ad Senat. Conſ. Syll. Petr. Iac. in tit. de ſucceſs. Regni Franciæ in §. eſt & aliud, verſ. eſt notandum, Card. in clem. paſtoralis in §. denique in verſ. vltimo, de ſent. & re iud. Oldrad. conſ. 133. in princ. Guid. Pap. deciſ. Delph. 202. Rot. Luc. dec. 39. per tot. Requiritur tertiò, quod conſtet crimen fuiſſe in territorio Iudicis requirentis commiſsum, l. 1. vbi Bart. & Bal. C. vbi de crim. agi opor. Couar. pract. quæſt. cap. num. 3. & de iſto videlicet delicto, & in quo loco delictum fuerit patratum Iudex requiſitus poteſt facere informationem, antequam delinquens remittatur, gloſ.

glos. in clementin. pastoralis in verb. remitteret, de sentent. & re iudic. Guid. Pap. in alleg. decis.202. in 2. requisito, Vrsill. ad Afflict. in decis. 42. num. 4. in fin. Sed hoc verum est, nisi Iudex requirens eidem Iudici requisito informationes super delicto transmiserit, prout est consuetum in talibus fieri, Mars. in pract. crimin. §. oportunè nu. 37. Quarto requiritur, quod delatus non sit vagabundus,l.1.& ibi Bart.iuncta gl.C.vbi de crim. agi oport. Abb. in c.fi.col.8. vers.sed circa hoc quæro de for.comp Duen.reg.388.in 4.limit. Farin. in tit. de inquis. concl.6. n.13. Couar. in tract. pract.q.c.11. post.n.6. Guid.Pap.in præalleg.dec.202. Fachin. lib.9. controu. iuris c.15. per tot. Tartagl. in prac.M.C.V.in tit.de ord.Iud.n.6.Foller.in pract.crim. fol.88.n.105. in verb.conquassantur priuilegia.Quinto requiritur,quod inquisitus non sit per Iudicem retinētem condemnatus, ex quo condemnatus non remittitur, vt originaliter scripsit Salic. in l.2.§. fi.in 3. col.n. .6.ff.de accus Bal.in l.exequutorem C. de exequut. rei iud. Cyn. in l. relegatur §. interdicere ff. de interd. & releg. facit ad tex. in l. addictos C. de appell. Angel. in auth. si reo criminis in princ. C. ad leg.Iul. de adulter. Marian. Socc. in c.1. n. 8. de raptor. Affl. in constit. Regni in rub. 41. n. 12. Couar. loc. cit. n. 6. vers. 6. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 12. n. 19. Gram. vbi testatur de facti contingentia in dec. 26. col.2.& 6. n.1. & ratio communiter redditur,quia, remissio fit de condemnādo,non de condēnato,vt ait Episc.Minoren. in sua prax.episcop.in vers. reorum remissio n.4.Sexto
3 requiritur, quod ipse delatus nō sit accusatus de heresi, quia tunc vbiq; pro tali crimine puniri potest, nec fieret remissio, Bar. in l. si dominium in 2. col n.3.ff.de furt.Butrig. in l.Ariani in 3.not. C.de hæret.Clar.lib.5. sent.§.hæresis n 18. vers.socios tamen,Guid Pap.in supra alleg.dec. 202.n.3. Carrer. in pract.crim. in tit.de hæret.n.68.Abb.ante alleg. in c.fraternitati in 2.col.n. 10.de hæret.Septimo, & vltimo,quod non commiserit crimen pœnes Iudicem,apud quem detinetur,quia antequam remittatur,debet fieri de tali crimine punitio, l.si cui §.fi.& l.fin.ff.de accus.Bal.in l.1.C.vbi de crim. ag.opor.Alex in l.a Diuo pio §. sententia n.27.ff. de re iud.Fachin.lib.9.controu.iur.cap.25.

RESOLVT. LXXIII.

Quid sit remissio delinquentium?

2 *Remissio est traditio rei facta ab vno Iudice, Iudici delicti territorij.*

2 *Iudex remittens reum Baroni, debet præfigere terminum intra quem expediat, & terminum infra quem reus debet se præsentare Iudici.*

3 *Remissio debet fieri ad proprium Iudicem, honestè, & absque ignominia.*

1 TErtiò quæro,quid sit remissio delinquentiū?Resp. quod est quædam rei traditio facta ab vno Iudice,Iudici territorij in quo delictum est cōmissum, quæ diffinitio licet à nemine tāgatur,tamen a me probatur, ex tex. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor.ibi,illic etiam iuri subiacent,ex tex.in l.si cui § cū sacrilegium ff.de accus.ibi,quod reus in eam Prouinciā remittatur,vbi sacrilegium commisit, & tex. in l.solet ff. de custod. reor. ibi,cum persecutoribus ad se remittant,ex tex.in l.1.C.vbi de crim.agi oport.ibi,extra ordinem coercent,vbi commissa,vel inchoata sunt crimina;probatur etiam in l.capitalium §.famosos ff.de pœnis : ibi,famosos latrones furca suspendendos esse, vbi grassati sunt;melius in §.si verò comprehensor in auth. de defens. ciuit.

2 Sed nota quod in hac delinquentis traditione multa interuenire debēt,vt diximus in 2.q.& Vltra illa,aduerte,quod in Regno Iudex remittens reū Baroni, vel alio Iudici, debet præfigere terminum infra quē expediat, sub pœna auocationis causæ, Iser. in c. imperialem §. præterea col.6.de prohib.feud.alien.per Feder.Frec.de subfe.lib.2.author.11.fol.26.& Ann.sing.270.

Secundò,debet statuere terminum,infra quem debet remissus comparere corā Iudice ad quem,l.2.§. si dubitetur,vbi Paul.de Cast. de iudic. Barb.in c.1. de ord. cogni.Fel.in c.cum sit Romana col.1.de appell.& Ann. d.sing.270.

3 Tertiò,vt talis remissus honestè, & non ignominiosè tradatur Iudici loci delicti, de Franc. dec. 37. Couar. pract. q.c.11. n.10. Arnon. sing. 36.& officialis remittens delinquentem ad proprium Iudicem cum ignominia, dicitur committere vim publicam,Bart.in l.1.ff.ad leg.Iuliam de vi publica.

RESOLVT. LXXIV.

An remissio sit facienda ad locum delicti?

1 *Remissio facienda est ad Iudicem delicti.*

2 *Si iudex delicti agat ciuiliter, non est facienda remissio.*

QVartò principaliter quæro:an reus captus,& carceratus pro delicto alibi cōmisso, debeat remitti ad locum delicti, & ad Iudicem illius loci, vbi deliquit;Respondetur,quod talis reus remitti debet:& hoc per tex. in.§. si quis verò comprehēsorum in auth. vt nulli Iudicū, vbi tex. imponit necessitatem Iudici, qui cæpit reum, vt ipsum remittat ad Iudicem loci commissi delicti, vt ibi puniatur, vbi deliquit; ad quod etiā facit tex. in c.1.de rapto. quo in loco tex. videtur īmponere Iudici, quod eum non retineat, sed remittat, & ad hoc facit tex.in c.si ille 23.q.4.qui dicit:Ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis est orta præsumptio, & facit etiam tex.in c.si peccauerit 2. q.1. qui textus ait, vbi contigit malum,ibi puniatur:Item pro hac parte facit: nam decet bonum Iudicem expurgare Prouinciam malis hominibus. l. congruit ff. de off. Præsid.Bar. in l. quidam ff. si cert pet. per Bald. in l.1. C. vt publ. lætit. lib. 12. Quare cum propter delictum commissum territorium suum, & eius Respublica offendatur, omnino erit ad ipsum facienda remissio, vt cęteri ipsum reū intuentes, abstineant se à delictis,vt ait tex.in auth. vt Iudices sine quoquo suffragio in §. si quis autem,gl. in l.1. in vers. metum multorum ff.de iust.& iur.& pro hac parte facit bonus tex.in l.1.ff. de muner.& honor. in verb.vbi iniustitiā fecerit, illic quoque pœnas subeat;idemq;dicit tex.in l.capitalium §.famosus ff.de pœnis, ibi,famosos latrones vbi grassati sunt suspendēdos esse:Item pro hac parte est tex. in §. considerantes, in auth.vt omnes obēdiant Iudici, vt vnusquisque in qua prouincia deliquit,illic & iuri subiaceat: est etiam tex. in l. si cui §.idem Imperator,& l.fin.ff. de accusat.glos. in cap.fin. de for. comp. Vltimo pro hac parte faciunt iura omnia, quæ dicunt, quem sortiri forum ratione delicti: prout clarè patet in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. & in l.1. vbi DD. eod. tit. gl. in l.hæres absens in vers. forum sortiri ff. de iudic. facit tex. in c. fi. & in c.postulasti vbi Abb. & Marian.Socc. de for. comp.

Sed contra prædicta,quod talis reus non debeat remitti ad locū delicti,facit tex.in c.fi.de foro comp.quia tex.simpliciter vult,quod Iudex domicilij potest punire reum de delictis vbiq;commissis:Item pro hac parte facit ratio quinta, nā ratione domicilij potest aliquis conueniri,ex contractu vbiq;celebrato,l.hæres absens §.apud Labeonē.ff.de iudi.c.fi.de for.comp.Ergo eodē modo ratione delicti;Nā si esset facienda remissio,frustra iura loquentia de domicilio essēt facta,& hāc opinionem tenet glo. in l.1.& 2.C.vbi de crim.agi opor.

Quid

Quid ergo dicēdum in hac quæstione? Reperio quod Ioa. Calder. hanc dubitationem examinauit in repet. c. 1. de rapt. & Pet. Anc. in c. postulasti de for. comp. Abb. in cap. fi. eod. tit. & in cons. 24. incip. Rodulfus ciuis, & Mars. in sua pract. crim. in §. oportunè n. 23. Tu autem
1 ita distinguas, quod aut Iudex loci delicti non petit hāc remissionem, & tunc illa non est necessario facienda, & Iudex domicilij, qui vult cognoscere, potest licitè cognoscere, & punire, vt habetur in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. secundum vnum intellectum, quem sequitur
2 ibi Bart. Aut. à Iudice delicti petitur fieri remissio, & tunc, aut agitur ciuiliter, & non tenetur remittere, secundum Ioa. Calder. in repet. c. 1. in 2. col. de raptor. gl. in l. hæres absens §. 1. ff. de iudic. Bart. in l. 3. ff. si quis in ius vocat. non ierit, Bal. in l. 2. in fi. C. vbi de crim. agi oport. Socc. reg. 236. in princ. Mars. loc. cit. n. 37. Si verò agitur criminaliter, tunc de necessitate remissio faciēda est, vt testatur Cyn. & communiter DD. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. Bar. in l. si cui ff. de accus. Io. And. in cap. 1. in §. contrahentes in 2. col. circa med. de for. comp. & de hoc casu, an, & quando fieri debeat remissio rei capti, & carcerati pro delicto, vltra prædictos, vide Alex. in l. à Diuo Pio §. sententiam per tot. ff. de re iud. Ang. in l. hæres absens in §. 1. in 2. col. ff. de iudic. Blanc. in repet. l. fi. n. 47. ff. de quæst. Plaza in epith. delict. cap. 27. Grill. in tract. de pœnis omnifar. coitus n. 27. Bost. in tit. de for. comp. n. 120. Marian. Socc. in c. fi. col. 10. eod. tit. Bolog. cons. 57. in 2. col. Corset. in notabilibus suis in verb. remissio, Iacob. de Belui. in sua pract. iudiciaria crim. sub rubr. de fuga reor. n. 12.

RESOLVT. LXXV.

An quibus casibus cessat remissio delinquentium?

1 *Contractans rem furtiuam in aliquo loco, potest ibi puniri.*
2 *Non fit remissio in vndecim casibus, de quibus in corpore resolutionis.*

1 QVintò quæro: In quibus casibus cessat remissio delinquentium? Respondetur in multis. Primò. quando delinquens est captus in alio loco, quam in eo, in quo furatus est, nam potest ratione nouæ contrectationis in alio loco puniri, Bart. in l. si dominium ff. de furt. Capy. dec. 104. Iacob. in l. si adducta C. de furt. Fulgos. cons. 149. Cassan. in consuet. Burg. fol. 44. num. 50. Bald. in cons. 150. vol. 3. Mars. cons. 30. nu. 24. vol. 1. & in cons. 136. num. 15. vol. 2. Barb. in cap. postulasti num. 558. de for. comp. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 38. vers. tu sui num. 16. fol. 365. vbi ponit hanc esse communem opinionem.

Secundò, cessat remissio quando Index præuenit in citatione reali, seu captura, & in causæ cognitione, Petr. de Rau. & Alber. in l. hæres absens §. si qui tutela n. 8. ff. de iudic. Iacob. de Beluis. in repet. cap. 1. §. contrahentes num. 121. de for. comp. in sextò, Anch. in cap. postulasti num. 14. de for. comp. & in cap. 2. num. 8. de const. in sextò.

Tertiò, cessat remissio in criminibus leuioribus, Cyn. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. Capell. Tholos. dec. 319. glos. in cap. fin. de for. comp. in vers. ratione delicti, Boer. dec. 29. per tot. Vinc. de Franch. dec. 88. num. 50.

Quartò, cessat in crimine læsæ Maiestatis, Const. Regn. incip. Statumus, Tartagl. in sua pract. Magnæ Cur. Vic. in tit. de ord. Iudiciorum cap. 8. num. 1. Gigas in suo tract. de crim. læs. Maiest. q. 8. num. 6. Boss. in tit. de for. comp. num 88.

Quintò, cessat remissio in crimine falsæ monetæ, Abb. in cap. quanto in 2. col. num. 6. de iur. iur. Farin. in tract. de carcer. & carcerat. num. 16.

Sextò, cessat in crimine clandestino, vt prob. in c. Regni quod incip. Clandestinis, & ibi Niger. fol. 6. Foller. pract. crim. fol. 13. num. 2. Ias. in l. clam. in 2. col. num. 6. ff. de acquir. poss.

Septimò, cessat si delinquens sit inquisitus de delicto in strata publica, vt probatur in prag. Regn.

Octauo, cessat in vagabundo, nam vbique potest conueniri, vt probat glos. communiter approbata, in l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Duen. reg. 378. in 4. limit. Farin. in tit. de inquis. quæst. 1. num. 13. Foll. pract. crim. fol. 97. num. 25. & propterea dicit Bar. in l. hæres absens §. proinde ff. de iud. vbi te inuenero ibi te iudicabo, quod re vera videtur loqui de vagabundo, Couar. in pract. quæst. cap. 11. num. 6. Boer. dec. 29. nu. 6. Ant. de Butr. in cap. fin. de for. comp. vbi Aret. & Felyn. Fachin. lib. 9. controu. iur. cap. 15. per tot. Et quis dicatur vagabundus in hoc Regno, videas Prag. 1. sub rubr. de vagabun. de iure autem communi quis dicatur vagabundus, videas Bar. in l. 1. §. prætor ait num. 24. ff. de damn. infect. & in l. eius §. 1. in fin. ff. ad municip. Bald. in l. 1. in fin. C. vbi de crim. agi opor. Abb. in cap. 1. in 2. notab. de postul.

Nono, cessat in foro conscientiæ, glos. in cap. placuit, il primo 29. quæst. 1. Anchar. in repet. cap. postulasti num. 5. in 3. oppos. de for. comp. Abb. & Anan. in cap. 1. col. 3. de rapt. & idem Abb. in cap. vlt. nu. 6. in cap. cum contingat num. 29. & in cap. si quis contra num. 50. de for. comp. idem Abb. in cap. quod autem de pœnit. & remiss. & in cap. cum ab Ecclesiarum Prælatis col. 3. de off. Ord. Rom. singu. 459. Roch. Curtius in cap. vlt. de consuet. fol. paruo 72. col. 2. & hanc opinionem fatetur esse communem, & tenet Couar. in pract. quæst. cap. 11. post num. 4. & ratio potissima est, quia in foro conscientiæ quis non sortitur forum ratione delicti, Syl. in summa in vers. forus quæst. 6. in fin. Host. in summ. tit. de pœn. & remis. §. cui confitendum vers. extra territorium, Montefer. in sua repet. cap. vt animarum §. statum de constit. num. 188. Ias. in l. extra territorium in 2. col. num. 6. ff. de iurisd. omn. iud.

Decimo, cessat quoties delinquens pro delicto reperitur contumax in Curia detinentis, Foll. in sua prac. crim. fol. 132. num. 5. Tartagl. in sua pract. crim. in tit. de ord. Iudicior. cap. 8. & ante eos Felyn. in cap. solitæ in 3. col. num. 18. de maior. & obed.

Vndecimo, cessat in delictis, in quibus ciuiliter agitur, & nō criminaliter, Cyn. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. Capell. Tholos. dec. 219. in fi. Boer. dec. 29. post. n. 6. Corset. in sing. in verb. remissio in fi. Calder. in rert. d. 1. n. 18. de raptor. Bart. & DD. in l. hæres absens §. si quis ff. de iud. Abb. in repet. c. fi. in 6. col. in ver. vltimo dicit gl. de for. comp. licet illud fallat in certis casibus, de quibus per eumdē Abb. in prælleg. c. fi. in 9. col. in verb. venio ad secundum, Giaccarus in add. ad Clar. in verb. remissio: & hanc dicit esse cōmunē idem Clar. lib. 5. sent. §. fi. q. 38. n. 23. in vers. item quod fol. 131. Et ratio est, quoniam remissio fit ad locum delicti, vt ibi puniatur, & eius pœna transeat alijs in exemplum, quæ ratio cessat, vbi agitur ciuiliter, vt testatur Mars. in sua pract. crim. in §. oportunè n. 33. cir. med. Add. ad Guid. Pap. dec. 202. Couar. vbi supra post. n. 17. in fi.

RESOLVT. LXXVI.

Cuius expensis fiat delinquentium remissio?

1 *Remissio secundum veriorem opinionem facienda est expensis inquisiti, & si non sit soluendo, soluet actor, & tandem ipsa Curia, seu Iudex à quo.*
2 *Culpa carcerati non debet obesse superiori.*

QVæro sextò, cuius expensis fieri debeat remissio delinquentis; In hac quæstione sunt tres Doctorū opi-

opiniones. Prima fuit distinguentium, quod aut remissio fit ad instantiam accusatoris, & tunc ipsius expensis fieri debet, mouentur per tex. in l. fi. C. de erog. milit. annon. lib. 11. l. quoniam C. de testib. c. mulieres de Iud. lib. 6. Si verò non ad instantiam accusatoris, sed Iudicis ipsius inquisiti, & tunc Iudex soluet eas, arg. tex. in l. mulier in opus ff. de capt. & postl. reuer. & hanc opinionem tenuerunt Bal. in c. 1. §. si Iudex n. 1. de pac. tenen. Affl. in Const. Regn. Capitan. 4. not n. 6. in fi. idem Bal. & Salyc. in l. eos in fi. C de appell. Iac. de Beluis. in pract. iudiciaria in vers. r emissio reorum n. 13. circa Capell. Thol. dec. 100. vbi Aufrer Vrsill. dec. 61. in fi. Ioseph. Lud. dec. Perus. 74. n. 3. de Franch. dec. 211. Guid. Pap. dec. 211. n. 3. Couar. pract. q. c. 11. n. 7. Carau. rit. 135. post. n. 13. quam opinionem ampliant procedere etiam in Epi scopo petente sibi remitti clericum à iudice laico captum; Nam sumptibus ipsius Episcopi petentis est facienda remissio, Bart. in l. generaliter col. 2. n. 8. C. de epis. & cler. Menoch. de arb. iud. cas. 228. n. 8. & Rot. Perus. dec. 74. post. n. 3. Quod tamen intelligas, vbi inquisitus non est soluendo, ad notata per Panor. in cap. postulasti in 3. col. circa med. de consecr. eccles. Et huius opinionis ratio est, quoniam actus debent fieri expensis eius, cuius gratia celebrantur, l. & si hæreditas §. quo autem ff. ad exhib. Bal. in l. cum sæpe C. de erog. milit. annon. lib 11. Ias. in l. prætor ait §. his etiam n. 10. ff. de adden. Boer. decis. 130. Menoch. de arb. iud. cas. 2. cent. 3. n. 5.

Secunda est opinio; remissionem faciendam esse expensis Iudicis remittentis, cuius opinionis authores sunt Io. Fab. in l. j. C. de off. Procons. Fulgos. in auth. qua in prouincia n. 5. C. vbi de crim. agi opor. Mari Socc. in cap. licet in 3. col. post n. 17. de for. comp. mouetur per tex. in l. 1. C. de offic. Procons. vbi, & Ioa. Fab. licet ille tex. nihil dicat de hoc.

Tertia, & vltima opinio fuit Boer. dec. 303. n. 12. vers. quid sit dicendum, vbi tenet, quod ipse inquisitus debet facere expensas, & si soluendo non sit, soluat actor, quā
1 opinionē sequuti sunt Boss. in tit. de for. comp. n. 74. Aufre. in add. ad Capel. Thol. dec. 100. in fin. Mars. in pract. crim. §. diligenter. n. 18. Carau. rit. 135. post n. 13. & idē Boer. in Consuet. Bictur. in tit. de iuris. omn. iud. §. 19. in fi. mouetur per tex. in l. lex Cornelia in fi. ff. ad sylla. vbi informationes, & alia suffragia iustitiæ, expensis carcerati fieri debent, si culpabilis est, & soluendo, sin autem expēsis accusatoris, vel instigantis, & vltimo ipsius Curię; & pro hac opinione facit, quia carceratus appellās, & petens se remitti ad Iudicem ad quem, debet expensis sui ipsius transmitti, & si non est soluendo, expensis Iudicis à quo, vt dicit Bal. in l. generaliter §. his de præsenti num. 4. C. de reb. cred. Ioan. Fab. in l. minimè C. de appell. Alex. ad Bar. in l. iubemus C. de sacros. eccl. Aufrer. ad Capel. Thol. d. dec. 100. Carau. d. rit. 135. post. n. 14. & glos. in clem. quamuis iure expensis de appell. & ante omnes hòc idem voluit Odofr. in l. 1. C. de requir.
2 reis, & istam opinionem puto veriorem, quia culpa ipsius carcerati delinquentis, non debet superiori obesse circa petitionem remissionis ipsius; Item quia alteri per alterum, non debet iniqua conditio inferri, l. non debet ff. de reg. iur.

RESOLVT. LXXVII.

An Romana Curia, alibi delinquentem remittere teneatur?

Quæsitum resoluitur negatiuè.

1 QVæro, an Romana Curia, alibi delinquentem remittere teneatur; Negatiuè respondi ex Oldr. cons. 124. in fin. Innoc. in cap. vt fama in 2. col. num. 17. de sent. excommun. Abb. in cap. fi. post. n. 8. de for. comp. Fely. in cap. cum autem in 2. col. n. 10. de accus. Couar. pract. quæst. c. 11. post. n. 6. & lib. 1. var. resol. c. 6. n. 4. Put. dec. 228. q. 2. Ioseph. Ludou. dec. 36. n. 4. in fin. Clar. pract. crim. §. fi. q. 38. fol. 131. n. 23. Boss. de for. comp. n. 58. & ita testatur Mant. cons. 17. vol. 1. n. 4.

RESOLVT. LXXVIII.

An in leuibus delictis, remissio locum habeat?

1 *Remissio fit cum crimina sunt grauiora.*
2 *Remissio non conceditur nisi cum agitur de criminis punitione.*

QVæro, an in leuibus delictis habeat locum remissio; Negatiuè respondi, vt probat tex. in l. desertorem, in princ. sumpto argumento à contrario sensu ff. de re milit. facit etiam text. in §. si quis verò comprehensor in auth. vt nulli Iudicum, Cald. in c. 1 in fi. de rapt. Cyn. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. Capell. Tholos. dec. 319. Couar. pract q. c. 11. n. 8. Conrad. pract. crim. in fi. lim. . . . . n. 12. pag. 249. in 1. col. in tit. de inquis. Duen. reg. 378. in 3. limi. Clar. pract. crim. §. fi. q. 38. vers. scias tamen, Collect. in c. in fi. prin. de for. comp. Mar. Socc. in cap. postulasti in 2. col. n. 13. eod. tit. de communi DD. opinione testatur Aufrer. in addit. ad dec. 319. Capel. Thol. Abb. in c. fi. n. 15. vers. vltimo dicit glos. eod. tit. & Farin. de inquis. q. 7. n. 49.

1 Ratio est, quia remissio fit. cum grauiora sunt crimina. Boss. de for. comp. num. 178. fol. 22. Foller. pract. crim. fol. 140 num. 12. Farin. loc. cit. num. 50.

2 Secunda ratio est, quia remissio non conceditur, nisi quoties agitur de criminis punitione, l. si cui §. fin. ff. de accus. auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi opor. sed in leuibus quis nō punitur, Bonacos. lib. commun. opin. par. 1. in vers. remissio pag. 146. col. 2. in princ.

RESOLVT. LXXIX.

A quibus, & quibus fiat delinquentium remissio?

1 *Remissio aliquando fit à Iudice laico ad Ecclesiasticum, aliquando verò è contra. item fit alijs Officialibus, prout in corpore responsionis.*

QVæro à quibus, & quibus fiat remissio delinquentium; Respondetur quod aliquando fit per sęculare Iudicem Ecclesiastico; cuius materia agi-
1 tur in cap. si Iudex laicus de sent. excom. & de hac nos alias dicemus, Secundo, fit per ecclesiasticum Iudicem sæcularī, de cuius materia agitur in cap. licet, & in c. cū sit generale de for. comp. & de hac alias etiam vberius loquemur. Tertio, fit magistro militum pro delicto à milite patrato, de qua in l. magisteria ff. de iurisd. omn. iud. & latè de Franch. dec. 88. Quarto, fit Magno Admirato pro delictis maritimis, cuius materia agitur in c. vbi periculum, vbi gl. de elect. tract. Freza. in tit. de officio Admirati maris in princ. de Franch. dec. 142. & 417. Bal. in tit. quæ sint regalia vers. armandæ, Luc. de Penn. in l. murileguli C. de murileg. lib. 12. Quinto, fit Collegio Medicorum, de qua per Affl. dec. 42. Sexto, fit Superiori alicuius artis, cuius materia agitur in l. fin. C. de iurisd. omn. iud. de Franch. dec. 176. Octauo, fit Iudici loci contractus, cuius materia est in c. j. §. contrahentes de for. comp. Nono Rectori studij, de qua in auth. habita C. ne filius pro patre.

RE-

RESOLVT. LXXX.

Ad remittendum delinquentem, an Iudex cogi possit?

1 *Cogitur Iudex domicilij, vel originis remittere delinquentem ad Iudicem delicti, quod procedit etiam post latam sententiam.*
2 *Limitatur quando Iudex domicilij, seu originis, non requisitus præuenit in captura.*

QVæro an Iudex detinens cogi possit ad remittendum delinquentem? Affirmatiuè respondetur,
1 nam potest Iudex loci delicti requirere Iudicem domicilij, vel originis, vt capiat delinquentem, ad hoc vt sibi remittat, tex. est in §. si quis comprehensor in auth. vt nulli iud. & in l. solent ff. de cust. reor. Mari. Socc. in cap. postulasti, vers. quoad tertium, & Fely. post alios in cap. fin. de for. comp. Bart. in l. 1. in princ. C. vbi crim. agi oport. & in l. si cui §. fin. ff. de accus. & est communis DD. sententia, de qua per Boss. in tit. de foro comp. num. 49. vbi etiam dicit quod cogitur Iudex cui scribitur hoc facere, & vbi non vult, superior coget, Cæpoll. cons. crim. 58. num. 1. vers. primum est, an de iure communi, Curt. Iun. in l. hæres absens §. 1. num. 5. ff. de iudic. & Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 38. vers. est autem.

Amplia, vt cogi possit etiam post latam sententiam, ad hoc vt exequutio fiat per Iudicē loci delicti, Alex. in l. à Diuo Pio §. sententiam col. 4. vers. & sic erit conclusio ff. de re iud. Bald. in l. fin. ff. de Senat. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum de const. Brun. cons. 2. col. 10. & seq. & Boss. loc. cit. num. 49.

Limita, conclusionem principalem non procedere,
2 vbi Iudex domicilij, seu originis non requisitus præuenerit in captura, quia tunc ratione præuentionis non potest cogi à Iudice loci delicti, vt remittat, Alberi, in l. hæres absens §. si quis tutelam num. 8. ff. de iudic. Anch. in cap. postulasti num. 14. de for. comp. Castr. in l. à Diuo Pio §. sententiam ff. de re iud. Socc. reg. 335. in 4. fall. Nonius cons. 90. num. 5. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 87. Cou. pract. q. cap. 11. num. 6. Clar. loc. cit. & Farin. de inquis. q. 7. num. 49.

RESOLVT. LXXXI.

An remissio locum habeat quoties pro delicto non criminaliter, sed ciuiliter agitur.

1 *Remissio ad locum delicti, fit ad exemplum aliorum.*
2 *Quando agitur ciuiliter, non habet locum remissio.*
3 *Quando pro crimine dicatur agi ciuiliter, remissiuè.*

QVæro, an remissio locum habeat, vbi pro delicto non criminaliter, sed ciuiliter agitur? Respondetur negatiuè, prout in simili idem tenuisse Calder. in cap. 1. in 2. col. num. 3. de raptor. testatur Cyn. in authen. qua in prouincia post num. 6. in fin. C. vbi de crim. agi oport. Bart. in l. si cui in fin. ff. de accus. Bal. in l. si exequutorem in 2. notab. C. de exequut. rei iud. Castr. in l. si ego in princ. ff. si certum petatur, Collect. in cap. postulasti in fin. de for. comp. Oldr. cons. 224. Cæpoll. cons. 59. in fin. August. de Arim. in add. ad Ang. de malef. in verb. & ibi, Caputaq. col. 8. in cap. tu adde, Abb. in cap. fin. num. 15. de foro comp. Coiar. pract. quæst. cap. 11. post num. 7. Mars. in sua pract. §. diligenter post num. 33. in princ. Giaccar. in sua collect. commun. opin. in verb. remissio, Iodoch. in pract. crim. fol. 178. in verb. homicidium puniat, Boss. de for. comp. num. 57. Fol. pract. crim. fol. 112. in princ.

Amplia hanc conclusionem dupliciter, siue delictum sit leue, siue graue, Capell. Tholos. dec. 319. Guid. Pap. dec. 202. Franc. Marc. dec. 313. p. 2. post Alex. cons. 415. num. 3. vol. 2. Dec. cons. 217. num. 4. vol. 1. Burs. cons. 23. eod. vol. & hæc est communis opinio, secundum Clar. pract. crim. fol. 131. num. 22. vers. item in q. 38.

Amplia secundò, etiam in ciuilibus tantum, quia in causis ciuilibus non habet locum remissio, Bart. & DD. in l. hæres absens ff. de iud. Soc. reg. 336. & 514. Couarr. pract. quæst. cap. 10. Iaffred. dec. 12. & Baiar. ad Clar. quæst. 38. num. 74.

Duæ tamen assignari possunt rationes pro conclu-
1 sione principali. Prima, quia remissio ad locum delicti, fit in exemplum aliorum, argum. tex. in §. si quis verò comprehensor in auth. vt nulli iudic. quę ratio cessat in delicto ciuiliter intentato, & hanc rationem putat etiam veram, Abb. in cap. fin. num. 15. de for. comp. Felyn. in cap. cum sit generale num. 22. eod. tit. Socc. d. reg. 336. Duen. reg. 368. lim. 5. Mars. pract. crim. §. attingam num. 14.

Secunda est ratio, quia quando ciuiliter agitur pro crimine, non potest procedi ad reum puniendum, vt testatur Clar. pract. crim. §. fin. quęst. 37. num. 19. & in quæst. 38. num. 23. Iodoch. pract. crim. cap. 91. num. 13. Ann. alleg. 71. num. 5. vol. 1. & Corset. in sing. in verb. remissio.

Quando autem dicatur pro crimine agi ciuiliter, vi-
3 de latè Bart. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de public. & in l. ait prætor ff. de sepulcr. viol. Bald. cons. 192. col. penult. vol. 3. Et in quibus casibus potest pro crimine agi ciuiliter, & criminaliter, vide glos. in §. in summa Inst. de l. Aquil. & in l. damus C. ad l. Cornel. de falsis.

RESOLVT. LXXXII.

An in crimine raptus locum habeat remissio?

1 *Raptor potest puniri vbi reperitur.*
2 *De raptu debet constare ad hoc vt raptor vbique puniri possit, nec sufficit quod de raptu imputetur.*

QVæro, an in crimine raptus locum habeat remissio? Respondetur negatiuè, quia raptor, vbi
1 reperitur puniri poterit, etiam quod ibidem raptum non commiserit, nec domicilium contraxerit, aut originem inde trahat, ita probare videtur text. in l. vnica in fin. princ. ibi, siue fori præscriptione C. de rapt. virg. & ibi hoc expressè per illum text. tenet Bal. num. 8. dicens, quod raptor tamquam vagabundus non habet priuilegium fori; quam sententiam tenuerunt Cassan. in consuet. Burgun. in tit. glos. des. addunt ve rub. 12. §. vnito fol. 304. col. 3. num. 11. Socc. reg. 87. in 3. fall. Nouell. reg. 220. & 178. Duen. reg. 378. lim. 6. Boss. de for. comp. fol. 166. num. 12. Foller. pract. crim. in verb. audiantur excusatores num. 36. Pro qua sententia facit text. in l. raptores C. de episc. & cler. cuius explicationem ponit Conrad. pract. crim. tit. de inquis. sub num. 22. lim. 4. fol. 252.

Amplia hanc sententiam, vt in tantum verum sit:
2 raptorem vbique puniri posse, vt procedat etiam si haberet priuilegium, vt non posset conueniri nisi sub certo Iudice; ita expressè tenuit glos. in d. l. vnica, in verb. sine fori præsumptione, & ibi Ang. num. 3. Salyc. num. 10. C. de rapt. virg. Fulgos. in l. raptores nu. 5. C. de epis. & cler. Aret. in §. sanè in fin. Inst. de raptor. Farin. de inquis. quæst. 6. post num. 8.

Limita demum, tunc locum habere, si constet illum raptorem esse, secus si solum imputetur, seu pendeat processus, vt dicimus in Assassino, Alex. cons. 166. vol. 6. Paris. cons. 166. col. 4. vol. 1. Gabr. cons. 170. num. 29. & lib. 6. commun. opin. concl. 1. num. 28. Gram. vot. 11. num. 4. & vot. 34. col. fin. & Farin. loco cit. post num. 10.

RE-

RESOLVT. LXXXIII.

An vt remissio delinquentis fiat, requiratur, vt Iudex delicti petat remissionem?

1 *Non petenti remissionem, non fit remissio.*
2 *Clericus remitti debet absque requisitione.*

QVæro, an vt remissio delinquentis fiat, requiratur, vt Iudex delicti petat remissionem. Respon-
1 detur affirmatiuè, quia non petenti, non fit remissio, dicit tex. in §. si quis verò comprehensor, auth. vt nulli Iud. Bar. Bal. & alij in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Anan. & Abb. in cap. 1. num. 8. de raptor. & ibid. Ant. de Butr. in 2. notab. & seq. Io. Cald. in repet. cap. fin. col. 8. & ibid. Felyn. col. 4. de for. comp. Bosi. eod. tit. num. 46. Guid. Pap. dec. 202. num. 2. vers. 6. & in add. lit. B. Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 4. vers. 20. & num. 5. vers. 3. Diaz pract. crim. canonica cap. 8. 9. & 10. Aufrer. ad decis. Capel. Tholos. 319. Gram. dec. 26. num. 8. de Franc. dec. 98. num. 5. & hanc esse communem sententiam, dicit Cyn. in d. auth. qua in Prouincia in 2. col. num. 10. Clar. pract. crim. quæst. 38. vers. est autem, Farin. de inquisit. quæst. 7. num. 38. lim. 6. & ita iudicasse Senat. Delphin. testatur Franc. Marc. dec. 83. p. 2. post Alberi. in l. si cui §. fin. ff. de accus. & in l. solent ff. de cust. reor. vbi testatur sic terminatum fuisse per D. Franc. de Zoilis, qui in Monte Pesulano disputauit hanc quæstionem; Cuius sententiæ communis, ea mihi ratio videtur, cum Iudex agere debet ad petitionem, leg. 4. §. prætor ff. de damn. infe. l. si ex testamento ff. de excep. rei iud. l. fin. C. de fid. libert.

Limita nunc hanc communem sententiam quatuor modis. Primò, quia Iudex potest remittere reum, etiam si non petatur, ex vrbanitate Panor. cons. 24. vol. 1. Alex. cons. 324. vol. 1. Dec. cons. 317. num. 140. Foll. pract. crim. num. 25. fol. 247. & Felyn. in d. cap. fin. num. 10. de for. comp.

Limitá secundo, vt non teneatur Iudex remittere reum, etiam Iudice delicti petente, quotiescumque per sententiam ipsum reum Iudex, qui præuenit condemnauerit, Bal. in l. exequutorem num. 27. in fin. C. de exequt. rei iud. Salyc. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Anan. in cap. 1. num. 8. de raptor. Mari. Socc. in cap. 1. de for. comp. Affl. in Const. Regni rub. 41. num. 12. Couar. loc. cit. num. 6. vers. 6. Ratio est, quia remissio fit de condemnando, & non condemnato, Salyc. in l. si cui §. fin. ff. de accus. & Gram. dec. 26. num. 5. & ibi Audit. Petra in addit.

Limita tertiò in clerico, qui remitti debet absque requisitione, probat tex. in cap. vt famæ, & ibi Abb. in 3. not. de sent. excom. & Felyn. in d. cap. fin. num. 18. de for. comp. Carau. rit. 301. num. 6. Scalion. tit. 46. num. 8. facit text. in §. illud palam in auth. vt clerici apud proprios Episcopos.

Limita quarto, facta præuentione in casibus, vbi locus est præuentioni, Alberi. in l. hæres absens §. si quis tutelam num. 8. ff. de Iudic. Iacob. de Beluis. in repet. cap. 1. §. contrahentes num. 121. de for. comp. in sextò, Anchar. in cap. postulasti num. 14. de for. comp. in sextò, Couar. loc. cit. num. 48. Felyn. in cap. fin. de foro comp. Alex. in l. à Diuo Pio §. sententia colum. 4. vers. sic erit sententia ff. de re iud. & ante omnes Inno. in cap. ex ore in 2. col. num. 13. de re iud.

RESOLVT. LXXXIV.

An vagabundus delinquens, sit remittendus ad locum delicti?

1 *Vagabundi delinquentes, non remittuntur, quod limitatur multis modis.*
2 *Propriè vagabundus est ille qui remitti non debet, & talis est qui per mundum vagatur, nec habet certum domicilium in quo habitet.*

1 AD propositum quæsitum an vagabundus sit remittendus ad locum delicti. Respondetur negatiuè, quia vbique locorum puniri potest de delicto vbicumque commisso, ita probat text. cum glos. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. per quam glos. dicit Bart. in l. hæres absens §. proinde num. 4. ff. de iud. quod multi ribaldi suspenduntur in Ciuitatibus, & Castris vbi inueniuntur, cum non habeant alicubi forum, & dictam glos. sequuti sunt Curt. Iun. in d. §. proindè num. 10. Cald. in cap. 1. de raptor. Guid. Pap. dec. 202. num. 1. glos. & DD. in l. 1. C. vbi quis de curiali, vel coart. & in l. hæres absens in verb. debemus ff. de iudic. Alberi. de Ros. in tract. de statut. pag. 4 quæst. 80. in princ. Innoc. & alij in cap. fin. de eo qui mittitur in possess. Cæpoll. cons. crim. 58. num. 23. Plot. consil. 133. num. 14. volum. 1. Hyppol. cons. 86. num. 13. & cons. 121. num. 14. Fulgos. cons. 149. Boss. de for. comp. num. 70. Iodoch. pract. crim. cap. 33. num. 9. & seq. Diaz. pract. crimin. canon. cap. 9. in fin. Conrad. pract. crim. in tit. de inquis. num. 27. in fin. Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 7. Clar. pract. crim. quæst. 93. vers. cæterum, & inter Decisionarios Grammat. dec. 26. num. 9. Ioseph. Ludou. dec. 16. num. 19. Lud. à Pegue. dec. 3. num. 10. & hanc esse communem DD. sententiam testatur Decia. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 3. num. 3. Audit. Petra ad Gram. dec. 26. num. 12.

Limita primo, hanc communem opinionem non procedere, quando vagabundus, forsan satisdare voluerit de stando iuri in loco sui domicilij, tunc enim debet eò remitti, nec potest per Iudicem capientem puniri, Cirill. in summa crim. tit. vbi de crim. ag. opor. Bellam. cons. 11. col. 1. Ruin. cons. 18. nu. 3. vol. 4. Prob. ad Ioan. Monach. in cap. inquisitores num. 5. de hæret. in sextò, Nouell. reg. 220. in 6. fall. licet hanc limitationem non admittat Farin. de inquis. q. 6. num. 13.

Limita secundo, vbi territoria essent distincta, & sub diuersis Principibus non recognoscentibus superiorem; nam tunc vagabundus non poterit puniri per Iudicem, in cuius territorio delictum non commisit, ita Fulgos. d. cons. 149. Decia. vbi supra n. 8. & Farin. loc. cit. num. 13.

Limita tertio, vbi Iudex loci delicti peteret vagabundum captum ad se remitti, tunc non poterit puniri per Iudicem capientem, sed ad Iudicem loci delicti remitti debet, Card. & Innoc. in cap. 1. de raptor. Ant. de Butr. & Abb. in cap. fin. de for. comp. Vital. de inquis. & earum forma num. 65. Mari. Socc. in cap. postulasti num. 15. de for. comp. Corad. pract. crim. in tit. de inquis. num. 12. ampliat. 3. Couarr. pract. quæst. cap. 11. num. 6. licet contrarium tenuerint Duen. reg. 378. in 4. limit. & Nouell. reg. 220. in prima fallen.

Limita quarto in eo, qui non est propriè vagabun-
2 dus, sed quasi vagabundus. Propriè enim vagabundus dicitur ille, qui per mundum vagatur, nec habet certum domicilium, in quo habitet, Bar. post glos. in l. 4. §. prætor num. 24. ff. de damn. infect. glos. in l. eius qui ff. ad municip. Abb. in cap. fin. n. 13. de for. comp. Mars. consil. 86. num. 13. & Cepoll. cons. 58. num. 23.

RESOLVT. LXXXV.

An fur remittendus sit ad locum delicti?

1 *Fur non remittitur, nam per nouam rei furtiuæ contrectationem, nascitur actio furti, secundum opinionem Bartoli.*
2 *Communior opinio est quod fur debeat remitti ad locum delicti.*

Quæ-

QVæro, an fur sit remittendus ad locum delicti. Respondetur in hac quæstione duas esse DD. principales opiniones; quarum prima fuit Bar. in l. si dominium num. 2. ff. de furt. qui dicit furem non esse remittendum, sed posse puniri à Iudice capiétequam Bart. opinionem sequuti sunt Bald. in l. 1. col. 6. C. de confessis, & in cap. 1. §. si furtum de pace iure firmanda, Angel. de malefic. in verbo, & vestem cæ. lestem vers. quid si fur. num. 6. Fulgos. consil. 149. col. 2. num. 3. Bald. consil. 150. vol. 5. Hyppol. cons. 30. num. 24. volum. 1. & in cons. 136. num. 15. vol. 2. Ludou. cons. 61. num. 5. Paul. de Castr. consil. 437. Plot. cons. crim. Diuers. cons. 133. num. 11. volum. 1. in magnis; inter decisionarios Franc. Marc. dec. 176. in 2. par. Boer. dec. 218. num. 2. inter Practichistas Foller. pract. crim. in. vers. audiantur excusatores num. 24. Conrad. pract. crim. in tit. de inquis. num. 22. in 3. limit. Duen. reg. 378. lim. 5. Nouell. regul. 220. in 2. fallen. Florian. in l. si adducta C. de furtis, Alber. de Ros. in l. si suscepérit §. fin. ff. de iudic. & in l. fin. C. vbi in rem. actio. & hanc Bar. opinionem, dicunt communem, & in practica obseruari, testatur Afflict. in §. in iure in 3. notab. n. 6. de pac. iur. firm. Viui. lib. 1. com. opin. in verb. Iudex in fin. num. 11. Maria. Socc. in cap. 1. de raptor. Caslan. in consuet. Burgun. f. 44. n. 15. Clar. multos alios allegans pract. cri. §. fin. q. 38. vers. tu scis n. 16. post Cou. lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 15. & Ann. sing. 438.

1 Ratio cuius opinionis Bartoli ea est, quia per nouam rei contrectationem nascitur actio furti, Anan. in cap. fin. in 6. col. & seq. de furtis, Capyc. decis. 104. in princ. Farin. loc. cit. num. 6. lim. 4.

Hanc tamen Bartoli sententiam, limitat dupliciter Iacob. in l. si adducta C. de furt. & multas alias limitationes ponit Ang. & ibi August. de Arim. in vers. vestem cælestem, & vltra istas limitationes tu ipse limita; vbi fur non fecit residentiam per spatium vnius diei, Boer. dec. 48. Capyc. d. dec. 204. Baiar. ad Clar. quæst. 38. num. 42. Gramat. dec. 27. num. 8. Limita secundò, vbi fur non portaret rem furatam, sed pretium, quia hoc casu pretium non succedit loco rei, ita Martin. de Carrar. cons. 61. num. 4. & 5. vol. 1. Menoch. cons. 71. num. 5. & 6. vol. 1. Riminal. Iun. cons. 164. num. 20. vol. 2. An autem hæc opinio procedat, vbi rem furatam incognito vendiderit, vide Bern. de Plot. cons. 133. num. 44. fol. 167. inter cons. crim. diuers. lib. 1.

Secunda fuit opinio contraria Bart. & hanc tenue-
2 runt Fulgos. cons. 149. colum. 2. Bald. cons. 471. vol. 3. Ang. de Vbal. inter cons. crim. diuers. cons. 31. num. 18. in fin. vol. 2. Rimin. cons. 7. num. 12. vol. 1. Cæpoll. qui & concordantes adducit cons. crim. 58. num. 26. & seq. Alex. de Imol. cons. crim. diuers. 71. num. 6. & 18. vol. 2. Bertran. cons. 347. num. 10. vol. 2. & cons. 29. vol. 1. Boss. tit. de furt. num. 18. Mars. in l. fin. num. 212. ff. de iurisd. omn. iud. Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 9. & variar. resol. lib. 2. cap. 20. num. 15. ad fin. Clar. pract. crim. quæst. 38. vers. tu scis ad fi. Conrad. in pract. crim. tit de furib. cap. 22. Pract. Papien. in forma inquisitionis, vers. contrectando ad fin. & hanc secundam opinionem esse communem, & in practica seruari dicit Mant. apophtegm. 103. incip. ex ducentis posteriori. bus, & ita esse tenendam, dicit Farin. de inquis. q. 7. post num. 7. vbi etiam dicit reum esse dimittendum in. pristinam libertatem, vt tenet etiam Boer. dec. 218. Fachin. lib. 9. contr. iur. cap. 19.

RESOLVT. LXXXVI.

An vt fiat remissio, sit necessaria criminis cognitio summaria?

1 *Verior opinio est quod ad remissionem faciendam, præcedere debeat criminis cognitio.*

2 *Iudex sæcularis qui remittere debet clericum, non potest cognoscere de delicto clerici.*

3 *In remissione hæretici facienda, non prærequiretur causæ cognitio facienda per Iudicem laicum.*

1 QVæro, an vt remissio fiat ad locum delicti sit necessaria criminis cognitio summaria? Respondetur affirmatiuè glos. in clem. pastoralis in. vers. de mora de sent. & re iud. Bar. & Bald. in l. 1. n. 2. C. vbi de crim. agi opor. & in l. fin. num. 13. ff. de publ. & in l. si cui §. hu. in fin. ff. de accus. Oldr. cons. 124. Alex. cons. 25. col. 2. num. 3. vol. 3. Dec. cons. 346. num. 7. vol. 2. Mant. cons. 17. vol. 1. Burs. cons. 49. eod. vol. Menoch. cons. 557. num 5. vol. 4. Corn. cons. 26. in 2. col. & Mand. cons. 32. num. 3. vol. 1. Aret. in cap. fin. col. vlt. num. 20. & ibid. Felyn. num. 10. de for. comp. & obseruari in praxi, testatur Mars. pract. crim. §. oportunè num. 32. Guid. Papa dec. 202. in 4. requisito, Boer. dec. 29. Franc. Marc. dec. 82. & latè (more suo) Couar. pract. quæst. cap. 11. num. 5. Gamm. in decis. Lusitan. 363.

Contra tamen hanc opinionem sunt qui obstant per multa media; Primò, quod cum Iudex remittens, sit merus exequutor, non cognoscit de causa, l. & si non cognitio C. de diuersis rescript. l. si vt proponis C. de exeq. rei iud. Bar. in l. à Diuo Pio §. si super reb. in. princ. ff. eod. & text. in cap. nouit de appellat.

Secundò, obstat text. in cap. si iudex laicus de sent. excom. in sextò, vbi Iudex requisitus, vt remittat delinquentem, non cognoscit, si deliquerit, vel nè.

Tertiò, quia præsumptio est pro Iudice petente remissionem, cap. in præsentia in princ. de renunc. c. sicut de sent. & re iud. Bart. in l. Herennius §. Caia ff. de euict. & Ias. in l. pacta nouissima in 2. col. in princ. C. de pact.

Quartò, quod cum per remissionem petitam, Iudex remittens declaretur incompetens, auth. qua in. prouincia C. vbi de crim. agi opor. Non iure cognoscit de re, in qua est incompetens, l. 1. C. si à non competente Iudice, cap. ea quæ fiunt de reg. iur. in 6.

Quintò, obstat tex. in cap. at si clerici de iudic. vbi Iudex sæcularis non potest cognoscere de delicto clerici detenti per ipsum, vbi notum sit illum esse clericum, & cognoscens puniretur, Bar. in l. eos §. super his C. de appell. Oliua ad Rit. Cur. Archiep. Neap. 38. num. 3. Imò hoc casu incurreret in excommunicationem, nisi hoc fecerit incidenter, Nau. in manual. c. 27. num. 70.

His tamen non obstantibus, non est recedendum. à prima opinione, cum illa sit communis, vt per Kirch. lib. comm. opin. cent. 2. opin. 47. & pro ea est glos. communiter recepta in clem. pastoralis in vers. de mora de sent. & re iudic. quam approbat Ang. in l. 1. C. vbi causæ status num. 10. vbi dicit quod Iudex petitus, semper debet cognoscere, an reus sit culpabilis, nec passim sequi debet iniustos appetitus requirentium.

Pro qua communi opinione duæ offerri possunt rationes. Prima, quia vbi potest esse tertij præiudicium, adhibenda est causæ cognitio, l. ne quidquam §. vbi decretum ff. de off. Proconsul. Bar. in l. Iudices in 2. not. C. de iudic. Aret. in §. 1. num. 3. Instit. de act. facit text. in l. omnibus ff. de reg. iur.

Secunda ratio est, nè aliquis innocens infamia notetur, Bal. in l. 1. in fin. ff. de iud. Cald. in rep. cap. de illius in 3. col. num. 17. de raptor. Ioan. Andr. in c. Romana §. contrahentes de for. comp. in sextò, facit ad hoc text. in l. absentem in 1. respons. ff. de pœnis, sed hæc cognitio criminis à quo fieri debeat, vide Abb. in cap. vlt. num. 6. de for. comp. Ias. in l. magistratibus colum. 2. num. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Caslan. in consuetud. Burgund. rubr. 12. num. 6. Guid. Pap. dec. 106.

Opinio principalis limitatur dupliciter. Primò, in re-
2 missione quæ fit per Iudicem sæcularem Iudici eccle-

sia-

siastico;nam non potest Iudex sæcularis cognoscere de delicto commisso per clericum, c.at si clerici,vbi DD. de iudic.Bald. in l.eos §.super his C.de appellat.Oliua ad Rit.Cur. Archiepisc. Neap.c.38.num.33. & Nau.c. 27.num.70.in manual.

3 Secundo limitatur in remissione, quæ fit per ecclesiasticum sæculari, vt cum remittit Hæreticum,text.in cap.inquisitioni §.prohibemus de hæret.in sextò,Bart. in l.Diuus ff. de cust.reor. Iaso.in l.magistratibus.ff.de iurisd.omn.iud.& Boer.dec.90.

RESOLVT. LXXXVII.

Quomodo fieri debet remissio delinquentis?

1 *Remissio facienda est cum fida custodia.*
2 *Remissio facienda est absque ignominia, nam alias remittens vim publicam dicitur committere.*
3 *Remissio dicitur fieri cum ignominia, quando fieret cum mitra, tubis, & catena.*

1 QVæro quomodo debet fieri remissio delinquentis; Resp. in hoc esse obseruanda duo;Primum,quod fiat cum fida custodia, scilicet cum seruientibus, vel cum catena in manibus,vel collo,Bald.in l.eos §.super his C.de appell.Salyc.in d.l.2.num.14.Iacob. in l. quoties num.8. C.de iudic. Ang. in §.1. in auth. de defens. ciui.Paris.in tract.de synd.in vers.remissio,Cou.pract. q.c.33.n.5.Hypp. in l. de vnoquoq; n.108. ff.de quæst.

Limita tamen in clerico inquisito de leui delicto,nã tunc sine seruientibus remitteretur ad ecclesiasticum Iudicem. Carau. rit.235. post.num.7.Aufrer. ad decis. Capell.Thol.273. & in clem.j.q.2.num. 22. de off.Ord. Boer.dec.303.circa fin.Cæpoll.cons.11.n.17.& Bellon. cons.47. n.12. Practica verò remittendi clericum est, quod vbi Iudex ecclesiasticus nõ est in loco Iudicis remittentis, capiat fideiussores idoneos, qui promittant talem clericum assignare, & præsentare coram eo, & demum constituat aliquem procuratorem ad recipiẽdum carceratum,& Iudex sæcularis cõsignet ipsum dicto procuratori,dimisso procurationis mandato pænes acta,ita Caram.rit.235.n.7.Boss.tit.de for.comp.n.30. Guliel.Bened. in cap.Raynutius in vers.& vxorem nomine Adelasiam dec.2. n.147. vers.promissa de testam.

2 Alterum, quod obseruari debet in hac remissione, est,scilicet quod fiat absque ignominia, Bar. in l. Iulia ff.ad leg.Iul. de vi publ. Bald.in l.fi. de custod.reor.Gemin.in c.1.§. contrahentes col.2.n.3.de for.comp.Couar.pract.q.cap.10.num.12.Arno.Solilo.76.de Franch. dec.37.& Carau. loc.cit.Foll.pract.crimin.in verb.audiantur excusatores post. num.43.Hinc est,quod Officialis, qui remittit delinquentem cũ ignominia,dicitur committere vim publicam,tex.est vbi Bart.in l.Iulia ff. ad leg.Iul.de vi publ.Bald.in auth.si verò col.3.num.6. C.de bonis authorit.Iudi.poss.Ias.in l. famoso in 2.not. C.si contra ius, vel vtilit. publ. Hyppol. Bonacos. lib. com.opin.vers.remissio,Gabr.Rom. de crim.concl.27. n.30.vbi etiam dicit,quod Officialis tenetur remittere delinquentẽ associatum, allegat tex. in §.si verò,auth. vt nulli Iud. Mari.Socc. in c. postulasti,vers. ad sextum de for.comp.& de tali remissione sic ignominiosè facta potest in Curia puniri,Domin. de S. Gemin. in c. si Iudex laicus §.fi.de sent.excom.in sextò,& ratio est,nam verecundiam inferre pro delicto est pæna,c.cũ dilectus de accus.Archid.in cap.pænitet in vers.oportet de pœnit. dist.1. Bellug. in Spec.Princ.in tit. de Præpos.grau. §.videamus.n.11.vsque ad fi.fol.4.Bald.in auth.si verò C.de bonis,auth.Iud.poss.Angel.in §.1. in auth. de defens.ciuit. ad fi. & dicit Par. de Put. in tract.de Synd.in verb.remissio,quod quidam Regens Magnæ Curiæ fuit priuatus officio pro eo quod cum ignominia remiserat clericum ad suum Episcopum,vt referunt Carau.d.rit. 235. Boer.decis.303. Clar.lib.7.sent.§ fi.q.36.& per hoc reprobatur consuetudo,quæ extabat in aliquibus Prouincijs,quod fiebat talis remissio cum irrisione,& plerumq; cum mitra,& tubis sonantibus,vt testatur Ang. in l. Iulia ff.ad Iuliam de vi publ. Ioseph. Ludou. decis. Perus.29.num.6.Clar. de §.fi.q.6.fol.229. num. 43.

Sed dubitari poterit,quando dicatur fieri cum ignominia? Respondetur, quod vbi fieret modo prædicto, scilicet cum Mitra, vel tubis sonantibus,vel cum catena in collo,quoties casus nõ requireret hoc,tunc diceretur potius ob ignominiam, quam ob custodiam, ita Carau.d.rit.235.

3

RESOLVT. LXXXVIII.

An in materia remissionis,forus delicti sit principalior alio foro?

1 *Forus delicti præfertur foro originis.*
2 *Ratione delicti quis efficitur de foro iudicis, & non propriè subditus.*
3 *Quando delictum habet initium in loco originis, præfertur Iudex originis.*

QVæro, an in materia remissionis forus delicti sit principalior foro originis?Resp.quod licet regulariter delictum cognoscatur per Iudices originis,delicti, & loci, in quo quis magis versatur, l.1.C. vbi de crim.agi oport. vbi omnes scribentes, c. licet.cap.postulasti,vbi Abb.de foro cõp. c.Ofius vbi Ant.de Butr. de elect.Ioan.Andr.in cap. cum nullus in fine de temp. ordinat.in 6. Marian.Socc. in cap.postulasti in 3.col.in vers.circa finẽ de foro comp.Iodoch.pract. crim.c.95. in fine & Couar. tract. pract.quæst.cap.10.post num.6.

Nihilominus forus delicti est principaliter secundũ Ioan.Andr.in cap.2.in 2.col.vers.noscatur de constit.& in eo potius remissio delinquentis facienda est, quam in loco originis,Bal.in l.de quibus in q.5.ff.de leg.Paul. de Castro.in l.1.in 3.notab.C.vbi de crim.agi oportet, Ias.in l.si pluries, num.6. & seq.ff. de pactis,Marian.in cap. postulasti in 3.col. vers. quoad primum articulum de foro compe. Anto.de Butr.in c.1.in fine de Raptor. pro qua opinione adducitur gl.communiter approbata in l.hæres absens ff.de iudicijs.

Secundo, adducitur illud, quod voluit Alberic. in Authent.qua in Prouincia C.vbi de crim.agi oport.vbi voluit forum delicti dici potissimum forum delinquentis,per tex.in §. si quis verò comprehensorum in auth. vt nulli Iudicum.

Tertio,facit quod Iudex originis non potest facere, quod per se subditus originarius puniatur, qui in alio territorio delinquit, Alex.cõs.111.col.2.vol.1.Hippol. cons.66.n.63. & cons.100. dicens esse magis communem,Laur. de Perus. inter cons.crim.cons.103.& hanc esse magis communem Canonistarum, & Legistarum opinionem testatur Gramat. dec.26.n.6. Thes.dec.90. num.2.quod alia ratione non est,nisi quia forus delicti prefertur foro originis.

Quarto, Accedit quod decidit Hippol. de Mars. in l.fin.n.135.& 138.ff. de quæstionibus,vbi putat ea ratione,forum delicti præferri foro originis,quoniam per delictum, offensa est iurisdictio territorij delicti, non originis.

Quinto,facit, quod delinquentes,in loco delicti puniendi sunt,l.capitaliũ §.famosos ff. de pœnis, l.fin. vbi Bald.ff.de noxal.Bal.in l.1.C.de aggeribus nõ rumpendis,Marian. in repetit. cap.qualiter, & quando n.260. de accus.Clar.pract.crim.§.fin.q.99.num 6.

Ex his ergo relatis puto indubitatam esse hanc opinionem, scilicet forum delicti in remittendo præferri loco originis; quod amplia etiam vbi delinquens esset in potestate Iudicis non habentis iurisdictionem in de-

ſinquentem, quia tunc forus delicti præfertur in remittendo, ſoro originis, Calder. & Abb. in cap. fin. col. 9. in fine de foro comp Couar. pract. quæſt. cap. 11. in verſ. in delictis, Plaza in epit. delictorum, cap. 3. num. 8. Hippo. ſingu. 83. Marian. Socc. vbi ſupra num. 3. Din. in l. iuris peritos §. oriundos in principio ff. de accuſ. tut. Guido Papa, dec. 104. nu. 3. & ſecundum hanc opinionem deciſum fuiſſe in Sacro Conſilio Neapolitano, teſtatur de Franc. dec. 37. per tex. in §. autem in Auth. de Defenſor. Ciuit.

Ex qua ampliatione infero, quod ſi Iudex Domicilij inquirat, & inquiſitum cæperit, & petatur remiſſio à Iudice originis, & loci delicti, tenetur remittere; ſed remiſſio fieri debet magis Iudici delicti, quam originis, Iacobin. in l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam num. 1. ff. de iudic. Boer. dec. 28. in fin. de Franch. d. dec. 37. Theſ. dec. 90. poſt num. 4. Ludoui. à Pegue. dec. 4. in 2. nota.

1 Concluſio tamen principalis, ſcilicet quod forus delicti præferatur foro originis, limitatur tripliciter. Primo vbi Iudex Domicilij præuenit Iudicem Delicti in cognoſcendo, nam tunc Iudex fori originis præfertur, ita Bar. in l. ſi amicis, col. 1. n. 3. in principio, ff. de adult. Bal. in Auth. qua in Prouincia n. 6. C. vbi de crim. agi, opor. Alberic. in l. hæres abſens §. ſi quis tutelam in fin. ff. de Iudic. Abb. in cap. licet in fine de foro compe. Marian. Socc. vbi ſupra & Theſ. dec. 90. poſt num. 4.

2 Secundo limitatur, quod licet delinquens ratione delicti efficiatur de foro illius Iudicis vbi deliquit, tamen non efficitur propriè ſubditus illius, gl. in c. nuper de ſententia excо. & in clem. 1. in verb. Domicilij forus de for. comp. Bal. in l. 1. in 1. q. C. vbi de crim. agi oportet, Ioa. Andr. in c. 1. de priuileg. in 6. Dinus in lege iuris peritus §. cum oriundus ff. de excuſ. tuto. Paul. de Eleazar. in clem. 1. in principio de off. ord. & Ancha. in c. poſtulaſti in 2. q. & ibidem Marian. Soccin. de foro comp.

3 Tertio, & denique limitatur, vbi delictum habuit initium in loco originis, nam tunc Iudex originis præfertur, & ratio eſſe poteſt quoniam initium eſt inſpiciendum, l. 1. ff. de orig. iuris, Bart. in l. 1. ff. de pœnis, Bal. in l. 1. C. de eunuchis in fine, Bellug. in Spec. Principum in tit. de amot. rub. 14. fol 84. Card. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 5. art. 8. Apoſtilla ad Guid. Pap. in dec. 104. ſed hęc limitatio non admittitur, & reprobatur per Vinc. de Franc. dec. 37. num. 4.

RESOLVT. LXXXIX.

An Iudex, cui fit remiſſio delinquentis, teneatur ſtare proceſſui facto per Iudicem remittentem?

1 *Dubium reſoluitur negatiuè.*
2 *Quando Iudex Eccleſiaſticus petit à ſæculari Iudice accommodationem familiæ pro executione ſuæ ſententiæ, ſæcularis non poteſt cognoſcere de viribus ſententiæ, nam tunc non eſt executor.*

AD propoſitum dubium Reſpondetur negatiuè, ex doctrina Innoc. in cap. pro inquiſitione de accuſat. & in cap. cum dilectus de ſucceſſione ab inteſtat.
1 Bar. in l. Diuus in prima col. in principio, ff. de cuſtod. Reor. & in l. non dubium ff. eodem; pro qua opinione eſt tex. expreſſus in §. ſi vero crimen in auth. de ſanctiſ. Epiſcop. & eſt communis opinio, ſecundum Dec. in c. at ſi clerici, de Iudic. Specul. in tit. de comp. Iud. Gram. conſ. 42. num. 1. Cœpol. conſ. 11. nu. 13. Viuius comm. opin. in verbo Iudex Laicus, Clar. lib. 5. ſentent. pract. crim. §. fin. q. 36. num. 44. vnde cum Iudex remittens declaretur incompetens per ipſam remiſſionem, non tenetur cui fit remiſſio, eius proceſſui ſtare, vt voluit etiã Bartolus in l. Diuus ff. de Cuſtod. Reor.

Quam concluſionem amplia procedere etiam in remiſſione, quæ fit per Iudicem ſecularem Eccleſiaſtico; nam non tenetur Eccleſiaſticus, cui remittitur clericus delinquens ſtare proceſſui, facto per ſæcularem, & eſt communis opinio ſecundum Dec. in c. at ſi clerici, col. 6. nu. 22. de Iudicijs, Abb. in cap. fin. in 3. col. poſt num. 7. de foro compe. Fely. in cap. venerabilis in 2. col. num. 10. de except. & in d. cap. at ſi clerici in 4. col. num. 16. Hoſtienſ. in ſumma in tit. de pœnit. §. cui confitendum & §. cui Papa, Bar. in dicta l. Diuus in fine Iaſ. in l. magiſtratibus col. 3. nu. 10. ff. de iuriſ. omnium Iud. Gram. conſ. 42. num. 3. Couar. pract. quæſt. cap. 33. poſt num. 3. Clar. loco cit. num. 44. Boſſ. in tit. de foro compe. n. 87.

Amplia ſecundo, è contra in Iudice ſæculari, cui remittitur clericus degradatus; nam non tenetur ſtare proceſſui facto per Iudicem Eccleſiaſticum, ex eo quod de nouo cognoſcere poteſt; dicit Fely. in dicto cap. at ſi clerici in principio, num. 14. de iudicijs, quem refert Affl. in prima parte Conſtitut. Regni rub. 27. num. 32. Bart. in l. non eſt dubium ff. de cuſtod. reor. Bald. in leg. placet in fine C. de ſacro Sanct. Eccle. Cagnol. in l. cum quædam puella num. 63. ff. de iuriſ. omn. Iud. Boer. dec. 90. num. 1. p. 1. Guid. Pap. dec. 574. Foller. in pract. crim. verbo pœnis num. 56.

Amplia tertio, in implorante brachium, nam Iudex Laicus cuius brachium imploratur, non tenetur ſtare proceſſui iudicis Eccleſiaſtici, Inno. in c. 1. in fine de offic. Ordin. Iſern. & Afflict. in procem. Conſt. Regni poſt mundi machinam in gloſa in verbo gladij nu. 58. Bald. dec. 88. item Gram. conſ. Ciuil. 109. poſt principium, Felyn. in c. ſignificaſti in 2. col. in fine de offic. deleg. Hoc tamen non procedit, quando imploratur brachiũ, pro exequutione ſententiæ latæ per Eccleſiaſticum ſuper crimine Hæreſis, Abb. Imol. & alij in cap. 1. de off. ord. Bal. in auth. clerici in principio C. de Epiſcopis, & clericis, Salic. in l. ea eidem q. 10. C. de accuſat. Angel. in l. 1. in princ. C. de exhib. reis, in l. magiſtratibus in 2. col. in medio ff. de iuriſdic. omn. iud. & Boer. deciſ. 90. in principio.

An autem hæc concluſio procedat, quando Iudex Eccleſiaſticus peteret à ſæculari, vt ſolum ſibi accommodet familiam pro exequutione ſuæ ſententiæ: Negatiuè dicunt omnes, tunc enim Iudex ſæcularis, non dicitur exequutor, & ideo nullatenus poteſt cognoſcere de viribus ſententiæ Epiſcopi, ita notabiliter Alciat. in c. 1. num. 120. de off. ord. Suarez de Paz in praxi 2. tom. in procem. nu. 9. Add. ad Diaz pract. crim. canon. c. 154.
2

Sed quid in exequutore? nunquid debet exequi, alio non quæſito, & proceſſu Iudicij non; vide Bart. & DD. in l. à Diuo Pio §. ſententiam ff. de re iudicata, & in l. 1. C. de iuris, & fact. ignor. Paul. de Caſt. conſil. 127. in fin. Felyn. in cap. de cętero in 1. & 2. col. de re Iud. & in cap. cum ſit generale col. 6. verſ. ſecunda limitatione de for. comp. & Boſſ. de foro compe. poſt num. 87. & ad prædicta optimus tex. apud Canoniſtas in cap. paſtoralis §. quod autem de off. delegat.

RESOLVT. XC.

An Decima debeatur de fructibus perceptis extra territorium Parochiæ?

1 *Parochiani tenentur ſoluere decimas fructuum perceptorum in territorijs extra Parochiam, præſertim vbi extat conſuetudo ita ſoluendi.*
2 *Decimas tenetur quis proportionaliter ſoluere duobus Rectoribus, quando gregem paſcit in duabus Parochijs, pro medietate anui in vna, et medietate alterius anni in alia.*

PRotuli ſententiam in fauorem cuiuſdam Parochi, agentis contra ſuos filios ſpirituales poſſidentes territoria in alia ciuitate: Et dixi, ipſos teneri ad ſoluendas Decimas eorum etiam fructuum, ibidem per-
1 ceptorũ, & motus fui ex deciſione Viuij 63. cuius verba

ba sunt, quod Decimæ soluendæ veniunt, nedum ex fructibus recollectis in territorio, sed de omnibus alijs fructibus, etiam extra territorium ipsum perceptis, & præsertim vbicumque adstaret consuetudo ita soluendi, c. cum non sint de Decimis, & ita in facti contingentia iudicaui tamquam Delegatus à Sacro Regio Collaterali Consilio ad fauorem venerabilis Capituli clericorum terræ Vrsarię contra vniuersitatem, & homines eiusdem terræ, de mense Iunij 1583. vt vniuersitas hæc solueret dicto Capitulo decimas, etiam de fructibus extra territorium recollectis, & ita vidi hisce oculis iudicatum per prædictum Collaterale Consilium sub die 30. Ianuarij 1581. ad fauorem Reuerendi Capituli Lucerini, contra hæredes Liuij de Sanctis, vt soluere deberent decimas ipsi Capitulo, tam de fructib. perceptis in territorio Lucerino, quam etiã extra territorium, & sic in territorio terræ Moctæ, dummodo de ipsis fructibus non solueretur etiam decima alteri Ecclesiæ extra territorium: Nam Decimas proportionaliter soluere, etiam quis tenetur duobus Rectoribus, vbicũque gregem pascit in duabus Parochijs pro medietate anni in vna, & pro alia medietate in alia, vt cõcludit ex communi omnium opinione, dummodo non vigeat consuetudo in contrarium, Bertran. cons. 410. proponitur in facto, vol. 4. vnde stante quod vniuersitas Vrsariæ de fructibus memoratis extra territorium acceptis nemini soluebat Decimas, ideo adductis legibus, non obscuris, veteris, ac noui testamenti, atque decisionibus prælibati Sacri Collater. Cons. condemnaui vniuersitatem ipsam ad soluendum huiusmodi Decimas de fructibus ante dictis Capitulo prædicto, ratione, intuituque Sacramentorum præstitorum, & præstandorum; & ideo, non absque leui certamine extitit in Sacro Regio Cons. in anno 1583. confirmata, & approbata mea sententia, referente Illustrissimo D. Vinc. de Franc. causæ Commissario, & ita in terminis firmat etiam Neuiz. cons. 14. Os meum num. 15. quod Decima solui debet in loco Ecclesiæ cui subsunt bona.

Non obstat, illas Decimas deberi Parocho, quę fiunt in eius Parochia, Capel. Tholos. decis. 433. Ludouic. in dec. Perus. 72. Franc. March. dec. 17. Put. dec. 154. lib. 1. nam respondetur intelligi, quando in alio loco non soluuntur Decimæ, vt supra dixi.

Non obstat secundo, quod Decimæ debeantur Rectori Ecclesiæ ratione Sacramentorum, & curæ animarum, Verall. dec. 353. p. 2. Gome. Leo dec. 77. Concilium Trid. sess. 25. de reform. c. 12. quia eadem solutione de qua supra, responderi potest.

RESOLVT. XCI.

Actiones personales in foro conscientiæ, quanto tempore præscribantur?

1 *Actiones personales de iure Canonico non præscribuntur spatio 30. vel 40. annorum, quando eiusdem fori sunt debitor, vel creditor, & maximè si iuramẽtum interuenit.*
2 *Lex vult, neminem locupletari cum aliena iactura.*

1 REspondi in facti contingentia cum Baldo in cons. 148. quod actiones personales de iure Canon. & in conscientia non præscribuntur spatio 30. vel 40. annorum, cum mala fides debitoris de soluendo interpelletur ab homine, vel à die quando sunt eiusdem fori debitor, & creditor, & maximè si iuramentum interuenit, secundum gl. Bal. & Imol. in cap. fin. extra de præscrip. Ioan. Andr. in cap. 2. eodem tit. in 6. Card. in cap. vigilanti extra eodem, Panorm. in c. Ecclesia circa finem, extra de iure Patro. Bal. in cap. si quis per triginta, si de feud. fuerit contro. in auth. ad hęc C. de vsuris; Imol. in l. quibus §. Dominus ff. de condit. & demonstr. Ang. & Rom. in l. si sequitur §. si viam ff. de vsucap. & videtur

casus in d. cap. fin. ibi: Nulla valeat, absque bona fide præscriptio, qui text. fundatur in ratione speciali in retinendo alienum, quæ ratio militat etiam in eo, qui tenetur actione personali, nam lex vult, neminem locu-
2 pletari cum aliena iactura, l. nam hoc natura ff. de cõd. indeb. & Dominus prohibuit rem alienam concupisci, multo fortius retineri, nec potuit lex inducens præscriptionem statuere contra legem Dei, glos. in c. litteras extra de rest. spol. quæ opinio cum tendat ad fauorem animæ, tutior dici potest, per tradita in cap. veniens extra de spons. glos. in c. 2. de scru. & talis præscriptio appellatur ius iniquum perstitum, tex. in auth. vt Ecclesiæ Romanæ cen. an. gau. præscri. colla. 11. licet contrariam opinionem tenuit Host. in sum. tit. de pers. §. quæres, & Bar. d. §. si viam.

RESOLVT. XCII.

Exequutor Apostolicus, qualiter debet interpretari rescriptum dubium sibi emanatum ad ornatum tex. in cap. causam quæ, de rescriptis.

1 *Verba rescripti debent reduci ad ius commune.*
2 *Delegatus non debet adimplere rescriptum quod deuiat à tramite iustitiæ.*
3 *Clausula sequens in rescriptis determinat præcedentia.*

1 VErba rescripti debent reduci ad ius commune, licet natura verborum aliud sentiat. glos. in cap. paratus in vers. si verba 23. q. 1. Panor. in cap. causam quæ nu. 1. de rescript. & ibi addentes, Roma. cons. 334. num. 2. allegat tex. in cap. super eo de offic. Delegat. & dicit, rescripti verba esse interpretanda, si interpretari oportet, vt ad ius commune reducantur, & ius tertio non auferatur, sequitur Ruin. cons. 123. n. 12. lib. 3. Losfred. cons. 39. nu. 25. Gomez in reg. de iure quæsito non toll. 9. nu. 4. quos allegat Mandos. in addi. ad Roma. ad cons. 334. Ant. de Petris in tract. de iuris Episc. defens. c. 8. num. 13. etiam si essent in fauorem pię causæ, nè alteri præiudicium fiat, Gul. Rodoan. tract. de spolijs, q. prima, num. 12. & procedit etiam, si rescriptum nihil operaretur, Ancha. cons. 353. quem refert, & sequitur Rubeus cons. 167. nu 3. vers. stante igitur, Gomez loco iam citato, quin etiam alios refert Crauetta cons. 412. num. 1. & cons. 390. num. 15. vbi, num, 14 inquit, Rescriptum esse interpretandum secundum ius, nè alterius ius etiam minimum minuatur, etiam si rescripti verba aliud sentire videantur, allegat Cald. cons. 2. tit. de Rescrip. & idem tradit cons. 412. num. 4. & quod rescripta sint intelligenda secundum ius, tradit etiam Guid. Pap. in tract. de rescript. num. 32. & clausulæ appositæ in rescripto, recipiunt omnes interpretationes quas recipit ius commune in tali materia, Gemin. in c. licet canon. §. fin. n. 4. vers. nota benè illud dictum de elect. in 6. & Dec. cons. 209. num. 5. & 6. rescriptum enim propriè est, quod scribitur ad obseruantiam iuris, Ripa in rubrica extra de rescript is, num. 10. qui propterea num. 11. inquit, quod ex hac ratione oritur, quod rescripta sint modici præiudicij, post Bald. in l. 1. C. de diuers. rescript. quem ipse refert; & propterea rescriptum contra ius non valet, nisi sit facta mentio iuris, gl. in cap. 1. in vers. noscatur de Constit. in 6. & illud Rescriptum, quod de-
2 uiat à tramite iustitiæ, non debet Delegatus adimplere, l. rescripta C. si contra ius capitur &c. Rip. in c. si quando nu. 16. de rescript. & rescripta interpretantur, salua Iustitia, & saluo iure tertij, l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico, cum simil. Specul. tit. de Salar. §. 1. num. 7. glos. in cap. cum dicat vers. aliorum de Eccles. ædificãdis; nec Princeps vult ipso Rescripto, causas infinitas resuscitare, Spec. tit. de except. §. 3. vers. rursus num. 43. & ipsius Rescripti intellectus, etiam per reuolutionem clausularum debet reduci ad ius commune,

vt ipſum non lædat. Ant. de But. in cap. cauſam quæ de reſcriptis, Hoſt. in c. qualiter, & quando de accuſat. & Panorm. in dicto cap. cauſam quæ ante num. 2. & magis ad caſum noſtrum, quod reſcriptum ſit ſtrictè interpretandum, docet Bar. in l. fin. n. 3. ff. de Conſtitu. Princ. allegat. text. in d. c. cauſam quæ, Berous in c. ſuper literis in repet. num. 7. de reſcriptis, in cap. primo, num. 28. ff. de off. Deleg. & in cap. item cum quis, n. 22. de reſtitut. ſpoliat. Vant. in tract. nullit. verſ. huiuſque nu. 64. Mandoſ. in tract. de inhibit. q. 68. n. 3. Alber. de ſtatutis q. 9. n. 38. Burſat. conſ. 73. num. 6. lib. 1. & Caualcan. qui multos cumulat. dec. Iuizan. 21. nu. 27. p. 1. Bal. in d. l. fi. col. 2. qui in ver. reſcripta verò in ſpecie, inquit, quod mandatum exequutorium ſit ſtrictè interpretandum, & magis ad rem, quod illa clauſula, fiat iuſtitia, operetur etiam reſpectu exequutionis, ſi eſt facienda, tex. in d. cap. cauſam quæ, vbi fit tranſpoſitio clauſulæ in alio loco poſitæ, ad hoc vt reſcriptum ſumat bonam interpretationem: Neque in ordine ſcripturæ Summus Pon-
3 tifex negotium facit, & proinde ibi clauſula ſequens determinat præcedentia, ad quod gloſ. ibidem multa iura allegat, & de reſcripti materia multa poſuit Mexia Hyſp. ſuper Prag. taxæ panis concl. 5. n. 142. fol. 93.

RESOLVT. XCIII.

Archipresbyter, an habeat aliquam iuriſdictionem in ſuos Parochianos, Clericos, & Sacerdotes, eos ſcilicet puniendi, caſtigandi, vel aliud faciendi?

1 *Archipresbyter ſtante conſuetudine poteſt ſumere extraiudicialiter informationes ſuper matrimonijs, caſque ad Epiſcopum tranſmittere; ſed non ſumere informationes in figura iudicij.*
2 *Archipresbyter poteſt amicabiliter componere iurgia inter ſacerdotes, ſed non per viam iuris.*

PRoposito quæſito reſpondi cum dec. Rot. Fari. 129. p. 2. cuius tenor eſt; Stante reſolutione facta in hac cauſa ſub die 15. Iun. proximè præteriti, quod tam Archiepiſcopo, quam Archipresbytero dandum ſit mandatum de manutenendo, in his tamen, quæ vnicuique competunt ex diſpoſitione iuris communis, quam Cõcil. Trid. cum pro parte Archiptesbyteri prętenditur ſe in pluribus habere fundatam ſuam intentionem ad dictum effectum, tam attenta diſpoſitione iuris communis, quam Conc. Trid. Hinc deſcendendo ad particularia nondum deciſa, dubitatum fuit, an circa infraſcripta tria capita eſſet ita fundata intentio ipſius Archipresbyteri contra Archiepiſcopum, vt ei dari debeat mandatum de manutenendo.

Primum caput eſt; an poſſit ſumere informationes ſuper Matrimonijs à Forenſibus contrahendis, & illas tranſmittere Ordinario pro gratia obtinenda, iuxta diſpoſitionem Conc. Trid. c. 7. ſeſſ. 24. de reform. matr.
1 circa quod fuit reſolutum; Archipresbyterum poſſe quidem in exequutionem d. Conc. Trid. ſumere informationes ſuper Matrimonijs à Forenſibus indiſtinctè; iuxta declarationem Illuſtriſſimorum interpretum eiuſdem Conc. de qua in ſummario Archiepiſcopi n. 5. & vlterius, intelligendo de informatione aſſumenda extraiudicialiter, & non in figura iudicij, neque cum receptione teſtium formaliter; cum iſta fieri non poſſint abſque iuriſdictione, quam Archipresbyter ipſe non habet, cum eius effectus ſit omnia referre ad Epiſcopum: nec aliquid contra eius decreta ordinare, vt dicit tex. in c. fin. in fine de off. Archipresbyteri, vbi expreſſe Abb. ſub n. 1. verſ. quæro an ſit Archipresbyter: Tamen non poſſe procedere cõtra quemquam in figura Iudicij; & facit quia Archipresbyter non habet iuriſdictionem fori contentioſi in Parochianos, ſed tantum fori Pœnitentialis, vt tenet Petrus de Peruſ. in tract. vnion. Eccleſiæ, cap. 7. n. 3. Card. in Clem. 1. q. 2. & 7. de Præb, vbi etiam Imol. num. 7. hoc notat.

Secundum Caput eſt: an poſſit ſibi inobedientes in eius officio coercere, eiſque pœnam iniungere. Circa quod fuit reſolutum, eum non poſſe inobedientes in eius officio coercere, nec pœnam eis iniungere, cum corrigere, & imponere pœnas, abſque iuriſdictione eſſe non poſſit, quam Archipresbyter non habet, licet habeat facultatem eos admonendi, vt munera eis iniungenda preſtent, & facienda ſuo loco, & tempore faciant pro vt decet, in caſu inobedientiæ habent facultatem referendi omnia Epiſcopo, ad effectum, vt contra eoſdem prout illi viſum fuerit expedire procedat, ita notat Anchar. in d. clem. 1. num. 1. in fine, & alij Canoniſtæ in cap. 1. & 3. de officio Archipresbyt.

Tertium caput eſt, an poſt iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere, & excitãtem clamorem in Choro, vel Sacrario punire. Circa quod Domini dixerunt, eũ poſſe amicabiliter, & prout decet bono Religioſo, iurgia inter Sacerdotes, & Clericos orta in ſua Eccleſia componere, ſed non per viam iuris, excitantes autem clamorem, vel diſcordias ſeminantes in Choro, vel in Sacrario poſſe quidem admonere, vt à prædictis deſiſtant, ſed non propriè eos puniri poſſe, cum vt dictum eſt, ius coercendi, & puniendi præſupponat iuriſdictionem fori contentioſi, quam nõ habere Archipresbyterum, ex ſupradictis liquet.

Nec ſupradictis obſtare, dixerunt Domini, quod Archipresbyter minora, ſeu minima per ſe ipſum determinare poſſit, abſque eo quod referat Epiſcopo, vt dixit gl. in d. cap. fin. in verbo referre in fine de offic. Archipresbyteri, cuius dictum ſequitur Abb. in verſ. obliu. quia intelligi debet de his minoribus, ſeu minimis, quæ determinare poſſit abſque figura iudicij, vel in figura iudicij, ſecundum tamen ordinem ipſius Epiſcopi, vt declarant Addentes ad d. gl. & probant verba finalia dicti tex. ibi, cuncta tamen referant ad Epiſcopum, nè aliquid contra eius decreta ordinare præſumant.

RESOLVT. XCIV.

Per collationem Canonicatus Cimiliarcalis Eccleſię Cathedralis Neapolis, factam à Summo Pontifice, cum aſſertione quod ſit Dignitas, an ſit probatum eſſe Dignitatem?

1 *Si Papa dicit in litteris aliquam Eccleſiam eſſe exemptam non ob id probatur eius exemptio, niſi aliunde conſtet.*
2 *Si Papa contulit præpoſituram in Cathedrali vti primam Dignitatem, non cenſetur ob id probata prima dignitas, quia ſunt verba enunciatiua.*

CAnonicatus Cimiliarcalis Cathedralis Eccleſiæ Neapolis fuit collatus à Summo Pontifice cuidã digniſſimo viro, cum enuntiatiua quod ſit Dignitas, & cum dictus Prouiſus voluiſſet capere poſſeſſionem dicti Canonicatus, Domini Canonici oppoſuerunt, in dicta Eccleſia, nullam eſſe Dignitatem, & conſequenter noluerunt admittere dictum prouiſum: Quare fui conſultus, an ex verbis Pontificis cenſeatur verificatum, & probatum, dictum Canonicatum eſſe primam Dignitatem; & pro intelligentia dicebam, verba Bullæ Apoſtolicæ eſſe triplicis generis, Narratiua ſcilicet, Aſſertiua, & Diſpoſitiua, Dec. conſ. 50. vol. 4. Cald. conſ. 2. de Priuileg. Maſcar. concl. 1227. Garſias de nobilit. quæſt. 2. n. 20. Diſpoſitiua ſunt, quando Priuilegium eſt factum ad id, quod conceditur, Narratiua, quando narrat, Aſſertiua, quando aſſeruntur facta cum intentione concedendi id quod aſſeritur; vnde his ſuppoſitis, dicebã ſupradicta verba Põtificis, nullo modo operari quod per id dictus Canonicatus ſit Dignitas, ad quod probandũ adducebam primo tex. in cap. ſi Summus Pontifex, de

ſent

sent. excom. vbi si Papa aliquem sub titulo Dignitatis nominet, vel honoret, non videtur ei illam Dignitatem conferre, nec nouum ius tribuere, vt notatur in c. si Papa de Priuilegijs in 6. vbi si Papa in aliquo Priuilegio, & scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu libertatis Ecclesiasticæ narret aliquam Ecclesiam ad ius, seu proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, non probatur illius Ecclesie exemptio, nisi aliter constet, vnde in clem. litteris de Probationibus à contrario sensu interpretata, dicitur quod creditur litteris Papæ narratis aliquem esse eius familiarem, si super illis verbis, Papæ gratia vel sua intentio fundatur, ergo secus quando intētio sua nō fundatur dictis verbis, vt in casu nostro, ita Cravetta de antiquitate temporis parte 1. num. 5. & facit text. cum glos. in cap. hæc quippe tertia, quæst. 6. vbi si Papa dicit hæc verba, ipse enim est Metropolitanus tuus, omnesq; Episcopi Regni suffraganei eius sunt, tamen glos. dicit quod nisi aliter doceatur, talia verba non probant, illum fuisse Metropolitanum, vt voluit quoque Calder. cons. 2. de Priuil. & Decianus loco supra citato, & Roman. in cons. 180. num. 4. concludit quod licet Papa nominauerit Camaldulensem Ordinem cum subiectione totius Burgi, non tamen videtur contulisse dominium Burgi Ordini Camaldulensi, nisi aliunde subiectio Burgi Ordini prædicto probaretur; Hinc Aret. voluit in cons. 23. col. 4. quod si Papa contulit alicui præpositurā
2 in aliqua Ecclesia Cathedrali tamquam primam Dignitatem, non ideo censetur probata illa prima Dignitas, quia sunt verba enunciatiua, emissa propter aliud, & fundamentum collationis stat in vacatione, & non in prima Dignitate, & latè Anna in cons. 99. n. 21. vol. 1. scripsit, quod si Papa confert beneficium, vel scribit in fauorem alicuius, qui enunciatur familiaris, talis narratio nō probat, quoniam dispositio super familiaritate non fundatur, & similiter Inn. in c. dudum de Priuilegijs, voluit, quod verba Priuilegij eximentis Ecclesiam cum alijs subiectis specialiter enumeratis, sunt intelligenda conditionaliter, idest, si probabuntur ad dominium dictæ Ecclesiæ exemptæ spectare, cum ex verbis Papæ narratiuis, probatio non inducatur. Tandem dicebatur supra dictam resolutionem probari ex doctrina Ioannis Andreæ in d. c. si Papa, & per Innocentium in c. inter dilectos de fid. instr. vbi verba Priuilegij memorantis loca subiecta, sunt narratiua, & consequenter non probant, Romanus cons. 180. num. 3. Rebuff. cons. 198. num. primo, & Geminian. cons. 122.

RESOLVT. CXV.

Monachus quomodo acquirat Monasterio.

1 *Monachus non est capax dominij.*
2 *Monasterium appellatur fictus filius.*
3 *Monachus ita acquirit primo Monasterio, vt etiam si ad aliud se transferat primo illi Monasterio acquirat, nisi penitus sit liberatus à primi Monasterij obedientia.*

QVicquid Monachus acquirit, Monasterio suo acquirit, cap. cum ad Monasterium extra de statu Monachorum, cap. in præsentia de probat. auth. ingressi C. de Sacrosanct. Eccl. Cald. Ant. de Butr. & Panor. in d. cap. in præsenti, Ioann. Bapti. Ferret. in cons. 150. nu. 4. vol. 1. Monachus enim dominij rerum capax non est, vt
1 voluit Lap. allegat. 101. n. 4. & Angel. in cons. 133. col. 1. cum sint exules Monachi, non Patriæ huius Mundi, vt docuit Hier. ad Theoph. aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, idcirco dicuntur mori Mundo, & Deo viuere, c. non iudicatis 12. quæst. 1. l. Deo nobis C. de Episcopis, & Clericis, Iacob. Philip. Port. in cons. 107. n. 33. ob quę, omnia ab eis quæsita recta via in Monasterium transeunt, Castrens. in cons. 1. vol. 1. Barth. Socc. in cons. 245. vol. 2. Card. Paris. in cons. 47. num. 53. vol. 3. Marc. Ant. Natta in cons. 600. vol. 3. August. Berous in cons. 26. num. 16. in cons. 29. num. 2. vol. 1. in cons. 103. nu. 15. vol. 2. & in cons. 53. vol. 3. Laurent. Silua. in cons. 49. n. 4. Franc. Bursat. in cons. 63. num. 25. vol. 1. Franc. Marc. in dec. Delfin. 311. per totam vol. 1. & Ioannes Thomas Minald. in repet. Constit. in aliquibus not. 3. num. 70. &
2 Monasterium appellatur fictus filius, vt quicquid quærit Pater, idest Monachus, quærat filio, idest Monasterio, Afflict. in c. 1. de milite, vers. qui arma bellica in feudis, Ferret. in d. cons. 150. n. 4. vol. 1. quod ex multis Concilijs generalibus comprobat Io. Sextaleus in summa Pontificalium § Monachus, num. 4. & quemadmodum seruus ex quolibet contractu acquirit Domino, sic Monachus acquirit Monasterio, Feder. de Senis, in cons. 287. & Bar. in l. si seruus, num. 6. ff. de stipul. seruor. & in l. 1. in principio, vbi Doctores ff. de verbo. & oblig. & Panormit. in cap. quanto post nu. 2. de officio Ordinarij: Quod procedit etiam, si alieno nomine quæsierit, Bal. in l. si liber homo ff. de stip. serv. tex. in l. quidam eulogio. col. 5. C. de iur. deliber. quia proprium habere non potest, nisi ad Monasterij vtilitatem, vt post glos. in dicta Auth. ingressi, voluit Marian. Soccin. Senior in
3 cons. 10. quamuis col. 4. vers. verum prædictis vol. 1. adeo etiam primo Conuentui, & Monasterio in quo moratus est, quærit, quod quamuis in aliud Monasterium se transferat, nisi penitus à primi obedientia sit liberatus, primo illi Monasterio acquirit, Fed. de Sen. in cons. 35. Lapus alleg. 61. in fin. vbi Mand. in Apost. Io. Cæph. in cons. 212. num. 5. vol. 2. Bursat. in cons. 63. num. 25. 26. vol. 1. & plus etiam si Monachus testaretur de licentia Papæ, adhuc si testatus decedat, Monasteriū succedit, Bald. in auth. nisi rogat. col. fin. C. ad Trebell. Portius in cons. 23. num. 7. & num. 31. eo magis, cum bona quæsita à Religioso præsumantur acquisita de bonis Religionis, vt post alios scribit Cæph. in cons. 362. nu. 6. vol. 2.

RESOLVT. CXVI.

Abbatis Potestas, in quibus consistat.

1 *Abbas potest absoluere à censuris suos Monachos, exceptis ijs quæ sedi Apostolicæ reseruantur.*
2 *Multa non potest facere Abbas, & præcipuè, non potest concedere dimissoriales clericis sæcularibus pro ordinibus suscipiendis.*

1 ABbas potest absoluere Monachos suos ab omnibus censuris, Innoc. in cap. nuper de sent. excom. Sanctus Thom. in 4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 1. quodlibet. 1. S. Anton. Floren. tertia parte tit. 25. & 26. licet contrariam sententiam firmauerit Abb. in c. Monachi de sent. excomm. à qua conclusione omnino excipi debent casus Bullæ cœnę, & alij reseruati sedi Apostolicę. Potest consecrare Ecclesias, vel altaria Abb. in c. 1. de consec. Ecclesiarum. Potest reconciliare Cœmiterium, glos. in cap. 1. de consec. Eccles. vel altar. lib. 6. Potest consecrare oleum pro infirmis, glos. in c. quæsitum de verbor. signific. Potest benedicere Moniales, consecrare corporalia, benedicere vestes, vasa, calices, & omnia quæ ad Dei cultum appropriātur, quod intelligas, si hoc à Papa habet ex commissione vel ex priuilegio, Sant. Thom. in quartum sententiarum dist. 6. q. 3. ar. 1. col. 2. & 3. Petrus de Palude in 4. sent. dist. 3. Abb. in c. quanto de consuetudine, Angel. in vers. beneficio, Rosella in Summa eodem versiculo, num. 3. Armill. in verbo Abbas, num. 8. Potest dispensare cum Monachis super irregularitate, quam recipiendo Ordines in excommunicatione contraxerunt, glos. in cap. noluit. 33. q. 3. Syl. in summa, in verbo irregularitas quæst. 4. Armil. in summa in verbo Abbas, q. 6. Alfons. Viuald. in suo aureo candel. in tit. de irregularitate in quæstione,

quæ incipit, quæritur vlterius; Potest deferre baculum, & Mitram, quod etiam intelligas, si hoc à Papa fuerit concessum, vt probat tex. in cap. cum contingat de ætate, & qualitate, cap. 1. & 2.25. dist. c. Abbates de Priuilegijs; Potest Abbas conferre omnes ordines minores suis Monachis, & in suo Monasterio, c. Abbates de Priuilegijs, & tex. in cap. 1. de supplenda negligentia Prelatorum, & in cap. cum contingat de
2 ætate, & qualitate. Quæ autem fieri non possunt per Abbates sunt sequentia: Primo Abbas, non potest præesse duobus Monasterijs, & ratio est, quia singula officia singulis sunt assignanda, cap. cum singula de Præb. & Dignit. lib. 6. Secundo Abbas non potest renunciare suæ exemptioni, vt probat tex. in cap. cum tempore de arbitris, & ibi omnes Canonistæ communiter: Tertio non potest sine consensu Capituli officialem generalem cum iurisdictione constituere, Inno. in cap. edoceri de rescriptis, Felyn. in cap. ex litteris in tertio notabili de constitutionibus, Panuin. de offic. & authorit. Capituli, sede vacante, quæst. 6. artic. 1. Quarto, & vltimo Abbas nõ potest litteras dimissoriales ad Ordines Ecclesiasticos clericis sæcularibus sibi subditis concedere, Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. de reformatione, & circumfertur declaratio Illustrissimorum Cardinalium super eodem Concil. 199. per hæc verba: nulli Abbati quibusuis priuilegijs munito, liceat concedere dimissorias cuiquam clerico sæculari, similiter nec permittitur Archipresbytero exempto.

RESOLVT. XCVII.

Apostatis, quæ prohibentur?

1 *Apostatis multa prohibentur de iure.*
2 *Apostasiæ effectus enumerantur.*

1 MVlta in iure prohibentur Apostatis: Primo enim Apostata non potest esse testis, Nellus in tractatu de testibus secunda parte num. 8. Lanfr. in cap. quoniam contra vers. testium depositio de probat. Felyn. in cap. Iudæi in principio de testibus text. in l. quoniam C. de hæret. Secundo Apostata non potest facere testamentum, Bald. in l. 1. ff. de testamentis: Tertio Apostata repellitur ab omnibus actis legitimis, Ioan. Andr. in cap. de cernimus de sent. excom. in 6. & ad id probat glos. in cap. ad abolendam de hæreticis: Quarto, non potest esse Episcopus, vt si Papa eum non nouerit, & promouit, Bald. in l. Barbarius in 6. col. vers. sed quid de seruo ff. de off. Prætoris, Firmanus in tract. de Episc. par. 1. quæst. 25. Cotta, qui dicit, hoc esse memoriæ tenendum in suis memoralibus in verbo Apostata: Quinto Apostata non potest Doctorari, quia Doctoratus est dignitas, cap. quanto de Magistr. Alex. consil. 54. consideratis his, col. 2. lib. 1. Archid. in cap. penultimo 10. dist. Sexto, est inhabilis ad beneficia Ecclesiastica, Oldrad. cons. 184. Pater Sancte in fine: Septimo, non habet ius præsentandi, quamuis beneficia sint patronata, Episcopus Minor. in sua praxi Episcopali in vers. Apostata. Apostasia præterea multos habet
2 effectus: Primo Apostatarum bona publicantur ipso iure, glos. sing. in cap. secundum leges de hæreticis lib. 6. cum Baldo in cap. quoniam contra de probat. Secundo, licet crimina Reorum morte extinguantur, l. is qui ff. de publicis iudicijs, & glos. quæ hoc probat in l. Iuliam Maiest. tamen crimen Apostasiæ non extinguitur, & post mortem accusari potest, text. in l. si quis defunctum C. de Apostatis: Tertio, quia quis propter Apostasiam à commercio hominum prohibetur, l. ij qui Sanctam C. eodem tit. nostro, Ant. de Butr. in cap. si cautio de fide instrument. Quarto pro crimine Apostasiæ receditur à regulis iuris communis, Bald. in l. 1. §. si quis riuos ff. de noui ope. nunc. Quinto Apostata nemini succedere potest, d. l. ij qui Sanctam C. de Apostatis. Abb. in rubrica eodem titul. in fine: Sexto, crimen Apostasiæ est publicum, Bald. in l. quamuis C. ad legem Iuliam de Adulterijs: Septimo, licet regulariter ius accusandi non permittatur, nisi ei tantum cuius interest, arg. tex. in l. 1. ff. de conditione furtiua, tamen in hoc crimine cuilibet, etiam cuius non interest permittitur accusatio, text. in l. Apostatarum C. eodem titul. de Apostatis: Octauo Apostata carcerari, & affligi potest, cap. à nobis de Apostatis: Nono, pœna Apostasiæ punitur ille, qui Apostatandis consilium præbet, l. eos C. de Apostatis: Decimo, qui est ordinatus in Apostasia, non potest ordines exercere, cap. consultationi de Apostatis, Armilla in verbo irregularitas, & hac de causa clericis iter agentibus fiunt ab eorum Episcopis dimissoriæ, vt probat text. in cap. 1. cap. eos de temporibus ordinat. lib. 6. vt quis dicatur Apostata à Religione, tria concurrere debent: Primo, vt sit Religiosus Professus, nam Nouitius non ferens habitum Religionis, non dicitur Apostata, Io. And. in cap. nullus de electio. in 6. & ideo iura loquentia de Monachis, non comprehendunt Nouitium, tex. in auth. ingressi C. de Sacro Sanct. Eccles. & relictum Monacho, non debetur, nisi facta professione, Bald. & Ias. in d. auth. ingressi C. de Sacro Sanct. Eccles. Secundo, vt assumat habitum sæcularem, quia si de vna ad aliam Religionem transit, non fit Apostata, Abb. per illum text. in cap. licet de Regular. Tertio, concurrere debet animus non redeundi, Bald. in cap. cum inter de consuet. Pœna, quæ datur Apostatæ duplex est: Prima, quia carcerari, & affligi potest, & ita procedit, tex. in cap. à nobis, vbi Abb. & DD. omnes de Apostatis; secunda est, nam omnia bona Apostatarum publicantur, & Fisco applicantur, l. 1. C. de Apostatis, glos. in cap. secundum leges de hæret. lib. 6. vbi in ea habetur, in quibus casibus bona Fisco applicentur, quos casus enumerat Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 37. Tertia additur pœna, nam ipso facto efficitur excommunicatus, & ita procedit text. communiter receptus in c. vt periculosa extra, nè clerici vel Monachi, Armilla in summa sua in versiculo Apostata, Sylu. in versiculo professi in principio.

RESOLVT. XCVIII.

Arctati qui dicantur ratione beneficij, ad effectum, vt Capitulum possit intra annum dare litteras dimissorias.

1 *Arctati sunt illi qui obtinent aliquod beneficium, ratione cuius tenentur se promoueri facere.*
2 *Præsentatus ad beneficium, dicitur arctatus ad primam tonsuram.*
3 *Non dicitur arctatus ratione beneficij recipiendi is cui aliquis vult resignare beneficium requirens ordinem, nam hoc est merè voluntarium.*

IN hac quæstione placuit inserere verba formalia Garz. quorum tenor est, Quomodo sunt intelligenda illa verba Concilij, cap. 10. sess. 7. de arctatis occasione beneficij Ecclesiastici recepti, siue recipiendi, & quidem clarum est illos dici arctatos occasione beneficij recepti, qui obtinent aliquod beneficium ratione cuius tenentur se promoueri facere, vt qui obtinet Parochialem Ecclesiam, est arctatus ad Sacerdotium intra annum, & qui obtinet Canonicatum cui talis ordo est annexus, & idem est in aliquibus beneficijs, seu Capellanijs, requirentibus ex institutione seruitium personale, seu aliquem Ordinem: Difficultas est, qui dicantur arctari occasione beneficij recipiendi, & credo illos dici arctatos tali occasione, qui habent ius, seu sunt vocati ad aliquod beneficium vacans, seu Capella-

pellaniam, quæ requirit actu certum Ordinem, & eo carentes, videntur arctati ad talem Ordinem, occasione beneficij recipiendi, ita Ledesma in summa de Sacramento Ordinis, cap.8. concl. 3. ille etiam videtur arctatus occasione beneficij recipiendi qui cum nõ sit ordinatus prima tõsura, est præsẽtatus ad beneficiũ.

Electus verò in concursu ad beneficium curatum, cuius collatio facienda est à Papa, non potest interim dici arctatus, nec occasione beneficij recepti, quia illud tunc non habet, nec occasione beneficij recipiendi, quod non requirit actu Sacerdotium, & idem erit in præsentato ad aliquod beneficium, seu Capellaniam, habens annexum certum ordinem, ad quem illud obtinens, tenetur se facere promoueri. Præterea non dicitur arctatus occasione beneficij recipiendi is, cui aliquis vult resignare aliquod beneficium, requirens actu ordinem, quo caret, hoc est enim merè voluntarium.

RESOLVT. XCIX.

Vicarius an habeat iurisdictionem ordinariam?

1 *Vicarius Episcopi est ordinarius, similiter & Vicarius Capituli sede vacante.*

2 *Vicarius dicitur ordinarius, ex eo quod iuris permissione, & consensu Episcopi constituitur.*

1 VIcarius, sicuti & Episcopus, ordinarius est, glos. in cap.2. de off. Vicarij in 6. verbo, officialem, & in c. Romana de appellat. eodem lib. verbo, generaliter, & ibi DD. Abbas in cap. duobus de re iudic. n. 11. Felin. in rubrica de officio Delegat. num.4. & ibi Decius, n. 3. Berous c.1. de off. Delegat. n.2. & 8. Panuin. dicit esse communem de offic. & potestate Capituli sede vacante 2. quæst. 1. par. num.2. & 3. & 10. quæst.2. part. n. 34. & 9. Coras. de Benef. 2. part. cap. 8. num. 3. Maranta in specul. Aduocat. 4. parte dist. 5, num. 12. & 13. Mandos. in regu. 24. quæst. 6. n. 8. Couarr. practi. quæst. cap. 4. num. 8. & lib. 3. variar. c. 30. num. 4. Doct. Paz. in praxi tom. 1. quæst. 1. num. 6. & 7. & 2. tom. quæst. 3. num. 3. Mascard. conclus. 1412. num. 9. & 22. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 1. §. 20. n. 6. Sbrozius, qui plures refert, lib. 2. q. 57. de off. Vicar. Zechus c. 23. de Vicario Episcopi §. 2. num. 1. Frater Ludou. de Miranda de ordin. iudic. quæst. 2. art. 6. & nouissimè Thom. Sanchez infinitos referens, de matrim. lib. 3. disput. 29. quæst. 1. & idem dicendum est in Vicario Capituli, sede vacante, Vgolinus, Sbrozius, & Thomas Sanchez supra, cit. quamuis contrarium tenuerint Goffred. in summa de off. Vicarij, num. 2. Alciat. in rubrica de offic. Vicar. quinta iudiciorum specie, num. 24. Flores Diez varia. quæst. cap. 27. Rodriquez in explicationem Bullæ Cruciatæ, cap. 24. num. 21. & 22. & Morla in emporio iuris 1. parte tit. 2. quæst. 27.

Aliqui tamen dicunt quod non ex eo est ordinarius, quia lex dat huiusmodi iurisdictionem Vicario, interueniente ministerio, & facto Episcopi, vt tenet Rota d. 4. de offic. Vicar. alias 378. in nouis, Domin. in c. 1. de offic. Vicar. in 6. in fine, & Maranta supra, n. 12. post Alex. in rubri. ff. de offic. eius, Sbrozius, q. 25. n. 14. & 26. & Thom. Sanchez, supra n. 13. & quod dici posset, inquit glos. verbo generaliter, & Abb. in c. 2. ad finem nè Prælati vices suas; nam verius est, Vicarium accipere iurisdictionem ab Episcopo eũ deputante, vt innuitur in cap. 2. & fin. de offic. Vicar. in 6. & ibidem glossa verbo generaliter, Abb. ibi, & clarius Vestrius in praxi, lib. 3. cap. 3. n. 1. ibi nisi Episcopus suo Vicario, licet in contrarium citet eum Sbrozius: sed re vera mihi videtur,

2 quod ex eo est ordinarius, quod iuris permissione, & consensu Episcopi constituitur, vt eiusdem locum teneat, & vices, & sic perinde est ac si à lege constitueretur, vt per Couarr. dict. num. 4. & Paz supra.

RESOLVT. C.

An Clericus, qui habet beneficium sufficiens ad eius victum, si aliud adipiscatur, possit illud idem renunciare cum pensione?

1 *Quando beneficia sunt incompatibilia itaut vnum excludat aliud, non videtur posse renuntiari secundum cum pensione.*

2 *Si beneficia non sint taliter incompatibilia, itaut vnum non excludat alterum, tunc potest secundum beneficium cum pensione resignari.*

SVpponitur in facto, quod quidam Clericus sufficiẽtissimum obtinebat beneficium ad eius victum, & cum alterum adeptus fuisset, conscientia motus volebat illud idem renunciare, stante quod ex dispositione Conc. Trid. plura beneficia teneri non possunt, quando vnum est sufficiens ad victum: fuit dubitatum, an potuisset imponi pensio in dicto beneficio: & videbatur quod sic, ex eo quod cuique liberum est imponere in beneficio pensionem, glos. in cap. vnico. vt Ecclesiastica beneficia, Bald. cons. 91. vol. 1. Alex. cons. 13. eodem vol. & maximè in beneficijs simplicibus, vbi pensio non excedit tertiam partem fructuum, Casador. in dec. 4. de pensionibus, Crescent. in dec. 234. Puteus, dec. 34. lib. 1. Rota in vna Vicentina pensionis 28. Iunij 1591. coram Illustrissimo Mantica.

Verum in hac quęstione contrarium resolui, distinguendo tria capita incompatibilitatis beneficiorum.

1 Primo, dicitur incompatibilitas primi generis, per quã prohibetur clericis habere plura beneficia cum cura animarum, aut dignitatem, vel personatum, beneficiũ vel præbendas vniformes sub eodem tecto; vt sunt duo Canonicatus, vel duo Capellaniæ concurrentes ad eãdem functionem in eadem Ecclesia, c. quia in tantum, & c. de multa de præbendis, cap. litteris de concess. præben. Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 4. Mohedan. dec. 15. de præbendis, Achilles de Grass. dec. 13. eodem tit. clericus ergo habens vnum beneficium ex his, & secundum eiusdem generis assequens, obtenta pacifica possessione primi, secundum vacat ipso iure, vt clare patet in iuribus supracitatis; & sic huiusmodi beneficia vocantur incompatibilia primi generis, quia posterius excludit primum ipso iure, cum sit eiusdem generis, & sic respondi non potuisse dictum clericum de quo agitur imponere pensionem in beneficio quod renunciare intendebat, cum vt supra dixi, per electionem primi, vacat alterum.

2 Secundum caput est. Quando clericus habet secundum beneficium curatum, dignitatem, vel personatum cum alio, quod non est dignitas personatus, cura, &c. Et tunc videtur posse renuntiari cum pensione, & ratio est, quia hæc incompatibilitas nuncupatur secũdi generis, per quam, adeptione secundi beneficij, non vacat primum ipso iure, licet teneatur quam primum verbaliter, & de facto resignare primum simile coram Ordinario, alias carebit vtroque, vt probatur in extrauaganti execrabilis, cum alijs, quos probat Nouissimus in sua praxi, cap. 64. num. 4.

Tertium caput est in duobus Beneficijs simplicibus, quorum vnum esset sufficiens ad victum; & nuncupatur incõpatibilitas tertij generis, quo casu talia beneficia incompatibilia non vacant ipso iure per assequutionem alterius, et iam post dictum decretum Concil. Trid. c. 4. sess. 7. de reformat. sed datur electio capite referente, c. præterea de præbendis, Graffi. cons. 17. 18. 19. eodem tit. post Rot. in dec. 474. part. prima. & in istis beneficijs, credo potuisse dictum clericum in renunciatione vnius petere, vt imponeretur pensio, cum sine dispensatione retineri nequeant, licet benè cum ipsa,

So-

Sotus de iust. & iure, lib.2.cap.34. dub.27. num.140.& sequentibus.

RESOLVT. CI.

Bulla Gregorij XIII. de præcedentia inter fratres mendicantes,quomodo intelligatur.

1 *Qui primi sunt in loco ex Religiosis, ij debent præcedere, iuxta Bullam Gregorij XIII.quæ tamen intelligitur de diuersis Religionibus,non autem de eadem.*
2 *Inter Senatores & Consiliarios,qui primo receptus fuerit, præfertur alteri.*

DVm tractaretur de præcedẽtia inter fratres Cappuccinos,& fratres Conuentuales Sancti Francisci Diœcesis Trigaligentium,quis nam eorum præcedere deberet,ex eo, quia fratres Cappuccini erant prius in eo loco, & prætendebant præcedere, fuit dictum in eadem Curia,fratres Conuentuales debere præcedere, vt apparet ex Bulla Gregorij XIII. quia Bulla dicit,
1 quod qui primi sunt in loco, debent præcedere: verum tamen prædicta Bulla intelligitur de diuersis Religionibus, non autem de eadem Religione: Nec sunt reprehendendi dicti fratres Cappuccini ex quo suas prærogatiuas magnificare cogantur, cum iure naturali tueri sua iura omnibus sit concessum, text. in l. obseruare §.antequam num.3.ff.de offic. Proconsulis, & in l. decernimus in 20. notab. C. de Sacro Sanct. Eccles. Surg.de Neap.Illustr.cap.27.num.1.& 2.id absque ambitionis, seu superbiæ vitio, sed obseruandi ordinis causa, iuxta Gregorij dictum in cap. vltimo 89. dist. cum similibus, de quibus per Menoch. cons. 126. Bouadil.lib.3.Polit.cap.2.num.20.Tiraquel.de Primogen. in præfatio. num. 13. cum alijs ibi relatis.

Et sic patet in præsenti articulo non posse applicari terminos præcedentiæ, scilicet quod in ea duplex ordo consideretur, verbi gratia, temporis, & qualitatis, vt dixit Cassan. in Cathalo. gloriæ Mundi part. 1. consid. 8. tamen ordo qualitatis potior erit ordine temporis, ad text. in l.1.C.de Consulibus, lib. 12. l.1. in fine C.qui accusari possunt, Lucas de Penna in rubrica C. vt dig. ord. seruet. lib. 12. cum similibus, ita igitur, quod vbi locum habet ordo qualitatis, non curatur de ordine temporis, qui simpliciter procedit inter existentes in æquali dignitate; Secus autem vbi essent inæquales, quo casu non temporis ordo, sed ille prior est alijs, qui maiorem Dignitatem obtinuit, Rebuff.in d.l.1.C. de Consulibus, quem sequitur Cassan.loco citato, Gamm.dec.1.num.13.& seq. de Ponte consil.14.num.44.& ob id Princeps fecit eius Vicarium, tamquam primum Magistratum, vt omnes præcedat, Cassan. loco cit. part.7. considerat. 18. vers. & licet multa, & part.11.considerat.13.Bouadil. vbi supra, num.23.ita, & Præses Senatus, seu Consilij, cæteros Senatores, & Consiliarios antecedit, ante text. in cap. Episcopus 93.dist.Roman.cons.23.num.3.Mattienzo dialogo.relat.3.cap.11.num. 5. & 7.& sic iuxta qualitatem Dignitatis, & officij; verum inter eosdem
2 Senatores, & Consiliarios, qui primum receptus fuit, alteri præfertur, cap.statuimus de maio. & obed. cap. si quis, ibi, is, qui primo, de elect. in 6. Bald. in auth. hoc amplius, col.fin.C.de fideicom.Piagg. de consuetudine quæst. 1. num. 103. Molfesius super consuetud. Neap. part.1. cap.6.nu.2. & hoc ratione ordinis,temporis, & antiquitatis, ad text. in dicta l.1. C.de Consulibus, l. vnicuique C. de prox. sacror. Scrin. lib. 12. l.3. C. de Tiron. eodem lib. 12. si quidem qui prioris magistratus dignitatem quæsiuerunt, alijs præferendi sunt, cap. placuit dist. 18. cap. fin. de consuetud. in 6. cum similibus relatis per Mattienzo in d. cap. 11. sub num.17. vbi subdit, quod in sedendo, subscrib endo, incedendo, & loquendo, ij maiorem prærogatiuam habent, qui digniores sunt, vel ratione Dignitatis, vel temporis promotionis ad officium, ad text.in cap.consilium §.hinc in fine 17.dist. Innoc.in cap. tua de maiorit. &.obed. Bart. in l.1.de albo scribendo,Tiraquel. de primog.quæst.6. Cabedo decis.3.n.5.Bouadil. lib.3. polit. cap.2. num. 20. Gamma dec.1.num. 1.Auendan.de exeq.mand.lib.1. cap.19.num.15.quod etiam in vnius horæ spatio consideratur,imo & in vno momento,ex glos. in cap. duobus de Rescript. in 6. & glos.1.in l.si ex pluribus §.finali ff.de solut.de communi opinione refert Casladorus. dec 20. de præb.& dignit. Rebuff.de pacifica possessione num.299. vbi ait cautelam esse, vt de certa hora fiat nota, licet alias per testes,vel confessionem partis probari possit, Auendan. in dicto cap.19.num.15.idque obseruandum esset, etiã si consuetudo esset in contrarium,tradit Licentiat. de Pisa in sua cur. Pis.n.4. eo quod potius corruptela diceretur, Hostiens.Ioann.Andr.& alij in cap.1.de maiorit.& obed.Marcus,dec.808.num 1.Menoch. cons.126. n.32. quinimo ex ea varia orirentur scandala, & inimicitiæ, c.fin. de consuetud. l.omnes,vbi Bart. & Ioa. de Plat. C.de Decurio.lib.10. quæ protinus cessare videntur ex constitutione prioritatis, & promotionis ad officium,vt experientia docet.

RESOLVT. CII.

In materia præcedentiæ, an attendatur quod illa Religio, quæ est prima in institutione, præcedere debeat posteriorem institutione?

1 *In materia præcedentiæ inter Religiones, attenditur,quod illa quę est prior in institutione,& approbatione debeat præcedere.*
2 *Monachi trium Fontium,& Sanctæ Crucis in Hierusalem, præcedunt Monachos Sancti Eusebij Romæ.*
3 *In materia antiquitatis creditur historicis.*
4 *Vnicus actus non est sufficiens ad inducendam consuetudinem.*
5 *Rollus ordinis processionum, non tollit aliquod ius,nec tribuit.*

IN hoc articulo vltra ea,quę latè tradit Regens Valenzuale Velazquez consil.1.vol.1. est in proprijs terminis dec. Rotæ in vna Romana præcedentiæ 24. Maij 1600.coram Lancellotto:Cuius tenor est.

1 Cum in hac materia attendatur antiquitas, vt illa Religio, quæ est prior in institutione, & approbatione præcedere debeat, glos. in cap. quorundam in verbo Prædicator de electione lib.6. leg. honores cum ibi notatis ff. de decurionibus, Cassan. in Cath. glorię Mundi part.4. considerat. 52. versic. ergo modo, cum alijs per Thobiam Non. consil.71. numer. 35.& fuit dictum in causa Oriolensis præcedentiæ 10. Martii, huius anni coram Reuerendiss. P.Domino Litta.

2 Domini dixerunt Monachos trium fontium,& Sanctæ Crucis in Hierusalẽ, debere præcedere Monachos Sancti Eusebii: ex quo eorũ ordo, qui est Cistercienſiũ fuit prius institutus, & approbatus, etenim illum instituit Sanctus Robertus,Monachus Sãcti Benedicti, sub regula eiusdem Sancti Benedicti anno Domini 1098. Cassan. in Cathalog.glor.Mundi p.4.consid.58.& paulò post Vrbanus II. approbauit, vt extra alios refert Platina in vita eiusdem Vrbani II. in fine,& in hoc non fuit opus insistere, cum quia ex Bullis, & historijs clarum videbatur, tum quia informantes pro Monachis Sancti Eusebij id admittere videbantur, & solum conabantur ostendere eorumdem ordinem, esse anteriorem; quod tamen Dominis non placuit. Namque iste ordo, qui est Cœlestinorum fuit per ducentos annos

postea

postea à Sancto Petro Moroneo, qui fuit Papa Cœlestinus V. institutus sub eadem regula Sancti Benedicti, Cassan. in Catha. gloriæ Mundi part. 4. considerat. 60. & præter relatos ab informante, tradit Hieronymus Romanus de Repu. lib. 6. cap. 8. Alfonsus Illescas, in historia Pontific. lib. 5. cap. 18. in fine, qui ordo, quamuis ab eodem Cœlestino in suis Bullis, quam in alijs, dicitur Ordo Sancti Benedicti; & ita appellatur, & Monachi seruant Regulam Sancti Benedicti, hoc tamen non est quia fratres sunt eiusdem Ordinis, nam re vera Ordo est distinctus, & separatus, cum sub Ordine Sancti Benedicti quibusdam constitutionibus, seu statutis, appositi sint plures Ordines distincti, vt refert Cassan. dicta p. 4. Considera. 18. inter quos est Ordo Cistercien sium, Ordo Cælestinorum, idem refert Pelagius de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 21. Trithemius de Viris illustribus Ordinis Sancti Benedicti, lib. 1. c. 3. & Paulus Moregius de Ordinibus Religionum, qui omnes sub Ordine Sancti Benedicti ponunt, Primo
3 Cirstercienses, & deinde Cœlestinos, de quibus, in materia antiqua creditur historicis, l. 1. ff. de offic. Quæst. c. inter dilectos, vbi Felinus num. 12. & alij de fide instrum. hot. Doctores in l. 1 & ibi Ripa n. 73. ff. si certum petatur, & fuit non semel dictum in causa Valentina decimarum coram R. P. D. meo Pamphilio.

Et ista veritas comprobatur ex eadem Bulla Cœlestini V. in qua se fundant Monachi Sancti Eusebij, nam in ea datur facultas recipiendi sæculares, & alios clericos in istum Ordinem, & ordinatur, quod recepti, non possint Ordinem relinquere, necnon quomodo debeat eligi Abbas Generalis, quæ omnia ostendunt, quod nõ sint Ordinis Sancti Benedicti; vnde si erant Monachi eiusdem Ordinis Sancti Benedicti, non debebant eligere proprium Abbatem Generalem, sed debebant stare sub obedientia Generali Ordinis Sancti Benedicti, nec erat necessaria facultas recipiendi clericos, quia iam aderat in Ordine Sancti Benedicti.

Rursus in ea statuitur, quod fiat Capitulum Generale annis singulis vbique locorum, ex quibus apparet quod Ordo erat separatus, & id confirmat diuersitas habitus, & nominis.

Non obstat consuetudo, cui in hac causa defertur, nam stantibus supradictis, aliqui ex Dominis credebant, illam non releuare, nam non est probata talis consuetudo, quod in processionibus consueuerint Monachi Sancti Eusebij præcedere: Nam licet ipsi sint in
4 possessione, tamen fuit acquisita per vnicum actum, qui non est sufficiens ad inducendam consuetudinem.
5 Quantum ad librum, seu Rollum Illustrissimi Vicarij, quo in loco digniores reperiuntur descripti isti Monachi, iste Rollus est factus ad effectum tollendi controuersias, & dissentiones in processionibus, nec tribuit aliquod ius, neque per illum intendit Vicarius præiudicare partibus, & antiquitati, ac præcedentiæ Religionum.

RESOLVT. CIII.

Bulla Gregorij XIII. de præcedentia inter fratres Mendicantes, vt illi præcedant qui priores sunt in loco; an habeat locum in prioritate vnius horæ, vel diei?

1 *Anterioritas consideratur etiam in hora, puncto, vel momento.*
2 *Punctum est quarta pars vnius horæ; momentum verò est decima pars puncti, & sic hora habet quatuor puncta, & quadraginta momenta.*

1 FVit quæsitum, an Bulla Gregorij XIII. de præcedẽtia inter fratres Mendicãtes, vt præcedant illi, qui anti quiores, & priores fuerunt in loco, procedat etiam si huiusmodi antiquitas, & prioritas esset vnius diei, vel horæ tantum: Ad quæsita, respondi affirmatiuè, ex eo quia prioritas, seu præuentio causatur, non solum per vnum diem anterioritatis, gl. in c. si eo tempore 45. verbo iam, de elect. in 6. Sed etiam ratione vnius horæ, gl. verbo die obligauit, in l. si ex pluribus 89. §. fin. ff. de solutionibus, & in cap. duobus 14. verbo, si non appareat, de rescriptis in 6. Bald. in l. Imperator prima lect. n. 4. ff. de statu hominum, in l. præscriptione n. 15. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, Franch. in c. si à sede, n. 4. de præbend. in 6. Fely. & Decius, n. 6. in c. Pastoralis in principio de Rescript. idem Fely. in cap. 1. n. 12. de fide instrum. Io. de Selua de beneficijs 3. part. q. 5. n. 13. Cassador. decis. 20. n. 1. de Præben. & decis. 4. num. fin. super regulis, Puteus dec. 172. n. 3. lib. 3. Menoch. de adipiscenda rem. 4. n. 791.

Item, non solum vnius horæ prioritas, sed etiã vnius puncti. vel momẽti facit præuentionem, Decius in d. c. pastoralis n. 5. Tiraquel. de Primog. q. 2. n. 1. & 2. Menoc. de arbitrariis Iudic. centuria prima, casu 48. n. 3. Casiad. d. dec. 20. n. 1. in fine post Bald. in l. de rebus n. 2. C. de donationibus, l. si ex pluribus §. fi. ff. de solut. & in c. duobus, verbo si non apparet, de rescriptis lib. 6.

Quantum temporis sit vnum punctum, & momentum; Ioa. Andr. in cap. 1. num. 7. & Abb. num. 7. de causa
2 possessi. & propriet. dicunt: Punctum esse quartam partem vnius horæ, & Momentum decimam partem vnius puncti, & sic hora habet quatuor puncta, & quadraginta momenta, quod prius dixerat (licet ipsi non allegant) Accursius in l. cum bisextum 98. glos. fin. ff. de verbor. signi. & Alciat. idem, sub littera, E, vbi dicit, horam constare ex sexaginta minutis, & quod latini simpliciter accipiunt momentum pro breui tempore, sicut, & punctum, & vt redeam ad incæpta, dico anterioritatem horæ attendi in hypotecha, cum contrahatur per horam, glos. fi. in l. si ex pluribus §. fi. ff. de solut. Fely. in cap. Pastoralis n. 5. de Rescriptis, Afflict. in dec. 387. & ibi Addentes; imo prioritas temporis consideratur etiam in puncto, ex allegatis per Dec. in dicto c. Pastoralis num. 17.

RESOLVT. CIV.

Clerici, an possint condemnari ad triremes pro grauibus delictis?

1 *Clerici de consuetudine possunt damnari ad triremes.*
2 *In Francia non condemnantur clerici ad triremes.*
3 *Clericus perpetuo damnatus ad triremes debet degradari realiter, si verò ad tempus, sufficit si degradetur verbaliter.*

FVit aliquando dubitatum, an de iure possint Clerici condemnari ad triremes, & videbatur prima facie dicendum quod non, quia clericatus est Dignitas, cap. fin. vbi Panor. de Magistr. Fel. in cap. qualiter, & quando, num. 7. & sequen. de accusat. Ias. in l. si quis in conscribendo C. de pactis: Item quia pœna triremium est ignominiosa, & infamatoria, cuius generis pœnæ nõ possunt infligi clericis, Milleus in sua praxi, fol. 248. n. 53. prout clericis infligi nequit pœna gabiarum, secundum Carrerium, fol. 526. num. 64. Felin. in c. qualiter, & quando §. ad corrigendos de accusation. Foll. in eius practica Canonica q. 13.

Verum supradictis non obstantibus, contrarium seruatur de consuetudine, secundum Clarum. q. 70. nu. 5. Diaz in praxi cap. 145. cuius verba sunt: venit insuper
1 in vsum, in Italia præcipuè alia quædam corporalis pœna, qua solent puniri clerici, videlicet damnationis ad triremes, cuius pœnę impositio, forsan fundari cœpit ex illis, quæ notat Inno. in c. qualiter, il secondo de accusat. in penul. col. vers. & sunt, vbi scripsit, quod pœna dam-

damnationis ad metallum, non inuenitur sæpe posita in Canonibus, sed si imponeretur, non retractaretur, cuius forsan doctrinâ sequentes Iudices Ecclesiastici, & pœnam illam damnationis ad metallum imitantes, imponunt hanc pœnam, & precipuè ducti ratione, quia certi sunt quod triremium Duces, prædictos sibi traditos ad earum ministerium, nõ patiuntur fugere: præterea hęc pœna fundatur in verbis Augustini, qui ad Marchianum Comitem scripsit, de quibus in c. 1. 23. q. 5. vbi intercedendo pro quibusdam clericis, qui presbyteros interfecerant, & alia grauia commiserant, orat dictus Marchianus ne eos mortis supplicio puniret, inquiens: Hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla parte corporis trũcati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis ocium legum correctione dirigantur, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputentur: quod quidem etiam in Sacerdotibus practicari posset, dum excessus grauitas postularet; pœna enim detrusionis in Monasterium, quæ ad eorum emendationem salubrior esset, ac pro dignitate ordinis honestior, hodie commodè imponi non potest, propter Monasteriorum exemptiones.

Adde ad hanc quæstionem Nauar. in c. nullam 18. quæst. 2 num. 52. quo loco disputat, an liceat Iudicibus Ecclesiasticis, Prælatisque Regularibus condemnare subditos ad Regias triremes, & tãdem de iure videtur asserendum, non licere, quamuis dicat, consuetudinem valere, cuius opinio summopere placet Iulio Claro in pract. crim. §. fin. q. 70. vers. frequens; sed conualidaretur illud, si crimina clericorum tantum creuissent, vt eorum improbitas aliter coerceri non posset, ac etiam dicit in illo Ducatu Mediolanensi, dictam pœnam passim solitam esse imponi, & in Hispania sæpissimè infligi pro grauissimis criminibus, in Regno tamen Franciæ sæculares Magistratus minimè patiuntur, clericos alijs pœnis, quam sacris Pontificum constitutionibus puniri, ob idque pœna hæc aduersus clericos minimè imponitur, Franch. Duran. lib. 1. de Sacr. Eccle. min. capi.

3 Sed vtrum clericus ad triremes perpetuo damnatus, sit prius actualiter degradandus, mihi sanè videtur asserendum, esse degradandum, cum idem sit, quando ad perpetuum carcerem mancipatur, igitur idem statuendum est, l. illud, ff. ad l. Aquiliam, & ita in terminis scribit Campeg. apud Zanchinum in tract. de hæret. c. 20. ad finem, vers. obserua denique, quod licet de iure verum sit, nihilominus tamen cum soleat cum alijs aliquando dispensari, præsertim in iudicio Inquisitionis, ideo non solet clericus ad istas pœnas condemnatus, actualiter, sed verbaliter tantum degradari, vt refert Franc. Pegn. ad direct. inquisit. lib. 3. schol. 65. fol. 185.

RESOLVT. CV.

Clericus promotus ad Ordinem Sacrum ante ætatem, an possit priuari beneficijs?

1 *Promotus ante legitimam ætatem est suspensus, & si in eo ordine præsumit ministrare, efficitur irregularis.*

2 *Promotus ante ætatem. si bona fide celebret, non est irregularis, quod non placet auctori, sed si delictum est occultum dispensabit Episcopus.*

1 CONcil. Trid. sess. 23. cap. 12. quoad susceptionem Subdiaconatus statuit ætatem 22. annorum, quoad Diaconatus verò 23. & in ordine presbyteratus statur decisioni tex. in clem. generalem de ætate, & qualitate, est tamen aduertendum, quod si quis Sacro Ordine insignitur ante ætatem legitimam, vel extra tempora à iure statuta, vel sine litteris dimissorijs, quas reuerendas vocamus, est suspensus ipso iure, & si durante huiusmodi suspensione in eo Ordine ministrare præsumpserit, eo ipso est irregularis, & potest priuari beneficio per extrauag. cum ex Sacrorum Pij Papæ II. approbari & renouari solitam à Summis Pontificibus per Regulam Cancell. in tit. de malè promot. circa ista tamen, & eorum declarationem, & interpretationem sunt consulendi Diaz in praxi Cano. cap. 22. Syl. in summa, verbo irregularitas, num. 13. Rebuff. in praxi benefic. tit. de cler. malè promot. glos. 4. Mandos. in reg. 24. Cancell. Nauar. in Manuali cap. 25. num. 70. Villadieg. de irregular. capit. 10. §. de prima specie irregularitatis vers. suscipiens Sacrum Ordinem ex pagina seq. in fine, & optimè in tit. de suspensione c. 14. vers. quod attinet ad pœnam pag. 251. Trocius de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap. 7. Cabrera, & Bouadill. in constitutione Synodi Segouiensis, lib. 1. tit. 7. cap. 2. Sotus in 4. dist. 25. quæst. 1. artic. 2. in fine, & art. 3. vers. 4. vbi sequitur Viuius lib. 2. commu. opinionum opinio. 202. Bernard. in Praxi, c. 33. n. 10. Maiol. de irregularitate, lib. 3. cap. 24. n. 10. & lib. 1. cap. 30. n. 9. & lib. 4. c. 14. Couar. in clem. si furiosus prima parte §. primo num. 4. vbi

2 aduertit, quod si promotus bona fide ductus celebret, existimans id sibi licere, non incurrit irregularitatem, quod etiam dicit Nauar. in c. accepta oppos. 8. n. 34. de rest. spol. Corduba in tractat. cas. conscient. quæst. 144. vers. la seconda opinione, Diaz. in dicto cap. 22. quod apud me dubitabile est, per ea quæ tradit Fuscus de visitat. lib. 2. c. 28. n. 37. in fine: Si tamen de facto, & præsumptuosè ante ætatem legitimam promotus cele. brauerit, & propterea irregularitatem incurrerit, potest nihilominus per Episcopum dispensari, si huiusmodi delictum promotionis sit occultum, licet celebratio sit publica, vt resoluit Naua. in Manuali, in c. 27. n. 241. vers. dixi iure antiquo, sic intelligens decisionem Cõc. Trid. sess. 24. cap. 6. & idem fatetur Viuald. in Candelabro aureo tit. de Sacramento Ordinis, n. 37. in fine, Maiol. lib. 1. c. 30. num. 9. in fine de irregular.

RESOLVT. CVI.

Capitulum sede vacante, an possit intra annum concedere Dimissorias pro prima tonsura?

1 *Capitulum sede vacante non potest concedere Dimissorias ad primam Tonsuram, nisi arctatis, sub pœnis in Concil. Trid. præscriptis.*

2 *In dictas pœnas Concilij incidit quilibet exercens iurisdictionem Episcopalem loco Capituli.*

EX Conc. Trid. sess. 7. de reformat. c. 10. sancitum est non licere Capitulis Ecclesiarum, sede vacan-

1 te, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras Dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris canonici dispositione, quam etiam cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione, arctatus non fuerit concedere, & si secus fiat Capitulum contraueniens, ecclesiastico subiaceat interdicto, & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus gaudeant; in maioribus verò ab exequutione ordinum ad beneplacitum futuri Episcopi sint ipso iure suspensi, vt in Conc. ibi, & in c. 10. sess. 23. de reform. Pœna ista imposita illis, qui contra decretum à Capitulo Episcopali sede vacante, literas dimissorias impetrant ad illos, qui eadem litteras non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis in iurisdictione Episcopi loco Capituli sede vacante, succedentibus obtinerent, mandat extendi; concedentes autem dimissorias contra formam decreti, ab officio, & beneficio per annum sint ipso iure suspensi, vt notat Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 2. num. 3. Salzed. in pract. crim. Diaz. c. 26. verb. sine licentia.

Quibus

Quibus sic positis, fuit dubitatum, an decretum dicti Concilij comprehendat primam tonsuram, ita vt Capitulum, seu Vicarius sede vacante non possit infra annum dare dimissorias etiam ad primam tonsuram, & dixi quod videtur comprehendere, nam Concilium in d.cap.10. in principio generaliter, & indistinctè loquutus fuit, quod non liceat Capitulis infra annum, dimissorias concedere, ergo generaliter, & indistinctè est intelligendum, quoad omnes species dimissoriarum, & quorumcumque ordinum: ita tenet Nau. cons. 25. de temp. ord. Henriq. cons. 16. num. 8. Rodriq. in summa lib 2. cap. 14. num. 6. Garc. de benef. p. 5. cap. 7. num. 95. vbi vnanimiter concludunt, non posse Capitulum sede vacante, dare dimissorias etiam ad primam tonsuram, & ita iuxta hanc opinionem censuisse Sac. Congr. testatur Garc. loco supra citato, verbis de quibus Congreg. censuit text. non comprehendere primam tonsuram, & in minoribus ordinibus non suspendi.

RESOLVT. CVII.

Promissio de non nubendo sub certa pœna, non valet.

1 *Promissio de non nubendo est inualida, & pœna adiecta nõ debetur.*
2 *Non potest pacto prohiberi matrimonium cum certo genere personarum.*

MVlier habens magnam dotem, & marito in extremis constituto, vt votis ipsius mariti satisfaceret adhuc promisit eidem viro post eius morte m, ad secunda vota non transire, & casu quo transierit, donat eius filio, ex nunc prout ex tunc tria millia aureorum ex suis dotibus; & facto casu nihilominus transijt ad secunda vota, quare fuerunt petita dicta illa tria millia à suo filio; mulier vero recusat soluere, sub prætextu quod dicta promissio sit nulla: consultus respondi, supradictam conuentionem, de amplius non nubendo, esse de iure inualidam, & consequenter pœna adiecta non debetur, quod probo ex infrascriptis. 1

Primò, per tex. in l. Titio centum §. Titio centum ff. de cond. & demonst. vbi conditio, vel modus per quem libertas infringitur, non seruatur: etenim si Titio centum relicta sunt, ita vt à monumento non recedat, vel in tali loco domicilium habeat, cautioni per quam libertas impeditur non erit locus. Secundò, affertur tex. in l. nec si volens C. de liber. causa, vbi pro tuenda libertate dicitur, quod confessio, siue spontanea, siue coacta, etiam si scriptura esset confecta, hominem liberum seruum non efficit: Idque etiam si apud acta effectum fuisset, procedit iuxta terminos tex. & quæ ibi notantur per gl. in l. interrogatam C. eod. Tertiò, affero tex. in l. libera C. de inutil. stipu. vbi dicitur Matrimonia debere esse libera, & propterea quæ pacta ibi promittentur, nempe quod non liceat diuortium facere, non valent: Neque pœnæ, quæ promittuntur ex tali causa. Quartò, allego tex. in l. Titia ff. de verb. oblig. vbi mater filij quem susceperat ex alio viro mortuo, Caio nupsit, qui filiam habebat ex vxore præmortua, fecerunt inter se pactum tempore matrimonij, vt filia Caij, ex priori vxore desponsaretur filio quem ex alio viro susceperat, decessit Caius, & eius filia noluit nubere filio Nouercæ; Quæritur an stipulatio sit nulla? Respondetur, quod in hoc obstabit exceptio doli, nam stipulatio fuit contra bonos mores; inhonestum enim videtur matrimonia siue contracta, metu pœnæ obstringi, hanc opinionem tenet Engen. cons. 18. vol. 1. & Ann. cons. 141. vol. 2. quibus addo text. in cap. gemma de sponsal. & facit etiam quod matrimonium prohiberi non possit nè contrahatur in certo loco, cum hæ pactiones inducant viduitatem, & non valent, l. cum ita legatum, & l. hoc modo ff. de cond. & demonst. And. in Const. Regni honorem. Idemque concludit Camer. in l. Imperialem lit. M. fol. 80. à ter. de prohib. feud. alien. per Feder. quare in anno 1599. in causa D. Sances de Bastida, fuit decisum, licere matrimonium contrahere cum filia Regentis Marthos (sicut cum effectu fuit contractum) non obstante prohibitione patris qui prohibuerat ne contraheret matrimonium eius filius in Italia, licet postea se in Hyspaniam contulisset, & deinde in Italiam reuersus, de hac quæstione latè per Reg. de Pont. in tract. de Potestate Proreg. tit. 6.

Et sic ex supradictis falsa redditur opinio illorum qui dixerunt Matrimonium contrahi cum certo genere personarum, pacto prohiberi posse; & talem prohibitionem validam esse, & cum casus occurrisset, & fuisset facta remissio per filios patri, occisori eius matris sub pacto, ne contraheret cum certo genere personarum, vnde mors vxoris iam mortuæ suspicabatur, ne induceret nouercam proprijs filijs, & quod dotibus deberet priuari, & filijs applicari; fuit decisum in Sac. Cons. esse priuandum omni successione, & ad pœnam contentam in promissione esse obnoxium, Vrsill. dec. 350. salua tamen pace, dictæ decisioni non assentior.

RESOLVT. CVIII.

Text. in l. benè à Zenone C. de quadrien. præscript. an locum habeat de iure canonico?

1 *Lex bene à Zenone C. de quadrien. præscript. non habet locum de iure canonico.*
2 *Quando Rex donat Ecclesiæ aliquid, nec etiam procedit dispositio dictæ legis benè à Zenone.*

DIxi in facti contingentia supradictam textus dispositionem, non procedere de iure canonico, si quidem cum Princeps donat ecclesiæ res alienas, dicto casu Ecclesia non admittit lucrum cum tanta inæqualitate, glos. in cap. quicumque 12. q. per text. & ibi glos. in cap. placuit, il primo, 16. q. 3. Imol. in cap. 2. de reb. eccles. non alien. Alex. cons. 52. num. 3. lib. 4. Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum col. 16. num. 22. vers. sed vlterius, nec extra propositum, de constit. Affl. dec. 361. num. 42. Guill. Benedictus in cap. Raynutius vers. vxorem nomine Adelasiam num. 384. Port. Imo. commun. opin. lib. 2. conclus. 42. lim. 6. pag. 643. & alij multi quos recenset Ant. Gabr. dicens esse communem lib. 5. tit. de acqu. poss. concl. 2. num. 20. qui post glos. in d. cap. 2. in vers. irrita de reb. eccl. non alien. & multos alios, tradit tex. in d. l. benè à Zenone, non procedere de iure canonico, etiam quoad laicos, post Socc. Iun. cons. 69. num. 60. lib. 1. & hoc idem, quod non procedat de iure canonico, probat (plures allegando) Duen. regul. 238. num. 3. pag. mihi 342. in paruis. Et quod non procedat quando Rex donat Ecclesiæ, 2 tradit etiam Greg. Lop. in l. 53. tit. 5. partit. 5. verb. cosa agena, & Capyc. in inuest. feu. vers. feudorum exceptiones, verb. legis benè à Zenone in 6. limit. fol. 106.

RESOLVT. CIX.

Decima, de quibus debetur?

1 *Decima debetur de omni fructu.*
2 *Debetur decima de lignis cedrinis, lapidicinis, & argenti fodinis.*

1 DEcima debetur de omni fructu, notatur in cap. nuncios cap. peruenit, cap. cum homines, & c. ex parte de decim. & etiam de prouentibus molendinorum, d. cap. peruenit ad nos, quamuis molendinum sit ad ventum, cap. ex transmissa eod. tit. debetur etiã de

de fæno, lana, piſcationibus, d.cap. peruenit, cap.ex tranſmiſſa, & notatur in cap. decimas 16.q.1. & in c. non eſt in poteſtate extra eod. tit. ac etiam de apibus, d. cap. nuncios; de vino, oleo, nucibus, caſtaneis, amigdalis, & de omni fructu arborum, vt authoritate dictorum iurium voluit Steph.Bertran.in conſ.257.vol. 3. de frumento, ſiligine, ſpelta, & germano, d. cap. peruenit, de fabis, & leguminibus; de animalibus, lino, & canape, Bertran. in conſ. 156. vol.1. de palea, milio, ſpelta, caulibus, & lupinis decimam deberi, teſtatur fuiſſe deciſum in Sac. Reg. Conſ. Ioan. Vinc. Ann. alleg.94.num.4. cum duob. ſeq.& ſing.142.docet Io. And. & Panorm. in d. cap. peruenit, de quo latè
2 Stephan.Auſrer. ad Capell.Thol.dec.109.Nicol.Boer. in conſuet.Bicturicenſ.tit. de conſuetud. præd.§.12. de lignis cedrinis, in d. cap. peruenit, de lapidicinis, Io. Andr. ibidem de argenti fodinis, & metallinis, vt ibidem, de furnis, in cap. paſtoralis eod. tit.

RESOLVT. CX.

Regula de triennali, an defendat poſſeſſorem cum titulo colorato?

1 *Regula de triennali, ſolum excipit duos caſus, videlicet ſimoniacum ingreſſum & reſeruationẽ in corpore iuris.*
2 *Triennalis pacifica poſſeſſio, facit quod præſumatur quis habere quodcunque ius melius in mundo.*
3 *Toleratus per triennium, cenſetur diſpenſatus.*

RAtio dubitandi contra clericum poſſeſſorem triennalem, eſt, nam in præſcriptionibus titulus coloratus non ſuffragatur, Bal. conſ. 23. vol. 1. Dec. conſ.62.num.7.& ſeq. Quemadmodum dicitur de titulo putatiuo nonnunquam, & quod ibi notatur ff. de vſucap. l.Celſus, vbi Bal.ff.eod.Alex. conſ.429. vol.2. Accedat, quod titulus coloratus, non dicitur titulus, Caſſador.dec.9. de cauſa poſſeſſ. & propr. & in cauſis beneficialibus attenditur iuſtior titulus, Guid. Pap. ſing. 783. vnde titulus infectus, ſeu coloratus inficit poſſeſſionem in beneficialibus, idem in ſing.920.

Stantibus tamen ſupradictis, contrarium cenſui, in fauorem ſupradicti clerici.

Primò, quia per exceptionem regula firmatur, & declaratur, ad vulgatam l. nam quòd liquidè §. fin.ff. de penu lega.& Alex.conſ.141.num.6.col.3. vol.2.& in
1 Regula Cancell. excipiuntur tantum duo caſus, ſcilicet ſimoniacus ingreſſus, & reſeruatio in corpore iuris, in quibus neceſſarium eſt dare malam fidem, ergo eſt de neceſſitate, vt regula comprehendat omnes alios caſus, etiam continentes titulum coloratum: alias enim ſi cum titulo vero regula intelligeretur, non fuiſſet neceſſarium excipere dictos duos caſus, ſecundum Creſc. in dec. vnica de præſcript. vnde Caſſador. in dec.11. eodem titulo, voluit regulam hanc, eſſe contentam omni alio colore tituli, præter exceptos, & Mohedan.in dec.241.dixit, quod triennalis pacifica
2 poſſeſſio facit quod præſumatur habere quodcumque ius melius in mundo. Tum ſecundo, quia ita tenuit Ludou. Gomez in regul. de triennali poſſeſſ. q.2. circa fin. argum. text. in l. properandum C. de iudicijs, vbi habetur quod extinguere lites, concernit bonum publicum, ſed text. in dicta regula emanauit ad lites extinguendas, ergo, & circa caput in quo agitur de publica vtilitate, lex non recipit reſtrictionem de habilitate perſonarum, Bar.in l.ſi quis in graui §. vtrum
3 ad Syllan. & qui à Superiore per triennium eſt toleratus, præſumitur diſpenſatus, iuxta notata per Anch. in conſ.107. incip. cum materia. cap. Ordinarij de off. Ord. lib. 6. tantò magis, quod triennalis poſſeſſor eadem gaudet ſecuritate, qua gaudet præſcribens per quadraginta annos, vt dicit Alex. in conſ. 151. viſo themate vol. 2. & in conſ. 163. viſo proceſſu eod. vol. ſequitur Gomez in d.reg.de trienn. q. 58. num.4. Tum denique quia titulum non habens coloratum, non habet remedium pacifici poſſeſſoris, nec regulæ Cancellariæ, Boer. dec.24. num.6. vnde titulum coloratum in ſpolio, præſtat impetratio certo modo, Put.dec.276. lib.2. ſed quo ad colorandum titulum in ſpolio beneficij, an ille probetur per inſertum, vide Creſcen. dec. 1. alias 62. tit. de reſtit. ſpol.

RESOLVT. CXI.

An in ſoluendis decimis attendatur conſuetudo totius Diœceſis, an verò Parochiæ?

1 *In ſoluendis decimis, attendi debet conſuetudo illius Regionis in qua fructus colliguntur.*
2 *Attendenda eſt conſuetudo Parochiæ, & non Archiepiſcopatus.*

ORta lite inter Parochum, & eius Parochianos filios ſpirituales ſuper conſuetudine ſoluendi decimas; opponebant dicti Parochiani, eſſe attendendam conſuetudinem totius Epiſcopatus, & ſuæ Diœceſis, Parochus verò è contra dicebat eſſe attendendam illam tantummodo conſuetudinem, quæ viget in ſua Parochia, & inter ſuos ſpirituales filios; propterea viſum fuit eidem Epiſcopo delegare mihi hanc cauſam, & ſic dixi: De iure veriſſimam eſſe concluſionem in ſoluendis decimis, attendi debere conſuetudinem illius Regionis, vbi fructus colliguntur, cap. in
1 aliquibus §. fin. de decimis, Panormit. in rubr. huius tit. in princ. Felyn. in cap. exceptiones num. 6. de excep. & præcipuè in decima paleæ, hoc tenet Rebuff. de decim. quæſt. 8. de Franch. deciſ. 103. & in deciſ. 104. Boer. deciſ. 236. & Gomez Leon deciſ. 76. dicens tempus quadraginta annorum eſſe neceſſarium ad inducendam hanc conſuetudinem; vnde ſi extat conſuetudo immemorabilis, vt decimæ ſoluantur de grano recondito in horreis, ſi petatur ſolui in prædijs, & fundis, ratione fraudis, non eſt audiendus actor, quia illa conſuetudo habet vim priuilegij, maximè ſi fraus liquidè non probatur, Cravet. conſ. 21. Hinc eſt, quod clerici ſimpliciter beneficiati agentes ad decimas debent de titulo docere, & non ſufficit decennalis poſſeſſio, Put. deciſ.372. lib.1. idem ſi agerent iudicio poſſeſſorio, idem Put. deciſ. 413. lib. 1. Sed qualis titulus ſufficiat, vide Verall. deciſ. 12. part. 1. deciſ. 306. part. 3. Et conſuetudo circa decimas operatur, non ſolum reſpectu priorum quæſitorum, ſed etiam quærendorum, Put. dec. 49. lib.1. & adeo conſuetudo attenditur in decimis, quod in Regionibus in quibus de more non ſoluitur, non peccat quis mortaliter non ſoluendo, ſecundum Natt. in conſ. 136. Rol. in conſ.62. vol.1. quod intellige dummodo adminiſtrantes Sacramenta non indigeant. His ſuppoſitis in caſu huius controuerſiæ, pronunciaui eſſe attendendam conſuetudinem Parochię, non autem Diœceſis, & mouebar ex infraſcriptis. Primò, ex deciſ.
2 Rot. Rom. teſte Put. deciſ. 176. lib. 3. vbi conſuetudo Archipresbyteratus, & ſic Parochiæ, & non Archiepiſcopatus eſt attendenda; Item quia decimæ quæ fiunt intra Parochiam, ſunt Parochi, & in eis ipſe habet intentionem fundatam, iuxta dec. Creſcen. 2. de Parochijs.

RESOLVT. CXII.

Clericus, an priuilegio clericali priuetur, ob præſtitam ſeruitutem laico?

1 *Laici non poſſunt vti perſonis eccleſiaſticis in officio procuratoris, vel negotiorum geſtoris.*

2 *Cle-*

2 *Clericus quamuis inseruisset laico, non ob id amittit priuilegium clericale.*

IN hac quæstione respondi cum decis. Tholos. cuius tenor est: Sacerdos in ædibus, & seruitio laicorum existens; priuilegia sacerdotalia propterea nō amittit, atque ita iudicauit Parlamentum Tholosanum in causa Sacerdotis Francisci Bosquet, qui lubricitate præuentus ad petitionem Domini sui, carceri mancipatus fuerat; iste enim per Arestum Curiæ 3. Ianuarij anno 1558. ad Iudicem suum Diœcesanum remissus, eodēq; Arresto prohibitum omnibus laicis fuit, nè Procuratorum, aut Negotiatorum loco, personas ecclesiasticas haberent, sub comminatione, quod transgressores tam. quam violatores Arrestorum puniri deberent.

Non obstat quod clericus non debet negociis sæcularibus immiscerī, c.1. ne cler. vel monac. c. fi. de vit. & honest. cler. & secundum Panorm. in rubr. huius tit. clerico prohibetur esse Maiordomus alicuius Principis, & etiam non debet esse Minister laicorum, cap. Sacerdotibus, ne cler. vel monac. sed nec quod procurationes habeat, ex eo quod clericus generalis Procurator, vel Iustitiarius Principis sæcularis deponitur, quemadmodum per beneficiorum subtractionem compellitur, vt à Tabellionatus exercitio desistat; quia respondetur, quod licet clericis supradicta prohibeantur non tamen infertur quod si præcepta prædicta contemnant, ob id clericale priuilegium amittunt.

RESOLVT. CXIII.

Vicarius, an possit substituere alium Vicarium?

1 *Vicarius non potest substituere alium Vicarium, nisi ad modicum tempus, & ex causa, etiam si non habeat in mandato clausulam facultatis substituendi.*

2 *Substitutus a Vicario Episcopi habente facultatem substituendi, potest exequi omnia commissa Vicario.*

PRo sententia negatiua facit in cap. clericos de off. Vicar. glos. in cap. 1. eod. tit. in sextò, vers. ipsius, & ibi Fely. in c. G. perpetuus num. 3. de fid. instrum. Marant. in Spec. Aduocat. 4. p. dist. 5. num. 22. Vant. de nullitat. ex defect. iurisd. deleg. n. 25. Auiles in Capitulis Prætorum c. 4. verb. iustitia n. 7. Menchacha controu. illustr. c. 31. n. 21. Cuchus instit. lib. 2. tit. 8. n. 40. Azeu. in l. 1. tit. 9. lib. 3. recōpil. n. 8. & Sbrozz. qui plures refert li. 2. q. 66. n. 1. de off. Vicar. Zerol. in sua prax. verb. Vicarius, Zechus de Republica Ecclesiastica vers. 8. & Lopez de Vicario Episcopi §. 2. num. 4. vers. 8.

Amplia procedere, siue fuerit constitutus ab Episcopo cum facultate, & clausula substituendi, siue non, Rota decis. 4. de offic. Vicar. in nouis, & ibi addit. Papazon. Mille. in repertor. verb. Vicarius Episcopi, Pāuinus 10. q. 2. par. num. 19. de potest. Capit. sed. vac. Put. dec. 168. lib. 1. Sbroz. d. q. 66. nu. 11. & 17. dicit esse communem, teste Parisio cons. 80. n. 15. vol. 4. & tenuit Rot. in vna Oriolen. beneficiorum coram D. Seraphino 21. Maij 1593.

1 Limita principalem conclusionem non procedere ad modicum tempus, & ex causa, quia potest substituere, etiam si non habeat facultatem, & clausulam substituēdi, Pauin. d. q. 10. n. 21. Fel. Maran. Mench. Cuch. Azeu. nu. 8. & seq. vbi supra, & Put. d. decis. 168. & Marc. Ant. Genu. c. 84. num. 13. Aduerte tamen quod ad hanc potestatem substituendi, consensus Episcopi ad substituēdum ad tempus ex causa requiratur, vt post Hostiens. Rota dicta decis. 4. Zerol. supra dub. 4. nisi extaret consuetudo id faciendi, nam tunc toleraretur per quādam tacitam voluntatem Episcopi, & ad hoc confert decis. Chisa. 139. in manuscriptis, quo6 ait: Si Vicario Episcopi committatur aliquid, per vos, nō potest substituere specialiter, secus si ponat alium in locū suum in omnibus, præsuppositō quod habeat facultatē ab Episcopo substituēdi, quia iste substitutus dicitur ab Episcopo, & posset expedire commissa per vos, sub nomine dignitatis, Fely. in cap. G. perpetuus de fid. instrum. Rot. in nouis decis. 414. & decis. Put. 487. lib. 2. Rot. dec. 31. & 33. lib. 1. & 151. & 159. lib. 2. & 122. lib. 3. Diuersorum, vbi etiam

2 habetur, quod substitutus à Vicario Episcopi habente facultatem substituendi, posset exequi commissa Vicario, vt tradit Papazo. in addit. ad decis. j. n. 3. & ad decis. 4. in fi. de off. Vicar. in nouis, & ad decis. 3. n. 2. de procurator. in nouis, & Sbroz lib. 2. q. 67. Intelliguntur enim istæ decisiones de substitutione ex causa absentię Vicarij, & sic ad modicum tempus, vt patet ex decis. 31. 33. 151. 157. & 122. & ita tenendum est; quamuis Panuin. dicta quæst. 10. n. 20. & 21. Rebuff. cons. 88. Azeued. dicto num. 8. & 10. vt supra, absolutè teneant, Vicarium posse alium constituere, quando est data ei potestas substituendi: quod etiam videtur tenere Plautius in l. 1. ff. de off. eius lib. 2. ver. Iure Magistratus n. 115. quod poterit tantum procedere, quando fuissent inserta verba illa, videlicet, damus potestatem substituendi alij, quem nos Vicarium cum eadem potestate substituimus, nam tunc procedit ratio supradicta, quod videatur substitutus ab ipso Episcopo potius, & ab eo accipit potestatem ministerij Vicarij substituentis, & tunc sola nominatio, seu electio personæ fieri censeretur à Vicario substituente, & ita docet Sbroz. supra n. 15. vbi ait, quod bonum esset inserere dicta verba, Melill. tract. de præcedentia Vicarij cap. 1. n. 14. & Franc. Marc. decis. 317. n. 2. par. 1. Pāuin. d. q. 10. num. 20. & idem docet Zechus dicto vers. 8. & Marc. Anto. Genuen. dicto n. 13. vel quando Episcopus daret potestatem substituendi suo nomine, tunc censetur etiam ab Episcopo eius nomine substitutus.

RESOLVT. CXIV.

An Monachus possit repudiare legatum vsufructus factum sibi, sine licentia superioris?

1 *In acquirendis, Prælatus potest præiudicare monasterio.*

2 *Monachus non potest repudiare legatum factum ad beneficium monasterij.*

RAtio dubitandi est, quia Monachus non habet, velle, nec nolle, sed dependet à volūtate Superioris, c. fi Religiosus de elect. in sextò, & quia quidquid acquirit Monachus, siue tēpore ingressus, siue post, acquirit Monasterio, cap. in præsentia de probat. c. cū ad Monasterium de stat. monac. auth. ingressi C. de sacrosan. eccl. & licet Prælatus Ecclesiæ possit repudiare legatum factum Ecclesiæ, quia aliud est lucrum nō accipere, & aliud rem Ecclesię alienare; & quia in acquirēdis potest præiudicare, l. fin. C. de acquiren. poss. secundum Feder. de Sen. cons. 9. & Panorm. in c quia semper de his quæ fiunt à Prelatis absque cōsen. Capituli, licet Ioa. de Imol. ibi de rigore iuris aliud sētiat, l. magis puto §. fundum ff. de reb. eor. & ibi Bar. verū tamen aliud videtur dicendum in Monacho, scilicet vt non possit

2 repudiare legatum factum ab beneficium Monasterij, sicuti de filio familias dicitur, l. cum nō solum in princ. C. de bon. quæ liber. & istam opinionem tenet Speculator, & Ioa. And. in tit. de stat. monach. vers. 8. & idem Ioan. And. & Panorm. in d. c. in presētia in fi. Bar. in l. fi. ff. de vulgar. & pupillar. subst. & in l. his potest §. fi. ff. de acquir. hæred. & in l. tutor ff. de poss. bono. licet nōnulli velint æquiparare seruo Monachum, qui potest non adire, l. cum proponas C. de hæred. instit. de quo per Bald. in l. 1. C. qui admitti ab bon. poss. vbi tenet quod inspici debet illud, quod est magis vtile Monasterio.

RESOLVT. CXV.

An paupertas excuset à solutione decimarum?

1 *Non tenetur pauper soluere decimas, si ob id subtraherentur sibi necessaria ad victum.*
2 *Pauper quando non reperitur de blado pro soluenda decima, sufficit soluere pecuniam.*
3 *Paupertas excusat à procurationibus visitationum.*

PROpter nimiam paupertatem, & onera intolerabilia cuiusdam Vniuersitatis huius Regni, dicebant particulares, se non posse, & sic non teneri ad solutionem decimarum Parocho; propterea fuit mota lis in Curia Episcopali illius Diœcesis, & fuit causa ab eorũ Episcopo mihi cõmissa; & visis actis insurrexerunt dubia nonnulla, & præcipuè num paupertas excusaret à solutione decimarum, & videbatur quod non, ex eo quod decimæ debentur de iure Diuino, c. Parochianos de decimis, & hoc in signum vniuersalis dominij, vnde nulla valet præscriptio contra solutionem decimarum, Guid. Pap. decis. Delphin. 96. Franc. March. quæst. 205. par. 1. & 667. par. 2. Papon. lib. 1. tit. 12. arrest. 3. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 106. Guid. Pap. q. 284. neque Imperialis concessio sub quacumq; forma, à solutione decimarum eximere potest, c. tua de decim. cum omnes generaliter ad illud teneãtur, Guid. Pap. dec. 266. & nemo potest prætendere exemptionem à solutione ipsarum decimarum, vt tradit Papon. lib. 1. tit. 12. arrest. 2. & ideo priuilegium de non soluendis decimis intelligitur de extraordinarijs, non autem de ordinarijs, Put. dec. 65. lib. 3. ratio est, quia ius decimandi est, onus reale, & transit contra quemlibet possessorem, Ægid. in tract. de subhastatio. c. 41.

Supradictis addebatur gl. sing. in c. quia tua 12. q. 5. vbi paupertas à solutione decimarum non excusat, nã prętextu paupertatis nemo debet tenere aliena, vel peccare, l. palã in princ. de rit. nupt. gl. in c. si quis propter necessitatẽ de furtis, Ioa. Andr. in c. cũ homines de decim. dicens decimam pertinere Ecclesiæ, & laicus non dicitur dare, sed restituere, & ideo potest vendicari, quia pauperes etiam de eleemosina tenentur dare decimam, cap. habebat 12. quæst. 1. vnde Franc. Marc. in dec. 198. p. 2. dixit quod cum decima debeatur Deo in signũ vniuersalis dominij, c. tua nobis de decimis, ideo pauper debet soluere, & potest quærere eleemosinam.

Contrariũ tamen resolui, scilicet non teneri pauperes ad soluendas decimas, si ob id subtraherentur necessaria ad victum; & fui motus, ex eo quod quãdo aliquis non recolligit de vsufructu, nisi quantũ sibi sufficit, & eius familiæ, in hoc casu paupertas ipsũ excusat; & facit, nã nemo tenetur sibi subtrahere necessaria, vt illa det pauperibus, vel Ecclesiæ, c. non mediocriter de consecr. dist. vlt. & istã partẽ tenet Maluc. Doctor antiquus in c. licet de cens. quẽ refert Ioa. Andr. in d. c. cũ homines de decimis: vnde secundum Panorm. ibi talis non debet soluere decimã, sed Ecclesia debet ei remittere tantum, quod possit viuere, quia Ecclesia debet pauperibus de suo subuenire, allegat notata per gl. in c. quicumq. 16. q. 7. quinimò secundum Panor. in d. c. cum homines; vbi esset tãta inopia alicuius, quod si solueret decimam fame periret, non tenetur ad soluendas decimas, nam tempore necessitatis omnia sunt communia, & licitè potest aliquis furari in extrema necessitate ad sustentandã vitam, c. sicut 47. dist. c. si quis de furt. tunc enim non dicitur furtum, & pro ista parte facit, quod licet regulariter, non debeat solui pecunia pro qualitate, vel pro specie, l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet. & maximè in decima, quę debet solui de frumẽto ex certo prędio, prout supra dictum fuit, sicut in censu pro directo dominio, tamen istud deberet intelligi nisi casus necessitatis obstet, quãdo scilicet nõ posset reperiri, quia tũc benè posset vnũ pro alio solui, vt in auth. de fideiuss. §. pen. col. 1. in auh. hoc nisi C. de solut. & maximè in Ecclesia debitrice, quia si non habet vnde soluat pecuniam, tunc in subsidium potest dare in solutum aliquas res mediocres Ecclesie, vt in auth. de aliena, & emphyt. §. quæcumq; vers. verò secundum prædictum Coll. 9. in auth. hoc ius porrectũ C. de sacrosanct. eccles. ergo videtur idem ius è contra, quãdo laicus est debitor Ecclesiæ in
2 casu necessitatis, tunc, n. quando non potest reperiri de blado, sufficeret soluere in pecunia, facit etiã quod habetur per Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua vers. 22. quia debet esse conditio, & in vers. 16. Hinc est quod Paupertas excusat à munere expẽsarũ visitationis Legati, vel
3 Prælati, iuxta notata per gl. in c. cum instantia, & in c. procurationes de censib. Quod in tantũ est verũ, quod Episcopus tunc tenetur visitare suis sũptibus, & expensis, secundum Panorm. in d. c. procurationes; licet Episcopus posset in isto casu exigere iuramentũ super impotentia, & paupertate allegata, secũdũ Panor. ibi, pro hoc facit, c. placuit 1. q. 11. Illud est difficile contrariũ, nisi dicatur, quod paupertas in istis miserabilibus personis, licet excuset à muneribus personalibus, & extraordinarijs, secus tamen à muneribus realibus, & ordinariis; licet Dominus piè faceret, si remitteret, secundum Io. And. Anto. de Butr. & Panorm. in c. licet de cẽsib. & idem est in talliis, & collectis, à quibus pauperes excusantur, gl. in l. omnes, la Prima, C. de annon. & tribu. lib. 10. secus à muneribus realibus, & ordinariis, Bart. & Ioan. de Plat. ibid. & eos excusatos quoque voluit ab appellatione, Inno. in c. ex ratione col. 2. de appell. Cardin. cons. 87. semper enim inopi præseruatur appellatio, vt quocumque tempore illam possit interponere, gl. in l. inuitus C. de procuratoribus.

RESOLVT. CXVI.

Vicarius Episcopi habitans in domo priuata, an sit in pœna?

1 *Iudex non habet habitare in domo priuata, quando extat domus publica.*
2 *Episcopus potest sedere pro Tribunali in qualibet parte suæ diœcesis.*

IN Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardinalium, super negotijs Episcoporum, & Regularium, inter cætera capita tradita contra quemdam Vicarium, fuit dictum quod habitabat in domo priuata cuiusdam sui amici; quare consultus super huiusmodi puncto, dubitabam prima facie contra ipsum Vicarium, & incidisse in pœnam, motus præsertim, per text. in leg. nulli C. de off. Rect. Prouinciæ, cuius verba sunt:
1 Nulli Iudicum, qui Prouincias regunt in Ciuitatibus, in quibus sacra Palatia, aut Prætoria sunt, liceat his relictis, priuatas sibi domos ad habitandum, veluti Prætoria vindicare, sed sacratissima, modis omnibus inhabitare Palatia, seu Prætoria cogantur, vt hac necessitate compellantur eorum reputationi prouidere: item dicebam Iudicis maximam esse authoritatem, glos. in c. fi. de iniur. diciturq; vir bonus, l. vir bonus ff. iudicatũ solu. & propterea summopere deferendum est ei, glos. in c. iurisdictio, & in cap. forus de verb. signif. Bald. cõs. 229. vol. 1. Alcia. cons. 6. n. 7. & seq. Hinc est, quod Summus Pontifex maximè studet, ne iudicialis vilescat authoritas, habetur in cap. dilectus de pœnis, atq; diminuitur Iudicis persona, quando agit familiariter cum subditis, Ias. in l. iubemus C. de iudic. cum sint paria familiaritas, & contemptus, l. obseruando ff. de off. Proconsul. Regens. n. naturaliter dignior est recto, vt voluit Arist. lib. 1. Polit. & propterea Iudicibus debet præstari reuerentia, & omnis obedientia, secundum Borrell. in cons. 24. Supradictis addebatur, quod punitur Iudex habitãs in domo priuata, vbi extat domus publica, d. l.

nulli.

nulli C. de off.Rect.Prouic.l. Ciuitas C. eod. l. clarissimis C.de dignitatib.l.3.C.de metall.Fari.in prax.in tit. de varijs,& extraordinarijs criminibus quæst.41. num. 7.Bal.dec.12.Gratian.dec.113. in fin. & maximè dicebatur esse in pœna, quia existebat in illa Regione domus Episcopalis,gl.in §. 1. in verb. ille apud eundem, in auth. de testib. Rub. cons.16. Vant. de nullit. tit. de nullit.ex defect. iurisd. Ordin.111. in fin.

Non obstat,quod Vicarius gerit vices Episcopi, notant communiter DD.in rub.de off.Vicar.illumque in
2 omnibus repræsentat,Bal.in rub.ff.de offic.eius,& consequenter, vt Episcopus qui in tota sua Diœcesi ordinariam potestatem habet, potest sedere pro Tribunali in quolibet loco non exempto per se, vel per alium, & liberè exequi,quæ spectant ad eius officium, c. cum Episcopus de off.Ord.vbi Franc. in c. qua fronte num.2. de appell.Panuin.de potest.Cap.sed.vacan.2.par.q.10. num.25.sicut dicimus de Rectore, seu Præside alicuius Prouinciæ,qui habet totam Prouinciam pro Tribunali, Anch.& Gemi.in c.si Episcopus de off.Deleg.in sextò, & potest quemlibet locum etiam in camera deputare ad ius dicendum, Bald. in l. sed vt personis in princ. C. quomodo, & quando,quia in his, & similibus casibus, non æquiparatur Episcopo, cui maior, & libera facultas conceditur.

RESOLVT. CXVII.

Bulla Iulij III. circa acquisitionem fructuum beneficiorum ab hæredibus beneficiati, an procedat in pensionibus?

1 *Pensiones decursæ, & non solutæ, transeunt ad hæredes pensionarij.*
2 *Pensio non est beneficium ecclesiasticum, sed in mera temporalitate constitutum.*
3 *Pensionarius habet vsumfructum, tàm in vita, quàm in morte.*
4 *Beneficiarius in morte comparatur vsuario.*
5 *Distributiones quotidianæ trãseunt ad hæredes beneficiati.*

EX Constitutione fel.rec.Iulij Papæ III.habetur differentia inter fructus beneficiorum incorporatos cum alijs bonis ipsorum beneficiatorum;& fructus realiter non exactos, & illorum bonis non immixtos,& incorporatos.Illorum enim,vt fructus mere prophanos, vult spectare ad ipsos, istos verò ecclesiasticos censendos,declarat;decernens tales fructus,etiam si debentur pro tempore decursо, ante obitum Beneficiati, & dies solutionis, ipso viuente cesserit; Idque etiam adhibitis ab ipso diligentijs pro illorum exactione,successoribus nihilominus in beneficio esse adiudicandos,& ita quoque fuit resolutum per Rot.in vna Rom. pecuniaria 4. Iunij 1593. coram Cardinali Blanchetto; sed quæstio est,an procedat quoque in pensionibus, & ideo in facti contingentia quærebatur, ad quem spectent pensiones decursę in vita pensionarij, ad eius hæredes, vel potius ad successorem in beneficio: communis conclusio om-
1 nium,ad hæredes pensionarios pertinere,ratio est,quia pẽsionarius facit fructus suos,& de eis ad libitũ suę voluntatis disponere potest,tam inter viuos, quam in vltima voluntate,vt per Paul.in tract.de pens. q.8. & latius Gigan.in eod.tract.q.52.vbi in terminis dicit,pensiones decursas,& non solutas transire ad hæredes pẽsionarij, tàm ex testamento, quam ab intestato.

2 Secunda ratio est,quia pensio non est beneficium ecclesiasticum, sed in mera temporalitate consistit, cap. quamuis,vbi Doctores de præb.in 6.Fel.in c.ad audientiam col.1.de rescript.Selu.in tract. de benef. part.1. q. 2.num. 3. vnde pensio etiam assignatur laico, Abb. & alij in d. c. ad audientiam de rescript. & in clem. 1. §. eod. de supple.negl.Præfat.Gig.vbi supra q.21.& æquiparatur contractibus profanis, Sarnen. in reg. de infirmo q.16. & 17. num.2.vers.nam clarum est.

Tertia ratio est, quia pensionarius habet vsumfru-
3 ctum,tàm in vita,quàm in morte,vt per Ioan. de Imol. in d.clem.1.§.1.colum.3.de supple.neg. Prælat. & Gig. in d.tract.q.1.num.2.& q.25.num.4.ideo nihil mirum, si in eo locum habet text. in l. defuncta ff. de vsufruct.
4 quod est in Beneficiato,nam iste in morte vsuario tantum comparatur,gl.in c. in præsenti de off. Ord. lib.6. Rot dec.41.de prob.dec.1.de solut.in antiq.consequẽs est,vt locum non habeãt in eo contenta in d.l.defuncta quæ solum procedit in vsufructuario: Sed obseruandæ sunt leges de vsuario loquentes, quæ nullum ius ad transferendum tribuunt,l.plenum §.1.& §.operas ff.de vsu,& habit.vnde fructus beneficij non dum consequuti,remanent in dominio Ecclesiæ, nec beneficiatus potest tempore mortis de illis disponere, aut ad instar pẽ-
5 sionarij ad hæredes transmittere, exceptis distributionibus quotidianis,quæ sic ei acquiruntur, vt ad hæredes quoscumque transeant; ita ex communi DD. sententia tradit Cou.in c.cũ in officijs,& in c. ad hæc eod. tit.& in c.expedit,vbi gl.12.q.1. benè gl. in d.c. in præsenti de off.Ord.li.6.quam sequitur Rot.apud Put.dec. 315.lib.2.& adeo verum est, vt fructus beneficiorum non consumpti ad beneficiatos non pertineant tempore obitus, vt nec etiam bona acquisita ex redditib. Ecclesiasticis regulariter sint ipsorũ beneficiatorum, sed pertinent ad Ecclesiam,d.c.cum in officijs, vbi Cou.n. 6. extendit etiam ad bona acquisita ex redditibus beneficiorum simplicium,contra opinionem gl. in d.c. in præsenti de off.Ord.in 6.quam etiam improbant Arch. Inn.Abb.Imol.Gemin.Franc. & Bertran. per eum alleg ati, & hanc opinionem contra gl. magis communem attestatur Ias.in cons.vlt.lib.3.

RESOLVT. CXVIII.

An in casibus in quibus à Sacro Concilio Trid. datur facultas Episcopo quod procedat, vt Delegatus Sedis Apostolicæ, in ijs succedat Capitulum sede vacante?

1 *Capitulum Sede vacante habet iurisdictionem à iure communi, & succedit Episcopo etiam in iurisdictione voluntaria, exceptis casibus à iure expressis.*
2 *Capitulum non succedit Episcopo in iurisdictione delegata.*
3 *Capitulum non succedit Episcopo in causa delegata, etiam si post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, item nec succedit in ijs quæ Episcopo sunt à canone delegata.*
4 *Capitulum sede vacante non potest visitare Monasteria exempta, quæ Episcopus visitat vti delegatus Sedis Apostolicæ.*
5 *Capitulum succedit Episcopo in facultatibus concessis Episcopo per Concil.Trid. sess.24. de reform. cap. 6.*

PRo ratione dubitandi in resolutione huius controuersiæ dicebam,Capitulum sede vacante in omnibus quæ spectant ad Episcopum succedere,& hoc probatur ex eo, quod Capitulum sede vacante gerit vices Episcopi,Bald.cons.52. vol.1. & præstandam esse obedientiam ei,vti Episcopo,tradit Cæpoll.cons.29. vol.1. Monald. cons. 53. vol.1. ac pariter succedere in omnibus,quæ sunt iurisdictionis,voluerunt Abb. & Fel. in c. ex his,quæ,& cap.cum olim de maio.& obed.& c. vnico eod.tit.in sextò,& in extrauag. execrabilis vers. certum de præb.& facit cap.is cui de elect. in sexto, Bart. in l.vbi adsunt ff.de tutor.& curat. Abb.in d.c. cũ olim nu.2.& in cap.1.ne sed.vac.nu.4.Feder.de Sen.cons.30. Alban. cons.60.num.8.Purpur. cons.77.Panuin.de offic. & potest.Cap.sed.vac.par.1.q.1.vbi tradit regulam affirmatiuam,quod Capitulum sede vacante habet iuris-

dictionem ordinariam à iure communi, ita quod possit inducias dare, & omnia quæ ad iurisdictionem pertinent expedire, & quæst.5.tradit, posse dispensare sicut Episcopus, licet sit iurisdictionis voluntariæ, in qua etiam succedit, Selua de benef.2.p.q.11.n.4. qui ait, Ius dicere, Capitulum succedere in iurisdictione, nec distinguere inter iurisdictionem contentiosam, & voluntariam, Rebuff.in prax.in tit.de deuolutione,n.58.Nau. cons.94.de temp.ordin.voluit, Capitulum sede vacante succedere etiam in ijs, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, sequitur Guttier. lib.1. canon. quæst. c.11.n.10. vbi resoluit, quod Capitulum, sede vacante, omnia ea quæ in iurisdictione continentur exequitur, Vgolin. de
1 cens.tab.1.c.10.n.2.§.2.ait, Capitulum succedere Episcopo in tota iurisdictione ordinaria, & tam contentiosa, quam voluntaria, & hanc esse generalem regulã iuris, quæ solum est limitanda in casibus à iure expressis: reiecta opinione illorum qui dixerunt, Capitulum sede vacante solum succedere in his quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, non autem in his quæ sunt gratiæ, seu volũtariæ iurisdictionis, Io. And. in c. vnico de maior. & obed. in sextò, & glos. in clem.1.§.1. verb. Capituli de hæret. quæ ait, quod Capitulum est necessarius, non voluntarius Administrator, Felyn. in cap. cum olim de maior. & obed. num.4. ad 8.q. & num.6. ad 13.q. vbi illam glos. dicit, communiter approbatam, Pet. Greg. de benef. c.38. num.3. Azeu. in Cur. Pisan. lib.1.c.9. nu.10. Flam. Paris. de resign. benef. lib.7.q.23. num.13.35.36. & quamuis illi dicant, Capitulum sede vacante succedere in pertinentibus ad Episcopum, quoad ea tantum quæ in iure reperiuntur expressa, & non in alijs, Domin. in c. presbyteri 24. dist. refert Fel. in d. c. cum olim sub n. 1. & 7. sequitur Abb. in cap.2. ne sed.vac.not.2. & Lambert. de iur.patr.par.1.lib.1.q.2.art.9. & p.1.lib.2.q.2. art.14.n. 6. qui dicit, quod in his quæ sunt iurisdictionis necessariæ, succedit Capitulum; & dicitur in dec. Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594. coram D. Blanchetto.

Et sic supradictis minimè suffragantibus contrariam
2 opinionem veriorem, & iuri consonam esse censeo, secundum communiorem sententiã, videlicet, quod in iurisdictione delegata Episcopo, non succedat Capitulũ sede vacante, Rota dec.6. de offi. deleg. in antiq. Abb. in d.cap. cum olim q.5. Rom. cons.506. n. 4. & ibi Horat. Mandos. additione vltima lit. I. Fel. in d.c. cum te n.14. & in d.cap. cum olim ad 10. q. & in d. cap. verum ante num.1. Dec. in cap. quin. Abb. de off. Deleg. n.21. & 81. num.68. Azeued. d. lib.1. Curiæ Pisanæ cap.8. num. 12. Sbroz. lib.1.q.16.num.1. & lib.2.q.135. num.4. de offic. Vicar. quod adeo verum est, vt procedat etiam si post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus, Pauin. loc. cit. quæst.10.n.20. & procederet etiam si de-
3 legatio fieret à canone, quia licet competeret à iure communi, tamen ex potestate specialiter inducta, competit Episcopo, ita Abb. d.c. cum olim, dicta q.5. & Rot. Rom. supra, & in d.cap. verum, vbi supra: & ex his in-
4 fertur, Capitulum sede vacante non posse visitare Monasteria Monialium exempta, quę visitat Episcopus authoritate Apostolica, clem.2. de stat. monach. & ita tenuit Rot. in vna Burgen. visitationis coram D. Orano, primo Iunij, & alia Burg. procuratoris coram eodem 10. Martij 1597. vbi fuit resolutum, Capitulum sede vacante posse visitare Monasteria Monialium non exempta; exempta verò non, Lapus Abb. in cap.1. de maior. & obed. lib.6. Fel. num.3. in d. cap. cum olim, Socc. in c. inæqualiter 2. de accus. Pauin.1. par. q.7. & de visit.2. par. num.32.

5 Tandem infertur ad decretum Concilij Tridentin. sess.24. de ref. c.6. vbi facultas concessa Episcopo, competit etiam Capitulo sede vacante; nam licet illa Episcopo competat iure speciali dicti decreti; tamen ei competit iure communi, & ex iurisdictione ordinaria ei tributa per dictum decretum; & ita in terminis docet Cened. collect.4. nu.3. Marc. Ant. Genuen. c.66. nu.22. Aragon. quæst.88. art.12. concluf.5. Henriquez in summa lib.6. cap.16.§.1. & lib.14. cap.20.§.2. Rodriq. q.1. regular. & quæst.61. art.9. & Suar. 4. tom. de pœnitent. disput.30. lect.2. n.8. faciunt quæ tradit Thom. Sanchez de matrimonio lib.2. disput.49. quæst.2. & Suar.5. tom. de censuris disput.7. lect.4. nu.15. quamuis contrarium teneat disput. 41. lect. 2. num. 13. contra id nouissimè tenet ex dicta ratione idem Thom. Sanchez lib.8. disp. 3. num.10.

RESOLVT. CXIX.

Clerico aleatori, an possit licitè conferri beneficium?

1 *Collatio beneficij facta clerico aleatori est inualida, et nulla, si est publicus aleator.*
2 *Aspicientes ludum, puniuntur.*
3 *Collatio beneficij facta clerico aleatori occulto est irritãda.*
4 *Consuetudo ludendi non excusat.*

BEneficiorum collatio debet fieri personis dignis, & morigeratis, cap. de multa de præben. & dignit. quare cum esset facta collatio à quodam Episcopo de beneficio clerico aleatori, non immeritò orta fuit inter competitores controuersia; & prætendebatur nullitas collationis: propterea me cõsuluerunt, & ad petita respondi, collationem esse inualidam ex infrascriptis.
1 Primò, ex natura ludi, quæ est multum iuri canonico odiosa, secundum Panor. in rubr. de vit. & honest. cler. in fin. quem refert, & sequitur Fel. in c. sicut de iur. iur. probatur in cap. clerici eod. tit. in §. interdicimus in authent. de sanctissimis Episcopis, & in l. interdicimus C. de episcop. & cler. Clar. §. ludus num. 38. & omnem ludum prohiberi, testatur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 339. post Bal. in cons. 189. vol. 1. fol. 182. Et iucum esse crimen, & criminis appellatione venire voluit Bar. in proœmio digestorum in 1. const. §. fin. hinc domus in qua luditur, confiscatur, Gram. dec. 50. n. 5. Et tenẽs ludum domi, si percutitur ratione ludi, nõ solum in loco, vbi luditur, sed vbicumq; non tenetur percussor, & talis iniuria est impunibilis, secundum Gram. d. dec. 40. num. 5. & adeo ludus est odiosus, quod etiam aspicientes pu-
2 niuntur, Hyppol. sing. 552, hinc est quod mutuans pecuniam ad ludendum non habet actionem ad sibi restituendum, gl. in l. fin. C. de relig. & sumptib. funer. Capell. Tholos. dec. 193. Guid. Pap. dec. 581. Nec venditio facta in ludo valet, Bart. in sing. 25. & propterea si Collusor vendit Collusori, non tenetur de euictione, Hypp. sing. 562. Secundò, quia ita tenuit Rot. in vna Pampilonen. Parochialis 1574. coram Clemente Octauo, vt patet in decis. 526. prima parte Diuersorum, vbi dicitur, quod clericus aleator indignus est, cui conferatur beneficiũ, & si est publicus, collatio est ipso iure nulla, & si est oc-
3 cultus est irritanda, sequitur Parisius de resignat. benefic. lib.4.q.3. ad fi. eandem sententiam tenent Selua 3.p. quæst.2. & quæst.5. num.31. de benefic. Caputaq. decis. 219. num.4. part.3. Flamin. Paris. d.q.3.n.2. Syluest. verb. infamia num.15. Armill. num.4. & 1. in fin. & Zechus de benefi. & pension. c.3. vers. secundo si collatio est, Auila disput.1. dub.7. de censur. qui ait collationem beneficij factam infami, infamia facti, vel iuris, esse nullam, Suarez de relig.2.tom.tract.5.lib.c.vlt. nu.45. Non obstat consuetudo ludendi allegata, nam respondetur, consuetudinem in prædictis casibus esse reiciendam vti corruptelam, c. si qua dist.19. Nec ex ratione consuetudinis excusantur, quia in illis magis plectibilis est offensa, per quos ad excusandas excusationes in peccatis delinquendi authoritas vsurpatur, c. inter dilectos de excess. Prælat.

Non obstat secundo, quod clerico licitum sit recreationis causa in conuiuio ludere, Syluest. in summa verb.

lu-

ludus num.3. Clar. citato §.num.7.Naua. in Enchirid. c.19.Rot.diuers.dec.426.par.1. post Panorm.in c.cum dilectus de excess.Prælat.quia per testes probatum fuit, prædictum clericum esse publicum, & notorium luso. rem, multumque ludere ad primeram, & alios ludos noctu, diuque.

RESOLVT. CXX.

In decimis, & distributionibus quotidianis, an admittatur compensatio?

1 *Compensatio de liquido ad illiquidum non recipitur.*
2 *Vbi non competit compensatio, competit retentio.*
3 *Compensatio potest opponi in causis in quibus proceditur sola facti veritate inspecta.*

1 PRo ornatu huius quæstionis notandum est, compensationem non recipi de liquido ad non liquidum, ex Surd.cons.17.num.4.lib.4. Menoc.cons.988. num.3. lib.10.idem cons.460.num.5.lib.5.idem cons.372. num. 28.lib.4.vbi dicit, si damna, & interesse liquida nō sunt, non admittuntur, Decian. cons.94. supra nu.23. lib.3. Cumia super ritu Sicil.9.nu.7.fol.63. Alciat. cons.10.n. 3.lib.6.idem cons.57.post num.8.lib.8.Surd. dec.184.n. 6. & compensatio dicitur reconuentio, Magon. decis. Flor.3.n.8. Nihilque aliud est, quam debiti, & crediti dependentis ab eisdem personis contributio, idem dec. Lucens. 1. num.21. & compensare aliquando accipitur pro imputare, quemadmodum in illis Cæsareis exemplis, tum in l.quoniam nouella, tum in l.omnimodo, §. imputari C.de inoff.testa.de dote, aut donatione à patre filiæ facta, cui legitima debebatur, quod imputari debeant in legitimam ipsam, Menoc. cons.206. n.84. & paulo post lib.3. vbi quotiescumque pater aliquid filio legauerit, in ambiguo, compensandi animo, siue imputandi, relinquere præsumitur, & ante eum senserat Gabr.cons.16.n.31.& ad materiæ splendorem quamplurima examinauit Michael Grass.in tract.de succes.ab intest.§.legitima q.20.vsque ad q.32.quæ si tibi otium erit per legere poteris, & quando compensationi locus esse non possit, in quadam facti specie tangit Menoch. cons.296.n.52.li.3.sed animaduertendum est illam Cōstitutionem in l. vltima C. de compens. absque temperamento, haud pertranseūdam esse: Profectò satis dicitur liquidū, quod statim, vel de proximo liquidari poterit, multa docuit Affl.dec.163.381.& vtrobique Cæs. Vrsil.in additamentis ad eum, Alex.cons.166.n.5. ad fi. lib.2.& eo loco subiunxit, liquidum creditum nūcupari; atque ideo compensationem fieri, si intra tempus instantiæ iam cœptæ litis expediri valebit. Vlterius, quod de liquido, ad non liquidum compensatio non fiat, sibi locum obtinet, quando id, quod liquidum dicitur, fuit primo negatum, & postmodum in lite liquidatum fuit in iudicio per testes, aut alias probationes, secus autē si liquidum est per confessionem partium, ita explicat Decia.cons.94.n.23.& demum n.27.vsque ad fi. quod v-
2 bi non competeret compensatio; competit retentio, faciliusq: admittit retentionem, quam compensationem, cum multum differat à compensatione, Alcia. cons.57. n.9.li.8.vbi illud dicitur liquidum, quod incontinenti, hoc est termino quindecim dierū, vel alio termino Iudicis potest liquidari: videndus est idem in cons.suo 10. n.4.lib.6.& ius retinendi, magis priuilegiatum esse, quā compensandi, scribit Cranet. cons.893. num.7. lib.5. & de quantitate ad speciem nō recipitur, idem cons. 686. num.4.& post multos Menoch.cons.341.num.7.lib.4.& è contrario minimè est licita, Surd.dec.184.num.7. Magon.dec.Florent.113. num.33. & compensatio ipsa debiti vnius non cadit cum credito, quod ab ipso compensatiuè non debetur, sed à tertio, vt in pulchro casu per Menoch.cons.suo 787.lib.8. cum concordantibus:

vtrum aute iure ipso fiat ad impediendum causam vsurarum, quæ ob moram debentur, videndus est Surd.decis.117. n.6. atq; ad casum nostrum redeuntes, vt Tiraq.verbis vtar tract. de retract.lign.§.1.gl.3.num.10. post præfationem, concludendum erit à nobis, vna cū Decia. cons. suo 41. speciatim nu.4.n.6.& 7.lib.5. quo loco facit regulam generalem, in quacumq; causa eam recipi; sed Primum limitari, vt locum sibi non vendicet in decimis, & distributionibus quotidianis, quæ prouenire dicuntur ex iure canonicali, nō ex iure præbendali, & ob operam personæ dantur. Secundo limitatur quando quærimus illiquidum cum liquido compensare. Tertio, cum quod compensare nitimur per receptionem, edi poterit. vt ibi per eum; fallit quarto loco quando debitum foret iure iurando firmatum, secundum Canonist.præsertim Io Andr. Innoc. Fely. & alios in c.ad nostram extra de iur. iur. Ioan. de Anan. in c. quærelā eo.tit. Ioseph.Cumia c.9.n.10. Octauius Gloritius qui alios congerit in comment.c.super literis sub n.212.vers. & huius clausulæ de rescrip. vbi post alios notab. hoc sublimitat, non procedere in causis, quibus proceditur sola facti veritate inspecta, quo casu oppo-
3 nitur compensatio non obstante iuramento, allegat Ozas.in decis.1.n.27. & in dec.92.n.35. & alios in hac re distinguentes, vt ibi per eum; & cæteras limitationes ponit Cumi.antea scriptus.

RESOLVT. CXXI.

Clericus filius familias, an habeat Macedonianum?

1 *Clericus non gaudet beneficio Senatusconsulti Macedoniani.*
2 *Milites non gaudent beneficio Senatusconsulti Macedoniani.*

A Dolescens magnæ spei D. Ioan.Maria Nouarius quæsiuit, an beneficium S.C.Macedoniani, quod conceditur filijs familias, quibus fuit mutuatum, cōtra mutuantes, si illud repetant, concedatur etiam filio familias clerico? cui quæsito, vt tanto Iuueni satisfaceré respondi, Quod pro opinione affirmatiua dubitabam, ex eo, quod exceptio Macedoniani est fauorabilis, vt tradunt communiter DD. in l. è contra ff. ad Maced. & in l.qui exceptionem, vbi Bal. latissimè ff. de condit. in deb. & in rub. ff. de excep. & fauorabilia sunt ampliāda, c.odia de reg.iur.l. cum quidam ff. de lib. & posth. ideo ne restringantur, oportet fateri prædictum beneficium patere etiam filijs familias clericis; Item quia si aliter dixerimus, deterioris cōditionis essent filij familias clerici, quam laici, tex. in c. solitæ de maio. & obed. & in cap. duæ sunt 6. dist. Abb. But. & reliqui in c. omnis anima de censib. Vlterius, quia iura concesserunt simpliciter, & indistinctè hoc beneficiū filijs famil. tot. tit. ff. & C. ad Maced. ideo à nobis non est distinguendum, & coarctandum in personis clericorum, cum beneficia Principum sint latè interpetranda, l. beneficium ff. de constit. Princ. c. cum olim de verb. signif. & latè DD. in c. quamuis de præb. in sextò, & in cap. consulationibus de donationibus.

Verum quidquid sit ex supradictis, dixi contrariam
1 opinionem esse de iure veriorem, ex eo quod validum est argumentum de milite cælesti, ad terrestrem, Euerard. in loco de milite cælesti, Ias. in l. miles ff. de re iud. & in l.1. & ibi glos. C. de iur. & fact. igno. vnde quemadmodum prohibetur donari concubinæ à milite, l.1. C. de donat. Gram. dec.365. in dec. 106. & dec. 226. Thes. dec.111. Affl. dec.102. Capy. dec.102. & consuluit similiter Anchar. cons.247. Ita quoque prohibentur clerici, facere donationes prædictis personis, gl. in cit. l.1. C. de donation. inter vir. & vxor. & latissimè Ann. singul. fin. Vnde cum militibus, de iure non cōcedatur huiusmodi

Beneficium Macedoniani, secundum tex. singularē in l.fi.C.ad Maced. ergo concluditur esse dicendum, clericis non competere: & sic satisfeci quæsito dicti D. Io.Mariæ,qui subiunxit etiam in Aduocato procedere ex paribus rationibus, quæ æquiparatio elegans mihi visa est.

RESOLVT. CXXII.

An exequutor Apostolicus in forma dignum, possit alteri examen committere?

1 *Delegatus Papæ potest examen subdelegare.*
2 *Per clausulam super quo conscientiam tuam oneramus, non censetur electa industria personæ.*
3 *Quando causa est grauis,factum variabile,& non committitur res determinata,censetur electa industria personæ.*

FVit quidam clericus prouisus à Sede Apost. de beneficio, eidemq; in dicta Bulla datus executor in forma dignum; cumq; dictus exequutor mihi commisisset examen,per competitorem eiusdem clerici opponebatur,id fieri non posse,Primò,quia cum in literis in forma dignum apponatur clausula, si per diligentem examinationem, eum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, non videtur ex vi huiusmodi verborum potuisse exequutorem alijs vices suas committere,Ias.in l.à Iudice n. 11. C. de iudic.Felyn.in cap.pastoralis de off.Deleg.Balb.dec.108. Nauar.cons.4.de off.Deleg.Item quia in re tam graui, in qua potest maximum vergere præiudicium,censetur electa industria personæ, & consequenter non potest actus explicari per alium, l. inter artifices ff. de solut. Menoc.de arb.iud.1.q.54.& 68. Vant. de nullit. tit. de nullit.ex defect. iurisd. deleg.num.21. post Bal. in c. si pro debilitate num.6.de off.Deleg.Imol.in c.fi.eod.tit. & Alexan.in l.more ff.de iurisd.omn.iud.

Nihilominus veriorem sententiam esse existimaui, potuisse.s. supradictum exequutorem vices suas mihi committere, ad quod probandum adducebam Rot.in dec.18.de concess.præben.in nouis,& in dec.63.de concess. præbend. in antiq. Iterum eadem Rot. in vna Regien.Hospitalis 26. Maij 1580. coram Cantuccio, vt patet in dec.130. part.2.diuers. Gratia.in proprijs terminis in dec.157.vbi nullitas opposita non fuit relenans visa, licet per Episcopum fuerit facta delegatio exequutionis, & examinis sibi commissi,eiusq; Vicario generalis Ratio est, quia cum talis fuerit Delegatus
1 Papæ,& sic eius iurisdictio sapiat de iurisdictione ordinaria,Bar.in l.legatus in 2.lect. circa fin.ff. de off. Proconf.Ias.in l.à Iudice num.11.C. de iudic. poterat subdelegare,c.pastoralis §.1.c,sanè,c. super de off.Ord.& c.fi.de off.Deleg. Præsertim quia in casu de quo agimus, Subdelegatus fuit Vicarius, qui facit idem Tribunal cum Episcopo,c.Romana de appell. in sextò, & c.2. de consuet.eod. lib. vnde Subdelegatio valet,sicut diximus, quod licet sit electa industria personæ patris, tamen illud poterit per filium expediri, cum pro vno reputentur, vt in terminis dicit Lud. in l.j.ff. de in ius voc. per l. sciendum §. legati ff.de legation. vbi dicit quod legati alium non mittant, nisi filium, Masc. de prob.concl.1151.n.16. vbi exemplificat de casu in quo pater filium ad legendum substituit, Roman. singul. 670. incip. Ille cuius industria num.2. & ita in proprijs terminis iuxta supradictam principalem conclusionem tenuit Sac.Cong.Concil.

Non obstant contraria, & primò clausula illa,super quo tuam conscientiam oneramus,quia per eam vide-
2 tur electa industria personæ, & sic prohibita subdelegatio,quia respondetur,quod potius verba illa sonant in monitionem,& excitationem,vt tenet Abb.in d.c.fi. §.3.de off. Deleg. n.7.& in c. cum in veteri in princ. de elect. & Fel. in d.§.j.n.2. Ang. in auth. ad hæc C.de iudic. qui dicit ita fuisse obtentum,Paul. de Cast.in d.l.à Iudice n.8.Nau. in terminis cons.6.de off.Deleg.Graff. in decis. aureis casuum conscientiæ lib.j. cap. 13. num. 13.& 19.

Non obstat secundo, quod quando est electa industria personæ ad aliquam rem,non potest illa per alium
3 explicari,quia respondetur,quod non sumus in re,quæ sit magni, & grauis momenti,quo casu prohibetur negotium delegari,non,n.censetur electa industria personæ, nisi quando esset causa grauis, & ardua, & vbi esset factum variabile, & committeretur res non determinata, Iaso. in l. more n.65.ff. de iurisd.omn.iud.Menoc. de præsumpt.lib.2.q.21.n.4. & notatur in c. is cui de off.Deleg.in 6. Imò etiam quod essemus in negotio arduo,quia fuit illud commissum cum causæ cognitione, non videtur Papa eligere industriam personæ, & ideo habebit locum subdelegatio, secus autem esset si committeretur nudum ministerium,Abb. in c.fi.§.is.n. 6.de off.Deleg.per tex.in c.venerabilis eod. tit. Ias.qui dicit notandum in l.à Iudice col.fi.lim.12.C. de iudic.

Qua conclusione firmata; amplia illam procedere nedum in beneficijs simplicibus, verum etiam in parochialibus, in quarum literis dicitur, si per diligentem examinationem,per te adhibitis examinatorib.in Diecesana Sinodo deputatis, &c. poterit.n. tunc Ordinarius, cui est commissa exequutio sub illa forma, committere, & subdelegare alteri examinationem faciendam,tamen cum examinatoribus Synodalibus, & Capitulo,nam illa verba,per te,& Capitulum, non excludunt subdelegationem, sed potuntur ad significandum, examen faciendum esse non solum per exequutorem,sed etiam cum examinatoribus Synodalibus.

Limitā, non procedere vbi essent dati ad prouidendum Ecclesię,non expressa certa persona,vt in c.is cui de off.Deleg.in sextò,& in clem.vnica eod.tit.vbi DD. Staphil. de form. mand. de prouid. vers. 10.& vlt. q. Gom. de mand. de prouid. num. 34. Rebuf. in prax. rit. de refor. & declar. non. prouis. verb. quatenus ipse, vel duo, & Paris. lib. 8. q.7. num. 157. de resign. benef.

RESOLVT. CXXIII.

Creditor anterior, cui omnia bona patris sunt hypothecata; an possit auocare bona donata filio titulo patrimonij pro suscipiendis sacris ordinibus?

1 *Quæsitum resoluitur affirmatiuè.*
2 *Donans non potest facere deteriorem conditionem creditoris.*
3 *Ecclesia non præsumitur velle, vt quis cum aliena iactura locupletetur.*

SVpponitur in facto; patrem donasse eius filio causa, & contemplatione suscipiendi sacros ordines, ac constituisse ei rem certam in patrimonium, & titulum: quare cum comparuissent creditores anteriores pro recuperatione eorum crediti, institerunt reuocari donationem tamquam factam in eorum fraudem: fuit igitur dubitatum, an id de iure facere potuissent, ac propterea dubitationem non mediocrem faciebat pro opinione negatiua, quod non possent,quia dictum patrimonium subrogatur in locum beneficij, iuxta latè tradita per DD. in cap. Ecclesia S. Mariæ de Const. Panor. in cap.2. in fin. de vit.& honest.cler.Fel.in cap. exceptiõ. num.5. de except. Artam. in dec.16. de renunc.Alban.cons.23. & in cons.11. Item quia bona donata filio pro suscipiendis sacris ordinibus,ex vi Conc. Trident.sess.22. cap.3. sunt inalienabilia, ac irreuocabilia, secundum Grat. lib. 1. discept. forens. cap. 159. Rub. cons.69. Artam.cons.17.

Cæ-

Cæterum contrariam opinionem de iure veriorem,
1 & æquiorem censui, ex sequentibus. Primò, quia creditor habens obligata, siue hypothecata bona debitoris, siue generaliter, siue specialiter, siuè tacitè, siue expresse, si est prior tempore, & alias potior, & magis priuilegiatus, potest auocare res, aut pecunias solutas posteriori creditori, & si extant, non est dubium, text. expressus in l. fin. §. si præfatam, vers. si verò, & ibi Bar. Ang. Bald. Salyc. Paul. Iaſ. Alex. & alij C. de iur. de ib. text. etiam in l. si fundum §. in venditione ff. de pignor. melior text. & ibi Bart. in l. 1. ff. de distrac. pigno. faciunt rationes traditæ ab Affl. dec. 190. per tot. & latè fundat, & defendit Benuenut. Strach. in tract. de mercatura tit. de decoctorib. à num. 28. cum seq. & hanc opinionem videtur tenere Paul. de Cast. in cons. 169. lib. 2. & hi omnes securè existimant, pecuniam extantem, cadere in obligatione generali bonorum, de quo non est dubitandum; hanc etiam opinionem tenet Paris. cons. 69. lib. 4. & cum pluribus decis. Perus. 45. num. 4. & num. 20. licet contrarium etiam ex quadam æquitate videatur iudicasse Consilium Neap. vt per Affl. vbi supra, & contrarium etiam cum eis tenuit Cæphal. in cons. 448. à num. 29. lib. 3. quorum opinio ex æquitate procedit, alias falsa omninò esset, & contra manifesta iuris principia.

Tum secundò, quia per text. in l. debitorem C. de pignor. cuius sunt verba formalia; debitorem neque
2 vendentem, neque donantem, neque legantem, vel fideicommissum relinquentem posse deteriorem facere creditoris conditionem certissimum est, vnde si tibi obligatam rem probare posse confidis, pignora debes; vt patet etiam in l. si res ff. de remiss. pignor. l. si debitor ff. de distract. pign. l. vsucapio C. de pignor. l. 1. ff. de precar.

Tum tertio, quia per text. in l. debitorem C. de pact. debitorum pactionibus, creditorum petitio, nec tolli, nec mutari potest, vt probatur etiam in l. fin. C. famil. hercis.

Ex quibus omnibus patet, potuisse præfatum creditorem auocare donationem factam à patre familias pro suscipiendis sacris ordinibus. Additur etiam ratio, quia Ecclesia non præsumitur, nec vult, quem lucrari cum alterius iactura, cum sit cultrix, & auctrix iustitiæ, cap. pro tua de donationibus, & latè tradunt communiter DD. in auth. hoc ius porrectum C. de sacros. eccl.

RESOLVT. CXXIV.

Bulla in forma pauperum, quid sit?

1 *Dispensatio matrimonialis in forma pauperum, committitur Ordinarijs, stante paupertate contrahere volentium matrimonium, inter quos copula incestuosa interceſſit.*
2 *Paupertatis, multi sunt praui effectus.*

Dispensatio matrimonialis in forma pauperum est, quando duo consanguinei, vel affines habuerunt copulam inter se, & postea ad euitanda scandala pe-
1 tunt contrahere matrimonium, & quia sunt pauperes, Papa concedit dictam dispensationem in forma pauperum iniuncta pœnitentia publica, & insuper viro, vt conferat operam suam fabricæ alicuius Ecclesiæ, & diriguntur literæ Ordinarij locorum; quæ dispensatio ratione sanctissima fulcitur: siquidem infelix paupertas, omnibus priuatur, glos. in l. fin. C. de iur. delib. cum & secundum Tira q. de nobilit. cap. 25. nihil habet infelix paupertas durius in se, quam quòd ridiculos homines facit: vnde dicit Rol. in cons. 45. num. 1. vol. 2. Pauperes à cunctis despiciuntur, & mala audiunt, & secundum glos. in l. 2. C. quando, & quibus; paupertas est vilitas, licet Hyspani dicant *la pobrezano es vileza*, vnde dicit Cordub. in l. si quis à liberis §. non tantum de liber. agnosc. se potius velle esse diuitem, & popularem, quam nobilem, & mendicum: hinc est quod in l. quisquis C. ad leg. Iul. Maiest. habetur, in egestate namque viuent, & morientur, vita est supplicium, & mors solatium, & ex his reprobatur glos. in §. fin. in auth. de hæred. & falcid. Paupertati nonnulla competere priuilegia, quia per aliam glosam habetur, à prædictis priuilegijs libera nos domine, vt in §. sed nostra instit. de succes. libert. Fusc. sing. 28. paupertas enim graue onus est, vt patet ex ipsa experientia, & probatur in cap. pauper 11. q. 3.

RESOLVT. CXXV.

Dispensatio sine causa, an valeat?

1 *Dispensatio iustam causam requirit.*
2 *Peccat Prælatus cum iusta dispensandi causa existente, non dispensat.*
3 *Peccat vtens dispensatione iuris positiui sine causa.*
4 *Non valet dispensatio facta ab Episcopo super sacris canonibus.*
5 *Necessitas, & vtilitas sunt iusta causa dispensandi.*

CVm dispensatio, iuxta omnium diffinitionem, sit iuris communis relaxatio, ideirco semper fatendum est, in ea causam requiri, iuxta glos. celebrem in cap. nisi 1. q. 7. Nau. in manual. prælud. 9. num. 5. vnde secundum Castellan. in compend. oper. eiusdem
1 Nau. dispensatio omnis iustam causam requirit, ita vt si innitatur causæ iniustæ, subreptitia sit, & inanis, cap. super literis, & cap. ad audientiam de rescript. Quare non tollit Diuinæ legis obligationem, gl. communiter recepta in cap. non est, de voto, & cap. quanto de iur. iur. argum. cap. sunt quidam 25. q. 1. & peccat qui dat, & qui accipit, iuxta Caiet. 1. 2. q. 96. art. 5. Licet Adrian. in 4. de restit. contrarium dicat, de eo cum quo dispensatur, non est tamen mortale, nisi alicui quod graue damnum inde sequatur, vel scandalum, Nauar. in manual. cap. 12. num. 57. & de Papa super voto, aut iuramento Diuino, iure obligante, idem Nauar. cons. 13. de dispensat. num. 2. quare Sylue. in
2 verb. dispensatio num. 4. voluit, quod cum subest causa dispensandi, videtur peccare Prælatus, si possit, & non dispensat, & Emanuel Sà in vers. dispensatio, dicit, quod data facultate dispensandi, intelligitur si sit causa legitima, licet ad dispensandum sufficiat putari, esse rationabilem, idem eodem verbo num. 4.

Hinc est, quod peccat, vtens dispensatione iuris po-
3 sitiui sine Causa, Nauar. in manual. cap. 12. & cap. 23. num. 42. & prælud. 6. num. 11. & 15. & Corduba lib. 4. quæstionarij q. 6. num. 9. Io. Bapt. de pension. q. 10. n. 24. quia etiam Principes non facientes secundum legem ipsorum, peccant venialiter, vt probat Caiet. & S. Th. supra ad 3. & dispensans regulam alterius importantiæ sine causa, peccat venialiter, Sot. in 4. 11. q. 2. art. 1. vers. id. ad hæc sunt reducenda, quæ idem Sot. dicit lib. 1. de inst. & iu. quæst. 7. art. 2.

4 De dispensatione verò facta ab Episcopo in sacris Canonibus, quod non valeat, tenet Sylue. verb. dispensatio §. 3. Nauar. in manual. cap. 25. num. 74. & in relect. de simonia num. 4. & in cap. si quando de rescrip. fol. 29. Caiet. par. 1. 29. q. 6. art. 5. in fin. Sot. d. q. 7. art. 3. & 4. sentent. dist. 21. q. 2. art. 3. fol. 981. Couar. in 4. de spons. 2. par. cap. 6. §. 9. num. 3 & 11.

5 Causa dispensandi, in primis potest esse leuitas, vel facilitas in vouendo, Abb. in cap. 1. de voto, S. Antoni. 2. part. tit. 2. cap. 1. & multa alia, de quibus certa regula dari non potest, & ideo arbitrio Superioris remitti debent; Sufficit autem in summa, vt sit necessitas,

vti-

vtilitas, aut publica, aut priuata, argum. cap. 1. de voto, Nauar. in manual. cap. 12. num. 7. de voto, leuitas vouendi, & animi perturbatio similiter, idem in eod. tit. conf. 1. & cum votum est maioris boni impedimentum, idem conf. 10. de sponsal. num. 1.

Et vt Regularis extra claustra maneat, est necessitas, & præcipuè, prædicandi munus, idem Nau. consil. 55. de regul. num. 1. Scandalum, atque occasio peccati, idem conf. 8. de ætat. & qualitate ord. num. 5. & maior. requiritur cum eo, qui Religionis habitum detulit, idem conf. 4. de conuersat. coniuga. num. 5.

RESOLVT. CXXVI.

Episcoporum priuilegium quoad primas instantias ex vi Concilij Tridentini sessione 24. cap. 20. an habeat locum, Auditore Cameræ procedente in dictis causis?

1 *Auditor Cameræ, hodie ex priuilegio Romani Pontificis, habet iurisdictionem generalem.*
2 *Omnes causæ in prima instantia debent agitari coram Ordinario loci.*
3 *Auditor Cameræ non est Iudex competens in causis beneficialibus in prima instantia, nisi à Papa causa sit commissa.*

VIdebatur quod sic, quia licet olim Auditor Cameræ solum haberet iurisdictionem in prima instantia inter Curiales in Romana Curia residentes, in decis. 5. de offic. Ordinar. in antiquis, Vant. de nullit. in titulo de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ, num. 21. Vestr. in sua praxi lib. 2. cap. 4. in princ. Mandos. in tract. de monitorio, cap. 15. Hodie
1 tamen ex varijs Summorum Pontificum priuilegijs habet iurisdictionem generalem, non solum contra dictos Curiales, verum contra alios Mandos. in noua forma mandati, gl. in l. facultates §. sane, verbo generales in fine, idem Mandos. de inhibitionibus quæst. 124. num. 1. Vant. & Vestrius vbi supra: Addebatur supradictis, posse Auditorem Cameræ, auocare causas ab Ordinario, in vim specialis rescripti, vt per Mandos. vbi supra, Alciat. conf. 45. num. 6.

Cæterum, quicquid sit ex supradictis, contrarium est verius, & hoc ex nouissima decis. Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 10. vbi moderata est dicta iurisdictio quoad causas, quæ in partibus accidunt, nam ex decisione illius tex. eos, nec dictus Auditor Cameræ, nec quiuis alius Iudex Romanæ Curiæ potest de eis cognoscere in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes, à suis domicilijs, & ad compellen-
2 dum eos, in Romana Curia litigare, sed omnes causæ in prima instãtia, coram locorum Ordinarijs debent agitari, & ventilari: Quod iustissimè decisum est, ad euitandas infinitas lites, & importunas molestias, & vexationes, quæ à Curialibus, aut ab alijs degentibus in remotis partibus quotidie fiebant, qui ad euitandas maximas expensas litium, & itinerum anfractus, & dispendia, iuri suo, quantumuis bono cedebant, & nulla, vel parua data re in calumniosos litigatores transferebant eorum iura, aut pensiones constituebant, aut lites deferebant, & per contradictas condemnabantur, quod in magnum damnum, & detrimentum Reipublicæ Christianæ vertebat, vt benè aduertit Esquiuel. in tract. de Concilijs part. 2. cap. 29. & sic praxis Romanæ Curiæ nouissimè confirmat, in qua sæpe partibus rescripta solent dari circa obseruationem dictæ Decisionis, in præiudicium iurisdictionis dicti Auditoris.

3 Quare, ex ijs apertè demonstratur, quod Auditor Cameræ, non est Iudex competens in causis beneficialibus in prima instantia, nisi à Papa, aliqua sit ei causa commissa, vt notat Bellam. dec. 210. & 303. Mandos. in tract. de inhibition. q. 87. de Matrimonijs, q. 12. & q. 64. 69. & ad regulas Cancellar. Apostolicæ, reg. 31. quæst. 4. à num. 18. & per totam, nouissimè Lancell. in tract. de attent. tit. de attent. lite pendente, nu. 323. fol. 307. Licet dubitauerit Mandos. vbi supra, ex quibusdam verbis suæ commissionis, quæ nimis generalia sunt, & limitantur in causis beneficialibus quod praxis Romanæ Curiæ manifestè confirmat.

RESOLVT. CXXVII.

Laudemium debitum clerico beneficiato pro alienatione territorij venditi, an possit remitti per Collectorem Apostolicum?

1 *Collector est negotiorum Cameræ gestor, & habet nudum ministerium.*
2 *Collector non potest remittere.*
3 *Laudemium non potest remitti per Collectorem Cameræ.*

SEbcollector Cameræ Apostolicæ, cum recepisset vigintiquinque carolenos pro censu beneficij vacantis, cessit omne ius, omnemque actionem, quæ sibi competere potuisset super laudemio: Quare fuit dubitatum, an prædicta cessio de iure subsisteret, & re-
1 spondi nullo modo esse validam: Tum quia secundum Crescen. in dec. 1. de offic. Delegat. in Collectorem, mandatum est nudum ministerium, sequitur Artam. in dec. 91. de collationibus, Scruff. in conf. 69. quo casu cessat potestas remittendi, Oldrad. in cap. fin. §. cæterum de offic. Delegat. Tum quia, iuxta dec. Rotæ 9. de officio Delegat. in antiquis, Subcollector dicitur negotiorum gestor Camerę Apostolicæ, idemque tradit Crescen. in dec. 1. Bisignet. in dec. 12. de renunciat.
2 & Rubin. in dec. 69. & negotiorum gestorem non posse remittere, non dubitatur, ex latè traditis per Bart. in l. fraudator ff. quæ in fraudem creditorum, Redoan. de rebus Ecclesiæ non alienan. q 16. nu. 7. cum pacto, quod negotiorum gestor non possit remittere ius domini, l. pactum la terza C. de pactis, l. præses, & ibi latè per Doctores C. de transact. Tum etiam, quia Procuratores & his similes possunt facere meliorem tantum conditionem, non autem deteriorem l. ignorantis ff. de Procuratoribus, Bald. conf. 21. vol. 1. & in rubric. in principio C. de procurat. Alex in conf. 91. num. 7. vol. 1. Dec. conf. 451. vol. 2. & remittendo laudemium, quod debetur Ecclesiæ, non est dubium, quin faciat deterioris conditionis dictam Ecclesiam; ergo fatendum erit, nullo modo potuisse de iure supradictum Subcollectorem, in dicta cessione per eum facta, ius laude-
3 mij, tam præsentis, quam futuri remittere; Supradictis accedebat, quod Laudemium æquiparatur Decimæ, Socc. in conf. 70. vol. 3. Surd. dec. 31. ideo vti Decima, remitti non potest, ad text. in cap. Parochianus, & in cap. tua eodem titulo.

RESOLVT. CXXVIII.

Bulla Pij V. circa resignationes in manibus Ordinarij an habeat locum in beneficijs, quæ resignantur ad effectum vniendi Fabricæ Ecclesię?

1 *Permutatio est resignatio.*
2 *Quando beneficium vnitur, extinguitur titulus.*
3 *Causa legitima subsistente, cogitur Episcopus vnire Fabricę Ecclesiæ.*

IN facti contingentia respondi negatiuè, motus ex eo, quod prędicta Bulla prouisionem induxit in beneficijs resignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienas personas per viã institutionis faciẽdæ

per

per ipsum Ordinarium, & sic de illis beneficijs resignatis quibus dantur Successores, vt patet ex lectura eiusdem constitutionis, ex quo sequitur, quod hæc dispositio loquens in resignatione, includat in se resignationē
1 ex causa permutationis, quia permutatio est vera resignatio, Gomez de publicandis resignat. q.3.col.2.in princ.Gonzalez ad reg.7.Cancellariæ de alternatiuis, gl.14.num.40. vsque ad n.50. sed vt redeam vnde exiui, dico quod quando vnitur beneficium, non solum
2 transfertur titulus, sed penitus extinguitur, Rot.in dec. 15.de rebus Ecclesiæ non alienan. in antiquis, Sarnen. de triennali q.8.in principio, ver.tota difficultas, Mandos.regu.19.q.10.n.2. & regu.22.q.13.num.19.optimè Anton.Faber.in dec.79. C.de sacro Sanct.Eccl. vnde si vnitur beneficium, sequitur, quod ratio Bullę cessat, cū vt supra dixi, loquitur de beneficijs resignatis, quibus dantur successores: Supradictis optimè conferunt duæ decis. Rotæ in vna Regalien. patrimonij 24. Octobris coram Illustrissimo Lancellotto, quibus fuit decisum prædictam Bullam cessare, eiusque dispositionem minimè sibi locum vendicare, vbi deficit persona cessionarij: Addebatur, quod cum prędicta Bulla concedat Ordinarijs, vt admittant permutationes permissas à sacris Canonibus, & Apostolicis constitutionibus, ideo sequitur, vt non prohibeat istas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro Fabrica Ecclesiæ, Imola in cap. cum accessissent num.14. de constit. Artaman. cons.29.n.6. & seq.Ruin.cons.338.vol.2.Gratian.li.1. disceptat.Forens.cap.159.n.7. Fabrica enim Ecclesiæ multa habet priuilegia, vt per Rot. in dec.136. & latè tradunt Doctores in clem. fin. de rebus Ecclesię non alienand. &
3 taliter, quod causa legitima subsistente cogitur Episcopus vnire dictæ fabricæ Ecclesiæ, vt optimè tradit Archid.in cap.& temporis 6.q.1. latè Mandos. regula 12.n.3.& 4.& q.6.& idem Mandos.regula 12.n.3.& 4.& q.6.& idem Mandos.in regul.22.q.4.n.4.vbi latè tradit de alijs modis admittendi istas vniones.

RESOLVT. CXXIX.

Si Matrimonium contrahatur inter prohibitos sub conditione, si Papa dispensabit, an adueniente dispensatione requiratur nouus consensus.

1 *Quæsitum resoluitur affirmatiuè, quod scilicet requiratur nouus consensus.*
2 *In dispensationibus non habet locum retrotractio.*
3 *In Matrimonio, consensus non potest stare in pendenti.*

SVpponitur in facto fuisse contractum Matrimoniū inter N.& N.in gradu prohibito, hac lege, & conditione, si Papa dispensabit, quæ conditio à iure non improbatur, vt testatur Panor.in cap. super. de condit. opposit.& per glos. in c.in electionibus de electione, & latè per Dec. in l. actus legitimi ff. de reg.iuris, vnde cū postea aduenerit dispēsatio, fuit dubitatum si esset necessarius nouus consensus, an verò sit sufficiens primus qui tempore contractus fuerat adhibitus; & pro opinione affirmatiua, nempe quod sufficiat, dicebatur hoc suaderi ex regula iuris, quod ratihabitio retrotrahatur, & consensui æquiparetur, l.licet, ff. de iudicijs, l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui notantur infamia: & quod præfatum Matrimonium sit legitimum adueniente dispensatione absque nouo consensu, allegabatur Butri.in cap.super eo, de condit.oppo.Boer.in
1 dec.264.in fine, & Marc.in dec.73. part.1. His non obstantibus, contrarium est de iure, scilicet quod requiratur nouus consensus, & si secus fieret, Matrimonium non valeret, nec haberet vim spōsalium; quamuis fuisset probata promissio ducendi in vxorem cum dicta conditione, si Papa dispensabit; Nec obstat regula ratihabitionis, quia de iure, contrarium est verius; cum in dispensationibus, non habeat locum retrotractio; ita
2 Franc. March. in decis.537. part.1. de Franch. in dec. 213. num.39. cum seq. part.1. Rolan. cons. 45. vol.4. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. 2. quæst. 8. rubric. 1. §. 1. glos. 13. num. 140. & latè Costa in tract. de retrotractionibus, cap.9. casu 18. Cuius principalis conclusionis ratio, nulla alia reddi poterit, nisi quod Papa dispensando, concedit solum facultatem contrahendi Matrimonium, non autem censetur approbare, quod illicitè per contrahentes factū fuit; ita Archid. & reliqui ibi communiter in citato cap. super eo de condit. oppositis, Gratian. lib.1.discept. Forens.c. 138.n.45.& seq. Fernandez in l.22. Tauri num.18.cum alijs, quos longa serie recenset Cæual.quæst.361.n.2.& seq.additur secūda ratio; Quia hodie ex decreto Conc. Trid.sess.24.cap.1.de reformat. est statuta forma contrahendi matrimonium, Ideo oportet vt matrimonium celebretur seruata forma dict. Concilij: tum quia consensus debet esse mutuus, & non potest stare in pendenti, Victor. in Summa Sacram. de sponsal. num. 2. Guttierez par. 1. de iuramento confirmatorio, cap. 51. nu. 32.& idem lib.1. Canonicar. quæst.cap.22. per totum, Card. in repetitione cap.ad limina.32.quæst.1.& iuxta hanc opinionem censuit Rota Romana in vna Valentina Matrimonij 10. Decembris 1593. coram Illustrissimo Mantica.

RESOLVT. CXXX.

Capitulum, sede vacante, an habeat priuilegium cognoscendi causas in prima instantia, ex vi Conc. Trident.

1 *Capitulum succedit Episcopo in omnib. quæ sunt iurisdictionis, exceptis casibus à iure expressis.*
2 *Capitulum succedit Episcopo etiam in his quæ sunt iurisdictionis voluntariæ.*

EX nouissima dispositione Sacrosancti Conc. Trid. sess.14 cap.20.de reformat. sancitum est, vt causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, à locorū Ordinarijs nō amoueantur: Propter quod fuit dubitatum, an Capitulum, sede vacante, succedat in priuilegium dictæ primæ instantiæ: Sententiam negatiuam tenuerunt Gayl.lib.1.obseruat. iur. cap.30. n.38. Frid. de process.lib.1. cap. 19.nu.7.dec.Camer. Imperial.in verbo capitulum. Quorum fundamentum est, quia huiusmodi priuilegia sunt introducta de iure communi, ideo strictè interpretanda, ad notata per DD.in l. beneficia ff.de constit.Princ.

Contrarium tamen resolui, stantibus supra dictis, & ratio est, quia Capitulū, sede vacante gerit vices Epi-
1 scopi, & succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis Ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis, ex c.his quæ cap. cum olim. de maior.& obedien. & cap. vnico eodem tit. in 6. cap. ad abolendam de hæreticis, c. penult.& final.de supple. negligen.Prælat. & facit cap. is cui de elect.in 6.Bart.in l.vbi adsunt ff. de tutor. & curato.datis, Abb.in dicto cap. cum olim n.2.& in cap.1. ne sede vacan.n.4. Feder. de Sen.cons.30.Purpur. consil.77. & dicitur habere iurisdictionem Ordinariam à iure communi, ita vt possit Iudices dare, & omnia quæ ad iurisdictionem pertinent expedire, & posse dispensare, sicut Episcopus licet sit iurisdictionis voluntariæ, in qua etiam succedit, Selua de beneficijs q.2.q.11.n.4. qui ait ius dicere, Capitulū succedere in iurisdictione, & non distinguere inter iurisdictionem contentiosā, & voluntariam. Rebuff. in prax. tit. de Deuolut. à n.58. Bottis de Synodo part.1.num.42.& 44.Coras.de benef. p.2. cap.7. num.2. Mandos. cons.1.n.3. & 4. Fuscus de visitat.lib.1.d.15.n.31. Nau.cons.44. de tempor. ordi-

nat.

2 nat.n.1.2. & 3.& conſ.7.de filijs presbiterorum vbi reſoluit Capitulum,ſede vacante ſuccedere etiam in his, quæ ſunt iuriſdictionis voluntariæ, Guttierez Canon. quæſt.lib.1.c.11.n.18.Theſaur. Fori Eccleſiaſt.c.5.n.6. qui ait,quod vacante ſede Epiſcopali,Capitulum,omnia quæ in iuriſdictione cõtinentur exequitur,Vgolin. de Cenſur. tab.1.cap.10.§.2.n.1. Sbrozzius de Vicar. Epiſcop. lib.1.q.11. & 16. Zerola in praxi Epiſcopali par.2.verbo Capitulum §.3. Genuen. in prax. Archiepiſ. Neap. cap.74. num.1. & Suarez tom.5. de cenſur. diſp.50.ſect.5.num.6. vbi ait Capitulum ſede vacante ſuccedere Epiſcopo in tota iuriſdictione Ordinaria, ram contentioſa, quam voluntaria; & hanc eſſe generalem iuris, quæ ſola eſt limitanda in caſibus à iure expreſſis.

RESOLVT. CXXXI.

An Simoniacus, poſſit renunciare beneficium abſque licentia ſuperioris?

1 *Renunciatio debet fieri in manibus ſuperioris.*
2 *Quando Simonia contracta eſt in promotione, & ſcienter tunc vacat beneficium,& non eſt neceſſaria licentia ſuperioris in renunciatione.*

VIdebatur prima facie negandum,ex eo,quod Renunciatio beneficij,& cuiuſlibet rei Eccleſiæ nõ niſi in manibus ſuperioris fieri debet,tex. eſt expreſſus in c.admonet de renunciatione, & latè Doctores in c. niſi cum pridem eodem titulo,& facit tex. cum gloſ.in cap. vnico eodem tit. in 6.verum in hac quæſtione eſt adhibenda diſtinctio, ſcilicet quod aut talis Simonia commiſſa fuit poſt promotionem, & tunc cum propterea talis iam priuatus nõ ſit, ſed veniat priuandus,
2 & debet expectare licentiam ſuperioris; aut Simonia eſt commiſſa in promotione ipſa, & tunc, aut per aliũ eo ignorante, & hoc caſu ob titulum, quem habet, vel ſaltem tituli colorem debet Superiori renunciare: Aut commiſſa eſt eo ſciente,& tunc ſi eſt occulta; idem erit vt ſupra;ſi verò publica eſt, & notoria,tunc ex quo talis Simonia reddit titulum nullum quoad veritatem,& quoad colorem, non erit tunc neceſſaria ſuperioris licentia,in dimittendo dictum beneficium;ita tenuerunt in cap.niſi cum pridem de renunciat. Anton. de Butr. col.2.n.8.verſic. de Simoniaco autem Simoniam commiſit,Card.Flor.in verbo intueri n.2.verſ.& in eo quod dixit.Panorm.col.3.num.6. verſ.de Simoniaco autem, Imol. col. penul.n.12. verſ. ſed dicto Anto. Hinc dicit, quod iſtud poteſt procedere; & n.13. verſ.ſi autem habuit titulum, ſed inualidum. In eandem conueniunt opinionem Fel.in cap.Mathæus de Simon.ante fin.n.3. verſ. extra gloſ. nunquid poſſit fieri,& ante eum Ioan. de Anan.n.4. verſ.vlt. quæritur vtrum Simoniacus,vbi refert ita per Doctores communiter concludi.

RESOLVT. CXXXII.

De pœna clerici, qui Vicario generali ſui Epiſcopi enſe euaginato inſultauit, eumdemque vulnerauit.

1 *Clericus ob atrocem iniuriam illatam Vicario ſui Epiſcopi poteſt ad triremes damnari.*
2 *Vicarius eſt primarius Epiſcopi miniſter.*

IN hac quæſtione reſpondi cum Caball. caſu 87.cuius tenor eſt.Cõſultus de pœna imponenda Diacono,qui Vicarium ſui Epiſcopi aggreſſus eſt cum ſcimitarra denudata in via publica corã pluribus perſonis, & ferè in conſpectu Epiſcopi,& illum in brachio vulnerauit, ex eo, quod ab ipſo Vicario pluries reprehenſus fuerat, & domum mulctatus ob nõ acceſſum ad Sacras Cõciones,& pro dicta mulcta eadem die in Palatio retentus: putaui Reuer. D.Epiſcopum iure, & tuta con-
1 ſcientia Diaconum prædictum condemnaſſe ad triremes per triennium, quoniam iniuria facta officiali dicitur atrox,l.Prætor dixit §.finali ff.de.iniur. & Iudicis arbitrio punitur §. in ſumma vbi gloſ. & DD. inſtit. de
2 iniur.& cum ex cauſa officij facta ſit,& contra primarium Epiſcopi Miniſtrum,non ſolam prædicta, ſed maiori etiam pœna dignus videbatur, nam alapa tantum percutiens officialem, ob priuatam inimicitiam, & nullo officij prętextu, pœna ordinaria puniri poteſt, Bald. in c.1.§.iniuria in princ. de pac. iuramen. firma. Vitalin.in tract.de malef.tit.quibus de cauſis quis poſſit ad mort.condem.col.3.in fine Dec.conſ.100.in cauſa inquiſitionis,in vltimo dubio, n.10. & in l. qui iuriſdictioni ſub num.9.verſ.regulam ff.de iuriſdictio. omn. Iud.& ibidem Iaſ.col.1.num3.& in l.principalibus n.4. circa medium verſ.& ex hoc infertur,ff.ſi certum peta. & in l.1.num.6.C.de precibus Imperat. offer. Felyn. in cap.inquiſitionis,col. penult.verſ. vltimo tangit n. 10. extra de accuſat. & in cap.ex litteris, col. antepe. nu. 22.verſ.& hanc opinionem extra de conſtit. Gram.deciſ. 36. num. 4. Boſſ. in practica crimin. tit. de iniur. num.30.

RESOLVT. CXXXIII.

Quis tenetur ſoluere penſionem Domino domus, quando expellitur inhoneſta aliqua perſona ab aliqua regione ſiue contrada?

1 *Mulieres inhoneſtæ ſunt expellendæ ab honeſta vicinia, ſimiliter & ſtudentes,laniones,Tabernarij,ſulphurei,& omnes qui fœtidam exercent artem.*
2 *Mulier inhoneſta poteſt etiam à propria domo eijci, ad inſtantiam honeſti vicini.*
3 *Imputandum eſt locatori domus, quod domum locauerit perſonis inhoneſtis, nam debebat ſcire earum conditionem.*

1 DE iure,ex cõmuni Doctorum ſententia depromptum eſt, mulieres inhoneſtas expellendas eſſe ab honeſta vicinia; Lucas de Penna in l.ſi qua in publicis C. de ſpectacul. lib. 11. Caſtr. in l.nullus,& ibidem Bal.C.de Summa Trinit.& fid.Catho.& idem Bal. in l. ædem,col.fin.C.locat.& de Meretrice,quę corporis ſui publicum quęſtum facit,quod non ſit tenenda in bona vicinia,& in publico loco Ciuitatis, ſed in lupanari recludenda, refert Peguer.dec.12.Gaſpar Theſa.lib.1.q. Forenſ. q.33. quod ampliatur procedere etiam in ſtudentibus, qui poſſunt a vicinia honeſta expelli, de Franc. dec. 316. Afflict. in Conſtit.Regni, lib.2.rubric. 42. Anna, qui etiam refert deciſum in ſingu.338. Vini. opinion.698.n.5.p.2.Menoch.de arbitr.Iudic.caſu 328. in fine, & de hæretico, excommunicato & Morboſo, qui poſſunt ſimiliter expelli,teſtatur Maranta in tract. de multiplici alienatione n.330. Cabal. lib.1. reſolut. criminal.caſu 184.Addentes ad deciſiones de Frãchis cit.dec.316. & de affectis morbo peſtilenti, & leproſis, idem Peguer.d. dec. Cathalo.12. Mangrell. ad Bart.in l.1.ff. ſolut. matri.Palomb. in tract. de regim. official. regu.6.n.34.& de Lanionibus,Tabernarijs, ſulfureis,& omnibus,qui artem fœtidam exercent, Franc. March. dec.611. Mangrell. loco citat. de Franchis dec.611. & de Spatarijs,Io.Gram.de bello exul.fol.150.à tergo.

Sed ne ab incepto deſiſtam,redeo ad mulierem ſcilicet inhoneſtam expellẽdam ab honeſta vicinia, & am-
2 pliatur procedere, vt poſſit etiam à propria domo eijci,ſecundum Io. de Platea in l. ſi qua in publicis C. de oper. public. lib. 10. & eſt dec. Gaſpar. The. 33. lib.1. q. forenſ.

His

His sic positis; Dubitabatur in quodam Tribunali, an existente causa expellendi aliquam personam propter casus supradictos, quis teneatur soluere pensionem Domino domus, & dicebatur esse soluendum ab ijs, quorum causa, & contemplatione fuit expulsa, argum. text. in l. sed Iulianus, §. finali ff. ad exhibend. de cuius intellectu latè Artam.cons.29. semper enim inspicitur cuius gratia actus celebratur, l. si filius familias, vbi Bar. latissimè C. de vsufruct. Panorm.& reliqui communiter in cap. repulisti de testam. de Franc. dec.116.vnde cum vicini fuerint causa, vt expellereretur; ab eis est soluenda pensio.

3 Verum, sic supradictis enarratis, contrarium fuit resolutum, scilicet esse imputandum Locatori, nam eius domum locauerat personis inhonestis, & eo magis, quia dicitur committere in legem, stante prohibitione Pragmaticarum, & Capitulorum huius Regni, & propterea beneficijs legis priuari debet, l.Ariani C. de hæreticis, cap. quia frustra de vsuris, l. auxilium vbi Bald.ff.de minor. item mala electio est in culpa, l. sed si ff. comoda.Franc.Marcus dec.150.p.1. Tandem, qui cum alio contrahit, debet scire eius conditionem, l. qui cum alio ff. de regu. iuris, Cuman. cons. 26. Castrens.cons. 77. vol.3. & ideo ipsi imputari debet, cur conditionem ab initio non inuestigauerit, etiam si allegasset probabilem ignorantiam, l.similes vbi glos.C. locati.

RESOLVT. CXXXIV.

Iniustè excommunicatus celebrans, an sit irregularis?

1 *Irretitus censuris, exercens actum ordinis, efficitur irregularis.*
2 *Extrauagans ad euitanda scandala, non releuat excommunicatos.*
3 *Excommunicatus celebrans, ad euitandum periculum est irregularis, licet contra sentiat Nauarr.*
4 *Si constat excommunicationem esse nullam, tunc nullum pariet effectum.*

PRo huius articuli dilucidatione constituo conclusionem, Clericum excommunicatum maiori excommunicatione, interdictum, vel suspensum ab of-
1 ficio, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum, interdictum, aut suspensum celebrat officia Diuina, aut solemniter aliquem actum alicui certo ordini deputatum tamquã ordinatus tali ordine exercet, irregularem esse, per text. in cap. 1. vers. sciscitatis de sent. & re Iudi. in 6. & in c.fin. in fine, & in c. is cui de sent.excom.in 6.& pulchrè explicat hoc Nau. in Manual.late cap.27. num. 244. Abb. in cap. illud n. 8. de cleric. excommu. ministran. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta num. 21. Syluester in Summa vers. irregularitas num.15. & in vers. interdictum num.6.Couar.in cap.alma mater p.1.§.6.num.9.& 2.p.§.2.num. 3. cum sequen. Diaz in praxi crimin. cap. 33. vbi Salzed. in addition. in lit.A,& optimè in lit. B,ex fol.106. Maiol de irregularitat. lib.3. cap.19. & cap. 21. ex nu. 5.Viuald.in Candelabro aureo in tit. de excommunic. num.34. Et solus Papa dispensat cum eo, vt fere omnes Doctores vbi supra docent: quod intelligit Viuald. in dict. tit. de excommunicat. num. 40. & in tit. de irregularitate, num. 325. vt procedat secundum iura antiqua, nam hodie, post Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap.6. Episcopus potest dispensare,si tale delictum non sit deductum ad forum exterius contentiosum: & quando dicatur delictum occultum, & quando deductum ad forum contentiosum, vide Nauar. in Manual. Latin. cap.27. num. 241. Salzed. in addit. ad Diaz in praxi Canonica cap. 126. vers. quod autem dicatur.

2 Amplia supradictam conclusionem: Et primo, vt procedat, etiam si huiusmodi excommunicatus celebrans non sit denunciatus, adhuc enim est irregularis, ea potissimum ratione, quia constitutio extrauagans, quæ incipit, Ad euitanda, nullam comoditatem, vel vtilitatem adfert ipsis excommunicatis, & ideo ipsius sanctione adiuuari non potest, vt tradit Couar. in dict. cap. Alma mater part.1. §.2. num. fin. Salzed. in dicta littera A, vers. quibus illud; Viuald. in Candelab. aureo in tit. de excommun. num.76. & quidem in hac resolutione nulla potest contingere dubitatio, quando excommunicatio est iusta, & valida, eo enim casu celebrans, non impetrata absolutione, est irregularis per supradicta.

3 Amplia secundo, vt nec excusetur à supradicta irregularitate excommunicatus occultus celebrãs ante absolutionem, & si ei imminеat magnum periculum, vel grauis suspicio oriatur aduersus eum si celebrauerit, secundum magis communem opinionem, quam resoluit Couar. in cit. cap. Alma mater p.1. §.2. num. 7. vers. cuius opinio mihi, Sot. in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 4. vers. omnes tamen 11. casus, & in dist. 18. q. 2. art.5. vers. hoc autem dubio, quæ opinio securior tenenda mihi videtur aduersus Nauar. in Manual.Latin. cap.27.num.239. & aduersus Salzed. in dict. lit. A, in fine vers. sed vtrum Parochus pag.100.

Limita nunc. Primo, existente legitima ignorantia excommunicationis, quia tunc à supradicta pœna irregularitatis excusabitur celebrans, vt probant text. & Doctores in cap. Apostolicæ de cleric. excom. ministran. Salzed. in dicta littera A, pag.108. vers.excusabitur tamen, Couar. in dicto §.7. num.3. & facit ad hoc text. in cap. vt animarum de constitut.in 6.& hæc ignorantia quando sit ei culpabilis, tradit Speculat. tit. de dispensat. num. 21. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap.21.num.13.

Limita secundo, supradicta procedere, & locum habere in excommunicato maiori excommunicatione, non tamen minori, vt supra in principio propositum fuit, quia quamuis talis celebret, non est irregularis, vt tradit Diaz in praxi Canonica cap. 33. & ibidem Salzed. littera D, & in littera E, Maiol. de irregularitate lib.3.cap.21. num.2. Couarr. in cap. Alma mater p.1.§.8.num.1.Medin.in part.1. instruct.de confess. cap.11. §.6. vers. *tambien si hà de notar*,fol.35.tex. & Doctores in c.si celebret,de cler. excom. ministran.

4 Est tamen difficilis controuersia, quando excommunicatio est iniustè, & nulliter prolata; an tunc celebrans, non impetrata absolutione, sit irregularis.Pro qua quidem quæstione præmittendum est; quandoque excommunicationẽ esse nullam ipso iure,vel quia non est lata à suo Iudice, vel post appellationem, vel quia continet intolerabilem errorem, aut alijs de causis, quæ traduntur in cap. per tuas, & in cap.sacro de sent. excommunic. quis refert optime glos.in verbo ad cautelam in cap. præsenti de sententia excommunic. in 6. & Nauar. in Manual. Latin. cap.27. num. 3. latè Syluest. in summa verbo excommunicatio, *il secondo*, n. 1. Angel. in verbo excommunicatio, *il terzo*, & num. 1. Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. art.3. vers.neque verò: Spino in specul. testam. in gl. rubr. 11. part. num. 24. vers. & plures casus, Viuald. in Candelabr. aureo tit. de excommun. num. 58. quæ quidem excommunicatio, nec in animæ iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, nec timenda est, si constat eam esse nullam, & celebrans est immunis ab irregularitate,quod omnium consensu receptum est, vt tradit Sotus in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3. Franch. in cap. licet, num. 2. de sententia excommun. in 6. Nauar.in cap. cum contingat de rescrip. in 3. remedio vers.quarto indiuiduo, Felyn. in cap. Rodulphus num.43. vers. idem si ipse, de rescrip. Couar. in cap. Alma mater p.1. §.7.num.5.

& in

& in num.7. vers.cæterum, Salzed. in dicta lit.A, pag. 108. vers. est enim ab irregularitate, Cordub. in tract. cas.consc.q.142.in fine.

RESOLVT. CXXXV.

Matrimonium contractum inter excecatos amore, an possit separari?

1 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
2 *In delictis non semper amor excusat.*

IN curia Calatina, coram Domino Vicario fuit petita separatio matrimonij, à quibusdam opponentibus illud fuisse contractum inter excæcatos amore: Quare me consuluerunt, vt ea, quæ essent de iure, allegarem, & pro opinione affirmatiua, ponderabatur dictum Platonis in Phedro, volentis connumerare Amorem inter species furoris, sequitur Menoch. de arbitrar. Iudic.lib.2. centur.4. casu 324. & ibi etiam lepida narratione demonstrat, Meretricem non dici, quę amoris causa sui copiam facit, Triuis. dec.33. part. 1. Carroc.dec.119. cum alijs, quos probat Anna singu. 338. quare cum amans dicatur furiosus, & furiosi nulla est voluntas, l. furiosi ff.de regu.iuris, sequitur quod dictum Matrimonium potuerit annullari ob defectum consensus, cap. cum locum, ex text. in cap.1.de sponsalibus: Supradictis accedebat; quod amore captus æquiparatur ebrio, glos. in cap. fina. de condi. appositis; ebrius autem Matrimonium contrahere nequit, ergo neque ab amore captus: Tandem dicebam, captum amore, delinquendo non puniri, quia dicitur furiosus, vt dicit Cassan. super Consuet. Burgun.fol.39. num.13.qui vidit in facti contingentia, quodammodo, quamdam mulierem excusari propter amorem, quæ receptauerat res furatas à suo Amasio: Dicit etiam, quod in facti contingentia, absolutus fuit quidam, qui fecerat fortilegia propter amorem; & iuxta hanc conclusionem fuisse iudicatum in Senatu, testatur Clarus pract. crim. lib.5.§.fin. quæst. 60. in causa cuiusdam Baptistæ Gazani, qui libellum famosum publicauerat contra quamdam puellam, cuius amore captus erat, fuit enim absolutus 3. Februarij 1554. quia ex amoris vehementia nimia, non erat suæ mentis compos: Benè verum est, quod habebat remissionem à parte offensa. Addebam tandem, Matrimonia contracta inter amore excæcatos, habere vt plurimum exitus infelices, vt ex Menoch.cons.59. vol.1. num. 45. Guttierez lib. 1. Canonica. q. cap. 20. num. 18. & ad hoc videtur facere prouerbium illud, quod amore se capientes, rabie se dimittunt; quod refert Neuizan. in Silua nuptial. lib.2. num.118.

1 Contrarium tamen dixi verius esse, Matrimonium scilicet non posse separari ob supradictam causam, ex eo quod contractum inter tales amore excæcatos, validum est, nec ex defectu consensus annullari potest, Ias. in l.Titia num.8. ff. de verbor. obligat. Felyn. cons. 26. num.2. quos refert, & sequitur Zenedo in collect. Canon.p.2. collecta. 20. Tum quia in delictis non semper amor excusat, prout non profuit illis nobilibus
2 Neapolitanis, qui posuerunt scalas ad domos Amasiarum, qui iussu Proregis fuerunt decapitati, vt per Gramat.dec.36.quem refert Clar.loco cit.n.1.in fine.

RESOLVT. CXXXVI.

Potestas dispensandi, de qua in c.6.sess.24.Conc.Trid.an competat Episcopo electo non consecrato?

1 *Episcopus electus & cõfirmatus, licet nõ consecratus potest dispensare & facere reliquos actus qui sunt iurisdictionis.*
2 *Episcopus electus & confirmatus, cum sit de proximo consecrandus habetur pro consecrato.*

ORitur ratio dubitandi pro opinione negatiua, ex eo, quod electus in Episcopum, nondum consecratus, non potest Episcopalia exercere, pro vt nec indulgentias concedere, & his similia, Innoc. in cap. tua de his quæ fiunt à Prælatis sine cons.Cap. Abb. in cap. tam litteris in primo notab. de testibus, & in cap. nostri in 2. notab. de elect. & in cap. ante, vbi Ioan. Andre. & alij de rescript. vnde dicit Bald. in l. si non dum circa principium C. de furtis, quod Ciuitas interficiens Episcopum electum non dum consecratum, non incidit in pœnam, de qua in cap. ita nos, 25.q.2. facit etiam ad hoc, quod non sufficiat potentia, vbi requiritur actus, l. sed si plures § si ex arte ff. de vulgar. & pupillar. substit. & licentiatus ad actum, non est in actu, Abb. in cap. quia per illum textum de renunciatione; vnde scholaris habilitatus ad doctoratum non dicitur Doctor, nec venit appellatione Doctoris, nec habet priuilegium Doctorum, nisi actualiter sit Doctoratus, ita Bal. in l. Athethæ ff. de excusa. tutor. & in l. pen.ff.de testamento militis, & authentica habita in 7.col. & ibi Salicet. 12. col. C.nè filius pro patre, Imol. in proœmio C.in 4.columna & propterea dicitur, quod Imperator electus, ante coronationem, non potest Imperialia exercere, Bald. in l. bene à Zenone C. de quadrien. præscrip. & in l. pluribus in principio ff. de condit. & demonstrat. & in proœ. decretalium in 3. & 4. col. & facit ad hoc, quod dici solet de Potestate, antequam ingrediatur Palatium quod non potest exercere officium, l. obseruare §. fin.de offic. Proconsulis.

1 His non obstantibus, contrariam opinionem de iure veriorem existimo, vt comprehendatur etiam Episcopus electus, & confirmatus, licet nondum consecratus in dispositione dicti Concilij, & moueor, nam huic competunt, quæ sunt iurisdictionis, dispensare autem est iurisdictionis, iuxta tradita per text. & Doctores in cap. transmissam de electione, Felyn. in repert. in verbo Episcopus electus non consecratus in fine, fol.15. Abbas in cap. cum olim num.2. & num.8. de maior. & obedien. & in cap. at si clerici num.17.de iudicijs, vbi Philippus Decius, num.150.

Non obstant contraria, quia procedunt, quando Episcopus non esset confirmatus, & de proximo non consecrandus, sed quando esset de proximo consecrandus, tunc habetur pro consecrato, ad effectum dispensandi & exercendi quæ sunt iurisdictionis, glos. in cap. innotuit de elect. cuius ratio est, quia potentia propinqua reputatur pro actu, l. per ultima vbi glos. multa per hoc infert, & ibi Bart. & Bald. ff. de testamento Militis, Bald. in l. quia in ligno eod. tit.Salic.in l. cum te in fine C. de donat. ante nuptias, quia mulier habetur pro copulata, & carnaliter cognita à viro, quia de proximo copulanda erat; & Paul.de Castro tenet in l. 4. §. si seruus ff. de acquirend.possess. quod qui de proximo est banniendus, habetur pro bannito, Item Ecclesia de proximo consecranda, habetur pro consecrata, Panor. in cap. Ecclesiæ in 3. notab. per illum text. de immunit. Ecclesiæ, item condemnandus per sententiam, habetur pro condemnato, text. est notabilis in l. quia pœnæ §. Diuus Pius ff. de manumissionibus. Item fructus recolligendi de proximo, habentur pro recollectis, Bart. in leg. diuortio §. interdum ff. soluto matrimonio, facit etiam, quod vult Bald. in l. si pro ea 6. q. C. mandati,

RE-

RESOLVT. CXXXVII.

Coadiutor Canonici cum futura successione, in absentia Canonici coadiuti, vbi sedere debet?

1 *Coadiutor Canonici, debet sedere vltimus inter Canonicos.*
2 *Canonicus coadiutus qui resignauit reseruato sibi regressu & loco, mortuo resignatario, sedet in loco priore.*

SVpponitur in facto; cuidam Canonico ob eius ingrauescentem ætatē iuxta tradita in cap. vnico de clerico ægrotante, lib. 6. vel alia simili causa, de qua in toto titulo supracit. fuit datus à Papa Coadiutor cum futura successione: fuit dubitatum, vbi debebat sedere
1 in choro, in absentia dicti Canonici Coadiuti, & dicebatur primo, quod dictus Coadiutor sedere debeat in vltimo loco post Canonicos, nam alij Canonici fulgent propria dignitate, Coadiutor autem aliena; prout in Rot. Romana fuisse decisum refert Gonzal. gl. 5. §. 9. n. 102. secundo quantum ad Coadiutum dicendum quod vbi quis resignasset Canonicatū reseruato sibi regressu, cum loco in choro, & Capitulo, & tunc mortuo resignatario debet dictus Coadiutus sedere in priori loco, & antiquiori, Gonzalez de alternat. gl. 5. §. 9. n. 101. Attaman. dec. 29. lib. 2. Papazon. in addit. ad dec. 1. in fine nu. 17. de renunciatione, Balb. in dec. 35. Gratian. lib. 1. disceptationū forensium c. 103. n. 17. & iuxta hanc opinionem, censuit Rota in vna Legionen. Canonicatus.

RESOLVT. CXXXVIII.

Dos data Puellæ pro ingressu Religionis, si moritur ante professionem nùm acquiratur à Monasterio, vel à proximioribus vendicari possit?

1 *Quæsitum resoluitur ad fauorem proximiorum Monialis decedentis ante professionem.*
2 *Monialis ante professionem est sui iuris.*
3 *Nouitius venit nomine professi in ijs quæ concernunt gratiam & fauorem, secus in onerosis, vel pœnalibus.*

PRo Monasterio adducebatur conclusio illa animi destinationem haberi pro opere consumato, text. est in l. si nondum C. de furtis, & seruo corrupto, facit cons. Anchar. 69. num. 8. quem refert, & sequitur Crauetta consil. 162. vol. 4. & Decia. cons. 62. nu. 13. vol. 4. Hinc est quod quicquid acquirit Nouitius infra annū probationis, acquirit Monasterio, sicuti etiam conuenitur coram Iudice Ecclesiastico, cū sit quoad possessionem translatus ad Ecclesiam, & verberans Nouitiū alicuius Religionis incidit in excommunicationem, c. Religioso §. 1. de sent. excomm. in 6. sic portio Canonica, quam vocant quartam funerariam pro funere Nouitij infra annum defuncti non debetur Ecclesiæ Parochiali ipsius Nouitij, Hostien. in cap. de his de sepulturis; & amplius dicit Anchar. eo loco, & in c. 2. de testa. quod bona Nouitij infra annum decedentis ante professionem emissam, non debentur venientibus ab intestato, sed pertinent ad Monasterium; nisi de illis ante legitimè disposuisset, Tiraquel. de retractu lignag. ex §. 1. glos. 8. nu. 12. & ex mente Cini, ac Bar. testatur magis communem opinionem Surd. dec. 303. num. 8.
1 Contrarium tamen resolui ex consilio Calderini nono de Regularibus, quem sequitur Menochius consil. 396. num. 3. vol. 4. Honded. cons. 44. vol. 1. Paris. cons. 17. cuius ratio est, quia Monialis non professa, sui iuris est, c. 15. & 16. Sac. Conc. Trid. sess. 25. quod quidem adeo
2 notorium est, vt nulla indigeat probatione, & ideo non veniunt appellatione Monialium Regularium, nisi post quam profitentur regulam; ipsæ namque sunt Nouitiæ receptæ, & adhuc nullam professionem fecerunt, ita resoluit Hostiensis in cap. quid per nouale de verborū significat. nu. 3. Ioan. de Anan. in cap. statuimus de Regularibus n. 2. & sunt adeo sui iuris, vt de bonis possint testari, cap. 16. Sac. Concil. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. Archid. in cap. beneficium de Regular. in 6. n. 1. Philippus Franch. ibidem n. 2. & 3. Nauarr. cons. 12. de testam. num. 1. & non testando, tali casu proximiores succedunt, & non Monasterium, in quo reperiuntur, quia verè Regulares adhuc non dicuntur, cap. Religiosis de sent. excomm. in 6. dicant tamen quid velint Cin. in authentica ingressi C. de Sac. Sanct. Eccl. & Ant. de Butr. in cap. in præsentia de probationibus, & Bart. in auth. si qua mulier in fine C. de Sac. Sanct. Eccl. Tiraquel. de vtroque retractu lib. 1. glos. 1. nu. 21. cum seq. & nu. 39. quinimo dicta puella Matrimonium carnale contrahere potest, dicto cap. 15. & 16. Sacr. Conc. Trid. sess. 15. de regular. & Monial. & hæc est ratio euidentissima, quia habitus non facit Monachum, vt Triuisan. in tractatu de modo, & ordine criminaliter procedendi inter Regular. latius dixit c. 2. in initio de Regularibus, vel Monachis, Abb. in cap. porrectum de Regula. n. 4. vbi notat etiam hoc idem Ioan. de Anan. num. 1. nam quousque Monialis professa est, quandocumque potest exire, & discedere à Religione arbitrio suo absque alio incursu pœnarum, d. cap. 15. & 16. Sac. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. & Monial. supradictis additur cons. Menoch. 329.
3 Nou obstant contraria, nam respondetur, Nouitium venire nomine professi in ijs dumtaxat quæ concernūt gratiam, & fauorē, non in onerosis, vel pœnalibus, quæ omnia non tantum in professione expressa procedunt, verum etiam in tacita, quæ inducitur per diuturnā cohabitationem in Monasterio approbato cū gestatione habitus, dummodo idem cum professis sit habitus, tūc enim idem operatur, quod expressa, cap. 1. §. qui verò de Regularibus in 5. clem. eos eodem tit. Henriquez cons. 60. num. 10. & 11. Graff. cons. 6. lib. 3. de Regul. late Mascard. de probat. vol. 3. concl. 12. & 37. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumptio. 83. Rimin. Iun. cons. 271. vol. 3. Decian. cons. 18. vol. 3. & Honded. d. cons. 44. Monialis autem permanens in Monasterio vltra annum probationis, quando dicatur tacitè professa, explicat ornate Henriquez cons. 46. n. 19. cum seq. & ex supradictis apparet decisio controuersiæ, an Nouitius habeatur pro Religioso, cum de iure non censeatur talis, etiam si liqueat aliquibus cōiecturis, quod voluit mutare vitam, & tacitè, vel expressè obtulerit se, & bona sua Monasterio; vnde Monasterium in bonis Nouitij decedētis infra annum probationis nullum habet ius, & Monasterio nihil debetur ob ingressum infra annum probationis, & sic hodie ex dicta Concilii constitutione, amputata est radix cuiuscumque difficultatis, Honded. dicto cons. 44.

RESOLVT. CXXXIX.

An decretum de remittendo causam Baroni, possit reuocari per Iudicem?

1 *Interloquutoria Magnæ Curiæ in causa remissionis non potest reuocari.*
2 *Interloquutoria habens vim diffinitiuæ nō potest reuocari.*
3 *Quando per interloquutoriam finitur officium Iudicis non potest reuocari.*

QVæro, an interloquutoria Magnæ Curiæ in causa remissionis fori possit reuocari? videbatur respondendū affirmatiuè, per tex. in l. quod iussit ff. de re Iudic. vbi Iudex potest suam interloquutoriā reuocare, sed decretum remissionis est interloquutorium, c. fi. de appell. in 6. gl. in clem. fi. gl. 2. eodem tit. Philip. Franch. in cap. cum cessante in 14. colum. de appell. igitur: Sed

1 contrarium est verum, quod scilicet non possit Iudex interloquutoriam remissionis reuocare; & ita fuisse decisum in Sacro Cons. Neapo. testatur Capyc. dec. 144.

Non obstat text. in l. quod iussit ff. de re iudicata, quia non habet locum in interloquutoria, habente vim
2 diffinitiuæ, vt est ista, ita Alex. in dicta l. limit. 12. Ias. in l. 1. n. 9. ff. de eo quod certo loco, Castr. in l. dicere in fine ff. de arbitris, Oldra. cons. 6. Rom. cons. 334. n. 5. Alex. ad Bart. in dicta l. quod iussit, Bal. in l. præses, num 7. C. quomodo, & quando Iudex, & in cons. 63. vol. 3. Rota in dec. 334. in nouis.

3 Secundo, quia lex illa tunc habet locum, quando per interloquutoriã esset finitũ officium Iudicis ita Alex. in dicta l. limit. 12. & in addit. ad Bar. in dicta l. in fine, Perus. in c. vt debitus in 3. col. & seq. de appellat. sed per hanc interloquutoriã non finitur Iudicis officiũ, vt dicit Alex. loco citato, & Capic. in dec. 144. in fine; igitur.

RESOLVT. CXL.

An testis deponens falsum coram non suo Iudice, sit remittendus, an verò possit per ipsummet puniri?

1 *Testis falsarius coram eo Iudice puniendus est, coram quo falsum commisit.*
2 *Testis puniri debet ab eo Iudice, cuius aures offendit.*
3 *Attenditur locus consumati delicti.*
4 *Iudex causarum Ciuilium potest cognoscere de causis criminalibus incidenter, & commissis coram eo.*
5 *Habens merum, & mistum Imperium potest testem ordinariè, & extraordinariè punire.*
6 *Offendens alicuius iurisdictionem efficitur de foro illius.*
7 *Laicus deponens falsum coram Iudice Ecclesiastico potest puniri ab eo.*
8 *Idem si coram Iudice delegato deponeret falsum.*
9 *Idem si per errorem coram alieno Iudice litigaret.*
10 *Clericus deponens falsum coram Iudice sæculari, remitti debet Iudici Ecclesiastico.*
11 *Idem si falsum deponeret coram Iudice Ciuili remitti debet Iudici Ecclesiastico.*

QVæro an testis, qui perhibuit falsum testimonium coram non suo Iudice, sit remittendus suo Iudici competenti, an verò possit per ipsummet Iudicem, coram quo falsum deposuit puniri: Respon. nullo modo esse remittendum, ex infrascriptis.

Primo per tex. in l. nullum, C. de testibus, in quo dicitur testem falsarium, coram eo Iudice puniri, coram
1 quo falsum perhibuit testimonium, cum ratione falsæ depositionis, & testificationis ibidem fortiatur forum; quem text. latè exornat Couar. (more suo) pract. q. c. 18. Ias. in l. 1. §. fina. n. 5. ff. de officio eius, Marant. in Specu. Aureo, p. 6. actu. 12. n. 2. Hyp. in repetit. l. fi. n. 145. ff. de iurisdictione omnium Iudicum, Rolan. à Valle cons. 12. n. 2. vol. 2. Mandel. cons. 37. n. 5. vol. 1. Menoch. cons. 448. n. 10. vol. 3. Borrel. cons. 88. n. 7. vol. 1. de Franch. dec. 147. col. 2. qui omnes allegant Bald. in l. neganda, col. 6. C. qui accusare non possunt.

2 Secundo, quoniam ab eo Iudice testis est puniendus cuius aures offendit, Ferra. in pract. in forma iuramẽti testium §. & falsitate num. 4. Abb. in cap. 1. de crimine falsi, Angel. in tract. Malefic. §. falsario, num. 24. versic. quæro testes, post Imol. cons. 114. num. 9. & cons. 118. n. 14. & de Franch. loco citat.

3 Tertio, quia attenditur locus, vbi delictum consumatur, Bal. in l. quod ait lex in principio, ff. ad l. Iuliam de adulte. Mar. Socc. in c. fin. in 22. q. de foro competẽti, Cataldin. de Boncompan. in tracta. de sindicatu not. 126. in princip. Farinac. pract. crim. quæst. 8. n. 28. Clar. quæst. 38. num. 8. versic. item quæro, Foller. versic. audiantur excusatores, n. 29. & Boss. de foro comp. n. 49.

4 Quarto facit ad hoc illud, quod voluit Bar. in l. hoc iure §. aqua in fine ff. de aqua quotidiana, & æstiu. vbi dicit Iudicem causarum Ciuilium, præcognoscere de causis criminalibus incidentibus, & commissis coram eo, quia accrescit eius iurisdictioni, quamquam adsit Iudex ad quem separatim pertineat crimina lium causarũ cognitio, sequitur Bald. in l. de qua re §. latrunculator in fine, per illum textum ff. de iudicijs, post Cinum in l. 1. in principio C. vbi de crimine agi oportet, Alex. cons. 338. n. 12. vol. 1. Corne. cons. 59. n. 3. vol. 1. & Borrel. dict. cons. 78. num. 6. vol. 1. post Corn. cons. 17. vol. 1.

5 Quinto accedit, quod eleganter notat Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de teste in princ. ver. coget, qui asseruit, quod qui habet merum, & mistum Imperium poterit testem ordinariè, ac extraordinariè, punire, sequitur Angel. de Malefic. §. falsario n. 24. Alex. cons. 41. vol. 1. Capra cons. 55. n. 10. vol 1. Borrel. dicto cons. 77. post. n. 8. Cornel. cons. 17. vol. 1. Burs. cons. 335. n. 7. vol. 2. post Abb. in cap. de litteris in fine de furtis.

6 Sexto, facit regula illa, quod per offensionem iurisdictionis, quis efficitur de foro illius Iudicis cuius iurisdi. ctio offensa fuit, Castr. in l. addictos C. de Episcopali audientia, post Bar. in l. à Diuo Pio §. sententiam Romę in fine ff. de re iudic. Alex. in l. principalibus in fine, ff. si cert. petatur, & Ias. in l. Imperium, col. 3. n. 23. ff. de iurisdictione omni. Iudic. sed testis deponendo falsum offendit iurisdictionem Iudicis. c. 1. de crimine falsi, Peguer. dec. 20. igitur.

7 Amplia primo: Hanc conclusionem procedere, etiã in laico deponente falsum coram Iudice Ecclesiastico, nam ex eo poterit puniri ab ipsomet Iudice Ecclesiastico, Afflict. dec. 319. Capp. Tholo. dec. 379. Gram. dec. 78. n. 8. de Frãch. dec. 147. Bald. in l. nullũ C. de testibus, Couar. pract. quæst. c. 18. n. 8. vers. sed in hac re, Rolan. consil. 12. volum. 2. Clar. quæst. 38. versic. quæro nunc. Farinac. quæst. 8. uum. 27. & Anna consil. 107. vol. 2

8 Amplia secundo, etiam si testis deponeret falsum coram Iudice Delegato. Bar. in dicta l. nullum n. 3. Angel. in l. si lis, C. de falsis, gl. in clement. 1. in verbo Iudices circa finem de offic. Delegat. & in l. quæsitum in verbo perpenderit ff. de testibus, Bonacoss. in quest. criminal. in vers. falsitas part. 2. Imol. cons. 7. n. 21. & Borrel. loc. cit. num. 12.

9 Amplia tertio, etiam si partes per errorem ductę coram alieno Iudice litigarent, Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de teste in princ. Abb. in cap. 1. num. 3. de crimine falsi, Felyn. in cap. postulasti n. 13. de rescriptis.

10 Limita tamen hoc in clerico deponente falsũ corã Iudice sæculari, nam non potest, per ipsum Iudicem puniri, sed est remittendus Ecclesiastico, Ioan. And. Ant. de Butri. & Ioan. de Ana. in c. verum de foro comp. Cast. in l. nullum n. 6. C. de testibus, Clar. q. 38. vers. sed hic quæro, Capic. dec. 2. n. 3. Rolan. cons. 12. n. 48. vol. 2. Maran. in Spec. num. 4. fol. 149. Padilla in l. transigere n. 112. C. de transact. & Afflict. dec. 230.

11 Limita secundo, in teste, qui falsum deponit coram Iudice causarum Ciuilium, nam remittendus est Iudici Criminali, Bar. in l. Diuus in fine ff. de falsis, & in l. si quis obrepserit in princ. ff. eodem, Inno. in c. dilectus de iniurijs, & in cap. 2. de crimine falsi, per tex. in l. de qua re §. latrunculator ff. de Iudicijs.

RESOLVT. CXLI.

Num si Officialis, qui dat sindicatum delinquat, sit puniendus per sindicatores, an verò remittendus?

1 *Officialis delinquens in sindicatu remittendus est ad suum Iudicem.*
2 *Syndicatores officialium non habent iurisdictionem contra officialem de gestis extra officium, & absque contemplatione officij.*

Quæro,

QVero, si Officialis, qui stat in sindicatu delinquat, sit puniẽdus per sindicatores, an verò remitti debet suo Iudici puniendus? Respondetur esse remittendum, & ratio est, quia sindicatores Officialium non habent iurisdictionem cõtra Officialem de gestis extra officium, & absq; contẽplatione officij, quia in talibus non sortitur forum, Alber. Brun. in tract. de constit. decret. statut. in verbo Officialis, col. 2. Bal. in l. 2. C. vbi de ratiocinijs, Guliel. de Cun. in l. nulli C. de appellationibus, Iaſ. in l. vnica, col. fin. vers. tertio habetis, C. vt omnes Iudices tam Ciuiles quam Criminal. Ange. in l. 1. in fi. C. si rector Prouinciæ, Alex. conſ. 17. n. 3. & ſeq. vol. 1. Dec. in conſ. 331. n. 3. vol. 2. Corn. in conſ. 13. pro tenui vol. 1. Bertaz. conſ. 16. eodem vol. Mandel. conſ. 82. n. 3. Rolan. conſ. 4. nu. 10. vol. 1. Menoch. conſ. 557. vol. 3. & eſt communis ſecundum Iaſ. loco citat. in fine.

1 2

RESOLVT. CXLII.

An ſolus titulus beneficij abſque reditu, ſufficiat, vt clericus delinquens remittatur?

1 *Appellatione beneficij venit beneficium tenue.*
2 *Habens beneficiũ tenue, tenetur recitare horas Canonicas.*
3 *In impetratione ſecundi beneficij, facienda eſt mentio de primo quamuis tenuiſſimo.*

QVero an ſolus titulus beneficij abſque reditu, ſufficiat, vt clericus delinquens remittatur Iudici Eccleſiaſtico? Reſpondeo rationem dubitandi eſſe ex eo, quod non dicitur beneficium ſi nihil boni tribuit. Sed contrariam ſententiam puto veriſſimam, quod clericus habens beneficium tenue, & parui momenti, & ferè nullius reditus, delinquendo veniat remittendus Iudici Eccleſiaſtico, ex pluribus.

1 Primo, quia appellatione beneficij, venit etiam beneficiũ tenue, & parui momenti, gl. in c. beneficium in fine de Regul. in 6. Bal. in conſ. 139. n. 3. vol. 2. Alex. cõſ. 13. vol. 1. Dec. in cõſ. 348. n. 7. vol. 2. Selua de benef. p. 4. q. 8. n. 5. Gom. de annali q. 7. n. 8. Giga. de pẽſio. q. 9. n. 5.

Hinc eſt notandum, quod quemadmodum clericus, qui poſſidet beneficium pingue tenetur ad horas Canonicas, ita ſimiliter habens beneficiũ tenue, Hoſti. & Goffred. in ſumma de cõſecrat. Eccleſiæ, §. à quibus, gl. in c. 1. in fine de celebratione Miſſarum, & in c. clericus victum 91. diſt. Albert. de Ferrariis in tract. de horis Canonicis, q. 8. incipit, quæro quid ſit clericus Brun. à Sole, lib. 1. quæſtionum q. 40. in princ. poſt Card. in clemen. 1. celebrat. Miſſarum, Cordub. in quæſt. Theol. q. 186. Nauar. in repet. c. ſi quando not. 7. n. 27. de conſecrat. diſt. 1. & eſt communis opinio, ſecundum Couar. lib. 3. variar. reſolut. cap. 13. poſt n. 8. & ita communiter tenent Summiſtæ, vt Ange. Syl. Armilla, & Tab. licet cõtrarium tenuit Sotus lib. 10. de iuſtitia, & iure, q. 6. art. 3. vt refert Viuald. de Sacram. ordin. q. fin.

Secundo, quia diſpoſitio cap. cum nullus de tempo. ordina. lib. 6. ita procedit in beneficio tenui, ſicut in alijs Eccleſiaſticis beneficiis, vt animaduertit Imol. ibi n. 5. & Gemi. n. 8.

Tertio, quia in impetratione ſecundi beneficij faciẽda eſt mẽtio de primo beneficio, quamuis tenuiſſimo, ita probat tex. in terminis in c. non poteſt de Prębend. & dignit. lib. 6. & tex. in c. ſi proponente de reſcriptis.

RESOLVT. CXLIII.

An publicis latronibus, competat ius petendi remiſſionem?

1 *Publici latrones non remittuntur.*
2 *Vaſſallus Eccleſiæ ſi ſit publicus latro non remittitur.*
3 *Pirata non remittitur.*

QVæro an publicis latronibus competat ius petẽdi remiſſionẽ? Et negatiuè, reſpondeo ex Pragm. quæ incipit. Item quod officiales Regij, per quam diſponitur, vt publici latrones, vbi capiuntur, ibi puniantur; cui concordant dicta per Folle. in conſt. Capitaneorum nu. 65. & in pract. crim. in verbo audiantur excuſatores num. 169. & ſeq. Couar. pract. quæſt. cap. 11. nu. 17. pro quo facit tex. & quod ibi notat. in l. capitalium §. famoſos ff. de pœnis.

Amplia, concluſionem procedere, etiam in vaſſallis Eccleſiæ, qui fuerint publici latrones non remittũtur, vt fuiſſe deciſum per Sacr. Conſ. dicit Camill. Saler. in addit. ad conſ. Neap. in proœmio §. præfatis, vers. pro cõcluſione. f. 37. lit. O, quod intelligo de vaſſallis laicis.

Amplia ſecundo, etiam ſi furtum committeretur in mari more Piratico, ita deciſum etiam dicit de Franc. dec. 142.

Limita in cauſa dec. eiuſdem de Franch. dec. 24.

RESOLVT. CXLIV.

An teſtis deponens falſum teſtimonium in cauſa Ciuili coram Iudice Ciuili, poſſit ab eo puniri, vel ſit remittendus Iudici Criminali?

1 *Iudices Ciuilem tantum iuriſdictionem habentes punire nõ poßunt teſtes deponentes corã ipſis falsũ in cauſa Ciuili.*
2 *Teſtes falſum deponentes coram vno Iudice cenſentur ſe ſubijcere ſuæ iuriſdictioni, quod intelligitur dummodo alias illius criminis iuriſdictionem haberet.*

1 REſpondetur eſſe remittendum, ita in puncto dicit Bart. in l. ſi quis obrexerit in fine num. 5. ff. de falſ. & in l. Diuus, num. 4. vers. Quæro, ff. ad l. Corneliam de falſis, Caſt. in l. nullum n. 4. vers. in tex. data cunctis Iudicibus C. de Teſtibus, Bald. in l. generaliter nu. 5. C. de Epiſcop. & Cleric. & ita ſeruari teſtatur de Franch. in dec. 147. in fine num. 6.

Sed contrarium tenuit idem Bar. in l. hoc iure §. aqua ff. de aqua quotidiana, & æſtiua: volens expreſsè, quod Iudex Ciuilis poſsit teſtem falſum coram ſe deponentẽ punire, nã tacitè videtur acquieſcere eius iuriſdictioni
2 per dictum §. aqua, & per dictam l. nullũ C. de teſtibus, quæ pro hac parte mihi quidem videtur multum ſtringere, ibi enim dicitur, quod delinquens coram aliquo Iudice, falsũ teſtificãdo, efficitur de foro ipſius Iudicis, & ab eo punitur; licet alias, talis Iudex non eſſet competens delinquentis; vt etiã ibi tradunt omnes ſcribentes, Afflict. dec. 219. n. 1. Couar. pract. q. c. 19. n. 8. Franc. dec. 147. n. 1. Petrus Cabal. lib. 1. variar. reſ. crim. c. 17. in princ. & maximè ponderando verba dictæ l. nullum ad finem: Dum generaliter, datur facultas cunctis iudicibus, quorũ aures, teſtis offenderit in eum pro qualitate delicti animaduertendi, niſi reſpondeatur, pro vt dicit Caſtr. loco citato, quod ſcilicet data dicatur facultas puniendi cunctis Iudicibus de illis, qui de illo crimine poſſent ordinariè punire, alias ſecus, quam declarationem ſequitur de Franch. d. dec. 147. n. 6.

RESOLVT. CXLV.

An laicus fideiuſſor clerici, ſit remittendus Iudici Eccleſiaſtico?

1 *Laicus fideiuſſor clerici non remittitur.*
2 *Declinatoria, quæ competit principali non competit fideiußori.*
3 *Exceptio perſonalis, quæ competit principali non extenditur ad fideiuſſorem.*

QVæro, an laicus fideiuſſor clerici ſit remittendus Iudici Eccleſiaſtico: & pro remiſsione faciebat,

primo, quoniam fideiussor conueniendus est coram Iudice principalis debitoris, Spec. in tit. de fideiusso. §. 1. col. fi. in fine, Bal. in l. cum Archimendorã C. vt in possess. legato, Alex. cons. 34. n. 5. vol. 1. & Bellon. cõs. 17. n. 4.

Secundo, quia obligatio fideiussoris dicitur accessoria ad principalem, l. 1. ff. de fideiussoribus, & §. 1. instit. eodem, sed accessorium sequitur naturam sui principalis, c. accessorium de reg. iur. in 6. igitur.

1 Contrariam tamen sententiam tenuerũt Domini de consilio, vt videre est apud Affl. in dec. 260. per totam, post Spec. in tit. de cõpet. iud. adeu. §. regulariter vers. pone, Bal. in l. 1. in fine C. de priuilegio dotis, & in l. grece §. illud in 2. col. n. 13. de fideiuss. Alex. in cons. 10. n. 4. vol. 1. Ias. in l. si fideiussorem in 2. col. n. 18. & idem Alex. ff. qui satisdare cogantur, Rom. sing. 529. Guid. Papa in dec. 562. Boer. in dec. 23. n. 8. Gram. dec. 69. n. 5. Chach. in dec. 17. n. 7. per prædicta tamen non intelligas, quin quando laicus in Curia Episcopali fideiussit maxime in causa criminali pro clerico, Episcopus non possit exequi pœnam fideiussionis contra ipsum.

Pro qua opinione duo adduci possunt, quę magis vrgere videntur. Primo tex. in l. si reus ff. Iudicatum solui,

2 vbi exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori, seu cessionario. Secundo quia exceptio, quæ est in persona principalis, non extenditur

2 ad fideiussorem, l. exceptiones, ff. de exceptio. l. priuilegia ff. de regu. iuris.

RESOLVT. CXLVI.

An tertius comparens in causa pro suo interesse possit petere remissionem causæ?

1 *Tertius veniens in causa non remittitur, quia dictus tertius comparens in causa dicitur actor, & non reus.*
2 *Tertius non auditur, nisi in terminis in quibus reperitur causa.*
3 *Tertius potest allegare Iudicem suspectum.*

QVæro, an Tertius comparens in causa pro suo interesse possit petere remissionem causæ; Respondetur negatiuè ex pluribus.

Primo: quando Tertius cõparet in causa ad impediẽdum exequutionem sententiæ tamquam Possessor,

1 dicitur Actor, & non reus, Bal. & Castr. in l. testamenta omnia n. 6. & seq. C. de testa. & in l. à Diuo Pio §. si super rebus in 3. notab. ff. de re iudica. & idem Bald. in l. fin. in 2. col. n. 15. C. de edicto Diui Adriani tollendo, Anto. de Canar. in tractatu de insinuat. p. 2. q. 24. fol. 152. in 9. vol. tract. Rolan. cons. 29. n. 3. vol. 2. Ancha. in terminis in cons. 333. per totum, vol. 1. Bertran. in cons. 157. n. 4. vol. 1. Ann. alleg. 76. in 2. col. n. 4. vol. 1. post Auphrer. in repetit. clem. 1. reg. 2. fall. 10. fol. 393. de offic. Ordina. Sed actor sequitur forum rei, l. iuris ordinem C. de iurisdic. omn. Iud. igitur.

2 Secundo quia, vt Tertius audiatur, necesse est, vt iudicium acceptet in eo statu in quo tunc reperitur, cum ad iudicium accedit, vt probat tex. in c. vlt. vt lite pendente in 6. Bal. in auth. nũc si hæres in fine C. de litigiosis, Fely. in c. cum super in fine de offic. Deleg. Couar. pract. q. c. 13. n. 1. Vant. in tract. de nullit. in tit. quis possit dicere de nullit. n. 25. Cravet. cons. 14. n. 4. Afflict. in dec. 55. & 235. per totam Franc. March. in dec. 272. par. 1. Grauat. ad pract. Vestrij. lib. 5. vlt. nu. 15. & Menoch. de Arb. Iudic. lib. 2. centu. 2. casu 18. num. 2. quando igitur posset causæ remissionem petere, necesse esset facere nouum iudicium.

3 Tertio, ad hoc considero, quod licet Tertius possit, dum sua interest allegare Iudicem suspectum, non potest tamẽ opponere exceptiones declinatorias, aut dilatorias, & sic petere remissionem. Ita in terminis Bal. in l. si eo tempore, C. de remissione pignoris in fin. Ant. de Butr. in c. cum super in fine de offic. Delegati, Franc. in c. cum speciali in 20. q. de appellat. Vrsil. in dec. 55. & 235. nu. 7. latè Ioan. Bapt. Valenzuela Velazquez Regens cons. 95. n. 63. & seq. vol. 1.

RESOLVT. CXLVII.

An facta electione fori per clericum, possit Baro petere remissionem causæ?

1 *Clericus habet priuilegium eligendi, ac variandi forum, dummodo eligat dictum forum pro rebus Ecclesiæ.*
2 *Data violentia, rapina, vel fraude, personæ Ecclesiasticæ habent electionem fori.*

QVæro, an facta electione fori per clericum in conueniendo vassallũ alicuius Baronis possit prædi-

1 ctus Baro petere remissionem sui vassalli: Respondetur negatiuè, nam clericus habet priuilegium eligendi, ac variandi forum, vt in ritu Mag. Curiæ 18. Carau. in ritu 233. in principio, Capic. dicens ita decisũ in dec. 160. de Franc. in dec. 234. n. 4. part. 2. Afflict. in dec. 257. & ibidem Vrsil. n. 4. Guid. Papa in dec. 39. licet contrarium, & malè teneat in constitut. regni statuimus num. 16. Vinc. de Anna allegat. 146. part. 2. Niger in cap. regni, quoad decretum num. 10. vers. quod clerici, & hæc est communis opinio, secundum Villalo. lib. commun. opini. opin. 112. verbo clericus: Secundũ quam, pluries esse decisum in Collaterali Cõsilio testãtur Carauit. rit. 67. Marcell. Calà de modo articulandi glos. 1. n. 87. & alia Add. ad Capic. dicta dec. 160. in princ.

Limitatur primo, supradictam communem sententiam non procedere, cum clericus forum eligit, nõ pro rebus Ecclesiæ, sed proprijs, ita rit. Magnæ Curiæ 229. Isern. in dicta const. statuimus vers. clericus, & post eum Affict. in 7. not. q. 4. n. 16. & Carau. in rit. 228. q. 2.

Limitatur secundo: Nisi Baro haberet priuilegium abdicatiuum, nam tunc in tali casu personæ Ecclesiasticæ non possent in præiudicium Baronis variare forũ, vt pluries decisum fuisse per Sacr. Reg. Cons. testatur Addit. magna ad Vinc. de Anna in allega. 146. & Marcellus Çalà de modo articulandi glos. 1. nu. 88. de quo Capiblancus pragma. 8. de Baron. à n. 153. & seqq.

Limita tertio: Veram esse communem sententiam, data violẽtia, rapina, vel fraude aliqua, nam ijs cessantibus Ecclesiasticæ personæ non habent electionẽ fori, Afflict. d. dec. 257. n. 2. vers. sed illud capitulum; & in const. regni statuimus, la seconda, n. 13. vers. Data. Niger dicto c. regni quoad decretum nu. 10. & Calà loco cit. n. 89. Amplia, de qua per Annam in allegat. 147.

RESOLVT. CXLVIII.

An citatus à Iudice, coram quo potest petere remissionem causæ, comparere debeat ad petendam dictam remissionem?

1 *Citatus à Iudice incompetente, tenetur comparere, suumque priuilegium allegare.*
2 *Propter contumaciã amittitur priuilegiũ declinandi forũ.*
3 *Clericus citatus à Iudice laico, non tenetur comparere.*

QVæro, an citatus à Iudice coram quo potest petere remissionem causæ, comparere debeat? Respondetur quod primo videtur negandum per tex. ex l. contumacia & ibi DD. ff. de re Iudic. vbi habetur, quod si notoriũ sit, aliquem citari à Iudice incompetenti, nõ teneatur venire, nec ideo incurret pœnam cõtumaciæ.

Contrariũ tamẽ suadetur per tex. in l. si quis ex aliena ff. de Iudi. & in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit; In quibus locis habetur, quod si etiã à Iudice incompetenti citatus prætendat, se non teneri ad comparendũ

quod

1 quod nihilominus venire debeat, & allegare suũ priui legiũ,& causas, quare non tenetur respondere corã ipso, & cum istis concordant text. in c.cum parati,& c.si duobus,vbi DD.de appel.in 6.gl.in c. si Episcopus circa finem 3.q.1.Afflict.in Const.regni statuimus,n.35.in fine,Dec. in c. cæterum in 3.notab.de Iudic.alias talis
2 non comparens est contumax, & propter contumaciã amittit priuilegium declinandi forum,Imo.in c.si duobus in 1.col.in fine de appell.Alex.in l. si quis ex alien. ff.de Iudi.& Franch.in d.c.si duobus,in 8.col.vers.secũdo nota, Affli. in dec.123. Bar.in l.vbi ceptum,ff de Iudicijs,Iacob. in l. si subijciat ff. eodem,Ang. in l.cũ qui ff.de Priuileg.credito. post Inno. in c.ad petitionem in 3.col. de accusationibus,& in cap. super de off.Deleg. Bald.in l.si quis ex consensu C. de Episcopali audien.

In hac tamen controuersia puto tres casus esse distinguendos, quorum primus est, quod vbi certum sit, citatum de iurisdictione citantis esse, tunc merito cõparere debet, ne reddatur contumax,l. contumaciter in fine ff. de re iudicata.

3 Secundus est, quod vbi manifestum est ac euidens, citantem non habere iurisdictionem in personam citati,sicut Iudex laicus in clericum,tunc non opus est,vel comparere, vel allegare priuilegium: Imo Iudex incõpetens sic citans excommunicari potest,c.si Iudex laicus de sententia excommu.in 6.& ita procedit,text.in clem.pastoralis §.Pisana de Sent.& re Iudica.Imol.in l. quidam ff. de re Iudic. Mar. Socc. in cap. postulasti,q. 12.de foro compe.Fel. in c. cum ordine,vbi Dec. in gl. fina. in fine de rescriptis, Bar. in d. l. 1. in 3. col. & ibi Alex. in vers. sed quæro,ff. si quis in ius vocatus, non iuerit,Hip.sing.227.Cara.rit.235.in princ.& in rit.230. n.3.Vrsil.in dec.123.in princ.

Tertius casus est,si sit probabile dubium, an citatus exemptus sit à Iudice citante, & tunc citatus cõparere,& allegare debet suum priuilegium,Mising.in 6. cẽturia obserua.9.& Afflict.dec.136. & ita communis est conclusio,quam in primis sequitur Iaf.in l.ex quacũq; n.31. & 33. ff. si quis in ius vocatus, Fely. in repert. in verbo citatus,Ioan. Andr. in c. scienti de reg. iur.in 6. Iul.Clar. lib.5.§.fina.q.36.n.5. Rebuf.de Priuileg.scholar.priuil. 154.Boer.singu.58. Giga:cons.35.n.3.Gram. dec.29.n.3.& 6.Aufre.ad Capp.Tholo.in dec. 165. Couar.pract.q.c.33.n.2.Perez lib.1.tit.3.l.1.pag.59.Anto. Scapp. de iure non scripto lib.1. c.12. n.2. Petrus Cened.in colle.ad ius Cano.par.2.coll.151. num.1.

RESOLVT. CXLIX.

An Heremita delinquens, sit remittendus Iudici Ecclesiastico?

1 *Heremita delinquens debet remitti Iudici Ecclesiastico.*
2 *Ampliatur in heremitis sæcularibus,qui nõ emittũt vota.*
3 *Limitatur in heremitis, qui sub nullius obedientia manent.*

QVæro, an Heremita delinquens, sit remittendus Iudici Ecclesiastico, an verò possit per Iudicem sæcularem puniri? Respondetur esse remittendũ, quia tales benè gaudent fori priuilegio, & hæc est cõmunis DD.sententia,quã tenuit in primis gl.in c.qui verè 16. q.1.per illũ tex.licet ex illo tex.nihil aliud probari valeat,nisi quod sunt honore digni, vt ibi, cõmunis tamẽ Doctorum sententia est,quod personæ Ecclesiasticę reputantur,& si delinquunt sunt remittẽdę Iudici Ecclesiastico,vt voluit etiã gl.in c.nulla 92.dist.gl.in l.1.vers. non possunt ff.de in ius vocando,Angel. in cõs.121.col. fin.vol.1. Corn.in cons.331.n.10. vol.2.& idem Angel. in §.1.col. fin. in Auth. apud quos oportet Episcopus, Anto.de Butr.in c.2.in fine de foro cõp. Ioan. de Imol. in clem.2.de Præben.Philip.Franc.in c. indemnitatibus §.cæterum not.3. de electione in 6. & idẽ Ant.de Butr. in cons.19.col.pen.vers.ad nonum,vbi asserit tales Heremitas sub Episcopi obedientia esse,argumẽto c.aliud 11.q.3.& quod reputantur personę Ecclesiasticæ,& clericorum priuilegio gaudent, tenet etiã Card. Zabarella in clem. penul. in 9.quæst. de sent. excommu.tenuerunt Andr.Sicul.Frãc.de Aret.& Fel.in d.c.2.& c.j.§.4. Ad quod faciũt notata per Rot. in antiq. in dec. 167. Nota quod etiam si mulieres viuant sine professionis obligatione,& in Regula nõ approbata, quod sunt sub iurisdictione Iudicis ecclesiastici, & similiter notat Phili.Franc.in d.§.cæterum not.3.& in effectu idẽ videtur concludere Abb. in c. cum ad monasterium n.3. de elect. dũ asserit confirmans opinionem gl. quod Heremita non dicatur persona Religiosa: Ego etiam,vt ipse dicit,teneo,nempe quod nõ sit persona Religiosa,licet gaudeat priuilegio fori,& sic fatetur, quoad forum reputari Religiosum, quod voluit etiam Io. de Firmo in tract. de Episcopo lib.2.col.fi.vers.68. & tenet Ang.de Clauas. & Bartho. Fumus in summis eorum in verb. Heremita.

Contrariam vero sententiam tenuit Io. de Lignano in clem. per literas de præben.& dignit. dicens, quod sicut heremitæ nati sunt laici, ita perseuerant sub iurisdictione Imperatoris, quem sequutus est Aufrer. ad Capell. Thol. in dec. 8.& 9. & Bellug. in Spec. Princ. rubr.11.§. nunc videndum post n.6. eos tamen reprobat Boer.in tract.de stat.& vit.heremit.n.14.

2 Adhæreo tamen priori opinioni,vt.s.heremita delinquens,sit Iudici ecclesiastico remittẽdus:quæ ampliatur,vt procedat non solum in heremitis, qui profitentur tria vota Religionis,vt sunt Camaldulenses,de quibus nulla extat dubitatio,& de eis loquitur text.in c.1. de relig.domib. in sextò,& in c.priuilegia de verb.sign. sed etiam procedat in heremitis sæcularibus, qui non emittunt vota Religionis,ipsi enim gaudent priuilegio fori, nam eorum vita est Religiosa,c.fi.15. dist. & in c. indemnitatibus §. supradicta de elect.gl. in c. qui verè 16.q.1.Rot.in dec.7.de iur. patr. in antiq.

3 Limita nunc in heremitis profugis, qui non sunt adstricti alicui Regulæ,nec subsunt alicui Superiori Religioso, isti enim delinquentes, non remittuntur Iudici ecclesiastico,ita Archid.in c.qui verè 16.q.1.Sylvest.in verb. heremita num. 2. in verb. Ecclesia §. 1. num.51. Nauar.in manual.c.27. num.79.post Abb.in c.ex parte num.4.de cõuers.coniug. Fely.in c.cum sit generale de for. comp. in 2.col.& Aufr.ad Capell.Thol.in dec.8.& idem Abb. in c.nullius eod.tit. & secundum hanc limitationem intelligi debet opinio Ioan. de Lignano in clem.per litteras de præben. & dignit.

RESOLVT. CL.

Laicus ordinatus à non suo Episcopo, si delinquat, an sit remittendus?

1 *Laicus factus clericus à non suo Episcopo, est remittendus ad Iudicem ecclesiasticum.*
2 *Cognitio validitatis, vel inualiditatis ordinum spectat ad Iudicem ecclesiasticum.*
3 *Per ordinis receptionẽ, licet illegitimam,imprimitur character.*
4 *Sunt quædam in ordine, quæ requiruntur de necessitate, quædam de congruitate.*

QVæro,an laicus effectus clericus à nõ suo Episcopo, absq; sui Ordinarij licentia si delinquat, sit remittendus Iudici ecclesiastico: Videtur quod non, quia clericatus collatio facta à non suo Episcopo,sine licentia,vel consensu sui Episcopi,non valet,c.eos iuncta gl. super verbo statutum & c. cum nullus de temp. ordin.in sextò,c.1. vbi Archid.71.dist.Ioa.Andr.in c.fi. extra de temp. ordin. Dec.in c. cum non ab homine in 3.col.num.69.de Iudic.Guid.Pap.in dec.449.de Frãch.

dec.189.n.7.Burrel.in cons.15.in 3,col.n.18.& nouissimè Conc. Trid.sess.14. de reform.c.2.si igitur non valet,remanet laicus, & vti laicus puniri debet per Iudi-
1 cem sæcularem;Sed hoc medio non obstante in contrariũ est veritas, vt scilicet clericus ordinatus à non suo Episcopo gaudeat priuilegio fori,ad quod fundandum triplex allegatur ratio. Prima,quia huiusmodi cognitio, an aliquis fuerit ritè ordinatus spectat meram spiri-
2 tualitatem, quæ pertinet ad Iudicẽ ecclesiasticũ, quia corã sæculari sufficit Bullarũ clericatus demonstratio, vt habetur in Rit. Mag. Cur.235.vbi plenè per Carau. & de iure cõmuni est text.in c.si Iudex laicus,vbi DD. & specie in Gemin. de sent. excom. in sextò, cap.tuam de ordinũ cognitione, c.causã,qui fil.sunt legit.Gram. dec.81.post n.7. & maximè quia hoc videtur inspicere iudicium proprietatis, seu validitatis, vel inualidatis clericatus,cuius iudicij indagatio,semper ad ecclesiasticum pertinet, Rip.in c. decernimus in dub. de iudic. vt refert de Franch. in dec.186. in princ. & Franc. Marc.in dec.451.n.6. part.1. Put.in dec.291. lib.2.

3 Secunda ratio est, quia per ordinis receptionẽ quãuis illegitimam imprimitur character, c. filij, vbi Domin. & Præpos.56. dist.D.Tho.in 4.dist.25. art.1. Diaz pract.crim.canon.cap.12. in fi.Sylu.verb.ordo.4.nu.2. de Franch.dec.189.Guid.Pap.in dec.449.Burrel.d.cõs. 15.in fi.post Bart.in l.nemo potest in 1.col.ff de leg.j.& Bal.in c.ex parte in vlt.not.de consuet.qui dicũt,quod licet à principio illius ordinis collatio absq; Ordinarij licẽtia illegitima sit,ex dispositione Sac.Cõc.Trid.sess. 14.c.14.tamen si ille sit ordine insignitus tenet,& valet ordinatio, quia quod multoties fieri non debuit, factũ tenet,l.2.§. biduum ff. qaando appellandum sit, l.relegatorum §. ad tempus ff.de interdict.& releg. l.patre furioso ff.de his qui sunt sui,vel alien. iur.& tex.in c. ad Apostolicam de Regul.

4 Tertia ratio est ex mente D.Th.in 4.dist.25.art.j.qui ait, quædam esse quæ requiruntur de necessitate huius Sacramenti,sine quibus Sacramentum non suscipitur, vt sexus,voluntas,&c. quædam verò de necessitate præcepti propter cõgruitatem Sacramenti,sine quibus suscipitur, vt quod quis non sit irregularis, & alia; vnde cum in casu nostro concurrant ea, quæ sunt de necessitate Sacramenti,licet ordinatus nõ sit à suo Episcopo, & absque sui Ordinarij licentia,non ideo Sacramentũ, seu character non imprimitur, & in omnem casum, Ordo datus,pro non dato haberi non potest,glos.in c.primatus 71.dist.& Burrel.loc.cit.& Sylu.in summa verb. ordo,il 4.num.2. Aug. in vers. clericus num. 6.

RESOLVT. CLI.

Clericus habens fratantiam & delinquens, an sit remittendus Iudici Ecclesiastico?

1 *Confratantia Neapoli est verum beneficium.*
2 *Beneficium ecclesiasticum non confertur nisi clerico.*
3 *Destinatus ad clericatum, non est capax fratantiæ.*
4 *Beneficium ecclesiasticum non confertur nisi per Episcopũ.*
6 *Beneficium requirit onus spirituale.*
6 *Beneficium conferri debet purè,aliàs committeretur simonia.*

EX Conc. Trid. clericus in minoribus constitutus, non gaudet priuilegio fori, nisi beneficium ecclesiasticum habeat,aut clericalem tonsuram,& habitum deferat,alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario clericorum habitum, & tonsuram deferat,aut in aliqua Schola,vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur: Nunc dubitatur quid in clerico,qui obtinet
1 fratantiam,quæ Neapoli cõfertur in titulum beneficij, num si delinquat, ad Iudicem ecclesiasticum sit remittendus.Et affirmatiuè respondeo;nam hæc fratãtia dicitur verum beneficium ecclesiasticum,cũ habeat omnia illa quatuor requisita,quę sũt de essentia beneficij.

2 Primò,vt conferatur clerico,c,cum adeo vbi DD.de rescrip.c.ex insinuatione de procuratoribus,Ioa.Cald. in cap.in nostra n.5.de rescript. & ibid.Felyn.n.9.Dec. in rub.eiusd.tit. n.7. Anch.in repet.regul. benef. de regul.iur.in sextò.Selua de benef. q.1.in princ.n.6. Abb. in cons.47.n.5.2.part. Gig.de pensio.q.8.nu.7. idem q. 86.Rebuff.de pac.possef.n.286.Barb.in clem.causam, § quod si forte nu.57.de elect.& Roch.in tract. de visita. in glos. & Benefic.in princ.

Ex quo infertur quod destinatus ad clericatum non
3 est capax huius fratantiæ, vt concludunt Innoc. Ioan. And.& DD.in cap.2.de institutionib,Abb.& Dec.post alios in c.cum adeo n.4.de rescript.Arch.in c.1.12.q.1. & gl.in c.ex litteris in fi.de transact.cui addo aliam gl. in l.si non dum C.de furt.vbi dicit talem destinatum ad clericatum, nec esse ecclesiastico Iudici remittendum.

Secundò,vt beneficium non conferatur nisi per Epi-
4 scopum,vel Prælatum ecclesiasticum,c.2. de institutionib.c.ad hæc, vbi DD.de off.Archid.licet quandoq;interueniat præsentatio patroni laici, cap. illud de iure patron. & cap.1. eod. in sextò.

Tertiò, vt habeat onus spirituale, vel spiritualitati
5 annexum, quia propter Diuinum officium datur beneficium,cap.fi.de rescrip.in sextò,Bart.in l.qui sub prætextu C.de sacrosanct.eccl.Bal.in l.penul.in fi.C.de testam. milit.

Quarto, vt prouideatur purè, absque aliqua condi-
6 tione, & pacto, aliàs esset simonia, secundum Ancharan. in cap. beneficium de reg. iur. in sextò, Selua de benef. par.1.q.1. Roch. in tract.de visit.gl. 51. sed hæc omnia quatuor requisita concurrunt in fratantia, ergo est beneficium ecclesiasticum, & sic clericus in minoribus obtinens fratantiam delinquens, remittendus est Iudici ecclesiastico.

RESOLVT. CLII.

Renunciatio facta à Nouitio profiteri volente in Religione, si efficiatur postea Episcopus, an reuocetur?

1 *In renunciatione facta à Nouitio professuro religionem, intelligitur conditio,scilicet si permanserit in religione.*
2 *Quælibet donatio reuocatur ob causam non sequutam.*
3 *Renunciatio conditionalis euanescit deficiente conditione.*

CONtingit dubitari si Religiosus effectus Episcopus reuocare possit renunciationem per ipsum factam tempore ingressus cum debitis solemnitatibus, iuxta formam Concil.Trid.sess.25.cap.5. de regular. & dicebatur pro opinione affirmatiua, posse scilicet reuocare,per regulam cessante causa,& cap.ob cessantẽ enim causam,& conditionem,ob quam præsumitur facta,nempè, re in eodem statu permanente, videlicet si
1 permansisset Religiosus, propterea factus Episcopus illam reuocat,ex eo,quod in quolibet actu,& cõtractu intelligitur illa clausula,rebus sic stãtibus,seu re in eodem statu permanente,l. quod seruus vbi Ias.n.8. ff. de condit. ob caus. dat. Marta in tract. de clausulis p.1. claus. 123.

Item dicebatur,regulam in iure esse generalem,quã-
2 libet scilicet donationem,seu renunciationem reuocari ob causam non sequutam,l.2.C.de condit.ob caus.& maximè vbi fit per ingressum Monasterij,quia tunc arguitur causa finalis,secundum Crauett.in cons.152.ita in specie donationis ob causam ingressus, concludit. Natt.cons.180.n.5.vers. quod etiam sine aliquo pacto, Dec.cons.86.vol.1.col.5.n.5.vers.& ista donatio,Socc. cons.183. eleganter num.3. colu.3. vers. postremo,qui ampliat,

ampliat, maximè quando sumus in donatione magna, vt est ista, de qua agimus: cum non sit verisimile, quod donasset, si vellet remanere in seculo, & hoc consSocc. est inter cons.Ruy.204.lib.1.idem voluit Dec. cons.74. num. 11. vers. quibus tamen non refragantibus, Curt. Iun. cons141.habita diligenti col.4.num.13.Cagnol.in l.1.num.37.ff.de orig.iur.Ias.cons.103. alias 104. col.2. lib.1.Rebuff.de priuil. schol. q.163. vbi loquitur in donatione facta à scholare discessuro è studio, & applicat ad Religiosum, qui egreditur è religione, Rim. cons. 877. num.3.vers.2.lib.5.addit.ad Dec.cons.31.in verb. exhibitio, Tiraquell. in tract. cess. caus. num.232.p.1. vers. renunciandis: de essentia enim renunciandi, secundum Molfes. in cons.99. est, vt status renunciantis mutetur, concurrat renunciatio ex defectu voluntatis renunciatura, & etiam, quia in dubio semper facienda est coniectura, vt dicamus renunciationem ad hūc casum nō extendi, cum sit stricti iuris, & potius restringi
3 debet, quam ampliari: Item quia renunciatio conditionalis euanescit deficiente conditione, l.cedere diem ff. de verborum, & rerum signi.l.qui heredi §.de cond. & demon. cum innumeris alijs cumulatis per Surd. cons.332. num.6. vol.3. sed nunc deficit conditio, sub qua præsumitur facta renunciatio, videlicet si renuncians perseueraſſet in Monasterio, & consequenter ob Episcopatus dignitatem exiuit à Monasterio, cessauit conditio, & renunciatio euanuit.

RESOLVT. CLIII.

Vicario perpetuo, an verò Rectori Ecclesiæ, cui Parochialis est vnita debeantur decimæ?

1 *Decimæ potius debentur Rectori Parochialis Ecclesiæ, quam Vicario perpetuo.*
2 *Vicario perpetuo debetur congrua substentatio.*
3 *Si nullus apparet Rector Ecclesiæ, nec constat de vnione, tunc Vicarius perpetuus habet intentionem fundatam quoad ius percipiendi decimas.*

IN vna Marilianen. fuit resolutum, decimas potius deberi Rectori Ecclesiæ, quam Vicario; nam licet
1 Vicarius perpetuus, qui habet curam animarum, & spiritualium, ad cap. cum secundum de prębe. videatur etiam super decimas habere fundatam intētionem de iure communi ad glos. in vers.necessitas in cap. exposuisti eod. tit.& ad dec. Rot. 341. alias 5. de off. Vicar. in antiq.pro quo & Card. in clem. vnica q.9.vers. oppono ad hanc solutionem eod. tit. & in cap.1. col. 77. extr. eodem, Mohed. dec.5. de Parochis, facit Caputaq. dec.339.par.3. Rebuff. de Cong.Por.q.fin.num. 107. & seq.quæ intelligas procedere tantummodo pro
2 sua congrua substentatione assignata, Rot. dec. 5. de offic. Vicar. in antiq. Crescent. dec. 2. num. 1. de decim. Caputaq. dec.339. num. 2. par. 3. In reliquis autem decimis habet fundatam intentionem Rector, vel cui est beneficium vnitum, Cardin. in clem.fin. ad fin. de decimis, Mohed. dec.5. eod. tit.Caputaq.dec.353. num.3.part.2.& d. dec.339. num. 3. & 4. par. 3. si verò
3 nullus Rector adesset, nec appareret de vnione, tunc Vicarius perpetuus fundatam habet intentionem de iure communi quoad omnes decimas, Rebuf.in tract. de congrua port. num.110.vers. & tertius est, Vitalin. in clem.1.num.71.de iur. patr. & fuit resolutum in vna Pampilon. decimarum 14. Ianuarij 1591. coram Seraphi. & in eadem causa 13. Decembris 1692. coram Pamphil. & ita seruauit eadem Rot. in vna Bellicen. coram Marco Antonio, cuius tenor est: Cum omnes fructus spectant, de iure ad verum Rectorem, & ideo etiam Vicarius perpetuus tantum congruam habere debet pensionem, ad cap. extirpandæ, §. qui verò, & ibi per Abb. in vers. nota ibi congruentem de præbendis, etiam respectu decimarum, ad notata per Imol. in clem.1. col.vlt.vers.vlterius quærit,& ibi per Card. col.4.vers.15. quæritur de iure patr. quod probatur in d. cap. extirpandæ in princ. in cap. 1. iuncta glos. de pręben. in sextò, vbi quia super decimis assignata fuerat pauca portio non sufficiens Vicario, iura volunt esse ei assignandam congruentem; Domini in vna Bellicen. decimarum coram Marco Antonio fuerunt, quod præsupposita bona, & valida vnione Rectoriæ, Vicarius perpetuus non benè egisset ad omnes decimas, ad notata per Bonifac. de Vital. in clem. 1. col. vlt. vers. conclusio decima sexta num.114. de decimis, & text. in cap. si perpetuus de fid. instrum. vbi secundum intellectum Host.relatum per Ant. de But. ideo Vicarius perpetuus agebat ad decimas, quia erant ei assignatæ, & ita decisio Rotæ, & aliæ in contrarium intelligantur; debebat autem petere sibi congruentem portionem assignari, quam Domini dixerunt in sententia illi reseruandam.

RESOLVT. CLIV.

Vicarius pronuncians condemnatum in exilium colligere sarcinulas infra mensem, si infra illum concedatur dilatio alterius mensis, à quo die incipiat secundus?

1 *Dilationé mensis à Vicario concessa, si nondum elapso dicto mense concedat dilationem alterius mensis, non attenditur tempus datæ, sed secundus mensis debet computari à fine primi.*
2 *In rescriptis ad lites attenditur tempus datæ.*

VIcarius cuiusdam Curiæ Episcopalis condemnauit Clericum in exilium pro aliquibus delictis, per quinquennium, & vt iuris est, concessit terminum vnius mensis ad colligendum sarcinulas, postea infra illum mensem concessit dilationem alterius mensis: fuit dubitatum à quo die incipiat currere dicta dilatio secunda, ab vltimo die primi mensis concessi, & non dum elapsi, vel à tempore datæ, & dicebatur contra in-
1 quisitum, debere incipere à tempore datæ, iuxta naturam rescriptorum, & gratiarum, c. si eo tempore de rescript. in sextò, & cap. cum cui de præb.eod.lib. latè de Franch.dec. 61. & 426. Item dicebatur rescriptum esse stricti iuris, Affl. in decis.366. Verall.decis.153. par.1. & pro omisso habetur, quod in eis non fuit expressum; secundum opinionem, quam dicit esse canonizatam per Rot. Caputaq. in dec.154. part. 1. & in decis. 282. part.2. & rescripta gratiosa recipere strictam interpretationem, & non extendendā, testatur Caualc.in dec. 21. de iudic. Cranet. cons. 172. Guid. Pap. singul. 635. Natt. consil.39.vol.1. & extra res, & personas in eo non comprehensas non trahi, Magon. in dec. Rot.Lucens.52.Rot.in decis.10. vt lite pendente in nouis.

Supradictis non obstantibus pronunciauit dictus Vicarius, me consulente, supradictam dilationem mensis secundi, non à die datæ, sed à die vltima primi mensis concessi computandam esse; motus authoritate Vinc. de Ann.sing.227.qui refert ita esse vsu receptum, & quotidie practicari allegat Oldrad. idem tenent. in cons.50. Socc.in cons.39.num.54.vol.1.Fel.in c.eam te de rescript.in fin. Guid.Pap.in dec.109. & in sing.715. Cagnol. in l.2.num.142.C. de pact. inter empt.& vend. & Castrens. in l. vt verborum num. 8. C. qui admitti.
2 Non obstat, quod in rescriptis attenditur tempus datæ, quia procedit in rescriptis ad lites, quæ sunt odiosa, secus in gratiosis, vt hic, Bal. in l. si falsus col. 7. C. de furt. Castr. in l.si quis filio exheredato ff. de iniutestam. Alex. 46. vol.5. & Ann. in alleg. 37. num. 4. & seq. vol.1.

RE-

RESOLVT. CLV.

An attendendum sit consuetum in beneficijs ecclesiasticis?

3 *Beneficia S. Antonij conferenda sunt professis regulæ ipsius Monasterij.*
2 *Consuetudine induci potest vt fructus beneficij vacantis pertineant per aliquod tempus adhæredes defuncti.*
3 *Valet consuetudo vt ad Episcopum tantum, vel ad Capitulum tantum pertineat beneficiorum collatio.*
4 *Consuetudo quod Episcopus creare possit nouum Canonicum pro suo iucundo aduentu, vbi prębendæ non sunt distinctæ, valet.*

IN facti contingentia interrogatus, an esset attendenda consuetudo beneficij ecclesiastici. Respondi affirmatiuè, & ad corroborandam opinionem allegaui Hostiens. in cap. authentica num.3. de electione,
1 & ad multa inferebam. Primò, ad consuetudinem S. Antonij Viennensis, in qua habetur beneficia eius ordinis conferri debere professis illam Regulam, non habito respectu ad tonsuram, & ad caracterem clerica-
2 lem, Paris. cons.126. an collatio num.19. lib.4. Secundo infertur ad consuetudinem, quæ induci potest, vt fructus beneficij vacantis per aliquod tempus ad defunctum pertineant, eiusque hæredes, Couarr. cap. cum in officijs sub num.9. vers. est & egregius, de testam. sed in hoc puto requiri priuilegium Apostolicum. Tertiò infertur, quod consuetudo facit nos cognoscere naturam beneficij, sit ne electiuum, nec ne, Rip. respon.5. Quarto inferunt, quod licet de iure communi, potestas conferendi beneficia particularia spectet ad Episcopum, & Capitulum simul, & sic copulatiuè, ita
3 vt non possit vnus sine altero; tamē cōtraria consuetudo potest facere, vt spectet, aut ad Episcopum tantum, aut solum ad Capitulum, pro quo facit cap.cum Ecclesia Vulterrana in fin. de elect. cap.cum venerabilis de consuet. cap. tuarum de autho. & vsu palij, Ant. in cap. fin. circa fin. de supple. neglig. Prælat. Abb. cons.67.condescendo num.3.lib.1.vbi ait quod de consuetudine potest ad solum Capitulum pertinere receptio Canonicorum, idque trahi potest ad consuetudinem cuiusdam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris, in qua est consuetudo conferendi Capellas, & in dicto loco non reperitur alia Ecclesia, quæ habeat ista iura Episcopalia, quę etiam competebat in collationibus Prioratuum vltra canonicatus, sed tamen adest regula canonica reseruatoria circa dignitatem. Quinto infertur ad consuetudinem, vt Episcopus pro suo iucundo aduentu possit creare nouum Canonicum, etiam si nu-
4 merus sit taxatus, & iuratus, si prębendæ non sint distinctæ, Rot.Roman. dec.11. Vtrum valeat consuetudo, quod Episcopus per tot. de consuetud. in antiq. Felyn. in cap. constitutus num.23.de rescrip. licet corruptè loquatur in libro meo, Rot.dec.2. Sexto infertur ad consuetudinem, vacante prębenda in Ecclesia Collegiata, Prior eam conferat Canonico antiquiori, volenti dimittere suam, etiam si existant expectantes Apostolici, Oldr.cons.285.col.1.

RESOLVT. CLVI.

Qualis mentio fieri debeat in dispensatione Papæ contra decreta Concilij generalis.

1 *Quando Papa dispensat contra decreta Concilij generalis, requiritur expressa mentio dicti Concilij.*
2 *In derogandis decretis alias à Summo Pontifice factis, non requiritur expressa mentio ipsorum, quando non sunt facta in Concilio generali.*
3 *Constitutio Conciliaris habet tacitè clausulam derogatoriam.*

QVando Papa dispensat in iure Canonico, vel dispensat in Concilio generali nouo, vt est Trid. vel in alijs Concilijs generalibus, vel decretis à se, vel
1 à Sede Apostolica factis in Concilio generali; oportet vt specialiter exprimat, se derogare tali decreto Concilij: ita se habet praxis, vt ait expresse Couarru. lib.4. var. resol. c.16.nn.6. col.3. & Dispensatio a duersus decreta Concilij, & Canones sufficiens non censetur, nisi in specie fiat eorum derogatio, illis quidem verbis non obstante aliqua lege, vel Constitutione, etiam in Concilio generali statuta, Archid. in cap.1.de constit. lib.6. text. in c.ex parte, & c.vltimo de capell.monac. c. eam te de ætat. & qualit. c.nonnulli de rescript. vbi Scribentes, maximè Fel. cons.4. Alex. consil.187. lib.5. Iacoba. de Conc. lib.5. art.18. Tamen in derogandis decretis, aut Constitutionibus solius Summi Pontificis, non est necessaria mentio ista per verba prædicta specialia, iuxta communem omnium resolutionem; hæc Couarr. vide etiam Alban. de Conc.1. part.cap.2. Cord. lib.4. q.8 part.3.

Vnde Rota, teste Verallo in dec. 676. part.1. voluit per hæc verba, Conc. Lateran. sub Leone X. celebra-
3 tum sess.9.cap.dispensatione, in reformatione Curiæ requirit specialem derogationem, quia est Constitutio Conciliaris, quæ dicitur habere tacitè derogatoriam clausulam, secundum Archid. in cap.1.de Constit. in sextò, Rom. in l. si verò §. de viro num.45. in 23. fallen. ff. solut. matrimon. Felyn. in cap. nonnullis colum. 4. de rescript. & cum additur Concilio generali, de quo in cap. de multa de præben. non dicitur derogatum per clausulam, non obstante ordinatione Concilij Lateranensis, prout resolutum fuit in causa Salamantina Parochiali de Mingueda, die 20. Maij coram Domino Romano.

RESOLVT. CLVII.

An spes de qua in capitulo finali de immunitate ecclesiarum, sit finalis, vel solum impulsiua?

1 *Delinquens in Ecclesia, sine spe gaudendi immunitate, debet ipsa gaudere vtpotè ex verbis rixosis ibidem nouiter ortis, seu non ex proposito, & consultò, sed repentino impetu.*
2 *Sub spe immunitatis dicitur quis delinquere in ecclesia, quando ex electione, & proposito delinquit.*

IN causa immunitatis Ecclesiæ, dixi spem, de qua in d. cap. fin. esse finalem causam decisionis illius, per notata per Franch. in cap.cum cessante, & ibi Abb. de appell. Corset. in reperto. in vers. causa final. sed dubitari posset, an aliæ causæ ibi relatæ in fin. sint etiam finales, & quod non, patet, nam sequeretur, numquam delinquentem in Ecclesia immunitate gaudere, subsistentibus dictis duabus causis: hoc tamen falsum est; & sequeretur ex ijs, quod si quis secluſa spe immunitatis in Ecclesia delinqueret, se defendendo, non gauderet, cum in eo dictæ rationes militent, argum. cap. cum cessante de appellat. à contrario sensu; & tamen hoc falsum est, cum defensio, quæ est de iure naturali, secundum Plaz. in epitho. cap.28. non possit tolli per iura, quæ de immunitate loquuntur, cum illa sint de iure positiuo, Couarr. lib.2. var. resol. cap.20. num.2. Nec obstat dicere, quod occidens ad sui defensionem, non dicatur delinquere, iuxta notata in clem. si furiosus de homicid. nam delinqueret certè excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, & esset vltra pœnam ordinariam puniendus mitiori aliqua. Hyp. pol. in l.1.num.40. ff. de ficar. & tamen talis immuni-

tate

tate gaudet absque dubio, vt notum est, & ex hac, & alijs rationibus, obtinuit communis opinio vt si quis
1 delinquat in ecclesia sine spe gaudendi, quod gaudeat immunitate, teste Remigio de immun. fallen. 3. n. 4. vbi communem dicit, & eandem opinionem communem, & magis æquam appellat Abb. in d. cap. fin. n. 7. circa med. ibidem Hostien. Ioa. Andr. Butr. Anchar. & Hugo, qui dicunt, si sine spe, veluti ex verbis rixosis ibi nouiter ortis deliquerit, quis immunitate gaudeat, Turrecrem. in canon. diffiniuit 17. quæst. 5. verb. secundus est, Summa Ang. in verb. immunitas nu. 17. dicit, omnes ita tenere, Aufre. ad Capel. Thol. q. 432. Sylvest. verb. immunitas tertio illius nomine q. 2. vers. tertium est, qui omnes, & alij relati per Gomez volunt, si probari poterit delictum, non esse commissum sub spe, gaudebit immunitate, hoc autem probabitur, asserendo quod non ex proposito, & consulto, sed ex repentino animi affectu, & impetu commissum sit, vel etiam casu fortuito, quia illa præsumptio communis, est solum præsumptio iuris, & eam communem appellant Bellug. in Spec. Princ. fol. 51. col. 1. & nouiter cõmunem dicit Quesada in varijs q. cap. 1. vbi dicit hunc textum limitari, quando non ex proposito, sed à casu, & impetu, commissum sit delictum; quorum ratio est,
2 quia spes immunitatis trahit secum electionem, & propositum; ista autem non procedunt in eo, qui ira, iusto dolore, ac impetu, animi affectu quocumque delinquit, vt eleganter probat Menoch. de arb. iud. cas. 361. num. 18. vbi dicit quod ita animi motus, & iracundia tollunt qualitatem cogitãdi, & præmeditari de delicto, ex quibus apparet, quod hæc sit communis opinio, & ita dicit Ioan. Visch. in dicto cano. diffiniuit, nempe opinionem Abb. esse magis substantialem in disputando, tamen in iudicando, non esse recedendum à communi opinione, quæ est suffulta omnium authoritate; & sic apparet, quod contraria opinio non sit ita communis; neque illam Clar. §. fin. pract. crim. quæst. 30. vers. item quæro, appellat communem, nec magis communem, sed solum sequitur illam; & sic nullus reperietur, qui contrariam communem dicat, minus communem, & solus Abb. Couarr. & Iul. Clar. eam tenent, qui non debent prævalere, contra tam graues viros, numero, & authoritate non inferiores.

RESOLVT. CLVIII.

An beneficium vacans de iure, & non de facto, possit conferri?

1 *Potest conferri beneficium vacans de iure, & non de facto, quando possessio est euidenter iniusta, & non colorata.*
2 *Quando beneficium vacat de iure, & confertur ab Ordinario, valet collatio non obstante possessione colorata, ex quo non datur subreptio.*
3 *In collatione facta à Papa vel Legato, in qua potest cadere subreptio, debet fieri mentio de colorata possessione alterius.*

DIfficultas est; an beneficium, quod vacat de iure, licet non de facto, quia aliquis est in possessio-
1 nem intrusus, rectè conferri possit? & posse conferri, docet Rot. decis. 9. de iur. patr. in antiq. Lupus alleg. 16. vbi Mandos. addit. 1. dicens, veram & communem conclusionem, Fel. in cap. cæterum de rescript. num. 24. Rebuff. in prax. tit. requisita ad collationem num. 60. & de prohibita beneficiorum viventium impetratione num. 47. & 48. & verb. beneficium num. 86. Lamber. 1. part. 2. lib. q. 6. art. 9. num. 10. de iure patr. Cora. cap. 7. num. 4. de benefic. Duaren. lib 6. cap. 1. de benefic. & Hoieda de incompatib. benef. cap. 4. an... & cap. 13. num. 60. & post eos Gonzal. ad reg. 8. Cancell. de altern. mensium glos. 15. §. 1. à num. 39. quod procedit quando possessio est euidenter iniusta, & in terminis cap. licet Episcopus de præben. in sextò, per cap. de multa eod. tit. secus verò, vbi possessio est colorata, & color non est cassatus à iure, vel ab homine; nam tunc colorata possessio alterius, ante cassationem reddit inualidam collationem alteri factam, & attenditur illa inualiditas etiam in collatione Ordinarij, ex defectu potestatis, ne videatur conferre beneficium viuentis, & non ratione subreptionis, quæ non cadit in Ordinario, ita Abb. num. 19. post Butr. in c. cum in nostris de concessione præbendæ, & Imol. ibi, Franc. in d. cap. licet Episcopus num. 2. & videtur tenere Fel. in cap. in nostra de rescrip, col. 29. & Selua 3. p. 12. 13. qualitate num. 19. de benef. Sed contrarium tenent alij, scilicet quod valeat collatio facta ad Or-
2 dinario de beneficio vacante de iure, non obstante colorata possessione alterius, ex quo in eo non datur subreptio, quæ solum consideratur in proposito, tenet Cald. Host. Ioa. And. in d. cap. cum in nostris, Menoc. de arb. Iudic. lib. 2. cas. 201. num. 152. Flam. Paris. de resig. lib. 8. q. 9. num. 69. & idem videtur tenere Gambar. de off. Legat. lib. 3. num. 511. iuncto num. 566. & Greg. Lopez in glos. 00. tit. 16. p. 1. glos. fin. ibi alias enim conferri potest, & hoc etiam tenet Cosmas in Pragmatica sanctione tit. de pacific. possess. ad fin. verb. prouideatur, nisi collatio fiat post triennalem pacificam possessionem cum titulo colorato, declaratione non præcedente, ex illo text. & regula, quam tenet etiam Franc. Marc. dec. 141. par. 2. num. 1. & 10. & videtur sentire Lapus dicta alleg. 16. ibi, quia literæ fuerant subreptitiæ; in prouisione autem Papæ, vel Legati, in
3 quibus cadit subreptio, facienda est mentio de colorata alterius possessione, alias est subreptitia, & nulla, d. cap. cum in nostris, & ibi DD. Felyn. in d. cap. in nostra num. 36. Selu. d. par. q. 11. 20. qualitate, n. 34. seu 120. Bero. in cap. super literis de rescript. num. 72. vers. 17. & Menoch. dicto casu 201. cum. 139. quæ conclusio limitatur. Primò, vt non procedat in prouisione facta motu proprio, qui excludit subreptionem, vt post Calder. cons. 13. de rescript. & in d. cap. cum in nostris, docent Felyn. cons. 36. num. 35. Selua super nu. 37. seu 115. & Menoch. num. 142. quamuis contrarium teneant Imol. Butri. & Abb. num. 19. in d. cum in nostris ex eo, quod in proposito adsit in Papa defectus intentionis, qui non tollitur motu proprio. Secundo limitatur, vt non procedat in possessione beneficij generaliter, vel specialiter reseruati, ex prouisione inferioris à Papa, nam illa possessio non est colorata, nec considerabilis, sed caret omni affectu, & iuris adminiculo, Imol. in d. cap. cum in nostris, & Felyn. nu. 33. Selua num. 35. seu 105. & Menoch. vbi supra num. 147. Lapus d. alleg. 16. num. 2. & ibi Mandos. lit. E. vnde non est verum, quod aiunt Felyn. ibi num. 36. & Selua num. 36. seu 116. quod si possessio fuisset accepta ignoranter contra reseruationem, & decretum Papæ, qui prius reseruasset beneficium; esset facienda mentio de eo, nam contrarium videtur tenere Menoch. supra num. 144.

RESOLVT. CLIX.

Quis dicitur Vicarius?

1 *Vicarius est, qui alterius vices gerit, vel eius subrogatus.*
2 *Vicarius de iure canonico multipliciter sumitur.*

1 VIcarius, lato vocabulo sumptus, dicitur omnis qui alterius vices gerit, vel est in eius loco subrogatus, l. Vicarius ff. de legation. l. 1. C. de seru. Reipubl. manumitt. ita vt sæpe in iure reperiatur Vicarius seruus, idest ille, qui gerit vices serui maioris in familia,

lia, l. si re §. fin. ibi eiusque Vicarius, & postea ibi dedere Vicarium ff. de noxalib. l. si nouali §. denique, & l. seruus meus ordinarius Vicarius habebat ff. de pecul. vnde in C. habemus titulum de offic. Vicarij, vbi agi-
2 tur de Vicarijs Magistratuum, & Militum. In iure canonico enim Vicarius est nomen magni honoris, & multipliciter sumitur, nam incipiendo à capite: Papa dicitur Vicarius Christi, & primus Vicarius fuit Petrus, & successiuè alij, cap. quanto post prin. cap. inter corporalia de transl. Episcop. cap. vbi periculum §. cæterum, ibi, cum agitur de electione Vicarij Iesu Christi de elect. in sextò, cap. vt nostrum, vt eccles. benef. sine domin. confer. Deinde habemus Vicarium ipsius Papæ, Selu. de benef. 2. par. q. 1. num. 8. Item sunt Vicarij Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, aliorumve Prælatorum, de quibus loquuntur cap. 1. 2. & 3. de off. Vicar. in sextò, cap. 2. de consuetud. eod. lib. & omnes decisiones Rotæ collocatæ sub rubr. de offic. Vicar. in nouis, & quasi omnes sub eodem titulo in antiquis, & in antiquioribus, qui etiam Officiales appellantur, cap. fin. ibi, Officialis, aut Vicarius generalis Episcopi, de off. Vicar. in sextò, de quibus latè per Rebuff. tit. de forma Vicariatus per nu. 342. Item sunt alij Vicarij inferiores, pedanei, seu foranei nominati, de quibus in clem. 2. & ibi glos. verb. foraneo de rescript. Mohedan. dec. 5. de appell.

RESOLVT. CLX.

Primitiæ, & decimæ, an debeantur etiam clericis in ecclesia seruientibus?

1 *Decimæ debentur Parocho, siue Rectori parochialis, & non alijs sacerdotibus Ecclesiæ.*
2 *In noua lege debentur decimæ, & primitiæ secundum consuetudinem, & indigentiam ministrorum, quoad quantitatem.*

PRo affirmatiua faciebat text. in cap. 1. de decim. vbi olim decimæ debebantur Sacerdotibus, verum hoc non obstante contrarium censui in quadam causa mihi delegata, motus his rationibus. Primò, quia Parochus, vel is, cui est beneficium vnitum, habet fundatam intentionem, Card. in clem. fin. ad fin. de decim. Mohed. dec. 5. de decim. Caputaque decis. 353. num. 3. part. 2. & dec. 339. num. 3. & 4. part. 3. decimæ enim, primitiæ, & oblationes sunt de iuribus Parochialis Ecclesiæ, & illæ debentur ratione Sacramentorum, vt per Butri. & Abb. in rubr. de decim. Hostiens. in summa de Parochis num. 2. Put. dec. 169. dubitauit D. Achill. lib. 3. vnde sicut Rector habet intentionem fundatam de iure communi in decimis, DD. in cap. cum in tua, & in cap. cum contingat de decim. ita etiam debet habere in primitijs, quæ eodem modo soluuntur Parochiali Ecclesiæ: & quamuis de iure antiquo, decimę debebantur Sacerdotibus in genere, c. 1. de decim. & habetur in veteri Testamento: Nihilominus postquam fuerunt destinatę Parochiæ, & in qualibet Parochia fuit deputatus Rector pro exercitio curæ animarum, decimæ debentur Parocho tantum, & non alijs clericis seruientibus in ecclesia, vt declarat Rebuff. in tract. de decim. quæst. 7. num. 3. quam opinionem tenuit Host. in summa de decim. quæst. vlt. Summa Angel. in verb. primitiæ num. 2. & pluries resoluit vt in d. dec. Put. 169. & in vna Toletana primitiarum 14. Nouemb. 1586. coram Card. Seraph.

Nec in hoc casu habet locum regula, si quidem consuetudo adest in contrarium, nam licet in primitijs attendatur consuetudo, tamen attenditur circa quantitatem, videlicet intra quatragesimam, & sexagesimam partem fructuum, non autem quoad personam cui debentur, & ita intelligi debet D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 4. vbi dicit, pertinere ad ius naturale, vt homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat ad eius honorem, sed quod talibus personis exhibeatur, aut de primis fructibus, aut in tali quantitate; hoc quidem fuit in veteri lege iure Diuino determinatum. Sed in noua lege diffinitur per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur, vt primitias soluant secundum consuetudinem patrię, & indigentiam Ministrorum Ecclesiæ. Consuetudo igitur est attendenda circa quantitatem primitiarum, nec aliter sentit (iudicio meo) Sot. de iust. & iur. lib. 9. q. 3. art. 4. quia tantummodo refert consuetudinem Hyspaniæ, sed non dicit an in hoc casu requiratur consuetudo, vel præscriptio, & quamuis Summa Sylvest. teneat, quod in hoc sit attendenda consuetudo, quia tota earum determinatio in lege noua est per consuetudinem, tamen repugnat his, quæ supra dixi, quia non est dubium, quod debeantur Ecclesię Parochiali, & consequenter illius Rectori, & Boer. dec. 236. Petr. Hyspan. de decim. q. 13. Summa Anto. par. 2. tit. 4. cap. 3. vers. videndum, Imol. in cap. 1. vbi Abb. in fin. vers. in glosa de decimis: Omnes loquuntur circa consuetudinem in modo, & quantitate soluendi, non autem quoad personam cui solui debent.

RESOLVT. CLXI.

An in decimis, Iudex possit incipere à præcepto?

1 *Ad soluendum decimas compelluntur subditi appellatione remota, & sine retardatione.*
2 *Si laicus allegat consuetudinem, vel præscriptionem pro decimis soluendis, non auditur, secus si allegat priuilegium Apostolicum, vel compositionem.*
3 *Si agatur de decimis non solutis, vel soluendis, incipi potest à præcepto sub pœna excommunicationis.*

1 CAusa decimarum est exequutiua, & incipit à præcepto, & propterea subditi cogendi sunt ad soluendum decimas, appellatione remota, text. in cap. ex multiplici, & in cap. tua nobis, vbi Abb. num. 8. & ceteri de decimis, & notat glos. in clem. dispendiosam in verb. coerceri, de iudic. vbi inter cæteros Ioa. de Imol. num. 12. & Rebuf. de decim. quæst. vlt. num. 21. Triuis. decis. Venetæ 29. num. 16. Marant. par. 6. tit. de appell. num. 304. Marchesan. in tract. commissio. de appell. c. 4. num. 15. & 25. par. 2. fol. 70. vbi dicit commissionem appellationis in causa decimarum dari cum clausula, sine retardatione: & licet glos. ind. cap. tua nobis in verb. tributa, & Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 133. & quidquid alij dixerint, considerandа est etiam distinctio cum Abbate in d. cap. tua nobis nu. 9. & alijs qui eum sequuntur, quia aut laicus allegat solam præscriptionem, siue consuetudinem, & non admittitur appellatio, & sic procedunt iura superius allegata, aut allegat priuilegium Papæ, vel compositionem legitimam, & admittitur, & sic procedit dictum glos. & aliorum: Ratio diuersitatis est ea, quam adducit Abb. loco citato, quia contra ius Diuinum non admittitur præscriptio, aut consuetudo, secus autem fit in priuilegio, aut compositione, vel aliapotest esse ratio, quia fauorabilius est priuilegium, & cōpositio, quam consuetudo, & præscriptio, latè Alex. Monet. in tract. de decimis cap. 8. num. 56. vsque ad n. 61. Ruginel. de appell. §. 2. cap. 3. verb. decimæ nu. 256. vbi sententia lata super decimis non recipit appellationem: Appellari tamen poterit à non admissione exceptionum in iudicio decimarum propositarum, & clarius supradicta firmat ibid. num. 58. & §. 6. glos. 7. cap. 2. Hinc est, quod si agatur de decimis non solutis, incipi potest à præcepto, cum comminatione sub pœna ex-

excommunicationis, vt intra tot dies soluere debeat tantam summam decimarum Rectori, glos. in clem. dispendiosam in vers. præmoniti de iudic. & post Laudens. tenet Card. Zabarell. ibid. num. 17. Imol. num. 10. & Anchar. num. 4. etiam tradunt formam: Idem etiam de decimis in futurum non soluendis, tradunt ipsimet DD. locis præcitatis, & hoc est, quod voluit Rebuff. in tract. de decim. quæst. fin. num. 25. dum ait in materia decimarum posse incipi à præcepto, per cap. peruenit de decim. quod idem tenet Petr. ad collect. iuris Canonici in cap. Pastoralis in fin. eod. tit.

RESOLVT. CLXII.

Episcopus, qui publicauit edictum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ nè ludederetur in sua Diœcesi, an ipse ligetur si iudat?

1 *Princeps licet sit solutus legibus, tamen debet viuere secundum leges.*
2 *Sermo generalis, non comprehendit personam loquentis.*
3 *Vendens ius exigendi pedagium non videtur contra se vendere.*
4 *In generali sermone non venit persona loquentis.*
5 *Episcopus non ligatur suo edicto.*

QVidam Prælatus publicauit edictum in tota sua Diœcesi sub pœna excommunicationis latę sententiæ ipso facto incurrenda, contra clericos omnes, tàm ludentes, quàm ludos inspicientes: Accidit vna die (recreationis gratia) quòd ipsemet Prælatus lusit, & dubitauit an incidisset in censuras, ab ipsomet inflictas? cui quæsito respondi ex illa conclusione iuris, quod licet Princeps sit solutus legibus, debet nihilominus viuere secundum leges, l. dicta vox C. de legibus glos. in cap. cum venisset in fin. de Iudic. Bal. cons. 112. vol. 1. Alex. cons. 342. vol. 2. Dec. cons. 116. vol. 1. Fachin. lib. 1. controu. iur. cap. 1. vnde in Ecclesiastic. dicitur, patere legem, quam tu ipse tuleris, & secundum Fel. in cap. quæ in ecclesiarum num. 29. de constit. Christianus conditor legis debet ipse prius incipere ab obseruantia, vt alijs sit in exemplum; vnde Christus: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis, allegatur ad hoc text. in l. in arenam C. de inoff. testam. vbi mores quos aliquis improbat in personam aliorum, non debet approbare in sua; propterea dicitur in cap. cum ecclesiasticæ de excep. quod habens plura beneficia, contra alium de pluralitate non excipit, & facit text. in cap. significasti de adulter. vbi maritus non potest petere separationem thori ob adulterium vxoris, si ipse quoque adulrium commiserit.

Quamuis enim supra enarrata sic se habeant; contrarium consului dicto Prælato, & mouebar ex eo, quod
2 sermo generalis non comprehendit personam loquentis, l. inquisito C. de solut. cap. petitio, vbi bona gl. de iur. iur. Guid. Pap. sing. 479. & in cons. 24. Alba cons. 17. Hinc dixit Iser. in cap. 1. §. & nunquam, de noua forma fidelitatis iurans defendere aliquē, vel aduocare contra quemcumque non intelligitur iurasse contra se ipsum, nec contra sibi coniunctos, argum. text. in cap. sciant cuncti de elect. Tiraq. de pœn. caus.
3 51. num. 29. Rub. cons. 23. & vendens ius exigendi pedagium, non videtur contra se vendere, Affl. & ibi Vrsil. dec. 319. & in Constit. Regni, qui post crimen num. 16. Artam. in dec. 3. de empt. & vend. Bertach. in tract. de gabel. q. 13. Guttier. eiusdem nomin. tract. q. 22. & facit ad hoc, quod priuilegium à lege concessum Baronibus de reuocandis vassallis, qui aliò vadunt ad habitandum, non extenditur ad eos, qui eunt ad terras Regis, Iser. citat. §. & numquam, Vrsill. decis. 265. Affl. in Const. Regni Monomachiam num. 7. Borrell. ad Bellug. in Spec. Princ. rub. 7. verb. Imperium. Et
4 denique vt supra dixi, in generali sermone, numquam venit persona loquentis, l. 1. ff. de Senator. ex quo potest inferri ad argumentum, quod si promisi dare tibi turrim meam, vel castrum contra cunctos homines, non ideo includor in illa generalitate; nemo enim alterum plusquam seipsum tenetur diligere; ordinata enim charitas incipit à se ipso, cap. si non licet 23. q. 5. & primum debet sibi erogare eleemosynam, deinde proximo, cap. sane cauendum de pœnit. dist. 3. demum accedebat, quòd quemadmodum Princeps non ligatur suis legibus, l. Princeps ff. de legib. l. digna vox C.
5 eod. Roman. cons. 44. Ita nec Episcopis suis constitutionibus, ideo in edicto emanato per eum, ne clerici luderent, persona ipsius non includitur, quod intellige secundum Castr. in d. l. digna vox, sed aduerte personam cum ipso ludentem, non excludi, sed ipso facto incidere in censuras, Graff. lib. 2. dec. aurea. quod dictum, salua eius pace, mihi non placet; nam Episcopus author edicti ludendo cum eo, censetur dispensasse, vt communiter notant DD. in cap. at si clerici §. 1. de Iudic.

RESOLVT. CLXIII.

Nepos ex sorore, an excludat Auum in successione sui patrui, matrimonio contracto *alla noua maniera*.

1 *Renunciatio excludens maritatam ab vniuersali successione, intelligitur quoad bona dotantis.*
2 *Vnius renunciatio, alteri non nocet.*
3 *Quando filia excluditur à successione, excluditur etiam nepos veniens vt hæres, secus si venit ex propria persona.*
4 *Renunciatio quæ fit per mulierem viuente fratre, intelligitur facta si frater erit superstes, & ipso mortuo, soror non excluditur à successione.*

CAsus accidit in personam Donnæ Fœlicis Carmignanæ filiæ quondam Victoriæ Galiotæ, & fuit dubitatum, an veniat admittenda, vel excludenda à successione Francisci Galeoti eius patrui, existente Ioanne Baptista eius Auo materno in medio; Et incipiendo à terminis iuris communis in hac quæstione, indubitatè crederem Victoriam prædictam adhuc etiam viuentem non esse excludendam à successione Francisci, quod probatur, nam licet per generalissimam renunciationem, per exclusionem Montis Capyciorum denegaretur ei successio, intelligi debet quoad bona
1 dotantis tantum: Constitutio, seu renunciatio excludens maritatam ab vniuersali successione bonorum, non extenditur ad alia bona, præter quam dotantis, Thess. dec. 62. & ideo si dotetur à patre, & mater decedat, vel frater, succedit matri, vel fratri, & hæc est communis DD. sententia deducta ex originali doctrina Bal. in l. 1. C. qui admitt. qui ad hoc passim allegatur & hanc sententiam communem, tutam, ac tenendam, dicit Cephal. cons. 278. num. 95. & 96. Anchar. quæst. famil. lib. 3. qnæst. 33. num. 3. ex qua Bal. doctrina proponit regulam dec. Pedem. citata, Dec. in l. pactum num. 8. C. de collat. dicit dotata, quæ excluditur, censetur tantum exclusa ab hæreditate dotantis, & illius à quo habuit dotem: vnde fit, vt filia dotata exclusa per statutum, non censetur exclusa à successione fratrena, etiam si frater transmisisset hæreditatem, & ,us succedendi in alium, vt per Cassan. in consuet. Burgun. tit. de successionibus §. 12. vers. & non, Affl. dec. 178. & hæc est communis sententia, & probatur ex l. vt liberis C. de collat. & l. quoniam nouella in fin. C. de inoff. test. quidquid contra eam dixerit Rom. in cons. 442. & scripserint Ruin. cons. 145. lib. 3. Curt. Iun. cons. 10. Alex. cons.

24.

24.num.6.lib.1. Iaſ. conſ.205.lib.2. Dec. conſ.62. Rol. conſ.76. lib. 3. & hanc ſententiam ampliant aliqui etiã ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, filia, vel fœmina dotata non ſuccedat, quia intelligitur in bonis dotantis, vt per Dec.conſ.589. num.2. & 634. facit communis opinio, de qua per Cabriel. de ſtatut. concluſ.7. lib.6. vbi dicit, quod ſtatutum non extenditur ad perſonas non ſpecificatas, & cum hac ampliatione priorem regulam, & communem opinionem firmando tranſijt in facti contingentia, Senat. Pedemon. in citata decis. & confirmatur huiuſmodi opinio, quod filia in tali caſu excluditur à bonis patris, etiam in terminis Conſuetudinis Neap. tenet de Franch. dec. 307. part.2. vbi latè contra ſororem concludit; quod excluditur ab hæreditate patris, & ad matrem poſt aditam hereditatem, tranſit & vide ad materiam Viui.dec.188. lib.1.

Ampliatur, ſupradicta procedere etiam in caſu, vbi filia renunciaſſet hæreditati fraternæ in manibus patris nam tunc per mortem fratris, non erit excluſa à ſucceſſione fratris; nec talem renunciationem infringere prohibetur etiam ſi iuramento eſſet corroborata, vt tenuit Anch.in cõſ.39.motus illa ratione,ſcilicet quod eſt contra diſpoſitionem l. fin. C. de pact. per quam improbatur pactum factum de hereditate viuentis: & hæc opinio videtur vndequaque recepta,Cephal.conſ. 108. num.21. & ſeq. & propterea Senat. Pedem. teſte Gaſpar. Theſſ. in dec.63. refert Senatum decidiſſe, filiam excluſam à bonis paternis, & maternis, in caſu quo dotata eſſet à patre; nam patre moriente, non excluditur à ſucceſſione patris ſi non dotauit.

Sed dato, & non conceſſo, quod prædicta Victoria virtute ampliſſima renunciaſſet, & eſſet excludenda, non tamen illa renunciatio nocere debet Donnæ Fœlici, quæ venit ex perſona propria, ex latè traditis per Doctores in l. qui ſuperſtitis ff.de acquir.hæred.de qua materia plura traduntur per Franch.dec.69. Addentes ad Neap. in conſuet. ſi moriatur num. 39. fol.99. Surd. conſ.355.& in conſ.85.num.2.conſ.133.num.1. Morot. conſ.22.Peregr.in tract.de fideicommiſſ. art.52. nu.92. & ſeq.Ann. conſ.92. num.19.& ſeq. qui alios cumulat Viui.dec.211.nu.1.Marant.in conſ.104. de Ponte conſil.40.num.6.Menoch.conſ.89. num.15. vol.1. Capriol. de ſucceſſ.nu.519.fol.182.Theſſ.deciſ. 128. in fi. Georg.
2 alleg.30.nu.33.& ſeq.cuius concluſionis ratio eſt, quia vnius renunciatio, alteri non nocet, Piſan. in conſuet. ſi moriatur ſub num.39. Bart.in dicta l. qui ſuperſtitis; ſic etiam Morot.d-conſ.22.Peregr.in tract.de fideicom. art.52.num.9.de Franch. loco cit. vbi hoc dicit eſſe indubitatum.

Amplia, procedere etiam quando mater tempore renunciationis recepiſſet dotem, vel aliquid renunciauit,Lanar.conſ.84.num.5.Surd. conſ.332. num.11. cum ſeq.vol.3.Morot.p.conſ.22. nu.3. idem Surd. conſ.544. num.3.vol.4.Couarr.in cap. quamuis verb. nec. redundet num.2.& ſeq.de pact.Piſanell.loc.cit.vbi tali modo refert fuiſſe deciſum in Sacro Conſil. & Frec. fol.90. ſimiliter refert deciſum anno 1528. in cauſa Marci Antonij Salani, & dicit procedere etiam quando filij ſunt heredes,vt per Guid.Pap.dec.228.Bellon.conſ.15.n.10. Crauet.conſ.403.num 2.Surd.conſ.133. num.29. vol.1. & ita qnoque refert deciſum Molſeſ. de renunc. q. 5. in vna cauſa,iunctis aulis,in ann o 1564. die 17. Nouembris ad relationem Conſiliarij de Altomare, & refert Camill. Salern. in conſuetud. ſi qua moriens ſub n. 51. fol.224.

Non obſtat,quod dicta Donna Fœlix, vti hæres ſuæ matris,non poſſit venire contra renũciationem, ſed illam tenetur habere firmam,& ratam, ex reg. text. in l. cum à matre C. de rei vend. vbi hæres tenetur habere ratum factum defuncti, vt voluit Aret. conſ.3. ſed cum in caſu noſtro,Alex.conſ.12.n.5.vol.5.Ruin. conſ.1.nu. 8.& 20. Iaſ. & alios quos probauit Menoch. conſ. 323. num.63.vol.4.Surd.qui plures alios citat conſ.85.nu.2. vol.1.& conſ.332.vol.3.Morot.d.conſ.22.num.4. Vrſil. in add.ad Affl.dec.161.num.8.de Franch.dicta dec. 69. nam reſpondetur dictam concluſionem procedere, vbi factum defuncti reſpiceret incommodum hæredis, vel eſſet contra iuris diſpoſitionem, prout eſt in caſu noſtro,vbi incommodum inducitur filiæ agenti ex propria perſona, ita Gramat.dec.53. Cacher.dec.103.

Non obſtat ſecunda alia partis prætenſio deſumpta
3 ex regula illa, quando filia excluditur, à ſucceſſione, excluditur etiam nepos, vt dicit Bald. in l.maximum vitium in princ. C.de lib. præter. quia repræſentat perſonam, quæ excludebatur, nec ratio ſuadet, vt debeat plus concedi Nepti,quam filiæ, ita Bal. in l. 2. C. de in ius voc. n. 5. & ideo ea ratione, qua excluditur filia ſi viueret,eadem,& Neptis excluditur, ita Ang. in auth. de hered ab inteſt.§. reliquum verſ. ex hoc facit, Dec. conſ.634.Pariſ.conſ.49.num.78.lib.3.quia reſpondetur ſupradicta locum habere ſi filius vti vellet iuribus patris,vel matris,& ſi veniret per ſubingreſſionem, ſecus tamen quando venit ex propria perſona, & iure proprio,tunc enim factum Patris,& Matris illi non nocet, vt ſcripſit Bar.in l.1.§.ſi ſit Nepos ff.de collat. & in l.2. C.de bonor.poſſeſſ.Surd.332.num.10.in fin.

Non obſtat tertia promiſſio de ſoluendo tantundem in caſu, quo fuiſſet facta auocatio bonorum,& contrauentio renunciationis, quia vti continens factum alienum à iure reprobatur, l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verbor.oblig.l.quoties C.de donat.quæ ſub modo,§.alteri inſtit.de inutil.ſtipul.Bal.conſ.63.vol.1. Dec. conſ. 16. eod. vol. vnde Affl. in dec.295. refert fuiſſe iudicatum in Sac. Conſ. maritum qui promiſit factum alienum cum pœna ſcilicet facere ratificare eius vxorem, non tenetur ad pœnam, muliere non ratificante, per text. in l. ſi vehenda §. idem iuris ff. ad l. Rhodiam. de iactu, l. apud Celſum ff. de doli mali exceptione,& gl. in cap.ſicut ex literis de ſponſal.

Non obſtat quarto, Neptem tamquam remotiorem in gradu eſſe excludendam, ex regula, proximior in gradu,prior in ſucceſſione,ad text.in auth. poſt fratres, & quod ibi notat.C. de legitim. hæred. Nam reſpondetur partem ab huiuſmodi ſucceſſione ſe excluſiſſe contrahendo matrimonium,ſecundum conſuetudinem Capuanæ, & Nidi, Affl.dec.236.Ann.conſ.91.vol.2.& in conſ.2. vol.1.

Vnde omnibus reiectis, quæ per partem aduerſam
4 afferuntur, adducto, in proprijs terminis huius articuli conſ.Bal.437.vol.1.quem refert,& ſequitur Lanar.conſil.49.vbi renunciatio, quæ fuit per mulierem tempore matrimonij,ſi tunc frater viuit,cenſetur illa facta contemplatione,& ad beneficium fratris ſuperſtitis, ita vt ipſo mortuo,ſoror,non excludatur à ſucceſſione;ſed ſiue ſola ſit in gradu proximo, ſiue cum alijs ſororibus ſuccedat,non obſtante renunciatione,quia eſt perſonalis renunciatio in beneficium fratris, etiam ſi ſit concepta pro ſe,& heredibus; ſequitur Aym. conſ.42. Capyc. dec. 190. qui dicunt procedere etiam ſi renunciatio vnius xe parentibus fuiſſet facta fraternarum hæreditatum,& fratribus ipſis pro hæredibus; eamdem opinionem tenet Ang.in conſ.52. qui loquitur etiam in renunciatione facta in beneficium fratrum,& hæredũ, & dicit operari, quod potuiſſet pater de hæreditate diſponere,vel donec ſupereſt maſculus,aut deſcendentes ex eo, quorum intuitu renunciatio facta cenſetur; imò in caſu ſuo filia,quæ renunciauerat, concurrebat cum fratre defuncto,& ſic militabat fauore agnationis; idẽ tenuerunt Bal.in l.pactum quod dotale n.3. 4. 9. C. de pact.vbi Paul.de Caſt.col.2.in princ. num.6. qui dicit, renunciationem, & iuramentum intelligi fieri, rebus ſic ſtantibus;idem Bal.in l.ſi actionem nu.1. C. de pact. qui dicit ſi ſint duę ſorores,& illa quę nubit facit pactũ de non petendo hæreditatem paternam,non ideo intelligi-

ſigitur renunciare,ſed accreſcit ſorori, Dec. in l. pactũ quod dotale C.de pact.num.5.Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff.de verbor.obligat.Aret. in l. qui Rome §.duo fratres verſ.ſi.ff.de verb.oblig.vbi etiam Rip. num.89.Guid.Pap.in conſ.158.in 2.dub.Corn.in conſil. 291.vol.4.Dec.in conſ.370.col.ſi.verſ.vlterius ,qui dicit ſuccedere cum alijs ſororibus conferendo dotem, Bertr.in conſ.60.vol.1.& in conſ.133.eodem volum.Io. de Imol.in l.qui ſuperſtitis col. 1. circa medium ff. de acquir.hæred.Philipp.Franch.in c. quamuis de pact. in 6. col.4.lim.6.vbi Gemin.col.ſi.verſ.ſed pone,Aym.latè in conſ.41. qui dicit ſuccedere cum alijs ſororibus, quæ non renunciauerunt;imò vlterius addit, quod nec renunciatio obeſt,ſi tempore renunciationis non extat maſculus; nam præſumitur facta contemplatione maſculorum procreandorum, quia iſtæ renunciationes ſunt odioſæ, & reſtringendæ, Bal.in conſ.33.col.fin.n. 24. qui loquitur in filia renunciante in beneficium fratris infantis,Guliel.Bened.in c.Rainutius in verb. duas habens filias n. 297.extr.de teſtam.Neap. in conſuet. ſi moriatur in verſ.ipſi ſucceſſores num.31.

Ex premiſſis igitur ſatis apparet,non eſſe in conſideratione conſ. Alex.29. vol. 3. quod allegatur pro parte contraria,cum ad ſufficientiam talis opinio ex premiſſis rationibus confutetur ab Authorib. & quod fortius Alex.loquitur quando tempore renunciationis non extarent maſculi, ſed fœminæ tantum, dicit etiam non præſumi factam renunciationem contemplatione maſculorum naſcιturorum, & num.9. fatetur, ſi extarent maſculi fratres tempore quo ſoror renunciat,preſumitur facta contra dictos fratres maſculos extantes, ac illis deficientibus deficiat renunciatio; & ſic caſus de quo agitur, ex intentione Alex. ſit prorſus omni dubitatione vacuus.

RESOLVT. CLXIV.

Diſpenſatio, quibus in caſibus permittatur.

1 *Vbi timetur de ſcandalo, eſt locus diſpenſationi.*
2 *Diſpenſatur ratione temporis, vel perſonæ,pietatis,vel neceſſitatis, vtilitatis, vel euentus rei.*
3 *In pœna ſtatutaria Iudex poteſt diſpenſare quando procedit ex officio.*

3 GLoſ. celebris in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his qui not.infam.enumerat varios caſus,in quibus eſt licita diſpenſatio;& inter cætera diſpẽſatio permittitur vbi extaret ſtrages multorum, & de ſcandalo
2 timeretur,vt in cap.conſtitueretur 50.diſt.Item diſpenſatur ratione temporis,vel perſonæ,pietatis, vel neceſſitatis,vtilitatis,vel euentus rei,vt probatur in cap.requiſitis §.niſi rigor 5.q.7.& Spec.in tit.de diſpenſ.§.genera autem. Alios quamplures caſus in quibus Iudex poteſt diſpenſare,& pœnam,& rigorem iuris mitigare, Panor.in c.ſuper eo in gloſ.de off.Deleg.verſ.ratio minuendi cum ſeq.vbi ſingulariter de iſta materia;Vnum tamen nota; licet ſit verum, pœnam ſtatutariam eſſe imponendam,niſi mutetur; & Iudex diſpenſet; tamen Iudex poteſt facere iſtam diſpenſationem,quando procedit ex officio, ſecus ſi ad inſtantiam partis, tenet Card.in clem.1.de teſtam.3.col.q.12.num.9.

RESOLVT. CLXV.

Epiſcopus in viſitatione,quas probationes admittere debet ſuper verificatione celebrationis miſſarum?

1 *Nulla eſt virtus referentis, ſi de relato non appareat.*
2 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
3 *Quando ſcriptura ſe remittit ad aliam, ſi non apparet de ſcriptura relata,remanet ſine virtute ſcriptura referens.*

OEconomus cuiuſpiam Eccleſiæ, cui inter cætera pertinẽtia ad eius officiũ;peculiare munus erat certum Miſſarum numerum celebrandum curare, requiſitus ab Ordinario loci,vt de prædicto numero doceret: fuit dubitatum,quas probationes debuiſſet admittere de iure,& ſi probet teſtis deponens ſe curaſſe ad inſtantiam prædicti Economi celebrari decem Miſſas quolibet die feriali,& quindecim in feſtiuis in circa, ſe referens libris in quibus adſcribũtur Sacerdotes,qui
1 non apparent. Videbatur dicendum ſupradictum teſtem non probare ex quo nulla dicitur eſſe virtus referentis,niſi de relato appareat,qualis, & quanta ſit virtus,& potentia illius, Rolan.conſ.8.num.20.præſuppoſito lib.3.Brun.conſ.75.viro,num.27.nam virtus declaratiua referentis,à relata ſumitur,vt tradit Aret. conſ. 76.diligenter num.6.Pariſ.conſ.72.videtur nu.59. lib.1. & relenato non apparente,referens nihil operatur, Pariſ.conſ.33.exarato,lib.1.Bal.conſ.99.vol.1.de relato,
2 ad referentem idem debet eſſe iudicium,cum dicat eſſe in referente cum omnib.ſuis qualitatib.Bar.in l. 1. ff. ſi fam.furt.feciſſ.dicatur,& in l.1.ff.de arbitris,& arguendo à teſtium depoſitione ad inſtrumentum, ſeu ſcripturam;argumentum eſſe validiſſimum in iure, teſtatur Euerard.in conſ.18.vol.2. & facit tex. in l. in exercendis C. de inſtr. vnde quoties inſtrumentum facit mentionẽ de aliqua ſcriptura, tamquam de ſua cauſa,tũc vtrumque eſt neceſſe procedere,alias dicetur magis enunciatum,quam diſpoſitum,vt ſentit Alex.conſ.3. col.1. vol.
3 2. vbi dicit, quod ſi ſcriptura ſe remittit ad aliam, ex natura relationis, ſi non apparet de ſcriptura relata, ſcriptura referens,ſine virtute remanet, ſequitur Dec. conſ.103.vol.3.poſt Bal.in l. inciuile ff.de legib.& Spec. in tit.de confeſſis §.3.verſ.ſed numquid,Dec. conſ.5.n. 5.& ſecundum Anchar.in conſ.59.n.4. eluſoria dicitur omnis relatio,quoties euidenter non conſtat,quod cõtinetur in relato,vt quoque voluit Magon.in dec.Rot. Florent.78.& ita etiam deciſum refert Affl.in dec. 273. vbi refert inſtrumentum, faciens fidem de alio inſtrumento, non probare inſtrumentum enunciatum.

RESOLVT. CLXVI.

Fructus beneficij reſignati, à quo tempore cedunt in commodum illius reſignatarij?

1 *Mors, & renunciatio æquiparantur.*
2 *Quando ſtatuto exprimitur modus vacationis per mortem, non eſt facienda extenſio ad renunciationem.*

FRanciſcus Merula renunciauit beneficium per inſtrumentum publicum 4. die Ianuarij 1613. cuidam Duci patrono ipſiuſmet beneficij,qui ad prædictũ beneficium præſentauit Fabritium Riccium, & confirmatus,ac inſtitutus fuit. Oritur igitur lis inter Franciſcum,& Fabritium,dicentem,fructus à tempore renunciationis eſſe ſuos: propterea fuit dubitatum quid iuris, & ſic diſputabatur, cum beneficium non poſſit renunciari,niſi in manibus Superioris,& de eius licentia, ſecundum Bart. in l.fi.C.de defenſ.ciu. gloſ. in c. 2. de reſt.in integr.cap. quod in dubijs de renunc. nec etiam dicta renunciatio fuerit authoritate Superioris confirmata,ſecundum Rot.in tit.de renunc.dec.1.Io. Imol.in clem.1.de renun.col.vlt. & cum dictus Fabritius fuerit inſtitutus per Superiorem poſt feſtum S.Ioannis, nõ fecit fructus ſuos, nec antea dicitur beneficium vacare, c.quod in dubijs,c.admonet de renunc.c. ſi quis verò, & cap.ſi quis presbyter.7.q.1.vnde licet dictus Franciſcus renunciauerit,& Dux patronus acceptauerit ante feſtum S.Ioannis, cum poſt feſtũ fuerit dictus Fabritius confirmatus per Superiorem ex tempore confirmationis facit fructus ſuos, quia Dux non poteſt confirmare,ſed ſolum præſentare, & principalis cõtrouerſia hu-

ius dubij erat, quia regimen dictæ militiæ statuit, vt fructus morientium ante diem festum Sancti Ioannis Baptistæ, pertineant ad successores ecclesiarum; ac idem
1 dicebatur fore in renunciatione, cum Mors, & renunciatio æquiparentur ad effectum vacationis, glos. in c. si propterea debita de rescript. lib. 6. & tamen illud dicebatur esse intelligendum, quia nullus exprimitur modus vacationis, vt notat Lap. alleg. 6. col. 2. & Rot. in tit de rescr. dec. fi. Dom. post Ioa. And. in c. susceptũ de rescript. lib. 6. ac in prædicto regimine exprimitur modus vacationis per mortem, vnde non erat extendendum ad renunciationẽ, maximè in materia odiosa.

RESOLVT. CLXVII.

Clericus, an teneatur de bonis patrimonialibus soluere collectas?

1 *Clericus non tenetur soluere collectas de bonis patrimonialibus.*
2 *Bona hæreditaria laicorum peruenta ad clericos, non debẽt contineri in solutionibus, & pagamentis Vniuersitatum.*

1 CLericus non tenetur soluere collectas de bonis patrimonialibus, secundum Canonistas in c. conuenit 33. q. vltima, & l. placet C. de sacrosanct. eccles. vbi DD. & cap. quamquam, & ibi gl. de cens. Thom. Festas. in tract. de collectis in 4. part. num. 2. cum alijs sequentibus, vbi hoc amplificat vtiliter procedere in varijs alijs casibus per eum relatis; Legistæ non dissentiunt; quod verò receptũ sit in praxi prætermitto. Clericus igitur non tenetur ad soluendum collectas pro vsufructu fundi sibi pro substentatione vitę legato, vt per Bart. & Bal. in d. l. placet C. de sacrosanct. eccles. & Ioa. de Amicis consil. 46. & licet regulariter vsufructuarius fundi teneatur ad collectas, l. quæro ff. de vsufruc. legat. Paul. in l. Titia cum nuberet num. 158. ff. de leg. 2. Rom. sing. 157. tu scis, quod vsufructuarius; vbi hoc limitat locum non obtinere, vbicumque solutio collectarum æquiualeret fructuum perceptioni. & ita Romanus ipse ibi meminit obtinuisse in Ciuitate Florentiæ in ardua quæstione, prout in cons. suo 230. præsupponitur: cui limitationi assentitur etiam Nicol. Pig. cum allegatis per eum in addit. ad Roman. in mentionato sing. 157. & Card. Alban. in lucubrationibus ad Bar. in rubr. sub n. 4. ff. de vsufructu, vbi fatetur hoc non fore obliuioni tradendum, ex quo casu dominus tenetur.

Hoc tamen declaratur procedere de plano in vsufructu sæculari relicto, non autem in vsufructu pro clerico ad eius substentationem legato, quia tunc tenetur ad collectas, vt supra dictum est. Et in Regno Neapol.
2 extat c. Regni statuimus; ex Bulla Papæ Honorij, quod clerici non cogantur contribuere cum alijs in collectis, nec pro bonis Ecclesiæ, nec patrimonialibus de portionibus eorum legitimæ contigentibus. Item extat prouisio Regiæ Cameræ Summariæ in anno 1571. *Alle persone ecclesiastiche, se li osserui minutamente l'esentione rispetto alli beni di legitima successione ad essi deuoluta, & delli beni ecclesiastici, ma non delli beni comprati, ò acquistati per donatione.* Item in anno 1514. *Li clerici promossi alli ordini sacri, non si molestino per le robbe donate per tal causa, ne anco li loro padri.*

RESOLVT. CLXVIII.

Quæ dignitas dicatur maior post Pontificalem, in Ecclesia Cathedrali.

1 *Dignitas, officium, & personatus differunt.*
2 *Prior, & Abbas obtinent dignitatem, Canonicus item in Ecclesia Cathedrali.*
3 *Plebanus Ecclesiæ Collegiatæ, Vicarius Episcopi, Archidiaconus, Archipresbyter, & Decanus, sunt dignitates.*
4 *Dignitas maior post Pontificalem est illa quæ non habet aliam dignitatem superiorem, excepta Episcopali.*

SÆpissimè dubitatur, quæ nam sit maior dignitas post Pontificalem, propterea operæ pretium duxi hic aliqua de dignitate ecclesiastica enucleare: est sciẽ-
1 dum quod differunt dignitas, officium, & personatus, vt probat gl. in c. vnico, & ibi Archid. de consuet. Dignitas propriè dicitur, quando concurrunt simul iurisdictio, & administratio cum ea, secundum Bart. quem communiter sequuntur in l. 1. C. de dignitatib. & propterea vult Ant. de Butr. in clem. 1. de rescri. Dignitatem non venire tantum sub nomine administrationis, sed etiam præsidẽtiæ, licet sub hoc nomine veniat quidquid cõsuetudine reputatur dignitas, Rot. in dec. 432. & ratio, quia tantũ operatur consuetudo, & reputatio ecclesiæ, quãtũ ius cõmune, quod potest dignitatem inducere, ead. Rot. in dec. 108. dignitatem autem dicuntur habere infrascripti.

Primò, Prior cap. nisi, vbi glos. de præben. cap. quam-
2 uis, & ibi latè Panorm. de verbo signif. Nau. cons. 3. de maior. & obed. tunc obtinet primum gradum dignitatis, quando fit per electionem, & non habet supra se Abbatem. vt notat Archid. in c. 1. de consuet. in sextò, licet prædicta sint intelligenda in Prioratu Presbyterali, non Claustrali; illa verò non est dignitas, vt communiter notatur in clemen. & si principalis de rescript. & propterea infertur Priori claustrali, non posse committi si in euidentem, neque causa Apostolica delegari.

Secundò, Abbas, qui comparatur dignitati Episcopali, quæ simpliciter non est dignitas, sed culmen dignitatis, vt notat Archid. in cap. licet de præben.

Tertiò, Canonicus in Ecclesia Cathedrali, Mohedan. in dec. 1. de constitut. & Verall. in decis. 90. part. 1. quod etiam procedit sub expectatione præbendæ, ex quo tali Canonico, sicut cæteris positis in dignitate, committuntur causæ à Sede Apostolica, Rom. in cons. 426. & secundum Butr. in cap. cum M. Ferrarien. de constit. procedit etiam in Canonico supernumerario, & secundum Rot. in dec. 316. esse Canonicum, est honor.

3 Quartò, Plebanus, qui habet Ecclesiam collegiatam actu, secus si non habeat actu, Feder. de Sen. in cons. 80. Rot. quæ aliter dicit in dec. 413.

Quintò, Vicarius Episcopi, vt notat glos. in clemen. Auditor de rescrip. in c. fi. de off. Delegat. lib. 6. glos. in citata clem. & si principalis verbo Delegat. de rescript. & Rot. in dec. 297. part. 2. Diuers.

Sextò, Archidiaconatus, quamuis ratione consuetudinis nullam exerceat iurisdictionem, Abb. in cap. 1. de off. Archid. Viui. dec. 290.

Septimò, Archipresbyter, Geminian. & Butr. in cap. de multa de præben. & dignitat. glos. in clem. ij, qui, in glos. magna de ætate, & qualitate, & facit tex. in c. olim de consuetudine, & capitulo fin. de institut. Zabarell. in clement. 1. de præben. vbi enim consuetudo esset in contrarium, ratio verò conclusionis principalis colligitur ex quo Archipresbyter Ruralis habet iurisdictionem ordinariam in causis minoribus, vt notant communiter DD. in cap. fin. de offic. Ord. & insuper notanda in hac dec. Rot. 224. & dec. 129. quę vult, tunc Archipresbyteratum Ruralem esse dignitatem, quando actu habet Ecclesiam.

4 Octauò, Decanus, quod intellige in Decano Rurali, Rota in dec. 435. sed vt ad rem redeam: Dignitas maior post Pontificalem in Ecclesia Cathedrali, est illa, quæ non habet aliam dignitatem superiorem, excepta Episcopali, vt voluit Bursat. in cons. 91. vol. 1. Artaman cons. 22. n. 5. & seq. vnde Dignitas Archidiaconi cum de iure communi sit maior post Episcopalem, propterea debet censeri prima post Pontificalem, Rot. in dec. 432. & vid. Io. And. in c. deliberatione de officio Deleg.

RE-

RESOLVT. CLXIX.

An Vicario Episcopi cessanti ab officio, ob suam culpam infra annum, debeatur integrum salarium?

Vicario amoto culpa sua infra annum, non debetur salarium anni integri, secus si culpa Episcopi fuisset amotus.
Idem procedit in alijs Officialibus, & Doctoribus.

CAsus talis de facto mihi euenit: Episcopus enim habuit Vicarium, qui ob multas culpas commissas in officio fuit ab eo dimissus infra annum, Vicarius tamen quærebat integrum salarium illius anni, fuit dubitatum, si de iure illi debebatur, & respondi negatiuè per Doctores in l. venia in princip. ff. de annuis legatis, Alex. in l. diem functo ff. de offic. assessor. Abb. in c. cum sit de Iudicijs, vbi etiam Archidi; & facit tex. in l. 2. ff. de itinere actuque priuato, & precitati DD. loquuntur, deberi pro ea parte tantum pro qua seruiuit, & non pro integro anno, nam cognito vno de contrarijs cognoscitur, & reliquum, l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, Bar. in l. Neuia ff. de annuis lega. & in l. qui autem ff. de excus. tut. Nicolaus de Neapoli in l. ex his eodem tit. Paulus de Castro, & Alex. in l. diem functo ff. de officio Assessor. Secus si fuisset amotus culpa ipsius Episcopi, tunc enim dicto Vicario deberetur salarium integrum, nam pœna suos debet afficere auctores, vt fuit decisum in Sacro Regio Cons. Neap. teste Masullo in addict. ad Capic. dec. 125. n. 2. in fine: Prout etiam procedit quando Officialis, qui pro certo tempore non seruiuit impeditus ob tumultum Ciuitatis, secundum Capicium citata dec. 125. vel moreretur ante finem officij, sic etiam procedit in Doctore publicè legente, Ias. cit. l. diem functo num. 38. vbi etiam Curtius Iunior nu. 29. qui testatur de communi, Bar. in l. 1. in fine in vers. sed ego dico, quod in salario C. de suffr. ag. in l. si vno §. item cum quidam, in versiculo, vt tamen appareat ff. locati, & plerique in l. 1. §. Diuus, il secondo, in fin. vers. quando aliquis est conductus ff. de var. & extraord. cognit. facit etiam pro Episcopo, quia quicquid facit culpa Vicarij facit, ex quo se absentauit, ergo non debet grauari ad dictum salarium, argumento l. 2. §. merito ff. ne quid in loco publico; & sicut Vicarius liberatur ab onere, sic etiam, & à lucro; nam debet sentire incommodum, qui sentit, & commodum l. secundum naturam ff. de regu. iuris l. is, qui in potestate §. finali ff. de legatis præstandis, & facit tex. in §. illud de institut. pro socio.

RESOLVT. CLXX.

Pœna contra Duellantes.

Enumerantur pœnæ contra committentes duellum.
Prædictæ pœnæ habent locum in duellis illicitis.
Ad incurrendum pœnam contra duellantes, requiritur propositum, & non sufficit si ex iracundia, vel rixa fiat inuitatio ad pugnam.

COncilium Tridentinum nonnullas pœnas statuit contra Duellantes, sess. 25. c. 9. & Primo, omnes personæ prædictæ sunt excommunicatæ ipso facto: Secundo Domini concedentes in terris suis facultatem ad Duellum, priuantur illarum iurisdictione, in quibus permittitur Duellum, si habuerint eas ab Ecclesia, sed si sint feudum, priuantur eo, & statim efficiuntur directi Domini: Tertio Pugnantes, & eorum Patrini notantur infamia: Quarto, incurrunt priuationem omnium bonorum, & pœnam homicidij, ideſt sic debent puniri, ac si essent homicidæ, licet non sit sequuta mors: Quinto, morientes in Duello priuantur Ecclesiastica sepultura. Hæc omnia ex Concilio; loco supra citato.

Notandum est etiam, in prædictis pœnis incurri excommunicationem ipso facto, & prædictæ pœnæ habent locum in ijs casibus, in quibus Duellum est illicitũ; nota etiam in prædictas pœnas incurrere Dominos.

Præterea est aduertendum quod Gregorius XIII. edidit constitutionem, quia prohibuit Duellum ex condicto; condictum autem est, vtriusque dimicantis placitum, Comitolus lib. 6. de censuris quæst. 14. nu. 6. Tandem Clemens VIII. in sua constitutione prohibuisse videtur Duella, etiam si non sint ex condicto sub pœna excommunicationis, vt si prouocatus sit aliquis ad Duellum, & vi ad ipsum descendit, vt declarat idem Comitulus, vnde infertur, quod qui calore iracundiæ inuitat ad Duellum, & in continenti accedit ad locum non est excommunicatus, etiam si adfuerit vsus rationis, dummodo passione fuerit impeditus; nam Bulla dicti Clementis dicit, ex proposito; quare non sufficit inuitatio ad pugnam ex rixa, sed requiritur præmeditatio, Ioseph Ludouicus dec. 11. Rotæ Lucen. Graff. cons. 4. 5. 6. & 7. de homicidio, Sanchez in summa lib. 2. cap. 39. num. 28.

RESOLVT. CLXXI.

Consuetudo, an excuset à peccato, & quomodo?

Consuetudo in multis casibus excusat.
Consuetudo contra ius diuinum, vel naturale non excusat à peccato.

VIdebatur tenenda pars affirmatiua ex Alex. cons. 132. vol. 1. dum distinguit, an consuetudo excuset à peccato in foro conscientiæ: dicit enim quod dum consuetudo sit in fieri, tunc contrauenientes peccant, non data rationabili causa, Abb. in c. 1. de tregua, & pace: Additur etiam, quod consuetudo, bonam fidẽ inducit, Dominus Ioan. Zenobius inter cons. Bal. 370. verba refcripti, lib. 3. quod valde singulariter dixit Cotta in memorabilibus in verbo consuetudo, col. 3. circa medium; & qui est in bona fide, non est in peccato, Paul. de Citadin. de iure Patronat. pat. 3. caus. 5. nu. 18. fol. 556. pariter consuetudo excusat in ludendo, etiam in foro conscientię, cum ludus non sit in se, nec iure Diuino, vel naturali prohibitus, Barbat. cons. 66. num. 7. lib. 3. Iul. Clar. §. Ludus vers. item vincens, Couarr. in regula peccatum par. 2. §. 3. Menoch. de Arbit. Iudic. casu 299. num. 8. Ascan. Clement. de Patria potestate effectu 2. num. 26. Viuius opinione 468. num. 12. & 13. in Sylua; quod intelligo de ludo honesto, & ob animi recreationem, vide glos. in Canone commessationes, in verbo cum multitudine dist. 54. vbi ratione multitudinis derogatur feueritati, & licet pœna non tollatur in totum, tamen diminuitur, Cranetta cons. 137. num. 10. Item consuetudo excusat à peccato in his, quæ sunt dubii iuris, Abb. in cap. cum venerabilis de consuet. in cap. at si clerici, col. 10. vers. ad vnum tamen de Iudic. Idem consuetudo excusat à peccato præsumpo, Roch. de Curte, ad cap. final. super primo notabili limit. 4. de consuetud.

Sed contrarium est dicendum, videlicet non excusare in foro cõscientiæ, glos. reputata singularis in Canone denique in verbo consuetudine dist. 4. quam singularem dicit Roman. sing. 19. & cons. 467. n. 2. dicens, eam omnes sequi, Ias. in l. de quibus, col. 2 n. 49. vers. intellige tamẽ ff. de legibus, qui ait eam glos. esse valde notabilem in l. singularia sub. num. 49. vers. intellige tamen ff. si cereum Petatur, in l. 1. §. fin. n 26. ff. si quis ius non obtempera. Calcan. ait eam glosam esse singularem cons. 28. n. 15. Felyn. in cap. non satis de Symonia, Cassane. in consuetud. Burgundiæ, fol. 176. col. 2. Roch. in c. fin. de consuet. col. 17. ir 2. limit. Grat. cons. 3. nu. 11. vol. 2. Gabriel. tit. de Malefic. concluſ. 8. num. 26. Menoch.

noch.de Arbitrar.Iudic. casu 400. num. 11. Plotus l. si quando §.6.num.64.& 2.num.17.C. vnde vi, Ioan. Lupus de vsur.cap.quamquam §.4.sub nu.65.Vulpell. respons.70.num.8. Nauar. in Manual. cap.27. num.106. licet suboscurè,Bald.cons.75. num.47. vol.1. Gramat. dec.50.Fusc.in singu. littera C. num. 9. sed ratione dubitandi (saluo semper meliori iudicio) cui me in omnibus remitto, hæc prima conclusio videtur habere aliquam difficultatem,nam Ioan.Andreas in dicto Cano. Denique,allegat primo loco tex.in can.schism. in vers. non enim 24.q. prima, vbi loquitur respectu personæ, quæ diu fuerat obstinata in perseuerando in illo facto, non autem loquitur in obseruantia, vel consuetudine populari,vt loci,prout nos loquimur, allegat secundo loco tex. in Cano.Flagitia 32.quæst.7. vbi non est bona excusatio secundum glosam ibi, quia sumus in peccato Diuinę legi principaliter repugnanti, & eodem modo videtur responderi posse ad capitulum non satis de Symonia:Nam Symonia est prohibita de iure Diuino, ex his colligitur quod non obstante prohibitione iuris positiui, si adsit contraria consuetudo, vtentes dicta consuetudine maxime ad bonum finem excusantur à peccato, Innocen. in capit.1. de tregua, & pace videtur sentire, non peccare Prælatos, non obseruantes illud capitulum, existente consuetudine in contrarium: Sic non soluens Decimas, quarum solutio, est de iure Diuino, ob consuetudinem excusatur, & sic non peccat, Archid. post Diuum Thomam ab eo allegatum in Canone quocumque,il primo, 16. quæst.7. de Decimis clarius hoc explicat,Balbus de Præscriptionibus par.5. quæst.7.col.4.in fin. vbi hos non soluentes Decimas excusat à peccato, quod intelligo, quoad quotam, idem tenet Summa Angelica in verbo, Decima sub nu.2. per illum decursum, Sot. in aliquibus mordendo Canonistas,de iustitia,& iure,lib.6.q.4.art.1.col.8.vers.postremo vero,Nauar.in manual.c.21.num.20.Roch. in cap. finali de consuet.in 1.notabili,col.10. in paruis fol. mihi,12.versa pagina 4.& in hoc facit, quod sentit Albericus ad l.Barbarius, n.10. in fine ff. de officio Prætor. vbi si frater primogenitus succedit in totum ratione consuetudinis, excluso penitus alio fratre, est tutus in conscientia, stante tali consuetudine; quod intelligo dummodo alter habeat saltem alimenta; & ex his quæ notat Io.And.in c.fin.super glos.contrahitur de cognatio.spirit.lib.6.vbi,licet vnus solus possit, & debeat leuare de fonte Baptismatis, iuxta, c.si plures dist.4. tamen si sunt plures non peccant.si ita in loco illo sit cõsuetudo, vt ibi per eum, quem sequitur Anchar. super glos.accedat,quod notat Abbas in cap.cum venerabilis, num.5. de consuetud. vbi declarando dictam glosam, in can.denique restringit, si committatur contra
2 ius naturale,prout in Canone flagitia, superius allegato,& similibus,nam tunc est peccatum,secus in alijs, quæ non sunt contra ius naturale,vel Diuinum,& esset dubium, an consuetudo valeret, vel non, quia tunc excusat à peccato,idem Abb.in cap.1.nu.4. de tregua, & pace, ait ibi colligi vnum perpetuo notandum, quod lex præceptum non inducit ad peccatum, si non fuit vsu recepta, vel fuerit contrarium de consuetudine seruatum, & ibi Abb. subdit inferius, si successores viderent inobseruantiam suorum, & antecessorum,non obseruando,non peccant,quia possent se tueri non obseruasse ex aliqua rationabili causa.

RESOLVT. CLXXII.

Clericus coniugatus, quo casu amittat priuilegium fori?

1 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio,fori si deferat tonsuram & vestes clericales.*
2 *Clericus incedens in habitu laicali,& enormibus se immiscens, non gaudet priuilegio clericali, neque in hoc requiritur monitio.*
3 *Enormia delicta, sunt per quæ quis incurrit infamiam.*

OPeræ pretium duxi,pro huius articuli dilucidatione, conclusiones infrascriptas considerandas;
1 Prima conclusio, clericos coniugatos, priuilegio fori gaudere,si deferant tõsuram, & vestes clericales,iuxta cõstitutionem Bonifacij & Regiam Pragmaticam, primam in ordine,sub tit. de clericis coniugatis, ac decisum fuit per Sacr.Conc,Trid.sess.23.c.6. secus tamen, si nec tonsuram,neque vestes clericales deferant, Auferius de Potest. sæculari in Ecclesiasticas personas in prima reg.tit.limit.7.nec alia requiruntur, ex communi Doctorum sententia,de qua testatur Farin.qui innumeros profert Doctores in tit.de inquisitione q.8. nu. 60.& eo ipso,quod clericus coniugatus,tonsuram,atq; habitum dimittit,censetur exutus omni priuilegio clericali, vt eo nullatenus gaudeat, notant Doctores in clem.1.de vita,& honest.cler.Archidiacon.Io.Andr. & Dominicus de Sancto Geminiano in cap.vnico de cler. coniug.in 6.Natta,cons.356.n.6.lib.2.Carol.de Grassis in tract.de effect.cler. in primo effectu n. 892. Hinc nota, tam clericos coniugatos, quam non,amittere tale priuilegium, ex notatis per Ioan. Menoch. in citata constitutione Bonifacij de clericis coniugatis in 6.

Secunda conclusio; clericalis habitus, non est vnquam dimittendus;nam Conc.Trid. decreuit, clericos fori priuilegio non gaudere,habitum, & tonsuram non deferentes: Nec sufficit semel, aut bis deferre (debet enim esse actus successiuus,& frequentatiuus) vt optimè fundat Menoch.lib.6.præsumptionum,præsumptio. 78.n.38.vers.requirit plura copulatiuè Concilium, Carolus de Grassis de effectibus cler. effect.1.q.2. nu.183. vers.sic pariter est dicendum, & est expresè prouisum per plures constitutiones summorum Pontificum Pauli III. & Clem.VII. in quibus cauetur, nisi incedant in habitu,& tonsura clerici in minoribus constituti,& non beneficiati,priuilegium ipsum amittant;de quib. testatur Vrsillus ad dec.Aflict.24.nu,7.vers. secus hodie per prouisiones, & Menoch. loco citat. vnde si clericus in minoribus constitutus, dimisso habitu, & tonsura, delinquit,si per annum perstiterit absque habitu, & tonsura prædicta, fori priuilegio nequaquam gaudet, ex dictis per Decianum in tract.crim.lib.4.cap.9.num.52. quem refert, & sequitur Carol. de Tappia in constitut. Regni statuimus in 5.limitatione, si verò rarissimè deferat habitum, & assidue deferat habitum laicalem, ita vt communiter ab omnibus existimetur Laicus,non gaudet priuilegio fori per ea, quæ consuluit Castell. in cons.5. num. 9. quem refert, & sequitur Farinac. in d. quæst.8.num.68.

2 Tertia conclusio,clericum (& si non coniugatum) in habitu laicali incedentem, & enormibus se immiscentem, absque vlla alia monitione non gaudere priuilegio clericali, probat tex. in c. ex parte de priuilegijs,& gl.in c.perpendimus de sent.excommunic. Anchar. Mill. Ausr. Casan. Archid.Butr.Ioan.Andr.Geminian.Bursat.& Clarus,relati per Farinac. in dicta q. n.54.vers.contrarium, quod immo nulla prorsus requiratur monitio, vbi hãc opinionem magis communem, & consuetudinem approbatam,& in iudicando esse sequendam asseuerat, ac innumeros alios affert pro hac opinione Carolus de Grassis vbi supra nu.889.pro qua opinione affertur Bulla Leonis X. quæ statuit,clericos, qui habitum,& tonsuram dimiserint,& in Apostasiæ labem inciderint,ambulantes tamquam laicos,in crimine aliquo deprehensos, per Iudices Laicos, capi, & inquiri; ac pariter prohibet omnibus Ordinarijs Iudicibus quouismodo directè,vel indirectè Iudices sæculares in eo impediant, sub pæna suspensionis à diuinis, quæ fuit promulgata in anno 1506. quam ad verbum ponit

Casan.

Cassan.in consuetud.Burgund.tit.de iustitia §.5.nu.51. de ea quoque meminit Bossius addens ad Aufrer. in regu.1.tit.1.de potest.sæcular.fol.20. Nec de monitione memoriam facit, & in clericis in minoribus constitutis,dubium non erit monitionem nullam necessariã, & non posse declinare forum, quia hodie est expeditum per Sacr.Conc. Trid. dicto cap. 6. quod ponderauit dictus Carolus de Grassis in dicto effectu 1.nu. 891. in fine, & Doctor Marta in tractatu de Iurisdictione parte 4. centu.2.cas.136. in fine, & eo magis in Regno vtriusque Siciliæ, in quo ad instãtiam Imperatoris Caroli V.Summus Pontifex pro bono regimine concessit, vt absque trina monitione (de qua in dictis Canonicis sanctionibus) procedi possit contra clericos incedẽtes sine habitu,& tonsura,ac se immiscentes seuis,& enormibus, quæ constitutio fuit emanata per Clementem Papam VII. quam interpetratus est Ioan. Anton. de Nigris Campanus,quæ est sub tit.de vita,& honest.cleric.in 6.& idem in eadem repetit. in verbo monitione, n.458.vers.secus: Secundum istam extrauagantem dicit non esse necessariam in istis Regnis, virtute istius cõstitutionis monitionem aliquam, quod refert Marta in dicto casu 135.n.9. & sic ex prædictis in Regno præcipuè nulla requiritur monitio, quæ tamen constitutio nescio an sit,in vsu,sed dato,& non concessio, quod requiratur monitio, non procedit in eo, qui dimisso habitu,est inueteratus in habitu laicali,quia in istis minus speratur,ob temporis diuturnitatem, quam ob trinam monitionem,ita tenuerunt Anchar.Abbas,& Host. relati per Vincentium de Franchis in dec.463.n.7.Cabal. cas..60.n.9.referens esse communem opinionem ex authoritate Bossij, & Pet. Ficard. testatur etiam de communi in recollectione communium opin.loc.1.tit.13.c. 13.vers.clericus non coniugatus, il secondo, & absque degradatione sunt puniendi per Iudicem laicum secundum opinionem communem,de qua per Couar.in c.33. practica. quæst. refert Farinac. in d. quæst. 8. num. 57.

3 Quarta,& postrema conclusio, possunt enormia delicta in hac materia dici, per quæ delinquens incurrit infamiam,cap.infames, 3. quæst.7. Item furtum secundum Ioan. Andr. in regula ea quæ 3.quæst.de Reg.iur. in 6. & inter enormia connumerat Farin. in dicta q. 8. num.69.

RESOLVT. CLXXIII.

Obijciens exceptionem, an videatur confiteri de intentione aduersarij?

1 *Si is cui obijcitur seruitus,excipiat se manumißum, non ob id fatetur seruitutem, item de eo cui opponitur excommunicatio, & excipit se fuisse absolutum.*
2 *Excipiens fatetur, quando conditionaliter excipitur.*

EXceptionem obijciens non videtur de intentione aduersarij aliquid confiteri,vt in regula exceptionem,secus si illam confiteatur,vt notat Bar. in l. si vtique ff.de exceptionibus; sed alibi dicit, quod in ijs, in quibus,pars sibi præiudicare non potest,excipiens,non
1 censetur confiteri; vnde si qui dicitur seruus excipiat, dicens se manumissum, ideo non confitetur, quod non fuerit seruus :Item si excommunicatus,& excipitur de absolutione; & ratio est, quia per confessionem non potest sibi quis præiudicare, si ambæ partes fatentur exceptionem, tunc verò excipiens fatetur, si vna pars negat, alia fatetur,quo casu,si exceptio non probatur, excipiens non censetur fateri ad commodum suum, sed fallit in Aut.si dicat C.de testibus; & quod dictum est de negante,procedit si fiat sine solemnitate in facto,& prædicta procedunt, quando exceptio fit de eo, quod non pendet à mera voluntate, prout dicitur in vltimis voluntatibus,ita notat Bar. in l. decem ff. de verb. oblig.& Regulam esse,quod excipiens non fatetur,quę regula procedit etiam,quando prius negatur intentio, vel quando excipiens dicit se non confiteri, vel quãdo ponit illam conditionaliter,quod facere censetur,licet verba intelligi possent aduersatiuè. Procedit etiam, quando Actor negat exceptionem quoad ius,& factũ, quianõ posset se in negato fundare,Fallit primo hęc regula quando intentio ponitur separatim ab exceptione,vt si dico,credo, per quod datur intellectus regulæ, & illa procedit,quãdo Actor ex verbis exceptionis cõsequutiuè,& intercluſiuè præsupponeret intentionem, vel fũdaret intentionem,secus si ex alio separato, quia ex alio fundat,licet non ex exceptione:Fallit secundo, quando intentio trahitur ex verbis exceptionis,non incluſiuè,vel tacitè,nam non licet fateri intentum incluſum in exceptione,fateor tamen ipsam exceptionẽ,Fallit tertio,quando factum est incluſum in exceptione,& actu fundat se in facto, prout est in facto, non prout est in iuris effectu,& tunc excipiens videtur fateri factum, ex quo infamatur;& sic habetur ratio,quare excipiens non fatetur, quia intentionem incluſam potest dupliciter ponere:Primo,vt in facto;Secundo,vt in iure.In dubio autem videtur fateri, vt in facto, non vt in iure, & verba pro eo interpetrantur, ideo si super facto fundat se Actor,fatetur se esse reum, si super iure non est confiteri Actoris intentionem,ita notat Dom.Anton. in c. venerabilis de except. vers. quod excipiens.

RESOLVT. CLXXIV.

Praxis citationum ab Vrbe venientium.

1 *Ponderatur textus in Clementina causam de election.*
2 *Non tenetur citatus dare copiam citationis reo, nisi petat.*
3 *Copia citationis affixa ad valuas, debet dari, sed sumptibus petentis.*
4 *Citatio est nulla quando post affixionem non fuit relicta copia citationis.*

1 PRaxis Episcopalis verbo citatio considerat infrascripta circa stilum citationum venientium ab Vrbe,ad ornatum,& intellectum tex. in Clem. causam de elect. Primum non sufficere in causa absentiæ rei citandi id, quod dicitur in dicta Clem.Sed primum debet seruari in profanis dec. Rot. 26. de appella. in nouis,& dec.22. de defert. in nouis,& ibi addit.num.5.se-
2 cundo non tenetur citans dare copiam citationis citato, nisi petat, modo ei sit denegata citatio, addit. ad dec.5.Rot.de rescriptis in nouis n.15.Tertio, tutius est relinquere copiã citationis ipsi citato pro maiori cõtumacia,addit.ibidem n.6.& sic vidi multoties practi-
3 cari semper: Quarto, quando citatio fit ad valuas Ecclesię,& Reus,vel alter pro eo petit copiam citationis, vltra relictam ad dictas valuas Ecclesiæ, danda est ei, sed sumptibus petentis,addit.ad dec.22.de Rescript.in nouis num.15.Quinto,Praxis est, vt fiat copia authentica per Notarium publicum, & affigatur ad valuas, vel relinquatur ipsi citato si possit haberi personaliter, & postea fiat instrumentum cum citatione,& relatione inserta,& remittatur ad Vrbem,& ita vidi seruari,alias ibi non faceret fidem,vide Tiraq.de vtroq. retract.§.6. 4 & glos.ibi,& 2. num.6. & 4. imo citatio nulliter exequuta dicitur, quando non fuit relicta copia citationis post affixionem,Caputaque dec.109.part.1.

RESOLVT. CLXXV.

Episcopus,quando tenetur constituere prębendam Thelogicalem?

1 *Seruanda est consuetudo, quod Capitulum det stipendium Theologo.*

2 *Vbi exigui sunt redditus, saltem habeatur magister eligendus ab Episcopo cum consensu Capituli.*
3 *Ad munus Theologi assumi potest Regularis, donec de sæculari prouideatur.*

COncilium Trid. sess. 5. cap. 1. de reformatione decreuit; Quod vbi in Ecclesijs Cathedralibus reperiuntur Præbendæ, siue aliqui huiusmodi pro lectoribus Sacræ Theologiæ; possidentibus eas imponatur onus, vt satisfaciat muneri suo, &c. Secundum, de cætero has præbendas non esse conferendas, nisi ijs, qui per se ipsos id minus explicare possint: Tertium, vbi non adest præbenda, primo vacatura ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur, modo non habeat onus iunctum incompatibile; Quartum, quod si nō adest præbenda, per assignationem alicuius beneficij simplicis eiusdem, supportatis tamen debitis oneribus, vel per contributionem beneficiatorū Ciuitatis, vel Diœcesis, vel vt cōmodius fieri possit per Ordinarium de consensu Capituli prouideatur, & sic fertur fuisse decisum Romæ, quod vbi viget consuetudo, detur stipendium à Capitulo proprio Theologo, quare
1 onus huiusmodi imminet Capitulo, & non Episcopo, licet ab ipso debeat eligi, & confirmari: verum Sacra Cōgregatio prouidit, vbi adeo exigui sunt, & tenues prouentus, saltem habeatur magister eligendus ab Epis-
2 copo, cum consensu Capituli, qui scholares pauperes gratis doceat, cui ex fructibus alicuius beneficij simplicis, vel ex mēsa Capitulari, & Episcopali, vel meliori
3 modo, quo fieri poterit prouideatur, tamen Regularis ad hoc munus debet assumi, donec de sæculari poterit prouideri, Hostien. in summa tit. de offic. ordinar. §. sunt autem quædam in vltimo; vbi dicit quod melius, & honestius est, vt Episcopi habeant consilium suorum, quā externorum, nisi vbi sui se indignos reddunt, quo casu Religiosi succedunt, & allegat multa practicabilia.

RESOLVT. CLXXVI.

Episcopus, an possit visitare Ecclesias Equitum Hierosolymitanorum?

1 *Episcopus habet intentionem fundatam circa visitationem Ecclesiarum, & locorum piorum suæ Diœcesis.*
2 *Episcopus potest visitare omnes Ecclesias exemptas, curatas, & præsertim Hierosolymitanorum quoad curam, & Sacramentorum administrationem.*

IN quadam Diœcesi huius Regni extat Castrum sub dominio, tam in spiritualibus, quam in tēporalibus Diui Ioan. Hierosolymit. in quo Castro exercetur cura per fratrem Capellanum eiusdem Religionis: Cumque Episcopus vellet dictam parochiam visitare, & eques Prior illius loci contradiceret, fui interrogatus quid
1 sentirem de iure: Ad quod respondi, Episcopum habere fundatam intentionē visitandi omnia loca Ecclesiastica, & pia suę Diœcesis, c. perpetuo, & c. Romana de cēsibus lib. 6. c. ad hæc, & c. de Xenodochis de Relig. Domibus, & tex. in cap. constitutus, c. cum venerabilis, & c. cum dilectus eodem tit. Hinc est quod Episcopus infrascripta visitare debet: Primo, singulis annis beneficia curata, etiam si sint perpetuo vnita, & annexa Cathedralibus Collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel Monasterijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscumque, Con. Trid. sess. 7. & can. 6. de reform. Secūdo, Ecclesias quascūque, & quomodolibet exēptas auctoritate Apostolica etiā si sint sine cura animarū, quia Cōc. dicit; & cura animarū si quæ illis immineat, eadē sess. can. 8. Tertio, omnes Ecclesias sæculares, quæ nullius Diœcesis esse dicūtur, & hoc ab Episcopo cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Concilio Prouinciali à Prælato illius loci electus fuerit, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, non obstantibus, &c. sess. 24. cap. 9. de reformat. & ista electio semel facta à Prælato loci nullius Diœcesis pro visitationibus, ligat etiam successores, ita censuit Sacra Cōgregat. declaratione 7. Quarto Monasteria commēdata, & Abbatias, Prioratus, Præpositurę nuncupatæ, in quibus nō viget regularis obseruantia: Quinto, beneficia tam curata, quam nō curata, Sæcularia, & Regularia, qualitercumque commendata, & exempta, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, sess. 21. can. 8. de Refor. Sexto, Hospitalia, Confraternitates, eleemosynas montis Pietatis, & Pia loca omnia, sess. 22. can. 8. de Reformat. Septimo, Oratoria, in quibus celebratur de licentia Episcopi: Octauo Archipresbyteratus, qui est nullius Diœcesis debet visitari à viciniori Episcopo; hoc elicitur à Conc. Trid. sess. 24. can. 9. & sic, vt redeam
2 ad petita dico, ex supradictis, Episcopos posse visitare omnes Ecclesias exemptas curatas, & non curatas, & hoc extendi etiam ad Ecclesias Hierosolymitanorum, secundum Pij V. quæ incipit; Expositi, vbi in his, quæ concernunt curam animarum, & Sacramentorum administrationem, subijciuntur prędictæ Ecclesiæ iurisdictioni Episcoporum.

RESOLVT. CLXXVII.

Subditus Episcopi delinquens in loco exempto, an incurrat excommunicationem latam ab Episcopo?

1 *Delinquens in loco exempto, non incurrit excommunicationem Episcopalem.*
2 *Prælati Regulares habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suis Monasterijs.*

FVit dubitatum an subditus Episcopi, delinquens in loco exempto incurrat excommunicationē à dicto Episcopo latam, & prohibētem aliquid, in quo ille delinquit, vide Sylvestrū in verbo excommunicatio 2.
1 n. 12. vbi concludit negatiuè, gl. in d. c. vt animarum in vers. Diœcesim, sed aliqui intelligunt in loco exempto, vbi Prælatus habet iurisdictionem Episcopalem, secus verò accideret, si quis Episcopus exempli causa prę-cipiat sub pœna excōmunicationis latę sētentię, ne quis luderet aleis in sua Diœcesi, & quis luderet in Monasterijs Regularium, videtur enim dicendum non incidere, quia Prælatus illius loci, seu Monasterij, non habet iurisdictionē Episcopalē, quæ requirit territoriū, Diuus Ant. 3. p. tit. 24. c. 25. §. 1. Anchara. in c. 2. n. 12. de const. lib. 6. si tamen Monasterium esset territorium Abbatis, delinquens in eo non incideret, maxime vbi sūt Abbates, Cardinalis in clem. 1, n. 1. de stat. Monach. Caputaquen. dec. 225. p. 2. secus verò in alijs Cōuentibus, quia appellatione Monasterij, nō venit Prioratus, nec Guar-
2 dianiæ; vel Vicarię, Feder. de Senis. cons. 145. Sed Naua. tenet Prælatos Regularium habere iurisdictionem quasi Episcopalem in suis Monasterijs, c. non dicatis, n. 63. per clem. 1. & ibi glos. in vers. Monasteriorum de rebus Ecclesiæ non alienan. & probatur ratione; nam ipsi excommunicant, castigant, visitant, ergo ista loca sunt exempta, & sic delinquentes in eis non incidunt in pœnas Ordinariorum, facit quod notat Afflict. in q. 6. prælud. Constit. Regni, n. 4. quod valet consequentia: habet Baro territorium, ergo, & iurisdictionem.

RESOLVT. CLXXVIII.

Quæ sunt, quæ superstitiosè fiunt?

1 *Enumerantur casus in quibus committitur peccatum superstitionis.*
2 *Maleficium non potest destrui alio maleficio.*

Multa

MVlta sunt quę exercentur superstitiosè, & consequenter illicitè, & Primo, Portantes breuia cum aliis Characteribus præter signũ Crucis, Sylvester ver. superstitio §. 10. vers. quartum. Secundo, portãtes anu-
1 los in quibus sunt litteræ, quæ non cognoscuntur, vel non intelliguntur, Armilla in vers. Sortilegium num. 3. Tertio, portantes nomina inusitata, quasi Dei nomina ineffabilia, Tab. in ver. Sors §. 8. Caiet. in Summa in ver. Superstitio secundum Astens. lib. 1. tit. 15. q. 2. Malle. malef. part. 2. q. 1. cap. 16. fol. 279. Quarto, vtentes herbis, lapidibus, imaginibus, carminibus, & alijs huiusmodi, cum obseruatione, Caiet. loc. cit. nec pro dolore sanando, possunt dici ad aures equi, aut muli, Pater noster, seu Aue Maria: Quinto, vtentes verbis Sacris scriptis in pelle, vel tali hora, Caiet. in vers. incantatio, Angelica in verbo superstitio, nu. 7. Grilla. lib. 2. c. 1. & cap. 6. num. 18. de sortilegiis, Diuus Thomas 2. 2. q. 96. art. 2. in corpore, & in primo argumento, Sylu. de strig. lib. 2. cap. 2. punt. 9. fol. 205. cap. non obseruetis, 26. q. 7. can. illud. 26. q. 2. Siman. de cath. instit. tit. 63. n. 19. & infra, Pegna cons. 67. in 2. parte direct. inquisit. super quæst. 42. littera C, Nauarr. cap. 11. à n. 46. vbi damnat quasdam orationes, quæ à vulgo dicuntur super infirmos: Sexto, portantes appensa ad collum breuia, & verba Euangelii scripta, vide Mall. Male. fol. 323. & seq. Cathech. Neapol. fol. 130. vbi animaduertere studeant locorum Ordinarij, hæc omnia circumferri, & satis superstitiosè, vide Flagellum Dæmonum, c. 11. & Diuum Thomam 2. 2. q. 96. Bart. Sibilla in spec. pereg. quæst. cap. 9. q. 3.

2 Est tamen notandum maleficium non esse expellendũ maleficio, sed bene vti arte beneficij ad destruendum Maleficium, sed non superstitiosè, videlicet inducendo Maleficium ad soluendas ligaturas, vel aliud simile, ex quibus fuisset ligatus aliquis, vel veneficatus, & quod non sit faciendum carminibus magicis, vide Cast. lib. 1.

RESOLVT. CLXXIX.

Pœnitentiarius, potest nè delegare suam auctoritatem?

1 *Pœnitentiarius ab Episcopo constitutus potest subdelegare vices suas.*
2 *Pœnitentiarius non potest constituere alium pœnitentiariũ.*
3 *Pœnitentiarius ex vi solius sui officij non potest absoluere à casibus Episcopalibus, nisi eidem concedantur.*

QVod Pœnitentiarius nequaquã possit, videtur per c. fin. §. cæterum, & ibi gl. in vers. commissam de offic. Deleg. sed pro alia parte, nẽpe affirmatiua adest c. fina. & ibi gl. in vers. casibus de offic. ordina. Sit igitur
1 prima conclusio, si Pœnitẽtiarius sit cõstitutus ordinariè ab Episcopo generaliter in Ecclesia Cathedrali, & Diœcesi, tunc potest delegare auctoritatem suam aliis confessariis. Nau. c. 27. n. 45. Sylu. in ver. Delegatus, n. 2. vers. 3. Flor. Theolog. in 3. sent. tract. de confess. fol. 232. Couar. lib. 3. c. 20. variar. resolut. & ratio est, quia delegatus à Principe potest subdelegare, l. à Iudice C. de iudic. cap. Pastor, cap. venerabilis de offic. Delegat. & c. si duo eodem tit. lib. 6. Episcopus æquiparatur Principi in sua Diœcesi, ac Princeps vocatur à Sancto Hylario in com. super Math. Cano. 26. Bart. in leg. 5. in princ. & ibi Alex. ff. de verbo. obligat. Secunda conclu-
2 sio: Non potest subdelegare suam iurisdictionem, ratione cuius id ei competit, idest non potest constituere alium Pœnitentiarium æqualem sibi, per c. super quæstionem §. quæ verò de offic. Delegat. idest non potest concedere casus aliis Confessariis, nam hoc esset constituere alios Pœnitentiarios, Nau. loc. cit. at. Sed dare auctoritatem confessariis absoluendi à casibus reseruatis, dum occurrunt, & non totam, vel partem suæ iurisdictionis, nisi haberet hanc auctoritatem ab Episcopo, quia tunc posset; prout dixit Zerola in vers. Vicarius, dub. 4. sed si esset datus ad vniuersitatem causarũ vtique potest. Hostie. in summa. tit. de offic. Vicarii, nu. primo, & tit. de offic. Delegat. §. cui possit, sed non totam suam delegationem potest subdelegare, sicut nec Ordinarius inconsulto Principe, Abbas, in c. super col. 4. de offic. Delegat. & Pœnitentiarius electus vigore Concilii si non habet auctoritatem absoluendi ab Episcopo, non potest absoluere à casibus Episcopalibus ex ratione, & vi solius officii, Nau. cons. 20. de Pœnit. & remiss. & auctoritas ei debet concedi ab Episcopo, prout dixit Zerol. vers. dimissoriæ §. & ita audiui habere Beneuenti Primicerium maiorem Ecclesiæ Archiepiscopalis; Præterea aduerte ex Nau. cons. 3. de Stat. Monach. num. 34. facultatem absoluendi, perpetuo priuilegio Dignitati competentem, esse delegabilem, sicut competentem alicui Ordinariæ potestati.

RESOLVT. CLXXX.

Vicarius, an possit ex generali commissione delicta punire?

1 *Episcopus electus, & confirmatus, licet non consecratus, potest delicta punire, quia est actus iurisdictionis, & non ordinis.*
2 *Vicarius ex vi suæ commissionis potest delicta punire.*

FVit quæsitum, an Vicarius ex generali commissione, possit per viam Inquisitionis delicta punire? Et respondi affirmatiuè per tex. expressum in cap. licet de officio Vicarii, & per Panormitanum in repertorio in verbo Vicarius; vbi licet ex sua generali potestate possit per inquisitionem punire etiam delicta, tamen, ex suo mero officio, etiam illum, quem criminosum inuenerit remittere debet ad Episcopum puniendum, Rota concl. 83. Item potest ad instantiam partis punire, vt notat Ioan. Andr. de offic. Deleg. cap. licet lib. 6. in nouella. Contrarium dicit Hostiens. ibi, etiam ex speciali commissione Episcopi non posse Vicarium de crimine cognoscere, nec definire; quia nec Episcopus non consecratus, licet sit electus, & confirmatus potest facere talia, Archid. in cap. ex frequentibus de instit. idem Archid. 96. dist. cap. peruenit, & recitat Lapus in dicto c. licet, vbi dicit, secundum Spec. contrarium seruari, & hoc tenet Innocen. in c. transmissam de elect. vbi dicit, cognoscere, & punire esse iurisdictionis, & nõ Ordinis;
1 & è contrario posset facere illud Episcopus confirmatus, licet non sit consecratus; & ex hoc videtur quod
2 illud idem sit in Vicario, qui eamdem iurisdictionem, & idem tribunal habet cum Episcopo: Aduerte tamẽ, secundum Hostiensem, quod licet Episcopus non consecratus non possit actualiter procedere contra clericum pro crimine, illum deponendo, vel degradando, potest tamen per sententiam, verbaliter deponere, siue deponendum pronunciare, Abbas, in cap. transmissam de elect. Item licet non possit deponere ab officio, potest tamen deponere à beneficio, nam beneficio priuare, est iurisdictionis secundum Ioan. Andr. in dicto c. transmissam, & vide omnino Archidiaconum 8. dist. cap. si quis Abbas; Adde, quod licet Vicarius Generalis Episcopi possit in criminalibus inquirere, punire, & beneficio priuare, tamen Officialis Foraneus Episcopi, qui deputatur in Diœcesi, non potest facere prædicta, vt notat Franc. de Zabare. in clem. 1. de offic. Vicar. quæst. 17. & 18.

RE-

RESOLVT. CLXXXI.

Excommunicatio Episcopi lata contra alloquentes Moniales, an procedat in loquentes cum Monialibus exemptis?

1 *Episcopus potest prohibere nè quis accedat ad Monasteria Monialium exempta sub pœna excommunicationis.*
2 *Accedens ad Monasteria Monialium exempta, delinquit in via.*

IN casu proposito quidam dicebant præfatam excõmunicationem non includere alloquentes Moniales exemptas à iurisdictione Episcopi, nam paria sunt, locum esse extra Diœcesim, & esse exemptum, secundum glos. magistram, & communiter receptam in cap. vt animarum in glos. fina. de constit. in 6. quem commendat Panorm. in cap. fina. de Priuileg. Iaſ. Dec. & reliqui communiter in l. territorium ff. de iurisdictione omnium Iudic. & Rot. diuers. in dec. 207. parte 2. & clarum est, excommunicationem non ligare non subditos, cap. à nobis cum similibus de sent. excomm. Abb. Fely. & alii in cap. quod te de pœnitentiis, & glos. in c. nouit. de offic. Legati, ex quo, subditus delinquens in loco exempto, non incurrit excommunicationem ab Episcopo primo latam, & prohibentem, in quo deliquit, Sylu. in summa verbo excommunicatio 2. n. 12. & glo. in citat. c. vt animarum verbo Diœcesim de const. Afflict. in Prælud. Constit. Regni q. 6. n. 4.

1 In hac tamen controuersia recessi à prædicta opinione, motus illa ratione, nam Episcopus facit excommunicationem tamquam Delegatus sedis Apostolicæ, Conc. Trid. sess. 25. c. Bonifacii octaui; Et circa hoc, Ordinarii vocantur etiam delegati à Pio V. in Bulla sua 100. fol. 170. Nau. in cap. statutum, n. 55. quæst. 3.

Alia ratio pro hac opinione secunda corroboranda est, nam dictus locus exemptus est in Diœcesi, & Prælatus Regularis non habet iurisdictionem Episcopalem cum territorio, iuxta terminos textus in c. non citatis 63. distin. Card. in clem. prima de stat. Monach. Caputaq., in dec. 22. part. 2. Præterea Episcopus potest prohibere sub pœna excommunicationis, ne quis accedat ad loca exempta, & contra facientes, dictam pœnam incurrunt, l. mercatores C. de commerc. & mercat. vbi prohibentur ciues Romani habere commercium cum Persis, qui non erant subiecti Romano Imperio, facit etiam tex. l. vlt. ff. de decr. ab ord. facien. quam opinionem tuetur Azor. 1. part. instit. moral. lib. 5. c. 75. §. 4. quæritur & ita practicatur Neapoli, vt patet ex Synodo Diœc. bon. mem. Card. de Aquauiua, anno 1607. & aliis constitutionibus diœcesanis antiquio-
2 ribus: Tum quia stante prædicto statuto quod sub pœna excommunicationis, nullus accedat ad Monasteria exempta, contrafacientes sunt excommunicati, quia delinquunt in via Armill. verbo excommunicatio, nu. 30. & DD. cap. fin. de foro compet.

RESOLVT. CLXXXII.

Quæ debeantur Episcopis nomine Cathedratici?

1 *Cathedraticum datur in honorem Cathedræ ipsi Episcopo.*
2 *Quælibet Ecclesia Diœcesis debet Cathedraticum.*
3 *Cathedraticum non potest præscribi, sed potest aliter per contrariam consuetudinem introduci.*

1 PRo notitia terminorum aduertẽdum, quod Cathedraticum, dicitur à Cathedra, & debetur Episcopis in honorem ipsius Cathedræ, iuxta notata per DD. Sũmistas in verbo ius Cathedratici, & debetur per Presbyteros, & omnes alios clericos, cap. conquærente de offic. Ordin. & glos. ibi in verbo solidos: Debetur singulis annis ratione honoris, siue reuerentiæ Cathedræ, vt iam dictum est, vnde in cap. olim de censibus, habetur huiusmodi Cathedraticum esse solitum distribui in festo Natiuitatis, & resurrectionis Domini, quæ gl. taxat ibi duos solidos, qui soluendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solui consueuit, secundum Bald. in consil. 23. vol. 1. sed quia solidorum valor conformis non est, immo varius, attenta varia Prouinciarum taxatione, Couar. lib. 1. variar. Resol. c. 2. & in tract. de numism. §. 1. & facit tex. in c. quia subdiaconum 17. q. 4. c. conquærente de offic. Ordin. ideo attendenda est diuersarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, iuxta terminos, c. fi. de const. prout Neap. soluuntur per singulos Presbyteros caroleni quinque monetæ Regni, & Archipresbyteri soluunt decem & octo Carolenos, pro cuius solutionis iustificatione vide Panor. in c. Pastoralis, num. 7. de Donat. & Nau. in
2 cons. 7. de cens. Item est notandum deberi Cathedraticum à qualibet Ecclesia suæ Diœcesis, neque præscribi potest, secundum gl. in c. quicumque 16. q. 6. & Ioan. Andr. in c. 1. de Præben. Balb. in tract. de præscriptionibus part. 1. c. 16. vbi dicit non posse præscribi, sicut nec procuratio, Cald. cons. 2. de præscriptionibus; sed circa
3 hoc animaduertas, iicet secundũ supradictos præscribi non possit, potest tamen per contrariam consuetudinẽ alterari, Nau. c. 1. in principio de Pœnitentiis dist. 6. & in c. placuit eadem dist. Concil. Trid. sess. 24. c. 3. de reform. vbi dicit valere consuetudinem circa procurationem, & tamen in c. cum ex officio de præscript. censetur procurationem non præscribi, cuius ratio videtur illa, nam multa possunt tolli, quæ non tolluntur per præscriptionem, Nau. in cons. 5. de cens.

RESOLVT. CLXXXIII.

De immunitate Clericorum à solutione Collectarum.

1 *Clerici sunt immunes à solutione gabellarum, & vectigalium.*
2 *Per exactionem vectigalium à clericis, quæ tamen à laicis licitè exigi possunt, incurritur excommunicatio in cap. quamquam de cens. l. 6. quæ est Episcopalis facta restitutione.*
3 *Imponere gabellas personis Ecclesiasticis, vel eorum & Ecclesiarum bonis, est casus excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini.*

1 PRo materie generali cognitione, distinguendæ sunt infrascriptæ conclusiones: Prima igitur conclusio est, clericos esse immunes à solutione gabellarum, seu vectigalium, ex cap. quamquam de cens. lib. 6. cap. ei, & cap. 3. de immunitate Ecclesiæ, lib. 6. clem. vnica eodem tit. cap. aduersus de immun. Eccles. Boss. tract. de Princip. & Priuil. num. 174. & qui eos exigere compelleret, vel soluere, esset excommunicatus, per prædicta iura, Nau. c. 27. n. 128. Caie. in summa vers. excommunicatione, c. 39.

2 Secunda conclusio, exigere à clericis vectigalia, siue gabellas, quæ à laicis licitè exigi possunt, licet non sit casus in Bulla Cœnæ Domini, est tamen casus excommunicationis, d. c. quamquam, quæ est Episcopalis, facta tamen restitutione, quia ille loquitur de prohibitis exigendis, vt sunt ea quæ ad vsum proprium portãtur.

Tertia conclusio, exigens à clerico pro eis, quæ ad vsum proprium, & necessarium vehit, cum hæc neque à laicis de iure communi exigi possunt, ex l. vniuersi C. de publicanis, esset excommunicatus excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, Nau. c. 27. num. 61. Flor. Theol. in 4. sent. tract. de vectigal. fol. 192. & tex. in dicta Bulla c. 18. Sylu. 1. vers. excommunicatio, 9. nu. 46. excommunicatio 21.

Quarta

3 Quarta conclusio, imponens gabellas, Pedagia, vel similia personis Ecclesiasticis, vel eorum, & Ecclesiarum bonis, vel beneficiorum fructibus, & introitibus est excommunicatus in Bulla Cænæ Domini etiam à à sponte dantibus, Nau. c. 27. nu. 287. & vt sup. dixi ea, quæ quis ad suam, seu suæ familiæ necessitatem, secum portat, quia pro his nec laici tenentur soluere de iure communi, Nau. c. 27. n. 202. Syl. in vers. gabellam, n. 14. §. 20. Caiet. in summa vers. vectigal. §. 4. Armilla in vers gabella n. 20. Angel. in vers. Pedagium, §. 8. Sot. lib. 3. q. 6. art. 5. de iustit. & iure, nec peccant fraudantes dictas gabellas, Syl. verbo citat. Astens. lib. 1. tit. 32. art. 4. l. vniuersi C. de vectigal.

RESOLVT. CLXXXIV.

Episcopus, quando dicatur habere notitiam vacationis beneficij, vt ei currat tempus?

1 *Episcopus habet sex menses ad conferendum beneficia, & post dictum tempus collatio facta non valet.*
2 *Episcopus præsumitur habere notitiam beneficij vacantis, quando residet in sua diœcesi.*
3 *In dubio præsumitur aliquem scire ea, quæ aguntur in ciuitate, & diœcesi.*

INdubitabilis, & apud omnes recepta est illa conclusio; semestre tempus ad conferendum beneficiũ, competere Episcopis, cap. 2. de concl. Præb. cap. Dilecto eod. tit. facit tex. in cap. Dilecto de supplend. negligen. Prælat. vbi ille ad quem spectat collatio beneficij,
1 elapso tempore conferre non potest: & ideo verum est, quod nec valeat collatio, cap. litteras eodẽ titulo: Hinc est quod negligentia Prælati in conferendis beneficijs, suppletur per Superiorem, cap. licet eodem tit. sed hoc tempus impedito non currit, cap. quia diuersitatem de conces. Præben. cap. final. de elect. in 6. & latè Caputaquen. in dec. 181. part. 2. Tempus currit Episcopo à die verisimilis notitiæ, quemadmodum Patronis ius præsentandi, Rot. in dec. vnica de iure Patr. in nouis, & facit tex. in citat. cap. licet & ibi glos. in verbo notitia de suppl. neglig. Prælat. & eadem Rota, in dec. 6. de iure Patronatus in nouis, & in dec. 15. eodem tit. in antiquis, & Rocch. eiusdem nominis tract. q. 27. quod procedit secundum Caputaquensem in dec. 348. par. 3. etiam si testator præfinuit tempus ad presentandum, nam debet intelligi iuxta iuris dispositionem?
2 Sed inde grauis dubitatio exoritur, nẽpe quando ista notitia præsumatur in Prælato: & sic dicebat vnus ex meis collegis esse præsumendum in dubio, Prælatum ignorasse vacationem beneficiorum, ex reg. tex. in cap. præsumitur de Reg. iur. in 6. & l. plurium ff. de iuris, & facti ignorantia; sed hoc non obstante, fuit dictum, esse in hoc decisionem Rotæ 6. de iure Patronatus in nouis in qua dicitur præsumi hanc notitiam in Prælato, quotiescumq; residet in sua Diœcesi, quod voluit etiam Panorm. in cap. fin. circa finem de iure Patronat. Gomes in cap. 2. n. 54. de constit. lib. 6. & idem in Reg. de verisimili notitia, quæst. 5. vbi etiam dicit debere attendi potentiam, & non necessitatem, vt quia potuit scire, & nõ quod debuit scire; & fundatur illa ratione, nam Ordinarius præsumitur habere certam notitiam beneficiorum vacantium in Diœcesi sua, cum tenetur visitare illam singulis annis, cap. Ordinarius de offic. ord. lib. 6. Nau. cons. 10. eodem tit. & Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. Supradictis accedebat ratio tex. in l. tutor ff. de suspe-
3 ctis tutoribus, vbi quis præsumitur in dubio scire ea, quæ aguntur in Ciuitate, siue Diœcesi, cap. final. qui matrim. accusare possunt, & cap. 1. de postulat. Prælat. sicut dicimus de vicino, qui præsumitur scire facta vicini, cap. 2. 3. de præsumpt.

RESOLVT. CLXXXV.

Electi à Religione, cui Episcopo subsint?

1 *Regularis electus tenetur adire Episcopum originis, & sub eius obedientia viuere.*
2 *Religiosi incorrigibiles electi, non sunt tuti in conscientia nisi se emendent & in viam redeãt, & postea redire debent ad Clausturum, & si tunc non admittantur sunt tuti.*
3 *Electi semel iuste, non possunt cogi à suis Superioribus ingredi religionem.*

PRo huius articuli dilucidatione, & materiæ ornamento, dubitatur de nonnullis; præsertim quid agere debent, electi Regulares per suos Superiores à Religione. Cui quæsito respondi: Primo, si iustè, vel iniustè, vide Bullam de Regular. Sixti V. Secundo, præsentare se debent coram Episcopo originis, & subesse illius obedientiæ; & expetere ab eo quid agere debeant,
1 Abb. in cap. final. de Reg. nam sub obedientia Episcopi viuere debent postquam electi sunt, Nau. in cap. non dicatis 12. q. 2. n. 34. Tertio, an possit adire alium Episcopum; dic negatiuè, absque facultate Episcopi Originarii: Quarto, electi extra Prouincias suas, adeãt Papam, vel si longe ab Vrbe aliquem Episcopum, Nau.
2 loco cit. Quinto, electi seu incorrigibiles non sunt tuti in conscientia, nisi se emendent, & in viam redeant, quo facto ad Clausura redeuntes si non admittantur, tunc sunt tuti in conscientia Sot. lib. 7. q. 2. art. primo de iust. & iure, Sylu. in verbo Religio. 6. §. 12. & hoc pertinet ad Episcopum perquirere, an fuerit iustè, vel iniustè electus, Card. in clem. prima §. quia verò q. 3. de stat Monacho. Nau. loco cit. n. 33. vers. addo quarto, quod nota prò quotidiana practica, nam multi sunt etiam electi culpa sua, & relicto habitu Regulari, viuunt clericaliter, & laxiori vita, quam prius, & sic videtur, quod eorum dolus patrocinatur eis, contra Re-
3 gulam: Sexto, electi semel iustè, non possunt cogi à suis Superioribus ingredi Religionem, Nau. loc. cit. num. 36. vers. addo Septimo; Patet ratione, quia iam functi sunt officio suo.

RESOLVT. CLXXXVI.

De ratione Bullæ Sixti V. circa vaniloquia Astrologorum?

1 *Astrologia iudicaria prohibita est, & permittitur solum Nautica, Medica, & pro Agricultura.*
2 *Corpora cælestia non possunt directè imprimere in intellectum, & voluntatem, & licet possint inclinare ad aliquid, non tamen possunt cogere.*

1 SAnctissimus Sixtus V. per suam Bullam, contra vaniloquia Astrologorum Iudicia omnem Astrologiam expulit, excepta Nautica, Medica, & Agricultu-raria, vt adnotauit Abb. Panorm. & additio ad eũ in c. ex tuarũ de Sortilegijs, latè Martin. del Rio q. 23. Quaranta in summa Bullarum in verbo Astrologia, Zerola in praxi Episc. verbo inclinatio stellarum part. 1. Ratio verò finalis prohibitionis est, nam cælestia corpora non possunt esse causa per se operationum liberi arbitrij, licet possint ad hoc dispositiuè inclinare, quatenus imprimunt in corpus humanum, & consequenter in vires sensitiuas; quia tamen dictæ vires sensitiuæ obediunt rationi, sic nulla necessitas ex hoc imponitur libero arbitrio, Diuus Thom. 2. 2. quæst. 95. art. 6. vnde mores hominum, à dispositionibus Syderum non pendent, & stellæ nequaquam cogunt Astens. lib. 1. tit. 12. Zerola loco supra citato: licet Armilla, in verbo Astro-
2 logia, num. 2. dixerit corpora cælestia & constellationes quandoque inclinare homines ad vitia, sed non cogere:

cogere: Hinc est secundum Syl. in eius summa, verbo superstitio §.6.corpora cœlestia non possunt imprimere directè in intellectum,nec voluntatem, licet possint ad hoc dispositiuè inclinare:Et propterea Sotus,lib.8.q.3. art. 2. colum. 4. de iust. & iure,dixit posse corpora cælestia ipsam animam inclinare, non tamen cogere, & iure merito Nau.in Manuali Confe.cap.2.num.37.notab.28.scripsit, hominē natum sub aliqua cōstellatione Syderum, non cogi ex illis ad male, vel benè operandum;licet omnia,quæ sunt sub lunari globo constituta,per superiora regantur,& immutentur,secundum Ang. in eius summa verbo, superstitio, n.5. Diuus August. lib.5. de Ciuit. Dei cap. 5. Diuus Thom. 1. part. quæst. 22. art.4.& Boet. lib. 4. de consolat. Philosoph.

RESOLVT. CLXXXVIII.

Emptor, an venditor teneatur soluere gabellam?

1 *Emptor tenetur regulariter soluere gabellas.*
2 *Gabella est soluenda ex fructibus prædij, & Dominus ratione dicti oneris censetur locasse prædium mitiori pensione.*

REgulariter Emptor tenetur soluere gabellas, nisi
1 caueatur aliter in statuto, Cap. Tholos. quæst. 451.per l.debetur ff.de ædil. edict. quod dicimus in locatione prædij alicuius, gabella venit soluenda ex fru-
2 ctibus,vel redditibus illius prędij,& sic totum onus solutionis incumbit conductori, & non Domino, & sic consideratur, Dominum propter onus gabellæ locasse mitiori pensione, Bart. in l. interdum §. quoties ff.de public. Hinc fit secundo in quibusdam locis Regni, vel ratione demanij, vel releuaminis alicuius debiti, vel oneris alicuius vniuersitatis, laici imponunt gabellas, super sérico,vino,vel aliquo huiusmodi,& vt soluantur duo caroleni, vel quid simile, pro libra, vel dolio, & quia animaduertunt non posse abstringere personas Ecclesiasticas,per c.Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & per Bullam Cœnæ Domini,statuunt vt soluant emētes; ex quo accidit quod clerici facientes sericum, vel vinum in suis possessionibus,dum vendunt ea, Emptores emunt minori pretio,vt soluant gabellas,& sic non animaduertunt, quod indirectè gabella cadit super personas Ecclesiasticas; & quamuis dicant,quod Emptores, & non clerici soluant, nam dicitur quòd ob id emunt minori pretio, quam emerent nisi haberent rationem gabellæ prædictæ, ex quo collige personas Ecclesiasticas indirectè, & contra omne ius tunc soluere gabellas,prout Zero. in vers.clericus §.9.Innoc.in cap. cum non sit num.1. de Decim. Afflict. in constit. Apostatas,num.20.

RESOLVT. CLXXXVIII.

Vicarius, an debeat admittere testem periurum, qui perseuerauit per triennium in bona vita;

1 *Quando testis est periurus, aliqui dicunt exceptionem contra ipsum esse perpetuam, alij vero dicunt quod si bene vixit per triennium,debet recipi in testem.*
2 *Ad hoc vt testis reputetur falsus, falsitas debet esse circa factum principale, vel quantitates essentiales.*

1 TEstis periurus, & condemnatus de periurio in aliqua causa, si postea per triennium perseuerauit in bona vita,& testificatur in aliqua causa, an possit repelli à testificatione, & eius depositio sit nulla? Marāt. in pract.6. part.act. 13.n.3.in fine dicit negatiuè,Gom. in cap.statutum,num. 115. de Reseri.lib.6.glos.in c.per tuas in vers.an paria de Symo.& glos.in c.testimonium in vers.periuri de testibus & idem Gom. in cap.1.de Iudic.lib.6. num.77. & Folle.verb. foriudicati,n.32. dicit hanc exceptionem esse perpetuam & Gom.loco cit.dicit si non excipitur,tenet testificatio,Afflict. dec.36.n. 3. dicit non esse periurum,nam satisfacit,si cōfessus est, & pœnituit,vide Abba.in cap.testimonium de testibus, glos. in c.paruulus 22.q.5.& Addit.ad Ioan.Andr.in c. qui semel de Reg.iur.lib.6.per bonam conuersationem triennalem tollitur illa præsumptio Regulæ, qui semel malus de Reg.iur. lib.6.Felyn. in cap. cum deputati de Iudic. Nau.in c. non dicatis,n.60.12.q.1.Aliqui dicunt Periurum numquam admitti,cap. testes,3.q.2.& c.testimonium, & ibi gl. in vers. emendatus de test. Imò si deponat super multis capitibus,siue separatis, siue cōnexis, & in vno est falsus,redditur falsus quoad omnia, Alciat.in l.sed & si mihi n.98. ff. de verbo obli. Clar.q. 13. vers. sed quero: Hoc tamen fallit si falsitas,non sit
2 circa factum principale, vel qualitates essentiales, sed circa extrinseca à facto, tunc enim reliqua non essent suspecta: Ampliatur si deponat vnum in vno Iudicio, & contrarium in alio Iudicio, potest etiam puniri de falso, Clar. vbi supra, si verò in eodem Iudicio contraria deposuerit, cui standum est primo, an secundo dicto? vide Fely.in c.cum in tua,n.5.de test.Similiter si in primo Iudicio dicit se nihil scire, & in secundo deponit, nihil probat. Ang. Bal. in cons. crim. cons. 73. in fine.

RESOLVT. CLXXXIX.

Exequutor Apostolicus, an possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficij?

1 *Exequutor ex officio potest cogere impetrantem ad probandum verum beneficij valorem.*
2 *Episcopus videre debet omnia rescripta impetrata à sede Apostolica, an habeant vitium subreptionis, vel obreptionis.*
3 *Dispensatio Cōmissaria exequuta absque inquisitione præuia non valet.*

NOn minus vtilis, quam quotidiana est quæstio illa: An Exequutor Apostolicus possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficij? Ratio videtur pro opinione negatiua,nam iuxta formam Regulæ Cancellariæ de exprimendo valore beneficij;cum fuerit expressus verus valor; propterea non poterat Exequutor cogere ad probandum verum valorem, ex regula tex.in cap.eum qui versus de reg. iur. in 6.l. prima in fine ff.de action. empt.

Fuit resolutum, nihilominus, contrarium: Primo, nam hoc facere debet Exequutor ex officio suo, l.& si
1 non cognitio, vbi communiter Doctores C. si contra ius,vel vtilit. publ. Boer. dec.161.n.17.Tum secundo, quia Iudex, seu exequutor, tenetur se informare de omnibus expressis in litteris Apostolicis,vt patet,quia ibi solum narrat,exprimit,& exponit impetrans, propter obseruationem Regularum Cancellarię,& Ritum Curiæ; in partibus vero debet probare narrata coram Iudice delegato, c.2. &c. super litteris de Rescriptis: Nec obstat dec. Rotę 8.de præben.in nouis,quia posset dici,loqui,quando nullum esset præiudicium,& non opponeretur; sed semper potest opponi,licet non à parte aduersa, tamen ab ipso Exequutore, vel eius Fiscali; Præterea quia sic practicatur in dispensationibus matrimonialibus,in quibus exprimuntur gradus in Vrbe, qui probantur in partibus; facit gl. in c. significauit in verbo aliqua,de appellat.Addit. ad dec. Rot.7.de Rescript.in nouis,& dec.44.eodem tit. facit Conc. Trid. sess.13.c.5.& sess.22.c.5. & 6.de reform. vbi vult, quod
2 Episcopus videat omnia rescripta impetrata à Sede Apostolica,an habeant vitium subreptionis, vel obreptionis,facit clem.abusionibus de pœnis,& remiss. sed

an

an falsa expressio valoris beneficij vitiet litteras impetratas; vide Couar. lib. 1.c.20.num.7.variar.resol. Adde quod dispensatio sit stricti iuris,& ideo in ea exequenda Iudex causę procedere debet,Abbas in c.Dilectus filius,n.1.de præben.Fely. in c.mandato de Symo. Caputaquens. dec. 8.n.6.& dec. 27. n. 2.vbi dicit,gratiam esse nullam ob non expressionem veri valoris, & dec.128.per totam:Facit etiam quod dispensatio commissaria exequuta sine inquisitione præuia,nō valet,& mandatum de dispensando redditur conditionale, ex clausulis videlicet consideratis diligenter circumstantijs,Fely.in c.super de rescript.Caputa. dec.273.parte 1. & qui vult probare valorem expressum, tenetur facere plenam probationem, cum agatur de probatione fraudis,Idem decisione 28.parte 2. Fama publica excusat malam valoris expressionem,nam valor est difficilis probationis: Idem dec.49.p.3.

RESOLVT. CXC.

Regulares, an possint prædicare in eorum Ecclesijs absque licentia Ordinarij loci.

1 *Concionatores regulares qui prædicant in Ecclesiis suorū ordinum,debent se præsentare coram Ordinario, & petere benedictionem.*
2 *Regulares qui volunt concionari in Ecclesiis non suorum ordinum,debent petere licentiam ab Ordinario,eamque obtinere.*

SAcrum Concilium Tridentinum sess. 24.c.4. de Refor. ait Munus prædicandi in Diœcesi esse Episcoporum præcipuum, ex doctrina Diui Pauli ad Timotheum,c.1.2.& 4. & in defectu ipsorum ad alios recurrēdum erat,testatur Summus Pontifex in c.inter cætera de offic.ordina.qui debent petere licentiam à locorum Ordinarijs; Nam secundum Castr. lib.3. cap. 2.de iusta hæret. punitio. ex indifferenti licentia quæ datur vnicuique cōcionandi,ortæ sunt multæ hæreses;& propterea idem Castr.loco supra citat.c.3.asserit,duo esse necessaria Prędicatoribus, bonitatem vitæ scilicet, & doctrinam; & ideo Leo X. in Bulla sua,quæ est 15. fol. 205. excommunicat ipso facto Papali excommunicatione,& alijs pœnis, Prædicatores prædicantes sine licentia suorum Superiorum, & Conc. Trid.sess.5.n.2. §. si quæ,præcipit nulli dari licentiam prædicandi, nisi à Superioribus fuerint examinati de vita,& moribus, ac scientia, & approbati: Quamobrem veniant in considerationem Ordinarij, & videant approbationes Prædicatorum sint ne recentes, an veteres, veræ,an falsæ.

1 Quare Sacr. Conc. Trid. loco supra citato disponit, si prædicauerint in Ecclesiis suorum Ordinum stante licentia,& approbatione suorum Superiorum,sufficit se præsentare coram Ordinarijs & ab eis benedictionem petere,sed intellige illud,presentare,scilicet debere es-
2 se personaliter,gl.in clem.dudum de sepult.in vers.presentari: Sed si in Ecclesijs non suorum ordinum, non sufficit petitio benedictionis, sed debent habere licentiam ab ipso Ordinario: In sess.verò 24. cap.3. de Reforma.disponit nullum,nec Secularem,nec Regularem posse prędicare,nec in Ecclesijs suorum Ordinum,contradicente Episcopo, ergo non sufficit petere, sed obtinere licentiam ab ipsis Ordinarijs: & si facerent oppositum,possent ab Ordinarijs locorū excommunicari c.excom.§.quia gl.in c.quod Dei in verbo priuilegium de stat. Monach. imo potest Ordinarius exigere fidei professionem à Regularibus, quando eis licentiam concionandi impartitur,Zerola in verbo,Prędicatio;& Neapoli extat constitutio Synodalis anni 1607. confirmata à Sacra Congregatione, quod concionaturi, etiam si sint regulares, debent emittere fidei professionem.

RESOLVT. CXCI.

Bulla Cænæ Domini contra accipientes bona Naufragantium, in quibus limitatur?

1 *Bona Naufragantium, non possunt occupari, etiam prætextu consuetudinis.*
2 *Capiens bona Naufragantium animo restituendi,vel quando ignorat esse bona Naufragantium, vel quando Dominus eiecisset animo non recuperandi,non incurrit excommunicationem.*

COntra accipientes bona Naufragantiū,vltra Bullam Cœnæ extat Constitutio Regni quæ incipit Rapinas,vbi ponitur pœna mortis:De qua materia vide latissimè per Afflictum ibi,& de iure communi textum in l.nauigia C.de furtis:Hinc est,de iure Sacrorum Canonum:Accipiētes bona Naufragantium, regulariter sunt excommunicati,c.1.& cap.excommunicamus de Raptoribus, qui Canones videntur per eadē verba registrati in Bulla Cœnæ Domini,c. 16. quod ampliatur per nonnullas Summorum Pontificum Bullas,præsertim Pauli III. Bulla 49.item Pij V.Bulla 7.& Gregorii XIII.Bulla 52. quibus fuit cautum, Naufragantiū bona in Portibus, & Ripis Maritimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ,aut in mari,aut in Tiberi ad euitandum pericula tempestatis proiecta,nullus occuper,vel diripiat,
1 etiam sub prætextu cōsuetudinis.Imo per Bullam eiusdem Pauli III. quæ incipit, Accepimus,qui tempore naufragii vocati à Patronis Nauium, vel Barcharum auxilium eis ad bonorum præseruationem,aut recuperationem prestiterint, lucrantur quartam partem bonorum præseruatorum,vel acceptorum,perturbatores autem vel occupatores in multas pœnas incurrunt:
2 Sed vt redeam ad incepta: limitatur prædicta excom-
1 municatio Bullæ Cœnæ, quando suscipientur prædicta bona animo restituendi proprio Domino, secus si fuerint in mora, quia tunc ratione illius, sunt excommunicati,cap.excommunicamus de Raptoribus,& ibi Abb.Secundo,quando ignoraretur esse talia,idest bona naufragata,Nau.cōs.43.n.2.de sent.excommu.Tertio, fallit quando Dominus eiecisset animo non recuperandi,vel si habuerit illa pro delictis, nam tunc fierent occupantis,idem cons.3.de restit. spoliat. quod tamen deberet intelligi cum grano salis per regulam, quia nemo putatur eiicere suum,Caiet.in summa verbo excommunicatio,c.23.Sylu. verbo excommunicatio 7.n. 57.Nau.c.27. n. 117. Franc. Senen. in expos. septimi præcepti; Nec valet lex de confiscatione bonorum Naufragantiū,quia esset tirannica,Doctores loc.citat. vide Azor.in summa,lib.11.

RESOLVT. CXCII.

Episcopus, an possit excommunicare subditum suum existentem extra Diœcesim?

1 *Episcopus potest excommunicare non residentes in sua Diœcesi,etiam si tales non residentes reperiantur extra Diœcesim.*
2 *In Notorijs potest Episcopus excommunicare existentes extra Diœcesim.*

FVit dubitatum,si Episcopus possit excommunicare suum subditum extra suam Diœcesim existentem; Respondetur pro parte negatiua per gl. in c. nouit de offic.delegat.in vers.terminos & glos.in clem.1.in vers. iurisdictionem de foro compet.Nau.cap.27.num.6.Sed benè verum est, dū existit in sua Diœcesi potest excō-
1 municare ibi non residētes in beneficiis suæ Diœcesis, etiam si ipsi non residentes sint extra Diœcesim, Nau. loco citat.Potest similiter excommunicare stantes extra

tra Diœcesim subditos suos in notorijs, Sylu. in verbo excommunicatio 1. dub. 6. in fine, & Nau. vt sup. Nec
2 obstat, c. 2. de Constit. lib. 6. quia Episcopus potest hoc ratione rei sitæ, seu contractus, per cap. fin. & c. 1. §. contrahentes de foro competen. li. 6. & ratio est, quia in notorijs, non requiritur indagatio, vt patet ex Cõc. Trid. sess. 23. §. eodem, vbi omnino dici posse Episcopũ procedere contra absentes non residentes per censuras Ecclesiasticas, & si aliquis fuerit citatione præuentus, & postea discessit à territorio, potest tunc absque dubio excommunicari in contumaciam ratione criminis, iuribus allegatis; Aduerte tamen quod Episcopus debet esse in Diœcesi, nam extra illam existens nõ potest exercere quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, quia ibi reputatur persona priuata, l. 2. ff. de officio Consulis, & l. fin. ff. de offic. Præl.

RESOLVT. CXCIII.

Canonicus, an possit optare in Ecclesijs vbi adest consuetudo?

1 *Consuetudo optandi valet, dummodo fiat intra viginti dies.*
2 *Ordinarius non potest conferre beneficium ad quod quis habet optionem.*
3 *Non potest quis optare minorem præbendam.*
4 *Non datur optio in beneficijs vacantibus in curia, nec reseruatis.*
5 *Non potest optari Dignitas maior post Pontificalem.*

PRo huius articuli dilucidatione sunt distinguendæ
1 infrascriptæ conclusiones. Prima conclusio, proposita consuetudo valet, c. cum intra de consuet. lib. 6. Secunda conclusio, ista optio debet fieri, spatio viginti dierum à die notitiæ, Abbas, & gl. ibidem in verf. viginti dies; & an ipsi viginti dies possint prorogari puta, per alios duos dies. Respondetur per dictum cap. affirmatiuè, Tiraquell. de vtroque retractu, §. 1. glos. 10. num. 58. & glos. in dicto c. sed quando præsumatur ista scientia, siuè notitia, vide addit. ad decis. Rot. 4. de consuet. in nouis, & faciunt ea, quæ dixit Zerol. in praxi in verf. beneficium §. 3. & in verf. ius patronatus §. 5. dub. 1. & 2. si secus fiat collatio, deuoluitur ad Episcopum, per c. 2. de conc. præb. & clem. vnica de supple. neglig. prælat.

Tertia cõclusio, ista optio datus ad rem, adeo quod est ius considerabile in Reg. Cancell. de non tollen. iur. quæs. Gom. in d. reg. q. 1. col. 3. & 7. ex quo fit; Primò, Ordinarium non posse conferre illud beneficium ad
2 quod aliquis habet optionem, per c. si tibi absenti de præb. lib. 6. Secundò, si quis impetraret à Papa, non facta de hoc mentione, non valeret impetratio, per Reg. Cancell. citat. vbi Mandes. in verf. derogatio. Non obstat quod dicit addit. dec. 4. & 5. n. 6. & decis. 2. Rot. in antiq. de consuet. nam hoc valet, quando fit derogatio specialis, quia non sufficit generalis prout Staph. de lit. grat. fol. 186. n. 1. & 2. ipsemet text. in tit. vbi prouisionem Apostolicam, non vult valere contra hanc consuetudinem.

Quarta conclusio, si adest vnus Canonicus antiquior, & non optaret infra tempora, sed interim optaret iunior, tenet optio iunioris, in euẽtum, quo senior, siue antiquior, non optauerit intra tempora, Staphil. loc. cit. fol. 166. n. 2. glos. in verbo dumtaxat.

Quinta conclusio, non potest ille optare minorem
3 dignitatem, seu præbendam, quia debet maiorem optare decis. Rot. 3. de consuet. in nouis. Ratio potest esse, quia optio fit ad superiora, & altiora, non è contra, sicut optio in Collegio Cardinalium, gl. ibi in verf. meliores.

Sexta conclusio, non habet locum in beneficijs ipsis
4 vacantibus in Curia, Staph. loc. cit. fol. 206. num. 3. quia ista non possunt optari nisi iuxta dispositionem, cap. statum de præben. lib. 6. dec. Rot. 4. de consuet. in nouis.

Septima conclusio, nec datur optio in beneficis reseruatis generaliter, add. decis. 1. Rot. de rerum permut. n. 7. in nouis, Staph. loc. cit. f. 187. n. 4. & hoc quando fieret derogatio reseruationibus saltem cum clausula generali.

Octaua conclusio, intrusus non potest optare; & intelligitur de intruso habente beneficium reseruatum, per cap. 2. de præb. lib. 6. Gom. in quæst. 31. de trien. poss. in priuil. 6.

Nona conclusio, deuoluta ad Sedem Apostolicam, non possunt optari, add. ad d. dec. 1. num. 9. de rer. permut. in nouis.

Decima conclusio, nõ potest optari prima dignitas,
5 quæ est maior post Pontificalem, quia est reseruata per Regulam Cancellariæ, & sic fuit decisum in facto pro Archidiacono Abellicensi annis elapsis.

Decima prima conclusio, an valeat talis consuetudo circa præbendas vacantes in Curia, vel de reseruatis motu proprio, vide Card. cons. 3. tit. de consuet. & Staph. loc. cit. fol. 187. num. 5.

Decima secunda conclusio, quando ista optio fieri debeat ratione ætatis, temporis, vel ordinis, vide gl. verf. antiquiores.

Decima tertia conclusio, ista optio non datur nisi per obitum, & non habet locum in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem certæ personæ, Caputaq. dec. 282. part. 2.

RESOLVT. CXCIV.

An Moniales possint habere proprium ex licentia Episcopi.

1 *Monialis non potest tenere proprium, sed debet tradere Abbatissæ.*
2 *Ordinarij Monialium, possunt eisdem concedere vsum mobilium, qui non repugnet paupertati.*
3 *Superiores non possunt concedere Monialibus, vt retineant annuos redditus.*

CAutum est de iure decreti, Religiosos non posse habere proprium, c. non dicatis 12. q. 1. & D. August. in serm. 3. de com. vir. Cler. & in Epis. ad Monachos dicit, non dicatis habere proprium aliquid, sed sint vobis omnia communia, & habetur canon. quo iure, 8. dist. c. Ambros. 47. dist. à Deo enim percepimus omnia, quod autem dicimus meum, & tuum, sunt verba mendacij: & Poeta.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus.
Prælia cessarent, & pax sine lite foret.

Posmodum de iure Decretalium in c. cum ad Monasterium de stat. monac. dicitur, nec Abbatem nec Papã posse dispensare super hac proprietate. Accessit ius nouissimum Sac. Conc. eadem sess. c. 2. quod decreuit nulli Regularium liceat tenere, vel possidere bona immobilia, vel mobilia cuiuscumque qualitatis, tamquã propria, aut nomine conuentus, sed statim tradere ea Superiori, & incorporare: quare oriuntur multa dubia. Primum, an liceat Superioribus Monialium concedere licentiam vt possint habere aliquid proprium pro suis necessarijs, vt puta, infirmitatibus, vestitu, victu, & huiusmodi. Secundò, an mobilia saltem.

Ad Primum, quoad immobilia, seu stabilia, Concilium decernit negatiuè, ad quod accedit declaratio
1 quæ circumfertur Sac. Congr. vbi censet, Monialibus non licere possidere proprium, ac legatum relictum, donatum, vel datum: & parta ex earum industria, ac labore, debere tradi Abbatissæ, quæ primum necessitatibus acquirentis consulere debet, deinde reliquum ad vsum Monialium conferri debet.

Ad

Ad secundum, Conc. ibidem concedit, vt Superiores
2 valeant dispensare, Moniales habere vsum mobilium, qui sit cõueniens eorũ statui, & paupertati; sed ad nutum eorumdem Superiorum: Sed quid sit vsus iste mobilium? dico breuiter; esse vsum pannamentorum, & moderatæ quantitatis pecuniarum, quas lucratur suis exercitijs, ad effectum, vt valeãt emere vestes, libros, & alia huiusmodi. Conclude tamen hanc licentiam posse concedere Ordinariũ, vel eorum Superiorem, vt affirmat Gom. in tract. de breui. n. 18. & dat rationem, quia non ideo videntur habere proprium, cum sint paratæ illa dimittere ad nutum, ex debita obedientia, ad omne libitum suarum Superiorum; ita Ioan. Andr. & Abb. in c. 2. & in d. c. cum ad Monasterium de stat. monach. & in c. edoceri col. 2. de rescript. & in cons. 88. il primo, &
3 in c. Ioannes num. 6. de regul. Sed hodie est dubium, an prædicti Superiores possint permittere, Moniales habere annuos census, siue redditus; ratio pro opinione affirmatiua est, quia sunt pecuniæ, & vsus mobilium; sed contrarium est communius, & verius, & tenendum; videlicet, quod Superiores non valeant licentiam prædictam impartiri, maximè cum annui redditus inter immobilia reputentur.

RESOLVT. CXCV.

Dispensatio, qualiter interpretanda?

1 *Dispensatio non debet ita restringi, vt reddatur inutilis.*
2 *In dispensationibus matrimoniorum, semper debet fieri interpretatio in eius fauorem.*

DIspensatio, quatenus respicit præiudicium dispensationis, debet latè interpretari; & sic considera, si attenditur materia, super qua dispensatur; respondeo, quod aut dispensatio est in re dubia, vt puta, quia facta ex legitima causa, & tunc licet latè non interpre-
1 tetur, non debet ideo restringi, saltem taliter quod reddatur inutilis, qui ius, non gratia consideratur, & idẽ dicendum, si in gratia, motu proprio concessa, iuxta terminos tex. in c. si motu proprio de præbend. in sexto, & latè communiter per DD. præsertim per Gemin.
2 & Butri. in c. at si clerici de Iudic. Iaffre. dec. 62. In dispensationib. verò matrimoniorum semper debet interpretatio sumi in eius fauorem. c. dilectus de consang. & affin. & est declaratum per extrauagã. Clementis VII. quæ incip. Nuper, de qua mentionem facit Io. Calder. in citato capitulo dilectus, licet velle videatur, quod etiam dispensatio in matrimonialibus sit odiosa, & consequenter restringenda; verum reprehenditur ab Anan. in cap. quia circa de consanguin. & affin.

RESOLVT. CXCVI.

Discutiuntur nonnulla de gratia in forma pauperum.

1 *Gratia quando fit in forma pauperum, examinatur impetrans in Curia de literatura, constructione, & cantu.*
2 *Differunt gratia in forma pauperum, & in forma speciali.*

SI quis impetrat gratiam in communi forma pauperum ad obtinendum beneficium, potest eius Exequutor purificare gratiam ad instantiam consanguinei impetrantis, etiam nullum mandatum ad id habentis, & etiam ex officio, inquirendo de ætate, & eius vita: an autem alia persona possit acceptare beneficiũ sine
1 mandato, vide Rot. dec. 202. Gratia quãdo fit in forma pauperum, examinatur impetrãs in Curia de literatura, constructione, & cantu; similiter in partibus committitur Exequutori examinatio de vita, & moribus, ac conuersatione. Quando autẽ fit in forma dignũ, tũc Papa habens impetrantem de vita, & moribus cõmendatum, committit in partibus solum examen scientiæ, idoneitatis, literaturæ, constructionis, & cantus, Rot. concl. 404. & aliquãdo etiam stante examine in partibus habet ipsum pro idoneo. Per alia etiã cognoscitur
2 an gratia sit in cõmuni forma pauperum, vel in forma speciali, videlicet gratia specialis, & spiritualis: Gratiã habens in communi forma pauperum, si infra mensem acceptat officium ante purificationem gratiæ, & per eum non stetit quo minus purificaretur, sed per Exequutorem, valet exceptio, & impedit collationem Ordinarij; dummodo constet postmodum de habilitate, & bona conuersatione impetrantis tempore impetrationis, & acceptationis, Rot. concluſ. 17. Prousio enim per Exequutorem ante purificationem nõ valet, Rot. concl. 309. Gratia facta in forma pauperum, secundum clem. 1. in §. secus de concess. præben. non ligat manus Ordinarij ante purificationem conditionis, secundum Rot. licet multi Doctores dicant contrarium, concluſ. 92. Gratia in forma pauperum, si concurrat in data cũ gratia speciali, eadẽ collatione reputantur ambæ gratiæ: Pars ideo habens gratiam in forma pauperum, si fuerit diligentior in præsentando, præfertur in præbenda postea vacante, etiam ante purificatam conditionem, quando conditio dependebat ab alterius potestate, secundum cap. si pro te de rescript. lib. 6. Rot. concl. 103. & idem in gratia facta, dignum arbitramur, concurrente cum gratia in forma speciali purè facta, vt notat Rot. concluſ. 366.

RESOLVT. CXCVII.

Decimarum ius, an possit in transactionem reduci?

1 *Transactio super iure decimarum non debet fieri, & si fiat, valet in præiudiciũ transigentis, non tamen successoris.*
2 *Super fructibus decimarum transigi potest.*

IVs decimarum, non potest in compositionem, vel transactionem reduci, quia est spirituale, & super spiritualibus non potest componi, & transigi, sed super accidentibus, & cohærentibus, extendendo ad ius spirituale, sic secũdum Innoc. & Io. Andr. de confirm. vtil.
1 vel inutil. cap. penult. Tamen valet transactio in præiudicium transigentis, secus in præiudiciũ successoris, gl. de decim. c. ex multiplici, & c. mirum; super fructibus
2 autem decimarum transigi potest, vt patet ex §. proximè præceden. dicit tamen Hostiens. quod non per modum arbitri, sed arbitratoris, Abb. in rubr. de decimis; tamen potuerit ipsũ ius decimarum in transactionem deduci, vt notat Ioa. Andr. in c. fi. de rer. permut. Permutari autem non potest cum aliqua re temporãli, vt ibi notatur in glos. in fi. nisi fortè approbaret, vt notat D. Anto. ibid. in fi. vide Io. Andr. post. Inn. in cap. statuimus de transact. super prima glos. & in cap. de cætero super verb. an paruit, & super verb. ius aliquod, & in c. super eod. tit.

RESOLVT. CXCVIII.

Impedientes exequutionem Bullarum, seu literarum Apostolicarum, sunt excommunicati.

1 *Impediens de facto exequutionem literarum Apostolicarum, est excommunicatus, secus si de iure.*
2 *Papa in collationibus, non intendit tollere ius tertij.*

IMpedientes exequutionem literarum Apostolicarum sunt excommunicati, vt apertè patet in Bulla cœnæ Domini cap. 8. & regiſtratur in iure communi c. quoniam de immunit. eccles. Bald. cons. 22. vol. 1. quæ excommunicationis pœna limitatur infrascriptis mo-
1 dis. Primò, quando impediuntur de facto, secus de iure,

Argum.tex.in c.licet de præben.lib.6.Oldrad,cõsil.81. Staphil. in tract. de literis gratiæ f.196. num.1.& facit text.in c.cui,& c.pro illorũ de præb.in sextò,Nau. cõs. 39. de sent. excom.qui dicit casum notandum,& posse contingere quando aliquis vellet contradicere alicui possessionem capere volenti;etiam si fuerit Exequutor Apostolicus, quando habet causam iustam contradicendi, & non permitteret accipere possessionem, vt quia forasse beneficium erat vnitum, vel alteri prius collatum,vel Bullæ sunt obreptitiæ,vel subreptitiæ,vel quia est ius patronatus, & Episcopus prætenderet esse
2 collatiuum; nam Papa quando concedit non intendit auferre ius tertij, nisi de eo fiat expressa mentio, quia adest regula Cancellariæ de non tollendo,facit cap.ex literis de rescript. & cap. ex tuarum de author. & vsu pal.& ibi glos.in verb.permittat.

Limita secundò, quando prohibetur, ne intimarentur tertio, vel ne eis fides adhiberetur, vel ne publicarentur:vnde qui dat in possessionem alicuius beneficij, nolens relinquere illud ad præsentationem literarum Apostolicarum, vt quia putat iuridicè possidere, non incurrit excommunicationem Bullæ cœnæ Domini; ita Zerola in verb. litteræ part.2.

Limita tertiò, si quis ab eis appellet, vel reclamet, quod procedit etiam si in literis dicatur, contradictores,&c.glos. in c. pro illorum verb. contradictores de præben. in sextò, Staph.f.180. num.7. Nau.cons.96.de sent.excom.

RESOLVT. CXCIX.

Episcopus, an possit plures Vicarios generales statuere in sua Diœcesi?

1 *Plures Vicarij constitui possunt ab Episcopo.*
2 *Si plures Vicarij constituantur, nihilominus faciunt vnum consistorium cum Episcopo.*

ARguendo de procuratore ad Vicarium, validissimum argumentum esse,testatur Euerard.loco 26.vnde cum plures Procuratores constitui possunt, l. pluribus ff. de procur. c. si duo eod. tit. in sextò; sic,&
1 plures Vicarij,sicut dicitur in plurib.Vicarijs foraneis, de quibus facit mentionem glos.in clem.& si principalis de rescript.verb.foranei,& Rot.in decis.297.part.2. Guttier.lib.1.canonicar.quæst.c.7.Hinc Zerol.in praxi Episcopali verb. Vicarius, scribit posse Episcopum,ne dum vnũ, sed plures Vicarios generales in sua Ciuitate, & Diœcesi constituere,allegat tex.in c.quoniam de off.Ordin.c.ad hæc de offic.Archid.& cap.1.de celebr. missar. quib.addo Panorm.in c.extirpandæ §.quia verbo,n. 13. de præben. Anchar. in clem.2.n.2.de rescrip. Arch. in c.fi.de off.Vicar. in sextò, quod ampliat Selu. in tract.de benef.2. par.q.14 n.7. posse eos taliter constituere, quin alter ab altero dependat, & quod sint æquales, & insolidum; vel quod sit vnus principaliter etiam si constituatur,alter in vno, alter in altero loco; nam non attenditur generalitas loci,sed cõmissio causarum.Ampliat secundò Sylu. in eius Summa verb.Vicarius §.4.tales Vicarios facere vnum consistorium cũ
2 Episcopo, iuxta terminos c.Romana de appel. in 6. & c. non putamus de cons.eod.lib. ex quo colligitur,non posse appellari ab eorum sententijs ad Episcopum secundum Franc. in c.dilecti,il secondo,de appell.Guid. Pap.in dec.436.

RESOLVT. CC.

Missæ testamento legatæ, an veniant appellatione beneficiorum?

1 *Missæ ad nutum amouibiles non sunt beneficia, vnde à laicis possunt prouideri.*
2 *Missæ sunt capellaniæ,& beneficia, quãdo dãtur in titulũ.*
3 *Capellaniæ sunt beneficia, quando Episcopi authoritate fundantur.*

1 AN prædictæ Missæ sint ad nutum amouibiles. Respõdetur negatiuè,& ratio est quia à solis laicis possunt prouideri,& sic potius sunt quedã seruitia, & Mis. celebrandæ in dies, vt dici solet vulgò de missis votiuis *trent'vna,& quarant'vna*,vide Nau. in cõs.5. de præben. & cons.8.nu.7. & 8.& sic non cadunt sub spolijs, etiam si excedãt summam taxatam in Bulla Pij V. Nam non veniũt istæ Capellanię, pro celebrandis missis,appellatione propriarum capellaniarum; quamuis a Testatore nominẽtur capellaniæ,vel beneficia ecclesiastica,& sic possunt fundari,& prouideri absq;voluntate Episcopi accedẽte,c. nemo de consec.dist.1.Nau. loc.cit.& Sacra Congregat. conclus.14.& gl.in clem.1.
2 vers.decima: Nam licet capellaniæ,& aliorum seruitia veniant appellatione beneficiorum,Ioan.de Selu.tract. de benefic.1. part. quæstione 3. numero 10. Gomez in regul.de infirm.resignant.quæstion.23.Tamen hoc debet intelligi quando dantur in titulum, secus quando dantur ad nutum testatorum, siue eorum hæredum, vt celebrentur Missę in aliquibus altaribus.Gom.q.20.de ann.poss.& q.4.de exprimen.val.benef. Quare Cõmissarij Apostolici, seu Subcollectores Cameræ, non possunt se intromittere in exigendo introitus, siue potius eleemosinas dictarum missarum, durante vacatione per obitum Capellanorum, seu Sacerdotum, qui illas celebrant,siue alio modo,cum re vera non sint beneficia, idque locorum Ordinarij summopere debent aduertere, cum ipsi sint prædictarum voluntatũ exequutores,c.Ioannes,& c.tua de testam.& Sacr.Conc.Trid. sess. 22. c.8. & dixit Zerol.in vers.legatum §.8.9.& 10. Tunc autem Capellaniæ veniunt appellatione benefi-
3 ciorum, si fuerint fundatæ authoritate Episcopi,cũ celebratione vnius, vel plurium Missarum, & in perpetuum,& tunc veniunt sub spolijs, glos.citata in d.clem. secus verò quando aliquis legauerit Missas aliquas celebrandas in aliquibus altaribus, vt dictum est, & nota hoc pro practica quotidiana.

RESOLVT. CCI.

Episcopus visitans, quid facere debet si inueniat Ecclesias dirutas?

1 *Si ecclesiæ habẽt redditus,beneficiati sunt compellendi ad eas reddificandas, sin minus,sunt transferendæ.*
2 *Ordinarius non potest prophanare capellas sine causa.*
3 *Si populus nolit ecclesiam parochialem inopem reparari, est penitus diruenda.*

REspondetur distinguendo,& Primò, aut Ecclesiæ possunt reparari introitibus suis, & ipsarum beneficiati sunt compellendi ad eas reædificandas, Abb.
1 in c.1.n.1.2.3. & 4. de eccles.ædific. aut verò laborant inopia,& reparari nõ valent;& sic vocatis ijs, ad quos spectat inMatrices,aut alias Ecclesias,suo arbitrio cõpellãt,ad altaria erigenda in eiusdem Ecclesijs,vel Capellis eiusdem inuocationis, vel in iam erectis Ecclesiis,& Capellis transferant,cũ omnibus emolumentis, & oneribus, quæ habebant primæ Ecclesiæ, Concil. Trid.sess.21.c.7. de reform.hoc etiã ampliatur ad Ecclesias Parochiales iuris patronatus.Cõc.ibid.vbi erãt

Eccle-

Ecclesiæ, erigatur Crux. Et quia posset dubitari, an liceat Visitatori, siue Episcopo illas Ecclesias prophanare, stante magna inopia, & forsitan loci indecentia? Respondetur ex Conc. Trid. loc. cit. circa vltimũ, posse fieri; sed debet animaduertere, ne faciat illas cõuertere in sordidos vsus; quo circa Sac. Congr. declar. 241. censuit in hæc verba: Ordinarius non debet prophanare
2 Capellas, & si aliquam causam prophanandi habuerit earum cæmenta potius sunt attribuenda Ecclesiæ, quæ est caput dictarum Cappellarũ, quam alteri. Secundò, Parochialis verò Ecclesia si ob inopiam ex redditibus non posset reparari, Parochiani sunt compellendi; nec propter hoc vsui possent Parochiæ renunciare, Abb. d. c. 1. n. 4. quod si Parochiani nolint, vel non possint eas reparare; fertur Romæ fuisse decisum ita, Si Populus
3 nolit Ecclesiã, quæ minatur ruinam restaurare, debet ea penitus diruì; præterea posset Prælatus ex causa, nõ solum prophanare immobilia, sed mobilia Ecclesiæ.

RESOLVT. CCII.

Quot Moniales possunt in quolibet Monasterio recipi?

1 *Is numerus Monialium in quolibet Monasterio constitui debet, qui ex proprijs redditibus, vel consuetis eleemosynis substentari potest.*
2 *In Monasterijs etiam exemptis, Episcopus cum Superiore Monasterij potest numerum statuere.*

1 SAc. Conc. Trid. sess. 21. c. 3. statuit, is numerus tantũ Monialium constituatur, & conseruetur in posterũ qui ex proprijs redditibus Monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè sustentari possit, vide in c. periculosa §. sanè de stat. regul. lib. 7. & ibi Anch. n. 3. vers. quinto nota; idem confirmat Sac. Congr. declar. 216. & Pius V. in Bulla sua 9. fol. 13. & in eod. loco addit. Sac. Conc. Nulla talia loca tam virorũ, quã mulierum erigantur sine Episcopi in cuius diœcesi erigenda sunt licentia prius obtenta, quodq; adiuuatur de iure communi, de omni Ecclesia, & loco sacro, cap. nemo de consecr. dist. 1. Sylvest. in verb. ecclesia 2. Selua tract. de benef. 1. par. q. 6. ab initio, & per tot. Nau. in c. statuimus 44. vers. 3. 19. q. 3. & circa numerum Monialium, etiã in Monasterijs exemptis, iurisdictio ordinaria est, idem n. 57. & in c. nulla 18. q. 92. n. 7. vers. 2. q. c. statuimus n. 45. vers. 3. idem de eleemos. Gregor. XIII. in
2 Bulla sua, & Nau. loc. cit. vbi habes numerum certum posse, & deberi ab Ordinarijs (etiam in exemptis) cum suis Superioribus præfigi, vltra quem numerum non possunt aliæ recipi sub pœna peccati mortalis.

RESOLVT. CCIII.

Enuncleantur aliqua priuilegia Episcoporum.

1 *Episcopus non potest citari ad Curiam ab Auditore Cameræ, nec priuari etiam in criminibus notorijs absque facultate legitimæ defensionis.*
2 *Episcopus est Princeps, & habet culmen dignitatis.*
4 *Episcopus potest in sua Diœcesi eligere Confessarium.*
4 *Quando Episcopus recusatur, datur ei adiunctus.*
5 *Episcopus celebrans in aliena Diœcesi, potest vti benedictione Episcopali, sit nomen Domini benedictum.*
6 *Episcopus quotidie debet audire sacrum.*

1 PRimum est, quod Episcopi non citantur ad Curiã ab Auditore Cameræ absque mandato Summi Pontificis, Pius IV. Bulla 74. Secundum, non possunt priuari in criminibus, etiam notorijs, nisi detur copia,
2 & facultas legitimæ defensionis, Leo X. Bulla 11. Tertium, Episcopus vocatur Princeps Ecclesiæ, ecclesiast. 45. in fin. & Principem facit eum, S. Hilar. super Matth. & dicitur habere Pastoralem curam, & dignitatis fastigium, c. Ordinatos 59. dist. c. miramur vers. Principatus 6. dist. & c. Principatus 1. q. 1. & dicitur habere culmen dignitatis gl. in c. 2. de præb. lib. 6. Affl. in constit. post mundi §. ad nos itaq; 4. notab. n. 2. & antiquitus vocabantur Summi Pontifices, & Summi Sacerdotes, Card. in c. legum 2. q. 1. Gom. in c. 1. n. 18. de const. lib. 6. & vocabantur sanctissimi in primitiua Ecclesia, & Beatissimi, & Papæ, idem n. 23. vocabantur Vicarij Christi, pupilla oculi Dei, sed vide S. Greg. in homil. de quin-
3 que talentis, & Stimulum Pastorum. Quartum Episcopus habet priuilegium, vt valeat confiteri peccata sua Sacerdoti etiam non approbato, Nau. in c. placuit de pœnit. n. 52. dist. 6. vt dixit Zerol. in fin. in pract. sua pœn. c. 15. q. 2. concl. 4. & q. 20. & in pract. Epis. in vers. absolutio §. 12. Nau. cons. 12. de pœnit. & remiss. à contrario sensu id tamen intelligitur in propria Diœcesi ipsius Episcopi, & idẽ dicendũ est de Illustrissimis Cardinalibus, qui habent eamdem iurisdictionem in suis titulis, quam habent Episcopi in suis Diœcesibus; & etiam habent plura priuilegia, quã Episcopi, vt patet vulgatis canonibus; fallit hoc in Iubileo vbi habetur, qui voluerit lucrari illius gratiam confiteri debeat peccata sua vno Sacerdoti ex approbatis ab Ordinario: Nau. cons. citato. Quinto, Episcopus potest assistere Inquisitoribus in negotio Fidei, Alexãder IV. Bull. 13. Sexto, Episcopi præcedunt Prothonotarios, etiam illos quatuor, qui sunt de numero, tam in Vrbe, quam extra, Pius II. Bull. 2. quæ incip. Cum seruare. Septimo, potest esse Iudex in causa propriæ suæ Ecclesiæ, licet possit recusari suspectus, Capy. dec. 137. n. 1. & quid sit tunc agendũ, & ad quem recurrendum, vide eundem Zerol. in vers. Archiepiscopus §. 1. & in ver. appellatio §. 15. Octauo, Episcopus in sua Diœcesi debet honorari ab Archiepiscopo, dum est in illa, & idem debet Cardinalis, idem dec. 27. n. 24. & 25. Ratio est, quia dignitas Episcopalis multum est commendanda, Abb. in clement. si quis suadente. Nono, Episcopus, in iurisdictione, erga suos subditos exercenda, debet habere consilium sui Capituli, potest cõsuetudine, vel præscriptione sibi quærere, ne dictum consilium teneatur requirere, cap. non est, de consuet. lib. 6. Capy. dec. 134. n. 3. faciat pro c. 6. sess. 25. Conc. Trid. vbi disponitur in quibusdam, debere Episcopum adhibere consilium Capituli; sed vide eundem Zerol. in vers. Capitulum §. 8 & hoc etiam amplia. tur, si illud consilium adhibere deberet in instituendis, vel conferendis beneficijs, Selua in tract. de benef. 2. p. q. 22. n. 13. & 14. & ita hodie communiter obseruatur in praxi. Decimo, Episcopi non debent seruire Principibus laicis, nec Regibus, nec Baronibus, nec Ministris Regum, sed locum, & gradum conuenientem suæ dignitati, tã in Ecclesia, quam extra, sibi retineant Cõc. Trid. sess. 25. c. 17. de reform. Et tam in Ecclesia, quam in Choro, & Processionibus, & omnibus actibus publicis, prima sedes debetur Episcopo, Conc. loc. cit. c. 6. §. Episcopus de reform. & in Synodo Cõstantinopolit. act. 10. can. 14. Fallit tamen quando sedet, vt Consiliarius Regis, tunc enim non præcedit alios Consiliarios, Vinc. de Franch. dec. 138. num. 5. in postrema editione. Vndecimo, Iudice dato suspecto, lex dat ei adiunctum
4 Episcopum, vel esset recurrendum ad Superiorem, Capyc. decision. 187. numero 3. Duodecimo, Episcopus habet eadem priuilegia circa officium inquisitionis, quæ habet Inquisitor Delegatus, & maximè absẽtibus Inquisitoribus, & vbi Inquisitores non adsunt, Pegn. scol. 112. in 3. par. Direct. Inquisit. in vlt. Decimotertio, Ciuitas occidens suum Episcopum, priuatur in posterũ tali dignitate, c. ita nos 25. q. 2. Rebuff. in tit. de differen. in tit Priuil. referu. Sum. Pont. n. 43. Couar. lib. 2. c. 8. in fi. var. resol. Decimoquarto, Episcopo cõpetit dispensatio malè ablatorum, Abb. in clem. Religiosi n.

24.de priuil.sed Nau.cons.18.num.7.& 14. de pœnit.& remiss. dicit, id non competere Episcopo de iure, quia possunt facere illud partes per semetipsas, & per Confessarios, potest tamen hoc intelligi de consuetudine generali, vel speciali, & sic vidi omnes Episcopos, hoc sibi reseruare à summa notabili, puta supra decem aureos. Decimoquinto, Episcopus celebrans priuatè in Diœcesi aliena, potest vti benedictione Episcopali cum verbis, Sit nomen Domini benedictũ, glos.in c.Abbates de priuil. in sextò, cũ ista sit potius ordinis quã iurisdictionis, vt more Canonistarum loquar, & sic fuit conclusum Neap. in quodam Collegio habito circa hoc coram aliquibus RR. Prælatis, me præsente, & ratio potest esse, quia sic conceditur Episcopo celebrare in Ecclesia aliena à iure, absq; licentia Ordinarij, ita concedi etiam debet benedictio Episcopalis tamquam accessorium, & consequens ad illam celebrationem, per c.cui licet, & ibi glos. initio, de regul. iur. quam videas. Decimosexto, an Episcopus debeat quotidie celebrare Missam, vel eam audire; dic quoad primum, quod diebus Dominicis, & Festis solemnibus celebrare debet, & tam frequenter quod suo muneri satisfaciat; ratio est, quia Episcopus etiam habet curam animarum cũ sit Parochus totius suæ Diœcesis, vt patet vulgatis, Zerol.in verb.decima §. eo, argum.Sac.Conc.Trid.sess. 23.c. 12. de refor.licet non sub reatu peccati mortalis, cum non reperiatur sub præcepto, nisi ratione obligationis, contẽptus, vel scandali, Nauar.c.6.n.19. & Mat. cap.18.Luc.c.17.& March.9. veh homini illi per quem scandalum venit. Quoad secundum respondeo, quod nõ tenetur quotidie audire sacrum, Nauar.c.22.n.2. & de hoc canon.c.3.n.29. nec obstat c.fi. de priuil.lib.6 & c. 5.de consecr. dist.1.nam intelliguntur de congruentia, de consilio, & bene esse ita gl.in clem.1.in vers.Canonicas de celeb.miss.

RESOLVT. CCIV.

Discutiuntur aliqua circa intellectum text. in capitulo sacro de sententia excommunicationis.

1 *Recitatur opinio Nauarri dicentis, quod si Prælatus suspensus auctorando facit celebrari coram se aliquem, est irregularis.*
2 *Opinio Couar.contra dictum Nauar.loc.cit.est verior.*

DVbitatur an Prelatus Episcopo inferior, vel Vicarius Episcopi, excommunicans, interdicens, vel suspendens aliquem, non seruata forma c.sacro de sẽt. excom.& c.1.eod.tit.lib.6. cum sit suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ, prout in locis citatis; si interim ingrediens Ecclesiam, ibi audiat sacrum, vel sedeat in Choro, vt prælatus, vel Vicarius recitans Diuinum officium, vel audit concionem, incurrat irregularitatẽ.

1 Prima opinio est Nau.c.27.num.244.dicentis esse irregularem, per gl. in clem.2. in vers. celebrari de priuil. eius ratio est, quia videtur authorizare factum. Secunda opinio est Couar.& cuiusdã recentioris, asserentium partem negatiuam, nisi in casu de quo per eum in cap. alma mater 1.par.§.6. in vltimo. Ratio est, nam audire sacrum, & alia predicta facere, regulariter non sunt ordinis actus peculiares, glo.d.c.1.vers.sicut prius, & c. si Episcopus 11.q 5.ac ista opinio mihi magis placet; sẽtentia verò Nau.& gl.tunc posse verificari, quando es-
2 set vera authorizatio, prout in c. ex literis de excess. Prælat. Sylvest.in verb.homicidium n 2.Nau.loc.cit.n. 214. seu quando superbia, vel contemptu censurarum præciperet coram se celebrari missam, esset enim tunc irregularis, Couar. vbi supra, & c. 2. de excess. Prælat. Hoc ampliatur etiã si cum puluinari, tapeto, vel comitatu more Officialiũ, nisi prout supra, per rationẽ prædictam, & cum hoc accidisset in facto, ita consului, & illud idem confirmat Nau. in c. 2. §. Sacerdos n. 13. de pœnit. dist.6. vbi dicit ex mente Innoc. in c. si de excess. Prælat. num. 1. Prelatum non incurrere irregularitatem per exercitium actuũ spiritualium tempore interdicti, nisi quando aliquid alicui ordini peculiariter deputatum exerceret, & Innoc. in c. cum medicinalis num. 3. de sentent. excom. habet regulam generalem, suspensum, vel interdictum, vel excommunicatum, non esse irregularem, nisi aliquod exerceat, quod sit de substantia ordinis, Hostien. in Summa titul. de dispens. §. sunt autem casus versic. 14. & Nauar.consil.4.de cler. excomm. celeb.

RESOLVT. CCV.

Quæ conditiones requiruntur ad contractus censuales.

1 *Non omnes conditiones appositæ super censibus in Bulla Pij V. obseruantur, ex tacito consensu Summi Pontificis.*
2 *Gregorius XIII. pro censibus in Regno Siciliæ edit aliam constitutionem cum quatuor conditionibus.*

AD censum annuum redimibilem requirũtur multæ conditiones, iuxta Bullam Pij V. sub datum Romæ anno 1578. 14.Kal.Februarij, relatam à Nau.c. 17.num.234.vbi explicantur tresdecim cõditiones; sed hodie videtur Bullã istam non obligare quoad omnes conditiones, quod probatur. Primo, ipso Papa sciente, & tolerante, fuit factũ oppositum, & quando princeps in aliqua lege præcipit aliquid, & oppositũ agitur, vel non obseruatur, eo sciente, & tolerante, lex illa non recipitur ex viridi obseruantia, & sic non obligat, Abb. & Innoc. in cap.1. de decimis, & Sylvest.in verb.lex §. 6.propè fin.Angel.in verb.cõsuetudo §.10.gl. in clem. statutum in vers. consuetudine de electione, vide Isern. in prælud. feudor. n.40. licet remissiuè, & lex quæ non est vsu recepta non ligat cap.leges 4.dist.& ibi Gemin. Nau. in c.placuit n.4.de pœniten. Secundò, quia Papa Gregor.XIII. fecit aliam Bullam super materiam contractuum censualium editam anno 1574. pro Regno Siciliæ vltra farum, vbi ponit quatuor conditiones sufficere: Primum, vt seruetur Bulla Nicolai Quinti. Secũdum, vt in emptione censuum huiusmodi fiat expressa mentio rerum certarum; super quibus expresè constituitur census; deinde fiat mentio omnium bonorũ venditoris. Tertiũ, vt facultas redimendi remaneat perpetua ipso venditori quãdocũque, & nullo modo restringatur. Quartũ, vt omnes abusus, qui Constitutioni Nicol. V. aduersantur, tollantur è medio, & sic habes in omnia tres conditiones esse de essentia huius contractus. Primò, vt fiat super re certa, stabili, cum obligatione omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Cass. in cõsuet. Burgund.tit.de cens.§.11.tit.4. Foller. super Bulla Nicol.V.in vers.huiusmodi censualia num. 48. Secunda conditio est, vt addatur pactum de retrouendendo quandocunque. Tertia, vt annuus census nõ excedat decimam partem pretij principalis: sed dices Bulla Gregor.est localis, ergo non dat formam vniuersalem. Resp. clarum esse, quod contractus licitus, in vno loco, est licitus in altero; sed cõtractus per Bullam Nicol.V. est licitus, & seruatur hodie; & approbatur per Bullam Greg.XIII. ergo dat formam vniuersalem. Preterea, quia constitutio vnius Regionis, potest imitari in alia, Diaz. pract. crim.cano.c.236. & Gom.in c.si annũ num.44.& 45.de iudic. lib.6. & sic passim videmus hodie obseruari, & consuetudo vicini loci est attendenda, Boer. dec.269.n.9. c.Catholica 11. dist.c.1.c.illa, c. de his, 12.distin. & ita etiam potest respondi ad extrauag. Martini V. & Calisti III. sub tit. de empt. & vend. hoc etiam videtur tangere Nau.in comẽt.de vsur.not.6.q.

4.num.

4. num. 105. vers. omissa. sed n. 108. vers. 4. & 3. hoc dicit clarissimè, quod non obligat contrario vsu, vel cum vsu in terris non subiectis Papæ.

RESOLVT. CCVI.

Episcopi, quas pœnas in eorum edictis imponere possunt, vltra ius commune;

1 *Episcopus in suis edictis potest imponere pœnã priuationis contra clericos non residentes in beneficijs, & potest prohibere factum damnatum noua pœna.*
2 *Non potest statuere pœnam contra subditos existentes extra Diœcesim.*

1 QVidam Doctor, verb. edictum ponit nonnulla, videlicet, potest imponere pœnam priuationis beneficij ipso iure clericis nõ residentibus, Cardin. in clementina ex tunc de cler. non resident. Selua tractat. de benef. 4. part. quæst. 5. numer. 3. gloss. in clement. 2. in vers. tolli de elect. & glos. in clement. 2. in vers. vtij de ætat. & qualit. Ratio est, quia Episcopi suis edictis, seu constitutionibus, possunt adiuuare ius canonicum, imponendo pœnam vbi non est, Ioa. Andr. in c. fi. de off. Archiep. Diaz. in pract. crim. cano. c. 136. Rebuf. in pract. benef. tit. de dispens. de non resid. n. 12. 13. & 14. vbi dicit amplius posse priuare, etiam sine monitione præcedenti, Panor. in c. quoniam §. porrò. col. 4. vers. aduertendum tamen, vt lit. non contest. Rebuff. tit. de dispens. de non resid. n. 25.

Secundò, potest facere edicta ad reformationem morum subditorum, & imponere pœnas, licet non contra ius canonicum, vt dictum est ampliando pœnam, & augendo, Abb. in cap. licet in 2. not. de off. Ordin. & hoc non solum ab Ecclesiasticis, sed etiam à laicis Iudicibus posse fieri, ex multis Doctoribus tenet Couar. de sponsa. 1. p. c. 6. §. vlt. n. 17.

Tertiò, potest prohibere factũ damnatum à iure sub certa, & noua pœna, Abb. in c. à nobis de sent. excom. & sic potest facere edictum fulminans excommunicationem ipso iure, contra tenentes beneficia sine titulo.

Quartò, potest etiam concedere edicta contra laicos, quoad concernentia salutem animarum; nam ratione animæ laici subsunt Episcoporum statutis, Firmân. tractat. de Episcop. f. 28. Episcopus habet iurisdictionem in laicos, non solum de iure, sed ex prorogatione, Boer. decis. 69. n. 4. potest prohibere ludos nocte Natiuitatis Domini; ne accedant ad Monasteria Monialium, vt soluant decimas, & alia huiusmodi, vt patet per Zerol. in vers. decimæ, in vers. Moniales, & per vniuersalem consuetudinem.

Quintò, quoties in iure reperitur aliqua pœna, quæ propter diuersitatem opinionum est dubia; tunc potest Episcopus illam imponere ipso iure, Ioa. de Ana. in c. fraternitatis col. penul. de hæret. Ioan. Andr. in c. ex parte, il terzo. de verborum signif.

Sextò, non potest imponere pœnam ipso iure, quæ afflictionem corporis, vel infamiam induceret Bal. in l. non eo minus num. 2. C. comm. vel Episc. & Saly. ibid. gl. loc. cit. tum propter periculum irregularitatis per c. 2. de homic. lib. 6. & clem. vnica eod. tit. tum etiam quia Episcopus non debet esse percussor, ad Timot. c. 3. & lingua, & scripto potest causari percussio, Diuus August. super Psal. 63.

Septimò, non potest statuere, & imponere pœnam
2 in subditos extra suum territorium, nec illi si contrauenient dictam pœnam incurrerent etiam si fuerit pœna excommunicationis, Abb. in c. quæ in Ecclesiarum de const. in prin. & in rubr. de for. comp. & in c. 1. de raptor. Alex. in cons. 3. in 1. vol. ratio assignatur in d. c. 2. de constit. lib. 6. Nau. c. 27. n. 272. Couar. in c. alma mater §. 10. num. 3. de sent. excom. lib. 6. l. vltim. ff. de iurisd. omn. iud. quidquid dicat Bart. in l. cunctos populos n. 45. C. de Sum. Trin. & fid. Cath.

Octauo, ex supradictis oritur, Episcopum, vel Archiepiscopum, Primatem, vel Patriarcam posse procedere in pœnam impositam in statuto, siue edicto alicuius Episcopi, vel Vicarij ipsius generalis; nam delinquens in territorio illius incurrit pœnas, Abb. in c. cum inferior de maiorit. & obedientia, Zerola in vers. excommunicatio de caus. mater. §. primo, dub. primo, vbi etiam poterit videre, si statutum Episcopi extendit in loco exempto, Socc. consil. 77. incip. consilijs nostris colum. 3. vers. 1. in 1. volum. vide Affl. in Const. Regni Apostatantes num. 8.

Nono, potest facere edicta, & Constitutiones, ne Clerici accedant ad Tribunalia Laicorum, c. 1 & vlt. de postul. imò nec Clerici possunt deponere testimoniũ veritatis in iudicio laici, sine licentia sui Ordinarii, tàm in criminalibus, quam in ciuilibus, in c. Monachi, c. de præsentium, & ibi gl. in vers. defensor 16. quæst. 1. cap. 2. de postul. in c. magnæ, ne Cler. vel Monach. Guid. Pap. q. 65. vbi dicit, nec de licentia sui Ordinarii, si agatur criminaliter.

Decimo, ne Clerici agant negocia, seu procurationes Laicorum, c. Sacerdotibus ne Clerici, vel Monaci. cap. fi. de vit. & honest. cler. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 52.

Vndecimo, vt deferant habitum clericalem, & tonsuram, Conc. Trid. sess. 14. c. 6. de refor. Diaz. loc. cit. c. 69. c. non licet, il secondo, 24. dist. c. nullos 21. q. 4. Ange. in vers. Clericus 3. §. 1. & 3. Syluest. in vers. excommunicatio 6. num. 4. glos. in clem. fi. in vers. videtur de vit. & honest. cler. adest Bulla Sixti V. circa habitum, & qualitatem ipsius, quam videas.

Duodecimò, ne deferant arma, c. in audientia de sent. excom. c. Clerici 23. quæst. 8. cap. ex multa §. de clericis de voto, & voti redem. clemen. 1. de vit. & honest. cler. Angel. in verb. clericus in eo initio.

Decimotertiò, ne discedant à Diœcesi sine licentia, c. quærente de cler. non resid. Selua tract. de benef. 4. p. q. 4. 5. & 6. Concil. Trid. sess. 23. c. 6. & 11. de reform.

Decimoquartò, ne cohabitent cum mulierib. suspectis, tot. tit. de cohab. cler. & mulier. & Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.

Decimoquintò, ne ludant ludis prohibitis, nec illorum sint inspectores, c. clerici, il secondo, de vit. & honest. cler. Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. de reformat.

Decimosextò, ne exerceant aliquam artem sordidam, clem. 1. de vit. & honest. cler.

Decimoseptimò, vt intersint Horis Canonicis, & Diuinis officiis. c. dolentes de celebr. miss. cap. fin. 92. dist. Nau. tract. de Hor. Canon. c. 5. num. 3. 11. & 14. Sylu. in verb. hora canonica §. 1. vers. 4. clem. 1. de celebr. miss. & hoc sub pœna subtractionis fructuum, & quotidianarum distributionum, c. vnico de cler. non resid. lib. 6. & Zerol. vers. distributiones quotidianæ.

Decimo octauò, ne Parochus distet à sua Parochia vltra biduum, sub pœna pecuniaria mediæ decimæ, & non vltra, & fertur fuisse decisum Romæ, & prout dixit Zerol. in vers. priuato, & Conc. Trid. sess. 23 c. 1. §. eadem omnino de reform.

Decimo nono, ne clerici peregrinentur, Abb. in cap. scripturę n. 9. de voto, & alia multa, prout in iure Sac. Conc. & diuersarum aliarum Constitutionum.

Vigesimo, vt clerici seruent antiquos Canones de vestitu, victu, & aliis circa eorum mores, Nau. in c. statuimus num. 28. 18. q. 3. & præcipuè, ne fulgidis, & claris vestibus vtantur, c. 1. 21. q. 4.

RESOLVT. CCVII.

An in contractu censuali possit coarctari tempus redimendi venditori?

1 *Licitum est secundum aliquos restringere facultatem venditori census, vt scilicet post tale tempus non possit redimere, sed alij dicunt contrarium.*
2 *Facultas redimendi non tollitur, etiam centenaria præscriptione.*

EXempli gratia: si quis emat annuum censum à Titio cum hac clausula, vt si infra quatuor, vel decē annos nō redimat, remaneat census perpetuus, videtur esse contractus vsurarius, hoc patet, vltra Sylvest. in verb. vsura 25. 15. vers. 3. & per Bullas Summorum Pontificum Nicol. V. Mart. V. Pii V. & Gregor. XIII. in quibus habetur, clausulam essentialem huius contractus
1 esse præcipuam, vt remaneat facultas ipsi venditori redimendi quandocumque; sed quod possit fieri, est opinio Soti lib. 6. q. 5. art. vlt. concl. 3. vbi dicit contractum esse licitum, idem affirmat Nau. c. 17. n. 298. vers. nec etiam est necesse Couar. pract. quæst. c. 8. n. 7. vbi dicit tria. Primum contractum huiusmodi, non esse vsurariū. Secundum, etiam si apponatur illa clausula, remanere facultatem redimendi venditori, quandocumq; etiam elapso tempore coarctato. Tertium, quod pro vtrisque his dictis fuit in Granatē si Prætorio, communi calculo conclusum. Tertia opinio est Sylvest. loc. cit. & aliorum quos citat Couar. loc. cit. nempe quod nullo pacto liceat; ratio est, quia potius est pignoratio, quam venditio, & per rationem quæ continetur in prædictis Bullis; sentiendum est cum Couarru. quod patet ex rationibus ab ipso allatis, Abb. in cap. ad nostram de empt. & vend. cas. 3. & c. illa nos de pignorib. Nauar. in c. 96. vbi
2 dicit, facultatem redimendi non tolli, etiam centenaria præscriptione. Quoad secundam partem Nau. loc. cit. & Sot. dicunt, licere, & posse fieri. Couarr. loc. cit. n. vlt. dicit licere, sed non debere fieri; Ego verò iudico cum Couar. & præcipuè quando adest aliqua coniectura, ex qua colligi posset emptorem id non facere aliqua fraude motum, sed quia vult pignorare, seu extenuare fundum, vel aptare domum, vt possit eis frui per quinque, vel sex annos, cum antea fuerit quodammodo sterilis, vel inhabitabilis, Sylv. verb. vsura 2. 5. 15. vers. 3. Ang. verb. vsura.

RESOLVT. CCVIII.

An translatio Ecclesiarum vetustate collapsarum, facta ad alias Ecclesias, dicatur vnio?

1 *Per translationem beneficii, seu Cappellæ ad aliquam Ecclesiam, non censetur facta vnio.*
2 *Subreptio, vel obreptio non cadit in Ordinario, sed solum in Papa, vel Legato.*

REspondetur, ex verbis Sac. Congr. colligi responsionem negatiuam, quinimò dici potius translationem; beneficia enim tunc dicuntur vnita, cum incor-
1 porantur adinuicem, & confunduntur, ac efficiuntur vnum corpus, vt dicit Gom. q. 25. in regul. de annu. poss. sess. & beneficium vnitum perdit nomen beneficii, nec debet dici beneficium, sicut ante vnionem, Rebuff. pract. benefic. in form. nou. prouis. super verba cum annexis vers. etiam; sed ista translata remanent distincta cum innouationibus, introitibus, emolumentis, & oneribus distinctis: ergo non potest dici vnio: hoc dixi, nam vidi quemdam Reuerendissimum Archiepiscopum in hoc trepidare per Conc. Trid. c. 6. sess. 7. de reform. vbi iubet reuideri vniones, prout ibi, quia capitulum illud non loquitur de istis translationibus, nec de vnionibus factis per Ordinarium, & hoc ex pluribus. Primò, quia in vnionibus factis coram Ordinario, nec esset opus Episcopum vti authoritate Delegati Sedis Apostolicę, vt ibi disponitur, sed sufficeret vti authoritate Ordina-
2 rii. Secundo, quia subreptio, vel obreptio, non cadit in Ordinariis, per rationem dictam à Selu. in tract. de benef. 3. part. q. 12. n. 19. Gom. in 9. quæst. de annua possess. & quæst. 58. de trienn. possess. sed solū in Papa, c. si motu proprio, c. non potest de præb. lib. 6. & in Legato à latere, clem. fi. & ibi glos. in vers. legati de off. Ordin. Sed ibi fit mentio de subreptione, ergo non loquitur de vnionibus factis per Ordinarium, sed de factis ex impetrationibus Sed. Apost. & has & istas vult Sac. Conc. reuideri, cum multoties obreptitiæ, & subreptitię impetrātur, Abb. in clem. 2. n. 4. 5. & 6. de off. Ordin. Nam prouisiones factę ab Ordinario, non possunt oppugnari de subreptione, Caputaq. dec. 406. par. 2. Quid de Altaribus quæ reperiuntur in agris, vel viis, debeant ne per visitationem demoliri, vide Zerol. in vers. Altare §. 10. Rebuff. in tit. de vnione num. 48.

RESOLVT. CCIX.

An debeatur Episcopo quarta legatorum?

1 *Episcopo debetur quarta legatorum ab Ecclesiis legatarijs, exceptis quibusdam casibus.*
2 *Monachi mendicantes tenentur ad dictam quartam ex ijs quæ offeruntur in funere, vbi adest consuetudo.*
3 *Consuetudo secundum ius, inducitur spatio decem annorum.*

PRo huius quæsiti ratione dilucidandę sunt infrascriptæ conclusiones. Prima conclusio est, de omni-
1 bus legatis, & relictis Ecclesiæ existentibus in sua Diœcesi, competit quarta pars Episcopo, cap. requisisti, cap. officij de testam. Sylvest. in verbo canonica portio §. 4. & hanc quartam partem Episcopo soluere debet Ecclesia, siue locus pius, cui legatum fuit, non autem ipse hæres, Couar. in d. cap. officij num. 1. circa vltimum. Secunda, fallit hoc in casibus exceptis in cap. fin. eod. tit. & Sylvest. loc. cit. Tertia, etiam in casibus exceptis in d. cap. fin. debetur quarta Parochiali Ecclesiæ, clem. dudum de sepult. §. verum, vbi quoad quartam debitam Parochis derogatur in casibus expressis in d. cap. fin. num 6. vers. 3. Quarta conclusio, Conc. Trid. sess. 24. de reformat. decidit, si dicta quarta, tam Episcopalis, quàm Parochialis fuerit concessa iam ante 40. annos alijs Monasterijs, & quibuscumque locis pijs ex quocumque priuilegio, quod de cætero soluatur Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ pleno iure: Non obstantibus &c. & hoc etiam si alibi sepeliantur, declarat Sac. Congr. Card. quod ampliatur etiam si legans, aliquid legasset Ecclesiæ Parochiali, quia non compensatur, cum quarta debita, sed etiam illa debetur, Couarr. d. cap. officij num. 6. Quinta conclusio, ista quarta portio non est determinata quoad quotam, sed statur consuetudini locorum, cap. certificari de sepul. Cessante autem ista consuetudine, erit quarta de iure ordinario soluenda Episcopo, seu Parocho, Couar. loc. cit. num. 1. Sexta conclusio, circa illos casus notatos in d. cap. fin. solum eximuntur Monachi mendicantes, ipsi enim non tenentur soluere Episcopo canonicam portionem, seu quartam legatorum, & hoc intelligitur de legatis ab ijs, qui apud eos legerunt sepulturam, Couar. loc. cit. num. 6. Abb. in d. cap. fin. col. fin. Septima conclusio, consue-
2 tudo viget hodie vt Monachi teneantur soluere Ecclesiæ Parochiali solum quartam ex ijs quæ offeruntur eo tempore, quo funus, aut exequiæ defunctorum celebrantur, Card. in d. clem. Couar. vbi supra. Octaua conclusio, in his standum est consuetudinibus, Co-

nar.

uar. loc. cit. Capy. dec. 23. vbi dicit, deberi quartam istam legatorum. Nona conclusio, ista canonica portio, tam Episcopalis, quàm Parochialis, non solum debetur vbi consuetudo est de candelis, sed de omnibus obuenientibus Ecclesiæ ex sepultura, Abb. in cap. relatum num. 2. de sepult. Inn. in cap. 1. num. 4. & 5. de stat. monac. Tabie. in vers. canonica portio §. 9. & 10. Decima conclusio cauere debent locorum Ordinarij, ne prætextu quia ipsi incipiunt exigere hanc quartam, intendant introducere consuetudinem arbitrantes per vnum, aut duos actus introduci consuetudinem, vt ait Sylu. in verbo consuetudo num. 6. vers. 3. Couar. pract. cap. 14. num. 2. sed requiruntur ea quæ sunt necessaria consuetudini introducendæ, Sylu. loc. cit. glos. in cap. cum in tua vers. consuetudo, de consuetud. lib. 6. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8.
3 vers. 4. & 10. & dec. Rot. 2. de præben. in nouis, vbi habetur sufficere decem annorum spatium ad introducendam consuetudinem, quæ introducta est secundum ius commune, Addit. ad d. dec. 2. Sed ista consuetudo est secundum ius commune, d. cap. officij, & clem. citata, ergo sufficeret spatium 10. annorum; & hoc etiam valet in exactione decimarum, Couar loc. citato, Gomez in cap. 2. §. statuto num. 72. de const. lib. 6. dixit hoc licere locorum Ordinarijs, quia hoc esset innouare, & non vti consuetudine, argumen. Concil. Trident. sess. 24. cap. 14. de reform. Nauar. cap. 23. num. 101. ratio est, quia quisque posset de facto facere aliquid, bis, vel ter, & quia subditi timent contradicere, tacent, & allegare deinde consuetudinem, esset absurdum, & Sacri Canones abhorrent, cap. fin. de consuet. Gom. cap. 1. num. 9. in fin. de const. lib. 6. faciunt not. per Sot. lib. 1. quæst. 7. art. 2. de iust. & iur. in quo dicit, si vasalli vrbanitatis causa, vel beneuolentiæ erga Dominum offerunt aliqua munuscula, non ideo vrbanitas debet duci in consuetudinem, & beneuolentia in obligationem, & debitum, facit Hypol. in sing. 192. DD. in cap. peruenit de cens. Sylu. in vers. sepultura num. 2. vers. notat idem in vlt. Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. sed non conuenit, vt quæ olim fuerint munera possint consuetudine transire in debita, Nau. cons. 4. iux. fin. de censib. Add. ad Capel. Thol. quæst. 214. dicit ex Summa Angelica in ver. testamen. in add. q. 213. Vndecima, quarta Parochialis non debetur nisi de his quæ obueniunt ratione funeris, & de legatis omnibus factis Ecclesiæ, in qua ille non elegit sepulturam, nec sepelitur in ea, non debetur dicta quarta Parochiæ, glos. in cap. 1. & in cap. certificari de sepult. Addit. ad Capel. Thol. q. 212.

RESOLVT. CCX.

Episcopus, an possit excommunicare Regulares?

1 *Excommunicatio lata ab Ordinario non comprehendit Regulares, quod limitatur in ijs qui sine licentia prædicant, item quando nollent ire ad processiones, & alijs casibus.*
2 *In spectantibus ad causas Sancti Officij, Regulares subsunt Ordinarijs.*
3 *In casu reconuentionis, Regularis subest Episcopo.*
4 *Episcopus potest declarare Regulares incidisse in excommunicationem.*

1 REgula est, quod excommunicatio lata ab Ordinarijs contra subditos suos, non ligat Religiosos, & est ratio, nam non subsunt eorum iurisdictionibus, cap. à nobis, il primo, de sent. excom. Flor. Theol. in 4. sent. tract. de excommu. 1. dist. art. 1. concl. 1. c. Romana de sent. excom. lib. 6. cap. 1. §. in eos de priu. lib. 6. Fallit primo in prædicantibus sine licentia Ordinarij, vel Sedis Apostolicæ, cap. excommunicamus §. quia vero de hæret. Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. in fin. de reform. glos. in cap. 1. in vers. priuilegia de stat. monac. Castr. lib. 3 cap. 3 iux. fin. de iust. hæret. punit. Pegna super cap. 13. in p. 2. Direct. Inquisit. Bulla Leon. X. quæ est 15. fol. 205. Secundo fallit, quando nollent ire ad processiones indictas ab Episcopo, sess. 25. cap. 13. de Regular. & fertur Sac. Congreg. declarasse, Regulares non accedentes ad processiones indictas ab Episcopo posse ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia. Tertiò fallit, quando auscultarent confessiones sæcularium etiam Sacerdotum sine licentia Ordinarij, sess. 23. cap. 15. de reform. clem. dudum §. ac deinde de sepult. Quartò fallit, quando absoluerent pœnitentes, quos audiunt in confessionibus à casibus reseruatis ipsi Ordinario, Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. casuum reseru. Ratio est, nam Mare magnum est abrogatum, in omnibus in quibus contradicit decretis Sacr. Conc. Trid. prout in Bulla Pij IV. sub datum Rom. Kalend. Martij 1565. Pontif. anno 6. & ita pluries fuit declaratum per Sacr. Congre. dixi à casibus reseruatis Ordinario, quia si excommunicatos, vel à Canone, vel à sentẽtijs per statuta Synodalia positis absoluere præsumpserint, inciderent in Papalem excommunicationem, clem. 1. de priuil. Si verò à casibus in Bulla Cœnæ Domini: ipso iure excommunicatione essent innodati, prout dicit Nauar. c. 27. n. 74. & hodie per bullam Cœnæ Sanctissimi Sixti Quinti, est Papalis excommunicatio, & istis in casibus non esset opus excommunicatione, sed declaratoria tantum. Quinto fallit, quando non obseruarent, nec publicarent censuras ecclesiasticas, nè dum à Sancta Sede Apostolica emanatas, sed ab Ordinarijs, mandante Episcopo, Conc. Trid. sess. 25. cap. 12. de Regular. cap. cum explantare §. excommunicatus de priuileg. c. Episcoporum eod. tit. lib. 6. cap. is qui, de sentent. excommun. eod. lib. Abb. in clem. 1. de sent. excomm. num. 13. Sextò fallit, quando non obseruarent dies festos, quos in sua Diœcesi seruandos præceperat Episcopus, Conc Trid. eodem loco, c. de iis 12. dist. Septimò fallit, cum isti Regulares degunt extra claustra, & delinquunt, sess. 6. c. 3. de reform. Bulla Clementis Septimi 43. quę incipit: Sedis Apostolicæ, contra quosdam Regulares vagantes extra claustra. Octauo, quando ipsi Regulares mitterentur ad regendas Ecclesias suorum Monasteriorum, subiectas locorum Ordinariis, c. 1. §. in eos vers. nisi forsã de priuil. lib. 6. hoc etiã notatur à Sac. Conc. sess. 7. c. 14. de refor. Nono fallit, quando Regulares haberent curam animarum in Ecclesijs Curatis Monasteriorum, seu domorum, tam Virorum, quam Mulierum, quoad curam animarum, sess. 15. cap. 2. de reform. (quibusdam exceptis) de quibus ibi. Decimo, quando Regulares commorarẽtur in Abbatijs, Prioratibus, Præposituris, & in beneficijs, siue curatis, siue non, vbi non viget Regularis obseruantia, sess. 21. cap. 8. de reform. Vndecimo, quando Regulares degentes intra, & extra claustra, & ita notoriè deliquerint, vt sint scandalo populo, sess. 25. cap. 14. de Regul. seruato tamen ordine, de quo ibi, Nauar. in cap. non dicatis num. 63. Duodecimo, si Regulares administrauerint clericis, vel laicis Sacramentum extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ, vel Matrimonij, sine licentia Parochi, clem. 1. de priuil. glos. ibi in 4. nota. iuxta notata per Nau. cap. 27. num. 101. Caiet. in Summa vers. excommunicatio cap. 64. Gom. in cap. 2. num. 50. notab. 3. de const. lib. 6. Card. in d. clem. Sylu. in vers. excommunicatio 14.
2 §. 7. & Nau. cap. 21. num. 52. Decimotertio, quando proceditur in casibus Religionis, vel sanctæ Inquisitionis; nam in his casibus Regulares sunt subiecti locorũ Ordinarijs, cap. ad abolendam de hæret. glos. in clem. vnica in vers. à iure de excessib. Prælat. Decimoquarto, in casibus clementinæ cupientes de Pœnis; Extat nouissima Constitutio Sanctissimi Pauli Papæ Quinti.

Deci-

Decimoquinto, facientes egredi Moniales à Monasterijs, etiam ipsis Regularibus subiectis, sine licentia Ordinarij, & non seruantes clausuram dictorum Monasteriorum Monialium, possunt per censuras, & alia iuris remedia ab Ordinarijs puniri. Similiter permittētes ingredi Monasteria, vel ab ipsis egredi; possunt tam ipsi Regulares, quam Abbatissæ, & aliæ Præfectæ dictorum Monasteriorum puniri per censuras Ecclesiasticas, & alia remedia in locum Ordinarium, sess. 25. cap. 5. de Regul. Sac. Congr. declar. 261. Decimosextò, quando publicare indulgentias, quas à Summo D. Papa impetrarent sine Ordinarij licentia, sess. 6. cap. 3. de reform. & sess. 24. cap. 11. de reform. & declarat Sacr. Congreg. d. 233. Decimoseptimò, quando exempti admitterentur ad Diuina officia, vel sepelirent excommunicatos ab ipso Episcopo, Anchar. in cap. Episcopi num. 3. de priuil. lib. 6. Abb. in cap. sacris num. 7. de sepultur. Decimooctauo, quando essent exequutores vltimæ voluntatis, vel piorum legatorum, clem. vnica de testament. & ibi glos. & Abb. Decimonono, fallit in actu reconuentionis, quia tunc Regulares subsunt eius iudicio, glos. in cap. 1. de mutuis petit. & in cap. at si clerici in vers. non tenetur de Iudic. Nec Clericus, siue regularis, siue sæcularis, potest hoc iudicium tergiuersare, Pract. Maran. par. 4. dist. 6. num. 53. & infra etiam si reconuentio fiat in temporali, & excommunicatio fieret in foro ecclesiastico, quia tunc subessent huic censuræ; & sic vidi practicari Neap. Hostien. in Summa tit. de stat. monach. §. de visitatione num. 8. & 9. vbi dicit, quod ratione delicti, & contractus, Religiosi subsunt Episcopis. Vigesimo, quod dictum est Regulares præter casus prædictos, non posse excommunicari ab Episcopo ratione exemptionis; idem dicendum est de declaratione excommunicationis, quia non possunt per ipsum Episcopum declarari, vt tales, iuxta extranag. Martini V. ad euitanda scandala; nisi per suos Iudices competentes. Sed verius
4 est quod Episcopus potest declarare Regulares incidisse in excommunicationem iuris, ex Fely. cap. non potest de sent. & re iud.

RESOLVT. CCXI.

Episcopus qui commisit contra præceptum in Diœcesi alterius Episcopi, sub pœna excommunicationis, an incidat in illam?

1 *In generali dispositione pœnali non veniunt Episcopi.*
2 *Episcopalis dignitas est maximè veneranda, & Episcopi assimilantur illustribus.*
3 *Episcopus delinquens in Diœcesi aliena, incurrit in censuras impositas ab Episcopo loci delinquentibus, sed contrariam opinionem tenent alij, quæ est probabilis.*

1 RAtio dubitandi est triplex: Prima, quia in generali dispositione, siue interdicto, siue excommunicatione, numquam intelligitur persona Episcopi, nisi fiat de ea mentio specialis, cap. quia periculosum de sentent. excom. lib. 6. cap. inquisitioni de elect. Abb. in rubr. de vit. & honest. cler. Fely. in cap. exceptionem num. 4. de excep. post Bald. in cap. tua de postulationibus.

2 Secunda, ob Episcopalem maximam dignitatem, quam ab omnibus venerandam, testatur Gigas de Episcop. quæst. 8. vnde Episcopus in sua Diœcesi honorari debet etiam ab Archiepiscopo, Bald. cons. 22. vol. 1. imò etiam à Cardinalibus, secundum Capy. dec. 27. num. 24. & seq & est ratio, secundum Panorm. in clem. si quis suadente num. 26. de pœnis: Episcopalis dignitas est multum commendanda, cum maxima sit eius authoritas, Selua de benef. 4. par. quæst. 7. nu. 8. Episcopus equiparatur Ducibus, Comitibus, & Baronibus, secundum Bart. in l. 5. in princ. & ibi Alex. ff. de verb. oblig. Maran. 4. par. dist. 6. num. 13. Assimilatur quoque Illustribus, & Spectabilibus: habet pariter pulcherrima, & suprema nomina, secundum Anchar. in cap. si sententia num. 4. de sent. & re iud. & vsque ad Clem. V. Ioann. XXII. erant in dignitate supra Cardinales, Abb. in cap. cum Apostolus num. 1. & 2. de censib. Felyn. in cap. super his col. fin. vers. vltimo dicit, de fid. instrum. & Gomez de Episcoporum dignitate col. 1. hodie verò digniores sunt Illustriss. Card. ob rationem assignatam à Staphil. fol. 247. num. 17.

Tertia, quia par in parem non habet imperium, l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebell. & ob hanc ra-
3 tionem huius opinionis fuit Doctor Sotus in 4. sentent. dist. 22. art. 2. col. 2. qui citat Panorm. in cap. 1. de raptor. Syluest. verbo excommunicatio 1. num. 9. Innoc. in cap. cum inferior num. 1. de maior. & obed. Bald. in Margar. Innocen. verbo Episcopus. Sed Contrarium posset suaderi ex doctrina Panormitani in cap. 1. num. 12. de testibus, ratio est, quia Archidiaconus, vel Episcopus in aliena Diœcesi se habet, vt priuatus, & priuata persona reputatur, argum. text. in l. 1. & 2. ff. de off. Proconsul. cap. à collatione de appell. in sextò, Capy. dec. 27. num. 26. de Franch. dec. 138. Caputaque dec. 307. part. 1. Immò Archiepiscopus delinquens in Diœcesi Suffraganei, potest puniri ab eo, secundum dec. Capell. Thol. 423. Gom. in cap. 2. §. statutum n. 53. de constit. in 6. & ibi Archid. num. 3. Abb. in cap. sane col. 2. de for. comp. Guid. Pap. dec. 328. Imò etiam Metropolitanus incidit in excommunicationem sui Suffraganei, Affl. in constitut. homines num. 8. Capell. Thol. dec. 123. glos. in cap. ibi 3. quæst. 5. reiecta opinione Clari, aliter sentientis quæst. 35. vers. vlterius quæro; sed contraria opinio videtur mihi valdè probabilis, maximè post Concil. Tridentinum, in quo causæ criminales Episcoporum reseruantur iudicio Summi Pontificis; causa autem censurarum videtur criminalis.

RESOLVT. CCXII.

De testibus inhabilibus.

1 *Testes inhabiles admittuntur ad testificandum in iudicio inquisitionis, secus vero est in iudicio accusationis.*
2 *Ad testificandum super criminibus exceptis, admittuntur omnes, præter inimicos suspectos, & conspiratores.*
3 *Admittuntur indifferenter testes, cum delictum commissum est in tali loco in quo habilitas testium reperiri nequit, cum tamen constat de corpore delicti.*
4 *Quando adest vnus testis omni exceptione maior, cum alio minus idoneo, tunc plena fit probatio, si testis minus idonus torquetur ad purgandam inhabilitatem.*

TEstes inhabiles dicuntur, qui supra positi sunt, nam legibus ipsis testimonium ferre sunt prohibiti; qui
1 aliquando admittuntur ad testificandum, & hoc in inquisitione, non autem in accusatione, quando veritas aliter haberi non valeret, Farin. quæst. 62. num. 51. quam esse communem docet Dec. cons. 342. num. 8. Farin. d. q. 62. num. 50. & seq. Et licet ad condemnationem nequaquam sufficiant, vt saltem reus puniatur pœna ordinaria; tamen ad inquirendum, vel ad torturam inferendam, vel etiam ad pœnam extraordinariam infligendam sufficiunt, Foller. verb. capient informationem num. 18. Clar. quæst. 24. vers. sciendum est tamen in fin. Ambros. lib. 1. cap. 2. num. 28. argum. cap. fin. de testib. Farin. quæst. 55. num. 71. & 121. tit. seq. & num. 261. & seq. ac num. 383. & seq. Testes igitur licet patiantur multas exceptiones, possunt tamen ex pluribus coadiuuari, & saluari, Cæsar. de Gras. dec. 179. num. 2. cap. fin. de testibus, quia tunc nullo pacto

cto debent admitti, Farin. quæst. 62. num. 80. & 324

2 Ad crimina quoque excepta admittuntur vniuersi præter inimicos, suspectos, & conspiratores, Farin. d. q. 62. num. 85. Isti enim neque in crimine inuiolatæ Religionis admittuntur per Doctores allegatos, omnes admittuntur ad rei defensionem, vt notatur optimè per Clar. d. quæst. 24. vt veritatem scias, Spec. 3. par. tit. de inquisit. l. 1. num. 22. quam communem tradit Ant. Gom. c. 12. Dilectorum n. 22. Farin. d. q. 62. n. 90. & seq.

3 Bene verum est, quod non omnino probant, Farin. ibi num. 98. Iudicis arbitrio, quanta fides adhibenda sit relinquitur iudicandum; admitti quoque debent, cum in tali loco commissum fuit delictum, in quo habilitas testium reperiri nequiret, vt in Lupanari, Nemore, Siluâ, Campis, Cubiculo, vel etiam de nocte,

4 argum. cap. fin. de testibus Farin. loc. cit. num. 56. Quod tunc maximè verum existimo, cum de corpore ipsius delicti constat: Insuper quando testis vnus omni exceptione maior adest cum alio minus idoneo, efficere plenam probationem docet Bal. l. fin. ff. de eden. quem alij DD. ibid. sequi haud verentur, Cæsar de Grass. dec. 179. num. 3. 28. & seq. & num. 380.

Quæ denique opinio (vt mihi videor) erit securior, si minus idoneo testi, ipsa tortura ad tollendam, & purgandam illius inhabilitatem ex defectu famæ, vel status, non ad alium adhibita fuerit, Farin. q. 67. nu. 380. sed contra producentem huiusmodi testem probat Farin. q. 62. num. 211. & seq.

RESOLVT. CCXIII.

Qui sunt testes singulares.

1 *Testes singulares sunt, qui super diuersis factis deponunt, itaut quilibet sit in suo dicto singularis.*

2 *Testes in criminibus in quibus agitur de maximo præiudicio, conuenire debent in specie delicti, loco, & tempore, alijsque circumstantijs necessarijs.*

3 *Quando dilictum est iterabile, tunc testes qui non concordant de loco, & tempore, probant.*

4 *Testis qui dicit delictum patratum die Lunæ, alter verò dicit die Martis, sed non recordari de die præcisè, probant, secus si diuersum asserтiuè deponerent.*

1 TEstes singulares dicuntur illi, qui super diuersis factis deponunt, ita vt quilibet sit singularis in suo dicto, exempli gratia: Deponit aliquis Ismaelem commisisse adulterium; alter verò ipsummet commisisse furtum, vel Titium percussisse alapa Ismaelem; alter verò fuste, vel aliquis dicat: Delictum perpetratum domi, siue die Mercurij; alter in via publica, siue die Iouis; dicat quis delictum accidisse de mane ante prandium; alter verò vesperi post prandium; vel vnus de mense Martij; alter de mense Aprilis; licet de delicti specie, ac in delinquente concordent; huiusmodi testes, existentes singulares super diuersa specie delicti, in substantia ipsius actus, vel in alijs circumstantijs necessarij, nihil probant, cap. licet de probat. Panorm. in cap. benè, il primo, de decim. Marsi. cons. 1. num. 2. Domin. Sot. de iust. & iure q. 7. art. 2. Pauli Castr. cons. 137. in fin. & cons. 151. similiter in fin. l. 2. Farin. q. 64. num. 37. & seq. Clar. q. 52. vers. dixi etiam, Franch. Pegn. com. 121. vers. omissa igitur in 3. par. Direct. Inquis. de diuersis actibus enim hi testes, non de eodem loquuntur, quare nec delictum probant.

Testes in criminibus præsertim vbi agitur de maxi-
2 mo præiudicio, de specie delicti, loco, tempore, alijsque circumstantijs conuenire debent, alioqui non probant factum, quia tales in his non concordantes, deponunt diuersum esse iudicium, vel saltem præsumitur, argumen. cap. cum dilecti de electione, & cap. tam literis de testibus.

Concordandi sunt testes, si possibile est, ad effectum vt probent, cap. cum tu testib. Ruyn. cons. 5. num. 17. lib. 4. Cæsar de Grass. decis. 73. num. 5. decis. 168. num. 5. & dec. 175. num. 23. In criminalibus verò numquam probant contra reum, Farin. quæst. 65. num. 106. vnus eorum tamen super delicti specie, alijsque circumstantijs deponens, si sit omni exceptione maior indicium facit, Clar. loco citato quæst. 21. vers. vnus testis, alter verò in illo iudicio nihil penitus operatur. Quod si eadem specie delicti deponant, quæ iterari
3 queat, huiusmodi est furtum, adulterium etiam cum eadem, blasphemia, & quid simile, licet de loco, aut tempore, non concordent, tamen probationem inducunt, si testes sint omni exceptione maiores, D. Thom. Secunda secundæ quæst. 70. art. 2. ad secundum, Caiet. ibid. Domin. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 7. art. 2. idque patet consideratione.

Consensu Doctorum omnium: Testem omni exceptione maiorem, facere semiplenam probationem, glos. l. admonendi ff. de iur. iur. Bart. ibidem: Quare, duo testes de eadem prorsus iterabili delicti specie cõtra aliquem deponentes, vnusquisque per se probationem semiplenam non faciet, & consequenter ambo simul plusquam semiplenam, ex illorum dictis, idest Reum esse furem, vel Adulterum, vel quid simile oritur suspicio vehemens imo violenta, Caiet. loc. cit. licet non plena probatio, quia de loco, & tempore non concordant, Pegna vbi supra: nihil autem operatur, si de vno eodemque facto non iterato, vel iterabili, tempore, loco dissentientibus, quinimo illorum falsitas ita detegitur; vt accidit senibus, qui contra Susamnam dixerant testimonium, Daniel. 13. vnica namque vice, Iuuenem cum Susamna rem habuisse affirmauerant, sed quia de loco delicti, de quo benè poterant meminisse dissenserunt; de falsitate fuerunt conuicti: At verò esse potest exempli gratia; quod Titius de Mense Martij in tali loco, & tali die furatus est, vel cum tali muliere adulteratus est; & de mense Aprilis iterum, in alio loco, aliouve die, sit operatus eadem delicta, pro quibus duabus vicibus, siue pro quo facto iterato, à duobus testibus singularibus deponitur, ipse Titius præsumitur vehementer, imo violenter de furto, adulterioue suspectus, glos. cap. Nihilominus 3. q. 9. Tab. verbo. testis, num. 6. in fine.

Sin autem de loco, persona, delicti specie, Mense, 4 ceterisque substãtialibus conueniant; de die verò vnus dicat exempli gratia, die lunæ; Alter verò dicat se non recordari de die præcisè: Plenè vtique probant, sunt que contestes, & ad condemnationem sufficiunt, Diuus Thom. loc. cit. eo igitur casu nulla est discordia: Secus foret; si vnus diem lunæ, Alter verò diem Martis, vel alium ab alio die lunæ diuersum assertiuè deponeret, tunc etenim inter se dissentirent: Similiter, si de loco, & tempore, quæ non sunt de substantia actus, dicant se non recordari suppleretur per alium, Farinac. quæst. 62. num. 333. & seq.

RESOLVT. CCXIV.

Episcopus quam potestatem habet in Capitulo?

1 *In dubio Episcopus præsumitur esse in Capitulo vt Prælatus, non vt Canonicus.*

1 *Quando Episcopus est in Capitulo vt Prælatus, & est discordia inter Episcopum, & Capitulum, statur definitioni Episcopi.*

1 PRo huius articuli dilucidatione est notãdum, quod Episcopus in dubio præsumitur esse in Capitulo vt Prælatus, non vt Canonicus; sed per quos actus appareat, eũ adstare ibi vt Prælatum, vel vt Canonicũ, vide glos. de Appellat. in cap. à collatione lib. 6. & ne sed.

vac.

vac. cap. 1. eodem lib. & tex. in c. constitutus de Maior. & obedien. sed qualitercumque sit in Capitulo, non habet nisi vnam vocem; plenè disputat Ioan. Andr. in dicto cap. a collatione in nouella.

Sed est benè verum Episcopum caput esse Capituli,
2 & Canonicos, siue Capitulum esse membra, & facere vnum corpus, & vbi in electione, vel collatione discordant Episcopus cum Capitulo, standum definitioni Episcopi, si habet vocem in Capitulo vt Prælatus, nisi aliud rationabile obsistat; Si verò habet vocem vt Canonicus, standum definitioni sanioris partis Capituli, nisi aliquod rationabile obijciatur, Ioan. Andr. in cap. 1. de excess. Prælat. Alibi dicit, hoc casu, standum definitioni Episcopi, nisi recusetur, vt suspectus, vt notat idem Ioan. Andr. in cap. Postulasti de Conc. Præbendæ, super verbo nobiscum, quod dixi, standum maioris partis definitioni, verum est quando Episcopus habet vocem vt Canonicus: Tunc igitur, illa videtur sanior, quæ concordat cum Episcopo, licet sit minor numerus alterius partis, quæ contradicit, vt notat Ioan. Andreas, secundum Hosti. de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. quanto: Super hoc vide, quod pulchrè notat Dominus Anton. de conces. Præben. cap. postulasti, in quo concludit, si Episcopus habeat vocem vt Prælatus, & in Capitulo sunt viginti Canonici, non valet, quod facit Episcopus cum decem, quia non habet maiorem partem Capituli; Secus si vocem haberet vt Canonicus; Idem tenet Compost. in cap. cum Ecclesia Vulterrana de electio. Archidiaconus 20. dist. in principio: Idem Ioan. Andreas in cap. 1. ne sede vacante, lib. 6. super verbo. Assensus, & ex his reprobatur opinio Hosti. reprobata per Ioan. Andr. in locis prælleg. qui concludit vocem Capituli facere minorem partem Capituli, cui adhæret, & pro qua deffinit prævalere, quod falsum est, & eam reprobant Doctores prefati, Federicus de Senis cons. 222. qui etiam tenet non valere, quod facit maior pars Capituli Episcopo contradicente, & sic posset semper Episcopus, etiam solus, qui debet vt Prælatus interesse, sed in hoc sensit contrarium Ioan. Andr. in collatione de Appellat. lib. 6. in nouella, dicens secundum hoc nunquam esset, dare maiorem partem, Episcopo contradicente, & sic semper posset Episcopus etiam Electiones, & Collationes impedire, quod esset absurdum; & iura debent intelligi, quod non sonent in absurdum.

RESOLVT. CCXV.

Testis quando dicitur vacillare?

1 *Testis qui deponit, vidi hic, immo ibi, &c. si vna voce & prolatione dicat, non dicitur vacillans, quia censetur se corrigere, secus si replicauerit.*

1 TEstis, qui ita deponit, vidi hic, imo ibi, imo ibi, fecit sic, imo sic, imo sic, vel similiter si hæc verba tantummodo vna voce, & prolatione dicat, imo ibi, vel imo sic, quasi prius dictum corrigens, non vacillat, sed vtique probat l. si ita ff. de hæred. instituen. At verò, si replicauerit, imo ibi, vel imo sic, vtique vacillat, nihilque causa probat, cap. si testes, 4. quæst. 2. & 3. & cap. cum Ecclesia de causa Possess. & Proprietat. & huiusmodi vacillatione torqueri potest, ac debet, probat Foller. in pract. crimina. Canonica, vers. testibus diligenter examinatis, cap. 8. num. 47. ac vers. tormentis mox subijciantur, cap. 32. num. 12. & cap. illi qui, iuncta glos. vers. ut dum 5. q. 5. Farinac. q. 66. num. 98.

RESOLVT. CCXVI.

Quis dicatur testis falsus.

1 *Testis falsus dicitur, qui veritatem quam tenetur fateri, aut negat, aut occultat, vel qui dicit nescire, quod certò scit, debet tamen esse interrogatus iuridicè.*

2 *Qui in vno falsum dixit, tota eius depositio redditur suspecta, nam iuramentum est indiuisibile.*

3 *Conuincitur testis de falso, quando ipsemet falsum depositionem fatetur, & quando in eodem siue diuerso iudicio, contrarium dixisse fatetur.*

TEstis falsus appellatur, qui veritatem, quam tenetur fateri, aut negat, aut occultat, vel qui super certo articulo interrogatus ait, se nihil scire id quod
1 certò scit; vel qui iurauit dicere puram, & meram veritatem, sed multa subtacuit essentialia, cap. 1. de crimine falsi, Panorm. ibidem, Farinac. quæst. 67. num. 220. & 228. vel etiam, qui de alicuius dicto testimonium ferens, illud in alio sensu quam fuit profert contra illum, qui dixit malitiosè deponit; Aut minime integrum refert; aut assertiuè prolatum affirmat, quod vel dubitatiuè, vel recitatiuè, vel interrogatiuè dictum fuit, Pegna com. 122. vers. nec modo in 3. part. directo. inquisi.

Sed vt falsus testis sit verè aliquis, falsique pœnam incurrat, est necesse, vt sit iuridicè interrogatus, ac de veritate dicenda præstiterit iuramentum, & aut occultauerit, aut negauerit veritatem his, quibus dictum est.

Testi qui in sua depositione falsum dixisse conuincitur, nulla est adhibenda fides, Alex. cons. 152. num. 1. lib. 7. quam esse communem affirmat Farinac. dicta q. 67. num. 58. & seq. sed in hoc nemo illi assentitur, idque adeo verum est; vt qui in vno falsum, circa factum principale, qualitates, vel substantiales se dixisse conuincitur, tota eius depositio redditur suspecta, atque vitiata; ita vt prorsus nullam in iudicio fidem faciat:
2 iuramentum etenim indiuisibile cum sit, qui semel violauerit illud, iterum quoque de illius violatione suspectus profecto habendus est; iuxta regulam, semel malus de Reg. iuris in 6. ita docet Alex. in l. si ex falsis, n. 13. C. de Transac. & cons. 27. nu. 3. lib. 2. Decius, cons. 105. num. 5. vers. similiter testis, Mars. singu. 76. & alij communiter Clar. quoque §. finali lib. 5. q. 53. vers. sed quæro, & seq. Farinac. d. q. 67. num. 113 & 139. & seq. Quod si circa extrinseca, & extra factum principale, & qualitates substantiales, seu falsum dixisse conuictus fuerit, nequaquam dicitur falsus, neque vitiata redditur illius depositio, Alex. cons. 88. num. 195. qui affirmat hanc esse communem, Cæsar de Grass. dec. 75. num. 9. Farinac. d. q. 67. num. 159. & seq. & num. 179. sufficit enim testes in facto principali concordare, & veritatem deponere, licet in accessorijs varij, atque etiam contrarij existant, Socc. Iun. cons. 102. num. 6. lib. 3. Decian. cons. 47. num. 5. lib. 2. ita quoque nullus Doctorum affirmat.

3 Conuincitur testis de falso, quando ipse idem deposuisse falsum fatetur, & quando in eodem, siue in diuerso iudicio contrarium dixit, vt per alios testes numero plures, qui deponant contrarium: Quod si vnus tantum contrarium dixerit, neutri credendum est, Clar. lib. 5. §. falsum, vers. testis qui falsum, & seq. Pœna falsi testis ad offensam, si contra innocentem falsum deponit, est pœna talionis, l. 1. §. præterea ff. de Sicarijs, multis probat Pegn. d. comm. 122. vers. sed in contrarium, & Clar. loc. citato: Sed si deponit ad defensionem alterius, plectendus est pœna extraordinaria, Clar. vbi supra, Farin. d. q. 67. num. 18. Panorm. in cap. 1. de crim. falsi. Pegna loc. cit. vers. adest autem, tunc pœna saltem extraordinaria puniri debet, Farin. d.

q. 67.

quæst. 67. num. 193. & seq. & num. 219. quamuis eius dictum non valeret, Palatius Rubius in l. Taurina 83. Clar. §. falsum, vers. tu scis; Tenetur quoque falsus testis de damno per illius falsitatem sequuto, glos. in cap. Presbyterum, in glos. fina. de Homicidio, Tolet. lib. instruct. Sacerd. cap. 59. num. 2. in fine. Clerici verò falsi testes deponuntur, ac detruduntur in Monasterio, cap. si Episcopus 30. dist. Archid. ibidem, Panor. in cap. 1. citat. de crimine falsi vers. item quæro.

RESOLVT. CCXVII.

Resignatio beneficij vt valeat coram Episcopo, quas circumstantias habere debet.

1 *Enumerantur causæ admittendi resignationes.*
2 *Resignatio facta cum pacto, vt conferatur beneficium certæ personæ, est Simoniaca.*
3 *Renunciatio beneficij potest fieri ad fauorem alterius in manibus Papæ tantum.*

REspondeo ex Bulla Pij V. in qua habentur octo causæ, ex quibus redditur valida resignatio ipsa: Prima est inhabilitas: Secunda Priuatio: Tertia Pluralitas beneficiorum: Quarta valetudo, seu infirmitas: Quinta Senectus: Sexta Inimicitiæ: Septima
1 Ingressus Monasterij, seu Religionis: Octaua Contractus Matrimonij, cum alijs quibusdam, pro vt ibi, & alias causas per Rebuff. in Practica Benefic. tit. de Resignat. cap. part. & condit. num. 2. quos tangit Hostiens. in Summa hoc tit. §. cui sit num. 8. Sed dubium est, an data aliqua harum circumstantiarum, possit quis resignare beneficium in fauorem certæ personæ, & videtur quod non, nam Bulla solum admittit resignationes ex causis, ergo stante causa non admittitur ad fauorem alicuius, sed simpliciter: Secundo, Resi-
2 gnatio facta cum pacto, vt conferatur certæ personæ, non valet, glos. in cap. Ordinationes de Simonia, gl. in cap. ex parte, il primo, in vers. omnino de offic. Dele. & ibi Abb. num. 4. Gom. in q. 16. col. 3. vers. Postremo de trienali poss. in quo dicit sapere labem Simoniæ, si ita fieret; Tamen Staph. de lit. grat. fol. 118. num. 7. ait posse fieri, & probat multis rationibus, & ita ego iudicarem; Nam quod habeo in animo, possum verbis explicare, cum verba explicent conceptum animi, Nau. cap. 23. num. 107. vers. ad nouum notab. 1. & 2. hoc etiam tenet Couarr. lib. 1. cap. 5. num. 5. variar. Resolut. prædicta tamen intellige quando renunciatur
3 beneficium ad fauorem alterius in manibus Papę, non tamen Episcopi, prout dicit idem Nau. loco cit. Præterea, quia in permutatione potest deduci in pactum, vt conferatur huic, vel illi, & licet nó exprimatur, satis est, vt constet ex coniecturis, gl. in cle. vnic. in vers. ex causa de rerum permutatione. Ampliatur hoc, quod nõ succedente prouisione secundum intentionem permutantis, licere vtique redire ad sua beneficia propria auctoritate, si interim non fuerint occupata, sed si secus, tunc opus est noua collatione, cap. penult. de rerum permut. ita Staph. loco cit. fol. 112. num. 13. & 14. Selua in tract. de benefic. 3. p. q. 64. num. 3. Gom. q. 24. col. 2. de pacificis poss. Rebuff. Pract. benefic. tit. de Permutat. num. 12. & infra: Sed an his permutationibus sit locus, leg. 2. de Rescin. vendit. si aderit deceptio vltra, vel citra dimidiam, vide Couar. loco cit. num. 3. & quia solent fieri simulatè, & fraudulenter beneficiorum permutationes, huic morbo prouidit Pius IV. Bulla 144. quæ incipit Sanctissimus; Pius V. Bulla 58. quæ incipit: Quarta Ecclesiæ.

RESOLVT. CCXVIII.

Bulla, quando dicatur expedita?

1 *Bullæ tunc dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ, vel sigillatæ.*
2 *Bulla dicitur plumbum pendens, siue sigillum.*
3 *Qui instituti fuerunt in beneficijs, & non habent Bullas sufficit si aliunde hoc constare faciunt.*

BVllę tunc dicuntur expeditæ, quando sunt in plumbo, vel sigillo, iuxta notata in cap. licet de crimine falsi, Gemin. in cap. sicut de Præbe. lib. 6. & ita
1 seruatur in practica, cap. ex Delegati, col. 4. de Simonia, Gom. dicta q. 1. in tractatu vtriusque Signaturæ, fol. 87. col. 4. & quod tunc litterę dicuntur expeditæ, quando sunt plumbatæ, seu sigillatæ, Bulla dicitur
2 plumbum pendens, siue sigillum, glos. in clem. 1. in vers. aureo de iure iuran. & quod dixi in Bullis Summi Pontificis, idem de Bullis Ordinariorum, quoad probationem tituli, licet non quoad omnia, & S. Congregatio declaratione 321. respondit in hæc verba: Quid iuris de illis, qui præsentati, & instituti fuerunt, sed
3 non habent Bullas, Responsum fuit ab eadem Congr. sufficere, si aliunde legitimè constet de dicta tali institutione, nisi instituti obligati fuisset expedire Bullas Apostolicas; Tunc obstat eis Bulla Iulij III. edita aduersus eos, qui adipiscuntur possessiones beneficiorum non acceptis Bullis Apostolicis.

RESOLVT. CCXIX.

Amissio Bullarum, an possit probari per testes?

1 *Amissio Bullarum potest probari per testes.*
2 *Bullæ possunt etiam probari per publicam vocem, & famam, quando non agitur de interesse tertij.*
3 *Non sufficit ostendere Bullas Sacerdotij, pro inferioribus ordinibus probandis, nisi concurrat diuturnitas temporis, & integritas ordinantis.*
4 *Bullæ Papę non possunt probari per testes.*

ESt distinguendum in hac quæstione, aut enim nos loquimur de Bullis factis ab Ordinarijs, & sic clarum est, si perdantur, posse probari per testes, vel alias
1 legitimè, prout dixit Zerol. in vers. dimissorię §. 6. Glo. in cap. si Iudex in vers. fecerit de Sent. excomm. lib. 6. & l. si solemnibus C. de fide instrumentorum, Guido Papa, quæst. 74. Couar. pract. quæst. cap. 33. num. 3. Ias. in repet. l. Admonendi, col. 67. num. 1. fol. 86. de iur. iur. & in l. hac consultissima, C. de testam. Rebuff. conf. 32. Boer. dec. 171. num. 23. & infra, cap. inter quatuor, & ibi glos. in vers. Argumento de Cle. Pereg. Boer. dicit, Bullas Clericatus posse probari etiam per vnicum testem; & etiam per indicia, Caputaquen. dec.
2 277. part. 1. vbi dicit, quod possit probari, per publicam vocem, & famam, vide Nauar. consil. 4. de Præsumpt. & cons. 5. de Succes. ab intestat. in quo dicit, quod vbi agitur de interesse tertij plura requiruntur, & Host. in summa de cleri. Peregrinis §. quando num. 4. dicit non sufficere probationem per iuramentum, Aflict. in constit. Apostatantes, num. 20. sed non sufficit
3 ostendere Bullam Sacerdotij, amissis alijs aliorum Ordinum, nisi adsit integritas ordinantis, vel diuturnitas temporis, Innoc. in cap. tua de cle. Pereg. Panor. in cap. Nisi de Præb. & in cap. fraternitatis de cle. non resid. Rebuf. in tit. de Mis. in Poss. num. 28. & Boer. ubi supra, num. 14. Abb. in cap. qualiter de elect. ubi dicit, gratiam posse probari per testes: Si verò loquimur in Bullis Papæ non posse probari, nisi per litteras, & non per testes, & maxime de stylo Curiæ, ut in dec.
5 Rotæ 332. quę incipit. Licet Romana Curia in nonis,

Sta-

Staph. fol. 203. num. 10. dec. Rotæ 27. de Rescrip. in nouis, licet circumstantiæ ipsius gratiæ Papæ possint probari per testes, dicta dec. & Addit. ad decis. 1. de constit. in nouis, & Staph. fol. 204. num. 11. & possessio beneficij potest probari per scripturam priuatam, trino teste notatam, & etiam per testes, Rebuff. tit. de Mis. in Posses. num. 41.

RESOLVT. CCXX.

Episcopus possit ne dispensare cum Bigamia similitudinaria?

1 *Episcopus potest dispensare super Bigamia similitudinaria.*

2 *Potest Episcopus dispensare super irregularitate quæ contrahitur ex speciebus Bigamiæ, quamuis non esset occulta.*

1 FVit pluries resolutum, posse Episcopum dispensare in Bigamia similitudinaria, si contraxerit quis cum virgine: Ioannes de Selua, tract. de benefic. 4. p. quæst. 7. num. 8. vers. 13. & 14. & cap. sanè, il secondo, & ibi glosa de clericis Coniug. Gom. tract. de breui, n. 20. & 21. Staph. de Signa. gratiæ, fol. 134. num. 8. & 9. Nauarr. cap. 27. num. 385. Facilius dispensatur cum Laico Bigamo, quam clerico, Nauarr. cons. 2. de Big. cætera vide apud DD. intellige quoad sacros Ordines, vsque ad Presbyterium inclusiuè, cap. 1. qui clerici, vel vouen. Selua loco citat. Nam de Minoribus, & alijs speciebus Bigamiarum, potest dispensare; Sed hic est difficultas, nam Bigamia est species irregularitatis, & irregularitas publica non est dispensabilis per Episcopum, prout patet ex Sacro Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de Reformat. Imo ista Bigamia similitudinaria, parit suspitionem hæresis: Nisi dicas tunc posse Episcopum in Bigamia Similitudinaria, vsque ad Presbyterium & in vera, & interpretatiua dispensare, pro vt dictum est superius ad Minores Ordines, quando esset occul-
2 ta; Tamen his non obstantibus, dico posse, etiam si fuerit publica, quia Sacr. Conc. non abstulit Episcopis, potestatem, quam per prius habebant per ius cõmune; Imo eis ampliat auctoritatem, concedendo potestatem dispensandi super omnibus irregularitatibus nominatis, & non in omnibus, sed de iure communi poterant Episcopi ante Conc. dispensare super his tribus speciebus Bigamiarum modo quo supra, vt patet in dicto cap. 1. & ibi glos. in vers. disposuerunt, qui Cler. vel vouent. & in cap. sanè, il secondo, & ibi glos. in vers. indulgentiæ de Cler. Coniug. Diaz. Pract. Crim. Canon. cap. 74. Staphil. de lit. grat. fol. 134. num. 8. & 9. ergo nec etiam possunt. Ad obiecta iam est responsum, quoad primum; quo verò ad secundum: Respondetur non esse bonam consequentiam, quod in aliquo casu sit suspicio hæresis, & Episcopus non potest dispẽsare, quia suspicio euacuari potest ex meritis causæ.

RESOLVT. CCXXI.

Quis possit dispensare cum degradato.

1 *Episcopus non potest dispensare cum degradato solemniter, sed dispensatio spectat ad Papam.*

2 *Quando in degradatione non fuit seruata debita formæ, tunc Episcopus poterit dispensare, sed verior opinio est quod non, nam casus est deductus ad forum contentiosum.*

3 *Iudex appellationis potest cognoscere an sententia degradationis sit ritè, & rectè lata.*

4 *Laicus Iudex non potest cognoscere de validitate degradationis in persona hæretici sibi traditi à Iudice Ecclesiastico.*

REspondeo, quod Episcopus non potest dispensare cum Degradato solemniter; sed spectat ad solum Papam, cap. 1. 5. dist. cap. ideo 2. quæst. 6. cap. ex
1 tua de cler. non Resid. Host. in Summa tit. de Dispen. §. sunt autem casus vers. contra tertium, Dico secundo: Nam quando constat Degradationem esse nullam, puta quia non adfuit legitimus numerus Episcoporum vel Abbatum, & Dignitatum, vel non fuit obseruatus Ordo Iudiciarius, Potest tunc Episcopus cum eo dis-
2 pensare, Ratio est, quia non fuit adimpleta forma tradita à Sacro Conc. Trident. sess. 13. cap. 4. de Refor. Host. loc. citat. & in tit. de Accusat. §. sed nunquid, num. 17. glos. in cap. non potest de re Iudic. Dico tertio hodie secus obseruari, Episcopus enim non potest dispensare super irregularitate, suspensione, & deductis ad forum exterius, ex dispositione S. Concilij Trid. Hoc tamen limitatur, si aliquis esset degradatus iniustè, ex falsis depositionibus, quia Degradatus potest
3 appellare, & ob merita causæ probare se innocentem, & Iudex ad quem potest considerare, an sententia sit ritè, & rectè lata, Diaz. pract. crim. cap. 133. Hoc tamen fallit in Iudice laico, cui traditur hæreticus degradatus puniendus, tunc enim non potest cognosce-
4 re de sententia lata per Ecclesiasticum, sed benè in alijs, Folle. Pract. crim. 4. par num. 56. vide Ioan. de Selua. 2. part. quæst. 3. num. 9. glos. in cap. Depositio de Pæn. lib. 6.

RESOLVT. CCXXII.

Capitulum sede vacante, an possit concedere Indulgentias.

1 *Potestas concedendi indulgentias, non est actus Ordinis, sed iurisdictionis.*

2 *Vicarius Episcopi potest concedere indulgentias si habet speciale mandatum, & concedere tot dies, quot potest Episcopus.*

VIdebatur respondendum negatiuè; concessio enim Indulgentiarum est de maioribus, quæ competunt Episcopis secundum Bald. in cons. 516. vol. 3. Mandel. cons. 19. vol. 1. & propterea non transire in Capitulum, sede vacante, Item quia competit Episcopo iure speciali, cap. finali de Pœnitentijs in 6. & cap. fina. eodem; & quæ competunt iure speciali, non transferuntur in Capitulum, ergo neque concessio indulgentiarum.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionem puto de iure veriorem, & in praxi magis veram, quam affirmat Sylu. verbo Capitulum nu. 10. Selua in tract. beneficij part. 2. quæst. 14. Zerula, in praxi Episcopali verbo Indulgentia: Quaranta Summa Bullarij verbo Capitulum, licet Sotus in 4. Sententiarum quæst. 1. art. 4. col. 2. teneat oppositum, cuius ratio est, quia In-
1 dulgentiarum concessio, non est Ordinis, sed iurisdictionis, & clarum est Capitulum succedere Episcopo in iurisdictionalibus non præiudicantibus, vt patet apud omnes, glos. in clem. 1. verbo Capitulum de hæret. Imo Vicarius Episcopi, si ad hoc haberet mandatum speciale posset has concedere, Rebuff. in forma
2 Vicariat. num. 172. & patet per rationem prædictam. Potest enim Vicarius Episcopi, tot dies indulgentiarum concedere, quot ipse Episcopus, cum faciant vnum consistorium, cap. 2. de consuet. in 6. clem. & si principalis de Rescript.

RE-

RESOLVT. CCXXIII.

Clericus beneficiatus, an possit adire studia absque licentia sui Episcopi?

1 *Clericus beneficiatus habebat à iure facultatem eundi ad studium secundum ius antiquum.*
2 *Clericus beneficiatus non potest ire ad studium sine licentia sui Prælati ex Bulla Pij IV. & debet examinari & approbari ab Ordinario.*
3 *Clericus in Sacris potest puniri ab Ordinario si vadit ad studium sine licentia.*

VIdebatur quod non ob nonnulla, quæ possunt cõtingere in personam eiusdem clerici; nam potest esse quod sit maior triginta annorum, quo casu nõ datur licentia nisi iam studium cœpisset, Garz. de Benefic. par. 7. cap. 11. num. 4. Zerula, in sua praxi Episcopali, in verbo studium quæst. 2. Emanu. Sà in sua Aphoris. confes. verbo Episcopus, & ita censuit Sacra congregat. secũdum præcitatos: Pro quo facit illud vulgare prouerbium; *chi alli trenta non sà, ed alli quaranta non hà, del resto poco sperança si hà.* Secundo potest contingere, quod qui occultaret tempus studendi, quod est septennium. cap. super specula, ne clerici, vel Monaci.

Cæterum supradictis non obstantibus, fuit resolutum per doctrinam Nau. communiter receptam in Manuali Confess. cap. 23. n. 121. nota. 3. quem refert Zerola, & reliqui supracitati, per tex. in capit. fina. de Magistr. cle-
1 ricum beneficiatum posse adire studia, absque licentia proprij Ordinarij, quorum ratio est, quia præfata licentia conceditur per eius commune, c. cum ex eo, & c. cõmissa de elect. in 6. ergo non est necessaria impetratio; ex regula frustra precibus impetratur, quod de iure cõmuni conceditur, l. 1. C de precib. Imperat. offere. l. Impera. ff. de Priuil. creditor. quibus addo Sylue. in summa verbo. Residentia §. finali vers. 3. Armilla eodem verbo n. 6. Astens. lib. 2. tit. 34. q. 7. & Zerula sup. citat. loco.

Tamen quidquid sit ex supradictis, in praxi contra-
2 rium est tenendum ex Bulla Pij IV. publicata die 24. Nouembris 1554. per quam sancitum fuit hodie requiri licentiam proprij Prælati: Imo secundũ Seluam in tract. de benefic. 4. p. q. 6. n. 29. vers. 171. habetur non sufficere licentiam petere, sed necesse esse etiam obtinere; & si Superior sine causa cõtradiceret, posset haberi recursus ad Superiorem, vt compellat eum ad licentiam illi impartiendam, Ancha. in c. cum Diuersis, n. 5. de Priuilegijs, lib 6. Abb. in c. Relatum n. 1. de clericis nõ residentibus, Boer. dec. 17. n. 3. & debet examinari, & approbari ab Ordinario, & videri an sit habilis ad studia capessenda, alias non valeret percipere fructus beneficij: Si verò non sit beneficiatus, nec in Sacris, sed tantũ in mi-
3 noribus non gaudet priuilegio fori, Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de Refor. si verò esset in Sacris posset puniri arbitrio Ordinarij, eadem sess. c. 13. ratione inobedientiæ, argu. c. licet de Regul. Astens. lib. 6. tit. 34. quæst. 6.

RESOLVT. CCXXIV.

Intrusus, quibus modis dicatur?

1 *Qui ante institutionem, se ingerit in possessione, & fructuum perceptione est intrusus, similiter si electus, ante confirmationem administrat.*
2 *Qui ingreditur possessionem beneficij propria auctoritate, vel non leuatis Bullis cum sola signatura, est intrusus, & multis alijs modis dicitur intrusus, prout in corpore resolutionis.*

NOta Primo, quod intrusus dicitur, qui non habet aliquem colorem sue institutionis, cap. eum qui de Præbend. & Dignit. lib. 6. c. ad Aures de excess. Prælat. vt si aliquis de facto occupet beneficium aliquod:

Secũdo, qui habet beneficium sine auctoritate Superioris, Inno. in c. nihil. de elect. facit c. Bonæ Memoriæ, il primo, & il secondo, eodẽ titulo, vt si aliquis præsentatus solũ, absque institutione, vel electus, vel postulatus, ante cõfirmationem Superioris posset beneficium, & eo ipso iure est priuatus, quod habuit ex præsentatione, & alijs, vt sup. Rebuff. Pract. Benefic. in 3. p. for. sign.
1 gratiæ in clausula, nec non iuris patronatus, num. 54. Similiter, si ante institutionem acciperet fructus absque possessione, idem ibidem n. 56. & fit inhabilis ad beneficia possidenda, & tamen remanet in possessione beneficij, Iano. in c. qualiter, il secõdo, de Accusationibus, col. 4. in fine, vt si quis per sententiã homicidij, vel alias suspensus beneficio in perpetuum, & tamen ab illo non recedit, facit Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de Reformat. & quę dixit Zerol. in versic. Priuatio; Quarto, qui est electus, & administrat ante confirmationem, cap. 1. & ibi Abb. in 1. col. de Restitut. in integr. & cap. Auaritiæ de elect. lib. 6. & Selu. 2. part. quæst. 7. n. vltimo & 3. part. quæst. 59. & Lambert. de iure Patro. fol. 122. Gom. quæst. 47. casu 3. de Trienn. Possess. quod etiam extenditur, si hoc facit, lite durãte super illo beneficio, Doctores loco citato, facit cap. 1. cap. 2. vt lite penden. lib. 6. c. cum iam dudum de Præben. Quinto, qui committit crimen dignum depositione, gl. 2. in c. cum super de caus. Possess. & propriet. Selua tertia parte quæst. 2. num. 5. Diaz Pract. crimina. Canoni. cap. 123. vide Zerol. in vers. Concubinarius §. 2. & in vers. Priuatio §. 1. 5. & 6. Qui habet beneficium collatum, ablatum alteri iniustè, cap. Tanta, & ibi Anto. in fine, col. 1. de excess. Prælat. facit cap. licet de Præben. lib 6. Gom. in quæst. 47. casu 5. de Trienn.
2 Possess. Sexto, qui ingreditur possessionem beneficij propria auctoritate, Ioan. Andre. in capit. dudum de elect. ita vt litteræ non valerent, super illo beneficio, si tacet, se intrasse in possessionẽ, etiam auctoritate Principis, vt notat Abbas in cap. ad Aures de Rescriptis, & in cap. cum iam dudum, col. 2. de Præben. & in cap. præterea, notab. vltimo, de iure patronat. & in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & Felin. in cap. veniens de accusat. Septimo, Qui intrat possessionem beneficij, nõ leuatis Bullis, cum sola signatura, extraua. iniunctæ de elect. & de hoc vide copiosius Zerol. in vers. Bullæ §. 1. Rebuff. loco citato in 3. part. signa. in vers. datum, n. 8. vbi dicit cum sola signatura posse quem non facere fructus suos: Octauo, qui habet titulum, & possessionem, à non habente potestatem conferendi, quia non pertinet collatio ad eum, vel erat publicè suspẽsus collator, vt in cap. fina. de excess. Prælat. & c. quia diuersitatem de conces. Præben. vel à Vicario ad hoc non habente specialem concessionem, cap. finali de offic. Vicar. lib. 6. similiter si Ordinarius cõferret beneficia deuoluta, per c. 2. de Conce. Præben. & Collatio beneficij nullo tractu temporis conualidatur, Boer. dec. 170. & qui non habet titulum non iuuatur Regula Cancella. nec præscriptione, Boer. dec. 14. sed hoc intellige iuxta notata per Zero. in vers. Beneficium §. 3. dicto 12. & Rebuff. ibidem: Si quis habet beneficium per Simoniam ab eo, qui habet potestatem conferendi, Fel. in c. in nostra corolar. 2. in fine de Rescript. vide pro his omnibus Selua 3. p. q. 2. n. 7. Gom. quæst. 47. & 49. de Trienn. Possess. & Annotat. Ioan. Mylei in dicta Regula; Staph. fol. 182. num. 3. Coua. lib. 3. cap. 16. n. 7. vers. oportet tamen, variar. Resolut. & §. 2. Nono, qui acciperet possessionem beneficij ante collationem, Rebuff. in tit. de Miss. in Possess. num. 6. & infra, & in c. iam dudum, & ibi Abb. de Præben. & in cap. in nostra, & ibi Felyn. de Rescrip. ad alios modos intrusionis, vide penes Rebuff. in Regula de subcoll. coll. 5. glo. 4. Decimo, qui se intrusit, vel fecit se institui in beneficio viuentis, Abb. in c. post electionem, nu. 5. & 2. de Conces. Præben. & in dicto cap. 1. n. 1. & Ioan. Anchar. cons. 398. & Oltrad. cons. 304. Vndecimo, qui resignat, & post resignationem manet in be-

neficio reſignato,& tenetur ad fructuum reſtitutionem, Caputaquen.dec. 36 p.3.Duodecimo,qui minor viginti quinque annis,prouiſus de Parochiali,ſi prouiſionem, & fructus capiat de beneficio curato,cenſetur intruſus, Fel.in.c.in noſtra corolla.2.de Reſcript. Nau. conſ.2. in prima parte de ætate, & qualitate.

RESOLVT. CCXXV.

Quod remedium competat ſubdito Epiſcopi, quando eſt grauatus per eius Tribunal, & de grauamine non conſtat per decretum, propterea quod potuiſſet vti remedio appellationis?

1 *A ſuffraganeo ad Metropolitanum non appellatur niſi in tribus caſibus videlicet,quãdo eſt prolata ſententia definitiua,interlocutoria habeãt vim difinitiuæ, & quando adeſt grauamen irreparabile.*

2 *Prohibita appellatione ad Matropolitanum non prohibetur recurſus per vim quærelæ.*

ALiquando accidit, quod Officiales aliquorũ Epiſcoporum vexant ſubditos, & nunquàm eis datur locus definitiuæ,vel habentis vim definitiuæ ſententiæ,ita vt poſſent ſe tueri per appellationem ad Metropolitanum: Fuit igitur dubitatum,quod remedium eis competeret:Ad quod reſpõdi;licet per Conc.Trid.ſeſs. 24.c. 20. de Reformat. in tribus caſibus poſſit appella-
1 ri à ſententia Suffraganeorum ad Metropolitanum, videlicet primo à definitiua,quæ imponit vltimã manum liti, ſecundo ab interloquutoria,quæ obtinet vim definitiuæ,tertio a grauamine irreparabili, quod per definitiuam non poteſt reparari, & conſequenter videba-
2 tur ex ſupradictis,prefatum ſubditum non poſſe Metropolitanum adire; Tamen fuit dictum,quod licet prohibeatur appellatio, non tamen prohibetur recurſus, ſecundum Gratianum in dec.Rotæ March 26.& latè tradita per Magon.in dec.Floren.50. per totam,& quamuis, vbi non conſtat de grauamine, prohibeatur etiam recurſus,ſecundum Bal.in conſ.29.vol.1.tamen hoc caſu poteſt adiri Metropolitanus per viam quærelæ, gloſ. in cap. ad Reprimendam verbo ſuſpendatur de officio Ordina Fely.in c.lato,fol. 4. de iudicijs, & in cauſis innumeris ſæpe conſului, poſſe adiri ad Archiepiſcopum per modum ſupplicationis, allegando grauamina ſuffraganei, ſiuè denegationem iuſtitiæ vbi non conſtaret de Decreto aliquo à quo poſſet appellari; quicquid dicat Couar.pract.q.c.9.n.2.per text.in c. 1. de offic.Legati, & ratio eſt,ſecundum eum,quia per viam quærelę poteſt adiri ſolum ille Iudex, qui poteſt abſque appellatione cognoſcere cauſam,quod non eſt in Archiepiſcopo,cum non ſit Iudex, niſi appellationum, capit. Paſtoralis de officio Ordina.Sed oppoſitum eſt verius, nã Suffraganeus, quando committeret aliquid iniuſtitiæ in cauſa,vel ſententia,poſſit tunc adire Metropolitanum, per viam quærelæ, nam modo Epiſcopus eſt reus, & quærelans actor, & viſo de iniuſtitia cauſæ precipitur Suffraganeę ſententiam reuocare,vel quod reuideatur in Audientia Metropolitana, Couar. loc. cit. Zerola in prax.verbo appellationum,13;Abq.in c.Sacro, num. 6. de ſent.excomm. vbi admittit etiam quærelam in cenſuris Eccleſiaſticis.

RESOLVT. CCXXVI.

An detur diſpenſatio in ſecundo gradu affinitatis?

1 *In ſecundo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis, non diſpenſatur niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.*

2 *Quomodo intelligatur ſecundus gradus, vide remiſſiuè.*

IN ſecundo gradu affinitatis, vel conſanguinitatis non diſpenſatur,niſi inter magnos Principes, & ob
1 publicam cauſam, Staph.de Lit.Grat.fol.313. nu.7. & quomodo intelligitur ſecundus gradus in collaterali, vel deſcendenti in æquali, vel inæquali,vide Rebuff. in
2 Regula de diſpenſat. in Grad. Prohib.gloſ. vltima n.8. & tamen hodie vidi diſpenſari in vtroque gradu, inter Barones, & Titulatos Regni Neap. & in hoc diſpoſuit Greg.XIV.videantur Bulla ſua die prima Martij 1591. & Bulla Pauli IV. quæ eſt, 16. & incipit ab ea ipſa die, & Clem.VII. quæ incipit, quia plerumque.

RESOLVT. CCXXVII.

Quæ pars Decimarum ſpectet ad Epiſcopum?

1 *Epiſcopus poteſt ſumere quartam decimarum Parochialium in ſequentibus caſibus, videlicet, quando adeſt conſuetudo: Secundo, quando Decimæ ſunt poſitæ in Parochia Epiſcopi: Tertio, quando Decimæ ad nullum pertinent.*

2 *Ad Epiſcopum ſpectat quarta legatorum,& funeralium.*

3 *Epiſcopus dicitur Curatus totius Diœceſis.*

PRo huius articuli dilucidatione conſtituo tres cõcluſiones. Prima concluſio ſit; ad Epiſcopum de iure communi,ſpectat quarta pars prouentuũ,& emolumentorum,nec non Decimarum clericorum, puta,ſi clerici habent quadraginta modios frumenti, Epiſcopo ſpectant decem, vt notatur in cap. quatuor, & in cap.aurum 12.quæſt. 2. cap.vnico 10. quæſt.3.

Secunda concluſio, vbi Epiſcopus vellet ſuſcipere onus fabricæ, tunc poteſt accipere tertiam partem,gl. in citatis c.& in c.de quarta, de præſcriptionibus.

Tertia concluſio,eſt attendenda locorum conſuetudo, gl. in cap.quoniam in verſ. tua parte de Decimis, gl.in c. requiſiti in verſ. quartam de teſtam. Secus de iure communi,Epiſcopus non poteſt ſumere quartam partem Decimarum Eccleſiarum Parochialium, niſi Parochia ſit ſua, vel ad nullum ipſę Decimæ pertinere videantur,vel ſit dubium,cui deberent ſolui, gloſ. in c.cum contingat in verſ.de iure de Decimis, & ſic habetur quod Epiſcopus, non poteſt ſumere quartam Decimarum Parochialium, niſi in tribus caſibus.

1 Primo, vbi adeſt conſuetudo, quæ ſufficeret ſi eſſet decennalis:Secundo quando Decimæ ſũt poſitæ in Parochia ipſius Epiſcopi; Tertio,quãdo ad nullum pertinent: Nota hoc pro practica; & quæ dixi ſuperius non obſtant,quia intelligitur de quarta mẽſali,vel de quar-
2 ta legatorũ,aut de quarta funerali, vel in cauſis Apoſtolicis, prout patet in iuribus prædictis. Sed Boer. in tractat. de Auct.Mag.conſ.per Franc.nu.16.dicit Epiſcopum poſſe exigere quartam partem omnium decimarum, & oblationum Parochialium ſuæ Diœceſis, rato eſt quia tota Diœceſis eſt Parochia Epiſcopi, & concurrit cum omnibus Curatis ſuæ Diœceſis; Licet non in perceptione totali iurium Parochialium; & ſic videtur loqui de quarta Maſſæ communis cuiuſcumq; Parochialis,& non aliorum; & ſic poſſunt intelligi iura prædicta,Abb.in cap.Parochianos nu.1. de ſent.excomm.& in cap.1.num.3. huius tit. vbi videtur dicere de quarta Decimarum etiam Innocent. in c. Theodoricus,num.2.de Statu Mon. vbi loquitur de perceptione Cathedratici,oblationum Decimarum,& Mortuorum,& Caputaquen.dec.340.p.3. vbi dicit Epiſcopum
3 cenſeri Rectorem,&Vicarium perpetuum Parochialis Eccleſiæ: Dicitur Curatus totius Diœceſis,ſub cuius cura eſt vniuerſa Diœceſis,Curati nõ ſunt niſi coadiutores ad participationem muneris Epiſcopalis,c. nullus de Parochis, c.licet 17.quæſt.1.licet quarta Decimarum competat Epiſcopo de iure, vt probatum eſt ſuperius,Rebuff.tract. de Decimis,tamen inferior poteſt eos præſcribere,Balb.in tract.de Præſcript.1 part. 5.par.c.13.n.2.Ad materiam verò vide quæ dixi ſupra in Reſol. 206.

RE-

RESOLVT. CCXXVIII.

Percutiens clericum turpiter agentem cum sponsa, an sit excommunicatus.

1 *Percutiens clericum turpiter agentem cum sponsa de præsenti est excommunicatus, tamen absolutio non est reseruata Papæ.*
2 *Percutiens clericum turpiter agentem cum sponsa de futuro est excommunicatus, & absoluendus à Papa.*
3 *Percutiens clericum adulterantem cum vxore, sed per intermediam personam, est excommunicatus.*

VIdebatur respondendum affirmatiuè, quia excommunicatus non est Percutiens, vulnerans, mutilans, vel occidēs clericum inuentū turpiter agere cum quatuor sint species personarum tantum, scilicet cū vxore, Matre, sorore, & filia, glos. in c. si quis suadēte in verbo, violentas, decimaseptima, quæst. 4. c. si verò in fine. de sent. excomm. ergo in aliis personis, quā supradictis, contrahitur excommunicatio: Sed pro huius quæstionis dilucidatione sunt duæ conclusiones distinguendæ: Prima, percutiens clericum turpiter agentem cum sponsa de præsenti, etiam ante copulam licet sit excommunicatus, tamen talis non tenetur petere absolutionem à Papa, Couar. de sponsalibus part. 1. c. 1. n. 1 8. Artam. cons. 23. cap. discretione in verbo, venturæ, de eo, qui cognouit cons. vxoris, &c. Cuius conclusionis poterit esse ratio, nam matrimoniū de præsenti, etiam ante copulam solet parere aliquos effectus, iuxta decisionem Rotæ primam de Sponsalibus in antiquis: Sit secunda conclusio, quando quis inuenerit clericum cū sponsa de futuro, & verberaret, tunc non sufficeret 2 absolutio Episcopi, Couar. loco citato, n. 2. vers. 2. post Innocen. in cap. veniens de sent. excomm. & Nau. c. 27. n. 80. Sic positis conclusionibus, nota Primo, quod dixi de vulnerante, intelligitur si in continenti, & sine deliberatione contingat, Couar. de sponsalibus 2. part. c. 7. §. 7. nu. 12. Sylu. verbo excommunicatio 6. c. 10. Tabie. eodem verbo casu 5. Nota secundo procedere in omnibus casibus, siue mutilet, vel occidat, tam ex deliberatione quam ex subita operatione, vt requiratur saltem absolutio ab Episcopo, & ratio est, quia tex. in c. si verò, fundatur in l. Graccus C. de Adulteriis, vbi habetur difficile esse iustum dolorem temperare, & l. si Adulterium §. Imperatores ff. de Adulteriis; Hoc tamē fallit si occidat illum remisso dolore, se abscōdendo in aliquo loco, vt clericus accedat ad vxorem, & postea occidat, nam tunc fieret ex deliberatione, & incurret in excommunicationem Papalem, Nau. cons. 26. de sētent. excom. Nota tertio, quando, supradicta persona 3 per semetipsam clericum interficeret, nam si per interpositam personam id faceret, incurreret in cēsuras, secundum Afflict. in constit. Regni, pacis cultum, num. 5. Monald. cons. 91. vol. 1. ratio est, quia, qui per alium facit per se ipsum facere videtur, c. qui per alium de reg. iuris in 6. & facit dec. Triuisan. 22. p. 2. Garsia dec. 27. reiecta opinione vero Zerol. aliter sentientis in sua praxi Episcopali verbo excommunicatio in principio.

RESOLVT. CCXXIX.

Constitutus in articulo mortis potest absolui à quolibet Sacerdote, & quid de reseruatis quando Superior adiri potest?

1 *Quilibet Sacerdos potest absoluere à reseruatis in articulo mortis.*
2 *In articulo mortis debet adiri Superior pro absolutione à casibus, & censuris reseruatis si commode fieri potest, absque eo quod infirmus decedat.*
3 *Ampliatur dicta dispositio etiam in excommunicato, suspenso, vel hæretico.*

QVilibet Sacerdos, deficiente proprio potest absoluere à quibuscumque peccatis, & censuris, 1 quemlibet pœnitentem constitutum in articulo mortis, Conc. Trid. sess. 14. c. 7. sed dubium est, num talis Sacerdos valens absoluere in articulo mortis teneatur petere licentiam pro absolutione à casibus, & censuris reseruatis si sit facilis aditus ad Superiorē: aliqui dicūt non teneri; nam ex dispositione prædicta Sacri Concilij Tridentini videtur colligi, nullum esse casum reseruatum in dicto articulo, à quo non possit quilibet Sacerdos absoluere, & ita videtur sensisse Nauar. cap. 27. 2 nu. 272. sed verior est opinio, quod quando potest haberi facilis recursus ad Episcopum absque periculo quod interim decedat infirmus, non debet Sacerdos absoluere à reseruatis, nisi de licentia Episcopi, ita Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 30. & Nauarr. in vulgari antiqua, cap. 27. n. 111.

3 Ampliatur prædicta conclusio, vt quilibet Sacerdos in dicto articulo absoluere possit, etiā si sit excommunicatus, & publicè denunciatus, suspensus, degradatus, schismaticus, & hæreticus, dummodo non sit periculum subuersionis ex Diuo Th. in additionibus ad tertiam partem, q. 19. art. 6. Sylu. verb. confessio 1. §. vlt. glos. in cap. quod in te de sponsal. quamuis Sotus in 4. d. 18. q. 4. art. 4. & Nau. cap. 27. n. 272. id non concedant de hæretico, sed probabilius est oppositum, vt inquit Villalob. de absol. num. 64. & alij.

RESOLVT. CCXXX.

Testes discordes, qui dicantur.

1 *Testes discordantes dicuntur, qui diuersa, vel contraria deponunt, quæ inter se coaptari non possunt.*
2 *Illis testibus est adhibenda fides, qui in numero, vel dignitate maiores sunt, vel verisimiliora dixerint.*
3 *Si testes rei, & actoris sunt pares numero, & dignitate, pro reo iudicandum est.*

VT certam notitiam habeamus de testibus discor- 1 dantibus, est animaduertendum: Testes discordes dici illos, qui diuersa, vel contraria deponunt, quæ inter se coaptari non possunt. Hoc solet euenire dupliciter, aut in testibus examinatis pro eadem parte, siue ad fauorem rei, siue actoris, aut in testibus partium diuersarum; quādo videlicet, testes examinati pro actore, à testibus pro reo examinatis dissentiunt: Si testes eiusdem partis inter se discordes fuerint, exempli gratia, dixerunt nonnulli, delictum fuisse perpetratum, tali die, aliqui verò alia die, & de illius delicti non iterabilis, vel iterati corpore constet, quibus credendum sit, Iudex ipse percipere debet, aut ex numero testium, aut ex illorum met dignitate, aut ex causæ fauore, vel ex 2 negotii, dictorumve conditione, Diuus Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. ad secundum, illisque maior fides erit adhibenda, quæ verisimiliora, ac aptiora asseruerint, vt optimè Cępolla cons. 61. & 62. ac illorum contrarietates quā maximè fieri potest sunt concordandæ, Farina c. q. 65. num. 245. & seq.

Quod si in rebus parui momenti discordes fuerint, vel in illis quæ od facti substantiā non attinent. exem. grat. dicunt aliqui, tempus fuisse nubilosum, alii verò serenum; Nonnulli Thalamum fuisse pictum, alii albū: Alius hora vigesima prima; Alius vigesima secunda, nequaquam debet infringi eorum testimonium, ex Diuo Thom. loc. citat. At verò, si testes pro reo dissenserint à testibus pro Actore productis, si pares numero, dignitateque fuerint, in Rei fauorem Iudicandum est. Diu. Thomas vbi supra: Quod si pro eorum aliquo, plures numero, dignitatève fuerint, pro illa erit Iudicandum. Cæsar de Graff. dec. 69. num. 4. & dec. 106. n. 7. Farin. q. 6. n. 107. & 114.

RESOLVT. CCXXXI.

Testis de credulitate, an probet?

1 *Testis de credulitate probat, si credulitas sit proxima sensui, ex qua veritas ipsa colligitur, si credulitatis causam affert, ac proximam: vel quod credendi ratio eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter aliquid factum fuisse præsumunt, vel verosimiliter credunt.*

2 *Testis de credulitate, si causam probabilem suæ credulitatis non adduxerit, facit indicium ad inquirendum, si constat de corpore delicti.*

3 *Testis varius si corrigat eodem contextu sua dicta, probat.*

TEstis de credulitate, dicitur ille, qui nihil affirmat sed tantum per credo, & non credo deponit, si
1 credulitas est proxima sensui, ex qua veritas ipsa colligitur, siue rationabilem suæ credulitatis causam affert, ac proximam, vtique probat; exempli gratia, dicat Aliquis, credo Titium cum tali muliere adulterasse, quia vidi nudum, cum nuda, vel solum, cum sola se inuicem osculantes, ac impudicè tractantes, arg. c. preterea de testibus, & l. si vicinus C. de Nuptijs, Farinac. dicta q. 68. num. 74. & 111. & seq. Si verò credulitas est remota ab ipso sensu, vel ab actibus, à quibus veritas ipsa percipitur, Ipse testis de credulitate deponens, nihil omnino probat, Abb. loco cit. exe. gra. Credo Titium, cum tali muliere adulterasse, quia vidi illos alloquentes in via: Ad hoc igitur, vt ipse testis de credulitate deponẽs probet necesse est, vt credulitas, siue credendi ratio in eo, eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter, aliquid factum fuisse præsumunt, aut verisimiliter credunt, Abbas dicto cap. quoties de testibus, etiam si credulitas huiusmodi, nullam, vel minus rationabilem causam attulerit, vt si dicat, scio quia credo, vel credo, quia ita esse puto, nihil probat, Bal. in l. conuentionum ver. ex prædictis infero C. de Episcopis, & clericis: Similiter si dicat, se pro certo credere, nec subiungat, cur certò credat, nihil probat, etiam præsumptiuè, Bal. in l. siue possidetis vers. sed quæro C. de probat.

Regulariter autem, testis de credulitate non valet, l. testium C. de testibus, Cæsar de Grass. dec. 76. num. 21.
2 vers. item. Sin autem causam probabilem suæ credulitatis nequaquam adduxerit; etsi non faciat plenã probationem, & à fortiori, nec indicium ad torturam; Tamen præsumptionem faceret, ac indicium ad inquirendum sufficiens; maximè si de corpore delicti constiterit, & ignoratur, quis illud penetrauerit: Testis vacillans, dicitur ille, qui ita deponit, vidi, hic, imò ibi, fecit sic, imò sic & similiter: Si iste vnica voce, & contextu
3 tantummodo dicat, imò ibi, vel imò sic, quasi prius dictum corrigens, non vacillat, sed vtique probat, l. si ita ff. de hæred. inst. At verò, si replicauit, imò ibi, vel imò sic, vtique vacillat, nihilque probat, cap. si testes 4. q. 2. & 3. & cap. cum Ecclesia de cauſ. Posſes. & Proprietat. & propter huiusmodi vacillationem torqueri potest, ac debet, Foller. in pract. crimi. Cano. vers. testibus diligenter examinatis, cap. 8. num. 47. ac vers. Tormentis mox subijciantur, cap. 31 num. 12. & cap. illi qui, iuncta glos. vers. vt dum 5. q. 5. Farinac. q. 66. num. 98.

RESOLVT. CCXXXII.

Testis omni exceptione maior, quis dicatur?

1 *Testis omni exceptione maior est, qui deponit de visu, vel auditu in illis quæ solo auditu percipi valent, siue alio sensu corporeo, & concludit de tempore, & loco, alijsque circumstantijs substantialibus, e isque nulla exceptio opponi potest.*

2 *Testis omni exceptione maior, facit semiplenam probationem, & indicium ad Torturam.*

3 *Quilibet præsumitur testis omni exceptione maior nisi contrarium probetur.*

SOlet sæpissimè desiderari circa nonnullas causas in Curia Archiepiscopali vertentes, depositio testium omni exceptione maiorũ; ideoque operæ pretium existimani hinc aliqua pertractare, ex quo intelligas, te-
1 stes omni exceptione maiores, idoneos, & integerrimos illos esse qui fide digni vocãtur, & deponũt de facto ipso, de visu, siue de scientia, & causa scientiæ, ac de auditu in illis, quæ solo auditu percipi valent, siue de alio sensu corporeo, itaut concludant de tẽpore pariter, ac loco, alijsve circumstantijs substãtialibus, quib. nulla obiectio, aut exceptio opponi possit, vt a testimonio repellantur, siue vt illorum depositio inficiatur, c. licet de testibus, gl. & Abb. in c. ex litteris de Consang. & Affi-
2 nit. idem Abb. in c. at si clerici de iudicijs, Far. q. 62. n. 1. & seq. Huiusmodi testis, probationem facit semiplenã, etiam in criminalibus, l. admonendi ff. de iure iur. Bart. ibi, n. 36. & communiter DD. Zabarella, cons. 9. n. 7. Ias. in 2. lectura, n. 92. & alij. Ac solus testis omni exceptione maior legitimum facit indicium ad torturam, licet nonnulla alia indicia, siue leuia, siue grauia concurrãt, Rom. cons. 451. n. 4. Carrer. in Pract. crim. n. 110. vers. 1. maius indicium, Far. q. 37. n. 54. & 58. in dubio testis ido-
3 neus, siue integer, siue omni exceptione maior, quisque præsumi debet, si contra illum nihil oppositum fuerit, Carrer. n. 56. Bonus enim regulariter præsumitur quilibet, nisi de contrario constet, Inn. in c. Dudum, il secondo, de elect. Felin. in c. fin. n. 11. de Præsumpt. Cæsar de Grass. dec. 173. n. 7. ex l. merito ff. pro socio.

RESOLVT. CCXXXIII.

Testes contestes, qui dicantur?

1 *Testes dicuntur contestes, qui cum sint omni exceptione maiores de eodem facto, loco, & tempore, alijsque circumstantijs ad facti substantiam attinentibus, per sensum externum iurati deponunt.*

2 *Testes si non concordant in accessorijs ad facti substantiam non necessarijs, non propterea eorum dictum debilitatur.*

DVbitabatur, non immerito, in praxi, quãdo testes dicuntur contestes: sciendum est illos testes dici contestes, qui omni exceptione maiores cum sint, siue
1 idonei, de eodem facto, loco, tempore, persona, alijsque circumstantijs ad facti substantiam attinentibus, ac necessarijs per sensum externum iurati deponunt, v. g. duo vitæ probatæ, iurati deponentes, Titium percussisse Ismaelem in platea, die Dominico post festum S. Francisci cum pugione, & viderunt dictum Titium percussisse dictum Ismaelem: vel duo simpliciter boni viri iurati deponentes Titium blasphemasse Beatissimam Virginẽ in Apotheca talis Aromatarij, de mẽse Septembris circa festum Sancti Michaelis, quia illum blasphemantem audierunt, vel etiam Obstetrices bonæ famæ iuratę, deponentes Dianam esse virginem incorruptam, quia cognouerunt illam esse talem, tangendo; Hi omnes contestes, ac profectò plenè probantes sunt; D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. ad secundum, cuius verissimæ sententiæ, nemo non subscribit. Duo testes huiusmodi plenè delictum probant, ad Reum conuincendum, & condemnandum, ex c. quod vero 2. q. 5. cap. in omni negotio de testibus, Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 7. art. secundo, Farin. q. 63. n. 232. & omnes communiter, & licet in accessorijs, siue
2 in aliquibus ad facti substantiam minime necessarijs, non conuenirent, non propterea illorum, aut infringitur, aut debilitatur testimoniũ, quinimo firmius, & credibilius efficitur, ex D. Th. art. 2. cit. ad secundum circa finem, Far. q. 65. n. 8. etenim si in minimis quoq. concordarent, ex condicto eumdem sermonem proferre viderentur, quare illos conspiratores esse præsumi posset.

Id

Id verò Iudici relinquitur differendum: Idcirco si incæteris concordes extiterint, sed eorum alter de die præcisè non recordetur, dummodo certam diem non assignet, à depositione alterius testis deposita, vtique contestes erunt: Et pariter si de eodem actu continuationem præseferente, non simul, sed alter post alterum ex visu deposuerint: In dubio, testes, præsumuntur contestes, & vnus accipit declarationem ab altero, Cæsar de Grass. dec. 67. num. 4. & 5.

RESOLVT. CCXXXIV.

An Archiepiscopus possit exercere Pontificalia in sua Prouincia, absque licentia sui Suffraganei?

1 *Archiepiscopus non potest exercere Pontificalia in sua Prouincia extra suam Diœcesim.*
2 *Archiepiscopus potest exercere Pontificalia in locis exemptis suæ Prouinciæ absque licentia Suffraganei.*
3 *Archiepiscopus hodie in Prouincia, potest deferre crucem, & mozzettam.*

RAtio dubitandi pro opinione negatiua videbatur colligi per Conc. Crid. sess. 6. cap. 5. de Reform. & licet videatur loqui de Episcopis, tamen intelligitur quoque de Archiepiscopis, glos. in cap. 1. in 2. notab. de offic. ordin. lib. 6. Couar. pract. quæst. cap. 9. num. 2. sed fortasse dicet aliquis, quod hoc videtur repugnare, cap. 1. cum similibus de Auto. & vsu Pallij, vbi habetur Archiepiscopum posse vti pallio in Prouincia: Ad quod respondetur primo, illud procedere de iure antiquo, quando Archiepiscopi visitabant totam Prouinciam, vt in cap. 1. de Auto. & vsu Pallij, in illis verbis, vbicumque quæ exponens Hostiens. in Summa eodem tit. §. quo loco, num. 6. vbicumque ideſt in loco competenti: Secundo, respondetur tunc intelligi, cum de licentia sui Suffraganei sic exercet Pontificalia intra suam Prouinciam, vt posset vti pallio, prout patet, per superius allegata; sed hodie requiritur expressa licentia, nec sufficit tacita, prout verba Conc. sonant. Tertio, non prohibetur Archiepiscopum, posse exercere Pontificalia in locis exẽptis existentib. in sua Prouincia, non habita licentia Episcopi, intra cuius territorium, siue Diœcesim est situs ille locus exemptus, per Cle. Archiepiscopalem de Priu. ratio est quia a iure antiquo, non est recedendum nisi, &c. Sed locus exemptus non dicitur de Diœcesi, prout ex multis DD. probat Sylvester verficulo excommunicatio 2. num. 12. & locus exemptus est vbi Prælatus minus habet iurisdictionem Episcopalem, Ant. 3. part. tit. 24. c. 65. §. 1. vt v. g. est Abbatia S. Angeli ad Fasanellam sita intra Diœcesim Caputaquen. & quando Archiepiscopus possit punire subditos sui Suffraganei vide Abbatem, in c. ex parte de institut. Innoc. in vers. Archiepiscopus, Cæterum cum Archiepiscopi hodie nõ possunt visitare Prouinciam, nec Pontificalia exercere, tantum eis remansit vsus crucis, & mozzettæ; valet enim per totam Prouinciam crucem, & mozzettam portare, de primo vide Syl. in verbo Archiepiscopus, num. 6. §. vltimo: De secundo ita se habet consuetudo, & vidi obseruari in multis Archiepiscopatibus, Abb. in cap. antiqua, n. 7. & 8. de Priui. vbi etiam tractat de causa Episcoporum; Sed an possit concedere indulgentias per supra dictam Prouinciam, & videtur, quod sic, cap. Nostra, & ibi Abb. num. 1. de pœnit. sed hodie non videtur posse per dictum Conc. Trid.

RESOLVT. CCXXXV.

Quomodo se gerat Vicarius, circa testes examinandos?

1 *Testis non citatus, non probat, similiter si non sit iuratus. Aloys. Ricc. Prax. Pars II.*
2 *Laici iurare debent tactis scripturis, Sacerdotes verò & Religiosi tacto pectore.*

CVm inter cætera, quæ spectant ad Vicarij officiũ, & maximè in probandis delictis, sit depositio testium; Propterea mihi visum est congruum hic aliqua circa prædictam materiam adnotare; vnde est sciendũ, quod Vicarius debet primum testes citare ad validandam eorum depositionem; hinc oritur, quod testis non
1 citatus, vltra quod redditur suspectus, l. Presbyter C. de Episc. & Clericis, Viui. dec. 70. & Balbus dec. 404. non probat secundum Bald. in cap. causam quæ, il secundo, de testibus: Secundo debet deferri illis iuramentum, cap. tuis, & c. nuper de testibus, & testi non iurato non creditur, l. ius iurandum & ibi latè per Doctores C. eodem titulo, sed facit inditium ad torturam, iuxta opinionem glosæ communiter receptæ in cap. sicut de sententia excommunicationis, iuramentum verò debet continere veritatem rei, quam ipse testis nouit sincerè deponere, cap. hortamur 3. q. 9. qui testes si fuerint Sacerdotes, & clerici debent iurare tacto pectore, secun-
2 dum Farinac. in q. 84 nu. 82. si verò Laici tactis scripturis, dicto c. hortamur 3. q. 9. Tertio debet illos interrogare, iuris Ordine seruato, ideſt præcedente accusatione, denũciatione, exceptione, aut infamia legitimè probata, aut indicijs sufficientibus; Alioquin testes non tenentur respondere ad interrogata, & celare possent veritatem aliquo modo, non tamen mentiendo, Diuus Th. in sua summa, q. 70. art. 2. Sotus, lib. 5. de iustitia, & iure quæst. 6. Nauar. in Manual. cap. 15. num. 61. Quarto, interrogare illos debet de facto, Personis, tempore, loco, contestibus, causa scientię, vel credulitatis, alijsq; ad rem ipsam necessarijs, ac spectantibus circumstantijs, ita vt veritas eluceſcat, & eorum testimonium validum, ac firmum reddatur, cap. causam de testibus, & ibi glos. latissimè: Quinto, debet (vt ipsi testes facilius veritatem deponant, & admodum conueniens erit) illos prius admonere, quam sit graue scelus, & veritatem negare iurando falsum, & contra innocentem odio, ira, aliaue passione, aut causa deponere, Ambros. de Processu informatiuo, lib. 2. cap. 36. Sexto, debet nomina, & cognomina, Patriam, ætatem, officium, siue statum ipsorum testium describi facere, eorumque dicta, nedum eodem sermone, quo ab ipsis proferuntur, sed etiam eo modo, quo ab illis deponitur; Clara videlicet clarè, dubia, dubiè, & alia huiusmodi, & sic scriptis mandet miseri in Processu. Septimo, testi debet committere vt proprio se subscribat examini, vel si neſciat scribere, signum crucis propriæ manus apponat, ex dec. Boerij 108.

RESOLVT. CCXXXVI.

Episcopus, in quibus beneficijs non habet collationem ex eo quod sunt reseruata?

1 *Enumerantur multæ species reseruationum.*
2 *Beneficia vacantia in Curia, vel apud sedẽ, sunt reseruata.*

PRo intelligentia huius quæsiti est præmittendum secundum Zerolam, in praxi Episcopali in verbo reseruatio, quod reseruatio est triplex: Prima in corpore iuris, de qua in c. 2. de Concess. Præben. quæ etiam vocatur deuolutio, vt quando Episcopus non cõfert infra
1 se mestrem, vel Patronus infra legitima tẽpora nõ præsentat, & Episcopus non instituit, prout in c. vnico de iure Patr. lib. 6. cum alijs vulgatis. Secunda quando beneficia vacant in Curia, vel apud sedem per duas die-
2 tas, cap. Præsenti, & ibi gl. in vers. legales de præbendis, lib. 6. extrauaga. ex debito de elect. & extrauagant. Piæ sollicitudinis de Præben. & ad Regimen eodem titulo, sub communibus, quæ an fuerint temporaneæ, vel perpetuæ, vide eund. Zerol. in vers. beneficium §. 3. con-

clus.4. Tertia, quando Papa reseruat sibi omnia beneficia in omnibus mensibus, ad finem prouidendi seruientes in Curia, & laborantes in vinea Domini, licet Æneas, in tract. de reseruat. prælud.4.quæst.2.in principio,multas dicat reseruationes,volui tamen has tantummodo recensere, remittendo lectorem ad dictum Æneam & ad Gaspa.de Perusio in tract. de reseruat.& ad Rebuff. eodem tit. & quæ beneficia non cadunt sub reseruationibus istis pro practica quotidiana, & faciliori intelligentia dico breuiter.

Primo, Beneficia de Mensa, & quæ nam sint, vide Zerol. in verbo Mensa.

Secundo, Beneficia suppressa.

Tertio, Beneficia iuris Patronatus laicorum solum, Staph. de lit.gra. fol.17. num. 4.

Quarto, Beneficia,de quibus grauatur ille,cui competebant.

Quinto, Beneficia erecta post reseruationem, vel prius erecta, & postea dotata, idest post reseruationem.

Sexto, Beneficia vacantia per priuationem.

Septimo, Beneficia commendata.

Octauo, Patrimonium in titulum ratione Ordinis, iuxta decretum Sac. Conc. Trid. & Bullam Pij V.

Nono, Beneficia Regalia, & Imperialia.

Decimo, Beneficia debita prius alicui, idest quę alicui fuerant promissa per gratiam expectatiuam, vel mandatum de prouidendo.

Vndecimo, Beneficia alias reseruata.

Duodecimo, Beneficia, in quibus aliquis habet ius ad rem, vt in cap. si tibi absenti de Præben. in 6.

Decimo tertio, Beneficia Patrimonialia.

Decimo quarto, quædam Hospitalia.

Decimo quinto, Beneficia Monocularia.

Decimo sexto, Beneficia spectantia ad Episcopum, & Capitulum simul.

Decimo septimo, Beneficia habentia aliquod onus annexum, puta Præbenda Theologalis, vel pro Magistro.

Decimo octauo, Beneficia sæcularia collegiata.

Decimo nono, Beneficia Manualia.

Vigesimo, Beneficia vacantia de iure, & non de facto.

Vigesimo primo, Beneficia Regularia.

Vigesimo secundo, Beneficia collata, & nondum exequuta collatio.

Vigesimo tertio, Beneficia electiua.

Vigesimo quarto, Beneficia per resignationem vacantia.

Vigesimo quinto, Capellaniæ, quæ non dantur in titulum à contrario sensu, glos.in clem.2.de Decimis, & dixit Zerol. in vers. Capellania, & in vers. Spolium §.15.

RESOLVT. CCXXXVII.

Dispositio text. in cap. statutum de Præbendis in 6. an sit correpta.

1 *Reseruationes sunt odiosæ respectu Episcoporum.*
2 *Regulæ cencellariæ expirant morte Papæ.*
3 *Non solum Episcopus, sed etiam Capitulum potest conferre beneficia deuoluta per cap. statutum de præben. in 6.*

SEntentia nonnullorum, dispositionem illam esse correptam, per iura noua, videlicet, per extrauagant. ex debito de electione, & Piæ sollicitudinis de Præben. Attamen multi Doctores tenent partem negatiuam, vt Gaspar loco citat. Staphil. in præfato n. 2. & Æneas loco citato 1. part.quæst.4.effect.6.num.2. & effect.8. num.2. & 3. & cum sit fauorabilis est etiam amplianda, cum potestas Episcoporum reuertitur ad naturam suam pristinam, c. ab exordio 35. dist. & dicto cap. statutum in vers. numerandus: Nam licet reseruationes sint fauorabiles respectu reseruationis, sũt
1 tamen odiosæ respectu Episcoporum,eo maximè,quãdo Ecclesiæ patiuntur detrimentum propter longam vacationem, nisi Episcopi prouiderent, per iura superius allegata, & sic Episcopus reducitur ad ius suum primæuum, & naturale, vnde conferre licet beneficia suæ Ecclesiæ & Diœcesis, c. ab exordio 35.dist. Staph. fol.55.num.3. Nec obstat, quod dicit Rebuff. in Form. Nou. Prouis. super Claus.dummodo tempore num. 13. quod Beneficia vacantia in Curia, sede vacante, prouideantur per successorem, nam non propter hoc negat, quin possit Ordinarius illa conferre; sed illis non conferentibus Papa successor confert.

Nec obstat dicere, per mortem Papæ cessare reseruationem factam per Regulas Cancellariæ, pro vt Rebuff. in Indice pract.Benefic.in vers.reseruatio,fol.133. num.33. super clausui.& quod omnium & singularium; & in tertia parte signific. licet non potuerim reperire
2 ibi, illud, & alibi, nempe quod Regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ, fol. 123. num. 12. tamen id videtur dicere in tractatu de reseruat num.36. & quod reseruationes in corpore iuris sunt perennes, nam Rebuffus fuit fortasse illius opinionis, & hanc amplector tamquam fauorabiliorem, & magis connaturalem Episcoporum potestati, quia ipse Rebuff. in tract. de deuolut. num.98. dicit non solum Episcopum, sed
3 Capitulum sede vacante, posse conferre beneficia deuoluta, per dictum cap. statutum, ergo secundum suam sententiam, cap. statutum, non est reuocatum.

RESOLVT. CCXXXVIII.

An omnes Canonici tenentur habere Ordines Sacros?

1 *In Cathedrali, omnes Canonici tenentur habere Sacrum Ordinem.*
2 *Episcopus non potest cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes.*
3 *Non potest in Synodo Prouinciali imponi onus Dignitatibus, vt qui eas obtinebit, debeat esse graduatus; sed est necessarium beneplacitum Apostolicum.*

1 PRo huius articuli dilucidatione, sunt distinguendæ quatuor conclusiones: Prima conclusio, in Ecclesia Cathedrali omnes Canonici tenentur habere Ordinem Sacrum, ex decreto Sacr. Conc. Trid. sess. 24. de Reformat. cap.22. vel saltem Canonicus Cathedralis debet esse in tali ætate, vt infra tempus à iure, & à Sancta Synodo statutum, initiari possit, sess.7. cap. 3. cap. licet Canon cum similibus, lib.6. de electione.

Secunda conclusio, illi tantum Canonici tenentur esse in Ordine Presbyteratus, qui habent Dignitatem, Portionem, seu Canonicatum requirentem Ordinem Sacrum, vel in ætate vt supra, ex eodem Sacro Conc. eodem loco.

Tertia conclusio, quod vbi non requirit Sacrum Ordinem Canonicatus, Prebendam seu Portionem, illam posset habere etiam clericus simplex, clem.2.de ætate, & qualitate, Rot.dec.26. de rescriptis in nouis, Abbas in vltimo notab. de institut. vide Zerol. in vers. Capitulum §.10.& quæ ibi dixit ex mente Abb.sed hoc posset procedere in Collegiata inferiori, in Cathedrali autem omnes Canonicatus habẽt annexum Sacrum Ordinem, ex Conc.Crid. sess.24.cap.12. de reform.

2 Quarta conclusio, Episcopus non potest cogere, vt Canonici efficiantur omnes Sacerdotes, sed sufficit, si dimidia pars Canonicorum presbyteri sint, inter quos debet esse præcipuè Prior, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi, vt decreuit Sac.Conc.Trid.sess.24.cap.12.

præ-

3 præterea obtinentium, & nec Synodus Prouincialis
potest imponere onus dignitatibus, vt eas non nisi gra-
duatus possit obtinere, sine sedis Apostolicæ auctori-
tate, ita Sacra Congregat. declarat. 334. in meis, &
in alia quæ est 338 censuit in hæc verba, Nullo Conc.
Cridentini Decreto statutum est, aut qui Decanatum
consequi velit hic necessario sit Magister, siue Doctor,
aut Licentiatus in iure.

RESOLVT. CCXXXIX.

Quæ ætas sit necessaria ad consequendum Canonicatum.

1 *Pro Canonicatibus Ecclesiæ Cathedralis requiritur ætas annorum viginti duorum.*
2 *Canonicus Collegiatæ debet habere quatuordecim annos.*
3 *Limitatur nisi Canonicatus, vel Dignitas haberent annexum Sacrum Ordinem.*

1 CIrca Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis requiri-
tur ætas requisita ad suscipiendum Sacrum Or-
dinem, quæ est annus vigesimus secundus inchoatus,
iuxta notata per Zerol. in verſ. Ordo. & in verſ. bene-
ficium §. 2. & 3. in Ecclesijs verò Collegiatis vbi non
sunt Canonicatus requirentes Sacrum Ordinem, decis.
Rotæ 324. in antiquis dicit requiri ætatem viginti an-
norum, Gomes de expectat. nu. 86. dicit ex regul. Can-
cell. Greg. XI. sufficere ætatem decem annorum; sed
hodie de iure nouissimo Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de
2 reform. requiritur ætas quatuordecim annorum, & ex
his patet posse esse Canonicum Collegiatæ in ætate
14. annorum, vide declarat. Sac. Congr. in hæc verba,
Nullo Concilij decreto sancitum est, quæ in eis ætas
requiratur, qui Canonicatum in Ecclesijs Collegia-
tis consequi velint, sed id relictum est intra illos ter-
minos, qui ante dictum Concil. Trid. præscripti sunt,
hæc Sacra Congregatio: hoc tamen fallit, nisi in Col-
legiatis adsit etiam aliqua dignitas Canonicalis, aut
portio, quę requirat ordinem sacrum; nam tunc non
potest quis eum Canonicatum habere, nisi vel sit in
5 tali ordine, quem requirit dicta Dignitas, Canonica-
tus, & portio, vel sit in ætate constitutus, quod infra
tempus à iure statutum, possit ad eum promoueri, iux-
ta dispositionem d. cap. licet canon ideſt infra annum,
ita Sacrum Conc. loc. cit. §. neminem, & sess. 22. cap. 4.
de reform. si verò non requirit sacrum Ordinem, tunc
vera est doctrina, quod constitutus in ætate 14. anno-
rum potest habere Canonicatum, dignitatem, & por-
tionem, non habentem curam animarum; ita fertur
fuisse decisum Romæ; sed iste Canonicatus non habe-
bit vocem in Capitulo, nec fructus percipiet, nisi es-
set prębenda, vide Anan. in rub. de ætat. & qualit. n.
2. & Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 1. &
3. de elect.

RESOLVT. CCXL.

Qui ante ætatem susceperat Ordines sacros, adueniente ætate indiget absolutione à suspensione, & si pendente suspensione prædicta exercuit ordinem, indiget dispensatione.

1 *Promotus ad Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, est suspensus, & si exercuit Ordines est irregularis, sed potest Episcopus dispensare, si casus est occultus.*
2 *Promotus ad Ordinem sacrum ante legitimam ætatem, postquam ad eam peruenerit indiget absolutione, secundum veriorem opinionem.*
3 *Qui bona fide ignorans se non habere ætatem legitimam, fuit promotus, non est suspensus, & exercens Ordines nō fit irregularis, sed peccat mortaliter quoties exercet.*

PRo resolutione huius articuli, sunt quinque notan-
da. Primum, si qui sciens se non habere ætatem
susceperit Ordines sacros, est suspensus, quod si non e-
1 xercuit Ordinem, potest absolui ab Episcopo, & est
communis. Secūdum, si exercuit, & res est occulta, etiā
Episcopus potest dispensare, & absoluere, ratio est, quia
Conc. Trid. sess. 24. c. 6. loquitur de omni irregularitate
occulta. Tertium, si sciebat se non habere ætatem, vel
alia requisita, & ignorabat prohibitionem, ac postea
bona fide exercuit Ordinem, existimans sibi licere, ta-
men ante illius exercitationem egit pœnitentiam de il-
lo peccato, non est opus absolutione, Cou. in clem. si
furiosus 1. par. §. 1. n. 4. c. Apostolicæ Sedis de cler. ex-
commun. ministr. quod mihi non placet, cum sit igno-
rantia iuris. Quartum, si tempore ordinationis ignora-
bat, se non habere requisita prædicta, si interim non
2 exercuit, sed expectauit ætatem requisitam, ea aduc-
niente, non indiget absolutione, nec dispensatione, Co-
nar. loc. cit. Nau. cap. 27. num. 151. notab. 2. & ratio est,
quia suspensio currit vsque ad tempus completum, gl.
in clem. vnica in fi. de ætat. & qualit. Syl. in verſ. ætas
n. 2. imò fortasse per illas doctrinas posset dici idem de
eo, qui scienter ordinatus est absque istis requisitis, &
nō exercuit ordinem, quousque aduenirет tēpus com-
pletum, & haberet requisita, & hoc præcisè loquendo,
sed si poneretur suspensio latæ sententiæ, incurreret
irregularitatem, Tabien. in verſ. suspensio num. 10. §. 9.
Sylueſt. in verb. irregularitas num. 4. §. 2. Rebuff. tit. de
cler. ad sacros ordin. malè promot. glos. 2. num. 8. vbi
dicit, esse suspensum exequutione ordinis, vsque ad
legitimam, ætatem, cap. non est compos de temp. ord.
Sot. in 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 2. iuxt. fin. ponit suspensio-
nem vsquequo peruenerit ad ætatem legitimam, & ea
aduenientе, non est opus absolutione, cum sit regulare
in suspensione temporanea, glos. in clem. 1. in verſ. do-
nec de decim. Nau. c. 27. num. 162. mea tamen opinio
est, quod talis, etiam postquam peruenerit ad ætatem
legitimam indiget absolutione, propter Bullam Pij II.
Cum ex sacrorum, quæ imponit suspensionem simpli-
citer ijs qui taliter ordinantur, Paris. l. 4 de resign. q.
12. num. 140. & respondit Sac. Congr. in facto pro Ec-
clesia Bononiensi declar. 527. in meis, in hæc verba:
quoad promotos ante ætatem, iustum est posse conce-
di facultatem Domino Visitatori dispensandi in huius-
modi promotis cum ad ætatem legitimam peruene-
rint, & illos arbitrio suo ad tempus suspendere, licet
posset dici, quod tunc casus erat publicus, vt patet ex
lectura dictæ declarationis, & quod exercuerit ante
ætatē, quia vtitur verbo dispensationis, tu tamen elige
tutiorem partem, cum Nau. in cap. nouit de iudic. in 8.
oppos. num. 33. dicente: Si quis temerariè suscipit Ordi-
nes, ideſt sciens se illegitimè illos sumere, sed bona fide,
facta pœnitentia, illius malæ susceptionis putans id si-
bi licere, si in eis ministrauerit, non efficitur irregula-
ris, nam irregularitas; non incurritur sine contemptu.
Quintum, si nesciebat se esse in ætate legitima, vel non
habere requisita, & suscepit Ordines bona fide, & ha-
bita scientia de hoc exercet Ordinem, non est irregu-
laris, sed peccat mortaliter per toties quoties exer-
cuerit. donec adueniat ætas legitima, ratio est. Primò,
quia censura non retro rahitur, Nau. c. 27. n. 173. not.
10. Couar. in c. alma mater §. 10. n. 6. Secundò, quia
tunc ille incurrit censuram aliquam, quando excusa-
bat ignorantia probabilis, & in censuras non incurritur
siue peccato mortali, c. nullus 11. quæst. 3. ergo
nec in irregularitatem quæ est ex delicto, & ideo nec
est opus absolutione, vel dispensatione: Dixi communi-
ter peccatum mortale, quia mox sciens prohibitionem
de non exercendo Ordinem ante requisitam ætatem,
facit contra iura; Quod debent animaduertere ipsi or-
dinati, ad auferendos scrupulos, an in ipsa ordinatione
Episcopus ordinator præmittat excommunicationem

latæ

latæ ſententiæ, vel comminatoriè; nam iuxta primum incurrit irregularitatem, in ſecundo verò caſu ſaltem committit culpam lethalem.

RESOLVT. CCXLI.

Excommunicatio, de qua in cap. ſuper ſpecula, ne clerici, vel monaci, &c. an procedat contra audientes in domibus priuatis?

1 *Sacerdotes, & aliquæ aliæ perſonæ non poſsunt audire leges ciuiles.*
2 *Dicta prohibitio non videtur procedere, ſi quis audiat leges in domo priuata.*

LIcet vtrumque ius ſit maximè neceſſarium Eccleſiæ Dei, & Chriſtianæ Reipublicæ, cap. 1. de conſang. & affin. Nau. in manual. de Orat. cap. 18. num. 58. quibus in locis probatur, quantum ſit neceſſarium ius Canonicum, & Ciuile; Nam purus Theologus, aut parũ, aut nihil poteſt prodeſſe practicæ Eccleſiaſticæ, niſi in concionando, & diſputando, ſed in gubernio animarum plus ſatis requiritur, Gom. in cap. 20. de conſt. lib. 6. n. 32. 27. & infra, tamen auditio legum ciuilium
1 eſt prohibita Sacerdotibus, & alijs perſonis, per tex. in cap. ſuper ſpecula, & c non magnopere, ne Clerici, vel Monaci; in quibus iuribus prohibitũ eſt audire ius ciuile, ſub pœna excommunicationis, nihilominus in domibus, & locis priuatis videbatur dicendum, quod incurrerent etiã excommunicationem prædictam, nam Caiet. in verſ. excommunicatio c. 50. Nau. c. 27. n. 116. Silu. in verſ. excommunicatio 9. num. 22. excommunicatione 6. ex Inno. communiter tenent non licere dictis perſonis, etiam ſi non exirent de ſuis terris, neque domibus, tamen Abb. in d. cap. n. 13. & 14. dicit, quod permittitur ſi audiat in domibus ſuis; Ego tenerem hãc ſecundam opinionem, quam vidi tali modo practicari à doctis, & pijs viris; nam intentio Papæ eſt ne perſonæ Religioſæ vagentur per Scholas iuris ciuilis, in quibus non rarò perditi mores addiſcuntur, ſed audiendo domi priuatæ ſecus accidit, vide Anchar. in cap. ſtatutum num. 3. ne Cler. vel Monac. lib. 6. quam doctrinam intelligas, dummodo in domo priuata non adſit numerus ſtudentium, vt in ſtudijs publicis, nam tunc ſtudium eſſet publicum ratione multitudinis, argu. tex. in cap. Oſius de elect.

RESOLVT. CCXLII.

Copia citationis, an debeat dari citato?

1 *Copia citationis debet dari citato ſi eam petat.*
2 *Literæ citatoriæ dantur citato, vt ex earum tenore poſſit ſe inſtruere de exceptionibus, & defenſionibus.*

1 COpia literæ citatoriæ debet dari citato, ſi petat illam, & niſi detur, non arctatur ad comparandũ, vt notat Specul. in titul. de citat. verſ. hoc autem facto, quoad hoc allegat de prob. cap. quoniam contra, & c. fi. ſed melius facit text. quem ipſe non vidit, in clem. fi. eod. tit. vbi eſt expreſſum, quod omnis intimatio, quæ fit alicui, vt arctetur ad aliquid agendum, non habet vim, niſi ex literis, quæ intimantur, detur copia, ſi petatur: conſtat autem quod litera citatoria debet intimari, & legi citato, vt dicit Spec. in d. tit. de citat. verſ. porrò, ergò debet dari copia illius literæ, ſi petatur, alias citatio non arctat. Hoc etiam probatur ex principio dictæ decretalis, quæ vult appellationem intimari appellato, alias talis appellatio non deuoluit cauſam, nec arctat appellantem ad comparendum; niſi copia illius detur ſi petatur. Conſtat autem, quod intimatio dictæ appellationis habeat vim citationis ad cauſam, vt in cap. ſtatuimus de elect. & c. cupientes lib. 6. & Zabar. in d. clem. in princ. q. 26. vbi eſt expreſſum, citationem factam per literas non arctare citatum, niſi detur copia
2 literarum ſi petatur, quia literæ citatorię præſentantur citato, vt ex earum tenore poſſet ſe inſtruere de exceptionibus, & defenſionibus ſuis, tam contra partem, quã contra Iudicem, vt in cap. 1. de dilation. ergo illarum literarum copia danda eſt petenti: Alioquin non poſſet ſe inſtruere de defenſionibus, & conſequenter denegaretur ſibi facultas defenſionis, contra clem. Paſtoralis, &c.

RESOLVT. CCXLIII.

An Capitulum ſede vacante poſſit præſtare authoritatem permutantibus beneficia?

1 *Capitulum ſede vacante poteſt reſignationem beneficiorum admittere, eaque conferre, quando collatio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum.*
2 *Capitulum ſuccedit in poteſtate authorizandi permutationem, quando collatio pertinet ad alium, quam ad Epiſcopum.*

1 CApitulum ſede vacante poteſt reſignationem beneficiorum admittere, & ea conferre, & conſequenter permutantibus beneficia authoritatem præſtare valet, niſi quando collatio ad ſolum Epiſcopum pertinet, ſine Capitulo, quia tunc non ſuccedit in poteſtate conferendi, Feder. in tract. permut. q. 16. Succe-
2 dit autem in poteſtate authorizandi permutationem, quando collatio pertinet ad alium, quam ad Epiſcopum, nam talis authoritas eſt de iuriſdictione Epiſcopali, vt notatur in clem. 1. de rer. permut. in qua ſuccedit Capitulum, & ita quædã Additio poſita in d. clem. ſed aduerte quod gloſ. in d. clem. tenet Capitulum ſede vacante non poſſe præſtare authoritatem permutationi, quando collatio pertinet ad ſolum Epiſcopum cum Capitulo conferre non poteſt; ſed contrarium dicit Dominicus de Sancto Gemin. in dicta clem. quod collatio ſit de neceſſitate, vt dicit text. in clem. 1. & ſic cum ſit de neceſſaria iuriſdictione, Capitulum poteſt conferre. Poſſet tamen huic rationi reſponderi, quod licet poſt factam, & admiſſam reſignationem ex cauſa permutationis, ſit voluntariæ iuriſdictionis, tamen cum permutatio ſit prohibita, non niſi ex cauſa Superior illam admittat, vt notatur in cap. quæſitum de rer. permut.

RESOLVT. CCXLIV.

An Epiſcopi poſſint præcipere Diœceſanis, vt aſportent decimam ad domum Parochi?

1 *Decima prædialis debet conſignari in horreis Parochi, ſumptibus ruſtici.*
2 *Decimæ veniunt ſoluendæ ſecũdum conſuetudinem approbatam.*
3 *In ſoluendis decimis Baroni, debet etiam attendi conſuetudo.*

REnuebant quidam Diœceſani ferre decimas ad domum Parochi; propterea ab ordinario loci fui interrogatus, an potuiſſet mandare Diœceſanis prædi-
1 ctis, vt aſportarent decimas ad domum Parochi; cui quæſito indicaui reſpondendum affirmatiuè. ex doctrina gl. communiter receptæ in cap. reuertimini in verb. in horreo 16. q. 7. vbi decima prædialis quæ debetur Sacerdotibus, conſignari debet in eorum horreis, ſequitur Alex. in l. lineam Margaritam verſ. & inducitur ff. ad l. Falcid. Iaſ. in ſtipulatio ff. de verbor. oblig. Cranet conſil. 21. vol. 1. vbi generaliter dixit decimam eſſe aſpor-

asportandam ad domum eius, cui de iure debetur, allegat Bertach.in verb. decima num.65.Paris.cons.6.n. 6.quod ampliant procedere etiam in decima quæ debetur Baronibus, vt refert etiam decisum de Franch. decis.134. Viui.decis.4.vol.1 .Ampliant eam deberi asportari ad domum illius, cui debetur sumptibus proprij Rustici, sequitur Armill. in Summa in verb. decima §. 2.

Sed omnia supradicta limitaui, non procedere vigente consuetudine in contrarium,c. in aliquibus §. fi. de decim. vbi regulariter decimę veniunt soluendæ secundum consuetudinem approbatam,atque præscriptam,& sic eo tempore,& loco, decimæ soluendæ sunt
2 vt est consuetum,& determinatum,Nau.cons 2.n.1.de decim.lib.3. Armil. in verb. decima §.2.vbi testatur de communi; ista consuetudo inducitur spatio decem an-
3 norum,Panor.in c. cum sit n.6. in fi. de decim. & idem puto dicendum in decima debita Baronibus, quæ, si consuetudo extat asportandi eam in horrea ipsorum, est attendenda,secundum Cast.in citata l.lineam Margaritam.& in l. omnes.& in l. pro locis C. de annon.& tribut. lib. 10. & hanc consuetudinem valere, tenet Host.in Summa tit.de decim.§.fi.q.16. cum alijs quos probat Rebuff. eiusdem nominis tractatu quæst. 13.n. 48.& seq.& alij apud Foller.in Constitu. Regni is quãto num.17.

RESOLVT. CCXLV.

Bulla Sixti Quinti contra clericos incedentes absque habitu,& tonsura,an requirat Iudicis declarationem?

1 *Quando imponitur pœna ipso iure, requiritur declaratoria.*
2 *In notorijs requiritur etiam declaratio.*
3 *Quamuis in constitutione dicatur,nulla alia excepta super hoc declaratoria,tamen adhuc requiritur.*
4 *Declaratoria est necessaria in prædictis casibus ad factum, non autem ad ius.*

ADhuius quæstionis ampliorem dilucidationem omissa disputatione,de qua copiosè tractat Gomez. in cap. 1. vers. ipso iure à n.4.'& infra de rescript.
1 lib.6.dico ex eodem requiri sententiam declaratoriam quotiescumq;imponitur pœna ipso iure etiam in hæretico,c. cum secundum legem de hæret.lib.6.Nau.c.23. n.67. Tabie. in vers. excommunicatio cas. 2. §.1. Couarr.de sponsal.1.part.§.2.n.9.quamuis in loco 2. c.8. n.3.var.resol. vers.3.dicat hæreticos esse ipso iure priuatos beneficijs,& inhabiles ad ea obtinenda,cap.hæc
2 committi §.priuandi de hæret. lib. 6. Quod ampliatur etiam in notorijs,Gomez. in c.ad nostram, il terzo, de iur.iur.Nau.c.25.n.118. & c.27.n.147. & c.23.n.67.vbi habẽtur tres rationes.Prima,vt omnia ordinatè procedãt.Secunda,vt per scripta appareat conuicta malitia delinquentis. Tertia, propter periculum,quis enim esset, qui sponte sua vellet amittere beneficia, soluere pœnas,prodere turpitudinen suam,& esse exequtorem pœnarum in se ipsum: hoc clarè habetur ex Couar.de sponsa.2 p.c.6.§.octauus,à num.10. & infra in vers. tertio,quod probat ex communi Canonistarum,& Theologorum sententia, imò dicit, hoc valere in conscientia,Sylu.in verb. emphyteusis n.7.§.2. & hoc facit pro intellectu extrauagant.ambitiosæ de rebus eccles. non alienand. & Bulla Pij Quinti contra clericos malè promotos beneficiatos sodomitas, cuius meminit Nau. c. 27.n.249.offerens declarationem Greg. XIII. viuæ vocis oraculo,dicentis illam obligare etiam in conscientia,& est Bulla 7. f. 1028.& Leo X. Bulla 2. fol. 194. & Bulla 5.fol.92. huic dicto facit etiam Conc. Trid. sess. 21.c.1.de refor.dicens,non residentes,haud facere fructus suos in conscientia, etiam alia declaratione non sancita,Nau.loc.cit. facit quod notat Iser. in vsu feud. rub.quo tempore Miles.c.fin. num. 3. & an in notorijs requiratur sententia,vide Bal.in Marg.Innocen. in vers. sententia priuationis,& in vers. sententia diffinitiua,& Innoc.in c.si aduersus de eo qui mitti &c.

Amplia etiam, si in Bullis reperirentur verba, nulla
3 alia expectata super hoc declaratoria sententia, quia adhuc exigitur Iudicis decretum,vt per DD. supra citatos, & ratio est secundum eos, quia huiusmodi verba operantur tantummodo,vt non requiratur alia sententia ad restitutionem fructuum à die patrati criminis, Diaz. in pract. crim. canon. cap.123.quamuis ibi addat, quamdam modificationem, Gomez.loc.cit.n. 9.& 10. quamuis in minimis, paruisque pœnis temporaneis, teneantur absque declaratione statim in conscientia restituere contrauenientes, Nau. loc.cit.

Amplia secundò, etiam si Bulla vtatur verbis ipso iure, quia adhuc debet præcedere Iudicis declaratoria, vt per Gram. dec.2. Magon. in dec. Rotæ Floren. 19. Thesaur.qui hanc nominat communem sententiam lib. 1. quæst. forens. quæst.40. & ita quoque tenuit Achill. de Grass. in dec.vnica de pœnis, cuius tenor est: Pœna priuationis imposita à lege, non intelligitur ipso iure, quidquid dixerit Felyn.in cap.sic,de simon.prout tenuerunt Domini in vna Cesenaten. de Villel. coram Domino Puteo anno 1548. per glos. quam omnes sequuntur in cap. 1. de sagitt. licet in eadem tenuerint Domini, quod si esset à lege imposita pœna priuationis ipso iure, quod quis posset facere sibi prouideri de
4 beneficio, & demum acceptare ante aliquam sententiam. Tunc quia in notorijs, & trahentibus secum exequutionem, non est necessaria declaratoria, tum etiam, quia declaratoria est necessaria ad factum,non autem ad ius. Nuper autem de nouo ponderatis verbis dictæ Bullæ Sixti Quinti contrarium verius videtur, ex expressis illis verbis in ea appositis, videlicet: At fine vlla alia monitione, citatione, Iudicis decreto,aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, & sic non requiritur alia declaratio Iudicis, ita Ias. cons.21.col. 3.vers. tertio. respondetur vol.1.

RESOLVT. CCXLVI.

Regula Cancellariæ de verisimili, an habeat locum in Episcopo?

1 *Regula de verisimili notitia, locum habet etiam in Ordinarijs.*
2 *Regula de verisimili procedit etiam in legato.*

PRo parte negatiua videtur respondendum; nam dicta Regula Cancellariæ solum loquitur in Papa, non autem in Ordinario, nam quilibet posset conferre beneficium vacans,licet collator ignorauerit vacationem,secundum Io.Monac.& Io.Andr. in c. 1. de elect. lib.6. sed contrarium tenet glos. in pragm. sanctio. in tit. de collat. cap.1. §. neque super verb. funeraterias, vbi tenet quod dicta regula Cancellariæ etiam habet locum in Ordinarijs; nam etiam præuentio fraudulenta est de iure prohibita, cap. statutum de præb. lib. 6. verumtamen in materia beneficiali, quis potest vti Cursore eundo die, ac nocte, l. continuus §. cum ita ff.de verb. oblig. & aliquis etiam potest detinere Nuncium ad Curiam durante infirmitate alicuius, secundum glos. in cap. vbi periculum, super verb. decem diebus de elect.lib.6. & quia vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt, leg.qui autem §.sciendum ff. de his qui in fraudem cred. & ideo quidam Abbas prætendit, quod quidam olim vltimus Prior notificauit sibi eius infirmitatem, & quia pariter dictus Abbas vsus est cursore, qui sibi notificauit obitum dicti

Do-

Domini Prioris de infra certas horas, de eadem die obitus, vide glos. in Regul. Cancellar. 23. quæ disputat, an dicta Regula Cancellariæ de tempore verisimili, & aliæ Regul. Cancellar. quæ loquuntur in Papa, habeant locum in Legato à latere, & ibi allegat consil. Petr. de Anchar. & dicit, quod non, quia tales Regulæ sunt exorbitantes, & non debent extendi, licet non esset magnum dicere, dictam Regulam procedere etiam in Legato, & Ordinario, ad euitandas fraudes, & si dicta Regula Cancellariæ 23. habet locum de tempore verisimili, loquitur quando beneficium vacat per obitum naturaliter, secus si per resignationem, quia cessat fraus, secundum glos. ibi, & in pragm. sanction. tit. de collat. c. 1 §. neque.

RESOLVT. CCXLVII.

Potestas Capituli, an pœnes præsentes residcant, licet sint. duæ partes?

1 *In Vniuersitatis actu requiruntur duæ partes.*
2 *Decretum non debet ex tabella recitari.*

QVæritur quando absentes sunt vocati, & non veniunt, an potestas eligendi remaneat pœnes presentes, quia absentes nolunt interesse, ratio dubitandi est quia non sunt duæ partes, & videbatur dicendum pro parte affirmatiua, quia talis citatio constringit non venientes in contumaciam quando conuocatio Capituli spectat ad aliquem, quia præsentes, aut venientes possunt explicare actum Capituli, licet non sit maior pars, secundum Innoc. in cap. 1. de maior. & obed. & in isto casu, licet regulariter requirantur duæ
1 partes in actu vniuersitatis, tamen computabuntur in numero non vocati, vel vocatus, qui venire contempserit, Panorm. & Innoc. in cap. Ecclesia vestra, & in cap. de causis de elect. & glos. in clemen. quod circa de elect. & licet Bald. in l. omnes populi ff. de iust. & iure in 2. quæst. & in l. quod maior ff. ad municip. videatur tenere, quod licet absentes vocati non veniunt, tamen requiruntur duæ partes; quia decretum non
2 debet ex tabella recitari, l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. de quibus vide latius Panorm. in cap. in causis, & hæc Franc. Maior. dec. 1333.

RESOLVT. CCXLVIII.

Capitulum Sede vacante, an succedat in ijs, quæ sunt ordinis Episcopalis.

1 *Capitulum non succedit Episcopo in ijs quę sunt ordinis Episcopalis.*
2 *Capitulum potest committere Episcopo vicino aliqua ex ijs quæ sunt ordinis Episcopalis.*
3 *Capitulum potest exercere ea quæ sunt Episcopalis iurisdictionis, etiam si viuente Episcopo requirerent speciale mandatum.*

CLarum est, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ defuncto Episcopo, succedere in illis quæ Episcopalem iurisdictionem concernunt, cap. cum olim, ibi glos. & DD. de maior. & obed. cap. vnico eod. tit. lib. 6. & totum Capitulum durante vacationis tempore, ante Conc. Trid. poterat per se ipsum administrare, Abb. in cap. irrefragabilis num. 2. & seq. de off. Ordi.
1 & Felyn. in dicto cap. cum olim; Nihilominus pluries fuit dictum, istud non procedere in ijs quę ordinem Episcopalem concernunt, si quidem ea adeo sunt annexa habentibus dignitatem Episcopalem, vt nullo modo possint ab ea separari, vt dixit glos. magistr. in cap. nosti de elect. imò neque illa delegare possunt alteri non habenti iura Episcopalia, vt dixit Summus Pontifex in cap. aqua de consecr. eccles. est tamen verum in illis quoque Capitulum sede vacante posse succedere, intelligendo quoad potestatē ea committendi
2 alteri Episcopo vicino, quem ad illa exercenda inuitabit, argum. text. in cap. Pontifex cum similibus 7. quæst. 1. & Quaran. in Summa Bullar. in verb. Capitulum, vbi quoque habes, si non possit habere aliquem ex conuicinis Episcopis, poterit alium vocare communionem habentem Sedis Apostolicę, cuius copiam habere poterit, allegat Panuin. p. 1. quæst. 3. nu. 4. debet tamen dictum Capitulum adhibere protestationē, secundum Nouissimum in praxi cap. 86. quod per hoc nihil iuris illi Episcopo vocato acquiratur; & ex supradictis deriuatur, quod Capitulum sede vacante
3 succedit in potestate exercendi spiritualia etiam si requireretur speciale mandatum Episcopo viuente, Bal. cap. suffraganeum de elect. & propterea poterit conuocare Episcopos, vt conficiatur Chrisma, Oleum Cathechumenorum, Oleum infirmorum, consecrentur Ecclesiæ, Altaria, Calices, Virgines, ita latè Panuin. in tract. part. 1. quæst. 3. limita tamen vt non procedant supradicta, quoad immunitates, & priuilegia concessa Episcopis ratione ordinis, & Pontificalis, quæ enumerantur per glos. in cap. fin. de priuil. in sextò, quod pro indubitato ponunt DD. in d. cap. vnico, item quæ sunt ordinis Episcopalis, & quæ eis competant ratione dignitatis, clare, & distinctè notat Iacob. Sbroz. in tract. de Vicar. Epis. lib. 2. q. 2.

RESOLVT. CCXLIX.

Minori parti Capituli contra maiorem, quæ actum à iure reprobatum facit, reclamare, seu contradicere, & protestari, an liceat?

1 *Quando maior pars Capituli facit aliquem actum minus iuridicum, seu alias à iure reprobatum, minor pars debet reclamare, & contradicere, & protestari contra maiorem partem.*
2 *Quando Iudex facit aliquid contra ius, Notarius, & officiarij non tenentur ei parere.*

1 QVæritur, quando maior pars Capituli facit aliquem actum minus iuridicum, seu alias de iure reprobatum, an teneatur minor pars reclamare, seu contradicere, & protestari contra maiorem partem, aut appellare ad Superiorem, & in effectu videtur dicendum pro parte affirmatiua, quia ex quo minor pars est præsens, videtur consentire, nisi contradiceret, cap. qui tacet de reg. iur. in sextò, & sic illaquearetur eodem modo, quo maior pars, si non contradiceret, & reclamaret, iux. not. per glos. Innoc. & Panorm. in c. 1. de his quæ fiunt à maiori p. cap. licet non non sit opus appellatione extraiudiciali ad Superiorem, secundum Innoc. & Panorm. in d. cap. 1. & pro hoc facit l. quoniam Iudices de appell. vbi quando Iu-
2 dex facit aliquod contra ius, Notarius actorum, vel alij Officiarij, non tenentur ei parere, seu obedire in re illicita, sed debent contradicere, & eodem modo Assessores non tenentur stare opinioni Iudicis, quando est iniusta, secundum Bal. & Salyc. ibi, & ad hoc facit quod voluit Bart. in tract. represalium, & Bald. in auth. ea omnino C. ne vxor pro marito, vbi voluit quando Iudex, vel Rector Ciuitatis facit iniustitiam, tunc isto casu Officiarij, vel populus debent sibi contradicere, & manifestare acta de contradictione, & istud etiam facit ad quæstionem Canonicorum Ecclesiarum Valent. & Dien. quia maior pars contradixit prorogationi electionis vsque ad septimum mensis Martij; sed minor pars protestata fuit contra maiorem partem de damnis, & interesse per manus Notarij, & pro hoc facit, nam post terminum præfixum

quis

quis auditur, nisi Iudex pronunciauerit non esse audiendum Innoc. in cap. lator, qui filij sint legitimi, ea pariter mora potest prorogari, vide Oldr. cons. 112. sub tit. de elect.

RESOLVT. CCL.

An ad exemptos, extendatur interdictum?

1 *In generali interdicto includuntur Ecclesiæ exemptæ, secus verò si specialiter interdicatur Ecclesia exempta.*
2 *Ad hoc vt interdicta euitari debeant, requiritur publicatio & denunciatio.*

1 QVæritur an generale interdictum Episcopi se extendat ad exemptos, seu ad Ecclesias exemptas, vel clericos exemptos, & est dicendum affirmatiuè, clem. ex frequentibus de sent. excom. & ibi per Innoc. & Panor. secus in Interdicto speciali, seu particulari, quia Episcopus non potest particulariter interdicere Ecclesiam exemptam, D. Anton. in Summa 3. part. tit. 26. cap. 5. §. 1. qui ponit certa Priuilegia quæ habent Fratres Prædicatores, & Minores tempore Interdicti ecclesiastici; vid. eundem D. Ant. 3. p. tit. 25. vbi refert Constitutionem Martini Quinti, in Concil. Constant. incip. Ad euitanda scandala, ex qua habetur, quod non debent euitari Interdicta, nisi talis sententia censuræ fuerit publicata, & denunciata specialiter, vel expressè, non obstantibus constitutionibus in contrarium, quod licet de iure communi, ex quo sententia Interdicti est publicè lata, siue sit Interdictum à iure, siue ab Homine latum, ligat, & si non fuerit facta publicatio, vel denunciatio, quando Ecclesia Metropolitana recipit illud, cap. 1. de postul. Prælat. clem. 1. de sent. excom. & quia certior factus non debet amplius certiorari, cap. cum quidem de reg. iur. in sextò; tamen forsan expediret prouideri de Interdicto lato à iure per constitutionem, antequam ligaret clericos, & alios, quod fieret declaratio, & hoc verum de iure communi; sed per dictam extrauagant. Martini Quinti incipiente vt supra; fuit prouisum re-
2 quiri publicationem, & denunciationem, & ita etiam tenet D. Ant. in Summa 3. part. tit. 26. cap. 5. in princ. circa fin. de pœna autem violationis Interdicti Ecclesiastici, vide per D. Anto. vbi supra tit. 26. cap. 4. §. 3. vbi enumerat plures pœnas; vide de pœna illorum qui fecerunt molestiam contra Iudices, qui protulerant sententiam Interdicti in persona, vel bonis suorum familiarium, in cap. quicumque de sent. excom. lib. 6. & ita etiam pœna illorum, qui impediunt obseruari Interdictum, imò cogunt ad declarandum, durante Interdicto, in clem. grauis de sent. excom.

RESOLVT. CCLI.

Clericus quando dicitur pacificè possidere beneficium, vt gaudeat priuilegio fori.

1 *Clericus beneficiatus, ad hoc vt gaudeat priuilegio fori, non solum tenetur docere de titulo, sed etiam de possessione, nisi possessionem non esset adeptus propter intrusum contra quem litigat.*
2 *Pacifica possessio est illa quam quis sine controuersia accepit.*
3 *Ad hoc vt possessio non dicatur pacifica, requiritur vt non solum in fructibus, sed etiam in possessione fuerit controuersia.*

CLarum est clericos in minoribus non gaudere priuilegio fori, nisi alicui Ecclesiæ assignatæ ab Episcopo inseruiant, vel sint adscripti in aliquo clericorum Seminario, Schola, vel Vniuersitate, vel habeant beneficium, iuxta formam Sac. Conc. Trid. sess.
1 23. cap 6. in tantum quod beneficiatus ad effectum, vt effugiat forum sæculare, non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam probet possessionem illius, Clar. in §. fin. quæst. 36. sub vers. hoc autem in fin. & in verb. regulariter autem, & in facto seruatum fuisse Romę, testatur Farin. in quæst. 8. num. 45. nisi possessionem non fuerit adeptus propter intrusum, contra quem litem agit, Mastril. dec. 113. quare fuit dubitatum, quæ possessio diceretur pacifica, adhoc vt clericus gaudeat priuilegio fori, & fuit resolutum ex mente glos. in c. commissam verb. pacifica de elect. in sextò, illa dici-
2 tur pacifica possessio, quam quis accipit absque controuersia Burs. cons. 92. vol. 1. quæ controuersia, seu
3 perturbatio, vt dicatur apta, ad finem vt possessio non dicatur pacifica, requiritur, vt non solum sit in fructibus, verum etiam in ipsa possessione, Gom. in Reg. Cancell. de annal. possess. quæst. 45. num. 10. licet Rot. in vna Brixien. 3. Iun. 1521. coram Triuisano, tenuit litem supra possessionem beneficij, non inducere litem in proprietatem, nempe facere rem litigiosam respectu tituli in beneficio, nec impediuisse ordinarium, quo minus non posset prouidere, non obstante cap. 1. & 2. vt lit. pend. in sextò, cum clem. 1. eod. tit. tamquam iusta, vera, & communis opinio, de qua text. in auth. litigiosa vbi Cyn. Bal. & Bart. C. de litig. Tunc demum res efficitur litigiosa, quando super dominio, vel quasi, prout in beneficialibus est mota quæstio, non si super sola possessione, quo casu fit litigiosa, vt Abb. declarat, & Butr. in cap. 1. de confirma. vtil. vel inutil. & cap. 1. vt lit. pend. in sextò, qui loquuntur de lite super possessione secundum Ioan. Andr. in d. c. 2. & alij quos refert Mil. in verb. litigiosa res sit.

RESOLVT. CCLII.

Consuetudo dandi decimas de animalibus illico natis, an sit attendenda?

1 *Decimæ prædiales statim sunt soluendæ.*
2 *Decima pro animalibus recenter natis, non debet statim solui, quia esset inutilis, nisi contraria adsit consuetudo.*

IN facto proposito mihi à D. Io. Maria Nouar. fuit dubitatum, quo tempore esset soluenda decima animalium; & videbatur dicendum, quod deberet solui statim, text. & ibi glos. Panorm. & DD. in cap. cum homines de decim. & notat Rebuff. in quæst. 12. nu. 1. & 3. Sanch. de priuil. eccles. priuil. 120. num 11. Guid. Pap. in cons. 70. vbi intelligit, statim, idest quam citius esse posset; prout etiam voluit glos. pen. in cap. cum homines, de decim. imò sufficit, quod fructus sint collecti, & sic tenet Rebuff. in citata q. 12. num. 2. & clarius Panorm. in cap. peruenit num. 3. de decim. non obstat glos. in cap. reuertimini in verb. annus 16. q. 1. quod decimæ debeantur in fine anni, sequitur Panor. in cap. peruenit de decim. num. 3. post Ioan. Andr. in Addit. ad Specu. in tit. de decim. super 2. libello, & quos cumulat Viui. in decis. 4. num. 35. quia loquitur de decimis Parochialibus, quæ si intra annum solum-
tur, Parochus recusare non poterit, Ioan. Andr. in cap. ad Apostolicæ in fin. de decim. Rebuff. cit. q. nu. 4. Verum his non obstantibus contrarium resolui; & sic
1 respondendo ad illud quod decimæ sunt soluendæ statim quod sint collectæ, dico quod præfati DD. loquuntur de decimis prædialibus, aliter tamen procedendum est in decima animalium; nam non debetur illo tempore quo indigent lacte materno, Hispa. in tract. reg. de decim. q. 14. num. 5. Rebuff. q. 6. num. 3. Anchar. & alij, facit cap. cum homines, & sic concludendo sequi-
2 tur Oldr. in cons. 236. & ratio est, quia si animalia ipsis statim natis, consignarentur, esset inutilis talis præsen-

sentatio, & sic melius esset illam non præstare: Paria enim sunt aliquid præstare, & inutiliter, quam præstare, l. fin. C. ad leg. Iul. de ambitu, & sic fuit decisum in Sac. Cons. per Præsid. de Franch. in decis. 114. quod limitani non habere locum, vbi consuetudo esset in contrarium, cap. in aliquibus de decim. valet enim consuetudo, ne decimæ statim soluantur, sed certo tempore, Rebuff. in tract. de libell. fur. can. 4. par. rub. qualiter decima sit danda, Collect. in d. c. cum homines, & tradunt DD. in citat. cap. ad apostolicæ, de decim. Rebuff. d. quæst. 12. num. 3. & quæst. 13. n. 52. imò tam quoad locum, quam quoad tempus soluendi decimam est attendenda consuetudo etiam decennalis vt latè dicit Viui. in dec. 4. num. 42. & 43. & post Panor. in cap. cum sit de decim. num. 6.

RESOLVT. CCLIII.

Moræ purgationi in conferendis beneficijs locus non est.

1 *Pœna negligentiæ trahit secum executionem ipso iure.*
2 *Vbi est executio à iure, non admittitur purgatio moræ.*

QVeritur, quando deuolutio fit ad Superiorem propter negligentiam Inferioris lapso semestri in inferioribus beneficijs, cap. 2. de excess. Præl. vel lapso semestri in Ecclesijs Cathedralibus, vel Regularibus, cap. ne pro defectu de elect. an sit locus purgationi moræ; dubitatur propter c. litteras de suppl. negl. Prælat. vbi toleratur collatio facta post semestre; sed hoc ibi est speciale, & procedit ex patientia, & tolerantia Superioris, & non acquiritur ius, ex tunc, sed vt ex nunc, & absque hac patientia nouam collationem
1 non poterat obtinere, quia talis pœna negligentiæ trahit secum exequutionem ipso iure, & deuoluitur potestas ad Superiorem, ipso iure secundum Panor. ibi, & ideo non admittitur purgatio moræ, secundum glos. & Panor. in c. licet de suppl. neg. Præl. & notatur in c. fi. de elect. nam vbi est exequutio à iure non admittitur pur-
2 gatio moræ, hæc ex Franc. March. dec. 1239.

RESOLVT. CCLIV.

An septemnium ad sumendam primam tonsuram, debeat esse completum?

1 *Ætas in prima tonsura debet esse annorum septem completorum.*
2 *Pro beneficijs recipiendis, requiritur ætas annorum quatuordecim.*

COnsultus de ætate, quæ requiritur, vt prima tonsura conferri possit, respondi de hoc extare tex. in c. nullus de temp. ord. lib. 6. vbi gl. in verb. infanti, exponit posse conferri in ætate septem annorum; quam opinionem sequuti sunt Alber. Trotius in tract. de vero, & perfect. cler. c. 17. n. 1. Bebuff. in prax. tit. requisita ad collationem bonam, n. 36. vbi per plura ad
1 hoc satis apta concludit, requiri in tonsura septem annos completos, Coras. in tract. de benef. eccl. c. 3. n. 3. vbi dicit hoc esse adeo substantiale, vt nec Episcopus valeat dispensare, argum. tex. in c. vnico de ætat. & qualit. lib. 6. & ita tenuit etiam Mandos. c. 4. nu. 12. & optimè Salzed. in pract. crim. can. c. 26. addit. 2. vbi concludit semper, & in omni casu huiusmodi tempus debere esse completum, sequitur Gutt. lib. 1. can. q. c. 26. n. 2. Vgol. de irregul. c. 45. n. 1. Tole. in Summ. lib. 1. c. 55. Sayr. de censur. lib. 6. c. 12. n. 2. & 10. vbi ampliat procedere etiã in minori, eam esse ætatem idoneam, quæ sequitur post infantiam, vt annuit ad idem Suar. tom. 5. dis. 31. sect. 1.
2 n. 22. Azor. q. 8. n. 9. & Garsias de benef. p. 7. c. 4. n. 7. Hodie autem nullus prima tonsura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annos non potest beneficium obtinere, ex decr. Sacr. Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 6.

RESOLVT. CCLV.

De iure canonico, an tenetur aliquis obuiare delicto, illudque manifestare?

1 *Omnes tenentur obuiare delicto, illudque manifestare.*
2 *Crimen hæresis debet reuelari.*
3 *Delictum secretum non tendens in damnum tertij, nec in damnum publicum, non est denunciandum.*
4 *Non tenetur quis accusare, nisi id bono publico conueniat.*

1 CAnonistæ in c. quantæ de sent. excom. & in c. qui cum fure, tenent de iure canonico teneri omnes obuiare delicto, illudque manifestare, quam opinionẽ sequũtur Franc. Marc. dec. 771. & 772. in 2. p. Menoc. in tract. de arb. lib. 2. cent. 4. cas. 355. Ant. Gom. de delict. c. 2. n. 8. tenent etiam Dyn. & Boer. in addit. in reg. non est sine culpa de reg. iur. in 6. Mand. ad Rom. cons. 117. Boe. decis. 83. n. 6. Capy. dec. 130. n. 67. Cagn. & Dec. in l. culpa caret in fi. ff. de reg. iur. sentiunt aliam, & tertiam opinionem, si quis cõmodè possit tenetur manifestare delictum, aut saltem delicto obuiare, & alium defendere, nulla facta differentia inter ius ciuile, & canonicum.

Ampliatur primò, procedere etiam in crimine hæ-
2 resis, licet contrarium voluerit Boer. vbi supra, vt in cap. 2. de hæret. & in c. qua propter 2. q. 7. notat latè Royas in tract. de hæret. num. 82. & 83. & in sing. de materia fidei sing. 3. 4. & 5. lit. A. num. 9. latè Albertin. de assertion. cathol. q. 33. nu. 20. & in hoc delicto, & læsæ Maiestatis.

Amplia in crimine simoniæ, vt notat Gulie. Rodoan. cum Ang. & Sylu. in tract. de simon. mental. p. 4. nu. 24. cap. 9. vbi allegat quamdam extrauag. quæ imponebat sententiam excommunicationis non reuelantibus crimen simoniæ commissum, quam dicit esse per nouum vsum abolitam, intelligo tamen quoad pœnam, non quoad obligationem reuelandi dictum crimen.

3 In delicto verò secreto non tendente in damnum tertij, nec in damnum publicum, sed solum in damnum delinquentis, non tenetur quis denunciare Iudici, vt Iudici, nec vt priuato, sed prius debet procedere via secretæ monitionis, & ordine Euangelico: Si peccauerit in te frater tuus &c. nõ solũ nõ tenetur, imò nec potest, vt Theologi, & Iuristæ omnes vbi supra fatentur.

4 Amplia, quod delictum publicum potest quis denũciare Iudici, non tamen tenetur accusare, vel denũciare, nisi id expresè bono publico, aut emendationi alterius conueniat, & Iudex sit negligens, & non inquirat, nec sit aliquis, qui accuset, nec velit, aut debeat accusare; & ita intelligitur ex D. Th. & alijs, licet ipsi non ita declarent ex Card. Turrecr. in Summa 64. dist.

RESOLVT. CCLVI.

Horæ præuentio, an detur in rescriptis?

1 *Data horæ potest probari per testes.*
2 *Quando in instrumento sunt duo actus, quorum vnus reperitur esse prior præsumitur præcedere.*
3 *Quando in protocollo reperiuntur plures scripturæ eiusdẽ datæ, est attendendus ordo scripturæ.*

QVeritur, an fiat præuentio in rescriptis vnius horæ, siue in materia vnius beneficij, sine in alio actu, licet habeat datam eiusdem diei, gl. in c. duobus de rescrip. lib. 6. tenet affirmatiuè, dũmodo appareat de data horarum cuiuslibet rescripti, vt quia in vno rescripto dicit tali die ante tertiam, & in alio rescripto dicit, tali
1 die ante sextam, & in alio rescripto dicit post vesperã,

sed

sed secundū gl. ista data horæ, posset probari per testes, & istud etiam tenet gl. in c. si à sede de præb. in 6. si esset data horæ, nisi in vno rescripto, & in alio rescripto de eadem die, non esset data horæ ad prius, & posterius, & si non esset data prioritas, quia priorita s horę non offuscat in aliquo hāc probationē, quia potuit illā hora fuisse posterior, & sic non cōcludit necessario, & ideo Fel. in c. Pastoralis de rescrip. reliquit super hoc cogitādum, & de data horæ vide Bal. & Ias. in l. 1. ff. solut. matrim. verumtamen quando in eodem instrumento reperiuntur duo actus, quorum vnus reperitur esse prior, in dubio præsumitur præcedere, secundum Rot. in antiq. de præsump. dec. 1. in actu enim duorum codicillorum eiusdem datæ, quando in vno derogatur alteri, præsumitur posterior, l. cū proximitas de cond. cum ibi citatis per DD. nā si in diuersis scripturis reperiatur habitus, & priuatio præsumitur habitus, quia priuatio præsupponit habitum, secūdum Bal. in c. 2. de off. Deleg. dicens, quod si eodem actu refertur promissio, & refutatio præsumitur refutatio, seu quietatio posterior, & pariter in ordine scripturæ, quando in ratione, seu protocollo Notarij, reperiuntur plures rogationes, seu notæ eiusdem datæ, præsumitur secundum ordinē scripturæ pro illo primo rescripto, etiam si in eadem carta fiant duo instrumenta: fallit tamen nisi ex ordine intellectus appareat instrumentum secundo loco scriptum, secundum Bal. Ang. & Io. de Imol. in l. cum instrumento §. 1. ff. de hæred. instit. & ideo si in instrumento emancipantur filij, & reperiatur prius scripta donatio, quam emancipatio, præsumitur emancipationem præcessisse, nam aliter donatio non tenet, l. 1. C. de inse. don. faciūt Bar. &c. in l. 1. §. si prius ff. de vulg. & pup. & Bal. in l. de rebus C. de don. ante nup. Fel. in c. postulasti de rescrip. facit l. nec enim ff. de solut. & Ias. in l. 1. ff. sol. matr. in princ. ex Franc. Marc. dec. 493.

2

3

RESOLVT. CCLII.

In actu Capituli, vel Vniuersitatis, an sint vocandi absentes.

1 *Si Canonici existunt in Ciuitate, sunt vocandi, secus si in Castris.*

2 *Absentes debent vocari, quando actus sunt præiudiciales, dum tamen non nimium remoti.*

3 *Actus Capitulares possunt explicari etiam si non adsint duæ partes, stante consuetudine.*

QVæritur, an in actu Capituli, vel Vniuersitatis absentes sint vocandi, & in effectu gl. in c. cum omnes de const. tenet partem affirmatiuam, allegat cap. quod sicut de elect. gl. in c. cum inter super ver. remitti de elect. tenet quod in casu isto standum sit consuetudini in facto electionis, vt in c. in Genesi de elect. & sic in Regno Franciæ vocantur absentes de consuetudine, in negotio autē electionis debet distingui, an absentes sint in eadem prouincia, vel non; in alijs verò actibus, præsentes in Ecclesia constituunt Capitulum, dummodo duæ partes sint præsentes, & dicuntur absentes, secundum Panor. in d. c. cum, quando non faciunt residentiā in loco vbi est Ecclesia, existentes verò in Castris non sunt vocandi; si verò Canonici essent in Ciuitate tunc benè sunt vocandi, secundum Panor. & Fel. in d. c. cum omnes gl. in c. 1. de testib. lib. 6. tenet quod regulariter in actu Capituli non debent vocari absentes, nisi in tribus casib. in electionibus, in receptione Canonicorū, & in cessatione à Diuinis, propter arduitatē negocij, sed Panor. & Fel. in d. c. cum omnes tenent quod idem in alijs actibus magni præiudicij, vocantur absentes, & idem Panor. tenet in d. c. cum inter, consuetudinem super vocatione absentium, dum tamen non sint nimium remoti debere seruari, & quando fit electio, debet assignari dies certa electioni, pariter etiam tenet quod sufficit vocare absentes per sonum campanæ in minoribus negocijs; sed in electionibus in quibus debent vocari absentes, sunt vocandi per Nuncium, aut literas, d. cap. cum inter, & idem in alijs actibus arduis, secus in minoribus negocijs, in quibus regulariter præsentes possunt explicare actum, secundum gl. in cap. 2. de testib. lib. 6. Dum tamen sonus campanæ sit actus qui poterit verisimiliter venire ad notitiam existentium in loco, gl. verò in cap. quoniam de elect. tenet quod debet attendi consuetudo super hoc, cessante verò consuetudine, si sint in eadem prouincia, & possunt commodè vocari, sunt vocandi, si non essent nimium remoti, secus è contra quando sunt extra prouinciam. quod si propè essent debent vocari: & ad conquirendū, qualiter dicantur cōmodè posse vocari, est arbitrariū, & qualiter dicatur prouincia, vide ibi per Panorm. vbi declarat qualiter sit consuetudo quod absentes non vocentur; uam debet intelligi, quod valent indisti inctè, etiam si alij Canonici possent commodè vocari, c. cum in Ecclesijs de præb. lib. 6. & ibi gl. siue agatur de electione Prælati, siue beneficiorum inferiorum, loquitur de receptione Canonicorum, & in collatione præbendarum, vel beneficiorum, è contra valet consuetdo, vt absentes vocentur, dum tamen non sint nimium remoti, pro quo facit quod notat. in auth. ius porrectum C. de sacros. eccl. & in omni arduo, & graui negocio, etiā in locis distantibus sunt citandi, & istud facit ad quæstionem de stylo Curiæ Parlamenti Delphi. & in causis arduis interdum partes petunt expectari aduentum Dominorum absentium: Adde cap. cum in ecclesia de præb. vbi in receptione Canonicorum debent absentes vocari, quando possunt commodè vocari, licet secundum gl. ibi agatur de contemptu; Adde quod absentia vel præsentia Canonicorum, non inducit nullitatem electionis, sed agitur de contēptu, c. quod sicut de elect. secundum Panor. in c. propter eod. tit. dum tamen sint duæ partes; adde gl. in c. quamuis de off. Ord. lib. 6. quæ tenet quod valet consuetudo, vt in facto electionis non vocentur absentes, & idem est in cessatione à Diuinis, vt sic possint explicari actus Capituli, etiam si non sint duæ partes, vt de consuetudine seruatur in Ecclesia Cathedrali Valentiæ; Adde ad propositum, quod habetur in c. fi. de reg. lib. 6. & per Panor. in c. porrectum, & c. ad Apostolicam de Reg. quod solus Abbas sine Consilio, seu Capitulo, potest creare, & incorporare Monachum in Monasterio, sine consilio Conuentus, seu Capituli, ne fiat præiudicium Ecclesiæ, nisi aliter consuetudine caueretur, vt ibi habetur nec, pariter Episcopus, potest recipere possessionem Monaci, vt incorporetur Monasterio, licet possit recipere prouisionem alicuius ad manendum honestè in aliqua domo, ex Franc. Marc. dec. 1032.

1

2

RESOLVT. CCLXIII.

Exequutor Apostolitus ad prouidendum, & conferendum Iudicis partes in cognoscendo assumere non debet: quid in Exequutore de Latere?

1 *Exequutor ad conferendum, & prouidendum, differt à Delegato ad cognoscendum de causa.*

FVit dubitatum, an Exequutor Apostolicus ad prouidendum, & conferendum, possit assumere partes Iudicis in cognoscendo, & quid in Exequutore Legato de latere admisso in Francia, & Delph. In effectu talis Exequutor ad conferendum, & prouidendum differt à Delegato deputato ad cognitionem causę, c. in literis de off. Deleg. quia Delegatus ad conferendum est functus officio facta collatione, vt ibi, & not. per Inn. & Panor. in c. fi. de præs. & licet Legatus de latere quādo fuit admissus ad legationē possit præuenire Ordinarios in cōferēdo beneficia, c. si à sede de prēb. lib. 6. tamē causa

1

rum cognitionem non habet,tit.de cauſ.in pract.ſanct. quia appellationes poſſunt deuolui extra patriam, & iſtud facit pro ſupplicatione D. Procur. fiſcalis, contra D.Iacob.Tionerij religioſum S.Rufi, qui obtinuit quãdam impetrationem de officio eleemoſinarij Prioratus S.Donati,à D.Cardinali de Roan Legato Vien. coram quo fuit tractatum in cauſa D. Bertrand. Creite eleemoſinarij dicti Prioratus, ex Franc. Marc.dec.621.

RESOLVT. CCLIX.

Teſtes pro ferendo teſtimonio, an abſolui debeant ab excommunicatione?

1 *Excommunicatus ad finem ferendi teſtimonium abſoluitur, & lato teſtimonio ſtatim reincidit.*
2 *Tacere veritatem in teſte, eſt peccatum mortale.*
3 *Monitorium ad finem reuelandi non extenditur ad priuilegiatos niſi in ſubſidium.*

FVit dubitatum,an pro teſtimonio ferendo debeant teſtes abſolui,& dicendum eſt quod ſic,alias repellerentur à teſtimonio,c.veniens in fi. de teſtib.c.decernimus de ſent. excom. lib. 6. & ideo in iſto caſu ſecun-
1 dum meam opinionem abſoluitur ad cautelam etiam ſi ſint excommunicati pro manifeſta offenſa,vel ex cauſa cognita,maximè in defectu aliarum probationum,& in continenti lato teſtimonio reincidant in priſtinam excommunicationem,ſecundum Panor.in d.c. veniens,& ex hoc apparet, quid valeat monitorium generale ſub pœna excommunicationis, vt qui ſuper tali facto nouerit veritatem compareat ad proferendum teſtimonium vbicumque teſtes compelli poſſunt, c.ad noſtrã, il ſecondo, de iur. iura. quia tacere veritatem in teſte
2 eſt peccatum mortale c. quiſquis 11.q.3.c.1. de teſtib. cog.& ibi gl.& quod occultare veritatem ſit peccatum mortale,vide c.1. de crim. falſ. & ideo etiam pendente cauſa coram Iudice laico ad requiſitionem Iudicis ſæcularis poteſt impetrari monitorium generale contra illos qui nouerint veritatem ad teſtimonium ferendum propter bonum publicum,ne malus,vt bonus exiſtimetur, c.quamquam 14.q.2. Nec obſtat ſi dicatur, quod ſunt plures priuilegiati, nam non coguntur, ad ferendum teſtimonium,l.lege Iulia ff. de teſtib. quia ad iſtud
3 reſpondetur, quod tale monitorium non extenditur quoad priuilegiatos,niſi in ſubſidium, quando veritas alias haberi non poſſet,c.1. & c. fi. cum ibi notatis de teſt. cog.

RESOLVT. CCLX.

Epiſcopo, an ſit præfixum tempus inſtituendi præſentatum in beneficio?

1 *Ad inſtituendum præſentatum, non eſt tempus præfixum à iure.*
2 *Pro beneficijs reſignatis ex cauſa permutationis, videnda Bulla Greg. XIII.*

1 AD inſtitutionem præſentati, & confirmationem non eſt præfinitum tempus à iure,Rot.dec.4. de iur.pat.in nouis,Paul.de Citad.3.p.ar.3. n.103. Lamb. 3.p.2.li.q.2.ar.6.& 7.& gl.reg.40.Canc. Rebuf. in prax. tit.de tranſlat.n.6.& in concord.tit.de Reg. ad Prælat. nominatione,§.1.verb.intra ſex menſes,Io. Nicol. Giron.in Ench.benef.tit.5.c.7.n.24. Anaſtaſ. Germon. de Indult.Card.§.8.dub.3.& Zerol. 2.p. verb. inſtitutio, & idem eſt in beneficijs reſignatis ex cauſa permutatio-
2 nis,ad quorum collationem tempus præfixum non eſt, Fed.de Sen.de permut.benef.q.29.Pet.de Peruſ.co.tr.2. p.q.vlt.n.2.& 3.& per Rebuf.tit.de deuol. n.6. & tit. de permut.n.39.Giron.d.tit.5.c.8.n.1. Nicol. Delphin. de iur.pat.li.2. q.11. tenet etiam in beneficijs renunciatis ex cauſa permutationis habere locum tex. in c.2. de conceſ.præb.& ſic Epiſc.intra ſemeſtre teneri beneficiũ conferre in ſuis manibus reſignatum ex cauſa permutationis,quod eſt falſum,quia in collatione neceſſaria, non habet locum ille tex. ſed in habente liberam poteſtatem cõferendi, ſed circa permutationem vide hodie Conſt. Gregorij XIII. de publicandis reſignationibus.

RESOLVT. CCLXI.

Cum laicus non poſſit eſſe Vicarius Epiſcopi, poſſit ſaltem conſtitui Aſſeſſor, ſiue Conſultor.

1 *Laicus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi.*
2 *Sententia lata à Vicario Epiſcopi laico, eſt nulla, ſi pars ſciebat ipſum eſſe laicum.*
3 *Laicus poteſt eſſe Aſſeſſor Epiſcopi.*

1 CLarum eſt clericos, & non laicos poſſe eſse Vicarios Epiſcopi,c.decernimus vbi Abb.n.12.& Feli. n.6.de off.Vic.in ſextò, Alberi.in Diction.in verb.Vicarius,Mill.in reper.in verb.laicus,Lancel.in inſt. can. in tit.de off.Vic.§.1.Bertac.in tract.de Epiſ. tit. de Vicar. Epiſ.n.14.Io.de Selu.in tract.de benef. p.2.q.23. nu.13. Franc.Marc.dec.101.p.1.Rebuf.in pract.benef.in tit.de Vicar.Epiſ.n.35.Anaſtaſ.Germon.in tract. de ſacr. immunit.lib.3.c.11.n.11.& idem lib.3.c.14. n.15. quod à-
2 deo verum eſt, quod ſententia lata per laicum Vicariũ Epiſcopi ſit nulla,tamquam lata à Iudice,ſed à priuata perſona,Capr.reg.97.n.27.Ego tamen non admitterem ita ſimpliciter, ſed cum aliqua diſtinctione ſcilicet,aut is pro quo fuit lata ſententia, ſciebat hunc defectum, aut nequaquam ſciebat.Primo caſu procedit ipſa ampliatio.Secundo verò caſu non procedit,quia iuſtus error ſemper excuſat,Bal.in l.ea quæ in 1.q.C.de cond.& demonſt.Bert.in reper.verſ.error excludit conſenſum; & dicitur iuſtus quando inducitur aliquis ad credendũ, Bart.in l.Celſus n.4.ff de vſucap.Bal. in l. ſi non fatetur de conſuet. Iaſ. in l.1. eſt pœna ff. de eo temp. quo factum erit,Cra.conſ.309.n.14.Affl.dec.343.n.6.imò puniri poteſt Epiſcopus,qui ſibi inſtituit laicum Vicariũ, Turre.in c.in noua n 1.& 2.16.q.7.Sed dubium eſt, vtrũ Laicus poſſit eſſe Aſſeſſor, ſiue Conſultor Epiſcopi; ad quod reſpondeo affirmatiuè, nam licet non poſſit laicus conſtitui Vicarius Epiſcopi, poterit tamen conſtitui eius Aſſeſſor,& Conſultor etiam in cauſis criminalibus contra clericos,Archid.in c.pluries 16.q.1. Abb. in c.cum cauſa in fi.de iud.Cagnol.in l. diem functo nu. 15.ff.de off.Aſſeſſ.Decian.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n. 73.Segur.Daual.in Direct.Iud. Eccleſ.p.2.c.11. num.2. Rom.in l.liberti num.3. ff. de offic. Aſſeſſor.

RESOLVT. CCLXII.

Vicarius Epiſcopi an poſſit eſſe clericus coniugatus?

1 *Quæſitum reſoluitur negatiuè.*
2 *Clericus coniugatus præter priuilegium fori, & canonis iudicatur vt laicus.*
3 *Bigamus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, niſi abſolutus fuerit à Bigamia.*

1 REſpondi in facti contingẽtia negatiuè, per doctrinam Sbroz.de Vicar.Epiſc.lib.1.q.31.n.5.Io.And. in c.vnico de cler.coniug.in 6.Auſtre.in tract. de poteſt. Iud.ſæcul.ſuper perſon.eccleſiaſ.reg.4.n.36.in 16.tom. tract.diuerſ.car.mihi 296.Anch.in c.1.n.3.de off.Vicar. Capr.reg.97.n.26.& ſeq.& ratiõ eſt, quia clericus cõiugatus præter quam in priuilegio fori, & canonis re-
2 putatur vt laicus,ita Sbroz.dicta quæſt. 31. num. 6. vbi dicit, quod clericus coniugatus dicitur clericus, ſecundum quid ;quod procedit etiam ſi clericus contra-

xiſſet

xisset cum vnica, & virgine, & deferret habitum & tonsuram, ita concludunt ferè omnes allegati in ipsa ampliatione, & precipuè Sbroz. ead.q.31.nu.78.& 79. imo procedit hoc etiam si clericus coniugatus esset vir magnæ sanctimoniæ,& vitæ integerrimæ, si constantibus, nec posset esse Vicarius Episcopi,Rip. n.56. & Dec. nu. 15. in c. decernimus de iud. Sbroz. in d.q.31. n.4. quod
3 ampliatur etiam procedere in Bigamo, qui nequit esse Vicarius Episcopi,Conrad.in tit.de Constit.Epis.n.55. li.2. Sbroz. in tract. de Vicar.Episc. lib.1.c.31.n. 5. vbi hanc ampliationem intelligit, nisi absolutus fuerit à bigamia, & sic est intelligenda hæc ampliatio, & non aliter; sed ratio, cur Bigamus non potest esse Vicarius Episcopi,puto esse,quia Bigamus non potitur priuilegijs clericalibus.

RESOLVT. CCLXIII.

Canonicus supernumerarius auctoritate Apostolica creatus, an habeat locum in Choro, & vocem in Capitulo,ad hoc,vt nihil iuris in possessorio acquirat?

1 *Receptus in Canonicum supernumerarium, & ad actus capitulares,si postea expellatur,sufficiunt actus prædicti ad obtinendam restitutionem.*
2 *Canonicus supernumerarius non videtur habere ius in re.*
3 *Vis impulsiua,& expulsiua differunt.*

DVbitatum fuit, an Canonicus supernumerarius auctoritate Apostolica creatus debeat habere stallum in Choro,& vocem in capitulo, & an possit acquirere aliquod ius in possessorio, vt valeat subueniri remedio reintegrandæ;dubium facit,quia talis creatio Canonici supernumararij in Ecclesia vbi est certus numerus Canonicorum, & præbendarum, est reprobata, & maximè quando fit sub expectatione præbendæ,nam est contra Conc.Later.c.dilectus,&c.dilecto de præben. nec potest obtineri beneficium ecclesiasticum,sine Canonica institutione, c.1.de reg. iur.li.6.quia possessio in beneficialibus, habet plus iuris, quam facti,c. cum nostris de concess. præben. nam habet admistam causam proprietatis,l. 2. §.quædam ff.de Interdict. nec sufficit patientia Canonicorum,quia multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta forent in iudicio, non tolerarentur, c. cum insidendum de præben. in fi. Patientia enim Canonicorum non facit præiudicium, sed standū est Canonicæ electioni,c.ex frequentib.de instit.l.hæreticus ff.de Decur. etiam si agatur in possessorio, secundum gl. in d.c. dilecto,super verb. molestatione. Talis enim Canonicus supernumerarius, non habet ius in re, nec vocem in Capitulo,secundum gl.in c.ille de constit. de quo latius ibi per Panor. & Fel. standum est in hoc consuetudini, & de consuetudine generali communiter tales Canonici supernumerarij, non habent stallum in Choro,nec vocem in Capitulo,vt ibi refert Fel. Sed pro parte contraria facit, nam ex quo receptus est in Canonicum, & in Choro, non debet esse sine præbenda,& maximè vbi aliquis fuit installatus in Choro, c. vt nostrum de offic. Archid. iuxta notata per Panorm. in c. transmissam de elect. c. in Nomine Domini 23. dist. &
1 sufficit quod recipiatur ad actus capitulares, vt possit experiri in possessorio; nam sufficit Canonicis, quod permittunt,talem interuenisse communib. tractatibus, vt est habere stallum in Choro,sufficit.n.hoc ad habendam restitutionem secundum Innoc. in c. ex parte de restit.spoliat.Ioa.Andr.in Addit.ad Spec. in rubr.de restit. spol.& istud facit pro causa quæ quondam agitata fuit inter Dominum Gulielmum Palmerium Obedientiarium S.Pauli Lugduni officialis Viennæ,contra Dominum Reueriæ Præceptorem S.Mauritij Viennæ,quia dictus Palmerius prætendit se creatum esse Canonicum supernumerarium authoritate Apostolica in dicta Ecclesia S. Mauritij, & receptum in Choro, & processionibus, videntibus, & petentibus, & non contradicentib. alijs Canonicis dictæ Ecclesiæ, & quod præmissis non obstantibus, quadam die hora vesperorum dictus Dominus Præceptor dixit dicto D.Palmerio,quod exiret Chorum, alias faceret cessare officium Diuinum, ita quod pluribus verbis iteratis,ipse Chorum exiuit,& ex post intentauit dictum statutum, si quis coram Curia,& visis informationibus, Curia ordinauit ipsum reintegrari,licet quidam ex Dominis Curiæ esset dubius quod dictum statutum non haberet locum inter personas ecclesiasticas, secundum notata per Guid. Pap. in
2 dicto statuto super verb.clandestinè, & maximè in Canonico supernumerario,quia non habet ius in re,prout supra dictum fuit:Præterea non videtur fuisse facta violentia expulsiua, vel rerum ablatio, quia illa verba, quod exiret chorum, alias quod faceret cessare officium,potius inducunt vim impulsiuam, quam expulsiuā in edicto Prætorij,quod metus causa,secundum notata per glos. in l. 1.C. quod met.caus.& quia dictus Procurator non videtur habuisse animum spoliandi, præcisè faciunt not.in c.consultationibus,& per Inno.in c.querelam de elect. & per Guid. Pap. in d. tract.super verb. statuto,si quis super verb.quæsito, hæc ex Franc.Marc. dec. 473.

RESOLVT. CCLXIV.

Clericus non potest discedere à Diœcesi absque licentia sui Prælati.

1 *Clerici non possunt peregrinari sine licentia Episcopi.*
2 *Episcopi non possunt peregrinari sine licentia Papæ.*
3 *Pro appellatione prosequenda clerici possunt peregrinari ad Papam.*

CLerici non possunt peregrinari, neq; ab eorum Diœcesi discedere absq;licentia suorum Prælatorum,etiam si vellent discedere causa deuotionis,c.non
1 oportet de consec. dist.5. Caputaq. in tract. de prorogat.n.25.qui tractatus est positus post reg.53.Borgas.in tract.de irregu.c.5.in tit.de peregrin.& ignot.n.5.quod adeo verum est, vt non solum procedat in clericis simplicibus, verum etiam multò magis in beneficiatis, &
2 Episcopis, qui non possunt peregrinari sine licentia Summi Pontificis, c. magnæ de voto, c. licet de regul. Borgas.in tract.de irregul. part. 6. tit. de voto n.67. & adeo verum est,vt nec etiam causa vtilitatis possint peregrinari, quod facere non possunt absque licentia sui Prælati,vel Papæ,auth.de sanctiss.Epis.§. interdicimus; imo etiam, non solum non possunt peregrinari, verum etiam nec facere votum peregrinationis absq; licentia sui Prælati,c.non oportet de consecr.dist.5.d.c. magnæ de voto,§.verum,Alph. Aluar.in Spec. Iur. Pontif.c.64. circa princ.vers.sed quodlibet votum,& tandem,vt nec etiam causa studij liceat clericis peregrinari,c.relatum de cler.non resid.Borgas.in tract.de irreg.lib.5.in tit.de
2 pereg.& ignotis n.5.Benè verum, vbi clericus peregrinaretur pro appellatione prosequenda, vel euitanda aliqua oppressione, quia tunc posset accedere ad Papam,non ad alium Superiorem, etiam eorum Prælato inuito,c.omnes oppressi 2.q.6.Sanch.in tract. de priuileg. Eccles. 2. 62.n.9. & in isto casu debet petere licentiam de honestate,quę est concedenda; impedientes.n. ne accedant ad Romanam Curiam, pro quibusuis negocijs prosequendis sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, vt habetur in eadem Bulla circa medium 99.

RESOLVT. CCLXV.

Clericus cui collatum fuit beneficium, intra quod tempus debet eius possessionem accipere?

1 *Negligens petere possessionem beneficij, potest priuari.*
2 *Tempus ad instituendum præsentatos non reperitur à iure præfixum.*

MAgna fuit controuersia in quadam causa coram me vertēte, intra quod tempus, clericus cui fuerat beneficium collatum, eius possessionem adipisci deberet, ita vt nisi adipiscatur, veniat beneficio priuandus, & dicebatur, tempus ad possessionem beneficij per mortem vacantis, & per ordinariam collationem non esse à iure præfixum, vt dicit Abb. in c. Capitulum col. pen. vers. his præmissis, cōcludens tres casus, de rescrip.
1 tamen talis potest, vt ipse ait, per Superiorem priuari beneficio, arg. c. si quis, gl. in c. ea quæ de off. Arch. verum nisi alius impetrasset bona fide, & cum titulo collato possedisset spatio 10. annorum, quia tunc præscriberet contra illum negligentem, quamuis beneficium non acquiratur præscribenti, pro hoc allegat gl. in cap. contingit in verb. magnę de dol. & contum. quam gl. dicit forte vnicam, & singularem, & alibi non reperiri, remittendo ad ibi per se dicta, & ipsum sequitur, Barba. in d. c. Capitulum col. 2. post prin. vers. primus casus n. 49. vnde hodie sufficit triennium, ad ipsum possessione, & proprietate priuandum, c. 1. de pacif. possess. & ibi tenet gl. in verb. triennio col. pen. vers. item nota ex hoc text. post triennium; sed ante triennium non potest priuari proprietate, per illum tex. & per reg. Cancell. Apost. 33. & ibid. gl. & Io. de Selua in suo tract. benef. p. 3. q. 21. f. 287. quod intelligo verum existente alio in possessione beneficij, quia tunc necessarium est quod in possessionem beneficij intra annum legitimè inducatur vt possit possessorium intentare, alias esset spoliare propria authoritate possessorem, quod non licet, c. eum qui de præb. lib 6. sed nemine possidente, dicitur plenum in beneficio ius habere, sine apprehensione possessionis, & tunc illud administrare poterit, vt singulariter tradit Abb. Sicul. in c. transmissam col. 2. de elect. quem sequitur Roch. de Curt. in tract. de iur. pat. in verb. ius q. 5. &
2 Rebuff. in repet. c. postulasti de cler. excom. minist. in gl. nu. 24. & sic tempus ad instituendum præsentatos non reperitur à iure præfixum, Io. And. Host. & alij in c. cum Ecclesia de elect. cum alijs per gl. prag. sanctio. §. visum est in verb. respectiuè f. 86. col. 1. sed hodie determinatum est, quod qui per resignationem collatum sibi beneficium intra mensem in partibus, vel in Curia Rom. intra sex menses possessionem non adipiscitur, vacare censetur per mortem, non per resignationem; & in reg. Cancel. Apost. 34 & ibi per gl. & ita fuit per Arrest. Paris. iudicatum, vt in q. Gall. f. 126. col. 2. in fi. & Blas. Aurio. in Add. ad Gulie. de Monte in c. si is cum quo de fil. presb. li. 6. remittēs se ad per eū dict. in l. sicut §. super vacuum ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Tamē si ambo viuunt tam resignans, quam cui fuit facta resignatio poterit semper capere possessionem, alio non existente possessore, sed existente, infra triennium, vt ibi per glos. quę dicit sic fuisse in Palat. Eccl. Rom. sententiatum, & sic si quis impetrauerit a Sede Apost. beneficium per mortem vacans, non tenetur seruare regulam prædictam, quæ loquitur in impetrante per resignationem.

RESOLVT. CCLXVI.

Beneficium dicitur vacare in Curia, quando procuratorium factum est in partibus ad resignandum in Curia, & locus renunciationis attendi solet.

1 *In renunciatione beneficij attenditur locus vbi renūciatur.*

QVæritur quando fit procuratorium in partibus ad resignandum beneficium in Curia Romana, an dicatur beneficium vacare in Curia, & si debeat attendi locus confecti instrumenti, an locus, vbi fit resigna-
1 tio, seu renunciatio beneficij; & in effectu attenditur locus renunciationis beneficij, quia ibi censetur destinatus effectus talis renunciationis, l. contraxisse ff. de actionibus, & obligat. & sic censetur vacare in Curia, c. 2. de Præb. lib. 6. & hoc idem tenet Archid. Ioan. Andr. ibi in nouella; nam non refert, an beneficium vacet per mortem naturalem, vel per renunciationem, quoad effectum c. susceptum de rescriptis, lib. 6. ex Francisco Marco, dec. 134.

RESOLVT. CCLXVII.

Legatum factum familiæ, an extendatur ad familiam tempore testamenti tantum?

1 *Familiaris est, qui seruit Domino, etiam extra domum.*
2 *Quando fit legatum aliquibus personis declarandis ex aliqua qualitate, sufficit si illa qualitas adsit tempore testamenti.*
3 *In legato facto familiæ, comprehenduntur familiares tempore testamenti.*
4 *In legato facto familiæ non comprehenduntur familiares tempore mortis, sed solum tempore testamenti.*

ILlustrissimus Card. Caetanus condito testamento, in quo reliquit familiæ suæ ducatos quinque mille, vixit per multos annos, adeo quod tempore mortis desierunt aliqui esse familiares, qui tempore testamenti in familia erant, & cum inter alios admodum Reuerendus Canonicus Mutius Carbonus tempore testamenti inseruiret testatori vti camerę præpositus, & postea ad Canonicatū assumptus è domo discessit, & aliò se contulit (quamuis etiā seruitijs Illustrissimi Domini ascriptus) ita quod tempore mortis domi nō aderat; Dubitatum fuit, an sub hoc legato familiæ comprehēdatur.

Et antequam ad huius articuli explanationē descendam, non est incongruum existimare, prędictum Canonicum tempore mortis adhuc reputari familiarē, actu enim seruiebat Domino suo, nam vt aliquis veniat appellatione familiæ, sufficit, vt sit in seruitio, l. Ædiles §. familiæ ff. de edil. ædict. ibi familiæ appellatione, omnes qui in seruitio sunt, continentur, l. 1. §. familiæ ff. de vi, & vi armat. l. 2. §. familiæ ff. de vi bon. rapt. cum concord. Affl. in const. Reg iuris gentium, n. 17. Carau. rit. 46. nec requiritur quod in domo seruiat; indistinctè enim loquuta fuit lex, & ita nos illā intelligere debemus, l. de pre-
1 tio ff. de publician. continetur ergo sub nomine familiæ quoties extra domū Domini seruiat, sicut latè probauit Surd. dec. 35. quidquid dicat Ber. q. 35. nam loquitur in commensali, & in materia odiosa, differunt enim familiares à commensalibus, vt dicit Rit. 46. & c. fin. de verb. sign. in 6. & pulchrè declarat Carau. d. rit. nu. 26.

Sed dimissa quæstione familiaritatis, tempore mortis, nam ad saturitatem de ea scripsi supra in Resolut. 35. cum non ambigatur fuisse familiarem tempore testamenti, disserēdus est articulus, si familiares tempore testamenti, qui desierunt esse de familia tempore mortis comprehendantur in legato.

Et prima facie videtur dicendum illos non cōprehendi: Primo, quia in legato facto familiæ tempus mortis attēditur circa eos, qui sub nomine familię ad successionem admitti debent, l. cum ita legatur §. in fideic. ff. de l. 2. Secundo quia in succedente ex testamento requiritur habilitas, & tempore testamenti, & tempore mortis, l. si alienam §. in extraneis cum l. seq. ff. de hær. instit. extrema nocent, media autem tempora damnum non inferunt, l. sed & si conditioni dict. tit. de hæred. instit. & expectandum esse exitum tempore mortis

dicit

dicit text.in l.non intelligitur §.quando ff. de iur. fisci.

Contrariam autem opinionem de iure veriorem esse arbitror, nam quando fit legatum aliquibus personis declarandis ex aliqua qualitate,sufficit vt illa qualitas adsit tempore testamenti, licet deficiat tempore mortis,text.est clarus in l.si cognatis, ff. de rebus dub. vbi DD. nam qualitas, quæ erat tempore testamenti attenditur.l.vxorem.§. testamento ff. de leg. 2.l. fin. ff. de aur.& arg.leg.& casus iste in prorijs terminis deciditur per tex.in l.Titia ff.de manumiss.testam.vbi legatum factum pedissequis, comprehendit etiam eas quæ desierunt esse pedissequæ tempore mortis, prout dicit Angel.in d.l.Titia,Barbat.in addit.ad Bart.in d.l.si cognatis in verb.quare dico,Cappell.Tholos.dec.190.loquens in proprio casu legati familiæ.

Nec obiecta in contrarium obstare poterunt:Primũ, quia in d. §. in fideicommisso datus erat ordo in succedendo: Secundum non obstat, quia illæ leges procedunt respectu capacitatis,vel incapacitatis personę legatarij, secus respectu qualitatis requisitæ in persona capaci,ad hoc vt includatur in legato,quia tunc sufficit qualitatem adesse tempore testamenti,vel tempore mortis,sicut probat littera tex.d.l. si cognatis, & ita soluit Socc.d.l.

Verum hæc solutio periculosa videtur, nam quando legatum fit alicui contemplatione qualitatis, qualitas requiritur tempore mortis, adeo quod illa cessante legatum censetur ademptum,hoc probat tex. in l.2. & 3. ff. de aur. & argento legato, vbi si à viro fiat legatum vxori, & ante mortem diuertit, videtur ademptum legatum,nam dicit tex.in l.item legato §. penult. ff. de l. 3.quod ad hoc vt legatum valeat,mortis tempore vxorem esse debere scripsit Proculus, & verum est,separatio enim dissoluit legatum.

Pariter dicendum esset in legato facto familiæ, cui legatum est ex causa familiaritatis, vt illa cessante tempore mortis, cesset & legatum, continentur enim tam famuli,quam vxor sub specie familiaritatis subiectiuè, vt dicit Bald. in l.1. C. de Epis. & cler.Carau d. rit.46.num.31.

Sed Bart.in d.l.2.ff. de aur. & arg. leg. dicit quod legatum ibi fuit factum per modum conditionis, vnde necessario requiritur vt conditio existat tempore mortis,secus est, quando per modum demonstrationis, vt in l. Mela.ff.de aliment. & cibar. legat. vbi si fiat legatum puero, debetur etiam si desinat esse puer, nam quando subest substantia legati, non videtur requiri qualitas demonstrata.

Sed licet hęc solutio in se sit vera, minimè tamen applicari potest ad tex.in dicta l. item legato §. pen. ff. de leg. 3. qui indistinctè requirit qualitatem matrimonij tempore mortis.

Qua propter verus sensus est istarum legum, quod si vxor post legatum diuertat non bona gratia viri, legatum adimatur,nam censetur mutata voluntas, sin autẽ bona gratia,non videtur ademptum,ita soluit gl.in d.l. 3.ff.de aur.& arg.leg.& in d.l.item legato §. penult. ex l.& ideo ff.donat.inter vir. & vxor. quam solutionem sequitur Bart. & dicit hanc esse veritatem in d.l.3.nam ex eo præsumitur,si est mutata voluntas, vel nè.

Ita dicere possumus in familiari,si desinat esse familiaris bona gratia Domini,vel nè,nam si non bona gratia,censetur mutata voluntas testatoris, & ex his posset limitari tex. in d. l. Titia ff. de manumiss. testa.vt si legataria desierit esse pedissequa non bona gratia Domini, adimatur legatum, & profecto hæc est vera intentio illius text.nam ibi fuit voluntate Domini illa serua in contubernium tradita, & ita illius voluntate desinit esse pedissequa, quare non mirum si sub legato comprehensa fuit.

Hactenus de familiaribus tempore testamenti diximus,in quibus concluſum est, illos comprehendi; consequens est,vt diſseramus de familiaribus tempore mortis, & non tempore testamenti, nam de familiaribus vtriusque temporis non est hæsitandum, & inanis non erat hæc inuestigatio in casu nostro, vt sequuta illorum exclusione pinguior reddatur legati portio dicto Canonico Carbono.

Et quidem Ego indubitanter teneo familiares tempore mortis, non comprehendi, ex infrascriptis rationibus.

Prima,quia quando testator legauit familiæ, præsumitur motus affectione, vel merito,l.nec adiecit ff. pro soc.quæ affectio, vel meritum cadit tantùm in familiaribus tempore testamenti,non autem in illis,qui reperti sunt tempore mortis, qui apud testatorem incogniti erant,apud quos non poterat cadere,nec meritum,nec affectio, prout etiam reasumit Bart. in l. pater filio §. Tusculanus,in fine ff.de leg,3.vbi testator legando censetur habere affectionem ad legatarium non expressa causa, hac de re fuit decisum in Cappel. Tholos. dec. 190. vt legatum factum omnibus filijs comprehendat tantum filios natos tempore testamenti, non autem natos post testamentum, quamuis contrarium indicet text. in l. Placet ff. de liber. & posth. nam ille procedit fauore testamenti, prout ita communi consensu omnium receptum est.

Eadem ratione,motus fuit Bald.in l.vltim.C. de ind. vid. toll. num.7. legatum factum vxori sub nomine appellatiuo non deberi secundæ, quem sequuntur communiter DD.quos recenset Iac.Menoc.lib.4.præsump. 122.n.8.& licet ab ea discedat Alex.cons.171.lib.2.quẽ sequitur Menochius, & alij ab eo congesti de præsump. præsump.122.ratio, qua ipsi mouentur infirma est, dicunt enim quod licet tempore testamenti testator affectionem non habebat erga secundam vxorem, tamen cum prima mortua sit, & testamentum non mutauit, dicitur conuertisse suam affectionem erga secundam, quam loco primæ assumpsit, & dilexit, quod mihi iure suaderi non potest, nam legatum non fit ex eo tantum, quia vxor, sed propter affectionem,vel meritum, dict. l. nec adiecit, quæ necessario cum omnibus vxoribus non concurrunt.

Secundo,quia præfatum legatum fuit factum à testatore,sub his verbis,lego familiæ meæ, quod pronomen meum, significat tantum præsens tempus, & sic testamenti, l. si ita legatum ff.de aur.& arg.leg.vbi si testator dixerit, lego seruos meos, intelligitur tantum de seruis, quos habebat tempore testamenti, non mortis, nam demonstratio illa, meum, præsens, non futurum tempus ostendit, & ad litteram dicit text. nec obstat text.in d.l.si cognatis, qui vtrumque tempus includit, nam illud est ratione coniunctionis,prout Bart. ibidem soluit, reiecta solutione Paul.de Castr.in d.l.à Bart.dicta, & ab eodem reprobata,quod diuersum sit in rebus legatis, & in personis, quibus legatur, ex notatis in d.l.Placet ff. de lib. & posth.

Hanc ergo opinionem,quod includantur tantum familiares tempore conditi testamenti,& excludantur illi tempore mortis,quæ fundatur ex d.l. Titia, & d. l. si ita legatum,sequuta fuit dict.Capp.Thol.in d.dec.190. in proprio casu nostro, quando fuit factum legatum familiæ, secundum quam iudicari debet.

RESOLVT. CCLXVIII.

Statuto latino sermone confecto, an contraueniat ignarus litterarum?

1 *Ignorantia excusat, & facit quem esse in bona fide.*
2 *Ignorantes æquiparantur forensibus.*
3 *Statuta pœnalia in ijs quæ non sunt de iure communi prohibita non ligant ignorantes.*
4 *Ignorans, faciens contra statutum non contemnit.*

5 *Quando de statuto est publica vox, & fama ignorantia non excusat.*

SVpponatur in facto fuisse promulgatum statutum latino sermone conscriptum, illudque fuisse appositum in valuis portarum Ciuitatis, & in alijs solitis, & publicis locis, quidam ignarus litterarum contra dispositionem ipsius commisit aliquid; fuit dubitatum, an in pœnam in edicto prædicto contentam incurrerit.

Et pro Resolutione præsentis quæstionis in negatiuam inclinando sententiam, & sic quod ignarus litterarum nullo modo, in dicti statuti pœnam labatur, plura cumulari possunt.

Primo, quia cum iste sit ignarus litterarum, dubium non est quod ibi contenta ignorat, & ignorantia excu-
1 sat, Bursat. in cons. 443. nu. 2. vol. 4. Gabriel. cons. 168. nu. 8. vol. 2. quoniam ignorans dicitur in bona fide, Paris. in tractatu de resignatione beneficiorum lib. 3. q. 6. nu. 55. & lib. 10. q. 9. num. 11. & propterea ignorantia multum operatur ad delicti excusationem, Affl. in dec. 290. nu. 4.

Secundo, quia ignarus litterarum habetur tanquam forensis, etenim ratio quæ militat in forensi militat in
2 ignaro, quia forensis non scit ob absentiam, & ignarus ob inscitiam, ergo dispositum in vno habet locum in alio, sed sic est quod forensis excusatur à pœna statuti, Veral. in decis. 207. part. 3. Menoch. cons. 74. vol. 1. Gail. obseruat. 48. lib. 2. num. 26. & 27. Crauetta in cons. 115. num. 4. ergo, & ignarus, etenim contra ius esset ligare ignorantes, vt habes per Cassadorum in decis. 3. in tit. de decret. in reseruat.

3 Tertio, quia statuta pœnalia in his quæ non sunt de iure communi prohibita, non ligant ignorantes, & ignorantia in dubio præsumitur vbi scientia non probatur, Magon. in decis. Lucens. 49. num. 10.

4 Quarto, quia cum sit ignarus litterarum nescit contenta in statuto, & propterea licet aliquid cõtra formã agat, tamen in eis quæ agit non consentit, & cessat voluntas, l. manifestissimi C. de furtis Alex. cons. 13. in fine, vol. 2. Osascus in decis. 138. nu. 24. Surdus in decis. 228. num. 10. & in cons. 337. num. 31. Paris. cons. 20. nu. 6. cum seq. vol. 1. Petra de fideicommissis, q 14. num. 192. Maluas. in cons. 36. nu. 18. etenim cum ignorat ibi contenta non videtur negligere, neque delinquere, quia ratione ignorantiæ videtur iustè excusari, prout dixit Flam. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. q. 5. num. 85. Petra de fideicommissis quæst. 14. num. 192. 193.

5 Limitarem tamen supradicta quoties de illo statuto esset vox & fama publica, vt per Capicium, in decis. 69. nu. 18. Grammat. in decis. 36. nu. 18. Mohedan. in dec. 11. & 196. Crauetta, in cons. 271. num. 8. Menoch. de Arbitrar. Iudic. lib. 2. casu. 186. nu. 8. Rota Genuens. in dec. 14. nu. 5. quia licet sint ignari, tamen de eo non potest ignorantia prætendi, vt per Rotam, Genuens. & Menoch. vbi supra.

RESOLVT. CCLXIX.

Exemptionis priuilegium de quo in cap. 1. de priuilegijs in 6. an sit locale, vel personale?

1 *Exemptio à quoxumcumque Ordinariorum iurisdictione est personalis, ideſt vbicũque contraxerint, vel deliquerint.*
2 *Cap. 1. de priuilegijs lib. 6. intelligitur de priuilegijs respectu loci.*

SVpponatur in facto fuisse concessum priuilegium exemptionis Canonicis cuiusdã Collegiatæ à qua-
2 cumque Ordinariorum iurisdictione, fuit dubitatum an priuilegium esset personale non restrictum ad certum locum, & fuit dictum prædictam exemptionem esse personalem vbicumque dicti exempti contraxerint, & vbicumq; deliquerint, ita firmarunt Anto. de Butr. in cap. tuarum nu. 19. vers. si quæritur de priuileg. & ibi Abb. nu. 8. vers. quandoque exemptio, & latius per Couarr. in lib. practic. quæst. cap. 11. num. 5. vbi etiam probat, tex. in cap. 1. de priuileg. lib. 6. non habere locum in casu de quo agitur, quia loquitur solum de priuilegio cõcesso respectu loci, quicquid dixerit Abb. & Felyn. in cap. fin. de foro compet. quibus Couarr. ibi in vers. possit, respõdet, ac dicit eorum opinionem posse procedere, vbi dicti exempti haberent curam animarum, vel aliud officiũ, quod esset sub administratione Episcopi.

Propterea nisi intelligeremus hoc priuilegium esse personale, tunc ille vers. & quorumcumque aliorum Ordinariorum esset superfluus, quia nunquam posset verificari, sed in priuilegijs exemptionum quælibet minima dictio debet operari suum effectum, cap. si Papa vers. cum enim de Priuileg. lib. 6. l. si quando ff. de legatis 1. nec vna sillaba vacare debet, gl. in cap. solitæ ver. tamquam de maior. & obedien. Staphil. de litteris gratiæ titulo de vi, & potestate clausularum §. & primo in fine, & in simili dixit Rota, decis. 54. num. 9. vers. & confirmatur, & num. 10. part. 2. in nouissimis, tanto magis quia loquitur generaliter de quibuscumque Ordinarijs, & exemptionis verba quando sunt generalia debent interpretari prout sonant, & sine vlla restrictione, Deci. cons. 113. num. 5. & 6. & cons. 152. nu. 1. Rota decis. 54. num. 19. par. 2. in nouissimis, ergo exemptio non est restringenda ad locum.

Et ita non intrat tex. in ca. 1. de priuileg. lib. 6. qui re vera loquitur de priuilegijs respectu loci, vt probatur ibi in §. in eos, & late probat Couarr. in d. c. 11. sed retẽto themate quod d. c. 1. loquatur de priuilegio concesso personis simpliciter, dicendum est, etiam non obstare in casu de quo agitur, quia hoc priuilegium comprehendit omnes casus dicti cap. 1. & ideo censetur illi derogatum, vt firmauit Rota in causa Sancti Angeli pensionis 6. Nouembr. 1594. Coram R.D.P. Pamphilio, vbi in fortioribus terminis, quod censeatur derogatum dispositioni Concilij Tridentini per Papam aliter disponentem, concessum est enim per verba generalissima ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Episcopi, & quorumlibet aliorum Ordinariorum perpetuo, & totaliter eximendo, & exemptionis generalis verba geminata tantum operantur, quantum singularis exemptio in singulis rebus, & casibus, vt probant benè Laurentius Siluanus, in cons. 66. num. 13. & seq. & cons. 88. num. 4. & 5. Io. Guttierez in cons. 5. num. 6. & seq. & dixit Rota in vna Brundusina exemptionis coram R.P.D. Bubalo, 9. Februar. 1579.

RESOLVT. CCLXX.

Abbas habens iura Episcopalia, an dicatur habere Dignitatem?

1 *Abbas est Dignitas secundum veriorem opinionem.*
1 *Abbas debet esse ex gremio Monasterij.*

ALiqui dixerunt Abbatem non habere Dignitatem, & ita tenuit glos. in cap. tuam in verbo non ascendat de ætat. & qualit. vbi dicit etiam infamia notatum, posse in Abbatem eligi, cum qua conueniunt Ioann. Monach. in cap. inquisitores num. 1. de hæret. in 6. & Archid. in cap. fraternitatem in med. 17. distinct. & ita fuisse pronunciatum per Summum Pontificem, testis est Felin. in c. decernimus in princip.
1 de Iudic. Cæterum diuersa sententia verior, & receptor est, certum est enim in ordine Prælatorum enitiere Abbates cap. si quis deinceps 18. dist. eisque ne dum officium, sed & Dignitatẽ esse, nec postrema inter cæteras Ecclesiasticas Dignitates, sed inter clarissimas recen-

setur,

setur, ita firmat gl. vlt. in cap. exposuisti de corp. vitiat. Lap. alleg. 84. incipiente Dominus, Papa, col. pen. n. 11. Card. Flor. in Clem. 1. quæst. 1. n. 3. de rescript. ita etiã post longarum disputationum tricas cõcludit Domin. de Sancto Gemin. in c. 2. col. 2. n 10. de præbend. in 6. & in d. c. decernimus Panor. nu. 2. Felyn. in princ. & Rip. communem asseuerans, n. 3. præallegatis adde Felyn. in cap. meminimus, col. 2. num. 1. de accusat. is autem qui tali Dignitate augetur equum est vt ex gremio
2 eiusdem Monasterii eligatur cui præfuturus est nisi sibi nullus tali præfectura dignus inueniatur tunc enim etiam eligendi extraneum facultas erit, cap. quam sit 18. distinct.

RESOLVT. CCLXXI.

Quis possit dispensare cum corpore vitiatis?

1 *Dispensatio cum corpore vitiatis soli Papæ competit.*
2 *Episcopus declarare potest num defectus corporis impediat promotionem.*
3 *Si Regularis habeat aliquem defectum, spectat ad Episcopum declaratio, num defectus impediat promotionem, nisi Superior Regularis habeat priuilegium Apostolicũ.*
4 *Recensetur praxi Romanæ Curiæ circa dispensationem super defectu corporis.*

PRo resolutione constituo genericam conclusionẽ vt ea non nisi Summo Pontifici competat, sequitur Innoc. in c. 3. in fine de corpore vitiatis, Ioan. Andr.
1 in c. significauit, & Butrius n. 9. eodem titulo, Mandos. in tractatu signatu. Grat. rubr. dispensatio pro corpore vitiat. vers. alius à Papa Ioann. de Selua. in tractatu de beneficijs part. 3. quæst. 5. in 3. qualit. num. 31. Mileus in repertorio verficulo dispensare potest solus, Nauar. in Summa cap. 27. vers. 8. nu. 200. atque ita vidi quotidie obseruari dispensatum fuisse à Summo Pontifice, nec vnquam ab Episcopis, & ideo ab ista sententia nõ esse discedendum puto, præsertim quod omnes iam citati Doctores stilũ, & obseruantiam Romanæ Curiæ optime norunt, & propterea reijciendam arbitror opinionẽ Syluestri in verbo corpore vitiatus vers. 10. & aliorum tenentium licere Antistiti dispensare cum eo, qui corporali vitio citra culpam proueniente affectus reperitur, crederẽ tamẽ quod posset Episcopus cognoscere, & arbitrari sit ne defectus talis qui impediat promo-
2 tionem, si enim impedire declararet, ei non liceret cum illo dispensare, quod si causa cognita rectèque omnibus pensatis iudicaret non impedire, posse declarare nullum subsistere defectum producentem impedimentum ad Ordines, ex iis quæ tangit Maiolus in multis locis præsertim in lib. 1. cap. 19. vers. alij præterea sub n. 2. est enim ex authoritate Ioann. Andreæ in arbitrio Iudicis cognoscere, an macula oculi defectus digitorũ manuum, linguæ, & similia pariat irregularitatẽ, vt refert, & sequitur Ioan. de Anan. in c. 2. de corpor. vitiat. idemque si proceritas corporis immodica sit, aut nimia corporis breuitas per Abb. in d. cap. 2. & Menoch. de arbitrar. Iudicum casu 226. nu. 5. & 6. subdentem id ipsum in Gibosis concludendum ex eodem Maiolo citato, lib. 1. cap. 19. n. 1. & quid respectu Regularium cui
3 scilicet competat id declarare, & ad eundem Episcopum, non autem ad Superiores Regulares nisi eisdem Superioribus expresse à sede Apostolica delegaretur, dicit Roderic. in quæst. regul. tom. 1. quæst. 24. art. 4. & suppetunt relatæ auctoritates generatim loquentes, nolo tamen preterire, sententiam quorundam modernorum licere Episcopis in aliquibus corporis vitijs dispensare, intelligendam esse procedere tantum in leuibus vitijs, & debilitationibus, ex sententia Rotæ, quam refert Seraphinus, dec. 625. dubitatum fuit sub num. 5. part. 1. & cum dispensat Episcopus non sustineatur Clericatus, si non causæ cognitio præcesserit, & prædicta vera dispensatio Episcopalis, aut Papalis, non solum requiritur pro suscipiendis sacris, sed etiam minoribus, & prima Clericalis tonsura, iuxta veriorem sententiam, quam tenuit Rota in eadem decis. in qua agebatur si eiusmodi corpore vitiato, & absque dispensatione ordinato valide fuerat assignata pensio, ex qua dicitur conclusum, fuisse pro inualiditate Clericatus, intelligitur enim quoad effectum nullitatis pensionis.

4 Cum vero Papa concedit similes dispensationes solet aliqua attendere, quę notat Mandos. in loco proximo citato verficulo si supplicans, & ait, quod si petens dispensationem à vitio corporali reperiatur in Curia debet se conspectui Referendarij præsentare qui diligenter inspiciat defectum super quo dispẽsatio requiritur, idque ad finem vt valeat omnes qualitates dicti defectus minutatim referre Santissimo, cum proponit supplicationem coram eodem in signatura gratiæ, nã tunc si placet dispensat, eamque directe indulget, & non alteri concedẽdam committit: Quod si talis absit eo tempore à Curia, & secum directè dispensare non consueuit verum illi Antistiti delegat facultatem dispensandi in hæc verba mandamus, & si postquam dictus N. coram personaliter se exhibuerit, oculum, vel membrũ ipsum diligenter inspicias, & si (super quo conscientiam suam oneramus) ex inspectione huiusmodi notabilis deformitas in eodem membro non appareat; quod ex hoc possit in populo scandalum generari, ac aliud Canonicum impedimentum cum eodem N dispenses, etsi secũ super præmissis dispensare contingat, vt quæcumque beneficia retinere liberè, & licitè valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium de speciali dono gratiæ dispensamus, vide aliqua in materia, quæ dixi supra in Resol. 16.

RESOLVT. CCLXXII.

An celebrans post factam alienationem rerum Ecclesiæ absque solemnitate extrauagantis ambitiosæ, contrahat irregularitatem ante declaratoriam?

1 *Pœna non habet locum in foro conscientiæ ante condemnationem.*
2 *Extrauagans ambitiosæ, est recepta quoad pœnas intrinsecas.*

ALienauerat quidam quodam petiũ terre suæ Abbatiæ cum clausula saluo, & reseruatio assensu Apostolico, quatenus opus sit, & ante illius expeditionem tradiderit possessionem, & consequenter inciderit in censuras, & pœnas extrauagãtis ambitidsæ, fuit dubitatum, an supradictus Prælatus celebrando contraxerit irregularitatem, & dubitationem faciebat pro opinione negatiua regula illa, quod pœna nunquam committitur absque declaratoria, ex late traditis per Gramatic. in decisione 2. vbi refert requiri etiam quod dicatur absque declaratoria, quod intellige non opus esse sententia condemnatoria ad pœnam, sed solum requiritur declaratoria sentẽtia criminis, scilicet rerũ incurrisse, in dictum crimen, & sic requiritur declara-
1 tio facti, nam pœna ipso iure impositа non habet locũ in foro cõscientiæ ante condemnationem, glos. notab. in c. fraternitas 12. quæst. 2. Nau. in Man. Confessar. cap. 23. nu. 66. Ludou. Molin. de iustit. & iur. disput. 86. Caiet. in Diu. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2. Anton. Gabriel. lib. 7. communium opinionum concl. 34. Couar. late, & notabiliter in epitome 4 lib. decret. 2. part. de sponsal. cap. 6. §. 8. nu. 10. Cæterum contrarium est verius scilicet, supradictum alienantem celebrando contraxisse irregularitatem ante declarationem, nam cum supra dicta extrauagans ambitiosæ sit vsu recepta, vt tradi-

dit

dit Villagut decis.39.& maxime quoad pœnas extrinsecas,licet secus quoad intrinsecas,Rot.decis.26.part. 1.diuersorum,propterea talis sic excommunicatus cõtrahit irregularitatem iuxta tradita in cap. 1. de sententia excommunicationis in 6. & in cap.1. de sententia, & re iudicata eodem libro, & sic huiusmodi controuersia resoluitur,an dicta extrauagans sit, vel non sit vsu recepta. unde Nau.in Man. confess.cap.25. nu. 150.vsus fuit infrascriptis verbis;videlicet;iam pridem nos Salmanticæ tulimus sententiam, qua iudicauimus ex probatis coram nobis irritam,& nullam fuisse quãdam locationem in plures,quam in tres annos factam, clericum autem qui eam fecit, non debuisse iudicari excommunicatum iuxta antiquum ius cap.1. ne Prælati vices suas, neque per consequens irregularem, eo quod celebrasset post illam locationem absque absolutione, & sic credimus in paucis locis esse receptam
2 quoad pœnas extrinsecas, quamquam in multis est recepta quoad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis,& locationis factæ in plures quam tres annos,& sic vt vides quod ille clericus non contraxit irregularitatem ob id quod dicta extrauagans illo loco non erat vsu recepta quoad pœnas intrinsecas censurarum, quod si esset vsu recepta quoad præfatas pœnas,vt in hoc Regno, crediderim talem alienantem celebrando etiam ante declaratoriam contraxisse irregularitatem.

Non obstant contraria, quia procedunt in foro exteriori, secus in interiori, cum in illo censuræ fortiantur effectum absque alia declaratoria, ex Caietano in summa,verb. censura.

RESOLVT. CCLXXIII.

Festiui dies qui dicantur, vt Episcopi valeant minores Ordines conferre.

1 *Ordines minores conferri debent festiuis diebus.*
2 *Dies festi intelliguntur illi qui sunt de præcepto.*

1 CErtum est de iure minores Ordines conferri debere diebus festiuis, vt probat textus in cap.de eo de tempor.ordinat.& Decius in cap.cum cunctis n.19. de electio. & Hostiens.ibidem, quod prælictis diebus Episcopis cõferre liceat minores Ordines vni,vel duobus taxatiuè, & non pluribus, ne videatur Ordinatio generalis, sequitur etiam Antonius de Butrio ibidem nu.5. & tutiorem esse opinionem dicit Angelus verbo Ordo n.1.& Astensis tit.4.art.1. lib.6. & mouentur ratione,quia in re dubia tutius est parere verbis edicti, l. 1.§.si hi ff.de exerc. actione, affirmatiuam autem opinionem sequendo,scilicet quod pluribus quam vni,vel duobus, præfatos Ordines iam dictis diebus conferendi Episcopus habeat facultatem, motus fui ex glos. in d.cap.de eo vers. aut duos vbi Abbas n.1. Innocentius in principio,Goffred.in summa hoc tit.Prepositi.in cap. quo à Patribus distinctione 75.Siluest. verb. Ordo 3.n. 6.vers.2.& veriorem esse hanc opinionem dicit Henricus in Summa Theol. Moral.lib.10.cap.12.est quoque consuetudo recepta vt in vesperis feriæ sextæ præcedentis Sabbati in quo de iure Ordines sacri conferuntur,Episcopus possit Ordines minores dare, nam censetur incipere dies Sabbati à vesperis feriæ sextæ;Henric.d.l.10. c.12. §.2. sicut etiam in recitatione matutini sequentis dici, ita Diuus Thomas art.18. lib.5. Nauar. lib.de oratione n.60. notab.3. in cap.2.vers.prius de ferijs, prout etiam scriptum est a vespera, vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra,Exod.16. & 20. Leuit.23.& 28. & disponitur in cap.1. de ferijs, tametsi textus circa principium, & finem festorum diuersarum regionum consuetudini standum esse constituerit, in cap.2.de feriis, causa vero consuetudinis permittentis Episcopis in die veneris vesperi conferre minores Ordines eis,vt ipsi ea cura vacarent, & possent in Sabbato cum maiori solemnitate expeditius Ordines sacros dare; nec mirum si hoc potest facere consuetudo, cum à iure tempus,aut ætas non exprimatur ad minores Ordines, vt merito possit consuetudo extendere tempus ad vesperam feriæ sextæ, idem Henricus loco citato; sed mihi non placet dicta resolutio ex dispositione tex. in dicto cap. de eo, maximè quoad Ordines minores; Sed dubitatum fuit quinam dicantur dies isti festiui,& glos.in cap.sane vers.ad sacros de tempor.ordinatio. dicit diebus solemnibus, Syluestr. dicit præcipuis diebus in verbo ordo 2.n.6.vers.2. quo etiam verbo postmodum reperi citasse tex.in cap.2. de feriis; ibi diebus autem Dominicis,& aliis præcipuis festiuitatibus,quo fuit, vt resolutio illius glosæ minime complectatur omnes festiuos dies,sed Viguer.ait duplicib.diebus in cap. 16.§.6.vers.6. ibi Ordinis Sacramentum, quibus etiam verbis vtitur Pontificale Rom. in verb. de Ordine conferendo vers.minores verò Ordines,Hostiens.vero, & Abb.in d.cap. de eo dicunt illis diebus festiuis minores Ordines esse conferendos, quibus & facultas conceditur à iure Deo dicatas Virgines consecrandi,per relata in cap.deuotis 20.quæst.1. Alii autem intelligunt de omnibus festiuitatibus expressis in cap.fin. de feriis,sed mihi placet verbum, quo vtitur Viuald.in suo Candelabro in rub. de sacramento Ord.
2 n.35. vers.3. conclusio par.1. scilicet conferendos esse dictos Ordines diebus festiuis de præcepto,& sic intelligantur cæteri supra allegati DD. & sunt ii in quibus de præcepto tenetur populus audire Missam,& ita Viuald. sequitur auctoritatem glosæ in dicto cap. de eo Syluestr. Armill. Nauar.& hanc conclusionem non dubito confirmari similibus auctoritatibus, illa scilicet, quod quilibet Christianus compellitur ex præcepto audire Missam qualibet die Dominica,c. Missas de cõsecr.dist.1. & aliis diebus festiuis,cap.2.de Parochis,& c.si quis el 2.de consecr. dist.1. Suares ad Diuum Thomam 3.par.q.83.art.6.disput.93.sect.5.concl.2.nempe festiuis diebus de Præcepto Sylvest.Verbo Missa 2.n.1. & Henricus in Summa Theol.Moral. lib.9.cap.28.§.1. quamuis per diuersa verba exprimat, dicens quemlibet Christianum teneri audire totam,& integram Missam in diebus Dominicis, & festis,qui populo colendi proponuntur,& sic Astens.in hoc casu vtitur verbo solemnibus,& dicit quem teneri audire Missam die Dominico,& aliis diebus solemnibus in Summa lib. 6. tit. 32.quæst.5.in fine,insuper die Dominico omnem Christicolam à seruili opere arceri,cap.1.de ferijs,& die festo sub præcepto obseruando, Nauar. in Manual. cap. 13.n.6. & Hostiens.in summa de ferijs §.4.igitur ex pari ratione constitutio disponens minores Ordines cõ-
2 ferendos esse diebus Dominicis atque festiuis,erit sane intelligenda de festiuis sub præcepto,non secus,& breue Apostolicum vulgo extra tempora appellatum, concedens facultatem conferendi Ordines sacros, in diebus festiuis,ita intelligendum erit, nam & Delegatus vigore illius non nisi in festis de præcepto, & à populo colendis conferre poterit, ex supradictis.

RESOLVT. CCLXXIV.

Episcopo, an liceat conferre in eius domo minores Ordines.

1 *Episcopus conferre potest Ordines minores in eius domo.*
2 *Ampliatur etiam si domus sit aliena.*
3 *Limitatur vt non liceat in loco interdicto,vel alienæ Diœcesis.*

CVm fuissem consultus super dubio prædicto, placuit mihi responsum eruditi iuuenis Ioannis Mariæ

riæ Nouarij, videlicet, quod licet loci circumstantia, quo in loco scilicet Ordines veniant conferendi ad ritum spectet, vt esse possit quælibet Ecclesia, tametsi nõ Cathedralis, vt sequitur Ray. citatus à Siluestrina in verbo Ordo, il secõdo nu. 8. Tabien. Ordo 5. §. 1. Astens. lib. 6. tit. 4. art. 2. argum. tex. in cap. si Archiepiscopus de temp. ordinat. non tamen ex hoc esset concludendum, Episcopo hoc non licere, extra Ecclesiam; & sic quod non possit conferre tales Ordines in eius domo, quam opinionem dicebat sequutam esse glosam finalem, in
1 cap. Ordinationes, il secondo, 75. distinctione, vbi dicta glosa tenet quod Episcopus possit cõferre Ordines minores vbi libuerit, ergo in eius domo, quæ opinio venit etiam cõfirmanda ex citata distinctione 75. vt hodiernis temporibus in vsu venit, atque videtur receptum, quam opinionem suam ampliauit non solum habere locum in domibus proprijs, & sic eiusdem Episcopi, sed
2 etiam in ædibus alienis, ad quod comprobandum addu. cebat glosam, & tex. modo citatos, cuius sententiæ ego etiam me subscribo, limitatur tamen vt non liceat in
3 domibus interdictis pro vt dicit Sotus in 4. sententiarũ distinctione vigesima secunda art. 1. concluſ. 4 §. igitur versiculo secundus effectus, Innocentius in cap. non est de sponsalibus, secundo limitatur vt non liceat in loco Diœcesis alienæ sine illius Superioris venia, seu licẽtia, ex sacra congregatione Tridentina de reformat. in sessio. 6. Syluestrina in verbo interdictum 2. §. 7. in versiculo Sexta est, Nauarrus in summa num. 179. in fine cap. vigesimo septimo.

Non obstat Concilium Tridentinum in sessione 23. Canone 6. de reformatione, vbi Ordinationes sacrorũ Ordinum statutis à iure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia vocatis præsentibus ad id Ecclesiæ Canonicis publicè celebrentur, si autem in alio Diœcesis loco, præsente clero loci, dignior quantum fieri poterit Ecclesia semper adeatur, quia respondetur secundum eum ibi Sacrum Concilium intelligi de collatione Ordinum Sacrorum, non autem Ordinum minorum, pro vt in casu nostræ difficultatis: vel loquitur de Ordinationibus generalibus minorum Ordinum.

RESOLVT. CCLXXV.

Probatio bonæ famæ, an operetur mitigationem pœnæ.

1 *Bona fama rei tollit omnia indicia, & mitigatur pœna maxime si toto tempore vitæ, reus non commisisset aliquod delictum.*

2 *Durum est pro vno delicto solum, reum punire, licet in praxi aliter seruetur, præsertim in Curia Archiepiscopali.*

1 ARticulus iste videtur (Primo aspectu) affirmatiuè resoluendus, & sic quod probatio bonæ famæ pœnam posset mitigare, ex eo quod generalis est Doctorũ conclusio, de qua per Rolaudum à Valle in cons. 99. nu. 23. vol. 2. cons. 73. num. 35. cons. 7. n2m. 51. Brun. à sole in suo vnico Consilio crim. 148. Hypp. Rimin. in cons. 290. lib. 3. & innumeri alij Doctores relati per eos, & testatur Farinacius de inquisitione quæst. 11. nu. 77. in principio, scilicet, quod bona fama Rei tollit omnia inditia contra aliquem existentia, ergo si tollit inditia, ita deberet in aliqua parte minuere pœnam, & tanto magis cum sumus in materia odiosa, quæ debet restringi, cap. odia de regulis iuris in 6. quam opinionem intelligendam esse puto, nisi alicui mitigationi locus esset, nam id debet intelligi, quoties cum fama fuisset probatum talem personam nõ commisisse toto tempore eius vitæ aliud delictum, vt per Bertazol. in cons. 11. nu. 24. lib. 1. Natta in cons. 458. n. 13. lib. 2. dum dicit Iudicem posse pœnam ordinariam minuere imo etiam indulgere, quando persona quæ deliquit, non nisi semel comisit
1 crimen, durum enim est statim pro vno delicto punire, imo scandalum, cum soleat sæpe cum probis viris dispensari, vt probatur in ca. Lugdunensis 4. quæst. 2. in illis verbis, & si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospexeris promereri, cum pluribus citatis per Tiraquell. de pen. temper. causa 51. per totam, Alex. in consil. 121. nu. 8. l. 7. Farinacius in titul. de indit. & tortura quæst. 7. num. 185. Aliter tamen seruatur in praxi in hoc nostro Tribunali Archiepiscopali, pro vt pluries sententiam tulimus, atque iudicauimus.

RESOLVT. CCLXXVI.

Delinquens in Dormitorio alicuius Monasterij, an gaudeat immunitate Ecclesiæ?

1 *Committens homicidium intus Dormitorium Monasterij gaudet immunitate, nam non dicitur commisisse homicidium in Ecclesia, vel Cœmeterio.*

2 *Claustrum, Dormitorium, & Refectorium gaudent immunitate, item Septa, & clausura Ecclesiæ, & domus ipsi Ecclesiæ contigua, & annexa; etiam si Rector ibi continuè non staret.*

SVpponatur in facto quemdam homicidium patrasse intus Dormitorium cuiusdam Monasterij; fuit dubitatum, an prædictus deberet gaudere immunitate Ecclesiæ, & fuit resolutum in causa Episcopi Melitensis contra illos de Ragnato, & Monetios inquisitos de homicidio in personam Frãciſci Carasi de Polistene commisso in Dormitorio Sanctissimi Rosarij dictæ terræ,
1 & per Collaterale Consilium, & Scriptorium fuit ordinatum non esse procedendum ad extractionem, sed gaudere immunitate prædicta, quia dictum homicidiũ non fuerat commissum in Ecclesia, vel Cœmeterio secundum Bullam prædictam, & consequenter non posse extendi vt dictum est sup. tenet Abb. in cap. fin. nu. 15. de immun. Eccles. quem cum alijs refert, & sequitur Ambros. in tract. de immun. Eccles. cap. 5. num. 7. vbi à nu. 8. vsque ad finem ad similes quæstiones infert, sed vide Farinac. q. 28. nu. 62. post infinitos Doctores quos allegat, vbi secundum communem concludit, subdit tamen in fine quod si Iudex Ecclesiasticus vult procedere, bene id facere protestatione sacrilegij in Ecclesia commissi.

Non obstat quod appellatione Ecclesiæ veniat quoque Dormitorium, ex eo quod Dormitorium ipsum est accessorium, & connexum ipsi Ecclesiæ, & consequenter de eo sit iudicandum vti de Ecclesia, Capitulo vnico de immunitate Ecclesiæ, quia respondetur id procedere in alijs casibus.

Obiter notandum, immunitatem Ecclesiasticam prius à Deo datam fuisse, vt honor Ecclesiarũ seruetur, in quibus Sanctitas, & honor debetur, vt inquit Rebuffus super Constitut. Franciæ in tit. de immunit. Eccles. fol. 335. & seqq. omnesque Ecclesiæ siue maiores, siue minores gaudent immunitate prædicta, nec non Claustrum, Dormitorium, & Refectorium, Rebuff. vbi supra num. 8. & 9. post Alex. quem allegat in cons. 145. in 1. dub. vol. 7. vbi testatur sic per Arrestum fuisse iudicatũ: Adde Decian. in cons. 80. in vltim. dub. vol. 3. Farinac. in d. quæst. 28. num. 1. cum seq. de Ecclesia loquitur, verum etiam num. 14. de Ostio, Scalis, cœmiterio, & Claustro ipsius Ecclesiæ similiter loquitur, prout etiam de cemiterio loquitur dicta Bulla Greg. XIV. & Ambrosin. loco, & cap. citato num. 5. vbi num. 6. de Atrio affirmat, & Decia. quem allegat Caualc. in dec. 21. part. 5. num. 29. vbi addit quod in quolibet loco sacrato benedicto intra septa, & clausurã Ecclesiæ ac in domo ipsi contigua, & connexa esto quod clericus siue Rector ibi continuo nõ staret; & quid in porticu, Hospitali, Oratorio, Ecclesia interdicta, & diruta, vide Dom. Tapiam in pri.

mo

mo tomo iur. Regni à nu. 6. & seq. fol. 67. post Farinac. in dicto quæst. 28. n. 34. 35. 36. 37. qui de Ecclesia interdicta non consecrata, & Hospitali loquitur, Foller. in cap. Regni fol. 103 num. 4. 5. & Ambros. in cap. 10. num. 2. & Farinac. dicto loco nu. 70. & seq. idem affirmat de Oratorio, & quid de fugiente ad Ecclesiæ circuitum, videlicet per 40. passus circa Ecclesiam maiorem, & matricem, & 30. circa Ecclesiam non matricem, an immunitate prædicta gaudeat vide Farin. in dicta quæst. 28. n. 12. & Ambros. dicto cap. 10. num. 4. & an sit per consuetudinem derogatum, vide Dom. de Franch. dec. 402. num. 9.

RESOLVT. CCLXXVII.

Beneficiatus non potest esse miles.

1 *Miles sæculi non potest esse miles Christi.*
2 *Beneficiatus petendo inuestituram in feudo sui fratris præmortui, videtur renuntiasse clericatui, & beneficio.*
3 *Clericus coniugatus amittit beneficium.*
4 *Beneficiatus contrahens matrimonium, tacitè renuntiat beneficio, & habet illud pro derelicto.*

COnsultus quid iuris mihi videretur in hac quæstione, respondi clarissimam esse iuris conclusionem, militem sæculi, non posse esse militem Christi, c. 1. de vassallo, qui arma bellica deposuit, cap. 1. §. qui clericus si de feudo defuncti Militis, cap. final. vbi Abb. de Peculio clericorum; Ratio est quia in eodem subiecto duo contraria concurrere nequeunt, leg. qui accusare ff. de Accusat. Nec contrariorum datur concursus, leg. 1. C. de furtis, cum sint repugnantia naturæ, l. qui soluendo ff. de hæred. instituendis & non dubitatur quin militare, sit actus contrarius clericatui, Anton. Faber. decis. 14 C. de Episcopis, & cleric. & in dec. 12. C. de iurisdictione omn. Iudic. latè Capicius decis. 161. & sic tenens beneficium, contrarium omnino actum facit si militat in sæculo, Artam. dec. 3. de clericis coniugatis; & sicut inconuenit beneficiatum esse Militem, ita Militem habere beneficium, argumẽto, quæ scripsit Isern. in c. 1. ver. ex hoc de beneficio fœminæ, vbi loquendo de feudis dicit formalia verba: Beneficiatus petendo 2 inuestituram sui fratris præmortui videtur renunciasse clericatui, & beneficio; & in verbo nisi pœniteat, scribit, nisi pœniteat esse clericum, non habebit feudũ; & rursus inferius, si deponit habitum, statim habebit feudum; & sic inter se taliter cõtrariantur, vt momento non possint insimul permanere, secundum Lucam de Penna in l. nulli C. de Numerarijs, lib. 12. & Anna. in alleg. 98. vol. 1. faciebat pro eiusdem opinionis confirmatione Bal. in c. 2. de Milite vassallo, qui arma bellica deposuit, vbi dicit ista verba; Tertius casus est, quando quis remouetur ob impossibilitatem subiecti, & habetur pro mortuo & subdit, quando fit digressio ad oppositam qualitatem. Hoc idem suadetur auctoritate glosæ in c. 1. de clericis coniugatis in vers. relinquendo, vbi tex. dicit, clericum coniugatum amittere beneficium, subdit glos. quia facit actum contrarium beneficiato, ducendo vxorem, & contrario facto, quis 3 iuri suo renunciat, subdit glos. & ipso facto renunciauit clericatui, modo renunciet beneficium per actum cõtrarium; & sic per actum contrarium amittitur beneficium, pro qua opinione facit doctrina Panorm. in cap. 1. col. 2. de clericis coniugat. post Rotam in dec. vnica de sponsalibus in antiquis, vbi vult, vacare beneficium per matrimonium, quia facit actum contrarium: Non enim potest habere vxorem carnalem, & spiritualem; & ideo dicebat Bald. in cons. 22. vol. 1. quod vera ratio perditionis beneficij, est renunciatio tacita, faciendo 4 actum contrarium, habendo beneficium pro derelicto, quia reddit se impotẽtem ad vtrique seruiendum, & sic per actum contrarium amittitur beneficium, quæ ratio est finalis, vt ait tex. in d. §. qui clericus, & in d. c. 1. in fine de milite vassallo, quia arma bellica deposuit, & sic statim vacat beneficium.

RESOLVT. CCLXXVIII.

Beneficium cum semel in Curia vacauit, an, & quando potestas ad Ordinarium redeat?

1 *Quando Papa apponit manum in aliqua re, non potest inferior intromittere.*
2 *Quando beneficium est reseruatum Papæ, etiam si litteræ sint subreptitiæ, non redit potestas ad Ordinarium.*

QVæritur quando Beneficium vacat apud sedem, an, & quo casu redeat potestas conferendi illud ad Ordinarium; & videtur quod tunc quando prouisio Apostolica, non tenet propter subreptionem litterarũ; 1 sed dubium facit, quia ex quo Papa apposuit manum; inferior non potest se intromittere pro illa vice, cap. vt nostrum de Appellat. & hoc videtur tenere Innoc. in c. inter Dilecta de excess. Prælat. secũdum vnam opinionem, de quo ibi per Panor. post gl. fin. allegat Ioa. And. in c. quod sicuti de electio. distinguendo; Aut beneficiũ erat reseruatum, & tunc non redit potestas conferendi ad Ordinarium; Si verò Papa non fuerit vsus verbo reseruationis, sed mandauit conferri, non expressa persona, tunc est idem, secus si fuerit expressa, & non tenuit collatio, quia tunc redit potestas Ordinario conferẽdi, ex quo, illa persona expressa, non potest illud habere, propter subreptionem litterarum, vel propter indignitatem personæ; Et facit hoc etiam pro impetratione Apostolica Domini Roberti Præposituræ sancti Pauli, quia Papa vsus est verbo, reseruationis, etiam clausæ in corpore iuris; & sic non debet redire potestas conferendi dictam Præposituram, pro illa vice ad Ordinarium, seu Capitulum ubi prætenderetur aliqua subreptio dictarum litterarum Apostolicarum; & sic esset opus noua impetratione à Papa; Licet vt supra, dictum fuit; Dicta prouisio Apostolica dicti Domini Roberti præseruetur à subreptione. Hæc ex Francisco Marco dec. 135.

RESOLVT. CCLXXIX.

Exemptionem à iurisdictione Ordinarii, an Papa soleat concedere?

1 *Exemptio plena concessa à Pontifice, liberat à reuerentia Episcopi: secus si Episcopus concederet exemptionem.*
2 *Præscriptio exemptionis translatiua, similis est exemptioni Papali, secus de extinctiua.*
3 *Ex generali, & plena exemptione, sublatũ est ius visitãdi.*
4 *Conceditur exemptio durante lite inter Episcopum, & subditum, ratione sæuitiæ.*

IN facto: Respondi cum tribus dec. de Graff. quarum 1 tenor est. Cum exemptio plena Pontificis liberat etiã à reuerentia Episcopi, (licet secus sit in exemptione concessa ab Episcopo) quia sic tenuerunt Domini opinionem Felyn. contra Barb. in cap. cum inter de Iudic. quod probat tex. vbi Paul. de Castro, post Bald. in l. finali C. de bon. libert. & tradit Iason in l. sed si sic §. Patronum in 4. notab. de in ius voc. & sentit Alex. in leg. Alia §. Allegantur ff. salut. matrim.

Pro qua opinione, vltra text. in l. finali, allegabatur text. in argumentum in l. etiam in vers. Idem est si Principe de bon. libert. & in c. Abbatibus, & cap. Luminoso 18. quæst. 2. Nec obstat argumentum de Præscriptione, videlicet, quod præscribens exemptionem, tenebatur

ad

ad reuerentiam Episcopo, ut per Oldrad. cons. 254. col.1.& 244.col.1. in fine, & 172.Abb.in cap. veniens, col.6.vers.Pono secundo de Præscriptionibus; & Paris. in cap.cum non liceat num.42.eodem tit.quia illa iura loquuntur in Præscriptione extinctiua reuerentię,quia sicut Episcopus per suam exemptionem, non liberat à iure reuerentiali,ita nec per negligentiam,secus est in
2 præscriptione translatiua in alium,quæ est similis exemptioni Papali,quæ licet liberet ab Episcopo,tamen supponit sibi, cum exempti subsint Pontifici, vt per Bald.in tract.de exemptio.

Ex hac differentia inter exemptionem Papalem, & eam, quæ conceditur ab Episcopo, tenuerunt Demini in vna Gerunden. iuris visitandi coram Domino Ant. Aug.ann. 1549.veram illam doctrinam Mariani tract. de visit.col.12.ver.Primo,quæro;vbi voluit ex generali,
3 & plena exemptione, etiam esse sublatum ius visitandi eo magis quia correptio concedebatur Abbati; & prohibebatur Episcopis, ne possent excommunicare, quæ cum sint coherentia visitationi, sublata etiam censeatur visitatio, argumento è contrario, in cap. cũ venerabilis §.1.de censibus,& Dec. Rotæ 334. alias 2. de censibus in antiq. loquitur,quando Episcopus eximeret, quia tunc non veniret visitatio, & intraret ratio Imolæ in c. cum ex officio de Præscript. quia tunc quodammodo Episcopus renuntiaret visitationi,quod non potest; Secus quando Papa eximit, quia ipse poterit deputare visitatorem.

4 Exemptionem commissam,cõstito de Sguitia in vna Fauent.iurisdictionis coram D.Fabio de ann.1549.Dixerunt Domini, esse concedendam propter actus post litem motam, nisi ostenderetur processus per Episcopum,iuxta dec.Ægid.45.considerantes,quod præsumitur sæuitia,& sic dabitur exemptio, durante lite.

RESOLVT. CCLXXX.

Capituli potestas, an resideat pœnes præsentes?

1 *Non sufficit vniuersitatem esse vocatam, nisi etiam adsint duæ partes.*
2 *De iure Canonico si fuerunt vocati Canonici, & noluerunt venire,cum reddiderint se indignos,potestas residet pœnes præsentes.*
3 *Requiruntur duæ partes vniuersitatis præsentes, quando non adest habens potestatem vocandi absentes.*

FVit dubitatum,quid agendum,quãdo Capitulares absentes fuerunt vocati, an potestas Capituli resideat quoad præsentes: & Respondetur quod non, nisi adsint duæ partes,& sic glos.in cap.1. de iis, quæ fiunt
1 à maio.part.cap. quod requirantur saltẽ duæ partes,l. nulli ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine l. finali C. de Præd.cur.& hoc tenet Bart.in l. omnes populi ff.de iust.& iur.in 2.quæst.vbi tenet quod nõ sufficit esse vocatos,nisi sint duę partes præsentes,& hoc procedit de iure Ciuili,& in vniuersitatibus Ciuitatum, sed de iure Canonico,in actibus Capitularibus,ex quo alii Canonici vocati fuerint,& nõ comparuerunt,se reddiderunt indignos electione, c. cum nobis de electio. secundum glos.in c.quod circa de electio. secundum Innoc.in c.1. de Maior.& obedien.& in c.2.de noui oper. nunciat.& tenet Panorm.in cap. cum omnes de constit. & ibi per Felyn.& idem Panorm.in cap.cum nobis,& c.in causis de electio.& est ratio secũdum ipsum, quia ius vniuersitatis potest residere in vno solo, alijs in remotis, vel longe agentibus,cap.gratiam de postul.l.sicut ff. quod cuique vniuersitatis:Idem dicendũ est quando alii vocati nolunt interesse;Nec obstat quod ex aduerso dicebatur,quod requiruntur duæ partes vniuersitatis,quia hoc verũ est;quando Canonici non fuerunt vocati;tũc potestas Capituli residet quoad præsentes; similiter si
3 non esset aliquis habens potestatem vocandi absentes, nisi quia tũc requirerẽtur duę partes uniuersitatis,tamen instaret finis termini electionis,seu alterius actus: quia tunc potest minor pars vocare maiorem;& ea nolente venire, potest Minor pars procedere, secundum Panor.vbi supra;& hoc verũ,si absentes essent ex causa necessaria,ut quia fuerunt expulsi per inuidiam, vel quia sunt absentes propter metum Tirãni; quo in casu non præiudicat absentibus, secũdum notata per Bart. in l.omnes populi ff.de iust.& iur.Inn.in cap. 2. de noui oper.nun.Adde glos.in Prag.Sanctio. sub tit.de auctor. & potest.Sacror.Gener.concilior.c.1.super verbo duarum partiũ; vbi tractat,an in actu vniuersitatis requirantur duæ partes, & qualiter vocati nolentes venire faciunt se indignos,ita quod alii possint explicare actũ per gl.in clem.quod vocandi de elect.hæc concordant cum his, quæ dixi supra in Resolut.247.

RESOLVT. CCLXXXI.

Capitulum, an possit committere vices suas?

1 *Capitulum potest committere vices suas in aliquibus negotijs arduis.*
2 *Quando Capitulum committit aliquid Canonicis particularibus, debet constare de Collegiali commissione.*

FVit dubitatum, an casu quo requiratur consensus Capituli possit cõmittere vices suas,& respõdetur affirmatiuè, si requireretur cõsensus omnium Capitularium, Archid.in c. Episcopus 16.q.7.de quo habetur latè per Felyn.in cap.cum omnes,de const.qui videtur
1 tenere,quod in negotijs arduis,Capitulum posset committere vices suas aliquibus Canonicis,nisi darent eis Collegialem formalem commissionem; & isto casu oportet,quod appareat de commissione dictorum Canonicorum,cap.cum iure Peritus de electione, & istud facit ad quæstionem quam habuit de facto,Capitulum Ecclesiæ Auenionensis, nam commisit certis Canonicis Capituli Priorat.Cautiner. nulli vnitis, mensæ dicti Capituli, & quod Canonici accusauerunt quemdam qui fecit certa albergamenta, nec apparebat de commissione dictorum Cõmissariorum, nec quod haberẽt potestatem ab albergandum,& ideo actus fuit nullus.

RESOLVT. CCLXXXII.

Census, an possit redimi pro parte?

1 *Non potest fieri pro parte redemptio census, inuito creditore.*

1 REspondi Negatiuè,cum pro parte non possit fieri redemptio census, inuito creditore ob incommoditatem,quam adfert particularis solutio,pro ut in similibus retrouenditionibus, l.cui vsus fructus 30. de vsufruct.legat.& in l.si quis aliam 46.in fine ff.de Solut. Bald.in l.ex hoc iure ff.de iust. & iur.Alber.in l. usus in principio ff.de vsu,& habitat.cum aliis latè per Riraq. de Retract.nu.23.vers.quinto infero,Craff.in §.Redditus quæst.12. num.18.

RESOLVT. CCLXXXIII.

An gabella possit imponi emptoribus bonorum clericorum?

1 *Statutum contra emptorem, habet locum contra venditorem, & è contra.*
2 *Exemptio concessa venditori iuuat emptorem, & num.4.*
3 *Immunitas Ecclesiæ extenditur ad alterum, quando alias Ecclesia damnum sentiret.*
4 *Non potest exigi gabella ab ijs qui emunt à clericis.*

In

IN causa proposita respondi negatiuè, ex eo quod quemadmodum clericis vendentibus imponi nequit huiusmodi onus, neque ementibus imponi poterit, cum vendentes, & ementes sint correlatiui; & statutum contra emptorem, habet locum contra venditorem,
1 & è contra, Castren. cons. 289. præsens dubium, col. 1. in fine vers. & ego alias, Rot. coram Card. Seraph. in vna Camerinen. Prædij 10. Nouembris 1597. & multa similia adducit, & ideo exemptio concessa venditori, iuuat
2 emptorē, Fely. in prohem. Decret. in verbo Gregorius nu. 6. Gemin. in ca. 1. col. 2. vers. Fallit secundo, de temp. ordinat. in 6. Dec. cons. 48. Maturè, ac diligēter, col. 3. in fine vers. tertio principaliter, & in l. 1. num. 7. col. 2. ad med. C. de in ius vocan. vbi dat rationē, quia tractatur de eodem actu, Nell. de Bannit. in 2. part. 2. tempor. q. 4. ac in specie gabellæ, de qua agimus. Ita cōcludit Bald. cons. 31. statuto ciuitatis Astensis post medium vers. solutio prima facie, lib. 1. vbi quod huiusmodi ordinationes, & statuta tollant per indirectum immunitatem Ec. clesiasticam, si quidem onus gabellæ est annexum contractui, & tanto minus Ecclesia, & clerici venduntur eorum fructus, quantum est illud onus gabellæ, l. si venditor fl. de seru. exportan. Quod etiam sequendo Bald. voluit Surd. cons. 301. num. 81. lib. 3. vbi quod Priuilegium concessum Ecclesiæ trahitur, quando ipsi Ecclesiæ non prodesset, nisi ad eos traheretur, tum quia immunitas Ecclesiæ, etiam ad alterum extenditur quādo alias Ec-
3 clesia damnum sentiret, quia scilicet vilius venderent: Tum etiam quia ratione coniunctionis gaudet quis beneficio, quo alias non gauderet, Natt. cons. 590. col. fin. idem etiam concludit Rim. Iun. cons. 724. nu. 48. & 49. lib. 6. vbi allegat Alciat. cons. 216. n. 7. & adducit dictam rationem, quia tanto minus emptores emerent ob causam oneris gabellæ; & per consequens euacuaretur priuilegium, & immunitas concessa clericis venditoribus, Menoch. consil. 136. per tot. lib. 2.

4 Quemadmodum directè non potest Princeps secularis imponere onus, & gabellam super fructibus, & bonis clericorum, ita neque per indirectum poterit hoc facere exigendo ab illis, qui emunt à clericis: Pro vt in proposito ita arguit Dec. cons. 48. Mature, col. penul. ante med. vers. & adeo ista procedunt num. 5. & quoad clericos idem dicit Menoch. d. cons. 136. num. 8. lib. 2.

Maximè, quia gabella de qua agimus est onus extraordinarium, quo casu immunitas concessa venditori iuuat emptorem, vt distinguit Bart. in l. licitatio §. vltimo ff. de public. & vectig. & in huiusmodi oneribus ordinarijs loquuntur omnes DD. contrarium tenentes, de quibus per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 13. num. 12. Menoch. consil. 136. num. 21. lib. 2. præsertim quia licet exemptio clericorum esset personalis, nihilominus ratione connexitatis priuilegium concessum personæ venditoris extenditur ad emptorem, qui habebit exemptionem, non propter se, sed propter personam venditoris, qui potest vendere sine onere gabellæ, Dec. cons. 48. in fi. & cons. 51. col. penul. in fi. vers. non obstat ergo prout generale est, vt immunitas etiam personalis transeat ad socios, & correlatiuos, quando damnum vnius dependet ab alio, Menoc. cons. 136. n. 13. lib. 2. Natt. cons. 1. nu. 10. & multa adducit Surd. cons. 301. nu. 80. cum seq. lib. 3.

RESOLVT. CCLXXXIV.

Vicarius Generalis, ex vi mandati generalis, an possit confessiones fidelium audire?

1 *Vicarius est Ordinarius, & Parochus supremus in Diœcesi.*
2 *Vicarius facit vnum tribunal cum Episcopo, & ipsum Episcopum repræsentat.*

IOannes Maria Nouarius Pisticinus Prouinciæ Basilicatæ, me interrogauit, si Vicarius Episcopi habēs generale mandatum, possit confessiones audire: & prima facie videbatur dicendum quod non, illa ratione, Sacrum enim Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reformat. expresè statuit, vt nullus possit audire cōfessiones nisi sit approbatus ab Episcopo; quod confirmatur, quia magis proprium, & specificatum nomen Episcopi est, Episcopus, quam Diœcesanus, sed Conc. dicente; Nullum posse audire confessiones, nisi sit approbatus ab Episcopo, ergo tali nomine non comprehenduntur Vicarius, & alii Prelati inferiores, habentes iurisdictionē Episcopalem, vt tradit glos. in clem. 1. de iur. patron. in verb. Diœcesanos, & in clem. 1. de vit. & honest. cler. in eodem verb. Diœcesanos, vbi etiam Card. q. 1. in princ. Bonifac. n. 24. & 25. Imol. nu. 12. & in cap. de Monachis de præben. n. 5. vers. item aduerte, Panorm. in cap. cum olim de præscriptionibus n. 2. Nauar. lib. 4. consiliorum in prima editione tit. de sponsal. cons. 5. n. 2. Bero. cons. 22. num. 11. vol. 2. Anchar. in clem. dudum §. statuimus de sepult. in 1. notab.

Sed opinio est affirmatiua, quæ videtur magis probabilis, & confirmanda ex sequentibus: Primò, quia
1 Vicarius est Ordinarius, & verè Prælatus, & Parochus supremus in tota Diœcesi, ergo ex officio potest audire confessiones. Secundo, ad confirmationem istius opi-
2 nionis, quia cum Vicarius constituat vnum Tribunal cum Episcopo, & repræsentet eius personam, cap. 2. de consuetud. in sextò, & cap. Romana de appel. in sextò, sicut potest hoc facere Episcopus, ita & Vicarius, qui repræsentat eius personam, vt patet ex iuribus allegatis. Tertiò, accedit auctoritas multorum, qui hanc secundam sententiam, tanquam de iure veriorem sequuntur, & præcipuè Anton. Cuccus lib. 5. Instit. Maior. tit. 4. n. 168. Tabien. verb. absolutio 1. n. 31. notab. 14. Margarit. Confess. fol. 8. col. 2. Summ. Rosel. in c. 9. conclus. 5. fol. 72. Lancellot Inst. Iur. canon. in titul. de pœnit. & remission. in verb. proprio Sacerdoti lib. 2. Corona Confess. in materia de confessione tit. de Ministro num. 50. versic. ex dictis, sequitur Guttier. in lib. 1. Canon. quæst. cap. 27. n. 24. qui omnes loquuntur post Concil. Trident, in citat. sess. 23. cap. 15. in contraria parte citata.

RESOLVT. CCLXXXV.

Beneficium Curatum, an possit vniri Monasterio Monialium in spiritualibus, & temporalibus?

1 *Abbatissa potest ex priuilegio habere iurisdictionem spiritualem.*
2 *Abbatissa potest exercere curam per Vicarium capacem.*
3 *Abbatissa, & Moniales, non sunt personæ laicæ, sed Religiosæ, & Ecclesiasticæ.*

VIdetur quod non: Primò, quia fœminæ sunt incapaces, & non possunt exercere ea quæ dependent à potestate clauium, vt per tex. & ibi Abb. Felyn. & alii in cap. dilecta de maior. & obed. Dec. in l. Fœminæ n. 10. ff. de reg. iur. Franc. March. dec. 953. n. 6.

Secundò, quia Abbatissa, & Moniales sunt personæ laicæ, vtpotè quæ nullum Ordinem habent, neque sunt capaces eorum, vt per Abb. in c. fi. quinto requisito de consue. facit text. in c. si quis deinceps 16. q. 7. Quintil. Mandos. ad Regul. Cancel. reg. 11. q. 12. à n. 2. cum seq. Paris. cons. 13. à n. 1. lib. 4. Castal. tract. de Imper. q. 100. f. 72. tom. 10. tractatuum nouissimorum, cum igitur sint incapaces, non potest earum Monasterio beneficium vniri, saltem in spiritualibus; nam si vniretur, ipsæ haberent ius exercendi spiritualia, quorū sunt incapaces, vt dictum est. His tamen non obstantibus, quæ verè nō
1 obstant, contrarium tenendum est ex sequentibus: Primò, quia Abbatissa est capax iurisdictionis spiritualis,

vnde

vnde potest habere ex priuilegio iurisdictionem Episcopalem,& conferre beneficia,& clericos instituere,& destituere,ac Vicarios,seu Prouisiores nominare ad suspendendum, & excommunicandum, atque ad exercēdum dictam iurisdictionem; vt existimauerunt Abb. Felyn.& omnes in c.dilecta de maior. & obed. Decius vbi supra,Paris.cons.12. Marsil.in tract. de Ecclesiasticis redditibus c.15.n.8. Cū igitur sit capax iurisdictionis spiritualis, ad quod nullum inconueniens militat, erit etiam capax curæ Parochialis in habitu;Nam hæc cura est iurisdictionis,& à iurisdictione dependet, licet quoad exercitium Sacramenta ministrandi, & ligandi, atque soluendi, & dependet à potestate clauium vt per se notum est, & per consequens exerceri debet per personam quæ sit capax clauium.

2 Secundò, quia Vicaria potest vniri Monasterio Monialium,& Abbatissa potest exercere curam per Vicarium capacem,vt iudicauit Rot.Rom.dec.21.de præb. in antiquior.Ægid.dec.162.& idem notat Conc. Trid. sess.25.cap.11.incip.In Monasteriis,ibi mulierum.& ibi quibus imminet cura animarum, & Rot.in tit. de excess.Prælat.dec.1.in nouis, alias 273. & sic iam multoties vidimus fieri,& practicari, & in Italia sunt Monasteria Monialium habentia iurisdictionem spiritualem, & beneficia vnita, vt per Cardin. & Imol.in clem. frequens de excess.Prælat.& in Hispania etiam extat amplissimum Monasterium Monialium,quod vulgo vocatur *de las Huelgas de Burgos*, & habet similes iurisdictiones, & vniones, igitur Rectoria Parochialis potest vniri Monasterio Monialium, quia vnio dictæ Rectoriæ, nihil aliud est quam vnio in spiritualibus, & quod Monasterium sit verus Rector, ex quibus patet, quod hæc opinio vera est, & eam admittit praxis, & consuetudo.

Quam tenendo, non obstant contraria: Nam ad primum respondetur, quod fœminæ non sint capaces spiritualium, quæ pertinent ad claues, quoad actū, sed benè quoad habitum,vnde cum in habitu sint capaces iurisdictionis spiritualis, poterūt eam exercere per sufficientes Ministros,vt Rota vbi supra respondet,sic videmus in Prælato electo, & confirmato, & non consecrato,quia in actu non potest exercere ea,quæ sunt ordinis Episcopalis, sed in habitu habet iurisdictionem, & ius exercendi in subditos,& potest exercere per aliū Episcopum: & idem in Abbate habente iurisdictionem Episcopalem,vt in c.fi.de offic. Arch. & ibi per Panor. & in cap.dilectus de off.Ord. Sic etiam videmus in Rectore nō ordinato, qui licet in actu non possit exercere ea quæ sunt ordinis, & quæ pertinent ad ligandū,atque soluendum inter suos Parochianos,tamen habet ius in habitu,&potest exercere curam per alium idoneum, vt per omnes in cap.licet Canon.de elect.in sextò. Tandē Collegium, Capitulum,& Monasterium, nemo negabit quod in habitu possint habere ius exercēdi iurisdictionem Parochialem,& curam,vt quotidie videmus,licet in actu sint incapaces, quia Collegium est persona repræsentata, & ficta, vnde possunt exercere per alium, existimo ego quod ille habitus est solum ius exercendi dictam iurisdictionem,& curam per personam capacē.

Ad secundum fundamentum respondetur,quod Abbatissa,& Moniales,non sunt personæ Laicæ, sed Religiosæ, & Ecclesiasticæ, quod plusquam notum est, vt per Doctores supra citatos,& notat Sylue. & Angel.in suis Summis, Sylueſter verbo excommunicatio 5.num. 27.facit text. in cap.de Monialibus, & in cap.Mulieres de sentent.excomm. c. si quis suadente Diabolo, & ibi Arch. & omnes 17.q.4. cum igitur sint personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ, erunt capaces iuris spiritualis, quoad habitum,vt è conuerso dicimus, quod licet non habeat Ordines,tamen est persona Ecclesiastica,& capax huius iuris, & potest beneficia conferre, Abb. & Felyn. in cap. causam de rescript.Selua in tract.de beneſic. part.2.q.19. num.3. per tot. & sic manet hic articulus dilucidatus.

RESOLVT. CCLXXXVI.

Nobilitas, ex quibus probata censeatur?

1 *In dubio quilibet præsumitur ignobilis, & popularis.*
2 *Probata identitate cognominis, præsumitur probata identitas,nam pluralitas non præsumitur.*
3 *Identitas familiæ præsumitur ex identitate insignium, testium depositionibus, matrimoniis contractis cum nobilibus, & ex descriptione in chronicis.*

GRifforum familiam commorantem Nolæ nobilissimam censeo ex nonnullis: Primò,quamuis regulariter quilibet præsumatur in dubio ignobilis, &
1 popularis,vt tradit Bald.in l.cum ignorant col.1.C.qui accus. non poss.& in l. in actionibus §. planè col.1.ff. de in lit. iurand. & qui nobilitatem allegat probare tenetur,cum sit accidens,& non veniat à natura,vt tradunt DD.in c.1.§.si quis rusticus de pace tenēda,quibus accedunt multi,quos recenset Menoch.de præsumpt.lib. 6.præsump.6.n.1.f.313. iuxta editionem Taurinensem, tamen in casu de quo agitur,supradicta cōclusio minimè procedit, siquidem nobilitas istius familiæ probata censetur; tum ex coniecturis, tum etiam ex verissimis probationibus: coniecturæ autem sunt infrascriptæ.

Primò, identitas cognominis Familiæ Grifforum,qui alibi sunt nobiles.

Secundò, identitas insignium eiusdem Familiæ.

Tertiò, ex depositione testium,de nobilitate deponentiū.

Quartò,ex matrimoniis cum nobilib.familiis contractis.

Quintò, ex verbis enunciatiuis instrumentorum in quibus nuncupantur nobiles.

Sextò, ex enumeratione facta in Chronicis Regni inter familias nobiles.

Et quoad primum. Probata identitate cognominis
2 censetur probata identitas familiæ, prout in specie voluit Cæphal.cons.9.num.18.vol.1.Cassan.cons.8.n.2. & cons.9.col.1.Menoc.de præsumpt.lib.6.præsump.15. n.48.vers. porrò hæc identitas,& Areti.cons.37. col.1. vers. propter identitatem nominis, & quamuis in vna familia possint esse Nobiles,& Ignobiles,vt dicit Socc. in cons.246.col.2.lib.2.tamē probata nobilitate ab extra,non præsumitur pluralitas, sed identitas, Ann. in sing.359. quanto magis probata nobilitate in eadem Ciuitate, præsumatur identitas familiæ; & pro confirmatione supradictæ opinionis facit, quod pluralitas nominum non præsumitur,Bal.cons.70.vol.1.Cranett. post alios optimè declarans cons.564.n.45.& 46.vol.4. & generaliter pluralitas non permittitur in dubio, vt post multos tradit Ann.in sing. 69. quibus addo Natt. in cons.235.vol.2. Peregr. de fideicom.art.44.nu.44. & Petr.Ant.in tract.de fideicom.q.11. n 629.

3 Quoad secundum,cum dicta familia vtatur eiusdem insignibus,quib.vtūtur cæteri nobiles de Familia Grifforum, sequitur quod ex huiusmodi identitate, præsumitur identitas familiæ; & consequenter nobilitas, secundum Bar.in l.tutelā ff.de capitis diminutio Cassan. in Cathal. gloriæ mundi part.1. consid. 41. fol.14. nouissimè Ioseph Rusticus in tract. quando filii in conditione positi censentur vocati lib.2.c.6.nu.27.f.47.Ann. in alleg.57. n.20.lib.1. qui citat Bar. in tract.de armis.

Quoad tertium,supradictæ familiæ nobilitas probatur ex multorum testium depositione deponentium de auditu, quæ depositiones faciūt præsumptionem,adeo quod transferūt onus probandi in aduersariū, Archid. in c.hæc videtur 22.q.5.Rom.sing.241.Bal.cōs.219.Testes col.2.lib.4.Socc.cons.295.num.3.lib.3.Pari.cons.7, num.21.lib.4. & post multos alios Menoch.de arb.iud. lib.2.cent.5. casu 472.nu.5. qui declarat post Cranet.

quem refert procedere, cum illi è quibus audiuerunt sunt vita functi, secus si viuerent.

Imò testes de auditu in materia nobilitatis plenè probant, Alex. post alios cons. 178. col. vlt. lib. 2. Aret. in hac materia cons. 37. in 2. dub. Socc. cõs. 205. col. 3. vers. quartò optimè lib 4. Cæphal. cons. 776. n. 5. lib. 5. cons. 358. n. 37. lib. 3. & cons. 441. n 27. eod. lib. 3. Burs. cons. 152. num. 26. lib. 2. Mieres de Maioratu par. 4. q. 20. nu. 56. Roger. Durant. German. in tract. de commissione Cameræ Imperialis lib. 5. c. 28. num. 11. pag. 518.

Quoad quartum, clarissimi iuris est, familias nobilitari per matrimonia contracta cũ nobilibus personis, Scruff. cons. 93. cum alijs quos probat Rub. cons. 29. & non dubitatur, quin hæc familia de Griffis contraxerit nonnulla matrimonia cum nobilibus Ciuitatis Nolæ, præsertim cum nobili familia de Notarijs, & alijs.

Quoad quintum, de hac familia extant nonnulla instrumẽta antiqua in quibus enunciatur eius Nobilitas, quorum verba in antiquis probant, gl. & DD. in c. cum olim in glos. de censib. Butr. in c. fi. de succes. ab intest. Alex. cons. 6. col. fi. vol. 1. & cons. 90. col. 3. vol. 3. Cæph. cons. 90. n. 6. & 24. vol. 1. Franc. Marc. dec. 208. p. 1. Rimin. Iun. cõs. 26. n. 26. & 76. vol. 1. Paris. cons. 41. n. 21. vbi allegat multos alios, Caballin. milleloq. 62. par. 1. & nouissimè Mascard. de prob. tom. 2. concl. 621. n. 15. & 16. & latissimè tom. 1. concl. 106. vbi optimè declarat, Mãdell. cons. 83. num. 6. vol. 1. Crauett. cons. 564. n. 1. vol. 4.

Quoad vltimum articulum, res clara redditur ex attestatione Chronicorum, in quibus nuncupatur hęc familia Nobilis, & inter Nobiles adscribitur, quæ descriptio probat Nobilitatẽ, ex latè traditis per DD. in l. 1. ff. si cert. pet. & in l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. &c. Mandel. cons. 81. n. 6. cum alijs quos probat Rubin. in dec. 16. Cameræ Imperialis, ex quibus omnibus censeo hanc familiam fore nobilissimam.

RESOLVT. CCLXXXVII.

An Archipresbyteri Ecclesię Cathedralis Ciuitatẽn. possint esse Exequutores gratiarum Apostolicarum?

1 *Archipresbyteri Ciuitatenses habent dignitatem, secus verò de Ruralibus.*
2 *Consuetudo tribuit dignitatem.*
3 *Guardiani Fratrum Minorum, Priores Prædicatorum, & aliorum Conuentualium sunt capaces delegationum.*

1 REspondetur, quod sic, quia habent dignitatem, ex Abb. in c. 1. de off. Archipresb. latè Menoch. cons. 52. à num. 28. & à num. 175. & à num. 120. lib. 1. Boer. in tit. de auctorit. Magni Consilij à num. 72. Selua in tract. de benef. p. 1. q. 2. fol. 12. Card. cons. 33. Archiepresbyteri verò Rurales, qui per vicos, aut alia loca particularia constituuntur; non habent dignitatem, neque sunt capaces harum delegationũ, ita Hieronym. Paul. in prax. Cancell. fol. 26. in paruis, & Archiepresbyteratus de Medina del Campo, est dignitas Ruralis, Puteus dec. 378. lib. 2. Imol. & Cardin. vbi supra, Abb. in c. ad hæc de off. Archid. qui loquuntur in Decano Rurali, & sic de
2 consuetudine iudicari, & æstimari videmus; & vera consuetudo tribuit dignitatem, vt per Selu. vbi supra. Fely. in rubr. de maior. & obed. num. 8. an verò Archipresbyteratus sit dignitas, vide Rot. Rom. de offic. Arch. in antiq. dec. 1.

3 Amplia supradicta procedere etiam in Guardianis Fratrum Minorum, & Prioribus Prædicatorum, & aliorum Conuentualium, qui sunt capaces harum Delegationum, ex Imol. & alijs vbi supra, & ex Felyn. in c. cum olim in princ. de maior. & obed. De alijs non est dubium, quia sunt dignitates, & eas nominat Hieroym. Paul. vbi supra.

RESOLVT. CCLXXXVIII.

An exequutor gratiæ in fauorem Resignatarij, teneatur citare Resignantem?

1 *Resignans beneficium per resignationem, & gratiam verificatam, amittit ius, & possessionem.*
2 *Resignans, nõ habet remedium restitutionis contra resignatarium, sed contra tertium.*

EXequutor gratiæ in fauorem Resignatarij, etiam cum clausula, si Resignanti maneat, vnde commodè viuere possit, non tenetur citare Resignantem ad verificationem, neque assumere partes Iudicis, tũ quia Resignans non est possessor, quia per resignationẽ admissam dimisit possessionem; tum quia gratia non parat illi intrinsecum præiudicium, cum in ea non disputetur de facto, aut non facto eius, licet posset parare intrinsecum præiudicium, vt in proprijs terminis concludit Caualc. decis. 22. n. 6. & cum casus de facto accidisset, quod quidam Exequutor summariè, & absque citatione Resignantis, gratiam verificasset, & exequutus esset, non audito Resignãte comparente, & de suo extrinseco præiudicio allegante, vtpotè resignationẽ fuisse meticulosam, & non remansisse illi congruam substentationem, de quibus directè non agebatur in gratia, negocium in gradu violentiæ, declaratum est, vim non fieri, ac esse remissum dictum negocium dicto Exequutori nõ ob aliud, nisi quia gratia non directè præiudicabat, nec tractabat de facto tertii, ob quod Exequutor habebat gratiã exequi, & resignationem, quę vt erat facta, & per Pontificem admissa, nec super ea aliquid restabat agendum ab Exequutore; tum etiam quia iam consenserat Resignans, ex quo amisit ius ad possessionem, & exceptiones dictæ solum tangebant proprietatem, & sine eius præiudicio, poterat gratia exequi, licet postea in iudicio proprietatis obtinuerit Resignans.

Et quod Resignans per resignationem, & gratiam
1 verificatam amittat ius, & possessionem, tenet Puteus dec. 468. lib. 2. idem dec. 171. lib. 3. & dec. 175. lib. 3. & licet in dec. 158. videtur dicere contrarium, intelligendum est in fauorem eius, cõtra tertium, & quando gratia adhuc non fuit fortita effectum suum, nec clausulæ verificatæ contra tertium, gratia, vsq; dum fortiatur effectum non amittitur possessio, & potest agi possessorio, si spolietur: quod verò contra Resignatarium, vel habentem causam, ab eo statim literis expeditis, & consẽsu in Curia præstito amittatur possessio; intelligo quod admissa resignatione solum habeat detentionem Resi-
2 gnans, ratione cuius restituitur cõtra tertiũ, non contra Resignatarium; hæc tamen possessio, aut detentatio, si postea non fortiatur effectum, resignatio conuertitur in possessionem legitimam etiam contra eum; & quod admissa resignatione, ius aliquod nõ remaneat apud Resignantem, notat Paul. Æmil. Veral. dec. 81. in princ. p. 3. melius Cassad. de renunc. dec. 2. n. 3. eleganter Addit. ad dec. 4. Rot. de renunc. in nouis n. 4. vbi Gomez. & alias Rotæ decisiones allegat: sic etiam intelligendum est, quod breuiter notauit Lãcel. in tract. de attentatis 3. p. c. 29. num. 9. eleganter etiam declarat idem Lancello. in d. tract. par. 3. c. 24. quæst. 7. per tot. num. 2. & 17. Est tamẽ attentè legendus, quia quando concedit remedia restitutoria, vnde vi, & attẽtatorum renunciatio spoliato loquitur contra tertium, nõ contra Resignatarium, & sic probant iura, & Doctores, & decisiones per eum allegatæ, ratione cuiusdam status, & sic loquitur in
3 dicto n. 9. Contra verò ipsum Resignatariũ non admittit talem restitutionem, vt per eum in dicto n. 17. quia loquitur in casu fortiori: Igitur ex his vides, quod præiudicium Resignantis extrinsecum gratia est, & ipse non iudicatur possessor aduersus Resignatarium, ideo citandus non est, vt supra conclusum est.

RE-

RESOLVT. CCLXXXIX.

An Abbas habens iura Episcopalia, possit dispensare, vt quis studendo non ordinetur.

1 *Licentia vt quis ratione studij per septennium non ordinetur, non potest concedi ab Abbatibus, sed tantum ab ijs qui habent iurisdictionem Episcopalem.*
2 *Qui obtinent prædictam licentiam de studendo, debent studere in studijs generalibus approbatis.*
3 *Licentia de non residendo prætextu studij non suffragatur, nisi adsit consensus Ordinarij.*

1 INterrogatus, respondi, posse dispensare, vt quis studendo non ordinetur vsque ad septennium, vt notat eleganter Rebuff. in tract. de priuil. Scholar. priuil. 98. Franch. in c. cũ ex eo, & in c. commissa, & c. licet canon. de elect. in 6. quod est vtile ad tex. in c. 12. de refor. sess. 7. Conc. Trid. sed opinio Franc. falsa est, & contra iura expressa, cũ id competat ratione ordinariæ iurisdictionis, vt Franc. fatetur; & cum competat Electo, Capitulo, & aliis, habentibus iurisdictionem Episcopalẽ, licet non sint Episcopi, & sic dicit ipse seruari de cõsuetudine in Abbatibus; & cõtra eũ gl. & ferè omnes ibi tenẽt; obiter tamen aduerte, quod ad hoc, vt absentes causa studij excusentur ab ordinariis, à non residendo durante prædicto tempore studij debent petere licentiam ab
2 ipso ordinario, & debẽt studere in studiis generalibus, puta in Vniuersitatibus approbatis, vt omnes supradicti fatẽtur. Aduerte etiam quod per proprium motum Pii V. fel. recor. dispositum est, quod dispensationes de
4 non residendo, prætextu studii, non suffragentur, nisi accedat consensus Ordinarii, & est inter collectionem motuum fol. 408. mot. 29. vbi Additio dubitat, an quando quis se absentat causa studij, sit necessaria licentia Ordinarii, & tandem se remittit ad consuetudinem; sed de iure verius erat licentiam requiri, licet de consuetudine in ordinatis in pluribus Episcopatibus non seruetur.

RESOLVT. CCXC.

An Abbas habens iura Episcopalia possit dare licentiam Prædicatoribus ad prædicandum in suo distrietu?

1 *Fratres non possunt prædicare, nisi approbati, & examinati à suo Prælato, & præsentati Episcopo, seu Ordinario.*
2 *Quæstores non possunt prædicare absque licentia, & Quæsturæ, ac indulgentiæ, debent examinari ab Ordinario.*

POtest Abbas dare licẽtiam Prædicatoribus ad prædicandum in suo distrietu, & eos examinare, & approbare, vt per Ang. Claua. in sua Summa in verb. prædicare, quemadmodum & facit Episcopus, sine cuius licentia, & approbatione, non possunt prædicare, ex Maiol. de Irregularitate lib. 3. c. 23. n. 17. Card. in clem. dudum de sepult. tex. & ibi DD. in c. excommunicamus §. quia verò de hæret. Sylu. verb. prædicatores per totum, Nau. in suo manuali latino c. 25. à n. 143. Corrad. Brun. in tract. de hæret. c. 4. Imò, & fratres non possunt prædi-
2 care, nisi approbati, & examinati à suo Prælato, & præsentati Episcopo, aut dicto Ordinario, ex c. 2. de refor. sess. 5. Conc. Trid. & proprio motu Leonis X. fol. 186. & licet Pius V. in quodam suo proprio motu id limitauerit in Mendicantibus, tamen Greg. XIII. reduxit id ad terminos iuris communis, & Conc. Trid. & sic debent se Ordinario præsentare, & ab eo veniã, siue licẽtiam petere, nisi in Ecclesiis sui Ordinis, ex suis priuilegiis: Lector tamen non debet examinari, vt declarat Additio ad dictum proprium motum Leonis, & ad quem officiũ prædicãdi pertineat; vide cum Alex. de Ales, Marquar. in tract. de Iudæis c. 4. nu. 24. & in tract. de cœlibatu Sacerdotum c. 3. n. 11. & de Quæstoribus, an possint prædicare, vel debeãt examinari ab Ordinariis, & examinar eorum priuilegia, & Bullæ, vide certum Auctorem in forma præcedenti contra inquisit. de hæresi n. 498. tom. 11. tractatuum nouorum p. 2. f. 411. & uide proprium motum Pii V. vbi tollit Questores, & ibi Conc. Trid. sess. 5. c. 9. de refor. & Dec. cons. 177. Auil. in c. Prætorum c. 15. Azeued. in l. 37. tit. 6. lib. 3. recõpil. vbi refert Bullam Alexandri VI. de Quæstoribus, & tex. & ibi Doctores in clement. Abusionibus de pœnitent. & Sũmistæ vers. Quæstor. Enriquez in sua Summa lib. 7. cap. 29. & c. 20. num. 3. & vtrobique glossæ, & omnes concludunt, dictos
2 Quæstores non posse prædicare absque dicta licentia, & quod Quæsturæ, & Indulgentiæ debeant examinari ab Ordinario, dictus Enriq. ait declarasse Sixtum V. & Greg. XIII. Summ. Pontif. sel. recor. quod Abbates possint publicare subditis suis, & in iis Regnis, ex l. 13. tit. 10. lib. 5. recõpil. omnes Indulgentiæ, Quæsturę, & Iubilei debent antequam publicentur examinari à Commissario Cruciatæ, & à supremo Consilio Ordinarii, & aliter publicantibus imponitur pœna, & sic practicatur id quod diximus, quod Fratres in Ecclesiis sui Ordinis possunt predicare dicta venia non petita, Enriq. qui tenet idem dicto lib. 7. c. 28. litera C, Imò etiam vult Parochum posse absque dicta licentia admittere Regularem, aut virum doctum, vt bis, aut ter prædicet in sua Parochia, & Monachos, atque alios Theologos, ita tenuisse, ac pariter non esse necessariam Regularibus licentiam Ordinarii, sed solum examinati, & approbati à suis Prælatis præsententur Ordinario, quæ mihi non placent, cum expresè contradicant dispositioni Sac. Conc. Trid. sed de hoc alias.

RESOLVT. CCXCI.

Abbas habens iura Episcopalia, an possit remittere denunciationes in causa matrimonii?

1 *Abbas habens iura Episcopalia, potest remittere denunciationes matrimoniales; sed verior doctrina est quod non possit.*
2 *In generali commissione non veniunt ea quæ magnam præseferunt grauitatem.*

1 POtest vtique Abbas habẽs iura Episcopalia remittere, ex causa monitiones, quemadmodum potest Episcopus, de quibus in c. j. de refor. sess. 24. Conc. Trid. & est ratio, quia hoc est iurisdictionis Ordinariæ, & ad Ordinarium spectat; in cuius proposito tenet Enriquez in Summa lib. 11. cas. 5. n. 5. Nau. cons. 1. tit. de sponsal. lib. 4. & confirmatur, quia Vicarius Generalis Episcopi, nihil amplius habet, quam ordinariã Episcopalẽ iurisdictionem, & tamen potest ex causa relaxare dictas monitiones, quemadmodũ Episcopus, vt tenet Salzed. in Addit. ad prax. Bern. Diaz. c. 74. lit. D. & Segur. in suo Direct. Iudic. Ecclesiast. 2. p. c. 16. nu. 12 & 13. ac dictus Enriq. vbi supra, licet teneat requiri speciale mãdatũ, & commissionem, ac ita declarasse Cong. Illustriss. Cardinalium ann. 91. contrarium tamen tenuerunt Menoch. cons. 69. n. 55. lib. 1. Cæphal. cons. 422. n. 72. lib. 3. Suar. de Paz in prax. tom. 2. prælud. 3. à n. 11. qui omnes fundantur in grauitate causæ, & quia Sacr. Conc. Episcopo ipsi committit, & eius arbitrium, & doctrinam exigit, de qua confidit; & ideo aliis non potest committe-
2 re, vel delegare, nec in generali commissione continẽtur, quæ magnam grauitatem præseferunt; cui rationi respondet abundè Salzed. vbi supra; sed quidquid sit de harum veritate opinionum, sat est, quod ex multis Cõciliis Prouincialibus, & Constitutionibus Episcopatuũ, id multoties denegatur Vicariis, licet in praxi opinio Salzed. & aliorum nó sit improbabilis, non extante statuto, vel prohibitione in cõtrarium, multi id quod in

prædicto casu potest Episcopus, admittunt in Abbate, aut alio iurisdictionem Episcopalem habente.

RESOLVT. CCXCII.

Appellatione Clericorum, qui veniant?

1 *Appellatione Clericorum in materia odiosa, non veniunt Canonici, secus verò in fauorabilibus & indulgentijs.*
2 *Appellatione clericorum latè sumpto vocabulo, veniunt omnes positi in quacumque dignitate, nam sunt ad seruitium Dei deputati.*

IN varijs diœcesibus sæpe fuit controuersum, qui venirent appellatione Clericorum, & dicebatur prima facie huiusmodi verbum debere largissimè sumi, pro omnibus clericis subiectis Episcopo, c. cũ tibi de verb. signif. ita quod cõprehẽdũtur Canonici, vt ibi habetur per gl. quia ex quo simpliciter, & indefinitè intelligitur de omnibus, etiam si concedatur priuilegium contra consuetudinẽ descẽdentium ab intestato, vt propinqui succederent in bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, vt Episcopus possit disponere, nam intelligetur de omnibus clericis, sicut dicitur; Appellatione beneficiorum, tam maiora, quam minora beneficia continentur, etiã Præbendæ, & maiora beneficia, c. tua nobis de verb. signif. vnde secundum Io. And. in d. c. cum tibi, etiam comprehenduntur Canonici; nec obstat c. sedes de rescript. vbi
1 non comprehenduntur Canonici tamquam maiores, & de primo gradu, quia loquitur de rescriptis ad lites odiosis, secus in indulgentiis, Henric. Boic. in d. c. cum tibi, tractatur an nomen Clericorum debet sumi largissimè, largè, & strictè; nam in rescriptis contentiosis, sumitur strictè, sicut quando fit mentio de nomine Cathedralis Ecclesiæ, quia solum continetur Capitulum ipsius Ecclesiæ, non inferiores, ad euitandum periurium, c. cum clerici de verb. signif. Card. Florent. in d. c. cum tibi, quæ de ratione dubitandi: quare ibi appellatione clericorum continentur Canonici, vbi dicit, videri appellatione clericorum non venire Canonicos, c. sedes, & c. quia periculosum de sent. excom. lib. 6. vbi quando fit mentio de sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, non comprehenduntur Episcopi, vel alii Superiores, nisi expresè dicatur; quia in casu isto tractatur de beneficio, quod debet latè interpretari, secus in odiosis, Ant. de Butr. d. c. cum tibi, idem tenet in materia stricta appellatione clericorum, non comprehenduntur Canonici, secus in materia larga, Panor. in d. c. cum tibi, tenet quod appellatione clericorum in priuilegio comprehenduntur Canonici Ecclesiæ, etiã Cathedralis, secus in rescriptis ad lites, quæ sunt odiosa, de quo etiam se remittit ad dicta per ipsum in rubr. de vit. & honest. cleric. circa fin. vbi tenet, quod sũpto
2 largo vocabulo, appellationẽ clericorum veniunt omnes in quacumque dignitate sint positi, ex quo sunt clerici ad seruitium Dei deputati, cum duo sint genera Christianorum, vnum Clericorum, alterum Laicorum, cap. duo sunt 11. quæst. 1. hæc ex Franc. Marc. in dec. 1124.

RESOLVT. CCXCIII.

Abbatissa, an teneatur deputare Vicarium, vbi beneficium Curatum vnitur eius Monasterio?

1 *Quando Parochiales Ecclesiæ sunt vnitæ Monasterio, Monachi tenentur præsentare Vicarium Episcopo, qui ab ipso debet instituí, & vlterius non amoueri.*
2 *Vicarius in Parochiali vnita in Monasterio debet esse perpetuus.*
3 *Quando beneficium est de mensa Monasterij, & cura spiritualis residet penes Abbatem, tunc potest facere deseruiri per Vicarium amouibilem.*
4 *Quando beneficium est pleno iure vnitum Monasterio, tunc Prælatus potest facere deseruiri eidem per Vicarium amouibilem ad nutum.*
5 *Quando beneficium est vnitum Monasterio Mendicantium, aut Ordini Sancti Benedicti Congregationis B. Iustinæ, potest Prælatus facere deseruiri per Monachum amouibilem.*

AD quæsitum respondetur pro parte affirmatiua, videlicet Abbatissam, & Moniales, teneri ad præsentandum Ordinario Vicarium perpetuum, in casu proposito, facit ad hoc tex. in c. vnico de Capell. Mo-
1 nach. lib. 6. vbi etiam Monachi habẽtes beneficia parochialia annexa, tenentur præsentare Vicariũ Episcopo, & ipse debet instituere eum; & post institutionẽ nõ potest ab ipsis Monachis remoueri, etiam contraria consuetudine non obstante: Tenentur igitur nominare Vicarium perpetuum; ita tenent Io. And. Anchar. Dominic. Franch. & alii, facit etiam tex. in c. de Monachis de præben. & in c. extirpandę §. quia verò eod. tit. vbi probatur, quando beneficium est vnitum alicui prębendæ, teneri Præbendatum deputare Vicarium perpetuũ ad eius seruitium, cum cõgrua, ac sufficienti assignatione, & in dicto c. de monachis probatur, Monachos teneri præsentare Episcopo Vicarium ad seruitium Parochialium vnitarum, & Episcopus debet instituere eum, cum assignatione congruæ sufficientis; & sic erit perpetuus, ex d. c. vnic. de Capell. Monach. in sextò, & notat Abb. in 5. notab. in d. §. quia verò, quod de iure communi nõ potest quis deseruire beneficio per Vicarium temporalem, sed habet deseruire per Vicarium perpetuum, quem latè sequitur Imol. in repet. igitur erit idem si sit vnitum Monasterio, & in præsenti.

Allegatur etiam textus in clementina quia Regulares in 1. par. de suppl. neglig. Prælat. vbi in Vicarijs, vel beneficiorum vnitorum Monasteriis cadunt Collatio, Institutio, & Deuolutio ob negligentiã, quæ omnia pertinent ad perpetuitatem Vicarii, & sic Vicaria benefi-
2 cij vniti est beneficium, & per consequens Vicarius nõ potest esse ad nutum amouibilis, ex d. c. vnic. Igitur, contra dictum Monasterium.

Deinde facit tex. in clem. ne in agro vers. certum de stat. Monach. vbi in Prioratibus Monasteriis vnitis debet poni Rector, aut Vicarius, qui collationẽ ab Episcopo debet sumere, & debet esse 24. annorum, & ordinari intra annum, quemadmodum obtinens aliud beneficium Parochiale, quæ omnia denotant, Vicariam Ecclesiæ Parochialis esse beneficium, & per consequẽs debere essere perpetuam.

Postremò allegatur tex. in clem. vnic. de off. Vic. vbi æquiparatur Vicaria beneficio Curato, quod denotat esse quid perpetuum, alias nullam incompatibilitatem induceret.

Pro parte contraria tamen facit, Primò, tex. in clem. 1. vers. quidam de excess. Prælat. ibi ad mensam, ibi ad formam; vbi tex. insinuat, quãdo beneficia curata sunt vnita ad mensam Abbatis, vel Abbatissæ, aut alterius Prælati, ex eo scilicet quia ipsi sunt veri Rectores, & applicant sibi, & mensæ suæ beneficii fructus, quod est vnitum in spiritualibus & temporalibus Monasterio, & mensæ, Prælati nunquam vacant, & Prælatus potest aliis clericis beneficia illa concedere, ratione aliqua motus, non in perpetuum titulum, & sic euidentissimè patet, quod possunt facere eis deseruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, & non tenentur nec possunt eis facere deseruiri per Vicarios perpetuos, gl. & Card. declarantes illam gl. ergo, & ita Monasterium.

Secundò, facit text. in clem. 1. de suppl. neglig. Prælator. vbi tex. insinuat apertè, quod collatio, & deuolutio in beneficiis vnitis respectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis vnitis mensæ Prælati, quæ nunquam censentur vacare, qui Prælatus est verus Rector, & sic Vi-

carius

carius potius appellabitur, quam verus Rector, & in eo non habebunt locum, quæ in veris Rectoribus, & Vicarijs perpetuis statuta sunt, & per cõsequens Prælati potuerunt deseruiri facere beneficijs per Vicarios ad nutum amouibiles, alias non essent ipsi veri Rectores, sed ipsi Vicarij perpetui, quia Ecclesia non intendit habere duos veros Rectores, & immediatos, quemadmodum nec vxor duos maritos. Igitur, & idem poterit facere Monasterium; quare ex his, hæc contraria pars videtur verior in suo casu; sed quia Doctores in varijs locis, materiam præsentis quæstionis confundunt, & sibi ipsis sunt contrarij, pro eius perfecta conclusione, statuo conclusiones sequentes.

Prima conclusio, quando beneficium Curatum est vnitum Monasterio, præbendæ, aut prælaturæ, solum quoad temporale regimẽ, & titulum, scilicet, quia Monasterium ipsum habet titulum, & ius perpetuũ annexum gubernandi, & dictum beneficium, & eius bona tãtum administrat, neque vtitur alijs iuribus spiritualibus, & tunc Prælatus Monasterij tenetur deputare Vicariũ Monasterijs perpetuũ; ita probat tex. in d. §. quia verò, & notãt Abb. Franc. & alij vbi supra, Abb. & Imol. in d. c. de Monachis, Rebuff. in prax. beneficiali l. 1. tit. de vnionibus à n. 6. Alph. Hoieda in tract. de incõpatibilitate beneficiorum p. 1. cap. 15. nu. 3. & probatur esse vnitum solũ quoad titulum, & temporalia, vel ex verbis vnionis, vel ex longo vsu deseruiendi per Vicarios perpetuos, vt per Rebuff. Imol. & alios vbi supra, & in dubio sic præsumitur vnitum, vt minus quam sit possibile præiudicetur beneficio, Imol vbi supra, Fel. cons. 2.

Secunda conclusio, quando beneficium est vnitum
3 mẽsæ Abbatis, aut Monasterij, aut Prælati, scilicet, quia Abbas, aut Prælatus deseruit beneficio per se, aut per suos familiares, vel alios, & ipse percipit fructus beneficij in solidum, & soluit stipendia pro sui libito seruiẽtibus; tunc quia beneficium censetur vnitum in spiritualibus, & Prælatus est verus Rector, & beneficium nunquã vacat; potest Prælatus ipse, Abbas, aut Abbatissa, facere ipsi deseruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, vt per gl. d. clem. 1. verb. ad mensam, & in clem. 3. de suppl. neglig. Prælat. quam sequitur Imol. Card. & alij ibi, per Franc. & Ancha. & Domin. in d. c. vnic. per Abb. & Imol. in d. c. de Monachis, & per Rebuff. vbi supra, melius etiam per eundem Rebuff. in d. §. quia vero notab. 5. cõcl. 2. fol. 372. idem tract. de congrua portione nu. 32. Rot. in tit. de excess. Prælat. dec. 2. alias 273. in nouis; Probatur tamen beneficium esse vnitum ad mensam; tum ex verbis vnionis, tum etiam ex modo, & cõsuetudine deseruiendi, quæ vel debet esse immemorabilis, vel exhibito titulo vnionis quadragenario, vt per Rebuff. & alios vbi supra, Anchara. cons. 162. Oldrad. cons. 296. Fel. d. cons. 2. Mascard. in tract. de probat. l. 1. concl. 179. & lib. 3. concl. 1413. nu. 11. Boer. dec. 345.

4 Tertia conclusio, quãdo beneficium est vnitum Monasterio pleno iure, & dicitur pleno iure quãdo Prælatus habet omnimodam iurisdictionem spiritualem in beneficio, & eius Parochianis excluso in totum Episcopo, vt in c. quoniã, & ibi Abb. de priuil. tunc potest facere ei deseruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, vt per gl. in d. clemen. 1. verb. ad mensam de excess. Prælat. & per Franc. & Anch. in d. c. vnic. de Capell. Monac. & Auctores omnes supra citatos, & hæc est communis opinio a qua nullus discrepat, & tenet Abb. in c. Pastoralis de priuileg.

Quarta conclusio, quando beneficiũ est vnitum Monasterio, pleno iure quoad curam animarum, & ea, quæ ad eam pertinẽt in spiritualibus, & temporalibus, licet non quoad iurisdictionem Episcopalem, quæ est supra curam, nec curæ omnino necessaria, prout est visitare, excommunicare, & iusdicere; tunc etiam Prælatus potest facere deseruiri beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem; licet in hoc aliqui velint contrarium ex supra citatis; sed certè fallũtur, quia vnio beneficij, quoad iurisdictionẽ Episcopalem impertinens est ad vnionem quoad curam animarum solum; nam dicta iurisdictio est extra curã, & potest quis esse verus Pastor, & Curatus, actu, & habitu, & nõ habere iurisdictionem Episcopalem; vnde si est verus Rector in spiritualibus, & tẽporalibus, non video cur non possit deseruire beneficio, vel per se si potest, vel per Vicarium ad nutum amouibilem, vt benè aduertit Imol. in d. c. de Monachis n. 6. de præb. Imo dicta vnio similis est vnioni ad mẽsam; nam Monasterium, aut Prælatus, est verus Rector, & gaudet vt talis beneficij fructibus, quos sibi applicat, beneficiumque nunquam vacat, vnde nulla ratio inueniri potest, quam illa, quæ colligitur ex modo seruiendi.

Quinta conclusio, quando beneficium est vnitum Monasterio, cum clausula, vt possit deseruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, seruanda est forma vnionis, quandocumq; beneficium sit vnitum, & ita fatentur Auctores supra citati, & constat ex gl. & Franc. in d. c. vnic. de Capell. Monach. lib. 6. Franc. Panui. in tract. de visit. part. 1. q. 6. nu. 43.

5 Sexta conclusio, quãdo beneficium Curatum est vnitum Monasterio Mẽdicantium, aut Monachorũ Regulariũ, prælatus potest ei seruire per Monachũ, aut Fratrem ad nutum amouibilem, & ita constat ex supra citatis, & nouissimè sic disposuit Pius V. Summus Pontifex fel. record. & apparet ex eius proprio motu, quod est in libro Collectionis Bullarum, & motuum fol. 558. aduerte quod idem erit in Monasterijs Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Iustinæ de Padua, cum ipse ex priuilegijs Monachorum, & cum Monasteria ipsa sæpe soleãt per Monachos eius Ordinis gubernari, qui possunt etiam seruire dictis beneficijs, sic eadem ratio militat, quæ est in beneficijs vnitis Monasterio Monachorum, & quando est eadem ratio, appellatione Monachorum continentur Moniales, vt per Abb. & Fel. in c. de Monialibus de sent. excom. Fulg. cons. 121. Deci. in l. fæminæ ff. de reg. iur.

Aduerte etiam, quod nominatio talium Vicariorum ad nutum amouibiliũ, pertinet ad Prælatum, siue Prælatã Monasterij, cui beneficium vnitum est, & Episcopus solum debet admittere, & approbare licẽtiam administrandi Sacramenta, si Vicarius idoneus inuentus fuerit, quam potest examinare, neq; vlla alia, requiritur collatio, aut institutio; & sic fertur nouissimè declaratum fuisse per Sacram Congreg. Illustriss. Cardinalium interpretum Saer. Conc. Trid. vt vidi in publico instrumento missо Romam, & colligitur ex Abb. & Imol. vbi supra, & ex Franc. in d. c. vnico, & ex tex. in d. clem. 1. de suppl. negl. Præl. & idem erit in Monachis, nam debent approbari, & examinari ab Episcopo, nisi Abbas, aut Abbatissa habeat iurisdictionem Episcopalem, ex supra dictis, & ita declaratum est per dictos Cardinales.

Ex quibus omnibus colligitur, quod in Monasterijs Monialium, & Abbatissa de qua agimus, in proposita quæstione, potest deseruire dicto beneficio, sic vnito eius mensæ in spiritualibus, & temporalibus per vicarium ad nutum amouibilem, maximè quia sic vsitatum est à quadraginta annis, & sic cantat forma Breuis, & fuit vnita Vicaria, & quando Vicaria est vnita Monasterio, potest deseruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, vt per Rot. in tit. de excess. Præl. in nouis, dec. 2. alias 273. quæ est omnino videnda.

Et hanc opinionem tenendo, non obstant contraria; nam ad primum respondetur, quod d. c. vnic. non loquitur in præsenti casu, an Monasterio possit deseruiri, vel non per Vicarium ad nutum amouibilem, nec tale determinat, sed solùm quando Vicaria confertur per præsentationem Monachorum, & institutionem Episcopi, tunc debet esse perpetua, quia Institutio, sicut, & Collatio matrimonium spirituale denotãt, quod debeat esse perpetuum, vt Archid Domin. Io. Andr. & Franc. in c. 1.

de reg. iur. in sextò, Bellamer. dec. 700. Nec potest Vicarius amoueri quacumque consuetudine, aut statuto non obstante, nisi vltra statutum, aut consuetudinem sit etiam confirmatio, aut Papæ priuilegium, vt glos. ibi verb. consuetudine, notat, quam omnes sequuntur. Igitur si in beneficio vnito, Monachi possunt nominare Vicarium ad nutum amouibilem, est casus omissus in illo text. quod solum loquitur de modo seruiendi per Vicarium ad nutum amouibilem præsentatum, & institutum, quia suapte natura perpetuus est, & de eius remotione, non verò de modo nominationis Vicarij, & obligatione, aut perpetuitate, vel non.

Ad tex. in c. de Monachis, respondetur, quod non loquitur de nominatione Vicarij, sed de congrua ei assignanda, & quod Monachi debeant nominare, & Episcopus instituere, & declarat modum vnionis, nec an teneatur nominare Vicarium perpetuum, vel non.

Ad d. c. quia verò. Resp. non loqui in vnione facta ad mensam, & in spiritualibus, & temporalibus, & ita omnes ibi declarant; ad tex. in clem. quia Regulares. Respondetur, quod in prima parte loquitur de beneficio non vnito ad mensam, & quod consueuit regi per Rectores perpetuos cum collocatione, & institutione; in secunda verò parte facit pro nobis.

Ad tex. in d. §. certum. Resp. non facere ad casum, quia in quantum loquitur de Vicarijs, loquitur incidenter, & per modum transeundi, & non declarat an sint perpetui, vel ad nutum amouibiles, vel an sint Curati, vel non, & loquitur indifferenter de Prioribus habentibus solum nudam commissionem, & sic in illo tex. nullum potest fieri fundamentum pro parte contraria. Ad text. in clem. vnica de off. Vicar. Resp. loqui de Vicario perpetuo, & tunc æquiparari vero, & proprietario Curato, & non loquitur de Vicario ad nutum amouibili, & sic remanet hæc pars defensata, quæ videtur verior.

Ad nutum tamen aduerte, quod licet Vicarius sit ad nutum amouibilis, non tamen potest amoueri, nisi finito anno seruitij, vt per Rebuff. in sua praxi beneficiali lib. 2. tit. de dispens. de non residendo n. 18. & tom. 3. ad leges Gallicas tit. de materijs possessoris in beneficialibus art. 9. gl. vnica, & in Præfatione per totam. Postea verò potest amoueri, nec datur illi remedium aliquod ad defendendam suam possessionem, & ita dicit iudicatum Rebuff. vbi supra.

Licet possit attentari, quemadmodum Locumtenens alicuius Correctoris, vel Vicarius alicuius Episcopi, vel alicuius vicem alterius gerens, & ab eo nominatus, nõ potest amoueri absque causa, & si amoueatur datur illi officium Iudicis de manutenendo, vt per Gulie. Bened. in repet. c. Rayn. verb. duas habens filias à nu. 37. cum seq. Auil. in c. Prætorum c. 4. Azeued. in lib. 11. tit. 5. lib. 3. recõpilat. de Franch. dec. 409. p. 2. Ita & dictus Vicarius, sed quia in hoc esset facere Vicarium perpetuum, non credo quod praxis admitteret, & sic teneo opinionem Rebuff. secundum quam iudicatum fuit.

RESOLVT. CCXCIV.

Dispensatio ad duo, vel tria beneficia, an extendatur ad iam obtenta, vel obtinenda?

1 *Sicut quis de nouo assequi potest beneficium vigore dispensationis, ita potest assequutum retinere.*
2 *Quando Papa concedit Episcopo facultatem testandi de fructibus beneficiorum, intelligitur etiam de testamento iam facto.*

FVit dubitatum, an habens vnum beneficium Curatum, & consequitur aliud de facto, deinde impetrat dispensationem, vt possit cũ primo beneficio aliud curatum consequi, possit retinere primum; seu an dispensatio ad obtinendũ duo, vel tria beneficia Ecclesiastica, se extendat etiam quoad beneficia prius obtenta; dubium facit c. non potest §. illud de præb. lib. 6. quia debet intelligi de duobus proximis vacaturis; sed in contrarium facit l. si quis filio exhæredato ff. de instit. vers. ex irrito testamento, quia sicut potest assequi de
1 nouo, ita assequutum retinere, prout ibi dicit Io. de Im. cum permittitur aliquid de nouo facere, multò fortius iam factum consumare, & hoc tenet Paul. de Cast. in l. ex militibus ff. de test. milit. & sic ista dispensatio trahitur, verum facit quod voluit Paul. de Cast. in l. hęc con-
2 ditio filiæ meæ §. si sic ff. de cond. & demon. quando Papa concedit Cardinali, vel Episcopo facultatem testãdi de fructib. beneficiorũ, se extendit ad testamentũ iã factum, & sequitur Alex. Imol. in d. l. ex militibus, licet Ias. ibi videatur aliter sẽtire, vide Frãc. Marc. dec. 1104.

RESOLVT. CCXCV.

Abbas habens iura Episcopalia, an possit dare dimissorias subditis suis ad sacros Ordines recipiendos?

1 *Abbas quamuis habeat iurisdictionem Episcopalem, tamen non dicitur Diœcesanus.*
2 *Abbas habens iurisdictionem Episcopalem, est Ordinarius.*
3 *Ordinarius est cui mandata est iurisdictio iure proprio.*
4 *Ordinarij dicuntur omnes habentes iurisdictionem contentiosam.*

PRo parte negatiua facit Primò, tex. in c. nullus de temp. ordin. lib. 6. in quo probatur Prælatos inferiores, citra Episcopum non posse concedere dimissorias suis subditis, igitur nec Abbas habens Episcopalem iurisdictionem eas poterit concedere, ac ita intelligunt Domin. Anchar. Philip. Franc. Archid. & alij relati à Pet. Gregor. Tholosan. in suo Syntagmate iuris vniuersi p. 2. q. 9. & confirmatur, nam dare dimissorias, & ordinare, est proprium solius Episcopi, non alterius, ex c. extraneo cum seq. 71. dist. vbi gl. allegat plura iura, & notant ibi Domin. Card. & omnes, igitur non pertinent ad non Episcopum, & per consequens ad dictũ Abbatem: Itidem confirmatur, quia dare dimissorias, & ordinare pertinet ad Diœcesanum, ratione legis Diœcesanæ, vt per Abb. in c. dilectus de off. Ordin. notat Brunel. in tract. de Legat. concl. 10. At verò Abbas,
1 etsi habet Episcopalem iurisdictionem, non dicitur Diœcesanus, Rebuff. cons. 1. & 2. igitur dare non potest; Confirmatur insuper, quia Episcopus est solus ordinator in sua Diœcesi, c. perlectis, & ibi gl. vers. & iurgia §. ad Episcopum 25. dist. ideo ipse solus concedit dimissorias, c. clericum 72. dist. & ordinatio clericorum, & Ecclesiarum ad solum Episcopũ pertinet, c. 1. q. 1. per tot. & c. omnes Basilicæ 16. q. 7. igitur non pertinet ad Abbatem; nec ipse potest facere, quia Abbas non exercet iura Episcopalia, nisi ex præscriptione, c. peruenit, vers. iura 16. q. 1.

Secundò facit pro hac parte expressa dec. Sacrosancti Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. de reformat. incip. Abbatibus, ac alijs quamtumlibet exẽptis, vbi expressè denegatur Abbati dare dimissorias, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & priuilegijs, idq; etiam denegatum est Capitulo sede vacante, ex dec. 10. de refor. sess. 7. Conc. Trid. ergo dare nõ potest, & sic pro parte negatiua, & in terminis tenet Salz. in addi. ad prax. Bernard. Diaz. c. 25. & Simon. Maiol. in tract. de irregularit. lib. 4. c. 8. & c. 5. num. 5. Rebuff. in sua prax. benef. lib. 1. c. 9. n. 6. nouissimè Henriq. in sua Summa lib. 10. c. 22. n. 3. & in glos. ibi lit. T. & c. 23. n. 4. vides inquam, ex iuribus istis, & nouis decisionibus decisam hanc quæstionem contra dictum Abbatem, & quod non possit omnino dare dictas dimissorias, est enim derogatum eorum consuetudinibus, & priuilegijs. Confirma-

matur etiam, quia Abbas ipse non potest ordinare, ergò & nec committere aliis potestatem ordinandi, quia nemo plus iuris in alium conferre potest, quam ipse habet, ex regula vulgari. Confirmatur etiam quia Abbas nõ potest dispensare in interstitiis, vt nouissimè probat Frater Emanuel Rodriq. in declaratione motus proprij Sixti V. sub titulo de los centos dub. 8. fol. 31. ad finem dictæ explicationis, & ita fertur fuisse declaratum Romæ per Sacr. Congreg. Illustrissimorum Cardinalium Interpretrum Sacrosancti Concil. Trid. igitur nec poterit concedere dimissorias, cum ita vnum disponat ad Ordines, sicut & aliud, & ambo ad vtramque legem pertineant.

2 Pro parte affirmatiua, & in fauorem Abbatis, faciunt sequentia. Primò, quia dictus Abbas talem iurisdictionẽ habens, est Ordinarius, Glos. in clem. 1. verb. propriis de reb. eccles. non alien. & cum Butr. Aret. Dec. Pari. & aliis, Mandos. ad regulas Cancellariæ regul. 24. q. 2. nu. 4. & notatur in cap. Abbates de priuileg. in sextò, notãt Card. & Imol. per tex. ibi in cap. quantos de offic. Ord. Butr. cons. 19. Petrus Gambara in tract. de Legat. à La-
3 tere lib. 2. cap. 2. à nu. 54. Ordinarius enim est cui mandata est iurisdictio iure proprio, vt per Socc. in l. more maiorum n. 17. ff. de iurisdict. omn. iud. Anton. de Petr. in tract. de iurisdictione Episcoporum cap. 1. nu. 4. & 3.
4 Prælati, & Ordinarij dicuntur omnes qui habent iurisdictionem contentiosam, Glos. in verb. Prælati in clem. dudum de sepultur. & in cap. Romana §. 1. de appell. in sextò, Abb. & Doctores in cap. auditis de præscript. vide quæ dixi in Resol. 304.

RESOLVT. CCXCVI.

Exequutor gratiæ nominatus, quid possit in defectum primi negligentis?

1 *Exequutor deputatus in defectum primi negligentis, debet assignare terminum competentem primo negligenti.*
2 *Quando sunt dati plures Exequutores, & vnus in defectum alterius, debet constare de impedimento prioris, præuia trina monitione.*

1 EXequutor deputatus in defectum primi negligẽtis, non potest exequi gratiam, & dare titulum, collationem, & possessionem impetranti, nisi prius notificauerit primo Ordinario, & assignauerit ei terminum competentem ad exequẽdum, & eum citauerit, & audiuerit; & si ipse primus Exequutor aliquas rationabiles causas alleget ob quas non potuit gratiam exequi, differtur exequutio, & tenetur eum audire, & supersedere in exequutione; & si alites faciet, nulliter procedit; sic enim consului in causa mihi proposita, & vidi causam remissam primo Exequutori, quia secundus absque ratione se intromiserat in ea, & inhibuerat; ita notat Felyn. in c. fin. de præsump. circa finem, notant etiam Doctores per tex. ibi in c. si Capitulo de concess. præben. in sextò, facit text. & ibi latè Abb. in c. accipimus de ætat. & qualit. Staphil. in tract. de lit. grat. in 4. form. mand. de prohibendo à num. 1. fol. 59.

Confirmatur, nam quãndo dati sunt plures Exequutores ad exequendam gratiam, vnus scilicet in defe-
2 ctum alterius; non potest aliquis ex eis procedere, vsque dum constet de impedimento alterius: & ad hoc, vt constet de impedimento debet præcedere trina monitio, vt cum Ægidio, & aliis existimat Addit. ad decis. Rot. 5. de offi. delegat. in nouis, allegat gl. verb. requisierunt, in clem. dudum de sepult. facit decis. Rot. 1. de probation. in antiquioribus, & decis. 7. de offic. Delegat. in nouis.

RESOLVT. CCXCVII.

Exequutores gratiæ cum clausula (amoto quolibet detentore) quam iurisdictionem habeant?

1 *Exequutor cum clausula (amoto quolibet illicito detentore) non habent iurisdictionem contra eos, qui de iure, sed solum qui de facto contradicunt.*
2 *Ab exequutore gratiæ non excedente, nõ datur appellatio.*
3 *Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato, dicitur intrusus.*
4 *Intrusus non est citandus, nisi intrusio sit excusabilis.*

EXequutor gratiæ cum clausula (amoto quolibet illicito detentore, & contradictore, &c.) habet solũ iurisdictionem contra eos, qui de facto, & non de iure
1 contradicunt, vt puta Intrusos, quos per censuras cõpellere potest ad dimittendum beneficium, & ad restituendos fructus; non tamen habet iurisdictionem contra eos, qui de iure contradicunt, & possident saltem cum titulo colorato, in quorum fauorem tenetur in exequutione supersedere, & causam remittere, licet ipse rarò faciat, vt per glos. in cap. pro illorum verb. contradictores de præben. & ibi Innoc. Abb. & omnes, latè Nauar. in cap. cum contingat, in octaua causa nullitatis, per tot. de rescrip. Rebuff. in sua praxi benef. nou. prouis. verb. Amoto quolibet illicito detentore, Put. decis. 271. n. 6. lib. 3.

2 Poterit etiam Exequutor, si hi sunt intrusi, & de facto contradicant, procedere contra eos, spreta eorum appellatione, nam ab Exequutore gratiæ, non excedente, non datur appellatio, saltem ad effectum suspensionis, vt colligitur ex dec. Rot. de appell. 45. in nouis, & ex Franc. Marc. dec. 100. 1. p. n. 1. Paris. cons. 28. n. 12. lib. 4. & facit quia intrusus non est restituendus in suã possessione, notat Fel. in c. cum olim n. 11. de re iud. & Pari. cons. 47. nu. 32. lib. 4. & intrusus non potest dare obiectas, & appellans non auditur, vt latè per Lancell. in d. tract. de attentatis 1. p. c. 3. à nu. 69. cum seq. & is
3 dicitur intrusus, qui ab Ordinario prouisus est beneficio, quod vacauit in mense, vigore alternatiuæ Papæ reseruato; vel quia prouisus est ab Ordinario de alio beneficio reseruato; neque etiam iste est citandus de stylo Rotæ, vt in dec. 18. de restit. spol. in antiq. nisi intrusio sit excusabilis, vt per Mand. in reg. 1. q. 3. per tot.
4 Intrusus etiam dicitur qui habet titulum beneficij ab eo, qui ei dare non potest, vt latè per Rot. dec. 13. de caus. possess. & propriet. in antiq. Innoc. & DD. in c. nihil est de elect. Guttie. cons. 10. n. 11. Mandos. in reg. 29. q. 4 & de monitoriis q. 6. à nu. 37. Lancell. vbi supra: intrusus igitur est qui lite pendẽte intrat in possessionem rei, super qua litigatur, Cassad. dec. 9. de caus. possess. & propriet. est & etiam intrusus qui cum sola signatura capit possessionẽ beneficij Reb. in tit. de pacif. possess. n. 51. & quis dicatur intrusus, ponit Selu. in tract. de benef. 3. p. q. 11. in 5. qualit. Gom. in reg. de trien. q. 27. 47. & 48. ponit etiam Masc. de prob. 2. p. concl. 937. et dixi supra in Resol. 224.

RESOLVT. CCXCVIII.

Iudex qui iudicauit in causa mortis, non sequuta morte, an sit irregularis?

1 *Propter consilium in causa sanguinis quis non est irregularis, nisi sequatur mors, vel mutilatio.*
2 *Irregularitas nõ cõtrahitur nisi in casibus à iure expressis.*
3 *In irregularitate proueniente ex homicidio, vel mutilatione, solus Papa dispensat.*
4 *Vigore cruciatæ non potest dispensari super irregularitate contracta ex homicidio.*

4 Cum

4 *Cum homicida voluntario non potest Episcopus dispensare quoad ordines minores, & beneficium simplex.*

5 *In dubio facti debet quis reputare se irregularem, secus in dubio iuris.*

6 *Expressum dicitur, quod verbis clarè exprimitur, vel euidentibus signis colligitur.*

HAnc quæstionem ponit Rota quæst.9. cuius tenor est: videtur Primò, quod sint irregulares, ex tex. in c. clericus ibi, aut iudicent inferendas, ne clerici, vel monac. vbi non solum ex morte inflicta iudicatur quis irregularis, sed etiam ex eo quod Iudex, aut alius consueuerit, aut iudicauerit inferendam; itaq; ex solo consilio, aut iudicio contrahitur irregularitas, idq; etiam melius probatur in c. periculosæ de pœnitent. dist. 1. vbi Iudæi, qui Christum non crucifixerunt proprijs manibus, sed consilium Pilato dederunt, aut pro eius morte insteterunt, dicuntur occidisse eum, idque etiam videtur probari in cap. sicut dignum de homic. & in cap. sententię, ne cleric. vel monac. igitur supradicti sunt irregulares.

Secundò, quia per iura supradicta hanc opinionem tenuit Speculator in titul. de dispensation. §. iusta, & Nicolaus de Ploue in tract. de irregularitate regul. 9. num. 5. tom. 14. tractatuum nouissimorum, eamdem opinionem tenet D. Antonin. de Florentia in eodem tract. c. 2. n. 6. in dicto tomo, & sequitur eum Foller. in sua prax. crimin. canon. par. 2. cap. 24. & nouissimè Salzed. in Addition. ad prax. Bernard. Diaz. c. 99. lit. B. & Quintilianus Mandos. in tract. Signaturæ titul. absolutiones, aut habilitationes fol. 94. versic. an autem Aduocatus, ex quibus videtur quod hæc communis sit opinio.

Tamen contrariam opinionem tenet Abb. in dicto capitulo sententiam quæst. 101. in fine, & q. 34. & 35. in
1 quibus concludit, nunquam effici quem irregularem, & si consilium præstiterit, & sanguis sit effusus, si non sit sequuta mors, aut membri mutilatio; & eandem opinionem in proprio casu sequutus fuit Sylu. in sua Summa verb. homicidium 3. quæst. 2. & Bernard. Diaz. in c. 99. eamdem videtur sequi Ludouic. in sua praxi criminali fol. 158. num. 12. & num. 16. Nauar. in cap. 19. num. 193. à numero 210. verb. dixi de forma, & num. 211. verb. dixi sequutam; idem tenet Felyn. cum Ioan. Andr. Archidiacon. Dominic. & alijs in capit. sicut dignum n. 11. Soto in 4. sentent. dist. 25. quæst. 1. art. 3. versic. debet autem, pro qua opinione facit Primò, quia sola voluntate, etiam si perueniat ad actum extrinsecum, non efficitur aliquis irregularis, vt vult Nicolaus Ploue in dicto tractatu regul. 257. num. 17. & Archidiacon. in dicto capitulo periculosæ, vbi glos. id videtur tenere; licet in contrarium à pluribus allegetur, Plaz. in epitome delictorum cap. 17. num. 5. & 6. Igitur cum in præsenti casu solum adfuerit voluntas, quæ peruenit ad actum extrinsecum consilij, sententiæ, aut conatus, neque ad exequutionem processum est, non debuit iudicans, aut consulens effici irregularis.

2 Secundò facit, quia irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis, vt in capit. si quis de sentent. excommunication. lib. 6. notant Doctores in c. ad audientiam de homicid. Plaz. de delict. c. 12. n. 11. Nauar. in cap. si quis autem de pœnit. distinct. 6. n. 35. sed nullibi in iure expressum inuenitur, quod pro solo consilio absque exequutione contrahatur irregularitas; Igitur supradicti non debent censeri irregulares, neque obstat text. in dicto capitulo clericis; nam ibi non dicitur quod mors sequuta non fuit; imò apparet quod loquitur in casu quo fuit mors sequuta, & ex hoc denotatur, non solum contrahi irregularitatem, quando quis proprijs manibus aliquem occidit, seu etiam si iudicet, iubeat, aut consulat mortem inferendam; sed totum debe intelligi, morte sequuta, vt iura, iuribus concordemus, & in dicto c. periculosæ: constat etiam clarè quod mors sequuta fuit ex consilio, & instantia, & sic etiam debent intelligi alia iura.

Sed vlterius procedendo, tertiò facit text. expressus in c. aliquantulum 15. dist. ibi sæua exequuti fuerint, vbi Curiales tunc iudicantur indigni, & irregulares, quando sæua exequuti fuerint, scilicet quando mortem, aut mutilationem exequuti sunt, non igitur ex consilio, aut sententia; contrahitur irregularitas, sed ex exequutione, & sanguinis effusione, concurrente morte, aut membri mutilatione.

Quartò, & vltimo facit, quia hæc irregularitas, de qua agimus, è sacris literis emanauit, at verò in sacris literis semper fit mentio de reali, & actuali exequutione, & sanguinis effusione; Deus. n. odit virum sanguinū, & dolosum, & effusionem sanguinis, ita enim dixit ad Dauid Regem, Israel, vt constat ex lib. 1. Paralipomenon cap. 22. Multum sanguinem effudisti, & plura bella bellasti. ideo non potes ædificare domum nomini meo, tanto sanguine effuso coram me: vbi in duabus partibus Dominus loquitur semper de sanguine effuso. Et alibi Paralypomenon lib. 2. c. 28. Non ædificabis mihi domum, eo quod sis vir bellator, & sanguinem effuderis. Pondera verbum (effuderis) & conclude, non dici sanguinis effusorem, qui numquam sanguinem effundit, nec fuit cum causa, iussu, aut consilio; nam non dicitur homicida, qui numquam hominem occidit, nec eius causa occisus est, licet minatus sit illaturum se mortem pluries, nisi fuerit subsequuta. Ex quibus omnibus hæc pars videtur mihi verior, & tenenda in iudicando, & consulendo, nec videtur necessarium à Papa impetrare dispensationem, licet aliqui existimauerint sufficere dispensationem Episcopi.

3 Sed certè, si irregularitas contraheretur, non sufficeret Episcopi dispensatio; nam super irregularitate proueniente ex homicidio, aut membri mutilatione, solus Papa dispensat, vt colligitur ex Auctoribus in dicto capitulo ad audientiam, & notat Nauar. vbi supra n. 217. in fin Sylues. vbi supra quæst. 8. & Sanct. Antonin. de Florentia vbi supra n. 40. & Bonaguida de Aretio in tract. de dispensatione n. 78. Nec tamen potest Legatus, aut Nuncius dispensare, nisi hoc habeat in mandatis, vt colligitur ex Abba. cum Additione, ibi Speculatore allegato ab Addit. in cap. clerici, de clerico excommunic. ministran. & ex Petro Gambara in tract. de legat. tit. de absolution. ab excommunic. num. 9. licet contrarium videatur tenere ipsemet in dicto tract. lib. 10. de dispensatione num. 395. cum Collectario, quem allegat, sed contrarium est verum, vt colligitur ex supradictis, & ex notatis in capitulo quod translationem de offic. Legat. & notat Sylues. in Summa verb. Legatus quæst. 12. Neque etiam virtute Bullæ Cruciatæ, potest aliquis absolui siue in foro exteriori, siue interiori, vt per Dominicum à Soto in 4. distin. 22. quæst. 3. art. 1. & distinct. 3. q. 1. art. 3. Cordu. tamen tenet, quod in homicidio attentato, seu in irregularitate, quæ ex eo causatur dispensat Commissarius, sed verius est, nullam contrahi irregularitatem, vt defendimus, & est de Indulgentijs quæst. 43. dub. 4. & vide Medinam, & alios, quos allegat Frater Emanuel Rodriq. Lusitanus in explicationæ Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 64. Guttier. in suis quæstionibus Canonicis c. 3. num. 4. cum seq. qui etiam contra plures defendit, quod Sacerdos virtute Bullæ Cruciatæ potest absoluere in foro conscientiæ ab irregularitate ex delicto contracta, quia cum possit absoluere à censuris, & hæc irregularitas sit censura, potest absoluere ab hac irregularitate, licet dictus Emanuel cum Soto, & Nauar. securius putet esse dispensationem à Summo Pontifice impetrandam, quam ego etiam existimo; neque etiam vigore Cruciatę potest dispensari etiam in foro conscientie super irregularitate contracta ex homicidio voluntario, licet posset in alijs irregularitatibus in dicto foro, vt per

dictum

dictum Fratrem Emanuelem Rodriq. in dicta explicatione Bullæ §. 13. n. 2. neque Episcopus poterit dispensare cum hac irregularitate contracta ex homicidio voluntario, etiam non culpabili, etiam si homicidium occultum sit, quoad forum conscientiæ, ex decis. text. in c. 6. de reformatione sessione 24. Sacrosancti Conc. Trid. & ita intelligit Nauar. in Manual. c. 27. in fin. tum etiam ex cap. 7. sess. 14. dicti Conc. Trid. de reformat. & ita intelligit Nau. in dicto Manual. cap. 27. in fi. tum etiam ex decis. cap. 7. sess. 14. dicti Conc. Trid. de
4 refor. Episcopus non potest dispensare etiam quoad beneficium simplex, vel ordines minores, licet id sit permissum iure communi, ex notatis in dicto c. ad audientiam, & in dicto c. significasti de homicid. & in cap. 2. de cleric. pugnan. in duel. Salzed. in prax. Bernard. Diaz. c. 64. lit. B. & Guttier. in dictis quæst. canonic. c. 13. à num. 16. sed tamen dicta Conciliaris decis. loquitur in homicidio doloso, non verò, iustè perpetrato; sed vt fatetur dictus Guttier. nu. 19. nullibi in iure probatur, quod in homicidio voluntario Episcopus potuerit dispensare quoad ordines minores, & beneficia, sed solum in homicidio casuali; vnde tenendum est, quod in casibus in quibus contrahitur irregularitas, quod contrahatur etiam si delictum sit occultũ per accidens, vt per Cordub. in suo Quæstionario lib. 1. q. 35. per tot. In homicidio voluntario requiritur dispensatio Summi Pontificis, sed in præsenti quęstione nulla requiritur, vt dictum est; nec obstat, quod in dubijs, saltem in foro conscientiæ quis debeat se iudicare irregularem, ac petere dispensationem, & sic casus præsens cum sit dubius propter contrarias opiniones, debemus tenere eam, quæ irregularitati fauet, ex notatis per Fel. Abb. & omnes in dicto c. ad audientiã; nam respondetur quod procedit secundũ veriorem opinionẽ,
5 quando est dubium facti, tunc enim verè dubitamus de irregularitate, & tenenda est in dubio pars securior, cũ constet tunc ex facto probato induci irregularitatem ex iuris sanctionibus, si de facto dubitatur; sed quando est dubium iuris, quia dubitatur an de iure in tali casu, & facto clarè probato, sit statuta, & inducta irregularitas, tunc in dubio iudicandum est contra irregularitatem; nam irregularitas non inducitur nisi in casibus à iure expressis, ex tex. in c. si quis de sent. excom. l. 6. sed id, de quo dubitatur non dicitur in iure expressum, ex notatis in l. licet Impera. ff. de leg. 1. & in l. si tutor petitus C. de pecul. tut. & expressum dicitur quod oculo corporali legi, & videri potest, Bald. in l. ad probationẽ C. de probat. Ang. in l. Prætor ait ff. de nou. oper. nunc. idem Ang. in l. quoties ff. de hæred. instit. notat latè Aymon Craue. in tract. de Antiquitate temporis in verb. ampliatur à nu. 38. cum sequentibus, Villalob. in tract. commun. opin. tom. 2. lib. 9. tit. 34. num. 89. & 90. Ex qui-
6 bus omnibus colliges, quod expressũ illud dicitur quod verbis clarè exprimitur, vel euidentibus signis colligitur; & idem melius colliges ex Ludou. Molin. in tract. de primog. lib. 3. c. 8. num. 5. & est text. in l. quidam recte ibi, quia ex verbis concipi possit ff. de liber. & posthu. at verò nullibi in iure canonico reperitur expressè dispositum, quod ex solo consilio, aut sententia mortis, absque reali facto, & exequutione contrahatur irregularitas, nec euidenter colligitur ex verbis Canonum, quæ de hac materia agunt; imò omnia iura semper factum præsupponunt; ideo non debet consulens, aut iudicans se existimare irregularem; hanc distinctionem de dubio facti, & iuris posuit, Plaz. in dicto tract. de delictis c. 12. num. 11. & Nau. in c. si quis autem de pœnit. distin. 7. qui eleganter reprobant differentiam communem, quæ sit inter forum conscientiæ, & iudicialem, vtpotè, quia irregularitas sit inducta de iure positiuo, & si est inducta in vtroque foro debet seruari, si verò sit dubium facti, & certitudo iuris, nulla ratio differentiæ dari potest cur in vtroq; foro nõ iudicetur quis irregularis; si verò sit dubium iuris, nullo modo iudicatur, nisi in casibus à iure expressis; sed tamen existente dubio facti, tenenda est communis distinctio, quia in foro interiori eligẽda est pars securior ad obuiandum periculo, & scrupulis; in foro verò exteriori Iudex non iudicat nisi ex probatis; & existente dubio facti absoluit reum, ex not. in l. qui accusare C. de eden. & in l. fin. C. de prob. & in dubijs reo fauendum est in foro exteriori, ex notatis in l. Arianus ff. de act. & oblig. & sic ad contraria adducta in principio quæstionis iam responsum est. Ex quibus omnibus remanet defensa hæc secunda opinio, quam tenendam existimo, salua melius sentientis censura.

RESOLVT. CCXCIX.

Exequutores cum clausula Inducentes, &c. quam iurisdictionem habeant?

1 *Exequutores gratiæ Apostolicæ, per clausulam inducentes, &c. & defendentes, &c. habent potestatem, immittendi in possessionem, & defendendi, post immissionem.*

2 *In aliquibus alijs Regionibus vbi est concordatum cum Sede Apostolica, facta exequutione expirat iurisdictio Exequutoris, & in reliquis recurritur ad Ordinarios.*

1 EXequutores gratiæ cum clausula Inducentes, & Defendentes, &c. non solum habent iurisdictionem ad ponendum in possessionem beneficij impetrantem, & ad faciendum ei responderi de fructibus; sed etiam ad defendendum eum post immissionem, si ab aliquo tertio molestaretur, vt per text. & ibi Abb. & Fely. in cap. quærenti de offic. Delegat. num. 10.

2 In Gallia tamen hæc conclusio non practicatur, quia facta exequutione, Exequutor functus est munere suo, & postea iurisdictio Ordinariorum est, etiam quoad turbationem in possessione; nam turbatus coram Ordinario, conquæri debet per concordata supra allegata; ita notarunt Rebuff. in pract. benef. in form. nou. prouis. verb. amoto quolibet illicito detentatore, & March. decis. 100. par. 1.

In Hyspanijs, ex Bullis concessis in fauorem Potentissimi Regis nostri Philippi à Summis Pontificibus fælicis recordationis Pio Quinto, & Gregorio Decimotertio, qui faciunt eum Protectorem Sacrosancti Concilij Tridẽtini, credo quod seruatur idem quod in Gallia, & quod causa contra turbantem remittitur Ordinarijs, & super hoc dantur rescripta in Supremo Consilio, & de iure communi, Abb. & Io. Andr. in d. cap. quærenti, existimabant quod præfata exequutione, si aliquandiu pacificè possidebat impetrans, erat extincta iurisdictio Delegati, aut Exequutoris, non obstantibus dictis clausulis, ob quas moti fuerũt supradicti omnes, & etiam seruare Curiam, affirmat Staphil. in tract. de literis gratiæ, & Iustitiæ tit. de vi, & effectu clausularum fol. 180. in paruis; ex quibus infertur, quod meri Exequutores cum clausula (cæterum) quæ solet de stylo dari Pensionario in reseruatione pensionis, vel præsentantibus gratias coram Auditore Cameræ in hoc Regno, stante forma Sac. Conc. de qua supra, non poterunt post præfatam exequutionem, iurisdictionem exercere, licet in fauorem Ordinarij contrarium aliquando de facto obseruetur; id tamen intelligo contra contradicentes de iure, contra quos in prima instantia debet recurri ad Ordinarios; contra verò turbantes de facto non erit inconueniens, si procedatur ad extra iudicialem compulsionem, quando clausula facit perpetuitatem.

RE-

RESOLVT. CCC.

Abbas habens iura Episcopalia, potest dare licentiam alieno Episcopo exercendi Pontificalia in suo districtu.

1 *Abbas potest in suo districtu concedere licentiam Episcopo exercendi Pontificalia.*
2 *Appellatione Episcopi venit Abbas habens Episcopalem iurisdictionem.*

1 POterit etiam Abbas ordinarius dare licentiam alieno Episcopo Pontificalia in suo districtu exercendi, vt in electo: abundè in repertorio Felyni inuenies, & per Doctores in capit. 1. de translatione Prælatorum, quia hoc est ordinariæ iurisdictionis, vt in Concilio Trident. session. 6. de reformat. cap. 5. quod disponit, solum licentiam Ordinarij requiri ad hoc, vt quis possit Pontificalia exercere in districtu alterius, & tex. in cap. 2. de reformat. sess. 14. qui loquitur de Episcopis titularibus; solum etiam licentiam Ordinarij requirit, aut proprij Prælati, ibi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & ibi absque sui proprij Prælati: cum igitur Abbas sit Ordinarius sufficiet sua licentia in suo districtu, aliter nullus esset qui posset eam dare; nam tunc Episcopus in districtu Abbatis iurisdictionem Episcopalem habentis, non posset Pontificalia exercere, text. in cap. luminoso, & ibi Doctores 18. q. 2. notant DD. in cap. 1. de verbor. signif. lib. 6. Inn. in cap. exiui de priuileg. notat latè Rolan. à Vall. cons. 32. à num. 23. cum seq. lib. 3. & facit 9. quæst. 2. per tot. notatur etiam in cap. Abbates de Priuileg. in 6. quod non potest alijs licentiam dare, & confirmatur, quia Capitulum sede vacante, quod habet Episcopalem iurisdictionem potest dare dictam licentiam, ex vi iurisdictionis, glos. in cap. si Episcopus de supplen. neglig. Prælat. in sextò, Abb. in cap. is qui de maiorit. & obed. Panuin. in tract. de potestate Capituli sede vacante prima parte quæst. 3. idem igitur erit in Abbate, qui etiam ex dicto cap. 2. de reformat. potest dare licentiam Episcopo titulari exercendi Pontificalia in sua Diœcesi, & ipse poterit ordinare eos qui sunt alterius Episcopatus cum literis dimissorijs suorum Prælatorum, vt constat ex d. cap. in fin. & licet ex decisione text. cap. 11. de reformat. Dimissoriæ debeant dirigi Episcopo existenti in districtu dicti Abbatis, & ibi ordinantis, ex eius licentia, & tunc iustè pro eo Pontificalia exerceat, vt in electo dixit prædictum Repertorium, & quia etiam vbi est identitas rationis, vt hic, appellatione Episcopi continetur dictus Abbas, ex Franc. in cap. cum ex eo num. 3. de elect. in sextò, vbi allegat Domin. & alios, & cum casus accidisset, sic consului, & causa ad Rotam delata absolutus est quidam ordinatus in dicta Abbatia cum dimissorijs sui Episcopi concessis in forma dicti Conc. Trid.

RESOLVT. CCCI.

Vtrum Abbas habens iura Episcopalia possit subditos suos visitare?

1 *Inferior potest acquirere ex consuetudine ius visitandi.*
2 *Abbas exemptus potest visitare vt Ordinarius.*
3 *Abbas exemptus non potest visitari ab Ordinario.*

AD hoc respondetur affirmatiuè, & sic Abbas habens iura Episcopalia potest suos subditos visitare, & moueor ex pulchro cons. Oldrad. 116. incip. Prima quæstio est in fine; sequitur Alber. in suo Dictionar. lit. A. fol. 2. col. 3. in princ. docet etiam Domin. in cap. 1. §. hanc autem de censib. in sextò, Mill. in suo repertor. in verb. Archidiacono, Aufrer. ad dec. Capel. Thol. 187. refert etiam Gregor. Lopez verb. de costumbre lib. 1. tit. 11. p. 1. & inferior id potest acquire-
1 re ex consuetudine, vt dicunt supradicti, & notatur in cap. auditis de præscript. quam consuetudinem Sacr. Conc. Trid. approbauit in cap. 3. de reformat. sess. 24. vbi loquitur in Archidiaconis, & alijs inferioribus, Abbas verò exemptus, de quo agimus, cum habet iurisdictionem priuatiuè ad Episcopum, alio modo habet ius visitandi; nempè vt Ordinarius, ex Oldrad. vbi
2 supra, vnde ipse non tenetur seruare formam traditam Archidiaconis, & alijs inferioribus, cum ipse non sit inferior, nec sub Episcopo, & potest nominare
3 suos Visitatores. Nec ipse poterit visitari ab Episcopo, aut Apostolico Delegato, virtute dec. text. in c. 9. de reformatione sessione. 24. dicti Sacr. Conc. quia tex. ille limitatur in habente Episcopalem iurisdictionem, & habente temporalem laicam in locis sibi subiectis, ex dec. text. in cap. 11. de reformat. incip. in monasterijs in fin. sess. 25. dicti Conc. Trid. & in Curia Romana practicatur, quod quælibet iurisdictio temporalis, etiam limitata sufficiat, & ita Iudices Rotæ decreuerunt in dicta causa inter dictum Episcopum, & Abbatem, ius visitandi competere, & non posse à dicto Episcopo loca illi subdita visitari, sed quid rationis addat habere iurisdictionem temporalem, adhuc non declaratum est.

RESOLVT. CCCII.

Tutores ex testamento executores, an possint coarctare leges, & pacta adiecta in dispositione testatoris?

1 *Facti species.*
2 *Patronus potest in fundatione iuris patronatus quamlibet constitutionem, legem, & pactum apponere; & in dubio quælibet conditio apposita censetur valida num. 3.*
4 *Amplia vt possit patronus apponere conditionem, vt valeat præsentatus in mortis articulo successorem nominare.*
5 *Episcopus tenetur conditionibus in iuris patronatus fundatione appositis assentiri, redditur ratio num. 7. & quid si essent præter ius commune num. 6.*
7 *Liberum est patronis facere omnia quæ voluerit.*
9 *Amplia vt possit laicus donare Ecclesiæ prædium, cum conditione, vt soluat collectas laicis, quamuis alias non fuisset obligatus.*
10 *Amplia vt possit legans iubere, vt de legatis pijs à se factis, falcidia detrahatur, etsi non fuisset de iure detrahenda.*
11 *Amplia vt possit patronus donare Ecclesiæ emphyteusim sub conditione, vt reguletur sicut ecclesiastica.*
12 *Amplia vt possit Ecclesia feudum retinere laicale recognoscendo pro illo dominum laicum.*
13 *Amplia vt voluntas testatoris sit vti regina attendenda; assignatur ratio num. 14.*
15 *Constituitur conclusio quod conditiones, & pacta contra tenorem fundationis adicta sunt nulla.*
16 *Fortificatur conclusio tribus medijs, primo ex decis. Rom. manuscripta, cuius tenor refertur.*
17 *Fortificatur secundo ex dec. Curiæ Archiep. Neap. & ex alia decis. Farinac. 582. vbi dicit decisum quod Sacerdos astrictus à testatore, vt singulis hebdomadis tres Missas celebret, debet esse actu Sacerdos.*
18 *Fortificatur tertio, quia licet permittatur tutori facere ea quæ vero Domino competunt, denegantur tamen ea quæ tendunt in præiudicium, & damnum pupillorum, quod Author adducit decis. Iuam Cur. Archiep. vbi fuit dictum non posse tutorem reducere Capellanias, & beneficia ad nutum, & amouibilia in ius patronatus.*
19 *Respondetur ad text. in l. fin. C. si maior fact. qui vult quod pupillus transacto quinquennio post pubertatem*

non

non est amplius audiendus, nam intelligitur quando non interuenit dolus, qui præsumitur existente læsione, n. 20.

1 TEstator quidam inter cætera, quæ in suo vltimo testamento præceperat, fuit vt eligeretur ius patronatus valoris tercentum aureorum apponendo infrascriptas conditiones videlicet, quod ad dictum ius patronatus præsentetur vnus ex pauperibus suæ familiæ, & quod eius filius habeat medietatem vocum, & aliam medietatem habeant communiter omnes de familia: Accidit nunc, quod dicti testamenti executores fecerunt quamdam capitulationem per quam ordinabatur, quod ad dictum ius patronatus præsentetur vnus ex pauperibus ipsius familiæ, quare post longum temporis spatium insurrexit filius testatoris dicendo huiusmodi capitulationem debere pro ipso iure declarari nullam, & inualidam, ex eo præsertim quia eius medietas vocum restringeretur, cum statim atque, quod alia pars præsentaret pauperrimum, ipse excluderetur à iure suo, & consequenter numquam esset locus præsentationi suæ. Quare consultus dice-
2 bam in iure esse expeditum, patronum posse leges, conditiones, & pacta ad sui libitum in fundatione iuris patronatus apponere, ita Franc. Marc. in dec. 474. & dec. 494. vol. 1. Verall. in dec. 290. par. 2. Rot. diuers. in dec. 442. p. 3. Gamma in dec. Lusitan. 107. & valida
3 vbique censetur quælibet conditio apposita in fundatione, & in specie vt præsentatus in articulo mortis no-
4 minet successorem, Lambertin. de iur. patronatus lib. 1. quæst. 9. art. 3. Amat. decis. 4. & secundum Fariaac.
5 decis. 570. cogitur Episcopus prædictis conditionibus
6 assentire, & si essent prater ius commune cap. nullus, & ibi Panorm. de iur. patronatus, & hoc ne fideles re-
7 moueantur ab ædificandis Ecclesijs, & ab earum dotationibus, Rot. in vna Roman. iurispatronatus 31. Maij 1613. coram Sacrato Ancharan. cons. 113. nu. 2.
8 Abb. in cap. 1. num. 4. de præbend. Geminian. in cons. 41. & 50. in princ. fundatoribus, etiam omnia permittenda post quam amplius non reddit arbitrium, vt di-
9 cit text. in l. 1. C. de sacr. Sanct. Eccles. Hinc est posse laicum donare prædium Ecclesiæ ea conditione vt soluat collectas laicis, licet alias de iure non fuisset obligatus soluere, Ancharan. cons. 217. per totum,
10 Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 77. de const. Item potest legans velle quod de legatis pijs à se factis detrahatur falcidia, Soccin. cons. 405. num. 4. vers. per hoc lib. 1. licet alias non fuisset de iure detrahenda,
11 Auth. similiter C. ad l. falcid. Item patronus potest donare Ecclesiæ Emphyteusim ea conditione, vt regulatur sicut Ecclesiastica, vt fuit dictum in causa Mediolan. bonorum 15. Decembris 1597. coram Orano; si-
12 militer potest Ecclesia retinere feudum laicale recognoscendo pro illo Dominum laicum, vt in c. verum vbi hoc notant Aretin. n. 5. Abb. n. 2. & 13. Imol. num. 2. & alij scribentes de for. competent. & voluntatem te-
13 statoris, vti reginam attendendam esse voluit tex. in l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstrat. etiam recedendo à verborum proprietate, Faber. in decis. 16. C. de verb. signif. contra text. in l.
14 non aliter ff. de leg 3. & ratio est quia voluntas testatoris semper attendi debet, l. si quis filium C. de liber. præterit. l. 1. C. de sacr. Sanct. Eccles.
15 Quibus sic, pro articuli dilucidatione, præmissis dico huiusmodi conditiones, pacta, & leges adiectas contra tenorem fundationis esse nullas, & inualidas ipso iure ex sequentibus.
16 Primo, quoniam ita censuit Rot. Rom. in vna Cæsaraugustana Capellaniæ 16. Martij 1587. coram Seraph. cuius tenor est, fuit resolutum sententias de partibus esse reuocandas, cum adiudicent Capellaniam Bartholomæo contra formam contentam in fundatione iuris patronatus, in qua fundator voluit quod repræsentare-
tur vnus ex consanguineis descendentibus ex cognatione sua, c. decernimus 16. q. 6. c. illud in fin. & ibi Abb. & alij de iur. patronatus, Mohed dec. 268. Put. dec. 10. & 11. de iur. patr. & conditiones in fundatione appositæ sunt seruandæ, Roch. de iur. par. in vers. pro eo q. 12. Lambert. lib. 1. part. 1. q. 9. in fin. num. 109. & lib. 2. & 3. part. q. 5. & in fin.
17 Tum secundo, quia ita censuit Curia Archie. Neap. in causa illorum de Minutilis, vt refero Ego ipse in decis. eiusdem Curiæ decis. 71. par. 2. vbi fuit dictum non esse recedendū à conditionibus, legibus, & pactis adiectis in limine fundationis iuris patronatus, quamuis appareret de mutatione status eiusdem beneficij per spatium 25. annorum, iuxta terminos cons. Nau. 1. de præscript. vt scripsit etiam ante me Farinac. in collect. decis. 582. vol. 1. & in dec. 580. vbi stantibus verbis testatoris, quod Sacerdos teneatur singulis hebdomadis tres Missas celebrare, requiritur vt præsentatus actu, non habitu tantum sit Sacerdos.
18 Tum tertio, quia licet tutor loco Domini habeatur, l. ad officium §. fin. ff. de administrat. tutor. de Franch. decis. 121. ita vt ei permittatur facere ea quæ vero Domino competunt, Guttier. de Tutel. quæst. 13. Caualcanus eiusdem nominis tract. c. 18. Conuersan. de auctoritat. tutor. §. 1. Galter. in pract. tutelar. c. 7. & si pupillis expedit, potest etiam donare, l. tutor ad vtilitatem ff. de administrat. tutor. l. cum plures §. fin. ff. eod. non tamen potest facere ea quæ tendunt ad præiudicium, & damnum pupillorum, prout hæc de quibus verba facimus, l. contra ff. de pact. vbi tutor potest facere conditionem pupilli meliorem non autem deteriorem, ad idem text. in l. pupillus ff. de acquirend. rer. domin. & propterea iure optimo fuit decisum in Cur. Archiep. Neap. vt refero Ego ipse in decis. eiusdem Curiæ decis. 53. part. 1. vbi fuit resolutum, non potuisse tutorem, Capellanias, & Beneficia ad nutum amouibilia reducere in ius patronatus, quia esset facere de Beneficio libero seruum, & proinde conditionem pupilli dete-
19 riorem: Non obstat præfatum per quinquennium, quo fit vt non possit amplius reclamare, l. fin. C. si maior factus, Rum. cons. 179. num. 29. lib. 1. Paris. cons. 100. nu. 69. vol. 1. Natta cons. 295. Thess. decis. pedem. 179. n. 13. Menoch. de recup. poss. rem. 15. num. 140. cons. 242. lib. 3. cons. 439. num. 47. & 48. lib. 5. cons. 314. num. 23. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 247. num. 62 & 248. lib. 3. & 436. lib. 4. Simoncell. de decret. lib. 3. titul. 8. Gabriel. lib. 2. tit. de minor. concluſ. 4. Alsan. collect. 293. Gamma decis. 76. quia respondetur text. illum minime procedere interueniente dolo in ipso contractu, vt in proprijs terminis scripserunt Curt. Iunior cons. 50. nu. 13. Corn. cons. 36. vol. 2. & Cacheran. in decis. 179. num. 13. & in casu
20 de quo verba facimus adesse dolum non dubitatur, si quidem dolus præsumitur re ipsa, existente læsione, vt per Ann. cum alijs per eum adductis cons. 73. vol. 1. & de læsione nec etiam dubitatur cum per Capitularem quoad ad dictum ius patronatus præsentetur pauperior, lædatur ipse pupillus, ex quo eius facultas præsentandi coarctata censetur eligendo pauperiorem.

RESOLVT. CCCIII.

Abbas habens iura Episcopalia, est exequutor vltimarum voluntatum.

1 *Appellatione Diœcesani veniunt Abbates habentes iurisdictionem Episcopalem.*

2 *Dispensationes, & commutationes vltimarum voluntatum, non solum committuntur Episcopis, sed etiam Abbatibus habentibus iurisdictionem ordinariam.*

PRædictus Abbas Ordinarius est exequutor omnium voluntatum vltimarum in concernentibus pias causas, quemadmodum Episcopus, quia hoc est iurisdi-

risdictionis, ex Abb. Ancha. Butr. & est communis in c. Ioannes de testamentis, & ibi Couar. num. 1. qui omnes
1 affirmant quod Diœcesani appellatione, continentur Abbates habentes Episcopalem iurisdictionem, vbi est eadem ratio, & plura allegat Matienzo in lib. 14. glos. 1. nu. 46. tit. 6. lib. 5. ex quo infertur ad decisionem tex. in ca. 8. & 9. de reformat. sess. 22. Conc. Trid. in qua deciditur quod sit exequutor omnium piarum dispositionum, & testamentorum, & possit visitare Collegia Pia, Confraternitates, &c. quod etiam habet locum in dicto Abbate ex identitate rationis, & sic practicatur, atque iura de visitandis confratrijs, omnino videnda sunt apud Paris. cons. 34. lib. 4. cuius dicta hodie ferè cessant ex dispositione dict. cap. 8. nisi aliud testator disposuerit, cuius voluntas seruanda est, vt per Parisium ibi, & etiam in dicto Abbate possunt verificari, & intelligi decisiones capitulorum 5. & 6. dictæ sessionis,
2 vbi dispensationes, & commutationes vltimarum voluntatum, non solum committuntur Episcopis, sed etiam dicto Abbati ordinario; cum eadem ratio sit ex supradictis, imò, & omnia iura prædicta ad eum extenduntur dicta iurisdictione, & rationis identitate; & quia appellatione Episcopi venit alius Ordinarius, quando identitatis ratio concurrit, vt dictum est, & amplius dicetur.

RESOLVT. CCCIV.

Abbas, an possit dispensare iuxta tradita per Conc. Trid. sess. 23. cap. 6.

1 *Ordinarij sunt omnes habentes iurisdictionem contentiosam.*
2 *Abbas potest præscribere iura Episcopalia, & partem Diœcesis.*
3 *Abbas Ordinarius potest vti anulo, Mitra, pontificalibus, & benedictione solemni.*

RAtio decidendi est: nam Abbas habens talem iurisdictionem est Ordinarius, glos. in clem. 1. verbo proprijs de rebus Eccles. non alienan. & cum Butr. Aret Decio, Paris. & alijs, Mand. ad Regul. Cancell. Regul. 24. q. 2. num. 4. & notatur in ca. Abbates de Priuilegijs in 6. notãt Card. & Inno. per text. ibi in c. quãto de offic. Ordin. Abbas in disputatione incipiente Episcopus num. 29. & in cap. Decernimus notab. 2. de Iudic. Mandos. in Regula 24. q. 6. nu. 4. Butrius cons. 19. glos. in cap. Ordinarij de offic. ordin. in 6. Petrus Gambara in tract. de Legato à latere l. 2. cap. 2. à num. 54. Ordinarius est cui est mandata iurisdictio iure proprio, vt per Soccin. in l. more maiorum num. 17. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 12. num. & appellatione Ordinarij venit dictus Abbas, vt per Decium cons. 121. col. 1. 1. Antonius de Petris in tractatu de
1 iurisdictione Episcoporum cap. 1. num. 3. & 4. & Prælati, & Ordinarij dicuntur omnes, qui habent iurisdictionem contentiosam, glos. in verbo Prælati in clem. dudum de sepulturis, & in c. Romana §. 1. de appellationibus in 6. Abb. & Doctores, in cap. Auditis de Præscriptionibus, & dictus Abbas, qui habet iurisdictionem Episcopalem quantum ad vtrumque legem Diœcesanam, & iurisdictionis æquiparatur Episcopo, & potest interponere auctoritatem in alienationibus, vt Episcopus, ex text. quem ita intelligit Bero. in cap. 1. de Rebus Ecclesiæ non alienandis, cap. Abbatibus 18. quest. 1. gl. in Clem. 1. ver. Proprijs de Rebus Ecclesiæ non alienan. Rodoan. in tract. de Rebus Ecclesiæ, Rubr. 30. à num. 64. Marcus decis. 181. par. 1. confirmatur, quia appellatione Diœcesani continetur alius Ordinarius, vt dictus Abbas, vbi est eadem ratio, Abbas in c. cum olim notab. 4. de Præscription. vbi Felin. in cap. post cessionem de Probationibus; at verò dicta constitutio Conc. Diœcesani loquitur nimirum si propter identitatem rationis extendatur ad Abbatem Ordinarium; licet negare non possimus, quod proprie sumpto Ordinarij vocabulo, Episcopus contineatur, &c. cum non liceat de Præscriptioni. Clem. vnica §. volumus cum glos. verbo Diœcesanis, & ibi Card. quæst. 4. de foro Compe. idem in Clemen. vnica quæst. 8. de supple. negligen. Prælato, facit clem. 1. iuncta gl. 1. & 2. & ibi Cardinalis quæst. 1. de vita, & Honest. cleric. glos. etiam in verbo Diœcesanis in Clement. 1. de iure Patronat. Felyn. post alios in c. olim de præscriptio. Mandos. in regulis Cancella. regula 16. quæst. 42. num. 3. Petrus Gregor. in Synthagmate iuris part. 2. lib. 16. cap. 12.

2 Confirmatur etiam, quia Abbas excludendo Episcopum, potest præscribere omnia iura Episcopalia, & certam partẽ Diœcesis, Balb. in tract. de Præscription. par. 5. q. 11. per totam, Petrus de Perusio in tract. de vnione num. 30. Hieronymus de Monte in tractatu de finibus reg. c. 75. Franc. in ca. cum personæ §. sin autem de Priuileg. in 6. Abb. in cap. final. & cap. ad hæc de offic. Archidiacon. Paris. cons. 95. lib. 4. & cons. 35. num. 9. & 22.
3 nu. 14. eodem lib. vbi eleganter notatur, quod talis Abbas possit vti Anulo, Mitra, Põtificalibus, Benedictione solemni, deputare Vicarium, tribunal erigere, & Episcopus in eius districtu, non potest sine eius licentia Pontificalia exercere, facit etiam tex. in cap. peruenit, vbi gl. verbo iura 16. quæst. 1. igitur cum Abbas de quo loquimur omnem iurisdictionem Episcopalem in omnibus, & per omnia priuatiuè ad Episcopum si poterit facere, poterit etiam dimissorias dare, cum in iurisdictione Episcopali contineatur, & etiam partem Diœcesis præscripserit, & sic in ea nullum ius Episcopo Diœcesano remansit, & in proprijs terminis, potest etiam dispensare in casibus in quibus Episcopus, ex Innocen in cap. Statuimus de Maiorit. & obedien. Petrus Gambara in dicto tractatu lib. 10. num. 432. & idem Panuinus vbi supra 1. parte quæst. 5. & casus, in quibus Episcopus dispensare potest, vide per Abb. Dec. & DD. in c. at si clericum §. sequentibus de Iudicijs, & cap. 6. de Reformat. sess. 24. & c. 7. sess. 14. Conc. Trid. vbi Episcopus dispensat in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, nisi sint in forum contentiosum deductæ, & nisi proueniat ex homicidio voluntario; Ad quas nouas decisiones, vide omnino Enriquez Iesuitam in sua Summa lib. 13. cap. 14. per totum, & lib. 13. cap. 57. num. 4. & lib. 12. cap. 3. & F. Emanuel. Rodriq. in sua explicatione Bullæ, fol. 108. & 109. 110. cum sequentibus, & Simon. Maiol. in tract. de irregula, lib. 5. c. 51. à num. 4. cum sequentibus, vbi latè ponunt, quando ex virtute nouarum decisionum possit Episcopus reualidare titulum beneficij amissi ob aliqua delicta suspensionis, & irregularitatis, & quando possit dispensare in impedimentis matrimonij occultis, & quando id possit facere Confessarius virtute dictæ Bullæ, quæ per ipsos dicuntur de Episcopo, intelligenda sunt etiam de dicto Abbate Ordinario, cum ea competant ratione Ordinariæ iurisdictionis, vt eleganter videbis in dicto Repertorio Felyn. de Episco. electo confir. & non consecrato.

RESOLVT. CCCV.

An Exequutor gratiæ Apostolicæ, teneatur citare partes?

1 *Exequutor Apostolicus cum clausulis denotantibus monitionem, vel conditionem, tenetur priusquam exequatur facere aliqualem informationem.*
2 *Exequutor non tenetur assumere partes Iudicis si non vult, exceptis aliquibus casibus.*

3 Si

3 *Si aliquis sit in possessione, Exequutor tenetur assumere partes Iudicis, nisi constaret Exequutori esse notorie intrusum, sed tutius est citare.*

1 DIstinguendæ sunt infrascriptæ conclusiones: Prima Exequutor gratiæ Apostolicæ cum clausulis, siue denotantibus monitionem, prout sunt clausulæ quæ de iure intelligũtur, etiam si in gratia non essent expressæ, prout est clausula, si est idoneus, si est sufficiens, si est dignus, & similes; siue cum clausulis denotantibus conditionem, vt si est Doctor, si est de tali vico, si beneficium vacat, si resignãs habeat vnde viuere possit, si habeat congruam substentationẽ, & similes tenetur priusquam exequatur facere aliqualem informationem, & verificationem narratorum: in hoc tamen est differẽtia quod in primis, si non faciat, exequutio nõ erit ipso iure nulla, sed veniet annullanda, si postea prouisus reperiatur indignus; in secundo verò erit ipso iure nulla tamquam non obseruata forma mãdati, vt per Abb. & Felyn. num. 28. in cap. fina. de Præsumpt. idem Abb. in clem. 1. de offic. Delegat. & in ca. 1. de re iudicata allegat Innocent. in c. inter dilecto de excessibus Prælatorũ, & hæc informatio est extra iudicialis, & non iudicialis, vnde licet sit Exequutor alicuius collatoris non habentis iurisdictionem, poterit etiam facere; quod non negarunt Abb. & Fely. vbi supra, & ad propositum clausulæ, si beneficium vacat, Idem Inno. in cap. de cætero de re Iudicata Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 38. num. 4.

2 Secunda conclusio, Exequutor etiam si sit datus, non solum cum clausulis sonantibus conditionem, & per verba, si tibi constiterit, si per diligentem informationem, vel alijs similibus, non tenetur assumere partes Iudicis, & citare partes, si non vult, sed potest extra iudicialiter procedere nisi in casibus, de quib. ibi in discursu quæstionis, vt per Abbat. vbi supra, & Felyn. num. 18. & constat ex decisione 4. de sententia, & re iudicata in antiquis Domin. de Rota & dec. 7. etiam si sit ei onerata conscientia, vt per glos. in Clement. vnica de officio Delegat. & cum Bald. Alex. Alciat. & alijs Menoch. in dicto tractatu de arbitr. lib. 1. quæst. 17. num. 14.

3 Tertia conclusio, si aliquis tertius sit in possessione, etiam de facto, Exequutor tenetur assumere partes Iudicis, & eum citare, & audire, argumento text. in c. licet Episcopus de Præb. in 6. Innoc. in d.c. fin. idem in c. Proposuit de concessione Præbendæ, & cum pluribus Naua. in dicto cap. cum contingat tertia nullitatis causa per totum, Euerardus cons. 114. num. 2. Celsus cons. 89. num. 4. Quintilianus Mandos. in Regula 34. quæst. 42. num. 34. parte Regularum, Abb. vbi supra, Fely. in dicto cap. fina. num. 24.

Quarta cõclusio, si Exequutori constat, quod possessor sit notoriè iniustus, aut intrusus, nõ tenetur eum citare, vt per Celsum, vbi sup. & colligitur ex his, quæ de intruso notat Lancello. in tract. de Attent. 1. part. c. 3. à num. 69. cum sequenti, & de intruso non restituendo, Menoch. in tract. de recuperanda poss. remedio 15. à. nu. 463. & Gomesi. in regula de triennali q. 10. fol. 235. in paruis, ex quo infertur, quod si intrusio non sit ita notoria, vel sit intricata, & excusabilis, citandus est, vt per Celsum, & Lancellot. vbi supra; Securius tamen puto, quod in vtroque casu citetur; Nam posset allegare aliquas causas, ex quibus ipsa intrusio offuscaretur, si tamen Iudex absque citatione procedat, debet constare in processu de notoria intrusione, alias non valerent acta, vt per Rotam dec. 7. de Iudi. in Nouis.

Quinta conclusio, Exequutor gratiæ cum clausula, si tibi constiterit, vel alia simili, si gratia directè tendat in præiudicium alicuius intrinseci, nõ extrinseci, appello intrinsecum, quando directè gratia ipsa aufert illi ius vel declarat auferendum, aut ablatum, quod habet, vel habere potest, vel prætendit in possessione, & proprietate, vtputa de clausula, si Possessor tale delictum commiserit ex quo veniat puniendus, vel si habet duo incompatibilia, vel si collator negligens fuerit, vel si fuerit Simoniacus, vel si est indignus, prouisus, & similes: & extrinsecum, appello quando aufert illi gratiam, ius maximè remotum, vt post mortem alicuius; vel aufert illi ius generale, puta conferendi pro illa vice, sine aliquo delicto; vel aufert illi solum ius in proprietate, quia ad possessionem nullum ius habet: Item intrinsecum appello, quod dependet ex facto tertij, in gratia declaratum, extrinsecum verò è contra, &c.

RESOLVT. CCCIV.

An, & quodnam Indulgentiæ genus Episcopus, etiam non consecratus conferre valeat?

1 *Indulgentia plenaria est remissio totius pœnæ temporalis, quæ post peccata remissa expianda remanst, & est triplex scilicet, plenior, & plenissima.*
2 *Episcopus potest suis subditis concedere indulgentiam non plenariam.*
3 *Potestas concedendi Indulgentias est iurisdictionis, & sic delegari potest à Papa.*
4 *Episcopus non ordinatus sed tantum electus, & confirmatus potest concedere Indulgentias.*
5 *Potestas concedendi Indulgentias, est iurisdictionis voluntariæ.*

EXplicanda est in prædictis Indulgentiarum varietas, ac differentia, vt quæsitum facilius dissoluatur, Præcipua autem diuisio, ad quam reliquæ omnes reuocantur, habetur in extrauag. Vnigenitus de Pœnit. & remiss. in totalem videlicet, seu plenariam, & partialem, seu limitatam, de quibus Bellarm. tom. 3. lib. 1. de Indulg. ca. 9. Valent. ad 3. par. S. Thom. disp. 7. quæst. 20. puncto 3. Suarius tom. 4. disp. 50. lect. 4. & 5. Nau. com. de Iubilæo, & Indul. Sylu. verb. Indulgentia, Tol. in Summa lib. 6. cap. 24. & communiter alij.

1 Indulgentia igitur alia est plenaria simpliciter, & ex communi est remissio totius pœnæ temporalis, quæ nimirum, post peccata remissa, expianda remanfit, siue in hac vita, siue in Purgatorio, & hæc secundum extrauag. Antiquorum de Pen. & remiss. est triplex, plena, seu plenaria, plenior; seu largior, & plenissima, inter quas, licet nonnulli discrimen ponere conentur, ex Bellarm. tamen, Vallen. Suar. & Tol. loc. cit. & præterea ex Soto in 4. d. 21. q. 2. art. 1. Cordub. de Indulg. q. 11. Med. tract. de Indulg. & magis communi, reipsa non differunt saltem secundum præsentem Ecclesiæ morem.

Porrò indulgentiæ plenariæ interdum addi solet particula (& remissio omnium peccatorum) quæ, secundum omnes, est potius declaratiua effectus Indulgentiæ plenariæ, qui est remissio omnium peccatorum quoad pœnam, seu totius pœnæ, virtute Thesauri Ecclesiæ, nam remissio quoad culpam fit per Sacramentum Pœnitentiæ, non autem ex vi Indulgentiæ, ita d. Thom. & Doct. omnes in 4. d. 20. Sotus d. 21. q. 2. art. 3. D. Ant. 1. par. cap. 3. §. 3. & 5. Adrianus in materia de Indulg. Nau. ibidem not. 10. num. 12. Sylu. q. 10. & alij communiter.

Alia est Indulgẽtia plenaria, etiã cũ addito, & dicitur Iubilæum, quod quidem Indulgentię plenariæ nonulla addit Priuilegia, nempe eligendi confessarium, qui etiã è reseruatis omnibus absoluat, commutandi vota, & similia, & secundum Bell. & Suar. Iubilæum propriè significat Indulgentiam anni Sancti, Cuius Typus erat Iubilæum veterit legis Leuit. 25. & 27. & num. vltimo.

Alia est Indulgẽtia plenaria, etiam cum addito, quæ propriè non dicitur Iubilęum, sed potius Indulgentia plenaria instar, siue in forma Iubilæi, & ex ijsdem Bellarm.

larm.& Suar.significat quascunque plenarias, quæ extra annum Sanctum cõcedi solẽt: Ex quibus patet differentiam Iubilæi, Indulgentiæ plenariæ simpliciter, & Indulgentiæ plenariæ in forma Iubilæi esse tantum accidentariam, ex D. Ant. §. 3. & 6. supplem. Gab. in 4. d.45. quæst. 3. Cordub.q.9. Io. de Anania tract. de Indul.Bellarm. Suar. Tol. supra & Rodriquez in Summa cap.184. num. 2. & alijs: Et hæc de Indulgentia plenaria, seu totali.

Indulgentia limitata, seu partialis est illa per quam non tota pœna, sed eius tantum pars relaxatur, & sub duplici præsertim forma tribui solet ex præalleg. Doct.

Alia igitur est Indulgentia tertiæ, vel quartæ partis peccatorum,& secundum præcit. Doct.& communem, est remissio tantæ pœnæ quanta persolui debuisset hic, vel in Purgatorio pro tertia illa vel quarta parte peccatorum iam remissorum.

Alia verò est Indulgentia tot dierum, vel annorum, & est remissio tantæ pœnæ, quanta solui debuisset per pœnitentiam tot dierum, vel annorum, in hac vita, vel quanta in Purgatorio luenda foret, si hic peracta non fuisset: Et sub hoc genere continetur quadragena, seu quarantena, septena, & Carena, ex Bellarm. Val. Suar. & alijs. Indulgẽtia quadragenæ, est relaxatio tantę pœnæ, quanta redempta fuisset per pœnitentiam quadraginta dierum. Indulgentia septena est remissio tantæ pœnę, quanta redempta fuisset per pœnitentiam septem annorum, seu quanta respondet pœnitentiæ septem annorum: Indulgentia verò Carena est relaxatio tantæ pœnæ quanta respondet pœnitentiæ quadraginta dierũ in pane, & aqua, & præterea pœnitentia septem annorum, Carena enim dicitur; quasi ciborum carentia, ita ex Bellarm. Suar. Val. & alijs: Ex hæc de Indulgentia partiali.

Indulgentia demum dici solet interdum culpæ, & pœnæ; Nõ quod ex vi Indulgentiæ vlla remittatur culpa lethalis, aut venialis (Indulgentia enim ex communi Doctor. vt præter alios docẽt Bellarm. cap.7. prop.1. & 4. & Suar. disp. 50. sect.1. & deinceps, formaliter est tantum remissio pœnæ extra Sacramentum ex vi Thesauri Ecclesiæ) sed vel quia necessario supponit remissionem culpæ per Sacramentum pœnitẽtiæ, ex D. Ant. & Suar. nu.14. (idque omni conuenit Indulgentiæ etiam partiali, requiritur enim ex D. Thom. & communi, vt suscipiens sit in gratia) vel quia interdum datur plenaria cum facultate absoluendi ab omni culpa, vt dictum est de Iubilæo, ac de plenaria in forma Iubilæi, vt ibidem ait Suarius.

2 Dico igitur primo ad quæsitum. Episcopus, sua ordinaria auctoritate potest eius subditis Indulgentiam conferre limitatam tantum, seu partialem, non autem plenariam, & totalem, licet ex Summi Pontificis delegatione etiam plenarias tribuere queat: Prima pars principaliter ex cap. cum ex eo, & cap. Nostro de Pœn. & remiss. & cap. indulgentiæ eod. in 6. vbi habetur posse Episcopos in die dedicationis Basilicæ, vnius ãni Indulgentiam cõcedere (etiam si à pluribus Episcopis dedicetur) in alijs verò temporibus quadraginta dierum de pœnitentijs iniunctis, & secundum à prædictis Doctoribus communiter allatum est, quia plenitudo potestatis, vt dicitur in dicto cap. cum ex eo, est tantum in Papa, qui proinde tantum concedere potest quibuscumque, & vniuersæ Ecclesiæ cui præest, etiam plenarias
3 Indulgentias: Secunda pars principaliter, quia potestas huiusmodi est iurisdictionis vt mox probabitur, est igitur à Papa delegabilis, si quidem potestas hæc, ex communi Theologorum, & Canonistarum, ordinario imò diuino iure illi cõuenit, ex illo Matth.16. quodcumque soluerit, &c. Et hanc esse communem testatur Suarius disp. 55. sect. 6. num. 2. & patet etiam ex ipsomet vsu, ipse enim Romanus Pontifex hanc potestatem plenariam tribuendi alijs, impertiri, seu delegare solet.

Dico secundo, Episcopus etiam non ordinatus, aut non consecratus Indulgentias conferre potest dummodo sit electus, & confirmatus, est communis D. Thom.
4 in 4.d.20.q.1.art.4.quæstiũcula 2. Palud.q.4. Sot. d. 21. q.1.art.4. Caiet. de Indulg. ad Iul. cap.2. D. Ant. supra §.5. Bellarm. cap.11. Val. p.3. Suar. disp.50. sect.3. nu.3. Sylu.q.5.num.13.& aliorum; & ratio est, hæc enim potestas non est, Ordinis, aut consecrationis, vt patet, est igitur iurisdictionis, & præterea principaliter exc. quod autem de Pœn. & remiss. quatenus ibi dicitur Indulgentiæ concessionem esse actum absoluendi, & iudicialem, qui proinde in subditos tantum exerceri potest, est igitur iurisdictionis, sed ea, quæ sunt iurisdictionis, Episcopus adhuc non Ordinatus, seu non consecratus præstare potest, ex cap. Transmissam de elect: ergò, & Indulgentias conferre.

Dico tertio, Iurisdictio huiusmodi nõ est coercitiua, seu contentiosa, sed voluntaria, ita Antonius Rosellus de indulg. num. 203. quem refert, & sequitur Suarius disp. 49. sect.3. num. 9. idemque docet Bellarm. cap. 6. ad tertiam obiectionem, & ratio est, iurisdictio enim voluntaria, vt habetur ex l.2.ff de offic. Proconsea est, quæ in volentes tantum exercetur, Indulgentia autem volenti non autem inuito conferri potest, requirit enim in suscipiente, vt sit in gratia, & iuncti operis implectionem, quæ omnia voluntariè, ac liberè fieri debere Doctores omnes pro confesso habent: Neque est par ratio de absolutione ab excommunicatione, alijsq; cẽsuris, hæc enim cum a sola Prælati voluntate dependeat, etiam ad inuitum sese extendere potest, vt loco cit. idem docet Bellarm. & est communis Theologorum, & Canonistarum.

RESOLVT. CCCVI.

An concessa re Emphyteotica ad gaudimentum, vulgo dictum (*à godere*) debeatur laudemium directo Domino?

1 *Contractus ad gaudimentum est licitus, & à iure permissus, propter incertum fructuum euentum.*
2 *Contractus, quando in Regione communiter frequentatur, licet sit suspectus, non debet fœneratitius statim iudicari.*
3 *Contractus ad gaudimentum, est species contractus pignoratitij, & sicut in pignore non transfertur dominium, ita nec in hoc contractu.*
4 *Laudemium non debetur ex contractu ad gaudimentum, redditur ratio num.5.*
6 *Laudemium non debetur ex hypotheca, vel pignore.*
7 *Laudemium debetur, quando res pignoratur pro æquipollenti pretio, vt verisimiliter nulla sit spes luitionis, sed contrarium fertur aliquos tenuisse.*
8 *Verba debent intelligi secundum naturam actus super quo interponuntur.*
9 *Natura contractus ad gaudimentum non est transferre dominium quoad proprietatem, sed quoad fructus.*
10 *Contractus ab effectu cognoscuntur.*
11 *Verbum (restituere) significat mutuum, vel pignus, non autem venditionem.*

FVit concessa quædã vinea Emphyteotica Ecclesiæ ad gaudimentum per annos quatuor pro ducatis quinquaginta, quæsitum fuit, an debeatur laudemium de huiusmodi contractu ad gaudimentum, vulgo dicto, (*à godere*) Dico quod de hoc meminit Consiliar. Rouit. super prag.1.de vsur.num. 11.vbi quærit an sit permissus, & dicit videndum esse Koppen. q. 12. & Minsing.
1 obseru.71.cent.6.qui asserit quod propter incertũ fructuum euentum licitus est, & à iure permissus, subdens, palam constare hunc contractum esse hodie frequentissimum, & Ego ipse dico in meis Collectaneis in Collect.

lect.2044. dictam decis.Minsing.esse pulchram,& menti tenẽdam,facit etiã quod dicit idem Rouit.in pragm.
2 quinta de censib.n.130. quod quando contractus in Regione communiter frequentatur,licet sit suspectus, non debet tamen fæneratitius iudicari, at ex iuribus, quæ per Rouit. citantur in d. pragm. 1. de vsur. & per Thesaur. in dec.78. & Osach.in decis.143. patet, quod
3 hic contractus (*à godere*) species est contractus pignoratitj,& hoc dicit expresè Minsing. d.obseru.71.vnde sicut in pignore non transfertur dominium,vulgatis iuribus,ita nec in hoc contractu, datur enim solum commoditas fruendi quoad fructus, idque hoc verbum (*à*
4 *godere*) significare videtur,si non transfertur dominiũ, non debetur laudemium, quod ex alienatione rei Em-
5 phyteoticæ debetur, & admissione noui Emphyteotę, Amæd. de Pont. in tr. de laudem.q.1.n.7. est enim alienatio omnis actus translatiuus dominij, leg. 1. Cod. de fund.dot.Aymon.cons.225.in prin.& quod in hypothe-
6 catione, vel pignore laudemium solui non debet, Idem Amæd.tradit in d.tract.q.33. & habetur in decis. Rotæ Roman. ex recollect. per Farin. dec. 183. n.6. & voluit Illustris.Seraph.in dec.1356.n.5. vbi in specie loquitur de vinea, dicens quod permutatio vsus,& gaudimenti vinea,vel pignoratio non est propriè alienatio, ad effectum caducitatis,& sic,nec vt debeatur laudemium.

7 Non obstat limitatio Amæd. præfat. quæst.33. quod quando res pignoratur pro æquiualenti pretio, vt verisimiliter nulla sit spes luitionis,vt tunc debeatur laudemium,quia hoc cessat in casu, de quo agitur,in quo expresè pactum est,elapsis quatuor annis,vineam debere restitui; sed contra prædictam limitationem, quod neque quando res pignoratur tanto pretio,quod non sit spes luitionis,laudemium non debeatur,tenet Cæsar Manent. in tract. de iure contract. Liuell. pact.9.n.16. refert,& sequitur Flau.Amendol.in addit. ad decis. de Franch.430.n.6.

Non obstant verba illa in clausulis instrumẽti, quod vinea prædicta ex nunc transeat in pleno dominio, &c. nam huiusmodi verba processerunt ex capite Notarij potius, quam de partium intentione, vel voluntate,& quicquid sit, intelligantur, & debent intelligi quoad
8 translationem fructuum, non proprietatis, nam verba debent intelligi secũdum naturam actus, super quo interponuntur, Ias. in l.1.num.8.ff. qui satisd.cognat.na-
9 tura enim contractus (*à godere*) non est transferre dominium, quoad proprietatem, sed quoad fructus, & quod verba prædicta debeant sic intelligi, est decis. Gamm.299.n.2. ibi, non obstant verba scripturæ translationis, &c. & cons. Aym. 52. n. 5. vbi si vsufructuarius cedit vsumfructum, intelligitur cessisse commoditatem, non vsumfructum, vt cessio valeat,& non cadat
10iure suo; Præterea contractus ab effectibus cognoscuntur,Seraph. de priuileg.iuram.priuil.1.n.66. at in contractu, de quo agitur partes conuenerunt post quatuor annos, vt vinea restituatur, & è contra pretium, sine alio nouo contractu, vnde patet quod actum fuit in principio', quod dominium non transferatur; verbum
11enim(*restituere*) significat mutuum,vel pignus,non autem venditionem,Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumption.122.n.39.Cœpol. de simulat.contract.præsumpt. 13.num.101. vbi dicit Cœpoll. quod promissio de restituendo rem,& è conuerso pretium, est contra naturam contractus emptionis,& venditionis,& Iurisconsul. dixit in l. si procuratorem in princ. ff. mand. quod vniuscuiusque contractus initium, spectandum est, & causa; A principio enim partes dixerunt contractum facere ad gaudimentum, non contractum emptionis, & venditionis.

RESOLVT. CCCVIII.

An probata ritè, rectèque filiatione, censeatur paritet probata eiusdem legitimatio?

1 *In filiationis probatione sufficiunt leuiores probationes.*
2 *Ex tractatu constituitur quis in quasi possessione filiationis, & num.5.*
3 *Filius magis præsumitur ille, qui alimentatur à patre, quàm si vt filius nominetur.*
4 *Facta,proximiora sunt,quàm verba.*
6 *Si statutum probationem instrumentalem requirit,præsumptiones iuris sufficiunt.*
7 *Probatio filiationis est sufficiens ad successionem.*
7 *Pater si nominat filium, debet intelligi de legitimo, & naturali.*

AD quæsitum respondi, quod cum sit probatum de filiatione, ex scripturis, testibus, & indicijs, iuxta text. in c. transmissæ,& cap. per tuas,qui filij sint
1 leg. & c. per tuas de probat. sit etiam probatum de legitimatione,nam in filiationis probatione etiam leuiores probationes admittuntur,vt fatetur Ant.de But. in d.cap. transmissæ,quem sequitur Alex.cons.60. viso, & discusso lib.1. & sic sunt de per se sufficientes ad probandam quasi possessionem filiationis,Bart.in l.1.§. ad quæstionem ff. de quæst. ex tractatu enim quis consti-
2 tuitur in quasi possessione filiationis, & fundatã habet suam intentionem, vt tanquam filius admittatur, vt concludit Bart. in l.Senatus ff. de liber.agn.& in d.§.ad quæstionem,vbi inquit, quod tota die faciunt practicam Aduocati ponendo articulum de quasi possessione filiationis,quod pater habuit,& tractauit eum,vt filiũ, ex quo certè præsumitur,quod sit filius,Alex.in cõs.51. viso & discusso processu lib.1.vbi plura dicit,quę ad ista benè conferunt, & Paul. de Castr. in l. non Epistolis C. de probat.& facit quod notat Bal.in l.non ignorat col. 1.C.qui accus.non possunt, vbi inquit quod potentior est tractatus,quam nominatio,magis enim præsumitur
3 filius ille,qui alimentatur vt filius,quàm si vt filius nominetur,quia alimentatio est magis coniuncta naturali charitati, & facta proximiora sunt,quam verba, non
4 ergo mirum,si ex solo tractatu quasi possessio acquiratur, & quod probatio hæc filiationis simpliciter facta, intelligatur etiã legitimationis, sentit Bart.in locis allegatis, dum simpliciter facit articulũ filiationis; quia satis est secundum eum probare quod habitus fuit, & reputatus à patre, & à cognoscentibus eum tamquam
5 filium, & pro filio ex illo tractatu præsumptio insurgit pro filiatione,vt dicit idem Bart.in d.§.ad quæstionem, & facit tex. cum gl.penult.in c.lator,qui filij sint legit. dũ ibi inquit quod erat in quasi possessione filiationis, nam præsumitur, & intelligitur legitimæ, & iuris præsumptiones sunt probationes liquidissimæ, l.licet Imperator ff. de leg.1.l.si quis locuples ff.de man.test.c.1. vbi Abb. de cler.non resid. & cap.cum dilecti,vbi idem
6 Abb.de donat.Nam,& si statutum probationem instrumentalem requirit, præsumptiones iuris sufficiunt, vt notat Bald.in l.1.col.6.vers. quæro quid si statutum C. de fideicomm.& ista præcipuè locum habent in nostro casu,in quo probationes concludentes haberi non possunt, l.filium ff. de his qui sunt sui,l. lucius ff.de condit. & demonstrat. tex. apertus in d.cap. transmissæ, qui filij sint leg. vbi dicitur, quod in istis casibus proceditur per indicia, & testes,quod sequitur But.in d.cap.transmissæ:Quæ probatio filiationis sufficiens est ad succes-
7 sionem,vt sentit Bart. in locis præallegatis,vbi videtur loqui ad istum effectum successionis, & expresè hoc profitetur But. in d.cap. transmissæ vers. quandoq; cõcurrit solus tractatus, asserẽs quod solus tractatus sufficit etiam ad petendum principaliter hæreditatem, Dec.cons.54. & Alex.in addit. ad Bart. in l. quod sena-

8 tus ff. de lib. agn. dicit quod si pater nominet filium, debet intelligi de legitimo, & naturali, & idem in teste, qui deponit filium esse, & nihil plus dicit, quia intelligitur de legitimo, & naturali.

RESOLVT. CCCIX.

Occidens clericum, an gaudeat immunitate Ecclesiæ?

1 *Occidens clericum incidit in excommunicationem.*
2 *Excommunicatus non gaudet immunitate Ecclesiastica, quia excommunicatio est maior pœna in Ecclesia Dei.*
3 *Excommunicatus traditur Sathanæ ad affligendum corpus, & sine consilio, & auxilio relinquitur.*
4 *Excommunicato est interdictus ingressus Ecclesiæ, & in ea non potest sepeliri.*
5 *Occidens clericum dum sit excommunicatus non gaudet immunitate Ecclesiastica, & adducuntur casus similes infra n. 6. 7. 8.*

IN hac difficultate dico, quod occidens clericum minimè gaudeat immunitate Ecclesiæ, & hanc opinionem comprobo ex pluribus.

1 Primo, quia occidẽdo clericum incidit in excommunicationem, c. si quis suadente 17. q. 4. & excommunicatus Ecclesiastica immunitate gaudere non debet, secundum Felyn. in c. 2. n. 5. vers. ex quo videtur de except. Hostiens. in cap. fin. de immun. Eccles. & in Summa §. in quantum vers. quid ergo, Borrellus in addit. ad Speculum principum rubr. 11. in §. sed quia loquũ-
2 tur, quia excommunicatio est maior pœna in Ecclesia Dei, cap. corripiantur 24. q. 3. per quam excommuni-
3 catus traditur Sathanæ ad affligendum corpus, & sine consilio, & auxilio relinquitur, secundum Martam de iurisdictione p. 3. c. 2. & est ei interdictus ingressus Ec-
4 clesiæ, & ideò in ea non potest sepeliri per ea, quæ tradit Archidiaconus in c. præsentis q. 2. Ergo multo minus viuens protegitur ab Ecclesia, vnde si occidens clericum fit excommunicatus, & excommunicatus est
5 membrum putridum, & aridum Ecclesiæ, non debet illius immunitate gaudere.

Secundo, quod si publici latrones hac immunitate
6 non fruuntur, c. inter alia de immun. Eccles. c. sicut antiquitus 17. q. 4. & grassatores viarum indigni reputãtur hac immunitate, vt per Ambrosinum de immunit. Eccles. c. 3. quanto magis debent hac priuari occidentes, & manus impias inijcientes aduersus clericos qui sunt ascripti diuinæ militiæ, & sunt personæ sacræ, cap. cùi portio 12. q. 1. Innocen. & alij in c. 2. de maior. & obed. Surd. in cons. 193. n. 4. & in cons. 301. n. 52. lib. 3. Zanch. de priuileg. Eccles. priuil. 45. num. 16. Rebuffus in cons. 193. num. 6. Gigas in tract de crimin. læsæ Maiestatis tit. quis cognoscat de crimine lesæ Maiestatis num. 15.

7 Tertio, si hæc immunitas non conceditur committentibus crimen lesæ Maiestatis, vt per Farinac. in var. quæst. quæst. 28. num. 7. Gig. de crimine læsæ Maiest. sub rubrica de plur. & var. quæst. crim. addit. Dec. tex. in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confugiunt, & expressè habetur in Bulla Gregor. vt dicit etiã Ambrosin. de immunitate Ecclesię, ergo quanto magis debet procedere in crimine lesæ Maiestatis diuinæ, etenim crimen lesę Maiestatis diuinæ esse videtur, cum offendatur clericatus, qui fuit constitutus de iure diuino vt notat glos. in c. si in 96. distin. Abbas in c. solitæ de maior. & obedien. in verbo nota ibi Pontifex, Marta de iurisd. p. 1. c. 6. num. 1. cum seq. latè Ferrarien. in cons. 3. num. 1. Gigas de crimine lesæ Maiestatis in tit. quis cognoscat de crimine læsæ Maiestatis n. 14.

8 Quarto moueor quod si delinquentes in ipsis Ecclesijs non fruuntur hac immunitate, vt probat tex. in §. quia verò ita comperiuntur Auth. vt non liceat matri, & Auiæ, & in cap. fin. & ibi Panor. & cæteri de immun. Eccl. & in c. ad Episc. 17. q. 4. Oldrad. in cons. 54. Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. n. 52. Villagut de extens. legum in tit. de extens. immun. Eccl. n. 46. & latè Ambrosinus vbi supra cap. 5. & ratio est quod in eo in quo quis deliquit puniri debet, neq; gaudere debet immunitatis priuilegio, qui facit se indignum, neq; ab Ecclesia tueri debet qui Ecclesiam offendit, & frustra legis auxilium implorat qui in legem committit, c. frustra de vsur.

RESOLVT. CCCX.

Pater non reuelans delictum filij, stante pœna excommunicationis, an in eius sententiam incidat?

1 *Parentes non tenentur testificari contra filios.*
2 *Pater sciens filium velle committere crimen læsæ Maiestatis non tenetur reuelare.*
3 *Solus si quis sciat rem occultam nec probare possit per testes, vel scripturas, non tenetur denunciare.*
4 *Ignorans fulminationem excommunicationis, si non reuelet non incidit in eam, etiam si postea scierit dictam fulminatam, nec etiam tenetur sub dicta pœna.*
5 *Quando ex reuelatione oritur graue damnum, quis non tenetur reuelare.*
6 *Non tenetur quis ire ad longinquum locum pro reuelatione facienda.*
7 *Medici, & Obstetrices non tenentur reuelare ea, quæ ipsis ratione officij sunt nota.*

LIcet pro affirmatiua respondendum esse videatur prima facie in hac quæstione mihi proposita ex generali dispositione textuum in c. quisquis 11. quæst. 1. & cap. 1. de crim. falsi, in quibus habetur, quod quilibet veritatem occultans in peccati mortalis labem incidit, etsi peccato additur contumacia non reuelandi iustè excommunicatur, cap. 1. de testibus, tamen contrarium, quod Pater non reuelans delictum filij sub pœna excommunicationis, non incidat in eius sententiam verius esse opinor.

Primo, quia sanguinis vinculum, vt parentes contra proprios filios testificentur, minimè patitur, l. parẽ-
1 tes C. de testib. c. si testes §. item parẽtes 4. q. 3. Gomez in lib. variar. resol. t. 3. c. 12. de probat. delict. Farinac. de testib. q. 54. n. 170. etenim testis in causa, ex qua ad ipsos honor, vel vituperium spectat à testimonio repelluntur, l. nullus ff. de testib. l. omnes C. eod. tit. & vtrobique glos. & Doct. Alex. consil. 156. vol. 6. num. 8. Ias. in l. sanum n. 3. C. de transact. Corn. cons. 117. n. 6. vol. 4. & latè Mascard. de probationibus concl. 1363. vol. 3. nam sicuti diceretur crudelis si propriam famam sperneret, cap. volo 12. q. 1. ita etiam si proprij filij, quia Pater, & filius sunt ita natura coniuncti quod pro vnica persona reputantur, l. fin. C. de impub. & al. substit. adeo quod vbi vnus est, alter esse videtur, cap. cum contradicimus, §. auctorit. 35. quæst. 3. vnde filius vocatur sanguis patris, l. 4. ff. de inoffic. testam. & vox Patris dicitur vox filij, §. ei, qui Institutionum de inutilibus stipulationibus.

Secundo comprobatur, quod sicuti Pater sciens filiũ
2 committere velle crimen lesæ Maiestatis aduersus Principem non tenetur illum reuelare, ne videatur propriũ filium ad supplicium offerre per tex. in l. miles, §. desertorem de re militari, Decius post Felyn. in c. 1. col. 3. de offic. deleg. Costa in tract. de fact. scient. & ignor. inspect. 68. n. 8. & seq. Gab. lib. 7. de malef. concl. 37. num. 6. ita pari modo non tenetur reuelare in monitorio excommunicationis.

Tertio, quia si Pater hoc faceret, id totũ redundaret in propriam infamiam, & propterea non solum iure legum, sed etiam iure naturæ eximitur a ferẽdo testimonium contra filium, Cauale. de testib. par. 2. sect. 1. n. 41.

Suarez

Suarez tom. 5. disp. 2. n. 10. Sayrus in sua clau. reg. lib. 12. cap. 20. num. 22. quam opinionem sic firmatam amplia, & limita sequentibus modis.

3 Amplia primo idem procedere in illo, qui solus scit rem occultam, nam non teneri quemquam ob generale monitorium denuntiare rem occultam, quam solus scit, & probare nequit per testes, vel scripturas, aut indicia sufficientia, dixerunt Felyn. in cap. de cætero §. fin. de sententia, & re iudicata, Summa Sylvestrina in verbo excommunicatio il 2. §. 3. & 8. Ripa de peste in tit. de remedijs ad curandam pestem remedio finali nu. 124. & hæc est communis opinio per textum in cap. Sacerdos, vbi late Nauar. de pœnitent. dist. 6. Summa Antonina in 3. par. tit. 24. cap. 74. circa principium, & Summa Angelica in verbo denunciatio §. fin.

4 Amplia secũdo in eo qui tempore monitorij erat impotens, absens, vel illud ignorabat, etenim si non reuelauerit, in fulminatione excommunicationis non comprehenditur argumento c. fin. vbi gl. & Doct. qui matrẽ accusare possint, Menoch. in suo tract. de arbitrarijs iudicum casu 186. n. 15. & seq. Bertazol. in consil. crim. 240. n. 10. Gomes. in q. 9. n. 7. in regula de infir. resign. quod subamplia etiam quod deinde intellexisset excommunicationem fuisse fulminatam, & statim nõ iuit ad reuelandum, aut restituendum, quia durante ignorantia fuit excusatus, & transacto termino amplius nõ tenetur, etenim vltra statuentis terminum excommunicationis sẽtentia nullum penitus habet vigorẽ, vt habetur per Armillam in verbo excommunicatio n. 34. in sua summa, & Praxis Archiepiscopal. Neapolis, c. 2. n. 7.

Amplia tertio, in filio qui non tenetur ob monitiones reuelare crimen patris ob rationes supra in parte allegatas, etenim cum sint correlatiui: dispositum in vno, habet locum in alio.

Amplia quarto, in Confessore qui non incidit in excommunicationem, non reuelans illud quod habuit in confessione, etenim hoc facere non potest nisi de facultate, & licentia pœnitentis, cap. significasti, vbi Canonistæ de adulterijs, Menoch. de præsumptionib. præsumpt. 85. num. 1. Nauarr. in cap. inter verba 11. quæst. 3. Abbas in cap. dilectus de excess. prælator. num. 4. Graff. in cons. 6. de sententia excommunicationis num 6. & ratio est quia quod scit Confessarius tempore confessionis scit vt Deus, vt habetur per Baiard. in addit. ad Iul. Clar. in §. fi. q. 87. n. 4. post Nauar. in suo Manuali, c. 8.

Amplia quinto in vxoribus, & consanguineis, qui non reuelant crimen maritorum, vel consanguineorũ, quia non reuelando, in excommunicationis sententiam non labuntur, ex quo non tenentur, secundum Cordub. in quæst. 64. in fin. & Nauar. in cap. inter verba 11. q. 3. num. 808. & in suo manuali cap. 15. num. 46.

5 Amplia sexto, quod in excommunicationem non incurrit, qui non reuelat, si ex reuelatione ei graue damnũ oriretur, vt per Graff. in p. 1. dec. li. 4. c. 8. n. 34. & per Nau. in suo Manuali, c. 18. in fine, etenim nullus debet se exponere periculo ob alterius causã, l. si quãdo C. de testib. Prima enim charitas incipit à seipso, l. Præses C. seruitutib. & aqua, & nemini officiũ suũ debet esse damnosũ, vt habetur per tex. in c. cũ nõ noceat de electioni.

7 Amplia septimo, quoties monitoria essent facta in longinquis partib. quoniam si necesse sit illuc ire suis expensis ad reuelandum, hoc facere non tenetur, quia reuelare quis nõ tenetur, si oporteat aliò accedere suis expensis, vt per Guttierez in lib. 1. Canonic. quæst. c. 11. num. 23. & per Graff. in cons. 6. n. 30. de sent. excommu. Nauar. in cap. inter verba coroll. 66. n. 799. etenim nisi soluãtur ei expensæ, etiam pro eo tempore quod amittit reuelare nõ est obligatus, Alex. in l. recusare § si quis aliò ff. ad Trebel. col. 1. & Fel. c. 1. de testib. & hæ expensæ tam in veniendo, quam stando, quã eundo sunt debitæ, c. si testes omnes §. venturis 4. q. 4. & Graff. vbi supra.

Amplia octauo, in Sacerdotibus, & alijs Clericis, & Religiosis, qui si non reuelauerint ex defectu licentiæ, eorum Superiores in excommunicationem non incidunt, c. fin. 14. q. 2. l. nec honorẽ C. de Episc. & Clericis.

Amplia nono, idem procedere in socio criminis, qui non tenetur eius socium detegere, nec reuelare, quia socius criminis neque pro, neque contra sociũ probat, l. quoniam liberi, & ibi Doct. C. de testib. cap. veniens eod. tit. l. sicuti C. de quæstionib. cap. 1. & ibi Canonistæ de confess. l. fin. C. de accusationib. l. si filium in fine C. de liberali causa, Glos. in cap. 2. de testib. & ratio huius ampliationis est, quia detegendo socium seipsum, & suam infamiam detegeret, atque propalaret.

7 Amplia decimo, in Medicis, Obstetricibus, & alijs similibus, qui non coguntur reuelare quæ ipsis sunt nota ratione officij, & propterea in excommunicationis sententiam non incidunt, pro vt est doctrina Nauarri in suo Manual. cap. 24. num. 42. & 43. & secundum Cordub. in quæst. 64. & in q. 43. lib. 1. qui dicit quod si isti tales aliquid reuelant peccant mortaliter.

Amplia vndecimo in principali, qui non reuelando in excommunicationem non incidit, & ratio est ne cogatur patefacere crimen suum, c. quidam maligni 5. q. 1. c. quis aliquando de pœnitentijs dist. 1. §. non tibi dico, c. si peccauerit 2. q. 1. Menoc. de præsumptionib. q. 80. lib. 1. n. 6. post Abbat. in c. 2. de cõfess. & sic sẽtiunt Diaz in pract. crim. can. c. 118. Natta in Clement. sæpe §. & quia de verbor. signif. col. 7. vbi testatur de communi opinione Doct. Gomes. in lib. variar. resol. de probatione delictorum c. 12. n. 5. etenim non sunt sumenda arma de domo rei, l. nimis graue C. de testib. l. de minore §. tormenta ff. de quæstionib. bis enim interimitur, qui gladio suo perit, c. 1. de probatio. Menoch. de arbitrarijs Iudicum casu 499. n. 1. Felin. in c. si duobus n. 13. de appellat. Baiard. in addit. ad Clarum q. 27. nu. 7. Decius in c. 1. de probat. n. 59. Nauar. cons. 3. de censib. n. 3. Sayrus in claui reg. cap. 5. n. 9. lib. 3.

Amplia duodecimo, in vxoribus, quæ de bonis mariti aliquam rem in casu licito occultè abstulerint propria auctoritate pro satisfactione earum dotium, quod procedit quando eas aliunde habere non possunt, sẽcundũ Cordub. in q. 126. in principio, quia in tali casu non reuelando sub pœna excommunicationis secundum ipsius doctrinam comprehenduntur.

Limita primo, in crimine hæresis, etenim quilibet in tali casu non reuelans, in excommunicationem incidit, & ratio est, quia in hoc casu tenentur reuelare, Zanch. de hæreticis c. 5. n. 3. Thom. Triuisan. in decis. 51.

Limita secundo, in filijs spiritualibus, quia non reuelando crimen eorum Patrum spiritualium incidunt in excommunicationem, & ratio huius limitationis est, nam isti possunt esse testes contra Patres spirituales, Felyn. in cap. cum Nuncius de testib. Farinac. in suo tract. de testib. q. 54. num. 198. vbi ita esse Doctorum communem opinionem testatur.

Limita tertio, in vxoribus occultantibus bona mariti ne ob eius delictum sequestrentur, vel in fraudem creditorum, nam non reuelando incidunt in excommunicationem, etenim in isto casu debent reuelare. Graff. in 1. p. dec. lib. 4. c. 8. 14. Naua. in Manuali c. 17. n. 135. & in cons. 1. de donationib. inter virum, & vxorem num. 5. Corrad. in respons. casuum conscientiæ q. 315. in addit. p. 1. quam limitationem sublimita sequentibus modis.

Sublimita primo, hanc limitationem non procedere quoties coniux in tali casu celasset mobilia domus tantundem quibus prorsus egeret, vt exempli gratia lectum, mensam, & sic de singulis, nam in tali casu minimè reuelare tenetur, & consequenter non reuelando in excommunicationem non incidit, Lopez in instruct. conscientiæ c. 12. Corrad. in q. 215. par. 1.

Sublimita secundò, quoties vir ipse celat bona sua, quia timet forte sequestrando ob eius delictum, quod

coniux eius occultationis conscia illa reuelare sub pœna excommunicationis minime tenetur, namq; vxor contra maritum ad testificandum cogi non potest, l. Cornel. ff. de iurijs. l. Iulia ff. de testibus, Nauarr. in d.c.inter verba 11.q.3.num.808. & in Manuali cap. 15. num. 46.

Sublimita tertio, non procedere quoties dicta abscondita spectarent ad compensationem debiti dotalis, vel alterius alias legitimè contracti, vt diximus in vltima ampliatione, & voluit Guttier. lib. 1. Canonic. quæst.c.11.n.69.post Nauar.in suo Manuali c.10. num. 153.Graff.in 1.par.decis.lib.4.cap.8.num.34.

Limita quarto, supradicta omnia, vt non procedant quando desunt alij testes, & veritas aliter haberi non potest, ex natura rei, & negotij, etenim in tali casu coguntur reuelare,& ratio est ne pereat probatio, & veritas occultetur quod esset peccatum mortale,vt probat tex.in cap.quis quis 2.q.3.etenim cum simus in negotijs difficilis probationis,admittũtur testes alias inhabiles, secundum Mascard. de probationib. concl. 1365. n. 1. quare notabiliter Abbas, & Hostiensis in cap. 1. n. 4. de testib. cogend. prorumpunt in similia verba;scilicet quod testes priuilegiati nõ excusantur à toto, sed tunc solum cum alij testes haberi possunt, & inde infert quod inter priuilegiatos, & non priuilegiatos hæc differentia constituipotest,videlicet quod non priuilegiati obligentur etiam si per alios fides haberi possit,ex quo moniti testificari recusant, priuilegiati tamen non obligantur,vbi per alios veritas haberi non potest,etenim tali casu peccatum esset non testificando occultare veritatem, vt supra diximus, nam nullum priuilegium, nullaq; pietas excusat à peccato,c. super eo de vsuris, vnde in graui necessitate ad testificandum à Iudice cogi possunt, vt per Franciscum Marcum in decis. Delph.861.num.4. tom.2. & communiter Doctor. in c. 1.de testibus cogendis, & sic sum in voto.

RESOLVT. CCCXI.

An irregularitas sublata per ingressum Religionis, reuiuiscat professione annullata per Superiorem?

1 *Quæsitum resoluitur affirmatiuè.*
2 *Professio per vim, & metum facta, & ob id annullata habetur tanquam non facta.*
3 *Is dicitur ingressus in Monasterium, qui iam est professus.*

NOuam, & à nemine hucusq; tractatam quæstionẽ aggredior si irregularitas sublata per ingressum Religionis reuiuiscat, professione Superioris auctoritate annullata; & minimè hæsito irregularitatem tolli per ingressum Religionis, etenim est text. apertus in auth. de Monachis in principio collat. 1. sed oritur dubitatio, nam quidam irregularis ingressus fuit Religionem,& demum infra quinq;annorum spatium iuxta sancita per Sacr. Concilium Tridentinum sess. 24. Canon.12. asseruit ob vim, & metum professionem emisisse, qua de causa fuit auctoritate ordinarij, & eius Regularis Superioris dicta professio declarata nulla, & irrita, quare insurrexit dubitationis articulus, num talis per egressum à Religione adhuc esset irregularis tamquã quod per egressũ ab illa irregularitas reuiuixisset.

In cuius difficultatis articulo affirmatiuam sector sententiam,& sic quod irregularitas sublata per ingressum Religionis reuiuiscat professione annullata, & ad hanc opinionem sectandam plura me mouent.

Primo, quia quis non dicitur Religiosus nisi in Religione profitendo perpetuò permaneat, c. Religioso §. 1. de sent. excommun. Archidiaconus in c. Beneficium de Regularib.in 6.Bart.in l.2.C.ne Sacrum Baptismum reiteretur,Anan. & Ancharan. in c. statuimus de regularib. Iason in Auth. si qua mulier n. 58. C. de Sacro S. Eccles.Geminian.in c.2.n.12.de Regularib. in 7.At iste non permansit in religione quia egressus est: Ergo non habetur pro Religioso, & si non habetur pro religioso, non debet gaudere beneficijs quibus gaudent similes personæ.

Secundo me mouet quod inter alia requisita,quę sũt necessaria ad hoc vt habitus delatio professionem induc at,opus est vt huiusmodi habitus susceptio fiat sponte, & nulla penitus re cogente,c.3. de regular.in 6. etenim alias non obligarentur, Turrecrem.& Cardin.post Angelum.27.q.1. in summa n.17. in fin. sed iste talem professionem ob vim, & metum emisit, & consequenter habitum sponte non suscepit sed vi,& metu ductus; Ergo dubium non est talem adhuc esse irregularem.

Tertio moueor,quod cum ista professio fuerit annullata ob vim,& metum,& professio celebrata vi, & me-
2 tu habeatur tãquam non facta,& irrita,c.1. de eo quod metus causa, leg. 1. ff. eod.tit. propterea est dicendum talem per egressum factum è Religione adhuc in irregularitate permanere; quod etiam probatur, quia si valet argumentum à matrimonio carnali ad spirituale,c.inter corporalia de translationib.& matrimonium carnale metu factum est ipso iure nullum,c. notificasti 33. q.5.c. veniens de sponsalib. & fuisse pluries per Romanam Curiam Iudicatum dixi in praxi decis. 253.Ergo professio facta metu est ipso iure nulla, & si est ipso iure nulla, & habetur tanquam non facta dubium nullum est istum adhuc in irregularitate permanere.

Quarto moueor quod sicuti metus interueniens in contractu, illum nullum reddit, atq; rescindit, Gabal. Milleloq.786. Gram. in decis. 103.n.67.Ioseph.Lodou. in decis. Lucensi 18. Capic. in decis. 95. ita pari etiam modo metus rescindit professionem, quia professio etiam potest dici contractus inter Deum, & hominem, etenim sicut contractu facto amplius ab eo recedi non potest, c. 1. & ibi latè Panor. de probat.ita quando est facta professio:Ergo cum rescindatur professio,& auth. de Monachis collat.1.non obseruatur,talis adhuc irregularis est.

Quinto, & vltimo moueor ex eo quod ingressus Monasterium is dicitur qui professus iam est, glos. in
3 auth. ingressi de Sacrof. Eccles. Barbat. in Clem. 1. de electionibus col.2. Alex. & Imola in l. substitutione ff. de vulg.& pupill.substitut.Clauas.in sua summa in verbo Religiosus, & late Tappia in commen. in d.auth.ingressi c. 1. sed dispositio tex. in d. Auth. de Monachis coll.1.dicit quod per ingressum Religionis tollitur irregularitas,& ingressusReligionis dicitur cũ professione, vt per Doctor.ibi supra: Ergo cum iste dispositionem conditionis tex. minime obseruauerit, omnino venit dicendum talem esse adhuc irregularem per egressum à Religione, quia si sit legatum alicui, vt in Monasterium ingrediatur, legatum non debetur nisi professionem emittat, Decius in cap. Præsentia de probationib. & in cons. 229. num. 5. Riminaldus Iunior in consil.477.num.9.lib. 4. Grat. in decis. Rotæ Marchiæ 46.num.1.& 2.

RESOLVT. CCCXII.

Infirmus tempore iufirmitatis eligens sepulturam, si postea conualescat, an censeatur reuocasse illius electionem?

1 *Testamenti tempus inspicitur, & non mortis testatoris.*
2 *In vltimis voluntatibus, tacitum habetur pro expresso.*
3 *Licet donator mutauerit voluntatem, si tamen postea contingat illum decedere sine hærede ex testamento, vel ab intestato,donatio non censetur reuocata.*
4 *Mutatione status,mutatur dispensatio.*
5 *Donatio facta ab infirmo,præsumitur facta metu mortis,& ideo voluntas eius minimè censetur durare.*

6 Ob conualeſcentiam donantis, cenſetur reuocata donatio metu mortis facta.

QVæſtio non modici momenti mihi proponitur, ſi infirmus eligens ſepulturam, & poſtea reconualeſcat, & minimè moritur ex tali infirmitate, ſed ex altera, quæ deinde ei ſuperuenit poſt conualeſcentiam à prima infirmitate, cenſeatur reuocata electio ſepulturæ: Et quia non vidi teſtamentum, vt ex eius lectura perſpicere potuerim illud omne, quod circa hanc difficultatem ibi diſponitur, nam neceſſe eſt bene perſpicere, & ponderare factum ex quo ius oritur, iuxta diſpoſitionem tex. in l. in cliuo §. ex plagijs ff. ad l. Aquiliam, multi enim doctiſſimè in iure ſcribunt, ſed quia ius illud minime cadit ſuper factum, amittunt cauſas, & complures è contra non ſcribunt in iure, & bene diuidunt, & ponderant factum, palmamq; ex cauſis reportant.

1 Et pro parte negatiua, quod ſcilicet non cēſeatur reuocata dicta electio præſupponitur, quod teſtamenti tempus inſpicitur in colligenda voluntate teſtatoris, & nō tempus mortis, quia voluntas non præſumitur mutata, l. 3. & l. eum qui ff. de probationib. etenim quod tunc teſtator voluit, ſemper voluit, Bald. in l. Pater filium, col. 3. verſic. mihi ff. de iniuſto teſtamento, etenim voluntas in dubio non præſumitur mutata, cap. maiores in fine de Baptiſmo, cap. licet de procuratorib. in 6. & ideo ei qui dicit mutatam eſſe voluntatem defuncti, onus probandi incumbit, l. Lucius Titius in fin. ff. de legatis 2. l. 3. & l. eum qui, & l. quinquaginta ff. de probationibus, l. fideicommiſſa §. ſi rem ſuam ff. de legatis tertio, nam quod non mutatur, cur ſtare prohibetur, l. Sancimus C. de teſtamentis, Decius in conſ. 190. num. 6. & 8. Corneus in conſ. 155. num. 3. & 4. vol. 2. Socin. Iunior in conſil. 183. nu. 18. vol. 2. & in conſil. 95. num. 42. vol. 3. in conſil. 105. num. 45. eod. vol. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 12. tit. 1. num. 2. in medio, vbi dicit formalia verba; quamuis enim animus hominis non ſemper in eiſdem motibus cōſiſtat, & plerumque quis à priori voluntate recedat, Bald. in conſil. 424. vol. 1. tamen in dubio non præſumitur mutatio voluntatis, cum nullum datur temporis interuallum, quia non eſt præſumendum teſtatorem à priore voluntate recedere velle, l. non ad ea ff. de condition. & demonſtrat. Caſtrenſ. in conſil. 36. circa principium volum. 1. & ideo ſemel incluſum ex voluntate teſtatoris, ſemper durare præſumitur, Iaſo. l. in teſtamento num. 14. verſ. 4. facit C. de teſtamento militis.

Secundo, ad cōfirmationem talis opinionis adduco, quod teſtatoris voluntas ſemper eſt attendenda, l. non aliter ff. de legatis 3. l. ſi quando C. de inoffic. teſtam. l. quidam C. de ſeruis neceſſ. hæred. inſtituendis, Marta in deciſ. 68. nu. 8. Bombinus in conſ. 2. nu. 5. in fine, cum alijs ſequentibus in conſ. 4. nu. 2. ſed iſte infirmus nihil in caſu mortis de ſepulturæ electione declarauit: Ergo cum voluntas ſemper cenſeatur durare, & in eodem ſtatu permanere, niſi contrarium probetur, vt ſupra, omnino venit dicendum talem ſepulturæ electionem ob conualeſcentiam minime fuiſſe reuocatam.

Tertio additur, quia in vltimis voluntatibus tacitum
2 habetur pro expreſſo, l. in conditionibus primum lecum, & l. cum Auus ff. de condition. & demonſtration. l. generaliter §. cum autem de inſtitut. & ſubſtitut. l. inter veſtem de auro, & argento legato, l. 2. de inoffi. teſtam. ſed ſic eſt quod talis infirmus in vltima infirmitate dum eſſet in articulo mortis, nullam de ſepultura mentionem fecit; Ergo tacite cenſetur in eadem voluntate deceſſiſſe, & conſequenter talem ſepulturæ electionem minimè ob conualeſcentiam reuocaſſe.

Quartò inſurgit deciſio Angeli in diſput. Capituli Hoſtienſ. miles, quæ eſt, quod licet donator voluntatem mutauerit, ſi tamen poſtea contingat illum decedere ſine hærede ex teſtamento, vel ab inteſtato, donatio non cenſetur reuocata per text. in l. 1. ff. qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt, quam doctrinam ſequuntur Couarr. in rub. de teſtamentis in 3. par. nu. 24. & Clarus in §. donatio q. 25. num. 3. Ergo quanto magis debet hoc procedere in caſu noſtro, cum talis infirmus nihil in ſecunda infirmitate de ſepulturæ electione diſpoſuerit.

Quinto, & vltimo, pro ipſius ſententiæ comprobatione accedat, quod ſicuti teſtamentum conditum in articulo mortis ex eo quod teſtator conualuerit non infirmatur, l. fin. & ibi Bald. & Caſtrenſ. & alij de poſthumis, & hæredib. inſtituend. Iaſon in l. ſtichum ff. de legatis 1. nu. 21. & l. Sancimus C. de teſtamentis nu. 2. Romanus in l. 1. ff. de mortis cauſa donationibus nu. 7. ita pari modo, quod licet infirmus eligens ſepulturam ſi poſtea reconualuerit, & moritur deinde ex alia infirmitate, in qua nihil diſponit de ſepultura, non propter hoc cenſeatur per conualeſcentiam electio ſepulturæ reuocata.

Sed pro affirmatiua parte, videlicet, quod per reconualeſcentiam, cenſeatur reuocata electio ſepulturę, adducitur primo, quod mutatione ſtatus, mutatur etiā diſpoſitio, l. ſi quis alicui ff. de acquirenda hæreditate, qui textus licet loquatur in furore, tamen locum ſibi vendicat in quacumque mutatione ſtatus propter idetnitatem rationis, vt firmarunt Baldus in l. mandatum nu. 24. verſ. vel in quo Dominus C. de mandato, Dec. in l. ſi rogaſti §. ſi fugitiuus ff. ſi certum petatur, Soccin. conſ. 112. n. 15. vol. 1. Mozzius de contractibus in tit. de mandato verſ. quomodo annullatur n. 8. Marta dec. 84. nu. 2. Anna conſ. 82. num. 12. cum ſeq. Burſat. conſ. 412. vol. 4. col. 4.

5 Secundo quia donatio facta ab infirmo, præſumitur facta metu mortis, & ideo voluntas eius minime videtur durare ſi non moritur, vt ait Nauar. conſ. 4. de donat. quare cum dicta electio ſepulturæ facta ab infirmo inſtante morte; ſuccedente conualeſcentia non cenſetur durare, ceſſante enim cauſa, ceſſat effectus, l. ſi poſſunt C. de hæred. inſtituen. l. Titio ſeio ff. de verb. oblig. l. generaliter, C. de Epiſ. & cler. l. Senatus §. nec dubitauere ff. de donat.

Tertio, adducitur doctrina Alciati, quem referunt, & ſequuntur Couar. in rubr. de teſtam. 3. part. poſt num. 23. verſ. 2. reuocatur, Iulius Clarus §. donatio num. 4. verſic. ſed nunquid, qui dicit, quod ob conualeſcentiam donantis cenſetur reuocata donatio cauſa
6 mortis, etiam ſi aliunde expreſsè, aut tacite illum minime appareat pœnituiſſe donationis; ergo à ſimili idem eſt dicendum in caſu noſtro; & ita practicatur Neapoli.

Ad ea quæ in contrarium objciuntur: Reſpondetur eſſe intelligenda, quando fit aliqua diſpoſitio in qua non fit mentio de inſtante morte; vel quando ex coniecturata mente diſponentis colligitur, eius voluntatem eſſe, vt dicta electio ſemper perſeueret, vt cum fit in teſtamento in ſcriptis, vel nuncupatiuo, quod de ſtylo etiam ſcribitur à Notario, vel alias facit de hoc publicum inſtrumentum, nam tunc dictus diſponens cenſetur velle vt eius voluntas perpetuò duret.

RESOLVT. CCCXII.

Archiepiſcopus, an valeat habere Baldachinum in Eccleſijs exemptis, & vtrum poſſit eum impedientes excommunicare?

1 *Epiſcopo debetur Baldachinum in Eccleſijs exemptis etiam Regularium.*

2 *Epiſcopus poteſt excommunicare Regulares exemptos, qui recuſant*

recusant attollere Baldachinum super sede Episcopi in ipsorum Regularium Ecclesijs.

QVia haud inelegans, & indignus visus mihi fuit iste articulus propositus, scilicet, an Archiepiscopus valeat habere Baldachinum in Ecclesijs exemptis,& si possit eum impedientes excommunicare,ideo hic volui aliqua recensere.

Et quidem quod possit Baldachino vti in dictis Ecclesijs exemptis etiam Regularium in proprijs terminis decidit Gambar.in tract.de auctorit. legati §. illud
1 nosse, lib. 2. num. 249 Corrad.in templo Iudicum cap. 4. lib. 1. & ad hoc affirmandum vltra istorum auctoritatem, & doctrinam moueor, quod si licitum est Patriarchis talia Baldachina habere, quia æquiparantur Regibus, Bald. in leg. 1. ff. de officio prætor. quanto magis procedere debet in Archiepiscopis qui sunt maiores ipsi Patriarchis ratione iurisdictionis, etenim Archiepiscopus est Iudex omnium suorum Episcoporum suffraganeorum, & Patriarcha tantum solius Archiepiscopi, glos.in cap. Prouinciæ, in verbo Comitibus dist. 99. & hoc tanto magis locum vendicare in Legato à latere Papę dubium non est, etenim cum Papæ vices gerat,cap.2.& ibi Panorm.de officio delegat. cap.cum venerabilis consuetud.& cum sit imago Papæ, cap. ipsius volentis eod. tit. & in legationis Prouincia dicatur Illustris sicuti Papa, Gambar. in tract. de auctorit. legati §. quoniam n.3.lib.2. ideo Balchachinum habere potest, & debet;sed hodie sublata est omnis difficultas,ex decreto Fel.record. Clementis Papæ VIII. 10. Iunij 1603.in quo statuitur Regulares in eorum Ecclesijs teneri attollere Baldachinum, quod decr. refert Quaranta verbo priuilegia Regularium.

2 Quo ad secundum verò dubium, scilicet si possit Archiepiscopus excommunicare illos qui impediũt:etiam affirmatiuè sentio ex dispositione Sacri Conc. Trid. in sess. 23.c. 3.vbi censuræ relaxantur ex causa ardua, sed quæstio honoris dicitur causa ardua per tex.in l.inimicitia in fine ff. de his quibus vt indignis,etenim in tanto pretio honor haberi debet, quod pari passu cum vita ambulet,l. iusta ff.de manumiss.vindict.quia interesse honoris dicitur,& est maior omni alia re,Cassian.in suo Catalogo gloriæ mundi considerat. 2. par.1. & ideo de iure Ciuili qui non præstat honorem puniendus est, l. singuli, & l. sciant C.de offic.diuers.iudic.l.1.C.de domest.& protect.lib.12.sed hodie prædicta res vacat difficultate ex eiusdem decreti dispositione,nam conceditur facultas Episcopis vt possint compellere Regulares contumaces in prædictis,per censuras,& pœnas.

RESOLVT. CCCXIV.

Num collatio beneficij facta clerico, qui tempore acceptationis erat excommunicatus sit valida?

Collatio beneficij facta excommunicato non valet.
1 *Acceptatio beneficij facta ab excommunicato tenet, nam*
2 *acceptatio est quid facti,non iuris.*

FVit dubitatum, an postquam excommunicato collatio beneficij facta non valet, c.postulasti de cler.
1 excommu. Ministr. cum incapax sit iurium spiritualiũ, c. cum dilectus de consuetud. si illa facta sit beneficij collatio qui collationis tempore excommunicatus nõ erat, sed acceptationis tempore in excommunicationem inciderat, an talis acceptatio valida sit, & nullam irritamq; fore, tradidit Card. Flor.in d.c.postulasti nu. 6.quem sequitur Alciat.nulla eius mentione facta in c. 1.num.11.de Iudic. cum quibus conuenire videtur Couar.variar.resol.lib.3.ca.16.vers.nam,& si beneficium,
2 sed certè crebrior est sententia opinantium excommunicatum posse acceptare ratamq; habere collationem beneficij sibi factam,esseq;validam,ac si vinculo excõmunicationis non esset innodatus, siquidẽ acceptatio nihil aliud est quam declaratio quædam voluntatis ipsius impetrantis, quæ voluntas facti, non iuris, quia per eum non acquiritur ius in re, sicut per prouisionẽ, licet acquiratur ius ad rem, c.vltim.de concess.præb.in sextò, & ea quæ facti sunt fieri, & exerceri possunt per excommunicatum, c. pro illorũ in fi.de pręben.c.si verè de sent. excom.hanc sententiam pluries sequuta est Rot. Rom. videlicet dec. 8. alias 126.incip. nota quod excommunicatus de senten.excom.in antiq.rursus dec. 5.alias 195.acceptatio facta,& dec.10.alias 317.habẽs gratiã in tit.de concess.præbend.in nouis,eamdem amplectitur Card. Floren. sibi contrarius cons. 103. casus super quo col.3.nu.20. Rebuff.in tract.concordatorum in titul. de excommunication. non vitand. vers. tertio fallit, Staphil. de literis gratiæ, & iust.in tit.de vi,& effectu clausularum num.20.cum duob.seq.Ludou.Gom. in tract expectatiu.num.60.& receptam asserit Naua. in c.si quando col. 31. excep.10.num. 6.& 7.de rescrip. & Couar. loc. cit.

RESOLVT. CCCXV.

Explanationes circa petitionem Apostolorum, qui per appellantes postulari possunt.

1 *Apostoli refutatorij, siue dimissorij, debent intra 30. dies peti, alias deserta erit appellatio.*
2 *Iudex potest dare apostolos etiam quod non fuerint petiti.*
3 *Apostoli sunt petendi instantissimè, & intra legitima tempora.*

ANtequam ad prędictorum declarationem me accingam; Primò præmittendum putaui, quob intra 30. dies Apostoli,siue sint refutatorij,seu dimissorij,
1 siue testimoniales, aut reuentiales, sunt petendi, aliter deserta efficeretur appellatio, Bal. in auth. hodie §. Apostolos C. de appell. nu. 4.Spec.§. 1. nu. 13. in tit.de Apostolis, Bar. in l. 1.§.libelli ff.de appell. Paul.de Cast. in l.quoniam nulli C.de appel. nu. 2. Ang.in præcit.l.1. nu.4.§.libelli, tamen si fuerint postulati intra tempora legitima, & Officialis negauerit ipsos concedere,tunc enim appellantes faciunt litem suam,vt vult Ang.in citata l.eos nu.1.§.Apostolos.

His tamen propositis pro istius articuli dissolutione notabiliter aduerte infrascriptas declarationes.

Prima declaratio sit illa, quod Apostoli reuerẽtiales dicantur tales,ex eo quod Iudex à quo ob reuerentiam Iudicis ad quem tribuit,tempore quo appellatio fit ad Apostolicam Sedem, & Iudex ait causa, & ratione reuerentiæ Apostolicæ Sedis, te à mea iurisdictione ad eam remitto,Ange.in d.l.1.§.libelli ff.de appel.sub.n.5. Spec. in §.1.nu. 15.in cit.tit.de Apostolis.

Secunda declaratio sit, quod testimoniales Apostoli illi dicantur,& sint, quando,& quoties post appellationem interpositam ab honestis viris petuntur, ita dicit Ang.in l.1.ff.de libell.dimissor.in fin.sub num.2.

Tertia declaratio, ea sit, quod Apostoli dimissorij sint, quoties admittitur appellatio à Iudice, & ipsemet Iudex literas dimissorias scribit, cum quibus dimittit appellantem Iudici, ad quem significãdo quod admisit appellationem, Dec. in c. bonæ memoriæ extra de appell. nu. 24. adest decis. Pedem.151.nu.3.Ang.citata l.1.§.libelli ff. eod.de appell.nu.5.

Quarta declaratio est,quod Apostoli refutatorij sint quoties Iudex à quo non vult admittere appellationẽ, nam tunc Iudex scribit literas significantes, qualiter refutauit, & minimè appellationis causam admisit, idem Ang.in eod.cit.loc.nu.5.& Spec.in d.§. 1.nu.6.

Quinta declaratio est, quod Iudex potest dare tales

2 Apo-

2 Apostolos, etiam quod minimè fuerint petiti, Salyc. in authentica hodie §. Apostolos C. de appell. n.11. Paul. de Cast. in l.quoniam nulli C.eod. tit. de appell. n.2. & Bald. in cit.auth.hodie §. Apostolos n.5.

Sexta declaratio sit illa, quod isti Apostoli sunt petēdi instantissimè, ita Ias. in l.properandum §. sin autem C.de iudic. in vers. tu adde fortius sub n.4. Spec. in d.§. 1.eod.tit. de Apost. n. 14. cuius declarationis ea ratio
3 mihi esse videtur, vt scilicet Iudicis ira mitigetur, à quo qui vt plurimum prouocatur, & aduersus appellantem irascitur, vt sequitur, & dicit Lap. in alleg. 38. n. 7.

Septima declaratio, & vltima sit, quod Apostoli veniunt petendi intra legitima tempora etiam in extraiudiciali appellatione, quamuis sub conditione, videlicet si adsit qui illos dare possit, secundum glos. in c. vt super de appell. in sextò, vers. ille Iudex, licet hæc declaratio non vendicet sibi locum quoties Iudex appellationis reperitur in ipsomet loco, in quo reperitur Iudex à quo namque eo tempore Apostoli non sunt necessarij, sed sufficit quod Iudex dum sibi appellationis causa porrigitur, dicat admitto, vel non admitto hanc causæ appellationem, etenim loco Apostolorum talis pronuncia reputatur, ita Paul. de Cast. in rub. ff. de libell. dimissor. num. 2.

RESOLVT. CCCXVI.

Vicarius specialis, an possit remittere denunciationes in causa matrimoniali?

1 *Vicarius generalis Episcopi potest remittere denunciationes.*
2 *Abbas exemptus potest remittere denunciationes ex causa.*
3 *Causæ remittendi denunciationes enumerantur.*

DIxi alias in casu proposito, quod non, cum istas denũciationes remittere non possit, nisi Ordinarius, qui in hoc casu est Episcopus, Menoch. de arb. lib. 2. cas.
1 453. n. 5. & etiam eius Vicarius Generalis, qui iure proprio, & auctoritate sibi à Conc. cõcessa poterit illas remittere, quia nunquam Concilium excludit Vicarium, quando facit mẽtionẽm de Ordinario, seù de Episcopo, nisi expresè excludat, c. 6. de refor. sess. 24. Conc. Trid. Pari. de resign. benef. lib. 3. q. 11 n. 19. vsq; ad n. 23. & Vicarius est Ordinarius, gl. in c. 1. de off. Vicar. in sextò, & cognoscit de causis matrimonialibus sine speciali mãdato Episc. Præpos. in c. si in 1. notab. de cognat. spirit. Sbrozz. de Vicario Episc. c. 44. lib. 2. vnde multo magis de præambulis, & ita in specie esse moribus, & vsu receptum, quod Vicarius possit remittere, testatur Guttier. can. q. c. 19. n. 13. Sbroz. ib. q. 47. vbi intelligit cũ causa, quicquid contrarium dicat Cæphal. cons. 421. l. 3. n. 72. & Spin. de testam. gl. 15. in princ. n. 28. Menoch. Ledesm. Par. & alij allegati per Cæual. q. 604. n. 92. quia contra eos est verior opinio, & in practica seruatur, prout latè dicit Flor. Diez pract. quæst. c. 24. lib. 3. n. 26. vbi etiam
2 ampliat ad Abbates exemptos qui possunt remittere ex causa denunciationes quemadmodum Episcopi, Nauar. cons. 1. de spons. lib. 4.

Causæ autem istę propter quas poterunt remitti huiusmodi denunciationes sunt multæ relatæ per Henric.
3 de matr. c. 1. §. 1. vers. propter disparitatem conditionis ætatis, dinitiarũ, & qualitatis, Nauar. in man. c. 22. n. 70. vers. aduertendum quinto, Spin. de testam. gl. 15. n. 28. cũ seq. & quando quis est in articulo mortis, si cõtraheret cum concubina, vel alia, Sarmien. lib. 1. select. interpr. c. 6. n. 7. Cuccus lib. 1. instit. tit. xj. n. 82. vel si aliqui fuerint diu habiti pro coniugib. & præ verecundia nolunt contrahere, Gecter. de contract. iurat. c. 51. n. 22. t. 8. p. 2. fol. 98. & in alijs similibus causis de quib. Ignat. in addi. ad Diaz c. 75. Cęual. q. 604. n. 105. cũ seq. vbi collegit dubia centum viginti quoad interpr. Conc. Trid. de matrim.

RESOLVT. CCCXVII.

An quemadmodum Ecclesijs competit priuilegium l. vn. C. quando Imperator, ita etiam competat hospitali?

1 *Hospitalia gaudent priuilegio legis vnicæ C. quando Imperator.*
2 *Hospitalia gaudent dicto priuilegio, etiam si habeant administratores.*
3 *Collegium sortitur eundem forum, ac personæ.*

IN hac quæstione respondi cum dec. Rot. Rom. cuius tenor est videlicet, fuit dubitatum in signatura, numquid hospitalia gaudeant priuilegio l. vnic. C. quando Imp. int. pup. & vid. & ex tempore affirmatiuè respõdi,
1 & mox super hoc adhibito aliquanto studio, intrepidè affirmo, hospitalia non secus, ac cõmunitates Ciuitatum, Castrorum, vel Villarum, quibus passim ex stylo signaturæ, vt hoc vtantur priuilegio possint, & ipsa hoc idẽ priuilegium allegare, & eo innitisnã si censuit signatura ob id Cõmunitates, dici comprehensas sub d. l. vn. constitutione, quia in illis sunt pupilli, viduę, & aliæ miserabiles personæ, licet etiam si in illis adsint personæ quæ non sunt miserabiles, cur non idem, & multò magis credendum est, respectu hospitalium, in quibus non solum adsunt prædictæ miserabiles personæ, sed imo ex ijs solis, & non ex alijs hospitalia ipsa consistunt vt experientia docet, & facit tex. in l. 1. C. de mendi. lib. 11. vltra quam maius commodum sentiunt, singulæ miserabiles personę ex redditibus ipsius hospitalis, vt quia omnes in eorum sustentatione integrè debent expendi eleemosynæ, quia contigit religiosis omnibus, quam faciunt singuli de vniuersitate ex patrimonio ipsius vniuersitatis.

Propterea considero, quod si Imperator in d. l. vni. circa fin. circa electionem priuilegiare intendit personas ibi enumeratas, nempe pupillos, viduas, diuturno morbo laborantes, debiles, &c. cur dicere debemus noluisse priuilegiare hospitalia, nullas alias personas, quã miserabiles continentia, tum quia re vera nihil est aliud hospitale, quam ipsæ personæ miserabiles, vt in simili de vniuersitate Scholarium, dicit Salyc. in auth. habita n. 39. vers. & pro hoc etiam facit, C. nè fil. pro patr. & in l. sicut, ff. quod cuiusque vniu. nom. tum etiam quia dictæ personæ simul coadunatæ miserabiliores efficiuntur participante vnaquaque earum de proximi miseria vti plura membra sub vno capite, & sicut bonum, teste Philosopho, tanto est melius, quanto magis est communicabile, ita, & malum excommunicatione fit multo deterius.

Nec quidquam facit quod hospitalia suos habeant Rectores, & Gubernatores, q ai illa defendere possunt,
2 ita vt ob id videatur cessare causa priuilegij, nam & communitates suos habent Sindicos, & Officiales, & Populi tutores, & nihilominus non administratorum, vel tutorum habetur ratio, quo minus gaudeant priuilegio d. l. vnic. propterea nec hospitalibus ad hunc effectum obesse debet quod suos habeant Rectores, & quia ipsi tutoribus æquiparantur, l. orphanotrophos, C. de Episc. & cler. ita

Imò omnia priuilegia concessa hospitalibus dicuntur cõcessa fauore, & intuitu ipsorum pauperum, & eorum substentationis, vt not. Bal. in l. omnis in princ. C. de Episc. & cler. ita vt non ipsorum administratorum, nec ipsiusmet Collegij ratio vlla fuerit habita, nisi quatenus in ipsarum miserabilium personarum commodũ hæc redundaret, quorum gratia, & ipsa hospitalia fuerunt constructa, & tot priuilegijs diuersis temporibus ab Imperatoribus donata, vt in d. l. vn. quæ quidem priuilegia non sunt coangustanda, sed amplianda, maximè

maximè in Curia Domini Papę, ne dicatur Summus Pontifex quasi misericordiæ lumen claudere, se minus benignum velle prębere, & miserabilibus personis, miserantibus eorum gubernatoribus, ad eum, vt subleuentur venientibus, quam fuerint Imperatores, dum eis tot priuilegia, gratias, & prærogatiuas concesserunt, & causę hospitalium, vt causa miserabilium personarum, eadem prærogatiua gaudeant, iuxta terminos d. l. vnic. C. quando imper. int. pupill.

Et certè dici debet, si verum amemus, quod quoties agitur de patrimonio hospitalium, quod verè agatur de proprio ipsarum miserabilium personarum patrimonio; pupilli enim licet per tutorem administretur, & per eum causa agitetur, ex ipso enim hospitalium patrimonio solum ipsæ miserabiles personę aluntur, & sustentãtur, cessante in Administratoribus, & in quibusuis alijs omni lucri spe, & Principis indignatione, l. si quis ad declinandum in fi. C. de Epis. & cler. hinc cautum fuit, vt Rectores iuxta facultates hospitalium tot pauperes alere debeant, vt illæ integrè in pauperum alimonia, & substentationem erogentur, dicta clem. quia contingit de relig. dom.

Facit quoq; vt propius accedam pro hac opinione, nam videmus quod vbi agitur de pauperum fauore, qui non nisi miserabiles esse possunt, c. pauperes 2. q. 3. l. ne quidquam §. aduersus ff. de off. Proc. eorũ appellatione veniunt hospitalia, sic enim statuit Imperator in d. l. si quis ad declinandum §. vbi autem C. de Epis. & cler.

Similiter facit, nam Collegia eumdem forum, ac personas sub illis comprehensas sortiri videmus, hinc est
3 quod si Collegia sint Clericorũ, Episcopus erit Iudex, si laicorum, laicus erit quoq; Iudex, Doctores omnes in auth. habita maximè Bart. C. ne fil. pro patr. latè Socc. in cap. 1. n. 13. ext. de for. comp. Franc. in rub. de appell. n. 36. vnde ex qualitate personarum forus considerandus erit, & sicut miserabiles personæ electionem habent Principem, vel Ordinarium adeundi, sic vnum, vel alterum, hospitalia miserabilibus personis referta eligere posse, videtur omnino dicendum.

Tamen pro complemento facit, nam si arbitrio Iudicis relinquitur quæ nam dicuntur miserabiles personæ, Legistæ in d. l. vnic. C. quan. imp. int. pupill. & vid. Canonistæ in c. significantibus de off. Deleg. Menoch. de arb. iud. lib. 2. centu. 1. cas. 56. quis non arbitrabitur inter miserabiles personas connumerari hospitalia, cum in ijs nihil quod non sit miserabile inspiciatur, ita vt totius mundi miseriæ receptabile optimè dici possint, quam tamen conclusionem pro nunc restringendo, ad illa hospitalia quæ per Rectores ad nutum amouibiles gubernantur, non autem ad illa quæ in titulum beneficii conferuntur, clem. quia contingit de relig. dom. vel in commendam cum solita clausula, quod Commendatarii suos faciant fructus prouidentur, vel Ecclesiæ alicui vnita reperiantur, Fely. in c. de quarta n. 4. de præscript. quæ potius nomine quam re ipsa hospitalia appellari possunt, Rebuff. in sua prax. de commend. num. 17. alia erit facienda consideratio circa fori præiudicium, an de ipso forsan dici debet quod de Ecclesiis statutum reperitur gl. in c. 2. de decim. sed hoc alias maturius spectabitur, si opus fuerit.

RESOLVT. CCCXVIII.

Gratia quando dicatur facta, & quando facienda ad effectum, vt decedente eo, cui fuerat concessa, non possit eius successor illam exequutioni mandare?

1 *Ad hoc vt gratia dicatur facta, requiritur certitudo, tàm ex parte personæ cui prouideri mandatur, quàm ex parte beneficiorum applicandorum.*

2 *Si committitur Excquutori assignatio pensionis in certa quantitate, non dicitur gratia facta, sed facienda.*

3 *Quando facta est delegatio Episcopo sub nomine dignitatis, cum qualitate tamen ex qua videtur respectus habitus ad personam, & non ad dignitatem, tunc non transit ad successorem.*

TOta præsentis difficultatis vis est in videndo, an gratia concessa per fel. recor. Clementem VIII. quon. Bernardino Morræ Reuer. Episcopo Auersano, cuius tenor habetur in rescripto Apostolico, dicatur facta, an verò facienda; huius diuersitatis vtilitas est, quia si gratia est iam facta, clarum est posse successorẽ in Episcopatu illam exequi, si verò est facienda, tunc censetur extincta per mortem concessionarii.

Et quod sit faciẽda, clare patet ex eo, quod vt gratia dicatur facta, necesse est, vt sit certitudo, tam exparte
1 personę cui prouideri mandatur, quam ex parte beneficiorum applicandorum, sic innuit tex. in c. si super gratia de offic. Deleg. in sextò, ita Rot. dec. 12. de off. Deleg. alias 359. in nouis, Hierony. Paul. in pract. Cancell. versic. præstantissimè Doctor, quem sequitur Rebuff. in concordatis rubr. de mandatis Apostolicis §. 1. vers. fuit pontificatus q. 91. n. 4. Anton. Gabr. de prębend. concluſ. 1. n. 191. & 35. Mand. reg. 10. q. 2. num. 4. & Henriq. in Summ. lib. 14. cap. 17. num. 7. & tenet Sanch. de matrimonio lib. 8. disp. 28. num. 43. 64. & 81. vnde cum in casu, de quo verba facimus, non sit supradicta certitudo, neque ex parte personarũ, quibus facienda erat applicatio, neque ex parte beneficiorum, meritò omnino fatendum est, esse gratiam faciendam, & consequenter expirasse per mortem Episcopi Morræ.

Supradictis accedat, Summum Pontificem in præsenti casu non feciſſe gratiam, sed tantummodo facultatem dicto Episcopo dismembrandi, & applicationem faciendi, & sic dicetur gratia facienda, non autem facta, quoniam vt dicatur facta, necesse est, vt Papa non committat prouisionem, sed ipse conferat ex nunc, prout ex tunc, hoc enim casu dicitur gratia facta, Guidop. decis. 29. in manuscriptis, & Rot. in vna Calaguritana expectatiu. primo Iulii 1592. coram D. Penia, in qua fuit resolutum, quod expectatiua concessa à Papa Gregorio XIV. Doctori Franc. ad Canonicatum, & prębendam Calaguritanam, qui primo, secundo, vel vlteriori loco vacauerint, quem infra mensem à die notitiæ duxerit acceptandum, non expirauit morte Papę ante vacationem Canonicatus, quia cum non committat Exequtori prouisionem, sed ipse conferat ex nunc, prout ex tunc, gratia est facta, & datio Exequutorum accessoria, & ideo non expirat.

Et quæ sit gratia faciẽda, optimè probatur in cap. si cui nullla, vers. secus procedit de pręb. in sextò, vbi mandatur prouideri de certo beneficio incertis personis, prout in casu de quo controuertitur, quia gratia nõ respicit, nec videtur afficere aliquod beneficium incertũ. & ita intelligũt Doctores ibi, & in c. si super gratia, Rota, Gigas, & Mand. supra Rodriq. sic intelligendus 2. to. q. 45. art. 7. ad fin. & Graffius in dec. aureis casuum conscientiæ lib. 4. c. 2. n. 29. & fortè Gonzal. gl. 12. n. 46. & facit quod tradit Cucch. in instit. maior. lib. 1. tit. 7. n. 50.

Non obstat tex. in cap. super gratia de off. Deleg. in sextò, vbi Exequutor super gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur, quia Resp. procedere vbi gratia esset iam facta, secundum Guid. Pap. dec. 421. Verall. dec. 35. par. 2. Vnde ad hoc facit quod voluit Gig. de pens. q. 91. quod si alicui sit gratia cõcessa, per quam committitur assignatio certæ pensionis in partibus, huiusmodi gratia non expirabit morte Papæ concedentis re integra, sed Exequutor poterit ad illius exequutionẽ procedere, vt ibi docet Gig. & Io. Gutt. cap. 17. num. 5. & Thom. Sanch. num. 88. post Hierony. Paulum supra, quia in isto casu gratia de pensione est iam facta per Papam, licet illius reseruatio-
2 nem exequutori in partibus committat, si verò commit-

mitteretur assignatio pensionis incertæ, nempe quantitatis, quæ videbitur Exequutori, expirat in d. cap. si cui nulla vers. secus, quia tunc non esset gratia facta, ex quo non est de re certa, & determinata, sed facienda.

Et quod supradicta gratia facta Episcopo Morræ, sit facienda, non autem facta clarè patet ex definitione ipsius gratiæ, quæ nihil aliud est, nisi singularis, certa, & determinata, cuius exequutio, & dispensatio in esse deduct. cõmittitur, & mandatur Ordinarijs; ita Maiol. de irreg. l. 4. c. 11. n. 6. Syl. verb. gratia n. 3. Henriq. in Summ. lib. 7. c. 21. §. 7. Rodriq. reg. 1. tom. 1. q. 9. art. 1. & clarè 2. to. q. 46. art. 1. Ledesm. in Summ. de matr. c. 27. 2. cõcl. & Suar. 5. to. de censur. disp. 41. sect. 2. ad fi. & Sãch. d. n. 87.

Hęc deniq; opinio corroborari poterit ex eo, quod in supradicta facultate concessa Episcopo, non videtur contẽplata dignitas Episcopatus propter quã trãsiret ad successorem in dignitate, Prob. ad Io. Monach. in c. nemo de elect. in sextò, à nu. 23. Sarnen. in reg. de trien. q. 5. vers. ex quibus omnibus infertur, Rebuff. de pacif. possess. n. 53. alias 42. & Coras. de Benef. par. 1. sed potius arguitur fuisse cõtemplatam personam ipsius Episcopi, quod colligitur ex illis verbis, Berardino, &c.

3 Vnde succedit regula iuris, quod si fuerit facta delegatio Episcopo sub nomine dignitatis cũ qualitate tamen, ex qua videtur respectus habitus ad personam, & non ad dignitatem, tunc non transit ad successorem, vt tenuit Rot. in vna Capuana de anno 1552. coram D. Rossan. in qua fuit resolutum, quod commissio facta Episcopo sub nomine dignitatis, cum qualitate tamen, ex qua videtur respectus ad personam habitus, & non ad dignitatem, vt quod committitur Episcopo Tridentino Neapoli commoranti, durat in persona illius, etiã si transferatur ad aliam Ecclesiam, & non transit ad successorem Ecclesiæ Tridentinæ, Abb. in cap. quon. Abbas nu. 8. de off. Deleg. Io. Monach. in cap. statutum de rescript. in sextò, & per Chisanen. dec. 66. Guidop. decis. 81. Cot. decis. 69. Oradin. decis. 68. & Mand. de commiss. commiss. 28.

Ostenditur demum in supradicta facultate fuisse contemplatam personam in individuo Episcopi, prout ex illis verbis (Nos igitur votis tuis, præsertim Ecclesiæ tuæ seruitium, & Dei cultum respicientibus) quæ verba arguunt personalitatem, & consequenter, non possunt per alium adimpleri, ad text. in cap. fin. §. 1. & quod ibi notatur de offic. Delegati.

RESOLVT. CCCXIX.

In conuentione cum Ecclesia, num requiratur solemnitas iuris.

1 *Alienatio est quando dominium in alium transfertur, vel super re constituitur.*
2 *In contractibus qui fiunt per Ecclesiam, inspicitur tempus contractus.*
3 *Præsumitur consensus Capituli, spatio decem annorum, item & solemnitas.*

IVdicium per Monasterium sanctæ Mariæ de Tremiti intentatum illud est, quod prætendit condemnari possessores lacus Varani ad solutionem integræ decimæ omnium piscium, qui capiuntur in dicto lacu, asserens de hoc binas obtinuisse sententias, alteram in anno 14.... alteram in anno 1509. sibique nullatenus conuentionem in ann. 1525. initam obstare asserit, tãquam carentem debita solemnitate, & illa quæ in alienationibus rerum Ecclesiasticarũ requiritur, sicque nulla censeri debet, nec ex ea possessores adiuuari posse prætendit; sed vt credo rectius possessores exceptione conuẽtionis se tueri poterunt, nõ enim inficiatur Monasterio deberi decimam; dicimus tamen illam ex conuentione fuisse liquidatam in anno 1515. in pecunia, & hanc cõuentionem, vel fieri potuisse absque alia solemnitate, vel à iure requisitam solemnitatem interuenisse.

Non enim ignoro traditam certam fuisse formam à iure in alienationibus rerum Ecclesiæ, quæ si nõ obseruatur, alienatio tamquam nulla nõ operatur, quod dominiũ ab Ecclesia discedat, deficiẽte enim forma deficit actus, c. quia propter de elect. 1. q. 1. c. detrah. c. maiores de baptism. l. cũ hi §. prętor, & l. de his de transact. attento etiam quod in proprijs terminis iura annullãt alienationes aliter factas, ad tex. in c. 1. & 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6. in c. 1. de his quæ fiunt à mai. p. Capit. & varia requiri pro legitima, & valida alienatione rerũ Ecclesię statuerunt iura, de quibus habetur noto tit. de reb. eccl. non alien. tam in Decretali, quã in Sexto, in c. in summa, & c. fine exceptione 12. q. 11. c. 1. & c. tua de his quę fiunt à præl. fin. traditur in auth. hoc ius porrectũ C. de sacrosc. eccl. & nouissimè in extrau. Paul. II. in tit. de reb. eccl. cuius extrauagãtis solemnitas cũ in hac non adfuerit conuentione, ex hoc credit pars, illã esse nullam, & primęuo iure Ecclesiam nõ fuisse priuatam.

Sed animaduerto, prædicta omnia locum sibi vendicare, quando tractatur de alienatione bonorum Ecclesiæ, siue totaliter in concessionarium transferendo dominium, siue retinendo sibi directum, siue perpetuo, siue ad longum tempus in his casibus, quia verè, vel directũ, & vtile transfertur, vel saltem vtile, nec essariò solemnitates requiruntur; in re tamen de qua agimus, si rectè attendatur, nulla fit alienatio; nam decimam Monasterium nec remisit, nec alienauit: est verum quod quemadmodum sibi debebatur in piscibus ex vtili, & expedienti causa illam conuertit in pecunia, habita ratione ex annis præteritis, ad quam quantitatem illa poterat ascendere, & in hoc maximam fuit consequuta vtilitatem Ecclesia, tum quia certum est illud, quod sibi debetur, & non pendet à futura captura piscium, iuxta tradita in l. nec emptio §. fi. ff. de contrah. empt. tum etiam quia maximè fraudari poterat, si decima in piscibus, verè fuisset sibi persoluenda.

Hoc stante dico, quod nulla fuit facta alienatio, quæ attentis iuris regulis illa est, quando dominium in aliũ
1 transfertur, vel ius super re constituitur, iux. reg. l. fi. C. de reb. alie. nõ alien. In re autẽ de qua agimus nulla fuit facta alienatio, sed decima debetur, illaq; exigitur, & in alio non fuit facta mutatio, nisi tantũ quod exigitur in pecunia, taliter ex conuentione partiũ taxata, & in hoc non video quomodo pars prætendat nullitatẽ conuentionis ex prætensa deficientia solemnitatis, cum in ea non requiratur, etsi dicat, quod reperitur lęsa, quia hodię decima est satis, & longè maioris quantitatis, quàm tunc tẽporis fuerit taxata, hoc non est in consideratione; nam de iure sufficit, quod tempore conuentionis nulla poterit considerari læsio, quinimò Ecclesia fuit valdè meliorata, nam attentis fructibus, qui tunc temporis percipiebantur à lacu, qui etiam fuerunt liquidati postea per sententiam Sac. Cons. liquidatio tendit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & in maximum damnũ possessorum, quo stãte succedit vera iuris decisio, quod
2 in contractibus, qui fiunt per Ecclesiam inspicitur tempus contractus, an sit læsa, & non id quod post contractum scilicet quod res ad magnum augumentum venerit, gl. est notab. in propria materia in c. ad aures de reb. eccl. non alien. & gl. in c. cum dilecti de empt. & vend. & gl. in c. dudum extra de elect. plura ad istud propositum cumulat dec. Guid. Pap. 157. non debet Ecclesia postulare cuius contrarium non fuisset postulatura, ad tex. in l. pen. de solut. sicut cum casus euenit sterilitatis, vt ita dicam, Ecclesia non petijt decimam in piscibus, sed tantum in pecunia, & obtinuit.

Mitto quod iudicium læsionis non fuit propositum, sed tantum nullitatis ex deficientia solemnitatis, quando iudiciũ læsionis proponetur, hoc clarius demonstrabitur, nullum ius penitus partem fouere.

Illud

Illud secundo audactet affirmo, & si requiretur solemnitas in hac de qua agimus conuentione, cuius contrarium est verius, adhuc illam interueniſſe dico: Et considero, quod à die initæ conuentionis vsque ad tempus quo iudicium fuit institutum per Ecclesiam est efluxum tempus 70 annotum, nam conuentio fuit in anno 1515. iudicium fuit instiurum in anno 1584. quo casu solemnitas interueniſſe præsumitur, id non tantum ex generali regula, sed ex his quæ in specie in solemnitate alienationis reum Ecclesiæ tradiderunt Doct. Traditum enim est pro regula non tantum ex spatio temporis supradicto, sed minori, annorum puta decem præsumi interueniſſe solemnitatem, ad tex. in l. si filius C. de pet. hæred. in l. qui aliena ff. de acquir. hæred. Ias. & cæteri in l. si certis annis C. de pact. in l. sciendum, vbi est materia ff. de verbo. oblig. Socc. in reg. 376. in 5. fallen. Cassan. conſ. 11. Anto. de Butr. in c. peruenit de empt. & vend. Fely. in c. olim de lit. conteſtata, Dec. in conſ. 222.

3 Marian. Socc. Iun. in conſ. 22. ex qua regula dixerunt DD. præsumi conſensum Capituli spatio annorum decem, cũ alijs solemnitatibus in alienatione rerũ eccleſiaſticarum, Pet. de Anchar. conſ. 136. qui verè loquitur in tempore 30. annorum, Alexan. in conſ. 45. vol. 3. Fely. in c. sicut de re iud. Ias. in l. sciendum in veri. septimo, facit Corne. conſ. 348. vol. 1. Gozadin. conſ. 9. Dec. qui hanc communem dicit in conſ. 36. Aym. de antiquit. tempor. in 3. par. num. 27. hinc est etiam quod dixerunt DD. in simili præsumi decretum interueniſſe Superioris in re minoris diu alienata ex diuturnitate temporis, Ang. in d. l. qui aliena §. 1. Barbat. conſ. 26. n. 12. vol. 2.

Sed omiſſis multis generalibus, & similibus, quæ in hac re afferri poſſent, dico quod decursus tanti temporis, de quo agitur, & minoris etiam sufficit ad præsumendum authoritatem, & licentiam Summi Pontificis in alienatione; ita in specie tradit Ruy. in conſ. suo 35. n. 22. vol. 1. Capy. in dec. sua 4. vbi etiam optimè traditur per Gram. in dec. sua 79. & sic hoc in alijs casibus reperitur decisũ, & maximè in casu quæstionis nostræ est dicendum, vbi non tantum apparet exactionem factam fuiſſe per spatium 70. annorum per Monasterium, sed vlterius fuit per idem Monasterium intentatum iudiciũ pro obseruatione conuentionis in anno 32. & compilato proceſſu fuerunt poſſeſſores condemnati ad obseruantiam conuentionis, quomodo ergò permittendum erit poſt tanti temporis spatium, vt Monasterium poſſeſſores inquietet contra aliàs deducta & petita per ipsum.

RESOLVT. CCCX.

De pœnis venientium contra tranſactionem.

1 *Pœnæ venientium contra tranſactionem iuratam sunt, vt sit periurus, infamis, reſtituat accepta, & remoueatur à limine iudicij.*

2 *Pœnas prædictas incurrunt maiores dummodo contractus sit factus nullo cogente imperio, sed libero arbitrio, vt iuretur per Deum, & vltimò quod contraueniatur ipſi contractui, & tandem quod contraueniens dolo recedat à tranſactione.*

3 *Pœnæ prædictæ imponuntur ratione periurij, & in specie de pœna reſtitutionis acceptorum.*

1 TRia iura sunt quæ loquuntur de pœnis statutis cõtra venientes aduersus tranſactionem iuratam, l. si diuersa, l. vbi adhuc, & l. si quis maior C. de tranſact. vt sit periurus, infamis, reſtituat accepta, & remoueatur à limine iudicij. Quæ pœnæ non sortiuntur suum effectũ

2 niſi concurrant quatuor requiſita, scilicet. Vt cõtraueniens sit maior, quod contractus sit factus nullo cogente imperio, sed libero arbitrio, vt iuretur per Deum, & vltimum quod contraueniatur ipſi contractui, vt habetur expreſsè in d. l. si quis maior, & ibi notant DD. qui affirmant quintum requiſitum magis neceſſarium, & multum speciale esse, vt contraueniens dolo recedat à trãſactione, vt poſt Bal. ſcribit. Alex. in l. fi. n. 6. qui satiſ. cogant. in l. qui iuraſſe n. 3. de iur. iuran. & in conſ. 42. n. 13. quæ opinio vt refert Iaſ. in d. l. si quis maior in princ. non habet contradicentem, & durum eſſet recedere ab ea, nec quoad incurſionem pœnæ ipse contradicit, & conſ. 84. lib. 1. apertè ſequitur. & poſt Iaſ. Soccin. Iun. in d. l. si quis maior n. 16. dicit ſupraſcriptas pœnas rariſsimè habere locum, reſpondendo difficultatibus motis per Iaſ. Claud. Seyſel. n. 40. & ſeqq. affirmat hanc eſſe communem opinionem, & Iacobi. n. 56. verſ. vnum etiã

3 notetis, vbi etiam aſſerit, quod iſtæ pœnæ imponuntur ratione periurij, & in ſpecie de pœna reſtitutionis acceptorum n. 41. in fi. dum inquit; nam iſta pœna reſtitutionis datorum venit à lege propter periurium.

RESOLVT. CCCXXI.

Spoliatum, eſſe ante omnia reſtituendum.

1 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet etiam ſi fuerit factum ſine violentia, nec eſt neceſſe vt probet ſe fuiſſe ſpoliatum, ſed ſatis eſt probare ſe antea poſſediſſe.*

2 *Exceptio dominij non poteſt opponi contra ſpoliatum agentem remedio recuperandæ.*

3 *Si in promptu contra ſpoliatum offertur probatio dominij, probabilior ſententia eſt, vt non impediatur reſtitutio.*

4 *Poſſeſſio immemorabilis habet vim tituli.*

1 SPoliatum ante omnia eſſe in ſua poſſeſſione reſtituendum, ciuili, & canonico iure ſtatutum eſt, l. si quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi publ. cap. 1. & cap. in literis de reſtit. ſpol. ea fuit ratio, ne ex proprio delicto quis commodum ſentiat l. auxilium, ff. de minor. & l. itaque fullo ff. de fur. quæ regula locum habet in ſpolio, etiam ſine violentia, l. meminerint C. vnde vi, Bart. in l. ſi Coloni num. 2. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Bero. in c. 1. num. 31. de reſtit. ſpol. Socc. in l. rem quæ nobis ff. de acqui. poſſeſſ. qui cæteros cumulat, Vnde cũ Parochus quidam fuiſſet ſpoliatus ab Abbate eiuſdem Eccleſiæ, poſſeſſione quarundam domorum, reſtitui petijt in ſua antiqua poſſeſſione pacifica, & ipſum eſse ſpoliatũ clariſſimè liquet; non enim agens neceſse habet probare ſe ipſum ſpoliatum, ſed ſatis eſt probare antea poſſediſſe, Innoc. in c. poſt electionem de conceſs. præb. in fin. & in e. ſæpe de reſtit. ſpol. & tex. in c. reintegranda 3. q. 1. licet in facto probatum ſit de ſpolio, quod ex deductis in cauſa facile oſtenditur. Siquidem Parochus cameras ſuper quibus eſt contouerſia, Abbati ad certum tẽpus commodauit, ex quarum commodato, noſcitur & dominium, & poſſeſſionem eſse pœnes Parochum commodantem, l'rei cõmodatæ ff. cõmod. vnde cum requiſitus commodatarius reſtituere negauit, ſpoliare dicitur, l. Colonus ff. de vi arm. Alex. conſil. 33. lib. 6.

Poteſt ergo Parochus vti ſpoliatus agere remedio recuperandæ. ex l. conductores C. locat. & l. non ab re C. vnde vi, quæ leges locum ſibi vendicant in omnibus illis, qui ab alio rem precario detinent, prout citatis locis communiter Scribentes aſſerunt, ſed Abbas ſpoliator, dum videt ſe in poſſeſſorio ſuccumbere, nititur iura ſua dominij exceptione defendere.

Videndum ergo, ſi hæc exceptio dominij poſſit op-

2 poni contra ſpoliatum agentem remedio recuperandę, & regula eſt, non admitti, d. c. 1. de reſtit. ſpol. imò dominium ſi quod habet amittit, l. ſi quis in tantam C. vnde vi; nam prædo etiam manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, d. c. in literis de reſti. ſpol. l. 1. §. qui à me ff. de vi, & vi arm. Verum & ſi hæc regula clara ſit, multas patitur limitationes, quarum Ego duas tantum referam.

Prima eſt, quia iſta procedit tantum in ſpolio violen-

to,

to, secus autem in spolio clandestinè commisso, huius sententiæ fuere Dyn.in c.qui ad agendum de reg.iur in sextò, Bal.in l.naturaliter §. nihil cõmune ff.de acquir. possess.quem sequuntur Roman.hic,& Ang.in l.vitia C. eod.cõtrarium tenet Bar.in l.si Coloni C.de agricol.& censit. vt in hoc iudicio reijciatur exceptio, siue interueniat violentia, siue non, cuius opinionis sunt Innoc. & Io.And.relati per Alex. qui ipsos sequitur in d. l.naturaliter §.nihil commune,Socc. in l.rem quæ nobis de acquir. poss. & hanc dicit communem Bero. in d. c. 1. num. 31. de rest. spol. secundum quam iudicari debet.

3 Secunda limitatio est,si in promptu offeratur probatio dominij, vt ex ea impediatur restitutio,quam tenet gl.in d. l. si de vi ff. de iudi. sed gl. in l.1.§. 1.in verb.ad recuperandam ff. de vi, & vi arm. & gl. in c. 1. de rest. spol.tenet contrarium, quam sententiam communiter sequuntur Scribentes Din. Abb. Innoc.Bar.Bal.Luc.de Pen. Oldrad. Philip. Corn. Paul. de Cast. Alber. Ros. Franc. Curt. Rip. Dec. Angel.& alij relati per Boer.q. 238.& Bero.Bellamer.Crauet.Ias.Paris. Rolan. à Vall. Couar.Plot. & alij relati per Menoch. quos ipse sequitur in tract. de recup. poss. remed. 1. n.239. & quidem hæc mihi videtur verior.

Nam si lex priuat Dominum dominio suo propter delictum spolij,d.l.si quis in tantam,quomodo vult admittere hanc exceptionem, sentiret. n. commodum ex suo delicto,quod leges abhorrent; nam esse in facultate Domini,probationibus inuentis, sua manu ius dicere,vt perbellè considerat Menoch.loc.cit.n.243.

Sunt qui dicunt supradicta procedere tãtum in spolio violento,non autem clandestino, vt Bar. in d.l.si de vi ff.de iudic.& in l.vlt.C.vnde vi, quem sequitur Barb. in Apostill.sed verior,& communior est in contrarium, vt testatur Bero.in d.c.1.n.31.de rest.spol.nec procedit limitatio,vt fauore Ecclesiæ possit obijci hęc exceptio, quam tradit Bal. in l. 1. de appel. nam in casu nostro adaptari non potest, cum non Ecclesia, sed ministri contendunt de possessione, non ergo admitti debet exceptio dominij,quamuis hæc non veniat in casu nostro, cum opposita hac exceptione per Abbatem fuit reiecta, nam ille petijt declarari Cameras ad se spectare,& per D.Reuer.Vic.non aliter admissa exceptione proprietatis, fuit datus terminus super possessorio summariissimo.

Sed dato,& non cõcesso,quod de hac exceptione cognosci deberet, eo magis pronunciari debet ad beneficium Parochi,tum ex possessione immemorabili, quam
4 spoliatus clare deduxit,quæ vim tituli,& priuilegii habet, gl. in c.1. de præscrip. tum etiam ex aliis actibus Dominicalibus per Parochum productis,vt concessione contiguarum domorum pro annuo censu,quem hodie Parochus possidet.Et ex Prælati visitatione in actis exhibita, ex qua habetur domus in actis deductas,fuisse extructas pro Curato dictæ Ecclesiæ, vt facilius possit ministrare Sanctiss.Sacramenta,qua ratione attẽta, statutum est, de relictis factis à Parochianis deberi quartam Parocho siue Rectori, operariis. n. debetur mercedis exhibitio,clem. dudum §.verum de sepult.& eadem ratione DD. interpretati fuere, vt in dubio legatum factum Ecclesiæ, censeatur factum Parochiali, vt dixit Bar.& communitet Scribentes in l. quæ conditio §.cum ita ff. de condit.& demonst. & alii relati per Menoc. lib.4.præs.114.

Vnde minime dubitari debet de dominio dicti Parochi, & si petitorium discutiendum esset, cum non ex eo Abbas, quia Abbas dicitur dominus esse præsertim rerum, quæ antiquissima possessione,& iusta iuris præsumptione, per Parochos possessæ fuere,aliter cogeremur dicere posse Abbates ex solo titulo Abbatiæ spoliare Parochos, quę iustè, & legitimè possident,quod nullo iure admittendum est;nam debet probari specialis causa acquisitionis dominii.

Aloys. Ricc. Praxis Pars II.

RESOLVT. CCCXXII.

De fructuum restitutione.

1 *Iudex condemnat etiam de fructibus, post quam lis inchoata est, nam possessor est in mala fide.*

2 *Quando is qui possidet habet titulum, tunc etiam post litem contestatam dicitur bonæ fidei possessor quantum ad fructuum perceptionem, secundum aliquos, sed si fructus extant, tenetur restituere.*

IN præsenti Resolutione dubitatur, an detur hypotheca super fructibus perceptis per possessorem bonæ fidei, iam consumptis post litem contestatam. Pro opinione, quod detur videtur text. in l.si fundus §. in vendicatione in vers.interdictum ff.de pignor.vbi dicit text. quod Iudex condemnat etiam de fructibus 1
postquã lis inchoata est,& est ratio,quia post litem cõtestatã est in mala fide, & propterea ad fructus condẽnari debet, per text. in l. certum C. de rei vendic. vbi text.faciendo differentiã inter fructus extantes, & cõsumptos,& inter bonæ fidei possessorem,& malæ fidei, dicit post litem contestatam vniuersos,& ratio ponitur per gl.quia post litem contestatam efficitur malæ fidei, per quę iura Cyn.in l.quamuis C.in quib.caus.pign.vel hypot.tacit.cõtrah.dicit quod fructus qui percipiũtur pendente iudicio in hypothecaria veniunt restituendi officio Iudicis,quem sequuntur ibi Alber.& Salyc.quos refert Capy.in vulga.sua dec. 177. In contrarium verò videtur tex.in l.1.§.cũ predium,lo primo, ff. de pignor, vbi dicitur,quod emptor non tenetur restituere fructus consumptos bona fide,vtili actione Seruiana.& si diceretur quod post litem contestatã est in mala fide, hoc non est verum,vt voluit per illum tex. gl. in l.qui scit in vers. bonæ fidei in verb.percipiendos ff.de vsur. vbi notatur, quod bonæ fidei possessor, quoad quædam post
2 litẽ cõtestatã,remanet bonæ fidei, vt quia facit fructus suos,quam opinionem sequutus fuit Bar.in l.ex diuerso n.9.vers.venio ad secundũ ff.de rei vendic. idem voluit Ang. ibi post n. 4. in vers. primum est an bona fides, de quo nõ dubitant DD.quando ille qui possidet habet titulum,ideo Affl.refert per S.C.fuisse decisum,quod ille qui habet titulum,& bonam fidẽ, & litigauit de validitate tituli,non teneatur fructus restituere,etiã post litẽ motam, vt in dec.278.n.5. & si diceretur quod etiam si faciat fructus suos teneatur restituere officio Iudicis, per DD.in contrariam partem allegatos; Aduertendũ est, hoc intelligi debere, quando fructus sunt percepti post litem contestatam; & extant, ita voluit gl. in alleg.l.qui scit, in allegato vers.bonæ fidei,in verb. percipiendos,quæ respondendo ad tex. in l. bonæ fidei ff. de acquir.rer.dom.qui allegatur in contrariũ, dicit quod facit fructus suos post litem contestatam, sed tenetur restituere officio Iudicis,si extant, idem voluit Bar. in allegat l.ex diuerso n.6.hoc modo intelligendo text. in alleg.l.certum,& ita allegati DD.in l.quamuis C.quib. caus. pign tacitè contrahat,intelligẽdi sunt,& est ratio secundum Bal.in alleg.l. ex diuerso n.2. vbi ponit quæstionẽ an bonæ fidei possessor fructus quos consũpsit, teneatur restituere, & dicit quod non, in singularibus, quia liberatur possessor quasi per interritum & sic semper per S.C.fuit decisum,non obstante Capy.decis.quæ non potest saluari nisi in fructibus extantibus, postquã in consumptis officium Iudicis non procedit.

RESOLVT. CCCXXIII.

Decima, an debeatur Episcopo super corporibus feudalibus?

1 *Vbi clericus habet patrimoniũ sufficiens ad victum, nec solitum est solui decima, non debeat adstringi ad soluendum*

dum, quod est intelligendum quando dictum patrimonium Clerus habuit loco decimarum.

2 *Decima Sacramentalis est triplex, scilicet personalis, realis, & mixta.*

3 *Decima prædialis debetur Parochis Sacramenta ministrantibus.*

4 *Præscriptio super vno corpore, non extenditur ad alia corpora.*

AD exclusionem prætensorum occasione decimæ per quemdam Reuerendiss. Episcopum, contra N. Comitem, allegabatur quov decima quamuis omni iure debita sit, nec possit illius satisfactio absque peccato differri, tamen in multis Italiæ partibus, vbi à tempore immemorabili nunquam reperitur præ-
1 stita, non possit, nec debeat aliquo pacto vlterius peti, quia patrimonium ibidem Clerus habet sufficiens victui, ac pauperum subuentioni, quod correspectiuè à populo assignatum creditur loco decimæ, & in satisfactionem debitæ decimalis recognitionis, etiam de consensu Romanæ Ecclesiæ, postquam non apparet aliundè peruenisse, nec decima fuit vnquam soluta, idque permissum non fuisset (vt creditur) in animarum perniciem, nisi concurrente probabili causa, ita Raymun. antiq. Summ. lib. 1. tit. 15. & vltra Summistas, & Theol. tenuerunt Canon. vt post alios voluit Abb. in c. à nobis de decim. Pet. Bell. in Spec. Princ. rub. 13. §. nunc tractemus n. 27. Bened. Capr. lib. concl. 1. concl. 98. nu. 35. Rebuff. de decim. q. 13. n. 36. & 78. Couar. var. resol. lib. 1. c. 17. vers. quarto, illud tamen: & in Regno ex hac causa, decimam non solui, testatur Petr. Bellu. loc. cit. & affirmat per hæc formalia verba, videlicet.

Et hoc verum nisi iam Ecclesia loco decimarũ aliud percepisset à laicis, quia tunc non posset ab illis decimam petere, vt dicitur factum in Italia, quia id quod datum est, vice permutati dominij fungitur.

Secundo præmitto, quod decima, quam exigit dictus Reu. Episcopus super certis corporibus feudalibus virtute sententiæ de anno 1504. non sit Sacramentalis, seu spiritualis, sed realis iure seruitutis imposita de consẽsu Comitum Ciuitatis N. Nam triplex tantum dicitur decima Sacramentalis scilicet personalis, prædialis, & mixta, gl. in c. nuncios de decim. hæc autem personalis non est, quia solueretur ratione Sacramentorum, cap. ad Apostolicæ eod. tit. & sic in loco vbi recipiuntur Sacramenta, & non in Ciuitate N. in qua non est dubium, vtiles dominos Sacramenta non recipere, non est prædialis, prout pars prætendit. Primo, quia debetur deductis sumptibus, qui in decima prædiali non deducuntur, c. tua nobis, & c. pastoralis de decim. Secundo, quia soluitur in tribus tertijs, prædialis tamen statim recollectis fructibus, c. cum omnes 16. q. 7. & c. cum homines de decim.

Tertio, ea decima si prædialis esset, competeret Curatis, à quibus Sacramenta ministrari solita fuerunt in
3 Parochijs à Cathedrali distinctis, Rebuff. de decim. q. 7. n. 7. vel saltem quando tota diœcesis in Cathedrali consisteret, deberet inter Canonicos distribui, & alios ministrantes diuina, vt ex eo, Rebuff. ibid. n. 9. & 10.

Quarto, id arguitur ex qualitate rerum de quib. præstatur, quia fructus ciuiles feudi, personali non autem prædiali decimæ obligati sunt, vt dixerũt Host. Io: And. & alij in c. cum nõ sit, & c. tua nobis de decim. quæ quidem decima personalis hodie nullo iure debetur, Couarr. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. Imò sicut penes Regem tales fructus decimã non præstarent, ita nec penes Comites, ad quos translati censentur sub ea lege, qua erãt penes Regem, Andr. in §. quid ergo, de inuest. de re alie. fact. & quia iura huiusmodi dependent à capite, sicut ergo ex illis non soluitur decima in Ciuitate Neap. nec alibi, ita nec debet solui in Ciuitate prædicta N. ne diuerso iure censeantur cõtra l. eũ qui ædes de vsucap.

Quinto, id arguitur ex qualitate loci, quia in Ciuitate prædicta N. (vt dictum est) nulla præstatur decima, neque personalis, neque prædialis; ideo si eo iure illam de qua agitur, petijsset Episcopus vtique succubuisset, quia ibidem à nemine soluitur, & multò minus ab illius Comite ex bonis feudalibus, & propterea petita, & obtenta fuit virtute possessionis immemorabilis, & literarum Federici Regis, manifestè præsupponendo, quod Sacramentalis non esset. Non est mixta, quæ de fructibus animalium solueretur, vt puta de fæno, & lana, c. peruenit de decim. vel de animalibus ibidem pascentibus, Comitis, aut Ciuium essent, & non exigeretur in pecunia, cum sit quota fructuum.

Ex prædictis videatur tolli prætensio Episcopi, nam quatenus prætendat decimam in territorio prædicto N. illa non debetur, postquam numquam soluta fuit, & Ecclesia N. habet æquialens patrimonium, quod datũ præsumitur in satisfactionem debiti decimalis; quod si prætendat per possessionem exigendi decimam super certis corporibus feudalibus, habere etiam possessionem cæterorum corporum, & bonorũ, arg. c. cum in tua de decim. & ex reg. text. in c. quia circa de priuil.

Replicabatur primo, quod illa decima petita, & obtenta fuit non vti debita de iure communi, sed virtute possessionis à tempore immemorabili, & sic iure præscriptionis, ergo quia talis præscriptio, seu possessio non extenditur ad alia corpora, sed militat tantum respectu eorum, quæ subiecta reperiuntur dictę præstationi, l. j. §. hoc interdicto ff. de itin. act. præu. & not. in c. cum contingat, vbi Anchar. Abb. & alij de decim. Rebuff. de decim. q. 14. n. 9. & seq. & text. in c. cum in tua, procedit in decimis iure cõmuni, nõ præscriptione debitis ex mente præall. DD. & cessat illa cõsequentia quod dicta pos-
4 sessio super certis corporibus obtenta per sententiam S. C. vigeat etiam respectu reliquorum; nam regulariter præscriptio non extenditur ad alia corpora, gl. in c. dilecto, de off. Ord. ideo quatenus appareret possessum, præscriptum dicitur, Innoc. in c. Cumana de elect. nec præscriptio recipit extẽsionem personarum, aut actuũ, Bal. cons. 257. quæstio vertens lib. 2.

Secundo, dicta decima ne dum petita, & obtenta fuit virtute præscriptionis, imò clarissimè ex supra deductis apparet, quod Sacramentalis non sit, sed iure seruitutis quæsita, ergo respectu illius cessat regula d. c. cum in tua, quæ procedit in decima Sacramentali tantum, vt not. in d. c. cum contingat, & consuluit Menoch. cons. 36. n. 34. allegat Couar. & alios, facit tex. & gl. in l. non modus C. de serui. vbi concessa seruitus aquæducendæ ad irrigandum prædium, non comprehendit alia prædia, imò nec prædiũ illi adiunctum. Tertiò, non militat dicta regula respectu corporum feudalium, ex quibus non debetur decima quamuis Sacramentalis, nisi quatenus solita sit exigi tempore Gulielmi Regis, vt in Const. quanto, & in c. Caroli II. de ann. 1309. incip. Officiales Comitum, &c. Ergo, dato quod decima, de qua in sententia sit Sacramentalis, adhuc non debetur, nec prætẽdi potest, nisi ex corporibus à quibus præstari solita est, nõ ab aliis licet vnitis corporibus obligatis, quia seruitus non extenditur ad corpora addita, quãuis vnita, maximè quia additamentũ separabile est, & de per se subsistẽs, & ideo non sortitur naturam eius, cui additur, sed propriam, & distinctam conditionem obtinet, l. qui fundum §. 1. ff. pro empt. notat. in §. sed si quis demansu de contro. inuest. & in §. è contrario de inue. de re alie. facta, Capyc. in inuest. in verb. feudorum accessoria, & feudorũ augumenta, maximè quia iura addita sunt diuersę naturæ, nam ius ponderum, & mensurarum vnitum iuri Dohanæ, ius nouum est, & consequenter ex eo recipi non potest decima Sacramentalis, sicut recipitur à iure veteri Dohanæ, Isern. in d. Const. quanto, & in Rit. 2. sub titul. de decim. Item pœnæ contumaciarum ciuilium, & liquidationis instrumentorum, & alio-

rum

rum contractuum non recipiunt decimæ præstationem, sicut baiulatio, cui addita sunt, Deut. c. 23. ibi: Non offeras, &c. & c. miror 17. q. 4. præterea ex Taberna non debetur decima, sicut ex passu, quia Tabernæ redditus industrialis est, & consequenter personali decimæ subiectus, ideo ex pensione domus decima non soluitur, vt per Io. And. in c. commissum eo. tit. Vltimo, non potest impugnari transactio de anno 1545. ex defectu assensus Regij ex parte Comitis, quia nō requirebatur postquā per transactionē feuda de nouo non obligabantur, stante sententia de ann. 1504. vt in specie consuluit Minad. cons. 39. Nec obstant notata in c. vltimo de rerum permut. quia procedunt in decima Sacramentali, non autem temporali iure feruitutis constituta, vt in indiuiduo notat Collect. ibid. Item loco decimæ non fuit assignata pecunia, sed annuus redditus, qui inter immobilia connumeratur, Archidiac. in c. decimas 16. q. 4. Insuper ea transactio fuit confirmata auctoritate Summi Pontificis, & propterea validissima, vt not. in cap. vltimo, & c. 2. de transact.

Sed pro parte Reuer. Episcopi allegabantur validissimæ rationes, quod scilicet dicta decima sibi deberetur super corporibus feudalibus, quibus non fuit responsum efficaciter per aduersarios, & sic lis remansit indecisa.

RESOLVT. CCCXXIV.

De corpore delicti ante inquisitionem in quocumque crimine, satis est quod constet verè, vel præsumptiuè.

1 *Iudici inquirere volenti, debet constare de corpore delicti;*
2 *Vbi liquido potest constare de corpore, Iudex debet adhibere omnem diligentiam, sed si non potest, satis est vt præsumptiuè de illo constet.*

EX Federici Scotti cons. 45. hæc habentur regulariter. Primum, & ante omnia Iudici inquirere volenti, seu inquirenti, debet constare de corpore delicti l. j. §. item illud, & ibi Bar. ff. ad Silla. & licèt Bal. in l. 3. in lectura antiqua ff. de test. dixerit hoc non procedere in crimine falsi, furti, & adulterij, & ipsum sequatur Brun. in tract. de Indic. & tortur. q. 5. in princ. nu. 10. de cuius tamen opinione dubitauit August. de Arim. in addit. ad Angel. in verb. fama publica vers. 12. tu Iudex, & Blanc. in l. fin. n. 15. ff. de quæst. distinxerint, an corpus subijci possit oculis corporeis, vel nè.

Nihilominus regula prædicta indistinctè procedebat absque vlla limitatione, & in quolibet crimine, sed erat intelligenda, quod debeat constare de corpore delicti veri, vel præsumpti, ita Raph. Cuman. in l. etsi certus per illum text. vbi etiam Bart. Bal. Ang. & alij ff. ad Sill. & per illum tex. cuncti etiam ibidem notant per supradictos confundi limitationem, & distinctionem, de quibus supra, dum per illum text. satis erat constare hominem non reperiri.

Nec dicam, primum dubium loqui in quæst. seruorum, quia etiam text. in d. l. 1. §. item illud, ex quo sumitur regula prædicta, loquitur in seruis, & tamen vult debere constare de corpore, antequam procedatur ad quæstionem, prout etiam Ias. l. j. ff. de quæst. & sic declarabat dictum Raph. Cuman. in d. §. item illud.

2 Bene verum est, quod vbi potest liquidò constare de ipso corpore, Iudex debet omnem diligentiam adhibere, vt in actis de illo appareat per ocularem inspectionem; sed si non potest, satis est quoad præsumptiuè de illo constet, vt per Blanc. in d. l. fin. & ita semper seruatum fuit.

RESOLVT. CCCXXV.

Confessio extraiudicialis de aliquo crimine, facit inditium ad torturam, & aliquando est sufficiens ad condemnandum.

1 *Confessio extraiudicialis criminis, facit indicium sufficiens ad torturam.*
2 *Prædicta conclusio procedit siue confessio criminis fuerit facta parte absente, siue præsente, nam non operatur aliū effectum, quam indicium ad torturam.*

1 CONfessio extraiudicialis facta de aliquo crimine, inducit inditium ad inferendam torturam confitenti, ita Bar. & Alex. post princ. in l. capite quinto ff. de adult. cum alijs coaceruatis per Mars. in sing. 310. per Clar. in princ. §. fi. quæst. 21. vers. confess. vbi meminit istam esse communem opinionem, prout docuit in praxi Viui. comm. opin. 138. & seq. lib. 1.

Quæ communis conclusio procedit indistinctè, siue
2 confessio fiat in criminalibus, parte absente, siue præsente, vt ea tūc non operetur alium effectum, quam indicium ad torturam, vt voluit Rot. dec. 182. quod licet confessio in tit. de confessis in nouis, & imò in cap. at si clerici de indic. Bal. cons. 25. n. 3. & seq. vol. 1. vbi dicit istam esse communem opinionem, quam sequitur, & probat Felyn. in cap. si cautio nu. 14. de fide instrumentorum, & ita decisum refert idem Viu. in dec. 142.

RESOLVT. CCCXXVI.

Ignorantia Bullæ in cœna Domini, an excuset transgressorem.

1 *Bulla cœnæ est satis nota, & de ea fit mentio in corpore iuris.*
2 *Non potest quis excusari de inobseruantia Bulla cœnæ propter consuetudinem, cum in ea improbetur consuetudo.*

CEnsui incidisse in pœnas Bullæ cœnæ Domini, quēdam, ob recursum ad quemdam Iudicem laicum, non obstante allegata ignorātia Bullæ cœnæ, cuius ra-
1 tio est, quia prædicta Bulla est satis nota, & de ea etiam in corpore iuris fit mentio, vt in clem. 1. de iudic. vnde merito ab illius cōtemptu minimè quis prætextu ignorantiæ excusatur, secundum Bal. in l. leges sacratissimæ nu. 4. C. de leg. & prout etiam ex illius tenore expresè disponebatur, nullū prætextu ignorantiæ excusari posse; imò omnes arctare, ac si eis personaliter intimata foret, vt notatur in d. clem. 1. quæ conclusio procederet etiam si adesset consuetudo in contrarium, quia ad-
2 huc procederet rigor, seu tenor dictæ Bullæ: cum consuetudo reperiatur quoque improbata expresè per eamdem Bullam, quo casu prædicta consuetudo nunquam excusare poterat transgressorem legis à pœna, vt singulariter dixit Bal. in auth. nauigia, per illum tex. C. de fur. Iacob. Alua. & Mode. in auth. vnde sumitur de statu, & consuet. licet alias consuetudo quantumcumque mala excusaret à pœna, gl. in c. denique 4. distin. Abb. in cap. cum venerabilis, & in cap. cum ecclesiasticam in 1. notab. de simon. Roman. in sing. 19. an consuetudo, & Dec. in consil. 175. in pœnis, & consuetudo etiam iniusta excusat à pœna, vt post alios de communi testatur Mandos. ad Rom. in cons. 146. nu. 2. Bursat. cons. 77. num. 1.

RESOLVT. CCCXXVII.

Beneficiatus, an teneatur probare de iusto titulo prædecessoris, qui beneficium eidem renunciauit?

1 *Non tenetur in beneficialibus quis probare titulum sui prædecessoris, sed sufficit quod prædecessor fuerit habitus pro tali.*

1 *Non tenetur quis probare titulum sui prædecessoris quando dictus prædecessor per triennium possedit.*

1 IN quadam causa mihi delegata iudicaui, non teneri Beneficiatum, qui habuit dictum beneficium per renũciationem, iustificare seu probare legitimum titulum sui prædecessoris; & motus fui ex allegatione Lapi 89. qui per plura fundamenta hanc opinionem firmat, & sequitur Imol. in cap. illud de præsump. c. innotuit de eo, qui fur. ordin. suscep. quem refert, & sequitur Rom. in cõs. 463. sufficit enim probare ipsum fuisse existimatum, & habitum pro Rectore illius Ecclesiæ, vt ibi notat Rom. & Bellam. decis. 545. inchoante, non obstantibus conclusionibus, Lap. d. allegat. 89. in Dei nomine amen, vers. venio ad secundum, & Bella. dec. 112. subrogatus, & idem in decis. 116. Cassado. decis. 2. de caus. possess. & propriet. n. 4. Boer. decis. 22. n. 30.

Intellexi tamen supradictam opinionem, si renunciãs
2 possedit per triẽnium pacificè, tunc non tenetur probare iustum titulum, & ita intelligendam esse Rot. decis. 102. agenti in nou. inquit Mandos. in Addit. ad Rom. d. cons. 463. & ante eum tenuit Philip. Frãc. in c. suscepti num. 11. de rescrip. lib. 6. & Lap. d. alleg. 89. vult requiri longissimam possessionem, ad hoc vt quis non teneatur probare iustum titulum sui prædecessoris, debet intelligi etiam in triennali possessione, & ita seruasse, & seruare Palatium, inquit Cassad. dec. 160. n. 6. & Achill. in dec. nõ impressis dec. 1. tit. antecessoris sub rub. de lit.

RESOLVT. CCCXXVIII.

Extractus ab Ecclesia blandis verbis per satellites Curiæ sæcularis, an gaudeat immunitate ecclesiastica?

1 *In materia immunitatis Ecclesiasticæ, violentia condemnatur.*

2 *Preces nimium excessiuæ, sunt loco violentiæ.*

3 *Persuasiones, & blanditiæ arguunt dolum si contineant mendacium, vel falsas causas.*

4 *Preces illorum quibus debetur reuerentia, inducunt iustum metum.*

5 *Quando iudex reperit reum extra Ecclesiam quamuis ab alio fraudulenter extractum, poterit capere, sed talis fraudulentus tenetur restituere, quod si non poterit, erit per accidens, & tenebitur ad damnum.*

SVpponitur in facto, quendam delinquentem confugisse ad Ecclesiam, & per satellites Curiæ sæcularis blandis verbis, & impunitate promissa, cum iuramento ab eadem Ecclesia extractum fuisse; dubitatum fuit, si delinquens pœnitentia ductus vult iterum confugere ad Ecclesiam protestando admitti se ad beneficium immunitatis eiusdem, sit restituendus Ecclesiæ, & in multis fuit dubitatum pro opinione negatiua.

Primò, quia ex dispositione c. inter alia in fi. de immun. eccl. non nisi inuiti prohibentur extrahi, vbi dicit neminem esse ab Ecclesia violenter extrahendum, &
1 in c. frater 17. q. 4. ibi reluctantem, reclamantemque violenter extraherent, ergo à contrario sensu, cessãte violẽtia nocebit exitus ab Ecclesia, vt notatur hic per omnes Scribẽtes, & voluit Clar. in §. fin. q. 30. n. 1. vers. sed certè, vbi ait, quod isti, qui spõtè exierunt ab Ecclesia licitè puniũtur, & nõ possunt gaudere immunitate ecclesiastica per dicta Remig. in tract. de immun. eccles. in princ. 3. præsuppos. n. 12. & seq. melius fallen. 12. vbi expresse sequitur Io. Vis. & subdit quod in hoc non est offensa Ecclesia, Hostiens. Io: And. Anchar. & Panorm. in c. fi. eod. tit. quia Canon solam violentiam condemnat, quæ non fit volenti, d. c. inter alia §. 1. eod. tit. Ambros. de immun. eccl. c. 11. n. 1. vers. nec dicatur, Anchar. in c. fi. de immun. eccl. in sextò, Nau. in Man. c. 15. n. 21. in fin. Boer. dec. 109. q. 2. in fi. Villag. de extens. c. fi. n. 4. 5. & 6. Burg. de Paz in pract. 1. tom. c. 3. §. 3. n. 21. & 165.

Secundò, quia renunciantibus iura sua, non est dandus regressus, l. quæritur ff. de ædil. edict. c. ad nostrã de renunc. vnde cum supradictus inquisitus renunciauit iuri suo, quod licitè potuit, l. si quis in conscribendo C. de pact. & l. si quis in conscribendo C. de episc. & cler. & fuit decisum in c. ad nostram de emp. & vend. vnde sicut ei licitum fuit perfugium ad Ecclesiam, ita quoque exitus esse debet.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, cõtrarium censui ex infrascriptis. Primò, quod talis restituẽdus est Ecclesiæ, cum sint corruptiones, & violentiæ fa-
2 ctæ Ecclesiæ, c. constituimus 17. q. 3. & ibi ipse reus auctus timore de Ecclesia discesserit, Igneus in l. 1. num. 4. ff. ad Sillan. Remig. in dicto tract. de immun. eccl. q. 15. & in fallen. 26. in fin. vers. vnde qui, ad hoc allegat Syluest. in Summ. in verb. immunitas 3. q. 3. Burgos de Paz in loco prælegato n. 166. & 167. Gomez. in 3. tom. Delict. cap. 12. n. 7. Couarr. variar. resol. lib. 1. c. 20. n. 16. Plaza lib. 1. de Delict. c. 17. Clar. in §. fin. n. 6. circa principium Azeued. in l. 3. n. 13. & seq. tit. 2. lib. 1. recõpil. Bouadil. in polit. c. 14. n. 79. licet hoc intelligat, vbi confugiens ad Ecclesiam, gaudere poterat immunitate, nam si delictum esset exceptum à Bulla, vtique sibi imputandum esset, quia non ita de facili committere se debebat Iudici, vel Ministris sæcularibus, qui promissiones seruare non tenebantur, cap. sicut antiquitus, & cap. diffiniuit, & cap. quisquis, & glos. in dicto cap. constitutus cum alijs relatis per Bouadill. vbi supra, Remig. in dicta fallen. 26. n. 6. vers. vnde si Iudex.

Secundò, præfatæ satellitum persuasiones fuerunt ni-
2 mium excessiuæ, tales autem sunt loco violentiæ, coactionis, & minarum, Felyn. ad cap. 1. circa initium de offic. Delegat. iuxta c. cum inter de election. l. 1. vbi gl. C. si Rector Prouinciæ, l. 1. C. de petition. bonor. subl ata lib. 10. cap. vltim. de rescript. Afflict. decis. 69. num. 8. Crauett. cons. 192. n. 12. Menoch. de arbitr. iud. cas. 398. sub n. 41. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 12. in fin. Tiber. Decian. cons. 65. n. 2. Diaz regul. 688. vxori limit. 3. Segur. in l. 1. §. si vir ff. de acquir. possess. Rebuff. ad ordinat. reg. tom. 2. Rub. de rescrip. ar. 2. glos. 3. Pet. Pecch. in tr. de arrest. lib. 1. c. 9. n. 9.

Et hoc colligi potest ex multis. Primò, si fuerint immodicæ, excessiuæ, & importunæ preces, l. eum qui, C. de Apost. l. 1. ante fin. C. de rapt. virgin. quæ iura ad hoc proposito allegant Paul. Castr. consil. 174. col. 1. lib. 1. Socc. cons. 25. col. 2. lib. 2. quem refert, & sequitur Curt. Iun. cons. 145. col. pen. Calcan. cons. 25. col. 3. in princip. cons. 120. col. 6.

Fortius scripsit Oldrad. col. 3. in prin. in cõs. 36. quod suasio ad malum pluseſt quam compulsio, l. 1. §. persuadere ff. de seru. corrup. Mascard. de prob. concl. 531. lim. 10. num. 39.

3 Tertiò, persuasiones, & blanditiæ arguunt dolum, si cõtineant mendacium, vel falsas causas, vt innuere videtur text. in l. si quis affirmauerit §. 1. in l. quod venditor, in l. eleganter §. idem, Pompas. ff. de dolo, Luc. de Penn. in l. quoties num. 7. C. de dignitatib. lib. 12. Barb. cons. 43. col. 4. lib. 1. Soccin. Sen. cons. 4. num. 5. Crauett. de antiquit. tempor. in 1. par. vers. vidimus num. 16. 18.

cons.

conſ.2.num.13.conſ.282.nu.8.& 192.nu.13.Dec.conſ. 489.num.6.Rodriq.Suar.alleg.20.n.30.Borgnin.de tut. num.280.

Declaratur niſi talis mendax, ex tali mendacio,nullum commodum reportaſſet,ceſſante enim commodo, iure ceſſat dolus,Pariſ.conſ.8.n.1.vol.4. Crauett. conſ. 18.n.22. poſt Cald.conſ.150.& 382.vol.1.

Quartò, preces illorum,quibus reuerentia debetur, inducũt iuſtum metum,Inn.in c.petitio de iur.iur.Barb. conſ.49.nu.9.lib.1.arg.not.in l.1.C. ſi rector Prouinciæ in verb.pignora, Mandel.conſ.77.num.10. Sfort.de reſtitut. in integr.q.7.n.289. Addo benè loquentem dec. Pedem.172.nu.3. vbi bene loquitur.Limitatur tamen notabiliter dicta concluſio, quando Iudex reperiret reum extra Eccleſiam, quamuis ab alio fraudulenter extractum, nam tũc poterit capere,& in tali caſu prædictus fraudulentus tenetur reſtituere dictum reum Eccleſiæ,quod ſi non poterit,erit per accidens,& & tenebitur ad damna, ita Suar.de religion.tom.1.lib.3.de reuerentia debita locis ſacris c.vltimo num. 17.

Non obſtant contraria,præſertim illorum,quod poſſit renunciare priuilegium in eius fauorem inductum; nam reſpondeo ,etſi prædictum priuilegium ſit miſtũ, Eccleſiæ nimirum,& perſonæ conceſſum,tamen nõ poterat renunciare in præiudicium Eccleſiæ,vt concludit licet inreſolutè Tiber.Decia reprobando Ioa. Viſc. in tract.crim.lib.6.c.26.num.12. Petr.Pechius in tract. de arreſt.& de iure ſiſtendi c.9.uum.3. in fi.verſ.ego verò, vbi ait, bene eſse veriſſimam opinionem Bouad.in polit.lib.2.c.14. nu.19. qui adducit in argumentum, ſicut clericus non poteſt renunciare beneficio fori,quia priuilegium illud datum eſt ordini, & non perſonæ tantũ, text. in cap. ſi diligenti in for. comp. Bart. conſil.225. quem ſequitur Socc. in cap.1.nu. 23. in fi.de for.comp. & poſt alios tradit Alex. Ambroſin.in tract.de immun. eccl.c.16. nu. 13. ita & pariter videndum dicebatur in caſu illo.

RESOLVT. CCCXXIX.

Clericus, iuſta, rationabili, & neceſsaria cauſa, de ſui Prælati licentia abſens,an & quando gabellæ immunitate, tanquam præſens pro conjunctis familiaribus ſuis gaudeat?

1 *Familia clerici quam clericus alere conſueuit, & aleret ſi præſens eſſet, gaudet immunitate à gabellis.*
2 *Regia Camera conſueuit expedire prouiſiones pro ſolutione immunitatis gabellæ, pro clericis, & eorum familia.*

IN hac quæſtione placuit mihi inſerere de verbo ad verbum dec.Viu.88.cuius tenor eſt videlicet:Quod aut clericus habet familiam, puta famulos, matrem,& ſorores pauperes,& alios coniunctos quos alere cõſueuit, & teneretur, ſi præſens foret alimenta præſtare in domo ſua,quia ſub eius domo, & familia comprænhenduntur, ſecundum legis interpretationem, de qua in l. pronunciatio §.fi.ff.de verb.ſign.l.1.§.familiæ ff.de public.l.ædiles §.familiæ ff.de ædil. edict. & iuxt. not. per Bal.conſ.29.vol.1.Alex. conſ.17. eod. vol. Nepot. Alban.in tract.de exception.tit.19 n.3. & ſeq.& tunc ve-
1 ra eſt opinio, quod iſta familia clerici deberet gaudere immunitate iſta, arg. eorum quæ habentur pro Panormitan. & alios omnes in c.2.de for.competen.per gloſ. Archidiac. & cæteros omues in cap. clerici 11. q.1. & ita alias deciſum extitit in Reg.Audien.Apuliæ in ann. 1583. ad fauorem familiæ cuiuſdam clerici Lucerini. Quod ſincerè quidem videtur procedere etiam de mẽte ſtatuentium,modum, & menſuram prædictæ immunitatis gabellæ, qui vni Sacerdoti conceſsere, v.g. tumulos duos frumenti pro quolibet mẽſe,ſcientes verè, quod vnus Sacerdos ſolus,nec tumulum vnum quidem frumenti pro quolibet menſe conſumere poſsec,ſed veriſimiliter habuerunt reſpectum ad familiam clerico-
2 rum: Imò Regia Camera ipſa conſueuit expedire prouiſiones ad fauorem clericorum pro ſolutione immunitatis frumenti,carnium,& aliorum his ſimilium, non ſolum pro familia eorumdem, ſed etiam pro omnibus, & quibuſcumq, prædia Eccleſiæ, & beneficiorum ſuorum cultiuantibus; ſi verò extent fratres,& alii coniũcti in domo paterna inſimul cum ſuis vxoribus viuentes, commorantes,& habitantes, qui realiter non ſunt in poteſtate clerici,nec de eius familia,ſed de patris familia,cum communi patre familias de medio ſublato, quot capita exuberant,tot familias incipiũt habere,vt dicit tex.in d.l. pronunciatio §. familia ff.de verb. ſign. & tunc crederem quod iſti coniuncti non poſsent petere immunitatem pro ſe ipſis clerico abſenti competentem.

RESOLVT. CCCXXX.

Clauſula (amoto quolibet illicito detentore) quid operetur?

1 *Clauſula (amoto quolibet illicito detentore) facit executorẽ de mero miſtũ, & ſimiliter ſi dicatur, quolibet detentore.*
2 *Si dicatur (præterquam prouiſis à nobis) excluduntur, ſolum prouiſiones inferiorum.*
3 *Clauſula (amoto &c.) habet vim expreſſionis coloratæ poſſeſſionis, & præſeruat à ſubreptione.*
4 *Clauſula (amoto quolibet illicito detentore abſque vitio ſpolij) intelligitur de detentore facti, non autem iuris.*
5 *Clauſula (amotis quibuſcumque non tamen Apoſtolica auctoritate prouiſis) non capit prouiſos ab Ordinario vigore indulti.*

1 IN facti contingentia diſcurrebam de effectibus triũ clauſularum. Primum, de illa (amoto illicito detentore)quæ facit Exequutorem de mero miſtum, Fel. in cap. de cætero nu.9. de re iud.& fuit dictum in cauſa Zamoren. Cantoriæ 4.Iunij 1591.coram Gypſio, Ampliatur etiam,ſi non ſit dictum illicitum, ſed dictum ſit (quolibet detentore) vt fuit dictum in cauſa Abulen. & Zamoren. beneficiorũ 17. Iunij 1574. coram Pegna;
2 Clauſula (amotis quibuſcumque detentoribus præterquam à nobis prouiſiones habentes) poſita in Breui præſeruat omnes prouiſiones Apoſtolicas factas etiam ab anteceſsoribus, & excludit tãtum prouiſiones inferiorum,vt fuit reſolutũ in cauſa Aquilana Canonicatus 6.Oct.1586. coram Blanchet. Contrarium,quod non præferãtur niſi habentes prouiſiones ab ipſomet Papa, immediatè fuit tentum in cauſa Salamant. beneficij de Buenrſ.31.Ianuarij 1598.coram Cordub.& in Vicentina beneficij 22. Iunij 1589. coram Litta; quando adeſt clauſula (non tamen à nobis ipſis) quæ eſt perſonaliſſima,Bal.in conſ.304. vol.5. Natt.conſ.163.n.159.

Secundo, de illa (amoto quolibet illicito detentore)
3 quæ habet vim expreſſionis coloratæ poſſeſsionis, de qua eſt facienda mẽtio c.cum noſtris de conceſs. præb. & ideo præſeruat gratiam à ſubreptione,c.propoſuit in fin.eod.tit.& ibi Ioan.Andr.in gloſ.pen. Abb. num. 21. Geminian.in conſ.86.nu.6.Rot.dec.38.& dec.69. verſ. & prout dicitur de reſcript. in antiq. & fuit dictum in cauſa Colonien.Canonicatus 20.Maij 1602.coram Päphil.Silu.in tract. de benefic.part.3.q.11.nu.104. Quod verum eſt, quando hæc clauſula eſt poſita in litteris principalibus gratiæ, ſecus ſi tãtum in parte exequutiua, clem.1. in fine de præb. Abb. in dicto c.cum noſtris de conceſ.præb.poſt Lap.& Calder. in conſ. 21. de conceſ.præbend.Gem.in conſ.86.num.6. contrarium tenet Felyn. in cap. noſtra nu. 32. & 36. corollario, verſ. ſed nouiſſimè de reſcriptis, Selua in dicto tractatu de benefic. part.3.quæſt.11.nu.104. poſt Io. de Deo in q.24.

lib.1. & Zabarel. in cons. 8. in secundo dubio, & vide in dicta causa Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram Pamphil. & si dictum est, amoto detentore, absque vitio spolij, intelligitur de detentore facti, non autem iuris, Put. dec. 17. lib. 1.

4

5 Tertia de illa, (amotis quibuscumque non tamen Apostolica Auctoritate prouisis) quæ clausula non capit prouisos ab Ordinario vigore indulti, vt fuit dictum in causa Toletana beneficiorum quinto Aprilis 1595. coram Orano; & ratio est, vt ibi dicitur, quia cū indultum in beneficijs spectantibus ad Ordinarium nihil operetur, in alijs verò remanet tantum obstaculum reseruatorum, Cassador. decis. 8. n. 6. de præbend. non dicuntur prouisi Auctoritate Apostolica, sed ordinaria, c. cum in aliquibus in 2. parte, & ibi Io: Monach. & n. 3. & 4. vers. item si aliquis habet, Gemin. n. 2. & 6. Franc. in 3. notab. de rescriptis lib. 6. Felyn. in c. cum ex officijs n. 32. de præscript. & Ias. in l. 1. §. si quis simpliciter n. 5. de verb. signif.

RESOLVT. CCCXXXI.

Bulla Pij IV. de Societate officiorum loquens, quando Officialis teneretur principaliter, vel subsidiaria erga creditores, declaratur.

1 *In Bulla Pij IV. de Societate officiorum adest clausula, sine præiudicio creditorum, quatenus illis satisfieri non possit, quæ operatur quod in subsidium agi possit cōtra officium.*

2 *Morte Officialis, finitur societas.*

3 *Societas contracta super officio alicuius non admittit renuntiationem siue disdictam.*

IN hac Resolut. mihi placuit inserere verba Doctissimi Costæ in tract. de remed. subsidiar. cap. 32. quæ sunt videlicet: In Bulla Pij IV. Pontificis maximi, de Societate officiorum, quæ frequens est in Vrbe extat illa clausula (sine tamen præiudicio Creditorum, quate-

1 nus aliunde illis satisfieri non possit) quam Ioan. Bapt. Leonard. I. C. Perus. accuratè interpretatur sub glos. 3. inquiens quod si Creditores non possent suum præiuditium euitare actione directa ab eo, vel ab eis, qui obligati essent, valeant agere aduersus officiū, actione subsidiaria, quoniam Societate officij contracta, Officialis dicitur propriè principalis, vtpotè ad quē pecunia peruenit, vel aliæ res loco pecuniæ, cum adhuc rata sit hęc societas super officio, absq; vlla nota simulationis, Gabriel. cons. 81. quamquam aliquando officialis sit vice fideiussoris; idcirco cessio facta Officiali, etiam ex interuallo valida dijudicatur, non aliter acceſſio facta fideiussoribus, cęteriſque accessoribus, quod secus est in principali, Gabr. cons. 63. n. 3. 10. & 15. vol. 2. Honded. cons. 38. n. 12. vol. 1. Puteus sub Rot. Rom. decis. 67. lib. 3. apud eū circa validitatem cessionis tr. de portione ratæ q. 22. adde Socc. Iun. cons. 27. n. 8. lib. 2. Anguill. cons. 41. n. 24. Magon. sub Rota Flor. decis. 94. n. 15. & Caro. decis. 87. declarata hoc modo doctrina Bart. ad l. Modestinus ff. de solut.

2 Hinc est quod morte Officialis finitur societas, quē admodum etiam venditione Officij, consequenter fructus ad rationem 12. pro centenario illicitè percipiuntur post mortem Officialis, vel post venditionem officij, non antea, tū quia societas morte finitur, nec transit ad successorem in officio, §. soluitur instit. de societ. Gabr. d. cons. 63. num. 17. l. vsque adeò ff. pro Soc. etiam iuramento firmatum secundū receptiorem sententiam de qua apud Seraph. de iuram. priuil. 57. quamuis in puncto iuris veriorem asseueret esse affirmatiuā Doct. modern. Mancin. eod. tract. de iuram. effect. 98. vbi quoque reddit rationes, & respondet oppositis argumētis; tum etiam quia societate finita cessat causa iustæ perceptionis alicuius vtilitatis ex pecunia, nisi intercederet mora ob quā fructus deberētur loco interesse, & nō aliter, constito tamen aliunde de iustitia, & de veritate prętensi interesse, Gabr. cons. 78. num. 5. vol. 1. Honded.

3 cons. 38. n. 10. Hinc prætera euenit, vt societas contracta super officio alicuius non admittat renuntiationem, aut (quod aiunt) disdictam, nisi fiat Officiali, & duret societas non solum ante disdictam; verum etiam post per 15. dies, & quādo dans pecuniam, moritur infra 15. dies post disdictam, quæ fieri potest etiam durantibus sex mensibus pro quibus fuit contracta societas, Put. decis. 58. lib. 3. Honded. d. cons. 38. num. 3. tunc Officialis lucratur pecunias, quia hanc societatem, licitam facit inter cætera periculum vitæ, & dubium missionis sortis, Gabr. cons. 78. Put. decis. 68. lib. 3. Eugen. cons. 48. num. 22. cum seq. quos adducit Honded. d. cons. 38. num. 11. & hæc sufficiant in sterili prope modum apud nos.

RESOLVT. CCCXXXII.

Regularibus beneficia sæcularia quo casu conferri possunt.

1 *Sacerdos regularis in subsidium admitti potest ad beneficium sæculare curatum.*

2 *Beneficium curatum est illud in quo fori pœnitentialis potestas concurrit.*

3 *Incompatibilitas beneficiorum execrabilis toleratur in subsidium, dummodo vtrumque non sit curatum, vel personalem residentiam non requirat.*

BEneficia Regularia de iure debent conferri Regularibus, sicuti sæcularia sæcularibus, etiam ex sacro S. Conc. Trid. sess. 14. cap. 10. cum seq. & sess. vlt. c. 2. num. 6. ob rationes quas adducit Abb. ad cap. quod Dei timorem de stat. Monach. Rebuff. prax. benef. tit. de dispens. cum regul. Franc. March. decis. 1263. cum seq. part. 1. Cæuallos tract. commun. contra commun. q. 281. Rot. Rom. decis. 772. part. 1. in nouiss. Costa de portione ratæ quæst. 53. Censui tamen in quadam causa mihi commissa.

Sacerdotem regularem in subsidium deficiente pres-

1 bytero idoneo, seu Sacerdote sæculari admitti ad seculare beneficium curatum, probat Abb. ad c. 1. de Cappell. Monach. quem refert, & sequitur Cæphal. cons. 358 num. 25. siue sit liberum, siuę iuris patronatus laicorum, quemadmodum etiam Religiosus sine consensu sui Superioris potest vouere pro subsidio terræ Sanctæ, Abb. in cap. ex multa num. 16. de voto; Aduerte tamen quod Fel. rec. Gregor. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Lateranens. etiam de licentia sui Generalis, assumere Curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium Curatum ad tempus, prout refert Gonzalez super regula octaua cancellariæ glos. 7. num. 53. Quaranta in sua summa verbo regularis.

2 Beneficium autem curatum, illud est in quo fori pœnitentialis potestas concurrit, ligandi videlicet, & absoluendi, quod actu non exerceat curam, vel quod habeat certam parochiam, seu habuerit aliquando, cum potestate fori pœnitentialis, gl. ad Clem. dudum, verbo impendat de sepult. & Staphil. de grat. & expect. vers. vt sciri possit n. 22. dicunturque beneficia Curata largè, & strictè Innoc. ad c. cum satis de offic. Archid. latè Henriq. cons. 9. n. 1. sicut simplex beneficium dicitur id quod non habet curam, nec populum etiam si sit Sacerdotale, vel continuam requirat residentiam, vnde iura loquentia de Curatis, non habent locum in istis, potissimum, si sunt pœnalia, nel correctoria, Ancharan. cons. 17. & 59. Lapus allegat. 117.

3 Qua ratione incompatibilitas beneficiorum alioqui execrabilis, & ambitionis nutritiua toleratur in subsi-

dium,

dium, ideſt in duabus Eccleſijs quatenus poteſt conſcribi, ſi beneficium primo loco impetratum ſit, inſufficiens ad victum, & honeſtam ſubſtentationem prouiſi, poteſt aliud obtinere, dummodo vtrumque non ſit Curatum, vel non requirat perſonalem reſidentiam, cap. de multa de præbend. & cap. quia nonnulli de cleric. nō reſid. Abb. conſ. 92. lib. 2. ità ſanè cautum comperitur Sac. Conc. Trid. c. 17. ſeſſ. 24. non poſſunt duæ Eccleſiæ Parochiales vni cōmēdari, c. nemo deinceps de elect. in 6. Alfonſ. Hoieda tract. de incompatibil. benef. p. 1. cap. 14. num. 13.

Item ſi ſit vnum Curatum, aliud verò requirat continuam reſidentiam, quia adhuc perdurat obſtaculum incompatibilitatis; aliud tamen eſt in non continua reſidentia, Hoied. d. tract. par. 1. cap. 18. num. 1. & 2. Lap. d. alleg. 117. & 118. & Cardin. conſ. 3. cum adductis per Illuſtr. Cardin. Tuſc. lib. 1. practic. iur. concluſ. littera B. concluſ. 61.

RESOLVT. CCCXXXIII.

Abſolutio ab excommunicatione ob violatam Eccleſiæ immunitatem ad quem pertineat?

1 *Epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum ob violatam Eccleſiaſticam immunitatem.*
2 *Statuentes contra libertatem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.*

CVm violatores Eccleſiaſticæ immunitatis poſſunt declarari excommunicati; ſtante tali declaratione videbatur dicendum non poſſe Ordinarium loci abſoluere, tum quia incidit in Bullam Cœnæ Domini ipſo facto, & in pœnas promulgatas contra violatores iuris, & immunitatis Eccleſiæ, & ideo Epiſcopus non poteſt abſoluere, vt patet in caſu finali eiuſdem Bullæ; Tolet. lib. 1. cap. 41. voluit poſſe Epiſcopum à quauis excommunicatione Summo Pontifici reſeruata abſoluere in foro conſcientiæ, in caſibus occultis, dummodo non ſit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut ſimili modo reſeruata ſequitur Eman. Sà in Aphoriſmis Confeſſ. verb. Epiſcopus num. 28. referens ita declaraſſe Sacr. Cong. Concil. & idem eod. verbo num. 34. dixit Epiſcopum poſſe abſoluere in caſu occulto, etiam Papæ reſeruato, præterquā à caſibus Bullæ Cœnæ, qua derogantur omnia priuilegia, & facultates abſoluendi, & diſpenſare in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus, ex occulto delicto prouenientibus, excepto homicidio voluntario, & iis, quæ deducta ſunt ad forum contentioſum ex Cōcil. Trid. quod ampliat Graff. conſ. vnico de immunitate Eccleſiæ vol. 1. procedere etiam, ſi Epiſcopus obtinuiſſet ex priuilegio, vt poſſet abſoluere ab omnibus excommunicationibus Papalibus, quia ſtylus Romanę Curiæ eſt, vt nunquam intelligantur conceſſæ abſolutiones ab excommunicationibus in Bulla Cœnæ, niſi de eis expreſſa mentio fiat; Quod ſi aliter fit, eſt irrita abſolutio, iuxta opinionem eiuſdem in 1. p. dec. aur. lib. 4.
1 cap. 5. Cæterum contrarium eſt in praxi tenendum, ſcilicet quod abſolutio ſpectat ad Ordinarium, ita Nouiſſimus in ſua praxi cap. 22. & ratio eſt, quia non reperitur expreſſe reſeruata Papæ, iuxta regul. in cap. nuper de ſent. excom.

2 Non obſtat contrarium, quia in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur ſolum ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſtiam, nec omnes violantes libertatem Eccleſiæ ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ, vt patet in cap. vnico de his, quæ vi metuſque cauſa in 6.

RESOLVT. CCCXXXIV.

Auocationi cauſæ in prima inſtantia à Tribunali Epiſcopi lapſo biennio, quando locus ſit?

1 *Ad hoc vt detur commiſſio auocatoria ex eo quod Iudex Eccleſiaſticus infra biennium cauſam non expediuit, neceſſe eſt quod Iudex ſæpe fuerit requiſitus.*
2 *Si per Iudicem non ſtetit quo minus cauſam expediret infra biennium, vel ob cauſæ qualitatem, vel partium cauillationes; non procedit diſpoſitio Concilij Tridentini.*

1 VT vtar verbis Marcheſani in tract. de commiſſionibus part. 2. §. 4. nu. 54. ſi cauſa vltra biennium ſtatutum à Concilio ad cauſas terminandas durauerit, & detur commiſſio auocatoria, ſed nō detur ita paſſim quia vt diſpoſita in d. cap. procedant, opus eſt, quod ex parte Iudicis nolentis, vel non curantis infra dictum biennium cauſam expedire, quamuis ſæpe requiſitus, defectus appareat, Bald. in l. 1. C. quæ deſunt Aduoc. Anchar. conſ. 5. n. 3. & conſ. 208. quia ſi ſæpe non requiratur non dicitur inſtantiam denegare, imò de hoc coram Iudice Superiore inſtari debet, Deciſ. Pedement. de communi atteſtans 12. num. 6. Gram. voto 31. n. 13.

2 At ſi per Iudicem, non ſtetit quo minus in præfato tempore terminetur, vel ob cauſæ qualitatem, ſiue difficultatem, aut partium cauillationes, tunc ceſſat Concilij diſpoſitio, & ita pluries Congregatio Illuſtriſſimorum, & Reuerēdiſſimorum, Dominorum Cardinalium præfati Concilij interprætationi Præſidentium cenſuit, cui annuere videntur text. in cap. venerabilis vbi Abb. & DD. de Iudic. & dicta per Scribentes in l. properandū, §. ſin autem, & §. de illo C. eodem tit. atque pluries pariter dictum, & tentum fuit in ambabus ſignaturis.

Et ideo Sacrū Concilium Tridentinum biennij tempus ad cauſas finiendas ſtatuit, quia ad negligentiam probandam poteſtatiuam, requiritur tempus prędictū, ſecus ſi ſit caſualis, Bald. in cap. de cauſis col. 1. in verſ. Item nota de offic. deleg. ideo tali porrecta commiſſione, non ſolet cauſa auocari, ſed terminus ad illam expediendam denuo præfigi, quo lapſo, cauſa non expedita, tunc auocatur, & alteri committitur.

RESOLVT. CCCXXXV.

Conſuetudo immemorabilis cognoſcendi de cauſis criminalibus, probanda eſt.

1 *Dum Capitulum, & Decanus probant immemorabilem poſſeſſionem cognoſcendi cauſas criminales, Epiſcopus vtitur interim ſua iuriſdictione.*
2 *Ex quo Epiſcopus habet pro ſe iuris aſſiſtentiam, etiam non probata poſſeſſione, debet habere mandatum de manutenendo.*
3 *De immemorabili poſſeſſione debet conſtare per tres ſententias conformes.*
4 *Confeſſiones Epiſcoporum non præiudicant ſucceſſoribus, nec Eccleſiæ.*
5 *Quantum ad ius conferendi Capitulum non habet iuris, & Concilij reſiſtentiam, & ideo eius poſſeſſio eſt manutenibilis.*

FErtur deciſio Rotæ in preſenti articulo in vna cauſa Veronenſi exemptionis die 27. Maij 1594. coram Pamphilio, cuius tenor eſt, videlicet; Domini quantum ad cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium, dixerunt dandum eſſe mandatum de manutenendo Illuſtriſſimo Cardinali, quia licet ex Conc. Tridentino ſeſſ. 24. c. 20. §. ad hoc præſeruetur Decano, &
1 Capitulo, ſeu aliis inferioribus, immemorabilis conſuetudo cognoſcēdi cauſas criminales, & matrimoniales,

iſta

ista tamen immemorabilis à Capitulo non est adhuc probata, & dum probatur, Episcopus solus debet istam iurisdictionem exercere, & fuit resolutum per Illustrissimos Dominos Sacri Concilij Interpretes.

Habet enim Episcopus de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem in tota sua Diœcesi, cap. conquerente de offic. ordin. c. cum Episcopus eod. tit. lib. 6. c. omnes Basilicæ 17. quæst. 7. & ex hac iu-
2 ris assistentia etiam non aliter probata quasi possessione, dandum est ei mandatum de manutenendo, c. cum personæ. §. fin. cum ibi notatis de priuil. in 6. Seraphinus in decis. 306. part. 1. & decis. 201. part. 2. impressis, & fuit resolutum de anno præterito, in casu Bononiensi Sancti Petronij, coram Domino meo Mantica, & alias sæpius.

Non obstant quod pro parte Capituli prætendatur probata immemorabilis, quia super illius probatione ad huc pendet remissoria, & non dicitur ad hunc effectum legitimè probata, donec de ea constet per tres
3 sententias conformes, vt habetur in supradicta resolutione Congregationis Concilij, vltra quod quatenus Capitulum nititur confessione Illustrissimi DD. Cardinalis in responsione ad positiones, illa non adest, nam interrogatus de quasi possessione Capituli, decem, vel viginti annorum, respondit illam esse de facto, & contra ius, & quoad contrariam, & immemorabilem contentam in alijs positionibus, dicit illam ignorare, quatenus verò nititur priuilegijs, & scripturis notissimum est per eas non probari immemorabilem, Ioannes Andr. in c. in fine de præscript. in 6. Et per Alex. cons. 16. num. 17. lib. 5. maximè cum in eis adsint tantum Confessiones
4 Episcoporum, quæ non præiudicant successoribus, & Ecclesiæ, glos. Abb. Felyn. & alij in cap. fin. de præscript. Leder. de Sen. cons. 143. num. 42. Angel. cons. 145. n. 8. cum similibus.

Non obstat quod in decis. facta in causa Compluten. iurisdictionis coram Domino Mantica, dictum fuit, decretum Concilij non loqui de Decano, sed de alijs inferioribus, quia illud ibi obiter dictum fuit, & in contrarium adest prædicta resolutio Sacræ Cardinalium Congregationis, quæ expressè loquitur de Decano, & Capitulo, in quibus adest eadem ratio aliorum inferiorum.

Non obstat decisio in causa Paleatina iurisdictionis coram Illustrissimo Lancellotto, quia in eo casu fuerat probata immemorabilis de qua hic non constat, saltem per tres sententias, pro vt dicta resolutio requirit.

5 Quantum verò ad ius conferendi, de quo Concilium Tridentinum non loquitur, fuit dictum esse concedendum mandatum de manutenendo ipsi Capitulo, quia ex pluribus collationibus effectuatis constat de eius quasi possessione, quæ cum nullam habeat iuris, & Concilij resistentiam, est manutenibilis, §. retinendæ instit. de interdict. l. 1. vbi Bart. ff. vti possidetis, & cum vulg.

RESOLVT. CCCXXXVI.

Quota decimarum, an consuetudine minui possit?

1 *Quota decimarum potest minui ex consuetudine, sed non Decima simpliciter.*

2 *Valet consuetudo quod Decima non soluatur de quibusdam fructibus.*

3 *Ex possessione percipiendi decimas aliquorum fructuum infertur incluso quoad alios fructus quando adest animus acquirendi vniuersaliter possessionem quoad omnes fructus.*

4 *Propter diuersum accidens, non est inconueniens vnam, & eamdem rem diuerso iuris censeri.*

ANtiquissima consuetudine introductum fuit in Diœcesi Auellinensi, vt pro Decima, & Decimarum nomine pro qualibet quantite frumenti à particulari exacta soluatur vnum mezectum; Et cum Episcopus eiusdem Diœcesis instaret, vt cogerētur Parochiani soluere totam Decimam, quæ est ex decem partibus vna, secundum Panorm. in c. 1. in 1. notab. de Decimis, Cardin. in c. cum homines nu. 1. eod. tit. Rebuff. de Decimis q. 23. Rot. diuersorum in decis. 165. part. 2. fuit dubitatum, an probata consuetudine immemorabili per dictos Parochianos soluendi vnum mezectum pro qualibet quantitate frumenti veniat excludendus Episcopus ab eius petitione; Et videbatur primo, quod non, quia secundum Innoc. in cap. aliquibus de Decimis quem sequitur Fel. in ca. causam in principio de præscriptionibus, non potest consuetudine induci quod Decimę nō soluātur, vel quominus plenè soluantur, allegat tex. in ca. quicunque 3. q. 7. ita etiam Archidiaconus in d. cap. in aliquibus ead. causa, & quæ. super verbo consuetudo est quod detur Decima, tertia pars, vel minor, talis consuetudo non sufficit, nisi à Papa esset approbata, quia non valet consuetudo, quæ absque peccato mortali seruari nequit, cap. quoniā de præscript. & ratio est quia talē bonam fidem habere non videntur, cum Decimæ debeantur de iure diuino, cap. Parochiani eod. tit. & consequenter non potest minui per consuetudinē, secundum Io: And. in cap. 2. de Decimis in 6.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contra-
1 rium fuit resolutum, posse scilicet, quotam Decimarum minui ex consuetudine, & hanc esse communem Canonistarum sententiam, testatur Hosti. in Summa de Decimis in principio, dicēs quod licet Decimæ à Laicis præscribi non possint, quota tamen præscribi potest, & ita fuisse obseruatū in Curia Tolosana testatur Guid. Pap. in decis. 284. ad quod facit peroptimè, quod scriptum reliquit Cardin. in cons. 146. vbi voluit valere consuetudinem alterantem modum Decimarum, iuxtà quorū opinionem censuit Rota Romana in vna causa Sabinen. Decimarum die tertio Iunij 1602. Coram Illustrissimo Pamphilio, cuius tenor est.

Domini fteterūt in resolutis sub die 8. Februarij præteriti, quod Decima herbarum, & aliorum fructuum Leandro non debeantur, & mouebantur præcipuè ex generali consuetudine totius Prouinciæ Sabinæ, quod exceptis frumento, &c. de cæteris fructibus etiam ipsis Ecclesijs Parochialibus Decima non soluatur, etiam si à femine in totum cessatur, & alij fructus percipiantur, de qua attestantur Rectores Parochialium, & vniuersitates Terrarum Sabinæ, & testes pro Domino Io. Ant. examinati.

Et ista consuetudo est valida, quia sicut per cōsuetudinem minui potest quota Decimarum, Guido Papa q. 284. Balb. de præscript. 1. par. 3. part. principalis q. 7. num. 8. Rebuff. de Decimis q. 13. nū. 46. & 54. ita etiam introduci potest quod de quibusdam fructibus non soluatur, Couar. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. Rebuff. vbi supra num. 51. & hæc consuetudo non est contra ius, c. in aliquibus vbi Innoc. & alij de Decimis, & ideo non requiritur quod sit præscripta, Abb. in cap. cum homines num. 6. ad finem de Decimis, Rebuff. quæst. 13. num. 53. Achill. decis. 3. num. 5. eod. tit. Put. decis. 154. num. 7. lib. 1.

Ex hac consuetudine tollitur, quod dicunt informantes pro Leandro, præscripta vna specie Decimarum, & in vno agro censeri præscriptas omnes alias, de quibus Decima alijs non soluitur, quāuis præscribens illas nō perceperit, ca. cum in tua iux. 2. intellect. quem ibi DD. communiter approbant de Decimis, Abb. cons. 71. nu. 1. vers. 4. principaliter lib. 2. Balb. d. tract. de præscript. par. principali quæst. 2. num. 8. cum alijs allegatis, quia stante hac consuetudine, sufficit Io. Ant. quod exceptis frumēto, & bladis ad solutionem Decimarum pro herbis, & alijs fructibus non teneatur, & non applicatur tex. in d. cap. cum in tua, qui loquitur, quando Decima non

solu-

soluta est debita: In casu autem de quo agitur ex dicta consuetudine, Decima istorum fructuum nulli debetur, quo fit, vt præscriptio respectu frumenti, & bladorum ad illas non sit extendenda, sicut etiam non extenditur quando alius illas percipit, quia tunc præscribenti non est debita, vt tradunt omnes in dicto cap. cum in tua de Decimis, Rebuff. de decimis quæst. 14. num. 25.

Et secundum hanc consuetudinem intelligenda est præscriptio, seu quasi possessio Leādri percipiendi Decimas frumenti, & bladorum, vt stet exclusiuè ad alios
3 fructus, & sic cessat inclusio, quæ tunc locū habet quādo adest animus acquirendi vniuersaliter quasi possessionem, quo ad omnes fructus, Abb. d. cum in tua nu. 3. & d. cons. 71. num. 2. in fine lib. 2. præsertim quoad alias sequeretur Leandrum plus acquisiuisse ex præscriptione, quam Parochiales quibus de iure communi Decima debeatur, quod non est dicendum, cum ei ius speciale non possit plus tribuere, quam ius commune, l. in causa la 2. ff. de minor.

Non obstat quod vbi alius nō percipit alias species, præscriptio dicatur realis, & extēdatur ad omnes alias eiusdem prædij, Anchar. in d. cap. cum in tua num 3.

Vbi quod in dubio præsumitur realis cum alijs allegatis, quia stante dicta consuetudine quod ex alijs fructibus Decima non debeatur præscriptio non potest esse realis respectu totius prædij, itaut sit effectum decimatorium, sed solum respicit certam speciem fructuum, ad quos est restricta, & ad alios non extenditur, quando alius reperitur in possessione, vt tradit Anchar. d. num. 3. & alij omnes in d. cap. cum in tua, & Abb. d. cons. 71. num. 2. vers. 2. principali.

4 Hoc enim casu propter diuersum accidens non est absurdum, vnam, & eandem rem diuerso iure censeri, Butr. d. c. cum in tua num. 5. & standum est regulæ tantum præscriptum, quātum possessum, l. quod meo §. fin. ff. de acquir. poss. gl. & DD. in cap. auditis de præscripti.

Et ita Domini concluserunt, præsertim quod Leandro ius commune resistat, cum non sit Parochus, nec docet de præscriptione immemorabili, vel quadragenaria, cum titulo, quo eget secundum DD. d. ca. 1. de præscrip. in 6. Rebuff. de Decimis quæst. 2. num. 63. & nu. 81. etiam quod Parochus, vel alius, cui Decima de iure debeatur, non sit in causa, quia sufficit Io. Ant. Reo, & possessori excludere actorem qui prætendit Decimas, ex non iure ipsius, l. fin. C. de rei vendicat. & in simili fuit resolutum in causa Decimarum coram bon. mem. Gipsio. die 4. Decembris 1592. & 18. Martij 1596. & deinde in alia Beneuentana Decimarum coram Domino meo Litta die 20. Iunij 1597.

RESOLVT. CCCXXXVII.

Regressus in beneficialibus sunt sublati.

1 *Regressus habent speciem successionis hæreditariæ, & dant occasionem captandæ mortis.*
2 *Regressus, cōceditur ijs qui beneficium cū pensione resignauerunt, quando beneficiarius dictam pensionem nō soluit.*
3 *Beneficiorum resignationes cum regressu concedebātur ijs qui inseruierant Ecclesiæ, & senio vel morbo impediti beneficium resignabant.*

1 CONcil. Trid. sess. 25. c. 9. regressus in Beneficij merito sustulit, & hoc ex tribus iustissimis causis: Primo, quia habent speciem hæreditariæ successionis, quā Canones, & iura detestantur, c. 1. de præbend. & c. 1. de iure patron. Secundo quia si fiant sine consensu beneficiarij præbēt occasionem optandæ, & captādæ mortis, quam ipsæ etiam leges Ciuiles improbāt, ac damnant, l. fin. C. de pact. & latè Scribētes in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obligat. & cap. nulla de concess. sione præbend. & tex. in cap. nè captandæ eod. tit. in 6.

Tertio, quia sæpius eiusmodi regressus concedebantur consanguineis, propinquis, & non dignis.

Sed an post Concilium Tridentinum aliqui regressus ad beneficia auctoritate Pontificia concedantur. Respondeo concedi, nam vsu, & stylo Curiæ Romanæ quando quis beneficium resignauit, vel lite de beneficio mota cessit, Pontifex reseruat pensionem impositam in fructibus beneficij alterius, & concedit regressum, siue accessum, seu ingressum ad beneficium pensione oneratum, quando beneficiatus debitor pensionis, eam non soluit infra triginta dies, & sex menses elapsos, post illos triginta dies pertinaciter in censuris Ecclesiasticis persistit, pensionarijs itaq; datur facultas regrediendi, vel accedendi, vel ingrediendi ad beneficium, in quo est imposita pensio, eo quod beneficiarius pensionem debitam non soluerit, Gigas de pensionibus quæst. 99. num. 22.

Sed vnde ortæ fuerint in Curia Romana prædictæ beneficiorum resignationes, cum regressu: Respondeo
3 olim admissas fuisse tales resignationes, auctoritate Pontificia, sed non sine consensu Resignatarij, & beneficiarij qui olim seruierat Ecclesiæ, & tandem senio, vel morbo, vel alia aduersa valetudine impeditus beneficium resignabat, & alius in eius loco substituebatur idoneus ad ministerium Ecclesiasticum, ne is, qui impetrabat, vt si substitutus prēmoreretur ipse ad pristinum rediret.

RESOLVT. CCCXXXVIII.

An legatarius iurispatronatus in cuius legato non interfuit consensus Episcopi: præscribat ius præsentandi contra hæredem vniuersalem?

1 *Concilium non sustulit præscriptionem in iure patronatus.*
2 *In legato iuris patronatus requiritur consensus Episcopi.*
3 *Titulus infectus non sufficit ad præscribendum.*
4 *Ius patronatus transit in hæredem, maxime si fuit nominatus compatronus.*

TOta vis præsentis Resolutionis, Iudicio meo, in eo præsertim residere videtur, an Don Marcus N. hæres vniuersalis in bonis quæsitis D. Sancti N. & in specie legatarius iuris patronatus, de quo in processu, præscribat ius præsentandi contra Iulium N. nepotem, eiusque hæredem, dicti D. Sancti existentibus præsentationibus per spacium nonaginta annorum.

In quo articulo, legali stylo procedēdo, dico Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 9. non substulisse pre-
1 scriptionem in iurepatronatus, vt probatur per illa verba, aliasue secundum iuris dispositionem ita Cassad. in decis. 6. de iurepatron. Put. in decis. 122. lib. 1. Gonzalez in reg. 8. Cancel. num. 57. qui voluit ius patronatus præscribi per spatium quadraginta annorum, sequitur Nauarr. cons. 4. de iurepatron. Ex qua ptescriptione producitur probatio, quæ tantum valet, quantum immemorabilis, cap. 1. de præscrip. lib. 6. cap. 2. glos. verbo iustus titulus, in cap. si diligenti de præscrip. & ibi Abb. num. 33. Felyn. num. 7. & 11. & Balbus de præscript. 2. part. 5. part. principalis quæst. 6. n. 21. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 52. cum seq.

Verum tamen in casu, de quo agitur, & verba facimus, supradictam conclusionem minime procedere ostenditur ex infrascriptis.

Primo, quia supradictus D. Marcus caruit titulo à principio, igitur cessat præscriptio, iuxta terminos tex. in l. vnica C. de vsucap. transformand. cum alijs, quos probant communiter DD. in cap. fin. de præscrip. quæ
2 carentia ostenditur, ex eo, quod in dicto legato non interfuit Episcopi consensus, qui necessarius est in c. illud cum glos. & in cap. cum sæculum de iurepatrona. & latè DD. in cap. vnico eod. tit. in 6. & secundum com-

communem opinionem, quod latè tradunt Scribentes locis ſupra citatis, talis conſenſus debet præcedere legatum, ita quod non ſufficeret ſi ſubſequeretur, vt per optimè conſuluit Calderin. conſ. 6. de iurepatron. Artam. conſ. 16. Scruff. conſ. 122. vol. 1. & ſic videtur
3 quod habuit titulum infectum, qui non ſuſtragatur ad præſcribendum, ſecundum Ægidium conſ. 10. Curt. Iun. conſ. 30. num. 4. Aymon. conſ. 34. num. 24. Caſſad. dec. 1. num. 10. de reſtit. ſpoliat. & in nouiſsimis deciſ. 304. part. 3.

Secundo, tum quia dominium dicti iuriſpatronatus
4 verè, & realiter potius cenſeri debet tranſiuiſſe in Iulium hæredem vniuerſalem dicti D. Sancti, quam in D. Marcum, tum quia fuit nominatus compatronus, tum etiam quia ius patronatus tranſit cum hereditate d. cap. ex litteris, & cap. cum ſeculum, quia hæreditas eſt quid vniuerſum, l. bonorum 2. ff. de verb. ſignific. l. hæreditas ff. de petit. hæreditatis, ita Hoſt. quem ſequitur Abb. num. 13. & DD. communiter ibi ſequuntur in dict. cap. ex litteris, & Felyn. in cap. cauſam quæ num. 8. de præſcript. & in cap. cum Berthold. in fine de re Iudic. Rocchus de iurepatron. verbo ipſe, vel is, quæſt. 22. num. 40. de Citadinis, quæſt. 3. num. 11. Couarr. lib. 2. var. reſolut. cap. 18. num. 8. Ferrett. conſ. 179. num. 4. Salazar de vſu, & conſuetud. cap. 11. num. 1. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 24. num. 25. Ludou. in communib. concluſionibus tit. de iurepatron. concl. 3. Fuſcus in ſing. 115. Gratian. reg. 341. num. 5. Mozius de contract. tit. de empt. & vend. num. 41.

RESOLVT. CCCXXXIX.

Auditor Cameræ eſt exequutor omnium Gratiarum Apoſtolicarum.

1 *Quando in executione omnia ſunt clara, & liquida & non opponitur legitima exceptio, Auditor Cameræ eſt exequutor litterarum Apoſtolicarum, quamuis ipſi directæ non ſint.*
2 *In extraiudicialibus non datur inſtantia.*
3 *Si aduerſus executionem gratiæ Apoſtolicæ opponitur exceptio altiorem requirens indaginem, tunc in prima inſtantia tractandum eſt de cauſa coram Ordinario.*
4 *Si tertius ſe opponit aducrſus exequutionem gratiæ, ex quo habet titulum coloratum debet agi ordinariè.*
5 *Auditor Cameræ non poteſt in prima inſtantia de cauſa ordinariè cognoſcere.*

AVditor Camerę eſt legitimus exequutor omnium Gratiarum Apoſtolicarum quæ à Summo Pontifice conceduntur etiam ſi alijs ſint directæ, vt notat Quintilianus Mandoſ. in tract. de monitorijs quæſt. 60. num. 64. & quæſt. 61. & hæc poteſtas, aut iuriſdictio ſibi non diminuitur ex ſeſſ. 24. cap. 20. Concilij Trident. quia text. ille non intelligitur in exequutionibus; ſed ſolum in litibus, & cauſis ordinarijs, & requirentibus altiorem indaginem, in alijs autem cum procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano abſque ſtrepitu, & figura iudicij, non datur inſtantia, nec lis, nec iudicium, ſed mera exequutio, vt tenuit Bartolus in l. litibus C. de agricol. & cenſitis lib. 11. cuius opinio communis eſt, vt latiſſime ad vtramque partem diſputando refert Ioan. Baptiſta Aſinius in ſua praxi Ciuili cap. 3. n. 35. cum ſequentibus, & licet alij plures ex auctoribus contrarium tenuerint, ipſe tamen fœdere diſtinctionis
1 concordat; quod iſta opinio procedat quando in exequutione omnia ſunt clara, & liquida, & nihil quod impediat contra eam opponitur; contraria vero quando legitima exceptio opponitur, & hanc ſententiam cum Purpurato videtur amplecti Menoc. in tract. de arbitr. lib. 1. quæſt. 22. tum etiam vt colliges ex Felyn. in cap. fin. de præſumpt. poſt Abbat. & alios ibi hæc exequutio Gratiarum Apoſtolicarum magis eſt extraiudicialis, quam Iudicialis, & extraiudicialibus non da-
2 tur inſtantia, vt cum Socin. Iaſ. & alijs dicit idem Menoch. vbi ſupra num. 6.

Præterea exequutor eſt quid acceſſorium ipſi gratiæ, & pars ipſius, vt dicit tex. & ibi gloſ. & omnes in cap. ſi ſuper gratiam de offic. delegat. in 6. vnde quemadmodum conceſſiones gratiarum non tolluntur ex dicto Sacro Concilio, ita neque eis acceſſoria, & per conſequens non tolluntur exequutiones, neque exequutores, cum is qui facit gratiam poſſit, & debeat eam exequi, alias vana eſſet potentia ſua, & ſi poteſt per ſe, poterit etiam per alium, vt in locis vulgaribus; & de hac reſolutione, & declaratione hodie nullatenus dubitari poteſt, quia eam confirmat Greg. XIII. Summus Pontifex Fælicis recordationis, vt apparet ex eius proprio motu qui eſt in Summa Bullarij proprio motu 9. ibi Summarium dumtaxat, & ibi: Sed merè exequutiue; & aduerte quod loquitur etiam quando eſt exequutor, Auditor Cameræ Apoſtolicæ, vt patet ibi Dilecto filio Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, & cap.

3 Ex qua declaratione infertur quod ſi aduerſus executionem gratiæ Apoſtolicæ allegetur aliqua exceptio quæ altiorem indaginem requirat, & gratiam efficiat nullam vel ſubreptitiam aut obreptitiam, vel Bullam falſam, aut ſimile, quod tunc datur inſtantia, & non poteſt auferri iuriſdictio ab Ordinario in prima inſtantia, ex dicto cap. idque confirmat dicta Bulla Gregorij, ibi, illarum tamen firma ſeruata, vbi vult quod executor in prima inſtantia non poteſt procedere omiſſa forma gratiæ, at vero in gratia ſemper ponitur aut ſubintelligitur clauſula, ſi preces veritate nitantur, aut aliæ æquipollentes, vnde ſi narrata vera non ſunt, aut aliquid ex neceſſarijs omittatur, ceſſat iuriſdictio executoris, & non poteſt exequi gratiam, teneturque ſummariè audire ſuper exceptionibus allegatis, alias declarabitur vim fieri, & poteſt remittere cauſam Ordinario in prima inſtantia terminandam, quia ceſſat omnino via exequutiua.

Infertur ſecundo, quod ſi tertius poſſeſſor cum ſit ſaltem colorata poſſeſſio ſe opponit aduerſus gratiæ exequutionem, & alleget de ſuo iure, & declinet iuriſdictionem exequutoris (quia contra eum non habet locum cum via exequutiua ſed ordinaria) exequutor tenetur ſuperſedere, & remittere cauſam in prima inſtantia Ordinario, quia aliter excederet à verbis gratiæ quæ ſolum iubet illicitum detentorem amoueri.

Infertur tertio, quod ſi ex verbis gratię, de quibus dicta quæſtione, exequutor tenetur aſſumere partes iudicis, vt per Felyn. in dicto cap. fin. ſi gratia ſit ſignata manu Summi Pontificis, talis executor poteſt cognoſcere cauſam in prima inſtãtia ad effectum exequutionis, & non tenetur remittere cauſam Ordinario, quia ex appoſitione manus Summi Pontificis cenſetur tacitè auocata; ex textu, & ibi Abb. Franch. & alij in cap. vt noſtrum de appellat. & ex Dec. Ripa, Fel. & alijs in cap. cum M. Ferra. de conſtitu. Quod ſi non ſit ſignata, & exequutor tenetur, ex verbis gratiæ aſſumere partes Iudicis; cauſa Ordinario remittenda eſt, ex textu Concilij: Si vero gratia requirat aliquam liquidationem aut verificationem narratiuæ (non tamen exequutor ſi vult tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare partes, vt in caſibus notatis à Felyn. & Menoch. vbi ſupra) ſi aſſumat partes Iudicis debet partes ſummariè audire, & procedere exequutiuè, alias ſi ordinariè audiat excedit mandatum, & malè facit, teneturque remittere Ordinario, ab eoque tanquam exequutore excedenti poteſt appellari.

5 Infertur quarto, quod omnia ſupradicta habent locum in Auditore Cameræ, quando exequitur gratiam Apoſtolicam, ex identitate rationis, quia ipſe non poteſt in prima inſtantia de cauſa ordinariè cognoſce-

re,

re, vt dictum est: Habebit etiam locum in subexequutore eius quando exceptiones concludunt iniustitiam exequutionis, & nullitatem gratiæ, quia tunc tenetur audire ad effectum supersedendi, & remittendi instantiam Ordinario.

Infertur quinto, quod ex dicta Bulla Greg. tunc securè poterit Auditor Cameræ, vel eius subexequutor, vel alius exequutor gratiæ Apostolicæ procedere quãdo vel possidens est notoriè intrusus; aut exceptiones quæ allegantur sunt manifestè friuolæ, & quæ non impediunt exequutionem, tunc enim in mera exequutione versatur; & non in instantia ordinaria.

RESOLVT. CCCXL.

Auditor Camerę est legitimus exequutor litterarum pensionis.

1 *Subexecutor Auditoris Camerę cum clausula, cæterum, non potest procedere executiuè contra debentem pensionem, sed solum procedere censuris.*
2 *Si debitor pensionis non est ille qui consensit pensioni, debent sibi intimari litteræ, alias non tenetur soluere, secus si Auditor prædictus decernat Monitorium cum inserto tenore gratiæ, nam tunc non est necessaria intimatio litterarum.*
3 *Intrusus dicitur qui nullum habet titulum de facto, vel habet titulum ipso iure nullum.*
4 *Habens titulum non coloratum in beneficialibus non defenditur, sed potest libere spoliari.*
5 *Regulæ de annali & triennali non iuuant pensionarios qui propriè non sunt beneficiati.*

AVditor Cameræ est legitimus exequutor litterarum pensionis ex potestate sibi commissa; vnde potest procedere per viam Monitorij contra debitores pensionis, & si intra terminum constitutum debitores nihil allegẽt, seruatis terminis de stylo Rotæ seruari solitis, potest procedere ad reintegrationem Monitorij, & dare mandatum exequutiuum contra tales debitores, potestque etiam procedere per viam processus fulminando censuras, de quibus in Bulla pensionis committendo publicationem omnibus, & singulis, & cap. cum clausula Cęterum, vt constat ex Octauiano Vestrio vbi supra & ex Camillo Plautio in tract. de pensionibus Episcopalibus à n. 27. fol. 334. tom. 15. tract. nouorum, ex
1 Mandos. in tract. de Monitorijs q. 31. cum sequentibus & q. 27. Aduerte tamen quod subexecutor cum clausula, cæterum, non potest procedere executiuè contra bona debentis pensionem, quia hoc sibi commissum non est, sed solum potest publicare censuras fulminatas à dicto Auditore Cameræ in casu non solutionis, & denunciare debitorem excommunicatum, & præcipere alijs vt eum denuncient, & euitent, alias excederet, & ab eo potest appellari, vt per Camill. vbi supra.

Tum etiam nota, quod etsi de iure, & stylo Romanæ Curiæ (si debitor pensionis non est ille qui consen-
2 sit intentioni impositionis pensionis) debeant sibi intimari literæ pensionis, alias soluere non tenetur, vt ex glos. in Reg. 25. Cancellarię Apostolicæ, notat Gomezius in compendio vtriusque signaturæ circa finem, Paris. consil 83. lib. 4. Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus num. 145. tamen si Auditor Cameræ decernat Monitorium contra talem successorem inserto tenore gratiæ, & notificetur sibi Monitorium, tunc nõ erit necessaria intimatio litterarum, quia Monitorium æquipollet dictæ intimationi, & ita practicatur in Rota, vt per Gomesium vbi supra, & per Cassad. decis. 2. tit. de pensionibus & decis. 12. de rescript. Mandos. in tract. conuentionum in 4. forma commissionis, verbo prænominatos hæredes, & dicto tract. de Monitorijs q. 23. & q. 72. Hoc tamen intellige esse verum quoad executionem faciendam in bonis debentis pensionem, non tamen quoad declarandum eum incurrisse censuras, & pœnas Bullæ pensionis, nam Auditor Cameræ nec eius subexequutor nõ possunt eum declarare publicè excõmunicatum, nec beneficio priuatũ absque eo quod sibi intimentur litterę originales pensionis, & ita declarant omnes supradicti; licet autem exemplum gratiæ pẽsionis in Monitorio insertum propter auctoritarem Auditoris Cameræ faciat fidem quoad vim, & effectum ipsius Monitorij, vt per Puteum dec. 246. lib. 3. non tamen ad effectum principalis intimationis, quę per se, & principaliter fit ad incursum censurarum, vt supradicti dicunt, imò, etsi ad translationem pensionis requiratur quod Bulla sit expedita, & intimata, sufficit tamen, ex dicto stylo quod inserta sit in processu dicti Auditoris, vt Put. vbi sup. dicit; Notandum etiam est, quod dictus Auditor Cameræ, aut eius exequutor in partib. virtute clausulæ, cæterum, possunt procedere ad exequutionẽ pro pensionibus decursis, vel per viam Monitorij, & reintegrationis mandati, vt dictum est, vel per viã declarationis incursus censurarum, non obstante quod in via ordinaria pendeat lis inter pensionarium, & rectorem grauatum, vel super reformatione pensionis, vel super eius nullitate, ex vi commissionis Pontific. cum clausula ordinaria, sine retardatione solutionis pensionis, vt per Rebuff. in dicto tract. de pacific. possessor. nu. 156. & per Hieronymum Gigantem in tract. de pensionibus q. 69. Notat Octauia. Vestrius in dicta praxi Romanæ Curiæ lib. 3. c. fin. Gigas in dict. tract. q. 85. & q. 47. Camill. Plautius in d. tract. de pension. n. 2. Rober. Lancellottus in tract. de attent. 2. p. cap. 10 n. 38. & cap. 17. nu. 60. & num. 92. idem Gigas quæst. 35.

Et idem erit si coram Iudice ordinario agatur de nullitate, aut de reformatione pensionis absque commissione; vel cum ea, & sine dicta clausula, dum tamen nullitas non sit omnino notoria, vt per Lancellottum vbi supra, maxime si pensionarius sit constitutus in possessione recipiendi pensionem, vt supra dictum, quia non debet spoliari à tali possessione ex denegatione pensionis, vt per Gigantem in dicto tract. de pensionis q. 47. & Petr. Gambara in tract. de legato p. 6. num. 531. & si esset spoliatus ex dicta denegatione deberet reintegrari, & restitui non obstante dicta litis pendentia, vt per supradictos, tenetur tamen tunc ad iustificandam suam possessionem docere de titulo iusto, aut saltem colorato, vt cum Dec. & alijs notat Gigas vbi supra, & idem Gambara in loco citato, & faciunt quæ notat cum infinitis, Menoch. in tract. de recuperand. remed. 15. n. 45. & cum sequentibus faciunt ad supradicta quæ notat Guttierez in tract. de iuramento confirmatorio cap. 2. à num. 23. declarando doctrinam Innoc. in cap. cum in iure de officio delegati.

Intellige tamen quod licet dicta in hoc notabili sint clara quando agitur de reformatione pensionis; tamen quando agitur de nullitate est distinguendum, nam aut nullitas requirit altiorem indaginem, & tunc absque dubio non impedit dictam executionem, ex notatis per Bartol. Ripam, & alios in l. 4. §. condemnatum de re Iudicata, & latissimè per Rober. Lancellottum in tract. de attentatis tit. de attentatis nullitate pendente per totum, aut verò nullitas versatur circa extrinseca gratiæ pensionis, verbi gratia quando pensio fuit assignata ex causa resignationis, aut cessionis iurium, & disputatur de titulo, & iuribus resignãtis, vel de validitate cõcordiæ, aut alijs extrinsecis, & tunc etiam non impedit dictam exequutionem faciendam per Auditorem Cameræ, vel eius subexequutorem, & ita dicunt Doctores supradicti, aut vero versatur circa intrinseca gratię, vtpote circa eius obreptionem vel subreptionem, scilicet quia impetrans non fecit mentionem de alia pensione prius constituta, quo casu impositio pensionis iudicatur nulla, & subreptitia, vt per Cassad. in tit. de pensi.

dec.

decis. 3. & Petrum Gambara in dicta 6. part. num. 127. Paul. Æmil. Veral. decis. 310. & 311. num. 4. & 312. par. 2. tunc lite super subreptione pendente non potest Auditor nec eius subexequutor procedere ad exequutionem pro pensionibus decursis, & hæc est legitima exceptio ad impediendam dictam executionem, quia efficit Auditorem omnino Iudicem incompetentem, & ita concludit d. Hier. Gigas in dicto tract. de pensio. q. siu. num. 13. pro quo facit, quia gratia subreptitia est ipso iure nulla, & est etiam ipso iure nulla datio executoris in ea contenta, & per eam nulla attribuitur iurisdictio executori, secundum Abba. & Imol. per tex. ibi in cap. cum nostris de concessione præbend. Felyn. in c. fin. q. pœn. de præsumpt. Gigas vbi supra elegãter Felyn. in c. ad audientiam primo ver. litteræ beneficiales, nõ dant ius, de rescriptis, Menoch. cũ alijs quampluribus ab eo relatis in tract. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 1. cum sequen. Igitur cum Auditor non sit Iudex competens est causa subreptionis, nõ potest procedere ad executionem lite super subreptione pẽdente, maximè si subreptio coram eo, vel eius subexequutore allegetur, & de ea incontinenti pateat, vel patere possit, ex Gigante vbi supra: Et in tantum hoc est verum, quod etiam si Auditor Cameræ processisset contra Rectorem pẽsione oneratum per viam Monitorij, & quia ipse non comparuit, processisset seruatis terminis de stylo Rotæ seruari solitis ad reintegrationem Monitorij, & relaxasset mandatum executiuũ ad partes, virtute cuius Rector soluisset pẽsionem, nihilominus si postea allegaretur subreptio, & super ea litigaretur nõ deberet pensionarius exigere pensiones lite pendente, nec Auditor Camerę aut eius subexecutor Rectorẽ posset via executiua compellere ad soluendum, sed causa debet in prima instantia Ordinario remitti, nec per dicta monitoria, & mandata Rectori est præiudicatum, aut pensionario in legitima possessione constitutis ita quod in eius fauorem habeat locum via executiua dicti Auditoris lite pendẽte, quia acta per ipsum per viam executionis, & Monitorij omnia fuerunt ipso iure nulla tamquam facta à Iudice incompetenti, & quia existente nulla gratia, nulla etiã existit datio executoris, & eius executio vt dictum est etiam si pars non appellauerit, ita notabiliter declarat Fely. in dict. ca. ad audientiam secundo vers. dicta ampliatione prima per totam, qui & amplius vult quod etiam si executor assumpsisset partes Iudicis, & processisset via ordinaria omnibus terminis seruatis, & dedisset sententiam diffinitiuam à qua partes non appellassent, nihilominus acta ab eo sũt nulla, & non præiudicant, maximè quia nullitas incompetentiæ virtute rescripti aut gratiæ subreptitiæ irremissibilis est per partes in spiritualibus; imò Iudex incompetens dicitur procedere vt priuatus, & spoliare iudicatur, ex his quæ cum pluribus notat Menoc. in tract. de recuperand. remed. 8. à nu. 13. cum sequentibus: Tum etiam ad propositum facit quia acta facta via executiua non nocent in iudicio ordinario, vt per Abb. Anto. Imol. & alios in cap. causam quæ primo extra de testibus in cap. veniens eodem tit. & notat latè Bapt: Asinius in dicta praxi Ciuili §. 15. cap. 17. num. 27.

Nec solutio facta virtute executionis à dicto Auditore Cameræ, vel eius subexecutoribus quidquã nocet, quia præsumitur metu facta ex Gigãt. in d. tract. quæst. 36. nec etiam possessio soluendi pensionem, nam hæc vt dictum est non suffragatur non habenti titulum iustum, vel saltem coloratum, at vero habens titulum ex gratia subreptitia non habet titulum iustum, nec coloratũ imo in beneficialibus intrusus reputatur, ex notatis per Abb. in cap. in nostris in fine de concessione præbendæ, & Felyn. in cap. in nostra coroll. 2. num. 12. & 13. de rescriptis, Gomez in regul. de triennali quæst. 61. vbi titulus discoloratus dicitur quando est ipso iure
3 nullus, & intrusus dicitur, quando nullum habet titulum de facto, vel habet titulum ipso iure nullum, vel
4 per hominis sententiam est priuatus titulo; Præterea habens titulum non coloratum, in beneficialibus non defenditur, sed potest liberè spoliari, vt per Ripam in l. naturaliter §. nihil commune n. 71. ff. de acquirenda possess. & infinitos allegat Menoch. in dicto tract. de recuperan. remed. 27. à num. 473. cum sequentibus: Nec iuuaret etiam dicta possessio quantumuis esset an-
5 nalis, vel triennalis ex defectu tituli, quia regulæ de annali, & triennali, quæ de beneficiatis titulatis loquũtur, non iuuant pensionarios, qui non propriè sunt beneficiati, nec habent titulum beneficij, vt cũ Gomesio, & alijs concludit Gigas in d. tract. de pensio. q. 97. Gambara in d. 6. p. de legato n. 519. cum sequentibus.

Præterea notandum est quod si Rector onere pensionis grauatus per longum tempus puta per decennium pensionem non soluerit, & causas apparentes non solutionis allegauerit, debet audiri coram Ordinario in prima instantia, & non potest procedere contra eum executiuè dictus Auditor Cameræ, nec contra eum datur commissio cum clausula sine retardatione pensionis, ob præsumptionem quæ est in eius fauorem, vt notat Gigas in d. tract. q. 85. num. 30. Gomesius in dicto compendio signatururæ in fine, cum etiam ex eodem Gomesio si gratia pensionis aliquas qualitates aut conditiones contineat non potest executiuè procedere nisi verificatis dictis qualitatibus, & si contradictorium iudicium, & viam ordinariam requirant, quia tunc Auditor tenetur assumere partes Iudicis, ex Feli. in d. dict. c. fi. remittendæ sunt Ordinario in prima instantia, ex decis. noua dicti c. 20.

Ex quibus omnibus ad propositũ cumulatis iam vides quod Executor Cameræ est executor gratiarum pensionis, & in casu in quo habet locum executio pro pensionibus decursis, non obstante litis pendentia aut exceptionibus allegatis, non tenetur assumere partes Iudicis Ordinarij, vt supra dictũ est, sed solum procedit de plano potest procedere ad executionem, & declarationem censurarum, sine impedimento dictæ Constitutionis Conciliaris, quia tunc nulla apud eum est instantia, nec illam Ordinario aufert, sed in suo statu relinquit, nec excedit exequendo, & ideo ab eo appellari non potest, ex Gigante in dict. tract. q. 95. & si appelletur, & protestetur regius recursus Iudicis supremi, debeant declarare vim non fieri, & causã subexecutori remittere, si verò non habeat locum via executiua quia gratia est subreptitia, & Auditor est incompetens, ac proinde eius subexequutor; vel quia alias aliqua legitima exceptio opponitur quæ impediat executionem, & oriatur ex natura gratiæ, siue propter verba expressa, siue propter conditiones à iure subintellectas, quę habentur pro expressis, ex c. cum M. Ferrarien sis de constit. & c. sicut accepimus de ætate, & qualitate, vel quælibet alia exceptio allegetur contra iurisdictionem executoris de qua saltem summariè, & incontinenti appareat, ita quod non videatur per calumniam opponi, tunc exequutor, aut Auditor, vel eius subexecutor excedit si exequatur, & ab eo potest appellari quoad vtrumq; effectum suspensiuum, & deuolutiuum, constat ex Gig. d. q. 95. & cum Felyn. notat Paul. Æmil. Veral. dec. 333. p. 1. imò vt constat ex eodem Gigante q. 70. pars damnificata potest ad Ordinarium recurrere vt causam retineat, & eum ab iniusta vexatione subexequutoris defendat, quod etiam constat ex eleganti consil. Hier. Grat. 36. per totum lib. 2.

RESOLVT. CCCXLI.

Auditor Cameræ est etiam exequutor sententiarum ab Auditoribus Rotæ decretarum.

1 *Quando mandatum, seu executorialis resoluitur in citationem, non proceditur via exequutiua.*

2 *Inti-*

2 *Intimatis exequutorialibus Rotæ, solet procedi ad declaratoriam, vel brachium sæculare.*

AVditor Cameræ est etiam exequutor sententiarum ab Auditoribus Rotæ decretarum, vt per Mandos. in dict. q. 60. n. 15. non potest tamen procedere
1 via exequutiua, ad declarationem censurarum de quibus in mandato, vel executorialibus quando parte comparente resoluitur in vim simplicis citationis, vt per eundem in dict. tract. q. 17. & si nihil quod releuet allegat, reintegrantur, & publicantur censuræ, & decernuntur mandata vt dictum est; rarò tamen partes vtuntur dicta iurisdictione, quia fere semper intimatis executorialibus à Rota decretis, solent ad eam recurrere pro declaratoria, & brachio sæculari quod sibi
2 conceditur incusatis contumacijs, & seruatis terminis seruari solitis in Audientia contradictarum.

RESOLVT. CCCLXII.

Auditor Cameræ est ordinarius, & perpetuus exequutor obligationum in forma Cameræ factarum.

1 *Auditor Cameræ causas pendentes super obligationibus in forma Cameræ ad se auocat.*
2 *Quando debitor in obligatione in forma Cameræ non consensit excommunicationi, proceditur per Monitorium, ad recognitionem, & sententiam ferendam.*

AVditor Cameræ est ordinarius, & perpetuus exequutor obligationum in forma Cameræ factarum, & potest procedere contra obligatos in forma Cameræ licet in partibus existant, & licet extra eam contraxerint, vt per Mandos. in dicta forma mandati §. sitque verbo Generalis, Vestrius, & alij vbi supra, Anto. Mass. de obligat. in forma Cameræ p. 6. Imò potest causas super dictis obligationibus pendentes coram Ordi-
1 narijs ad se auocare, vt per Lancel. in dict. tract. de attent. lite pendente, limitatione 15. nu. 8. fol. 330. lib. 5. tract. & fol. 418. c. 20. limitat. 26. & hoc sibi seruatum est ex dicta Gregoriana Sanctione, quippe quia in his causis semper exequutiuè proceditur, nec viæ ordinariæ sit locus, & dictus Auditor Iudex proprius, & legitimus sit harum causarum, & non erit iustum quod tam propria iurisdictio sibi auferatur, nec aliter intelligere, & practicare possumus de stylo procedendi coram dicto Auditore, & de exceptionibus quæ admittuntur aduersus eius executionem, & aduersus obligationem Cameralem videndus est idem Gallesius in dicto tractatu, & particulariter in 3. p. à quo non est necessarium transcribere, nihilq; illi addi potest, sufficit quod ex dicto stylo secundum formam nouarum obligationum absque alia citatione datur mandatum in forma monitorij, & debitor intra tres dies soluat, alias declaratur pro excommunicato, & si intra illos tres dies soluerit, aut allegauerit, & probauerit aliquas exceptiones legitimas, exequutor non poterit publicare censuras: Si vero non faciat, poterit publicare, & ita declarat Gallesius d. 3. p. q. 3. poterit tamen esse quod debitor per se aut
2 per procuratorem consensisset sententiæ excommunicationis insertæ in obligatione, & impositæ à Iudice coram Notario obligationis, & tunc ex consensu, & ob contumaciam in non parendo, declaratur excommunicatus, si vero non consenserit, est procedendum ad recognitionem, & sententiam ferendam per viam Monitorij cum termino competenti citandus, & si non compareat proceditur contra eum ad executionem, si non compareat proceditur contra eum ad executionem, si vero compareat proceditur ad declarationem reintegrato Monitorio, eo non probante aliquam legitimam exceptionem.

RESOLVT. CCCXLIII.

Auditor Camerę potest procedere contra turbantes legitimos possessores beneficiorum.

1 *Auditor Cameræ procedit contra beneficiatos, vt de titulo doceant.*

AVditor Cameræ potest procedere contra turbãtes legitimos possessores beneficiorũ in fructuũ
2 perceptione, & contra possessorem beneficij vt doceat de titulo, vel illud dimittat nõ tamen contra debitores decimarum, vt per Mandos. in tract. de Monitorijs q. 13. quod etiam procedit quando ipse esset exequutor alicuius gratiæ, & is cui facta fuit intra annũ turbaretur, & ageretur de molestia facti, & non de molestia iuris, tunc enim in prima instantia etiam procederet.

RESOLVT. CCCXLIV.

Auditor Cameræ potest decernere Monitoria contra debentes salaria Officialibus.

1 *Auditor Cameræ potest decernere monitoria contra debentes salaria Officialibus.*

AVditor Cameræ potest decernere Monitoria cõtra debentes salaria Officialibus, aut Aduocatis Curiæ Romanæ, vt per Mandos. vbi supra quæst. 59. & in tract. commissionum commissione 11. glos. verbo validitate, & de hoc non est dubitandum, quia sic etiam practicatur in omnibus alijs Tribunalibus, & in his casibus proceditur executiuè velo leuato.

RESOLVT. CCCXLV.

Auditor Cameræ, quando allegari potest suspectus?

1 *Auditor Cameræ potest allegari suspectus si excedit in modo procedendi.*
2 *In casibus ordinarijs non potest inhibere Ordinarijs locorum in prima instantia.*

1 AVditor Cameræ suspectus est, si excedit in modo procedendi, vt vult Innoc. in tract. de exceptio. fol. 104. tom. 3. tractatuum part. 2. & quibus casibus exhibeat alijs Auditoribus, & Iudicibus, videdus est Herculanus in tract. de attentatis cap. 18. num. 18. fol. 272.
2 rom. 5. tract. Hodie tamen in casibus ordinarijs inhibere non potest Ordinarijs locorum in prima instantia, in casibus autem ex quibus est Iudex competens ex supra adductis inhibere poterit.

RESOLVT. CCCLVI.

De supponente partum?

1 *Filius existens in possessione filiationis, non tenetur credere matri dicenti eum esse spurium, vel suppositum nisi alias constaret.*
2 *Mulier tenetur reuelare filium adulterinum vel suppositum, si nullum periculum est in reuelando, & verisimiliter eidem crederetur: secus vero si eidem non credatur; vel subsit periculum; sed tenetur de suo satisfacere hæredibus mariti, &c.*
3 *Præceptum positiuum non obligat cum scandalo, vel periculo animæ, seu corporis.*
4 *Obstetrix non tenetur reuelare partum suppositum, nisi in quibusdam casibus prout in corpore Resolutionis.*

COntrouertitur dubiũ, an Obstetrix qui supposuit fictè infantem cuidam mulieri consentienti pec-

cauerit, & teneatur reſarcire damnum illatum (verbi gratia ſi illa mulier vxorata mortua fuerit ſine filijs veris) conſãguineis iſtius mulieris mortuæ, videlicet dotẽ.

Nullus Doctor, meo iudicio, in particulari tractauit hanc quæſtionem, quoniam vero ſecundum illud vulgatum axioma, quod à ſimili nõ eſt diſcendendum, vt cõmuniter dicunt Doctores in l. non poſſunt ff. de legibus ideo videndũ eſt, quid agere debeat adultera ſi ex adulterio filiũ procreauerit in articulo mortis, & ex hoc facile cognoſcere poterimus quid ſentiendum in caſu noſtro. Abb. Panor. in c. per tuas de probationibus, & Doctores in l. fil. ff. de his qui ſunt ſui vel &c. & in l. ſi vicinis
1 C. de nuptijs aiunt, filium exiſtẽtem in poſſeſſione filiationis nõ teneri credere matri dicenti eum eſſe ſpuriũ, vel ſuppoſitum, & ratio mihi videtur, quia facile poſſet eſſe fallacia mulieris ratione odij, imo in dictis legibus citatis magnopere reprehenditur, imo fatuus exiſtimatur ille, qui propter dictum matris renunciauit Regno, quod etiã procedere puto ſi ambo parẽtes negant eum filiũ; quod probatur in c. trãſm: ſiſſe in fine, iuncta gloſa, in verbo, iudicijs, qui filij ſint legitimi, & eſt tex. in l. ſi poſtulamus ff. de liberis, & poſthum. & l. 1. §. 2. ff. de Carbon. edi. & ibi gl. quod verũ eſt omne id quod diximus, niſi alias conſtaret oppoſitũ, vt puta quia tẽpore cõceptionis, cõiux erat abſẽs, vel alijs modis: Præterea ſi mulier adultera ĩ articulo mortis cõfitetur ſe ſuſcepiſſe ſobolẽ ex adulterio, Rym. dicit teneri hoc reuelare Epiſcopo, vel perito Sacerdoti, qui deinde poſſent monere ſpuriũ vt religionem ingrediatur, quæ opinio mihi indiſcreta videtur; imo addit, quod hoc etiã poſſet reuelare marito niſi adeſſet periculum mortis. Ego tamen ſecundum Can. hoc videtur. 12. q. 5. & c. officij, de pen. & remiſſ. dicerẽ, quod ſi talis mulier habet aliqua bona paraphrenalia, vel huius modi, quæ poſſit ad libitum diſponere, teneretur reſtituere vel marito, vel filijs cui illaturum eſſet damnum, per tertiam perſonam ſecretè, & cautè, ſi vero id commode facere non poſſit, fileat iuxta
2 tex. in Can. pleriſq; 11. q. 7. vide Tolet. lib. 5. c. 11. Panorm. autem ita concludit in d. c. officij de pœnit. & remiſſ. dicens, ſi nullum periculum eſt in reuelando veritatẽ, & veriſimiliter crederetur mulieri, tenetur reuelare, ſi autem ei non crederetur, ſufficit ei pœnitere, & tacere ne ſcandalum potius, quam vtilitatem inducat; ſi vero habet probationes, & veriſimiliter ei crederetur, ſed ſubeſſet periculum mortis in reuelando; tenetur tacere, & ratio eſt, quia in non reuelando, eſt periculum rerum; ſed in reuelãdo eſt periculum animarum, & corporum, igitur concludendum eſt, quod mulier de malo commiſſo pœnitere debet, & ſi poteſt, vt ſupra diximus, ſatisfaciat de ſuo ſi habet venientibus ab inteſtato, vel ijs, quos maritus veriſimiliter inſtituiſſet, ſi credidiſſet, iſtum non eſſe filium ſuum, & ſic ei confeſſio deneganda non eſt, ex d. c. officij; Præterea ad confirmationem ſu-
3 pradictorum dicẽdum etiam eſt, præceptum poſitiuum non obligare aliquem cum ſcandalo, & ſic vbi periculũ animarum, vel corporum timeretur; non obligat præceptum, argumento tex. cap. ſi quando de reſcriptis, & in d. c. officij dicitur, ius poſitiuum interpretari diuinum; & quamuis reſtitutio etiam de iure diuino videatur, tamen Papa poteſt interpretari, fiendam eſſe, vel non fiendam, vt colligi poteſt ex Panor. in cap. cum teneamur de præbendis: Neque obſtat cap. per tuas, qui filij ſint legitimi, nam ibi attenditur plus quod eſt in veritate; quam quod ſimulatè concipitur.

Ex dictis facilè inferri poſſumus, Obſtetricem non
4 teneri manifeſtare filium illegitimum, ſimulatum, ſuppoſitũ, patri, vel cõſanguineis, vel alijs, cui dos illa reſtitui deberet; Primo ratione periculi puta falſitatis illius ſuppoſitionis; in foro enim Ciuili puniretur pœna vitæ; Secundo ratione ſcandali; nam eſſet magnum dedecus conſanguineis mulieris, & ſuſurratio apud omnes homines, & poneret fortaſſe in dubijs aliquos homines, qui nõ ſolent ſemper ſtare in eadem Ciuitate; ſed vagari huc, illuc, negociandi cauſa; an eorũ filij ſint verè legitimi, nec ne; Tertio quia cum nõ tenetur mater adultera vt ſupra diximus ratione periculorum, ita neq; hæc tenebitur; denique quia tali Obſtetrici, dato quod poſſet reuelare, vel teneatur, certo ei nõ adhiberetur fides de hoc, cum neque matri adulteræ adhibetur ſi dicat ſe peperiſſe filium ex adulterio; & ſic puto non teneri ad reuelationem; Quoad reſtitutionem vero certum etiam eſt, vt inferri poteſt ex dictis ſupra de adultera, teneri in conſcientia reſarcire damnum illatum conſanguineis mulieris puta dotem, & filijs legitimis, ſi damnificauit eos in legitima, vel in alio, & hoc eſt quod mihi occurrit dicendum de hoc dubio.

Poſſet autem excuſari talis Obſtetrix ſi à maiori parte viciniæ domus illius mulieris, cui filium ſuppoſitauit, ſciretur talem filium eſſe ſuppoſitatum, & non eſſe verum filium, & ſic abſque denunciatione ſciretur factum hoc, & tunc talis Obſtetrix teneretur etiam denunciare, quia poſſet prodeſſe aliquid hæredibus.

RESOLVT. CCCLVII.

Monialis, an poſſit petere ſupplementum congruæ dotis?

1 *Non datur ſupplementum dotis Monialis, ſi dos conſueta dari, attenta dignitate familiæ fuerit ſoluta, quamuis ſit exigua.*

2 *Minor dos requiritur pro volente ingredi Monaſterium, quam pro ea quæ vult nubere.*

3 *Dicitur dos ſufficiens, quando eſt data iuxta conſuetudinem Monaſterij.*

4 *Renunciatio facta per Moniales præiudicat Monaſterio, ſi dos fuit congrua.*

1 D'Ixi aliàs non dari ſupplementum congruæ dotis Moniali, ſeu Monaſterio in quo illa eſt ingreſſa ſi fuerit ſoluta dos conſueta dari, quamuis ſit nimis exigua, & modica attenta dignitate familiæ, & quantitate patrimonij, & habito reſpectu ad dotes ſororibus nuptis aſſignatas, Salic. in Auth. ſed quamuis num. 4. verſ. ad rationem C. de rei vxor. act. Dec. cõſ. 26. num. 4. ver. ſi vero mulier, cum naturalis æquitas, & communis obſeruantia ſuadeat minus dari ingredienti Monaſteriũ, quam nubenti, Bald. in Auth; niſi rogati nu. 11. verſ. hac ratione C. ad Trebell. Iaſ. conſ. 43. col. in fin. lib. 3. & in Auth. ſi qua mulier num. 10. col. 2. verſ. ſed contrariam
2 opinionem C. de Sacroſ. Eccleſ. vbi in nubente quod requiritur magna impenſa vt inueniat maritum condecentem, cum pro minori reperiat Monaſterium Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 19. nu. 10. in fin. Vrſill. ad Afflict. deci. 348. nu. 2. verſ. ſed tamen audio.

Imò redditus dotis non ſufficiunt regulariter pro ſuſtentatione vxoris, & expenſarum quæ fiunt pro victu, decore, & ornatu ipſius, Purpur. conſ. 330. nu. 7. verſ. ex cuius dictis patet reſolutio lib. 1. Surd. de alim. tit. 9. q. 37. nu. 20. Monter. deciſ. Aragon. 29. n. 27. in fin. & deciſ. 13. nu. 58. & in Monialibus non conſideratur dignitas familiæ, quamuis enim per eius ingreſſum nõ perdatur nobilitas, Rom. ſing. 37. tamen diſtinctio nobilitatis non fit inter eas, cũ omnes ſint æquales, c. fin. de ſtat. regul. Abb. in c. dudum il 1. num. 2. verſ. in Religioſis vero de election. prout neque conſideratur quantitas patrimonij ob paupertatem electam, c. nimis il 1. de exceſſ. prælat. nec dos alijs ſororibus conſtituta, cũ de carnali matrimonio ad ſpiritualem non benè arguatur, quaſi Moniales non egeant niſi alimentis, & ſuffragio vitæ, non pompa, honoribus, & alijs quæ pro liberis, & familia requiruntur in nuptis, Socc. conſ. 222. in fin. li. 2. Menoch. conſ. 169. nu. 19. in fi. & nu. 2. verſ. nam ſi agitur, & competenter dicitur dotata quæ habuit dotẽ iuxta conſuetudi-

tudinem Monasterij, ita vt per eam satisfiat etiam statuto excludenti à successione dotatam, Corn. consil. 316. n. 6. vers. & hoc semper mihi placuit col. 4. in fi. Anchar. consil. 107. nu. 2. & ista est verior opinio quidquid dicat Affl. decis. 348. prout testatur, & sequitur Rot. coram R. P. D. Ludouisio in vna Romana dotis 21. Iunij 1602. vbi fuit Iudicata dos congrua scutorum 500. tanquã solita dari Monasterio pro filia Moniali, quãuis soror fuisset nupta cum dote scutorum 14000. non obstãte dignitate familiæ, & quantitate matrimonij, & statuto Vrbis exclusiuo feminarum, dummodo sint dotatæ, & non obstante decis. 2. Mohed. vbi Rota non sequitur, sed potius contrariam, quam dicit magis communem Castr. in l. Titiæ si non nupserit nu. 2. de condi. & demonstrat. Dec. consil. 49. n. 2. vers. sed capio secũdum dubium, col. 2. Iaf. consil. 43 col. 4. in fin. vers. non obstat quarto decisio lib. 3. late Menoch. consil. 169. nu. 18. & 20. in fin. lib. 2. vbi de veriori opinione testatur, & de communi obseruantia totius Italiæ, & quatenus alia opinio procederet prout illam dicit veriorem Riminal. consil. 35. n. 1. lib. 3. Surd. consil. 192. num. 20. lib. 2. ideo admittitur quia fumus in dispositione hominis habente particularem rationem vt non admittatur conditio nuptiarum respectu volentis ingredi religionem tanquam turpis, Felin. in cap. in præsentia nu. 37. vers. sed propter hoc non est recedendum col. 16. in fin. de probat.

Nõ obstat, quod renũciatio paternę hæreditatis factę per Moniales non præiudicet Monasterio, Ruin. consil.
4 204. lib. 1. Corn. consil. 272. li. 3. quia contrariũ est magis verum, & commune quando Monialis est competenter dotata, quãuis læsio probaretur, quia in ea nõ consideratur propter vitã pauperem quam eligit, Bar. in l. fin. n. 8. C. de pact. Alex. consil. 33. nu. 4. lib. 4. late Aldobrand. consil. 26. n. 28. num. seq. Rot. coram R. P. D. Penia qui de magis cõmuni Vlixbonen. legitimæ 27. Nouemb. 1595. post Dec. consil. 31. col. fin. ver. vltimo non obstat Aymo. consil. 160. in prin. maxime quando quis proximus, & dispositus ad actum ingrediendi tale pactũ facit, Purpur. in l. fi. n. 193. vers. tertius casus de pact. licet ibid. n. 194. dicat tutius esse renũciationem fieri cum cõsensu Monasterij Gasp. Baeza de non melior. ratio. dot. c. 14. n. 30.

RESOLVT. CCCXLVIII.

Dignior quis dicitur in collatione beneficiorum?

1 *Dignior est ille qui magis vtilis, & aptus est ad beneficium, & consistit in ætate, scientia, & Ordine, ac morum honestate.*
2 *Iudicatus minus idoneus si appellat, cõceditur nouum examen, etiam si non doceat de fumo læsionis.*

DIgnior iudicari debet qui est magis vtilis, & aptus ad beneficiũ cui præficitur, Coua. in regula peccatum p. 2. §. 7. nu. 4. ad medium vers. dignior vero, Lup. in c. per vestras not. 3. §. 26. nu. 12. de donat. inter vir. & vxo. f. 367. Hoied. de incompatibil. benef. par. 1. c. 23. nu. 130. & ista dignitas consistit in ætate legitima, literarum scientia, morum honestate, & ordine necessario, c. cum in cunctis §. inferior de elect. Selu. de benef. par. 3. q. 5. num. 1. Conc. Trid. c. 1. cum seq. sess. 7. & c. 2. & 4. sess. 22. prout è contra, indignus dicitur qui non habet qualitates requisitas ad ministerium cui præficitur, Rebuff. de pacif. poss. num. 73. D. Thom. 2. 2. art. 2. quæst. 63. & facit decis. Rot. per Reuer. Dom. Oran. Beneuentan. Parochialis 13. Iunij 1590. vbi ex duobus approbatis per examinatores pro æque idoneis in scientia, electio vnius facta per Episcopum fuit iudicata legitima, quãuis nõ esset Doctor, vel Sacerdos, nec pauper sicut alter, nã istæ qualitates quamuis sint cõsiderabiles, tamen non faciunt digniorem pro gubernãda parochia, cum vltra doctrinam sint maioris considerationis, mores, & aptitudo ad munus iniunctum, Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reformat. & ita etiam fuit declaratum per Sacr. Congreg. eiusd. Concil. per quod multum defertur iudicio Episcopi, prout regulariter ad iudicandum quis sit idoneus plurimum valet arbitrium Superioris, Bald. in c. si pro debilitate in fin. de off. Deleg. DD. in c. sedes de rescrip. Menoch. de arbit. cent. 1. cas. 67. num. 13. intelligendo quatenus Superior rectè iudicauerit, Alex. consil. 33. viso themate nu. 2. lib. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 10. nu. 12. Rot. per R. P. D. Sacrat. Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. cum secus esset si constaret de iniqua electione, ad quam ostendendam conceditur nouum examen
2 in causa appellationis, vt resoluit Sacr. Congr. Concil. etiam quod prius non doceatur de fumo læsionis, & grauaminis, ne per hoc ligentur manus appellantis, prout regulariter datur appellatio, quando Iudex perperam, & non rectè arbitratur, ob illam rationem, quia in huiusmodi arbitrarijs potest idem Iudex dolum cõmittere, Bal. in l. si fugitiui col. vlt. ad fi. vers. & sic patet C. de seru. fug. Alex. ad Bart. in l. si qua pœna 244. in fin. ff. de verb. signif. post glos. ibi verb. pœna in fi. Tiraq. in l. si vnquam in verb. omnia, vel partem nu. 32. C. de reuocand. donat.

RESOLVT. CCCXLIX.

Canonici, an possint esse Conseruatores?

1 *Conseruatores debent esse in dignitate.*
2 *Plus est Conseruator, quam Dignitas.*
3 *Vicarius potest esse Conseruator.*
4 *Canonici Cathedralis possunt esse Conseruatores, nam veniunt appellatione dignitatis in delegationibus.*

PRo opinione negatiua allegabatur, quod non possint esse Conseruatores, quia Cõseruatores debent esse in dignitate, & ideo non possunt esse Canonici, Anton. Burg. in c. cognoscentes nu. 133. de const. par. 2. fol.
2 114. imò plus est esse Cõseruatorem, quam Delegatum, gl. in c. statutum de rescript. in sextò, in verb. Canonicis in princ. & ibi Gomez. num. 88. p. 5. fol. 86. ex quo infert quod qui est in dignitate, etiam in Ecclesia Collegiata potest esse Cõseruator; ergo eodẽ modo est Delegatus Papę, cõtra illos qui tenent quod requiratur dignitas in Ecclesia Cathedrali, nõ in Collegiata, vt quis possit esse delegatus, quod adeo verum est, vt dubitetur, an Vicarius Episcopi possit esse Cõseruator, vt per Panuin. de offic. & potest. Capit. sed. vac. p. 2. n. 16. to. 13. tractat. fol. 429. DD. in cap. 1. & vlt. de off. Deleg. in 6. licet Iacob. Sbroz. in tract. de Vicar. Epis. q. 27. nu. 9. lib. 2. dicat ve-
3 rius esse quod possit esse quamuis sit Vicarius Capi. sed. vac. Io. de Lign. in clem. & si principalis de rescript.

Et licet Canonici non possint esse Conseruatores, vt dictum est secundum opinionem Anto. Burg. in d. c. cognoscentes nu. 133. de consti. tamen in compendio priuilegiorum Mendicantium, hoc eis cõceditur, quia sal-
4 tem largo sumpto vocabulo Canonici Cathedralis veniũt appellatione dignitatis, Felyn. in c. pastoralis n. 12. de offic. Delegat. Caputaq decis. 257. pa. 1. Achil. decis. 1. de rescrip. & quãuis Canonici Ecclesiæ Cathedralis non dicantur propriè habere dignitatem, tamen quoad delegationes æquiparantur dignitatibus, c. statutum de rescrip. in sextò, & de honore illis præstãdo multa DD. in c. pastoralis de off. Deleg. & in ca. Episcopos dist. 18. & in c. 2. de iudic. Cardin. Paleot. in Archiepisc. Bononien. par. 7. fol. 513. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 2. num. 37.

Et quod possint esse Cõseruatores, & de eorum officio, Spec. de Iudic. Deleg. §. fi. nu. 24. vbi Io. Andr. Bal. in verb. Cõseruatores, Angel. & Milius ibid. DD. in clem. 2. de rescrip. Franc. de Plat. de excom. §. 57. tom. 14. tract. fol. 424. Beat. cod. tit. de excom. cap. 37. tom. 14. fol. 375.

ex quibus colligitur non posse deputari eos qui deputantur circa quod vtile esset prouidere, ne postea dubitari occurreret circa eorum sententiam, & nullitates.

RESOLVT. CCCL.

An Episcopus possit transferre Cathedram, & Tribunal in alio loco suæ Diœcesis?

1 *Episcopus in quolibet loco suæ Diœcesis potest iurisdictionem exercere.*
2 *Episcopus non potest erigere Cathedram iudicialem in loco exempto.*
3 *Episcopus ad modicum tempus potest transferre Cathedram ad aliquem locum Diœcesis, sed non ad longum tempus sine causa.*
4 *Ciuitas in odiosis non venit nomine Diœcesis.*

CVm de hoc dubitaretur, dicebam hoc potuisse Episcopum, per text. in c. cũ Episcopus de off. Ord. in sextò, vbi permittitur Episcopo in quolibet loco suę
1 Diœcesis iurisdictionẽ exercere, quod adeo verum esse fatetur, vt procedat etiã in loco exempto, vbi non Ca-
2 thedra iudicialis, sed extraiudicialis ibidẽ transferretur, c. luminoso 18. q. 2. cap. si Papa de priuil. in sexto, Vital. in clem. Archiepiscopo num. 3. eod. tit. Episcopus enim non erigit Tribunal in loco exempto, nam licet sit in Diœcesi, Cardin. Vital. & alij in clem. j. de for. cõp. Abb. in c. Apostolica n. 3. de don. Rot. diuers. decis. 207. nu. 2. p. 2. Fely. in c. graue nu. 2. de off. Ordin. tamẽ quoad erectionem Tribunalis, non dicitur esse de Diœcesi, clem. 2. de priuil. Rot. diuers. decis. 145. p. 2. Nauar. cons. 2. de off. Ord. itaut statutum Episcopi quemadmodum non ligat delinquentes extra suam Diœcesim, sic etiam nõ comprehendit eos, qui delinquunt in locis exemptis existẽtibus in Diœcesi, Franc. & Gemin. in c. 2. §. statuto de constit. in sextò, Castr. & Iaf. in l. fi. de iurisd. omn. iud. Sed redeundo ad dubiũ dico, posse Episcopũ transferre Cathedrã ad modicum tẽpus, nam ad longum tempus non posset sine iusta causa remouere Cathedrã, & Tribunal à Ciuitate, Gemi. in c. placuit, vt nemini 7. q. 1. cũ alijs de quibus per Gõzal. ad reg. 8. Cãcel. de altern. gl. 43. nu. 192. vbi ita declarat cons. Nauarr. 2. de off. Ord.

Nõ obstat, quod appellatione Diœcesis venit quoq; Ciuitas, c. Rodulphus cum ibi notatis de rescri. & consequenter quemadmodum erectio Tribunalis, & Cathedrę permittitur in Ciuitate, ita quoq; in Diœcesi, quia respondetur id verũ esse in materia fauorabili, secus in odiosa, vt hic, quia tũc Ciuitas nomine Diœcesis non venit, c. sacrorũ 63. dist. c. cũ clerici de verb. sign. c. cum nullus respon. 1. de tempor. ordin. & vbiq; omnes, Alex. cons. 248. nu. 11. vol. 6. Ægid. Bellam. dec. 141. si primus, Matesillan. sing. 95. incip. nota mirabilem.

Et in omnibus prædictis casibus intellige, vt Episcopus possit erigere Tribunal in qualibet parte suæ Diœcesis, concurrendo cumulatiuè cum alijs Inferioribus habentibus iurisdictionem, Franc. in c. cum Episcopus num. 3. de off. Ord. in sextò, Lancell. de attent. part. 2. c. 4. limit. 1. num. 69.

RESOLVT. CCCXLI.

Monachi, vel Canonici Regulares, Vicarij Episcopi, an esse possint.

1 *Monachus potest de licentia sui Superioris esse Vicarius Episcopi.*
2 *Episcopus potest Monachum simplicem è claustro extrahere cum licentia Abbatis, pro negotijs suis.*
3 *Monachus non potest esse Delegatus Papæ, nisi Papa faciat mentionem de dicto Monacho in rescripto, & concedat.*

FVit dubitatum, an Monachus, vel Canonicus Regularis possit esse Vicarius Episcopi, & dicendum est
1 quod sic, secũdum gl. in c. si quis 57. distinct. dum tamẽ interueniat licentia Abbatis, secundum Prepos. ibi, dum tamen habeat socium sui Ordinis, c. 2. de stat. Monach. iuxta notata per Ioa. And. in c. fi. de cler. ægrot. sed. Religiosum Ordinis Mendicantium, non potest Episcopus Vicarium constituere, per clem. j. vers. Prioratus de regular. secundum Ioa. And. & Imol. in d. c. fi. & pro hoc facit glos. in cap. Pastorũ 11. q. 7. vbi Episcopus potest extrahere Monachum ab eius Monasterio pro eius seruitio, & vt habeat in suum cubicularium etiam inuito Abbate in Monasterijs non exemptis, de hac materia in clement. & si principalis de rescript. per gl. & Cardin. Floren. & Ioa. de Imol. ita Franc. Marc. dec. 1284. & ita censuit Rot. Rom. in antiq. dec. 3. de off. Vic. cuius tenor est: Nota quod Monachus simplex potest esse Officialis, cum tamen detur ab Episcopo, & est ratio, quia
2 Episcopus Monachũ simplicẽ potest reuocare à Claustro propter negocia, maximè Abbate sciente, & sic valet sententia lata à Monacho, maximè si ab initio non esset oppositum, ad notata per Innoc. in cap. scisciatus de script. & notat Ioann. in c. fin. de cler. coniug.
3 Delegatus autem à Papa non posset dari, nisi Papa faciet mentionem de Monacho, idq; concederet, not. in c. statutum in verb. Canonicis de rescrip. lib. 6. & quod notatur in l. Pedius ff. de arbitris, ad quod ca. religiosus de procur. quia Papa faciliori modo potest decipi, quam Ordinarius, Spec. tamen tenet tit. de off. Lega. §. supereſt videre vers. nunquid, Monacho simplici non potest delegari sine licentia Papæ, de quo dic, vt ibi, tamen maior pars determinauit primam partem, quia potest, nisi opponatur ab initio, c. præsentium 13. vide in clem. 2. de rescript.

RESOLVT. CCCLII.

An Episcopus possit priuare clericum beneficio sibi collato à Papa?

1 *Quando Papa mandat prouideri alicui de certo beneficio, illud erit affectum etiam ante vacationem.*
2 *Si Papa aliquem ordinauit, non poterit Episcopus etiam propter delictum illum degradare.*
3 *Prouisus de aliquo beneficio à Papa, potest priuari ab Ordinario propter delictum superueniens.*

FVi interrogatus, si potuisset Episcopus priuare clericũ beneficio eidem à Papa collato ob delictum ab eodem patratum, propter quod de iure veniret priuãdus; ratio dubitandi erat propter dignitatem conferentis beneficia, ex quo remanet beneficium affectum, & consequẽter Ordinarius inferior non potest se circa illud intromittere, Cassado. dec. 2. de reseruationibus, Crescẽt. decis. 2. de Paroch. Mohedan. dec. 9. de prẽben. Put. decis. 18. & 158. lib. 1. Hinc est quod eo ipso, quod
1 Papa concedit alicui mãdatum de prouidendo de certo beneficio, etiam ante vacationem, quod quamuis alias beneficium nõ sit reseruatũ, nec vacauerit in mẽse reseruato, quo ex dicta appositione manus, tale beneficiũ remaneat affectum, vt in Extrauag. fi. §. Rom. de præben. inter communes, Rot. iuncta Addit. Papazõ. in decis. 10. sub. lit. B. ante fin. de præben. in nouis, Simonet. de reseruat. q. 60. nu. 1. Rebuff. in prax. tit. de reseruat. num. 33. Flamin. Paris. de resignat. benef. li. 13. q. 10. num. 9. hinc est, quod secundum Gonzal. in glos. 53. num. 25. habetur quod ordinatus à Papa, licet ex eo nõ sit exemptus à iurisdictione Ordinarij, cap. per tuas de
2 maiorita. & obed. tamẽ non potest Ordinarius propter delictum ordinati, degradationem requirentis illum ab ordine deponere, ratione dictæ manus appositionis, gl. in c. per tuas vers. sed nunquid potest Episcopus de ma-

ior.

ior.& obed.quæ gl. cõmuniter ab omnibus recepta, vt post Antiquiores,Butr.ibid.num.9.Abb.num.2.Imol.n. 5.vbi etiã tradunt, an procedat in priuatione beneficij à Papa collati,& Felyn. ante n. 4. & dec.Capell. Tholos.293.incip. Item fuit quæsitum,an possit quis priuari beneficio,& ibi illius Additionator, cuius Capellę decis.tenor est: Item fuit quæsitum,an quis possit priuari beneficio, vel deponi ab ordine sibi collatis per Papã, ab Episcopo suo fuit remissum ad colle.in c.per tuas de maior.& obed.vbi allegat opinionẽ Innocent.tenentis quod not.gl.decret.1.q.1.cap.filiorum.distinguit in alleg.c.per tuas quod ordinatũ nõ potest beneficiatũ sic, &c.&in eius additione habetur,ista fuit opinio Io.And. in alleg.c.per tuas,videlicet quod ordinatus à Papa nõ potest ab Inferiore deponi,secus in beneficio,vt videlicet recipiens beneficium à Papa possit illo priuari pro-
3 pter crimen superueniẽs,quod etiam tenet gl.in confirmato à Papa,vt in confirmatione vtili,vel inutili,sed in ordine videtur velle Io. Andr. vt non possit deponi ab Inferiore, nam si non potest ordinari per Inferiorẽ sine licentia Papæ, vt in c. cum in distribuendum de temp. ordin. fortius nec deponi, idem tenet Bald. in alleg. c. per tuas, Sicul. ibidem dicit, quod licet hæc opinio sit æquior, & seruanda propter reuerentiam, alia tamen videtur verior,quod ex quo nõ eximitur ab obedientia Episcopi. Ergò ex delicto superueniente põt priuari illo ordine;nam crimen priuat quem priuilegio, c. priuilegium 10.q.100.auth.qua in prouincia C.vbi de crim. agi oport.& sic opinio placet Felyn.in alleg. c.per tuas, sed quod si de licentia Papæ recipit ordinem ab Inferiore,Sicul.post Hostiens.in d.c.per tuas,quod priuatus est primo priuilegio, nam videtur illi renuntiasse recipiendo ordinem ab Inferiore,c.cum renunciatur 22.q. 1.licet aliter dicat Io.de Imol.in eodem cap.per tuas.

RESOLVT. CCCLIII.

An legata facta Confraternitatibus, dicantur pia, ad effectum, vt Reuerenda Fabrica possit se intromittere?

1 *Fraternitas disciplinatorum est locus pius secundum aliquos.*
2 *Hospitale erectum absque auctoritate Superioris Ecclesiastici, est pium sed non religiosum.*
3 *Licet Fraternitas non sit locus pius, tamen relicta fraternitatibus,videntur relicta ad pios vsus.*

ET prima facie videbatur negandum, & consequenter, quod nullo pacto Reuerenda Fabrica posset se intromittere, ex eo quod dicta loca nõ dicantur pia, nec pro talibus habẽtur,vt not.Bal.in l.illud col.1.vers. quid de eo C.de sacrosc.Eccl.& in auth.hoc ius porrectũ col.2.vers. secundo quæro,quid de rebus eod.tit.& idẽ sentit licet non firmet in l. si quis ad declinandam col. 12.vers.deinde quæritur C.de Episcopis,& cler.Imol.in cap. officij col.11.vers.circa secundum de testam.Abb. in cons.31.penul.& fi.vol.1.Corn.in cons. 119.num.27. vol. 2.& in cons. 18. n.5. vol.4.& in cons.297.n.4.eod. vol.& in cons.307.in fi.eod.vol.Soc.in cons.82.col.pen. vol.4. Card. in cons.13.Franc. in c.1.de reb.eccles.non alien. in sextò.Paul.de Cast.in auth. hoc ius porrectum col.1. vers.circa primã partem C. de sacrosc.eccles.Paris. in cons. 50. col.pen.in fi. vol.2.& col.seq.Calcan.in cons.21.col.1. in princ.Ias.in cons.218.col,1.vol.2.Capra in cons.20.Balb. in tract.præscrip.in 1.par.quint.p. principal.col.2.Alex. cons.102.in 1.dub. vol.7.

Contrarium,quod dicatur locus pius Fraternitas di-
1 sciplinatorum, sentit Specul. in titul. de constituct.edlt. §.nũc aliqua n.62.vers.& scias,qui dicit,quod loca pia dicuntur vbi exercentur opera charitatis,& idem dicit Ioan. Andr. in cap. Ioannes de testam. col.1. in fi.vers. vnum est,quod refragatur,vbi per istam rationem concludit, hospitale etiam non erectum auctoritate Superioris esse locum pium,& idem dicit Alex. in cons.209. col. 1. vol.2.& Abb.in cap.fi.in 2.not. de testam.Card. in cap. Ioannes in 7. quæst.de testam. & in specie quod Fraternitas dicatur locus pius,sentit Bald.in l. id quod
2 pauperibus in 21.quæst.C.de sacrosc.eccl.& sentit clarè quod sit locus pius,sed non religiosus, eandem opinionem tenẽt Card.in cons.121.& clarissimè Lap. in tract. de Canon. portion. col.11. vers. quinto quæro,& in sequenti quæst. idem dicit Barb. in dict.cap. officij col.8. & 10.de testam.& Pet.de Perus.in tract.de Canon.portion.q.72.col.3.vers.tertio principaliter,& dicit Pet.de Anch.in c. auditis in 11.quæst. de restit.in integr.quod dicitur Pium etiam Collegium,& ex supradictis prouenit quod episcopus huiusmodi loca visitare teneatur, vt voluit Feder.de Sen.in cõs.111.incip.quæstio talis est.

Et redeundo ad casum propositum dico,Reuerendã Fabricam posse se intromittere in legatis supradictis
3 locis factis:ratio est,quia licet Fraternitas non sit locus pius, tamen relicta Fraternitatibus videntur relicta ad pios vsus, & in piam causã, & propterea cessare debet Trebellianica,vt cõcludit Paul.de Cast.in cons.161.incip. præsupposita col.2 refert,& sequitur Socc. in cons. 82.col.pen.vol.4. & sentit.Bal. in auth.similiter vers.& not.col.1.C. ad leg.Falcid.& Calcan.in cons.12.col.2. & quod relicta tali loco dicãtur ad pias causas relicta, tenet Bal. in l. si quis ad declinandam col. 12. in princ. vers. nec tamen negandum est C.de Episc.& cler.Paul. de Castr.in cons.279.vol. 2. Alex.cons.102.num.3.vol. 7. Dec. cons.72. col. 3. Paris.in d.cons.34.col.2. in fin. vol.4.Bertach.in tract.de Episcop.fol.68.num.83.

RESOLVT. CCCLIV.

Bulla Sixti V. incipiens,Prouida, an locum habet in Capitulo Ecclesiæ Cathedralis?

1 *Archiuium debet erigi in omnibus Ecclesijs Cathedralibus.*
2 *Beneficiati tenentur exhibere eorum instrumenta, vt registrari possint in Archiuio.*

1 BOnorum ecclesiasticorum Archiuium tenentur facere Prælati in eorum Diœcesibus,& Administratores Ecclesiarum,ex Constitutione Sixti V.incip.Prouida,publicata Romæ die 8.Junij 1587. & ideo ex prædicta dispositione est necesse in omnibus Cathedralibus, fiat registrum omnium Bullarum beneficialium, & ordinatorum ad ordines ecclesiasticos, & sic seruatur in omnibus Cathedralibus benè gubernatis,vt in c. 1. & c. quoniam contra, & c. cum causam, & ibi gl. de probat.& ferè per totum tit.& in tit.de fid.instr.& c.ad audientiam de rescrip.& ibi ferè per totum,& in tit. de priuileg. & clem.vnica de iur. iur.& ibi gl.in ver.archiuium, & ibi Abb. num. 20. & ideo Zerol. in sua prax.
2 Episc. in verb. archiuio, dixit, Canonici,& beneficiati debent dare notam, & copiam authenticatam omniũ bonorum ad dictos Canonicatus, & beneficia pertinẽtium Capitulo, & Archiuio Cathedrali, vt eas reponere, & seruare possint in illo,& in multis visitationibus, quæ passim factæ sunt, & fiunt in dies à viris doctis, & pijs;vidi hoc obseruari,vt omnes presbyteri beneficiati registrarent instrumenta, & inuentaria reddituum, censuum, & aliorum, quæ possident sua beneficia, & afferrent copiam authenticam ad ipsum Episcopum, & originale remaneret pœnes eos, quæ registrarentur in libro quodam Magistrali perpetuo conseruando in Archiuio Cathedrali sub hac forma: Ecclesia N. possidet petiam terræ siue domum sitam in loco N. & propriè vbi dicitur N. iuxta bona N.& N. relicta à quodam N. vel empta ab N.patet instrumento confecto. &c.

RESOLVT. CCCLV.

Percutiens clericum excommunicatum, an sit excommunicatus?

1 *Priuilegium cap. si quis suadente Diabolo, est introductum in fauorem totius ordinis clericalis.*
2 *Clericus excommunicatus ante depositionem, gaudet priuilegio.*
3 *Clericus depositus verbaliter, tenetur viuere clericaliter, & recitare officium.*

QVæritur, an percutiens Clericum excommunicatum, aut depositum incurrat sententiam excommunicationis, & num excommunicatus gaudeat immunitate ecclesiæ, & si possit expelli ab Ecclesia, dubium facit, quia excommunicatus dicitur membrum Diaboli, & extra Ecclesiam eiectus 11. quæst. cap. omnis Christianus, & cap. sequenti, quia nihil ad nos de his, qui foris sunt, cap. multi. 11. quæst. 1. & maximè quãdo clericus excommunicatus est incorrigibilis, depositus, seu degradatus, & traditus Curiæ sæculari, cap. cum non ab homine de iudic. cum ibi notatis, cap. de
1 gradatio de pœn. lib. 6. Sed in contrarium facit, quia priuilegium d. cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. non solum introducitur in fauorem clerici, sed etiam in fauorem totius ordinis clericalis, cap. contingit 1. de sent. excom. & hoc ibi tenet glos. & in cap. si quis deinceps 17. quæst. 4. & glos. in cap. vt periculosa ne cler.
2 vel monach. lib. 6. vnde glos. in d. cap. contingit distinguit, an excommunicatio præcedat depositionem, & degradationem, & tunc adhuc retinet priuilegium, & hoc etiam videtur tenere glos. in cap. excommunicatorum 23. quæst. 5. si verò excommunicatio sequatur post depositionem, & degradationem actualem, tunc non retinet priuilegium, de quo ibi per Panorm. & Felyn.
3 qui tenent, quod clericus depositus verbaliter, debet dicere officium ecclesiasticum, allegat glos. in cap. dictum 90. dist. & in cap. de abolend. de hæret. quia adhuc talis depositus verbaliter retinet priuilegium, & debet viuere clericaliter, secundum glos. ibi, quamuis excommunicatus debet exire Ecclesiam, & debet Sacerdos dimittere officium propter præsentiam excommunicati, clemen. graui cum ibi notatis de celebr. miss. si non incepisset c. ad hoc 7. q. 1. cap. illud, & c. vt famæ de sent. excom. & per glos. in pragm. sanctio. in tit. de interd. indiffer. non po. super verb. Iudicis, & ibi an excõmunicatus, vel Iudæus, aut Bannitus gaudeant immunitate Ecclesiastica, & si possint extrahi per Iudicem ecclesiasticum, vel sæcularem, de quo ibi me remitto.

RESOLVT. CCCVI.

Clericus, an propter absentiam possit beneficio priuari?

1 *Clericus beneficiatus absens à loco beneficij, post trinam monitionem potest priuari.*
2 *Quando Constitutio Synodalis præfigit terminum ad residendum, non requiritur alia monitio.*
3 *Clericus absens à beneficio ob iustam causam, valet inseruire Ecclesiæ per Vicarium.*

QVæritur, an propter absentiam à loco beneficij quis priuetur beneficio, & de modo procedendi contra clericum non residentem in ipso beneficio, & si tempore pestis sit iusta causa impedimenti, saltem vt teneatur deseruire per substitutũ; & Respõdetur, quod quando beneficium requirit residentiam, si quis absit
2 post trinam monitionem, & lapsum sex mensium, possit priuari beneficio, c. quærente, c. ex parte, c. ex tuæ, & c. fi. de cle. non resi. & post nominationem requiritur tertia citatio in personam si reperiri possit, alias sufficiet per edictum in loco beneficij, d. c. ex tuæ, de qua materia habetur latè per gl. Inn. Io. And. Ant. de Butr. Panor. Fel. in c. quoniam frequenter §. porrò, vers. si verò vt lit. non contest. & per D. Io. de Imol. in d. c. ex tuæ, nisi
2 esset præfixus terminus per Constitutionem Synodalẽ, quia tunc non esset opus alia monitione, secundum Panorm. & Fel. in d. §. porrò vers. si verò, & quale tempus absentiæ à beneficio requiratur, vt quis debeat priuari beneficio, iura in hac materia variè loquuntur, secundum gl. in d. §. porrò vers. si verò, quia interdum requiruntur quinque anni, vt in Cardinali absente à suo titulo, d. c. fi. de cler. non resid. de quo latius habetur in d. §. porrò; verumtamen quando esset iusta causa absentiæ, vt propter pestem, excusaretur beneficiatus, secundum Io. de Imol. post gl. in d. c. fi. de cler. non resid. in gl. fi. similiter propter infirmitatem, 7. q. 1. Cap. præsentiã, vel quia habet ibi capitales inimicitias, ita quod illuc venire non audeat, c. bonæ 1. de elect. vel aliqua iusta causa, ita quod venire non possit, l. non exigimus ff. si quis cauti. & de causa pestis, seu propter intemperiem aeris habetur per gl. in c. propter supplicationem de renunciat. in c. cum dilecti de dol. & contum. circa fin. an mense Augusti quis excusaretur à iudicio propter calores, & in c. si verò de iur. iur. & in leg. de ætate ff. ad
2 treb. licet quando clericus est absens de loco beneficij; debet seruire per Vicarium expensis beneficij, secundum Angel. in authent. vt cleric. qui reced. alijs pro eis subrogat.

RESOLVT. CCLCVII.

An concessum per Episcopum alicui ob seruitia suæ Ecclesiæ præstita, possit reuocare?

1 *Gratia concessa propter remunerationem, non est merè gratia, sed actus onerosus transiens in vim contractus.*
2 *Donatio remuneratoria non requirit insinuationem.*
3 *Princeps non potest reuocare concessa propter merita absque iusta causa.*
4 *Quando agitur de reuocando ea quæ sunt de iure ciuili, si Princeps motu proprio reuocat, tunc præsumitur causa vera, & iusta, dummodo non exprimatur causa friuola, vel falsa.*
5 *Dominium cum sit de iure gentium, non potest reuocari absque causa.*

1 IN proposita facti serie, illud dubitandi occasionem præbet, quod cum gratia prædicta fuerit concessa propter remunerationem, nõ est merè gratia, sed actus onerosus in vim contractus transiens, quam etiã tenetur Princeps obseruare, l. sed & si lege §. consuluit ff. de pet. hære. ibi quoddam genus permutationis, vbi Bar. in prohæm. ff. colum. pen. & in l. per diuersas C. manda. l. filius famil. de dona. gl. Ias. & Modern. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. Pet. Duen. in reg. 224. lim. 4. Alex. cons. 43. num. 78. lib. 4. vbi dicit hac ratione, donationem remuneratoriam non contineri in statuto loquente de dona.
2 tione, & non requirit insinuationem, vt est text. in l. sancimus C. de don. vbi gl. in verb. propriam Maiestatem, & ibi communiter DD. & clare Oldrad. cons. 231. inci. vt ius sequitur, Bald. in c. licet ex suscepto de for. com. gl. Bar. & alij in l. à quibus ff. de don. quia non cadit suspicio erroris, nec læsionis, Bal. in l. illud C. de sacrof. eccles. & in l. vt liberis C. de colla. Alex. cons. 20. lib. 3. hinc est quod permittitur inter personas prohibitas, vt inter virum, & vxorem, l. quod autem §. si vir, & vxor. ff. de don. inter vir. & vxor. & eam libertus potest facere spreto patrono, l. viuus libertus ff. ne quid in frau. pat. & inter filium, & patrem, vt per Bart. Alex. & Dec. in l. donatione C. de colla.

Præterea sicut nec venditio, nec permutatio, nec alij con-

contractus reuocari possunt à Principe, etiam ex causa ingratitudinis, l. sicut C. de act. & oblig. Alex. cons. 1. n. 17. & n. 38. lib. 2. ita nec etiam donatio facta à Principe ex causa remunerationis tamquam actus onerosus liberè reuocari potest in indiuiduo, tradidit Felyn. in c. nouit n. 7. de iud. Rom. cons. 346. vers. septima principalis conclusio, Alex. cons. 101. n. 1. lib. 1. & cons. 5. n. 19. & 20 & cons. 78. lib. 4. Ruyn. cons. 207. nu. 7. lib. 1. & cons. 162. nu. 10. lib. 4. Dec. cons. 566. Ias. cons. 4. vers. quarto princip. vol. 1. Lup. in rubr. de don. inter vir. & vxor. Capyc. dec. 21. n. 15. decis. 24. n. 13. & decis. 77. n. 3. Affl. in Constit. ea quæ 1. notab. Natt. cons. 268. num. 5. & 7. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus n. 15. C. de reuoc. donat. Dec. cons. 580. incip. Quæritur an petitio, vbi inter cætera dicit quod debet habere vnum calamum, & vnam linguam, Bal. consil. vltimo vol. 3. latè And. in tit. qui succ. tenen. in verb. Imperator, vel Rex promittens, quem refert, & sequitur Pernus in tract. de Principe vers. adde quod non est propriũ Principis sine causa reuocare, vnde succedit illud quod Princeps semper quod videt, quod ex post facto præter sui intentionem aliquis est enormiter læsus, reuocat quod factum est, cap. suggestum de decim. Gozad. cons. 5. n. 20. quia scit se non posse reuocare, quod vni donauit, & alteri concedere sine iusta, & rationabili causa, etiam cum clausula de plenitudine potestatis, & cum clausula non obstante, Alex. cons. 11. num. 7. lib. 6. cons. 3. n 9. lib. 5. cum alijs supra allegatis.

Hinc regulare est, quod talis gratia, & concessio propter benemerita, nõ potest tolli nisi expressa iusta causa, & quę publicam respiciat vtilitatem, per tex. in l. Titius puerum ff. de obseq. liber. l. Lutius ff. de euict. l. item si verberatum §. præterea, vbi Bar. & Ang. ff. de rei vẽd. Bald. in l. qui se patris C. vnde liber. Hyppol. cons. 57. n. 27. And. in c. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alie. & sing. idem Andr. in Const. ea quæ, in tit. quod nullus Prælat. & plenius, & magistralius, idem And. in c. similiter circa princ. c. 6. col. de cap. qui cur. vend. ibi si non potest reuocare feudum, Bald. singulariter in c. 1. de natur. feud. in vsib. feud. Felyn. in d. c. nouit n. 7. de iud. Ias. in l. 1. nu. 2. ff. de pact. Alex. cons. 216. vol. 2. & cons. 135. n. 21. vol. 4. Gramm. voto 28. Natt. cons. 258. n. 5. cum plurib. seq. vol. 2. perpulchrè Luc. de Penn. in l. fin. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. & in terminis Pernus cons. feudal. 16. per tot. & præsertim in vers. sed pro varietate materiæ, satis notabiliter distinguendo.

Et de ea quidem causa Principi non creditur siue ipsã expresserit in specie, siue dixerit generaliter ex causis animum nostrum dignè mouentibus, siue vtramque affirmauerit, scilicet specialem, & generalem, & quia in his quæ nõ potest facere sine causa expressa, & iusta, vt est quãdo vult tollere ius tertij, nullatenus est ei credendum, sed requiritur quod causa illa sine allegata, & adducta fuerit, siue in animo eius recondita, quæ tamen possit arbitrio boni viri, & faciliter cogitari, & expendi, sit vera, & iusta, & amplius si de veritate, & iustitia non appareret quod probetur per impetrantem, illud est quod dixit Dec. cons. 603. num. 7. cum seq. vbi plures allegat, & cons. 602. nu. 12. vsque ad n. 17. Ias. in l. si testamenta C. de testam. Socc. Sen. cons. 273. num. 11. vers. præterea dico quod ex quo vol. 2.

Et vt magistralius, & distinctius procedatur, ita di-
4 stinguendum est, aut agitur de reuocando ea quæ sunt de iure ciuili alteri quæsita, & tunc subdistinguendum est, nempe, aut Princeps motu proprio, & de plenitudine potestatis rescribit, & in isto casu licet requiratur causa, vt voluit Alexand. cons. 2. nu. 17. cum seq. vol. 1. tamen secundum DD. semper in Principe præsumitur causa, & vera, & iusta, dum tamen eam non expresserit, quia si Princeps causam in scripto exprimit, & euidenter appareat falsa, vel friuola, quoniam præsumitur circumuentus, tunc non obstãte clausula ex certa sciẽtia, clausula de plenitudine potestatis, clausula motu proprio, & similibus tales literæ sunt ipso iure nullæ, ista est singul. limit. Dec. cons. 576. n. 10. & ratio est, quia clausulæ supradictæ, & etiam clausulæ supplentes non operantur vbi causa expressa est falsa, sed operantur in expressis verificatis, prout de iure requiritur, & supra dixit idem Dec. cons. 541. in fin. Socc. Sen. cons. 273. ante fin. vol. 2. Dec. cons. 410. n. 17. & cons. 258. n. 8. causæ autem cognitionem tunc dicitur interuenisse quoties Princeps præsentibus aduersariis, vel contumacibus illud statuerit, & rescripserit, text. est in l. in causæ §. causa autem cognita ff. de minor. l. etiam §. fin. ff. cod. cum simil. & ideo necessarium fuisset citationem præcessisse, vt in terminis Dec. consil. 407. in fi.

Aut verò Princeps rescribit de ordinaria potestate ad petitionẽ alterius, vt est in casu de quo agitur, & tũc debet esse iusta, & expressa causa, quia licet modus ac-
5 quirendi sit de iure ciuili; nihilominus dominium quæsitum est de iure gentium, secundum communem, & magis communem Doctorum sententiam, quam testatur Viu. lib. commun. opin. in verb. Princeps f. 173. hanc distinctionem videtur sentire Gram. dec. 65. præsertim nu. 30. cum seq. & elegantissimè ad distinguendum determinat. Luc. de Penn. in l. prædia col. 18. vers. solutio ex præmisso themate C. de loc. præp. ciu. lib. 11. Bal. in l. si testam. C. de test. Dec. cons. 579. in præsenti casu, & in locis prælleg.

Aut vbi agitur de reuocando ea, quæ de iure gentiũ sunt alteri quæsita, vt sunt ea, quæ propter remunerationem, & similia, quoniam illa iura Princeps etiam de plenitudine potestatis tollere non potest sine causa, temanet firma cõclusio, quod Princeps etiam cum clausula motu proprio, & de plenitudine potestatis, & aliis quibuscumque clausulis, sine expressa, & iusta causa reuocare non potest, secundum dictam decis. Gram. 65. nu. 30. & vltra DD. prælleg. voluit Dec. cons. 271. Fulgos. cons. 61. D. Catharina col. 2. & hanc esse magis communem opinionem, refert & sequitur Paris. consil. 101. n. 70. vol. 1. Socc. Iun. cons. 120. n. 13. vol. 2. omnes Modern. dicunt esse magis communem opinionem in l. fi. C. si contra ius, tradit Capyc. decis. 166. num. 4. & 10. Cranet. cons. 172. num. 3. & nouissimè Viu. in dicto suo tract. commun. opin. in dicto verb. Princeps, vbi refert plures testantes esse communem opinionem, & eam esse veriorem affirmat, non obstãte quod aliqui tenuerint contrarium, & in fine dicit, quod in tantum remuneratio est priuilegiata causa, & vrgens, quod propter remunerationem Princeps potest tollere dominium alterius de iure gentium quæsitum, secundum Doctores per eum allegatos; vnde remuneratio ne dum est potentissima causa conseruandi, vt data, & concessa per Principem gratiam remunerationis tolli non possint, sed etiam est causa iusta, vt alteri quæsita de iure gentium possint propter remunerationem per Principem tolli; per supradicta.

Quæ tanto magis procedunt, vbi per remunerationem, ne dum dicitur quæsitum ius de iure gentium, sed etiam de iure naturali, quia nil tàm naturale est, quàm benefacienti benefacere; iuribus vulg.

Igitur ex his apparet, quod in quocumque capite distinctionis, & subdistinctionis prædictæ, verum est dicere, quod nullo pacto prædicta reuocatio per Principem fieri potuit stante iure quæsito N. virtute ampliationis concessæ per eumdem Principem, propter vrgentissima seruitia per suos prædecessores præstita.

RE-

RESOLVT. CCCLVIII.

Clericus obtinens Confratantiam Neapoli, an in impetratione alterius beneficij, teneatur de illa facere mentionem?

1 *Confratantia Neapoli, est beneficium ecclesiasticum.*
2 *Beneficium cognoscitur ex his, videlicet, si per Episcopum confertur clerico in perpetuum, & habeat in se aliquid spiritualitatis.*
3 *Beneficium fundatum cum conditione, quod illud in perpetuum spectet ad dispositionem quandam personarum, non amittit rationem beneficij.*

1 IN facto prædicto mihi proposito respondi affirmatiuè, ex eo quod huiusmodi Fratantiæ, vt pluries dixi, sunt veræ, & propriæ Ecclesiastica beneficia, cum eis competant omnia quæ ad constitutionem beneficij sũt
2 necessaria; beneficium enim cognoscitur ex sequentibus signis. Primò, ex qualitate personæ conferentis, vt quia sit Episcopus, vel alius Prælatus ecclesiasticus, cũ regulariter laico non competat ius conferendi, & laicus sit incapax spiritualium, ad text. in cap. quam sicut de elect.

Secundò, ex qualitate eius cui prouidetur quod non sit laicus, cum de beneficio prouideri non possit nisi clericis, cap. cum adeo de rescrip. cap. ex litteris de transact. & cap. 2. de inst.

Tertiò ex qualitate ipsius beneficij, vt quia habeat aliquid spiritualitatis annexum, puta quod illud obtinens, sit obligatus dicere officiũ, & celebrare missam, nam propter diuinum officium datur beneficium, vt in c. fi. de rescrip. in 6. & in c. si quis sacerdotum 86. dist.

Quartò, ex ratione modi quo confertur, vt quia non sit datum ad tempus, sed in perpetuum, quod est proprium beneficiorum ecclesiasticorum, c. Sanctorũ 70. dist. c. penult. de cler. ægrot. notatur in c. si gratiosè de rescrip. lib. 6. item quod sit datum purè, & sine pacto, & conditione, & nõ pro cõmodo aliquo tẽporali, prout de iure cõcedi debet beneficium ecclesiasticum, cum alias committatur simonia, cap. quam pio 1. quæst. 2. & c. fin. de pact.

Ita ex prædictis probari beneficium esse ecclesiasticum, tenet Abb. cons. 47. num. 1. lib. 2. quem sequitur Rot. dec. 508. num. 1. & seq. part. 1. diuers. latè Felyn. in c. in nostra num. 9. de rescrip.

Sed aduertendum est, quod licet regulariter beneficium ecclesiasticũ sit illud, quod in perpetuum confertur, vt per Abb. in c. auctoritate in fin. de cens. Sarnen. in reg. de infirm. q. 23. tamen aliquando potest esse be-
3 neficium ecclesiasticum quamuis non sit conferibile, exempli gratia, si ille qui beneficium fundauit, voluit in perpetuum illud spectare ad liberam dispositionem certarum personarum, veluti Abbatis certi Monasterij, cum hoc quod etiam possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in parte, prout sibi videbitur, ita fuit resolutum per Rot. in vna Perusina S. Mariæ de Niue 30. April. 1599 coram Card. Pamphilio.

Ex quibus omnibus concluditur, quod quando obtinens Confratantiam impetrat aliquod aliud beneficium, tunc tenetur facere mentionem de dicta Confratantia, cum sit verè beneficium.

RESOLVT. CCCLIX.

Clerico obtinenti Confratantiam sufficientem ad victum, an possit alia conferri?

1 *Consuetudo retinendi plura beneficia non valet quando vnum est sufficiens ad victum.*
2 *Vbi non est nimia pluralitas beneficiorum, consuetudo videtur posse tolerari.*

EX ratione qua fuit resolutum in beneficijs simplicibus, dicendum quoque erit in Fratantijs, quæ vt supra dixi, beneficijs æquipollent, & de beneficijs, loquitur glos. in cap. dudum 2. de elect. ver. in titulatam, & verb. retinere, quem ibi sequitur Abb. num. 36. & in cap. quærente num. 2. de cler. non resident. Bertach. in repertorio verbo beneficia plura, Bern. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 47. seu 48. num. 5. vbi Salzed. lit. C. Hoied. de incompatibil. benefic. 1. par. cap. 19. n. 1. Flamin. Pariſ. de resign. benef. lib. 3. quæst. 1. n. 138. & lib. 5. q. 6. à n. 115. Zerol. 2. par. verb. incompatibilia §. 2. Dionis. Carthusian. in tract. de pluralit. benef. Sylu. in Summa verb. beneficium 4. nu. 2. Armil. eodem verb. nu. 42. Salon. 2. 2. quæst. 63. art. 2. conclus. 3 Lud. Lop. in Instructor. conscientię tom. 1. c. 25 1. Manuel. Rodriq. in Summa tom. 1. cap. 31. num. 2. & 3. Vega 1. par. c. 36. cas. 24. 26. & 27. Zech. de benef. & pensio. cap. 5. num 4. vers. circa tertium, P. Ledesm. in Summ. tract. 7. c. 1. 12. concl. 5. diffic. & Azor. 1. par. lib. 5. cap. 19. vers. consuetudo, qua quis in eadem Ecclesia, & 2. par. lib. 3. cap. 7. quæst. 4. c. 8. quæst. 6. cap. 9. quæst. 3. & 6. cap. 10. quæst. 4. cap. 11. q. 23. & cap. 50. quæst. 6. & lib. 6. cap. 3. quæst. 4. & est communis secundum Hoied. & Flamin. Pariſ. ibi, & secundum Nauar. in cap. 25. num. 125. & alij locis cit. & Miscell. 62. num. 1. & cons. 13. num. 1. de præbend.

Quæ sententia de iure antiquo videtur probari ex d. cap. quærente de cler. non resid. & hodie probatur per Sacr. Concil. Trident. cap. 17. sess. 24. de reform.

Et omnis obseruantia, & consuetudo contraria non valet, nec excusat retinentem plura beneficia, quo-
1 rum vnum est sufficiens ad victum, secundum Bertach. in dicto repertorio verbo beneficiorum sufficientia, Hoied. dicto cap. 19. num. 8. & Flamin. Pariſ. dicta q. 6. n. 119. & Doctores communiter secundum eum, Azor. dicto lib. 5. cap. 19 & 2. par. lib. 6. cap. 11. q. 5. & 6.

Tamen vbi non esset nimia pluralitas beneficiorum,
2 consuetudo esset tolerabilis, ex traditis per Cordu. lib. primo, quæst. 20. propos. tertia, cum limit. dicta ex cap. quia in tantum de præbend. & quæ tradit Hoied. dicta 1. par. cap. 2. nam & duo beneficia incompatibilia possunt teneri ex consuetudine, dixit Fed. de Sen. cons. 206. & fuit dictum in causa Tirason. iuris præsentandi 20. Martij 1588. coram D. Bubalo, & beneficiorum animarum curam non habẽtium multitudo prohibita diuina lege non est, licet hodie supradicta consuetudo sublata sit per Sacr. Conc. Trid. d. c. 17. sess. 24. de reform. cuius verba sunt: Cum ecclesiasticus ordo peruertatur &c. quod decretum comprehendit etiam beneficia iuris patronatus, nam eadem est ratio in omnibus.

RESOLVT. CCCLX.

Dispensatio, quando ex decennali possessione præsumatur?

1 *Ex decennali possessione, tunc præsumitur dispensatio, quãdo allegatur ab eo pro quo dispensatio præsumitur, secus si ab eo negetur, & ab alio contra eum allegetur.*
2 *Solemnitas extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo ad cuius fauorem præsumitur.*
3 *Dispensatio in vno ex connexis, extenditur ad aliud, quãdo is ad cuius fauorem præsumitur non negat.*

IN proprijs terminis Maresc. lib. 1. var. resolut. c. 24. habet receptam, & magis communem sententiam
1 esse, quod ex decennali possessione, tunc præsumitur dispensatio, quando allegatur ab eo, pro quo dispensatio præsumitur, at secus si ab eo negetur, & ab alio contra eum allegetur, sicut in simili videmus in continuatione possessionis, quæ præsumitur, si is qui semel possedit asserat se hodie possidere, nam tunc præsumitur possessio medio tempore continuata, secus si neget, tunc enim præ-

præsumptio ista cessat, glos. in l. siue possidetis in verb. constituti vers. vel distinguitur, & ibi Bart. num. 6. & 7. Bald. nu. 1. circa med. vers. renoco in dubium, Ang. n. 4. vers. in gl. 3. Alberi. col. 4. vers. Odofred. autem, Paul. de Cast. nu. 9. Corn. col. 2. circa med. vers. hodie C. de probat. Brun. in cap. ad sedem num. 25. in med. vers. dic colligendo, & ibi Abb. n. 15. ad med. vers. Dominus Antonius colligendo de restit. spol. Alciat. de præsump. reg. 2. præsumpt. 21. n. 6. vers. primus est, & vers. secundus casus, Bald. in l. Celsus p. 4. q. 1. n. 8. post med. vers. 5. limita ff. de vsucap. Rip. in cap. Raynucius quæst. 11. sub num. 2. vers. imò iure communi de testam. vbi de com-
2 muni; simili quoque modo solemnitas extrinseca præsumitur quando ab eo allegetur, ad cuius fauorem præsumitur, at secus si ab eo negatur, secundum Salyc. in l. si filius q. 1. vers. sed hoc non obstante C. de pet. hæred. dicens, quod iussus patris præsumitur præcessisse si ipse hoc allegat; secus si negat, sequitur Alex. cons. 9. n. 9. vers. potest etiam lib. 3. benè Ruin. cons. 23. n. 20. lib. 5. Gabriel. de præsump. concl. 1. nu. 74. idque generaliter firmat Bar. in d. l. siue possidetis sub nu. 14. dicens quædam esse quæ mutantur contingenter facto nostro interueniente, & eo casu procedere d. l. siue possidetis, nempe quod semel fuit tale semper præsumitur tale, secundum distinctionem superius factam, si is ex cuius facto descendit præsumptio, fateatur, secus si neget, & prædicta habent locum in connexis, quia licet præsumptio quoad vnum connexum operetur quoad aliud, prout in præscriptione, Fel. in c. auditis n. 17. vers. nec obstat, & n. 2. de præscript. & c. cum ex iniuncto num. 5.
3 & 8. de hæret. & dispensatio in vno ex connexis extenditur ad aliud, glos. & Butr. in cap. quia iniunctum de præbend. Attamen hoc intelligitur, quando is ad cuius fauorem præsumitur non negat, vt dixi, secus si neget factum proprium ex quo oritur præsumptio, quia tunc ratio connexorum nihil operatur, vt patet in materia præscriptionis; nam si quis negat præscripsisse non potest alius dicere eum præscripsisse, nec quoad vnum, nec quoad aliud connexum, cum præscriptio oriatur ex facto præscribentis, ideo non præsumitur, vt post Abb. cons. 82. sub nu. 6. post med. lib. 1. tradit Balb. de præscript. 2. par. tertiæ part. princip. q. 2. n. 8. fol. 73.

RESOLVT. CCCLXI.

An tribunal Reuerendæ Fabricæ, possit se intromittere circa legatum ad pias causas captatorium?

1 *Captatoria dispositio ad pias causas valet.*
2 *Si testator dicet, committo tali dispositionem bonorum meorum, censetur institutus hæres cum onere erogandi bona ad pias causas.*
3 *Dispositio captatoria ad pias causas, non solum valet in legatis, sed etiam in institutione hæredis.*
4 *Legatum collatum in arbitrium alterius, valet fauore dotis.*

REspondi in facti contingentia affirmatiuè, ex eo, quod magis communis opinio Doctorum esse
1 videtur, illam captatoriam dispositionem ad pias causas valere, quam opinionem tenuit Bart. in l. captatoriæ ff. de l. 1. in fin. vers. hoc est verum, & ibi Bald. in primis verbis, & ibi Paulus de Castro. vers. vnde videtur non valere, & Bald. in repet. l. 1. col. 5. vers. secunda ratio est C. de sacros. eccles. & in col. 2. vers. tertio quæro, & in l. Theopompus col. fin. vers. fallunt prædicta ff. de dot. præleg. & in l. vtrum §. cum quidam vers. item hoc quod dicitur ff. de reb. dub. & cons. 5. col. 1. vers. 2. an dicta substitutio, & cons. 6. in primis verbis, & colum. 2. vers. quero vtrum legatum, in l. captatores ff. de hæred. inst. Ang. cons. 201. in princ. Bal. cons. 302. colum. pen. vers. nam Iacob. Butr. vol. 2. & cons. 482. vol. 4. vers. illud autem Ang. in l. illa institutio colum. 1. in fi. in glos. de fideicom. qui hoc tenet de iure canonico, licet secus dicat de iure ciuili, & in d. l. captatorias ver. regula autem in fi. & vers. & ideo per statutum, & ibi Bald. vers. item relictum, & in l. illa institutio in 1. nota. ff. de hæred. inst. & ibi Imol. col. 1. & seq. vers. illud tamen, Aretin. in l. 1. colum. fin. vers. priuilegium C. de sacros. eccles. & in l. 2. col. 1. ff. de vulg. & pup. substit. Bal. in repet. c. si pater in materia compendiosæ substitutionis de testam. in 6. Alexand. in l. captatorias C. de testam. milit. col. 2. vers. item fallit, & ibi Dec. col. pen. vers. vltimo quæritur, & Ias. num. 12. qui hanc dicit communem opinionem, Card. cons. 124. in princ. vers. sed quoad pias causas, Abb. cons. 32. col. 2. vers. videmus, Alex. cons. 32. colum. fin. vers. sed dato, Soccin. cons. 49. num. 10. vol. 4. dicit esse communem, Paris. 89. numer. 44. & consil. 83. numer. 20. vbi dicit communem opinionem, Ias. cons. 110. num. 3. vol. 1.

2 Primò amplia, quod etiam si simpliciter dictum sit per testatorem, committo tali dispositionem bonorum meorum; nihilominus censetur ipse hæres institutus cũ onere erogandi bona testatoris ad pias causas, & talis dispositio valet, & operatur, c. cum tibi, Innoc. ibi vers. alij dicunt, & vers. alterius, & Io. And. in c. fin. vers. vero, Innoc. & Ant. de But. in fin. vers. quando dicit relinquo, & ibi Hostien. vers. solutio de testam.

3 Secundo amplia, quod nedum dispositio captatoria ad pias causas, valet in legatis, sed etiam in institutione hæredis, quam opinionem firmant Bart. in l. captatorias, & Alex. num. 6. C. de testam. milit. Corn. n. 9. Bar. consil. 5. vers. an dicta, & cons. 6. in princ. Bal. in l. illa institutio ff. de hæred. instit. & ibi Imol. col. 1. & seq. vers. sed istud tamen, Paul. de Cast. in l. captatoriæ de l. 1. ver. vnde videtur, & in l. captatorias de hæred. instit. Anchar. in c. cum tibi colum. 2. vers. sed quid ergo in ista varietate de testam.

Tertio amplia, ne dum quando dispositio captatoria ad pias causas respicit distributionem, siue electionem faciendam, prout Cyn. in d. l. captatorias in princ. vers. vltimo scias, & ibi Bart. Alber. Alex. in l. nulli col. 5. vers. dominus quærit C. de epis. & cler. Bar. in l. illa institutio colum. 2. vers. vltimo quæro ff. de hæred. instit. sed etiam quando dicta dispositio ad pias causas committitur in voluntatem alterius, secundum Corn. in l. captatorias colum. 4. vers. sed quandoque, & tertio, ibi Alex. col. pen. ver. & ista faciunt.

Quarto amplia, nam sicuti fauore piæ causæ, valet dispositio in alterius voluntatem collata, ita etiam le-
4 gatum in arbitrium alterius collatum valet fauore dotis, vt voluit Bart. in l. Theopompus col. 1. vers. non obstat ff. de dot. præleg. Imol. in l. captatorias col. pen. ff. de hæred. instit. Alex. cons. 54. num 4. vol. 2.

RESOLVT. CCCLXII.

An sola præsentia Canonici in choro, sufficiat ad lucrifaciendas distributiones quotidianas?

1 *Canonicus tenetur psallere in Choro.*
2 *In recitatione officij requiritur attentio ad Deum, vel ad sensum, vel ad verba.*
3 *Potest induci consuetudo, vt Canonici non psallant vbi adsunt Hebdomadarij, debet tamen dicta consuetudo esse 40. annorum, & præscripta.*

FVit dubitatum, an sola presentia dominorum Canonicorum Ecclesiæ N. absque cantu, sufficiat ad lucrifaciendas distributiones quotidianas; & dicebam quod Comitulus lib. 1. respons. moral. q. 62. n. 2. post Pe-
1 tr. Nauar. de restit. lib 2. c. 2. tenent, obligari Canonicos sub onere restitutionis horas psallere, vt patet in c. fin. 92. distinct. hinc est, quod qui obtinet Canonicum,

vel

vel aliud beneficiũ in Ecclesia Cathedralis, vel Collegiata, regulariter non facit suas distributiones, neque eas lucrifacit, si privatim dumtaxat recitet horas canonicas, non autem in ecclesia, & Choro præsens sit, ac interfit horis Canonicis, cõstat id apertè ex c. vnico de cler. non resident. in sexto, extrauagan. 11. incip. cũ nonnulla, la prima, de præben. inter cõmunes, Conc. Trid. sess. 21. c. 3. & sess. 24. c. 13. §. præterea, & latè tradunt DD. cõmuniter in d. cap. vnico, Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 12. num. 2. & 3. Pet. Nauar. lib. 2. c. 2. dub. 3. vnde etiam est, non satis esse Canonicis ad distributiones lucrãdas corpore solum adesse, sed requiri attentionem, saltem ad verba, ita Pet. Nau. c. 2. dubitat. 3. n. 202. & duob. seq. & Mart. Nau. in tract. de Orat. & Hor. Canon.
1 cap. 13. num. 17. & 19. nam quicquid sit ad euitandum mortale peccatum requiratur attentio interior, vel ad Deum, vel ad sensum, vel ad verba, iuxt. dist. Nau. d. c. 13. num 4. & seq. Pet. Nauar. d. c. 2. num. 230. & 233. Io. Medin. c. de orat. q. 14. dub. vltim. cũ satis probabilis, & tuta opinio sit sufficere intentionem ad verba, vt latè tradũt Pet. Nau. d. dubit. 3. num. 203. Mart. Nau. d. c. 13. num. 20. dicens hanc esse communem certè ad lucrandos fructus, & satisfaciendũ Ecclesiæ præcepto requiritur saltem exterior attentio ex omnium sententia, nimirum quædam compositio, & recollectio, qua scilicet non diuertamus ad extranea, quæ cum ijs quæ aguntur se compati non possunt, quod enim Ecclesia præcipit hanc attentionem, patet ex Conc. generali in c. dolẽtes de celebr. miss. 161. dist. precipiens in virtute sanctæ obedientiæ, vt diurnum officium, nocturnũ pariter, & diurnum quantum eis dederit Deus, studiosè celebretur pariter, & deuotè, hoc ipsum ferè habetur in clem. 1. eod. tit. in his verbis dum offerre Deo sacrificium laudis fructum labiorum suorum in puritate conscientiæ, & animi deuotione haberent horas Canonicas dicere; seu psallere transcurrendo, & sincopãdo extranea quidem, & plerumq; vana, prophana, & inhonesta intermittendo præsumunt, iuncto §. ne igitur transgressores, idẽ etiam statuit in Cap. 92. dist. quod sumptum est ex D. Paul. ad Ephes. 5. Cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, super quibus verbis D. Hieron. in d. c. cantantes audiant ij quibus in Ecclesia est psallẽdi officium, non voce, sed corde cantandum, quibus in locis glos. & DD. idem adnotarunt.

Limitaui tamen supradicta multipliciter. Et primo,
3 vbi adsũt Hebdomadarij, nam induci potest consuetudo, vt non teneantur Canonici psallere, modo id à pijs viris fiat, ita Pet. Nau. d. dubit. 3. num. 217. hinc enim Doctor præcipuè se fundat in communi consuetudine tolerata per Summum Pontificem, & Prælatos, idem docet Garsi. cap. 2. n. 521. Io. Azo. institu. moral. par. 1. lib. 10. cap. xi. quæst. 6. & 7. & ante eum satis expresse Caietan. verb horæ canonicæ in fi. vbi postquam dixisset rationem dictare, vt qui suum versiculum non canit, non satisfaciat obligationi, quam habet canendi in Choro subdit, sic intelligerem, quod consuetudo bonarum est optima legum Interpres, post hos vero nouissimè, ac fusè id probat Francisc. Suar. de Relig. tom. 2. 2. tractat. lib. 4. c. 12. vbi etiam id ostendit in fundatione, & statuto Ecclesiæ, hæc autem consuetudo cum sit contra ius debet aliqua ratione induci spatio 40. annorum, iux. tex. & gl. & ibi tradita per Abb. & cæteros de consuetudine, Suar. tamen in d. cap. 12. n. 13. cum duob. seq. ostendit hanc consuetudinem, non esse contra ius, sed parum consequenter, cum aliqua iure ipse pro conclusione adduxerit.

Secundo limitatur, eum qui non canit ob aliquam iustam causam, maximè ordinatam ad recitationem, & cantũ Chori, puta quærendi psalmos, antiphonas, prouidendi lectionem, aut responsorium à se canendum, deferendi candelabrum, aut thus, vel prunas ad thurificandum, & huiusmodi lucrifacere distributiones quotidianas, quamuis postea teneatur priuatim supplere quod omisit, ita Nau. d. tract. de orat. & hor. can. c. 10. n. 96. & 70. cap. xj. num. 36. & seq. cap. 16. n. 66. idem temperans d. cap. 11. modo comodè id ante, vel post tempus horarum fieri non potuerit, ampliat verò id cap. 11. etiam in transmittente uuntios necessarios, idem Nau. loc. cit. & sequitur Azor. lib. 10. cap. 11. q. 20. qui ait quod hæc sit iusta excusatio à recitatione officii nimirum in Choro, ad quod allegat S. Anto. 2. p. suæ Sum. tit. 9. cap. 13.

Tertio limitatur, si partem minorem notabilem non canat, nam tritum iam est omnium ore prouerbium, parum pro nihilo reputari, idq. in hac specie admonet Nau. in d. tract. de orat. cap. 9. in fi. & cap. 10. n. 42. quæ autem sit hæc pars notabilis dicemus.

Quarto limitatur, eum qui ob defectum vocis aliudque simile impedimentum canere non potest, excusari, & tamen percipere distributiones, modo alias canere solitus sit, nam tunc tale impedimentum est in causa, certum autem est, conditionem habere pro completa; quando non stat per eũ qui implere debet, vulg. regul. cum non stat de reg. iur. in 6. cum simil. idque in specie tenere videtur Nau. d. cap. 11. num. 41. sed tamquam certum supponit Petr. Nau. d. dubit. 3. num. 207.

Quinto limitatur, eum qui errauit cantando horam aliquam, aut partem eius notabilem, aliter quam debuit; quamuis alias aliquid non facere, & minus rectè facere æquiparentur, cap. fi. de rest. spol. l. scire oportet §. sufficit de excus. tut. non teneri ad supplendum, eam cantando, vel conuentualiter pronunciando, sed sufficere, vt singuli singulariter suppleant illum defectum, licet satius esset, si sine scandalo id fieri possit, & conuentualiter præstare, vt ex Turrec. in cap. clericis victũ 91. dist. num. 9. & ibi Card. Alex. num. 5. resoluit Nau. d. cap. 10. num. 58. atque hæc de hac concluf. & quæst. dicta sint satis. Cætera enim minus necessaria quæ huc afferri possunt peti queunt, tum ex aliis, tum ex Nauar. d. cap. 10. 12. & 13.

RESOLVT. CCCLIII.

An Canonicus qui absque aliqua causa non interest Diuinis vltra amissionem distributionum quotidianarum, peccet mortaliter?

1 *Distributionum quotidianarum amissio non tollit obligationem eundi ad Chorum.*

2 *Canonicus omittens recitare horas publicas in Ecclesiæ Choro peccat saltem venialiter, & aliquando mortaliter, si ex eo quod ad illas non vadit, Diuinus cultus detrimentum patitur.*

COnsultus de præsenti dubitatione, respondi supra. dictum Canonicum vltra amissionẽ distributionum quotidianarũ peccare; motus ex eo, quod interessentia horis diuinis est valde considerabilis in sacris Canonibus, vt patet in cap. vnico, & quod ibi communiter notatur de cler. non resid. lib. 6. & latissimè per Monet. in eius doctiss. tract. de distribution. cap. 8. per tot. post Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. quod adeo verũ esse fatentur, vt etiam Episcopi non sint immunes ab horis Ecclesiæ suæ Cathedralis, vt probatur in c. peruenit 7. quæst. 1. vbi Gregor. Papa statuit, vt Episcopus in sua Ecclesia more sacerdotali resideat, neque huic obstat tex in c. Episcopus de cõsecr. dist. 3. vbi insinuat eum non teneri interesse diuinis officiis, præter quam Dominicis diebus, quia non per hoc intendit quod interesse non teneatur aliis diebus, sed quia Dominicis se excusare non potest, nisi ob infirmitatem, aut aliam causam similem, etsi aliis diebus alia de causa leuiori possit, quare si Episcopi non excusantur ab huiusmodi interessentia, quanto magis non debent esse immunes

Cano-

Canonici;arg.tex.in l.relegatorũ in fin. ff. de interdict. & relegat. & propterea non excusarem illos à peccato quamuis distributiones amiserint,quæ opinio fundatur mea quidem sententia, quia distributionum quotidianarum amissio non inducit, neque tollit obligationem eundi ad Chorum,secundum Rub.in dec.23.n.6.& seq. Zech.in cons.93.num.4.7.Nauar.de hor. canon.cap.5. num. 18. & seq. & consequenter licet alias amiserint, non credo Canonicos excusari a peccato, cuius ratio poterit persuaderi ex eo,quod huiusmodi obligatio nõ nascitur ex lucro distributionum, sed ex titulo, & possessione Canoniæ, & præbendæ, vt expressè probatur in c.fin.& ibi latè Archid. & Præpositi. & reliqui communiter 92. dist. & in c.1.de celebrat. missar. cum aliis quos probant communiter Scribentes in clem.1.citato titulo,cum prefata largitio, seu amissio sit solum,secũdum Nau.vbi supra, quoddam calcar,& causa impulsiua ad incitandum Canonicos ad eundum ad Ecclesiua ad incitandum Canonicos ad eundum ad Ecclesiam; hinc est quod ille Canonicus qui principaliter inseruit Ecclesiæ propter lucrum distributionum quotidianarum committit simoniam, secundum gl. communiter receptam in citato cap.1.in gl. 2. de cler. non residen. cap. cum esset, & ibi latè Panor. de simonia, Monal. cons.29. Summist. omnes verb. simoniæ,& Couar. & Monet. locis supra signatis,hinc Nauar. in dict.
2 cap.5.num.18.vtitur his verbis, quod beneficiati huius Sanctæ Ecclesiæ, & aliarum similium, non solum amittunt distributiones quotidianas quando omittunt recitare horas publicas in Ecclesia sine iusta causa, sed etiam ad minus graue peccatum veniale, imò & mortale incurrunt, si ex eo quod ad illam non itur, non recitatur officium publicum, aut non cum solemnitate debita, aut cultus diuinus detrimentum aliquod notabile patiatur.

Non obstat quod ob supradictam causam quis dupli puniretur pœna,scilicet,& peccati, & amissionis distributionum quotidianarum contra tex. in cap. de his de accusation.& tex.in l.licet ff.de naut.caupon.& stabul. l. Senatus ff. de accus. & dicitur in cap. fi. de pœniten. dist. 6. Deum non punire bis in idem, quia respondetur supradicta iura loqui vbi concurrit legitima causa,quę deficit hic.

RESOLVT. CCCLXIV.

De Hæretico negatiuo.

1 *Hæreticus negatiuus est, qui habet errorem in mente, & verbo, vel facto ostendit pertinaciam.*
2 *Hæreticus negatiuus est impœnitens.*
3 *Substantia hæresis non solum est probatio verborum, sed etiam error in mente.*

QVidam delatus fuit quod quamdam hæresim protulisset,de cuius prolatione fuit legitimè cõuictus,ipse verò perstitit in negatiua,licet confiteretur eam hæresim per aliquot dies mente retinuisse, deinde verò illam penitus corde detestatum fuisse: Proposita fuit mihi dubitatio, an sit sicut hæreticus negatiuus habendus. Pro parte affirmatiua afferri potest, quod reus iste negat id, de quo est conuictus, videtur igitur hæreticus negatiuus;nihilominus saluo peritiorum, ac Sanctæ præsertim Romanæ Ecclesiæ iudicio, & censura, mihi dicendum videtur, huiusmodi reum, tametsi aliqua ratione, & secundum quid sit negatiuus, quatenus negat talis hæresis prolationem, tamen non esse simpliciter negatiuum,de quo iura, Doctoresque asserunt tradendum esse Curiæ sæculari.

Moueor ad hoc asserendum præcipuè ex hæretici tum affirmatiui, tum negatiui definitione, quam ex Concilio Narbon.cap.26. & communi tradita Auctor. direct.2.p.quæst.34.affirmatiuus enim hæreticus is di-
1 citur,qui habet eorum quæ sunt fidei errorem in mente,& verbo,vel facto ostendit se habere pertinaciam in voluntate, negatiuus verò dicitur, qui legitimè de aliqua hæresi,vel errore conuictus adhuc illum diffitetur, & constanter in negatiua persistit, profectò reus iste cum verborum tantum prolationem,non autem internam hæresim diffiteatur, affirmatiuus potius, quam negatiuus hæreticus est censendus; quam enim hæresim verbis significauit, licet hoc neget, tamen mente admisit, id verò est de ratione hęretici affirmatiui, vt dictum est.

Confirmatur primò, ex ratione quã præcitato loco Emericus ex eodem Concilio reddit num.3. cur in ne-
2 gatiua persistens,hæreticus sit habendus; Inquit enim, euidenter namque impœnitens est; qui peccatum de quo conuincitur diffitetur, at reus iste nec suum peccatum,siue hæresim inficiatus,imò fatetur; nec est impœnitens,si quidem asserit post aliquot dies reliquisse, non igitur est negatiuus.

Confirmatur secunda,licet enim casus iste ratione fidei sit potius fauorabilis,quia tamen de vltimo supplicio agitur; termini sunt expressè,ac formaliter intelligendi, per regulam iuris,odia in sextò,& inquisitus negat id, quod est præcipuum, ac de substantia hæresis:
3 cuiusmodi non sunt tantum verba, sed etiam error mẽte, & pertinacia voluntatis, ex communi tum Theologorũ,tum Canonistarum, & habetur expresse c.24.q.3. dixit Apostol.verba,n.sunt signum dumtaxat externũ hæresis, non igitur ex negatione prolationis hæresis iudicari debet negatiuus, cum internam hæresim fateatur.

Quid tamen in huiusmodi negotio sit decidendum, expectari debet ex definitione Supremæ Congr. Illustriss.Cardinal. generalium Inquisitorum.

RESOLVT. CCCLXV.

An Episcopus possit extra suam Diœcesim delegare causam contradicente reo?

1 *Iudex si velit contentiosè procedere extra suum territorium, non tenet processus, etiam si non excipiatur.*
2 *Iudex potest extra suum territorium contentiosè procedere,quando adest consensus Iudicis territorij, & partium litigantium.*
3 *Iudex potest extra suum territorium exercere iurisdictionem voluntariam, vel quando existens extra suum territorium, committat causam cognoscendam in suo territorio.*

QVidam consequi debebat à quodam clerico Adrien.certam pecuniarum summam, cumq; dubitaret se posse consequi iustitiæ complementum coram Vicario eiusdem Ciuitatis, propterea instetit penes D. Episcopum Adriensem,vt committeret dictam causam in hac Ciuitate Neap. cognoscendam, & terminandã; quare consultus super prædicto dubio, quid de iure sentirem,dicebam, quod ratio dubitandi pro opinione affirmatiua sumebatur ex c.nouit,vbi gl. de off.Deleg. vbi Iudex potest extra suum territorium iurisdictionẽ exercere maximè vbi iurisdictio esset voluntaria ad tex. in l. emancipari, quod ibi communiter notatur,ff. de adoptionib. l.extra territorium ff. de iurisdict. omn. iud. & latè Canonist.in c. vt animarum de constitutionib.lib.6.his accedat tex.in l.fi.ff.de offic.Præfect.Vrb. vbi Præfectus Vrbis cum terminos Vrbis exierit,potestatem non habet,sed extra Vrbem potest iubere iudicari;ergò licet D. Episcopus non possit exercere iurisdictionem extra suam Diœcesim, poterit tamen delegare, tandem dicebatur de hoc esse text. in c.statutum §.cum verò de rescript. in sextò,vbi actor contra reum diuersæ Diœcesis debet impetrare Delegatum, vel in Diœcesi,

Diœcesi, vel in alia non propria, nec vltra vnam dietã.

Cæterum supradictis minime suffragantibus, con-
1 trarium resolui ex doctrina Abb. in c. nouit de offic. Legat. n. 4. vbi habetur, quod si Iudex velit contentiosè procedere extra suum territorium, non tenet processus, etiam si non excipiatur, quia iurisdictio inhæret territorio, vnde extra territorium non est Iudex, quare sicuti non potest extra territorium cognoscere de causa, ita poterit delegare.

Limitatur tamen prædicta Resolutio, vt non habeat
2 locum concurrentibus duobus, videlicet, quando Iudex territorij consentiret, & secundo quando partes etiam consentirent, quia partes inuitæ non possunt trahi extra territorium.

Ad ea quæ in contrarium obijciuntur; Resp. procede-
3 re in exercitio iurisdictionis voluntariæ, vel quando Iudex existens extra suum territorium, vellet delegare causam cognoscendam, & terminandam in suo proprio territorio.

RESOLVT. CCCLXVI.

Quis nam manutenendus sit in possessione beneficiorum?

1 *Is qui est in possessione beneficij tempore litis motæ, est manutenendus præsertim, alio non existente in possessione, & iuncta etiam fructuum perceptione.*
2 *Procurator ad capiendam possessionem beneficij, debet habere speciale mandatum.*
3 *Instrumentum extractum lite pendente, absque citatione partis, & à Notario qui de illo non fuit rogatus, non probat.*
4 *Possessio beneficij ad hoc vt sit manutenibilis, debet esse capta in ipsa Ecclesia.*

REspondi, quod contendentibus duobus super beneficij possessione, is erit manutenendus, qui fuit anterior in possessione instrumetali, quando nullus alius erat in possessione; præsertim si talis sit anterior in fructuum perceptione; prout nouissimè decisum fuit per Rot. Rom. coram R. P. C. Mazanedo, in vna Neapolit. iuris conferendi die Mercurij 1616. inter D. Alexandrum Russum, & Marcellum Angrisanum, his verbis videlicet: Alexandro Russo dandum esse mandatum de manutenendo, Domini resoluerunt, cum de
1 eius possessione de tempore motæ litis constet ex publico instrumento adeptionis illius, quod alio non existente in possessione probat: Cæsar. de Grass. decis. 5. in princ. de causa possessionis, & proprietatis, Rot. decis. 506. num. 1. part. 1. Honded. cons. 86. num. 29. lib. 2. iuncta præsertim perceptione fructuum, Natt. cons. 292. num. 2. pariſ. consilio 107. numero 22. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 564.

Non obstat anterior possessio Marcelli Angrisani,
2 quia non suffragatur, ex quo fuit capta à Procuratore, de cuius speciali mandato non constat, decis. Perus. 29. num. 4. Surd. cons. 160. nu. 23. Nam licet exhibeatur quoddam transumptum dicti mandati, tamẽ visum fuit non esse habendum in consideratione, cum fuerit extra-
3 ctum lite pendente, absque citatione partis, & à Notario qui de illo non fuit rogatus, Rot. decis. 1. de fid. instrum. in nouis, Menoch. cons. 732. num. 6. & fuit dictum in vna Vlixbonen. Prioratus 14. Martij coram Domino meo Damasceno, alias sæpe. Vltra quod possessio
4 dicti Marcelli respectu Ecclesiæ S. Mariæ ad Mare ex alio non suffragatur, nempe quia non fuit capta in ipsa Ecclesia S. Mariæ, prout requiritur, iuxta notata per Conar. var. resol. lib. 3. c. 16. num. 13. Gom. in l. 45. Taur. num. 39. sed in loco diuerso, nempe in quadam Capella existente in Ecclesia SS. Petri, & Sebastiani, in qua dicitur sita tam esse Rectoriam dictæ Ecclesiæ S. Mariæ, ob prophanationem illius, de quâ tamen prophanatione, & translatione Rectoriæ tantum abest quod constet, vt imò idem Procurator Marcelli die 25. Octobris de nouo possessionem ceperit in ipsa Ecclesia S. Mariæ, quæ tamen vltima possessio, cum sit posterior illa dicti D. Alexandri, quæ fuit capta die quinto eiusdem mensis, non est manutenibilis. Cætera verò quæ dicuntur de iure conferendi competente Monialibus, vel Ordinario, respiciunt petitorium, ideo illis omissis, pro manutentione D. Alexandri, fuit resolutum ex supradictis.

RESOLVT. CCCLXVII.

Mulieribus, etiam si sint Moniales, non competit collatio beneficiorum, nisi habeant priuilegium Apostolicum.

1 *Fœminæ non possunt conferre beneficia ecclesiastica, nisi super hoc habeant priuilegium Apostolicum.*
2 *Exemptio est odiosa, & strictè interpretanda.*
3 *Præscriptio interrupta non iuuat.*

MVlieribus, quamuis Moniales sint, non potest competere ius conferendi beneficia, nisi habeant priuilegium Apostolicum, prout nouissimè fuit decisum per Rotam Rom. coram R. P. D. Manzanedo in vna Neapol. iuris conferendi die Mercurij 17. Maij 1617. in causa vertente inter R. D. Alexandrum Russum, & Moniales Monasterij SS. Petri & Sebastiani, siue Marcellum Angrisanum prouisum ab eisdem, his verbis videlicet. Fuit resolutum ad Moniales Sancti Sebastiani non spectare collationem Capellaniarum existentium in Ecclesia monasterii ipsarum, cum regu-
1 lariter fœminis sit prohibitum beneficia Ecclesiastica conferre, c. mulierem 33. q. 5. cap. 2. vbi notant omnes de Iudic. Selua de benefic. 2. part. q. 5. num. 2. Gonzalez ad Reg. 8. glos. 22. num. 6. nisi super hoc habeant speciale Priuilegium Apostolicum, vt per Doctores supra relatos, & per Abbat. in c. dilecto n. 1. vbi Felin. etiã n. 1. Boer. decis. 22. num. 10. de quo quidem Priuilegio nõ docetur in casu nostro, licet. n. Moniales ostendant amplissimam exemptionem à iurisdictione Ordinarii, tamen cum ibi nulla detur eis facultas conferendi, non possunt illam prætendere, cum exemptio sit odiosa, &
2 strictè interpetranda, & sic non porrigatur ad non expressa, Abb. in cap. cum capella num. 5. de Priuilegiis, Bero. consil. 24. num. 8. cum seq. lib. 1. Cranett. cons. 132. num. 20. Pariſ. de resignat. lib. 3. q. 11. num. 6.

Nec pro dicto iure conferendi iuuari possunt præscriptione vel consuetudine per ipsas prætensa, quia illa non probatur ex collationibus quæ dantur, cum nulla earum sit de Capellanis existentibus in Ecclesia S. Sebastiani Monasterij Monialium, sed de Capellaniis aliarum Ecclesiarum. nempe Sanctæ Mariæ ad Mare, vel Sancti Petri Villæ Mileti, & vltima ex dictis collationibus est illa quæ dedit causam præsenti liti, quæ propterea non videtur attendenda, vltra quod præscriptio fuit interrupta per litem motam in Rota corã Reuerendissimo Perusino, qui postea præuiis pluribus decisionibus sententiam tulit ad fauorem Ordinarii, pronunciando, nullum ius conferendi competere personis ibi expressis, inter quas adest etiam Abbatissa, seu Priorissa Sancti Sebastiani; sed illud competere Ordinario circa beneficia in quibuscumq; Ecclesiis existentia in Diœcesi Neapolitana, quæ sententia transiuit in rem iudicatam, vnde non solum cessat præscriptio, sed etiã stante dicta re iudicata contra Moniales, illis obstat exceptio litis finitæ, Ferrett. cons. 11. num. 16. & seq. sequitur Bero. cons. 32. num. 34. Riminaldus Iunior cons. 596. num 11.

Non obstant enunciatiuæ diuersorum instrumento-
rum in quibus describuntur bona Ecclesiæ, & Capel-
læ

læ de iure patronâtus Monialium, quia hoc videtur extra dubium quod quærit de pertinentia collationis Capellaniarum, non autem de illarum iure patronatus, quod respicit, non collatorem, sed præsentationem: Minus obstat quod regularia à regularibus conferantur; quia hoc posset procedere, si alias regulares sint idonei collatores, vt Abbates, & similes; secus autem quando non sunt idonei, vt fœminæ ex supradictis: Et ita concluſum.

RESOLVT. CCCLXVIII.

Clausula quorum tenores, quid operetur.

1 *Clausula quorum tenores, non operatur expressam, & individuam mentionem, nisi in rescripto sit facta aliqua mentio.*
2 *Clausula prædicta posita in fine refertur ad omnia præcedentia, & posita in confirmatione, concordia nihil operatur, si de negotio Papa non fuit certioratus.*
3 *Clausula supplentes, &c. non tollit nisi defectus iuris positiui, si specificentur in litteris.*
4 *Per dictam clausulam Papa fingit habere pro expresso, quod expressum non est, & non admittitur probatio in contrarium.*

CLausula in rescriptis, seu Bullis Papæ, quorum tenores, pro expressis etiam si specialis, & individua mentio facienda foret, haberi volumus; est adeo generalis, & ampla, quod vt dicitur ex stylo Curiæ capit oues, & boues, sed aduertendum quod non operatur expressam, & indiuiduam mentionem, quando de illo de cuius derogatione agitur supra in rescripto non facta est aliqua mentio quod totus tenor inseri possit, Butr. consi. 2. per tot. Veral. decis. 121. per totam par. 1. præterea operatur secundum Butr. consi. 49. per tot. & Fely. in cap. nonnulli n. 6. & seq. & in c. in nostra in nouo corrolario de rescrip. Dec. consi. 341. n. 1. quod si habet relationem facta aliqua mentione puta ad instrumentum, vel acta id omne pro inserto habetur, Verall. decis. 204. num. 3. & 4. part. 1 quod fit per fictionem aduersus quam contrarium probari non potest, nempe quod contraria non sint expressa, Clem. litteris de probat. & late, quid operetur prædicta clausula pro expressis, ponit Gabriel. lib. cõmun. opin. tit. de clausul. concl. 1. subdens concl. 9. eod. titul. quod ea in fine posita ad omnia præcedentia refertur, & posita in confirmatione concordię nullius est momenti si de negotio cuius confirmatio petitur Papa non est certioratus, aut de tenore ipsius, vnde quando Papa non potuit notitiam habere quia nihil narrabatur formaliter siue causaliter, commissio, vel confirmatio obtenta non suffragatur, vti neque clausulæ supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, quę non tollit alios defectus nisi iuris positiui, si specificentur in litteris, vt post Io. Andr. Anan. & Imol. concludit Ferr. consi. 38. n. 3. ac illa quoq. quæ de actus natura, ac secũdũ consuetudinẽ extẽdi solent, & extenduntur, puta status, & merita causæ pro expressis haberi placeat, cõprehẽdere facit, ac expressũ quod expressum non est fingit, & tanto magis si aderit clausula ex certa scientia, Butr. d. consi. 2. Frãc. Curt. consi. 25. colum. 4. & 5. Paris. consi. 15. num. 66. vol. 2. vnde si iste cessauit, dicendum est pariter, & causæ cognitionem cessasse, & si abbreuiatè poni cõtingat sub his verbis quorum tenores, &c. operatur clausula præfata quod id ad quod fit relatio perinde habeatur ac si expressum foret in scriptura quæ ad actum refertur, l. ait prætor §. 1. ff. de re Iudic. & quia Papæ vult pro expresso haberi fingit expressum id quod expressum non est, ac etiam quasi quantitatem nominauerit, & clausula supradicta quorum tenores, & cap. exprẽssionem illorum operatur, quæ non sunt expressa, quod scilicet habeantur pro expressis, & per eam id ad quod fit relatio, perinde haberi debet ac si foret expressum in scriptura specificẽ quæ ad actum refertur; & dum Papa fingit habere expressum quod non est, tollit quod in contrarium non admittatur probatio quod expressum non fuerit, quæ generalia verba important expressionem de verbo ad verbum, quia illorum loco ista clausula subrogatur, Butr. d. consi. 2. n. 5. quod consilium pluries Rota approbauit, vt habetur ex dec. 161. part. 2. diuers. vltra quod clausula præfata quorum tenores dicitur attestari de stylo decis. 468. num. 4. part. 1. diuers.

RESOLVT. CCCLXIX.

Dispensatio debet esse in specie derogatoria Bullæ Clementis VII. & Concilij Tridentini, vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare vbi Pater habuit beneficium.

1 *Filius clerici illegitimus, est incapax beneficij paterni in loco vbi eius pater fuit beneficiarius, nec Sacristæ, vel cantoris munere fungi potest in dicta Ecclesia.*
2 *Ad hoc vt filius illegitimus clerici, possit obtinere beneficium in Ecclesia in qua pater fuit beneficiarius debet obtinere in specie dispensationem cum mentione decreti Concilij.*
3 *Nec sufficit dispensatio ad quæcumque beneficia obtinenda.*

COncilium Tridentinum sess. 25. c. 1. de reformat. dum ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ à locis Deo consecratis mãdat, quod non liceat filijs Clericorum illegitimis quodcumque beneficium obtinere, aut quoquomodo ministrare in Ecclesijs vbi eorũm parentes beneficium aliquod Ecclesiasticũ habuerunt, Ampliat sine dubio dispositionem iuris communis in c. 2. c. litteras, c. cum decorem, c. ad abolendam de fil. presb. vt non tantum paternum beneficium sed nec etiam dissimilẽ, nec similiter in dictis Ecclesijs quoquomodo ministrare possint, propter generalia illa verba, quoquomodo ministrare, quæ generaliter de quacunque operatione intelliguntur, ex notatis per Rebuff. in leg. in lege censoria in verb. ministeria de verb. signifi. itaut neque Missam ibi celebrare, aut Epistolam canere, neque Sacristæ aut cantoris officio fungi possint, vt tenet Nauar. consi. 19. & 17. n. 46. in tit. de const. sed nec etiam Antiphonam in ea canere ratione oneris beneficij alterius Ecclesiæ annexo, vt fertur resoluisse Sacr. Congreg. Concil. in vna Leodiensi 3. Septembris 1587. etiam si pater solum stallum in choro habuisset ratione Abbatiæ quam in alia Ecclesia habebat, vt declarauit dicta Sacr. Congregatio 14. Februar. 1585. & etiam si beneficium tantum de facto habuerit, vt dixit eadem Sacr. Congreg. 4. Septembris 1586. cum in omnibus his casibus militet eadem ratio Sacr. Concilij de arcenda memoria paternæ incontinentiæ; itaq; cum Episcopus teneatur Ecclesiam suam purgare pro suo pastorali officio, Clem. 1. cum ibi notat. de offi. or. argumento l. præses la 2. l. congruit ff. de offi. præsid. debet si quos huiusmodi in Ecclesia intrusos repererit, assignato eis cõpetenti termino ad docendum de dispensatione Apostolica si forte ea suffulti existãt, nihilque docto, quacumq; possessione non obstãte amouere, nulla enim data dispẽsatione Apostolica sunt ipso iure priuati, ex quo Concilium inhabiles tales facit ad beneficium obtinendũ, vt bene notat Nauar. d. consi. 17. n. 47. q. 18. de const. vbi obiter aduertendum quod dicta dispositio Concilij nõ extenditur ad nepotes legitimos natos ex filio clerici illegitimo, maximequãdo filius illegitimus superuixit patri, Nau. consi. 9. de filijs presb. & consi. 10. eod. tit. contra Ignat. Lopez ad Diaz c. 4. & Rebuff. in titul. de disp. super defectu Natal. & redeun-

2 do ad diſpoſitionem dicti Concilij dico quod non quæcumque diſpenſatio ſuffragatur niſi in ſpecie diſpenſentur ad obtinẽda beneficia in Eccleſia in qua pater fuit beneficiarius, c.3. vbi gl. in verb. patiaris, c. quærente, & ibi gl. in fin. de fil. presbyter. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat. ſuper defect. natal. nu. 55. vbi nu. 24. plus voluit requiri in ſpecie derogationem Conſtitutionis Clemẽtis VII. ſuper hoc editæ, & hodie etiam Concilii Tridentini ſaltem in genere, & propterea nõ ſufficeret diſpenſatio ſuper defectu natalium, neque habilitas ad
3 quæcumque beneficia obtinenda niſi in ſpecie de hac fieret mentio, quia cum ſemper diſpenſatio reſtringenda ſit ad caſum de quo loquitur c. 1. §. fi. de fil. presbyt. in 6. vna diſpenſatio non tollit omnes defectus ſed tot debent eſſe diſpenſationes quot obſtacula, Gem. conſ. 33. n. 8. Caſlador. dec. 9. n. 4. de præbend. Rot. dec. 233. q. 22. part. 1. diuerſ. neque generales derogationes, & clauſulæ operantur quando talia ſunt impedimenta, quæ difficiliorem reddere ſolent concedentem ad diſpenſandum, Bald. in l. 1. n. 22. verſ. vnum ſcias C. de fur. Felyn. in c. nonnulli n. 21. verſ. quinta concluſio de reſcript. Alex. conſ. 185. n. 10. lib. 2. Menoch. de arbitr. lib. 3. centur. 3. caſ. 203. num. 12.

RESOLVT. CCCLXX.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ, an poſſit ſe intromittere in legato dotis puellæ facto?

1 *Legatum pro pauperibus maritandis cenſetur pium.*
2 *Legatum alimentorum eſt pium, item legatum quod pro anima relinquitur conſanguineo pauperi.*

CVm fuiſſet legata quædã quantitas pecuniæ puellæ pauperi; fuit dubitatum, an legatum prædictum pro dote factum dicatur pium ad effectum vt poſſit Tribunal Reuerendę Fabricæ ſe intromittere caſu quo non eſſet executioni traditum, & dubitandi ratio pro opinione negatiua oriebatur ex eo, quod dos dicitur res quædam prophana, iuxta doctrinam Bal. in rub. C. de dotis promiſſione, & propterea dicitur propriè pãtrimonium mulieris, l. 3. §. ſed vtrum ff. de minor. vnde videbatur non poſſe Reuerendam Fabricam ſe intromittere.

Cæterum hoc non obſtante contrarium cenſui, motus quod iſtud legatum fuerat factum pro pauperibus
1 virginibus maritandis, quo caſu cenſetur pium, ſecundum Corn. conſ. 308. n. 6. vol. 3. & conſ. 18. n. 15. & ſeq. & in conſ. 303. num. 2. vol 4. & num. 4. Roland. conſ. 23. vol. 1. vnde Bald. in l. ſi cum quis §. ſi mulier ff. de condition. indebiti, voluit legatum pro virginibus maritandis relictum intelligi factum ad pias cauſas ex quo non detrahitur falcidia, l. ſi dotis C. ad l. falcid. ſupradictis accedebat valere argumentum de legato dotis ad le-
2 gatum alimentorum, Euerard. in verbo à dote, & legatum alimentorum eſſe pium non dubitarunt DD. in l. ſi quis à liberis ff. de liberis agnoſcend. & maximè legatum relictum dotis cenſeri debet pium cum fuiſſet relictum pro anima teſtatoris, quo caſu quando pro anima relinquitur, etiam ſi amico, vel conſanguineo pauperi relinquatur dicitur relictum ad pias cauſas, ita gl. in c. 2. de ſepult. Bal. in l. 1. & ibi Paul. de Caſtr. in fine C. de Sacro Sanctis Eccleſijs, Bald. in l. ſi quis Titio, & ibi Imol. ſt. de leg. 2. & in cap. de priore de appellatio. & idem voluit Cardinal. in cap. tua de teſtam. Alexand. conſil. 158. col. fin. vol. 7. & ſic ex prædictis patet inſpiciendam eſſe qualitatem paupertatis, ita vt non procedat, quando dos relinquitur mulieri diuiti, & ſic intelligit Ludou. de Rom. in d. Auth. ſimiliter in quæſtione an de legato dotis poſſit detrahi falcidia, & Ioan. Campeg. in tractatu ſuo de dote in 1. part. quæſt. 91. & Bald. Nouell. in tractat. de dote in 1. parte cum alijs per cum allegatis, & propterea idem Bald. loco citato dixit; quod legatum pro virginibus maritandis relictum, intelligitur factum ad pias cauſas, ex quo nõ debet detrahi falcidia; quod videtur contra text. iuncta gloſ. in verbo referri, & l. tali § 1. ff. de iur. dotium, vbi in legato dotis ſicut in alijs habet locum falcidia, tenet Angel. in §. ſi mulier, & Ioan. de Anan. conſ. 57. quod verũ ſecundum Barba. in d. c. relatum col. 11. circa medium verſ. item dicas, ſi relinquatur dos pauperi mulieri text. in d. §. ſi mulier, & idem in conſ. 87. vol. 4. & idem tenet Bart. in d. l. 1. col. 6. verſ. quæro ſi relinquatur diuiti C. de ſacroſanctis Eccleſijs, & idem ibi Bald. dicens, quod quando perſona cui eſt relictum factum, eſſet in neceſſitate, vt quia virgo, vel pauper, & donator pro ipſa maritanda, vel eſſet in Carcere detenta, tunc magis ad eam præſumitur miſericordia, quam affectio, l. liber captus C. de captiu. concludens quod aut cauſa pietatis congruit perſonæ, & tunc non intelligitur ad pias cauſas, vel Amore Dei, nihilominus detrahetur falcidia, & idem dicit Angel. in l. cum hi §. ſi in annos ff. de tranſact. volens quod ex qualitate perſonæ preſumitur cauſa pia per text. in l. illud C. de Sacro Sanct. Eccleſiis, & idem Bald. in auth. ſimiliter, & Abb. in rub. de teſtam. & idem Barbat. in cap. ad hæc col. 3. in fine verſ. nota, ibi eleemoſina vſque ad finem dicens hanc opinionem eſſe communem, & reſpondet dict. §. ſi mulier ſignanter illum text. eſſe reſtringendum ad mulierem pauperem.

RESOLVT. CCCLXXI.

De pœna Clerici ordinati abſque examine.

1 *Perſona nota quæ vult promoueri ad Ordines, non eſt examinanda.*
2 *Perſona nota ante ordinationem debet approbari ab Epiſcopo, & deſcribi in liſta ordinandorum.*

SI quis nullo præmiſſo examine fuerit ordinatus ſi dignus ſit, & notus non peccat, quia tales non ſunt examinandi, ſi vero ſit indignus debet deponi, Sylueſt. verbo ordo ſecundo num. 2. vel ſi cognitus ſed inhabilis
1 etiam ſi impedimentum nouerit ordinans, nec diſpenſauerit expreſsè, Aſteſan. lib 6. tit. 5. quæſtiunc. 9. Henr. in ſum. Theol. moral. lib. 10. c. 18. §. 1. cum gloſa littera B. eſt textus in c. ſi qui ſine examinatione 81. diſt. idque multo magis ſi ignotus, & indignus, vt omnium eſt conſenſus, quod ſi eſſet cognitus, & dignus, nec peccaret nec deponeretur ſi abſque præcedenti ſcrutinio fuerit ordinibus inſignitus, Sylueſt. dicto num. 2. Maiol. tract. de irreg. lib. 4. cap. 9. num 6. eſt textus cum gloſa in cap. nullus 24. diſt. Concil. Carthag. 3. cap. 22. quam relatam diſtinctionem ſcripſit prę cęteris Hoſt. in ſum. hac Rub. nu. 6. & Aſteſan. adducto tit. quæſtiunc. 7. Sed circa hu-
2 iuſmodi punctum aduertendum eſt, quod quamuis aliquis ſit dignus, & notus non debet, nec de iure poteſt accedere ad ſuſcipiendos Ordines abſque eo quod fuerit approbatus ab Epiſcopo, & deſcriptus in numero ordinandorum, alias excommunicari poteſt ab Epiſcopo, iuxta præceptum quod promulgatur initio ordinationis ab Archidiacono de mandato Epiſcopi, de quo in Pontificali Romano; quãuis enim notus non debeat examinari quoad doctrinã, tamen debet ab Epiſcopo approbari, & deſcribi in liſta ordinandorũ, vt dictũ eſt.

RESOLVT. CCCLXXII.

Bona confraternitatis, an alienari poſſint non ſeruata forma extrauagantis ambitioſæ.

1 *Clauſula in alienatione rei Eccleſię, ſaluo, & reſeruato aſſenſu Apoſtolico, nec aliter nec alio modo ſaluat à pœna,*

pœna, etiam si res sit vendita, dummodo facilis sit recuperatio.

2 *Si bona confraternitatis sint congesta ad hoc vt de eis ad libitum disponere possit, non sunt Ecclesiastica, & possunt alienari sine solemnitate Paulinæ, secus vero si interuenit Ordinarij assensus in erectione, & bona sint congesta ad vsum pium.*

VEnerabilis Capella Sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi, sita intus Cathedral. Auellinens. ab eius institutione fuit gubernata, & ad præsens gubernatur per laicos, & pluribus bonis ex pijs hominum legatis, & donationibus, ac eleemosinarum largitionibus eiusdem Domini nostri gratia abundat, & ex eius introitibus celebrantur diuina officia, emuntur candelæ pro veneratione Sanctissimi Sacramenti, & fiunt alia opera charitatis, Officiales eliguntur per eorum prædecessores, & confirmantur per Ordinarium; Et in facto præsuppõnitur quod administratores vendiderunt quandam domum legatam dictæ Capellę pro vtilitate eiusdem, cuidam Sacerdoti, & cuidam laico, saluo, & reseruato assensu Apostolico quatenus de substantia requiritur, & non aliter vel alio modo, & cap. Reuerendissimus Dominus Episcopus prouidit quod ex quo fuit facta traditio dictæ domus quod vendentes, & ementes inciderunt in excommunicationem ex dispositione extrauag. ambitiosæ de empt. & vendit. quam Paulinam vocant.

Ex aduerso prætenditur pœnis seu censuris prędictis non fuisse, nec esse locum ex pluribus; Primo quia bona prædicta non dicuntur Ecclesiastica, nec subiecta iurisdictioni Episcopi, nec in alienatione requiruntur solẽnitates requisitæ in alienatione rei Ecclesiasticæ, per notata per Affl. in Const. Regni Sancimus de iur. prothomis. in princ. vers. subsequenter quæro, an si statutarij n. 12. fol. 17. in paruo, Redoan. de reb. Eccl. non alienan. rubr. 33. casu 15. fol. 459. in 2. par. & Ant. Gab. in comm. concl. in tit. de pia causa concl. 1. n. 12. vers. 2. infertur, & pro bonis prædictis dicti administratores seu Oeconomi, & confratres conueniuntur coram Iudice laico, Bart. in l. cum senatus n. 3. ff. de reb. dubijs, & fuisse decisum in M.C.V. & in Sacr. Consil. Neapol. refert Anna in singular. 90. qui alios allegat.

Secundo, quia clausula saluo assensu, & non aliter nec alio modo, etiam quod sit deuentum ad venditionem,
1 dummodo facilis sit recuperatio saluat à pœna, Bal. in c. 1. §. final. n. 5. vers. sed pone pater, & in cap. fin. §. hoc quoque de succes. feud. n. 18. Abb. in c. 2. n. 1. de feud. Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum de const. n. 84. & seq. & Iul. Clar. in §. Emphiteusis q. 13. vers. item quæro, cui addit Vincen. de Ann. in constit. Regn. constitutionem diuæ memoriæ n. 194. fol. 117. vbi quod clausula reseruato assensu Domini, non tam in Emphiteusi quam in feudis facit actum conditionalem, & interim non est omnino nullus, sed stat in suspenso, & est spes conualescentiæ, & in fine quod hæc clausula semper saluat pretium, & facit præstari interesse, de quo etiam refert decis. Sacr. Consil. n. 230. fol. 119. à tergo, videatur etiam nouissimè Corbul. in tract. de Emphiteus. tit. de causa priuationis ob alienationem limitat. 36. & 37. qui latè concludit, vt supra, & refert etiam excusari si non fuit facta traditio vera sed per constitutum, vel precarium cum clausula prædicta, saluo assensu, vel etiam sine.

Tertio, quia de Pauline receptione, vel eius non vsu per contrariam consuetudinem Doctores variè loquũtur, & alibi in nullo seruari eius dispositionem dicunt, alibi receptam quoad nullitates, sed non quoad censuras, alibi in totum receptam, Nauarr. in Manual. in excommunicat. Papal. c. 27. n. 52. Borg. dec. Fiuiz. 43. Redoan. de reb. Eccl. non alienand. rubr. 28. casu 7. num. 2. & 8. & num. 21. fol. 440. in 2. par. is maximè num. 21. ex decis. Rot. manuscriptis dicit deberi probari illam vsu receptam, & obseruari in locis in quibus de ea agitur;
2 Sed mihi videtur dicendum quod si bona sunt relicta confraternitati, vt de eis ad libitum disponant, vel eo animo est erecta confraternitas, ac bona ea mente sint congesta vt confraternitati deseruiant, & de illis disponere possit ad libitum, tunc non est necessaria solemnitas Paulinæ, & sic est intelligenda doctrina Baldi, & Afflicti allegata, si vero confraternitas est extructa, vt Deo Sacrũ fiat, & bona congesta pro associatione Sanctissimi Sacramenti, pro Missis dicendis, & pauperibus subleuandis, & tunc bona, & locus sunt religiosa, etiam si non accessisset assensus Episcopi, & bona nõ possunt alienari absque consensu Episcopi, & confraternitatis, Guttier. lib. 1. Canonic. q. c. 35. qui multos citat; Quarant. verbo alienatio; Quod si accesserit consensus Episcopi in erectione, & habeat campanam &c. multo fortius erunt loco pia, Ioseph. Ludouic. dec. 90. & bona ipsius non possunt alienari absque solemnitate prædicta: Excusari autem possent dicti confratres ab incursu excommunicationis, si non est recepta dicta Paulina, eo loci quoad censuras, sed solum quoad nullitatem contractus; quod tamen non præsumitur, sed alleganti incumbit onus probandi, iuxta tradita in mea praxi de rebus Ecclesiæ non alienandis.

RESOLVT. CCCLXXIII.

An contra obtinentes duas vxores, possit procedere Tribunal Sanctę fidei, si cum vna ipsarum fuerunt contracta tantum capitula matrimonialia?

1 *Habens duas vxores, potest vt hæreticus inquiri.*

2 *Aliud est contrahere matrimonium, & aliud est promissio de contrahendo.*

3 *In capitulis matrimonialibus adest promissio de futuro contrahendi matrimonium, non autem de præsenti.*

DE improbatione pluralitatis matrimonij, & vxorum eodem tempore, & de pœna eodem tempore duas vxores accipientis, vide Roman. singular. 537. Francisc. Marc. dec. 743. p. 2. Clar. in §. fornicatio vers. dicitur etiam Menoch. de arbitr. iudic. casu 420. incip. cum de adulterijs num. 19. qui in Regno Neapolitano pœnã mortis infligtam fuisse dicit, & in Regno Gallorum num. 26. & quid in muliere habente plures viros, & vtrum pœna maior imponatur habenti plures vxores quam habenti duas, & de hac decisione latissime scribit, quid de cognoscente duas sorores, vel meretrices, vel honestas, qualiter puniatur, Diaz in pract. Canon. c. 78. Boss. in tit. de damnat. & punibil. coitu, Foller. in pract. criminal. verb. incestus, Boer. decis. 318. in fin. Thesaur. decis. Pedem. 100. ad quod vide etiam Grillad. in tractat. de pœnis omnifariam coitus q. 14. Carrer. in pract. criminal. vers. circa igitur quarto de stupro fol. 205. Grammatic. in §. duorum institution. de nupt. & quod tenens binas vxores eodem tempore sit infamis, decidit tex. in l. 2. C. de incest. nupt. licet dicat Menoch. d. casu 420. quosdam populos ita libidini deditos, vt non modo duas vxores habeant, sed etiam plures, quod absit.

Sed redeundo ad casum propositum, dico quod licet habens duas vxores possit tanquam hæreticus inquiri,
1 Siman. fol. 179. in tract. de Cath. instit. in tit. de matrim. tit. 40. & de Franch. in decis. 36. nihilominus in casu de quo verba facimus hoc minimè procedere dicimus ex eo, quod per stipulationem capitulorum matrimonialium non censetur contractum matrimonium, l. si vicinis, & l. neq. C. de nupt. cum per capitulationem non inducatur nisi promissio de contrahendo matrimonio, & iura prohibent contractum cum duobus, in casu autem de quo agitur nullum fuit contractum matrimoniũ, postquam cum altera nõ fuerunt nisi stipulata tã-

2 tum capitula,& consequenter aliud est contrahere matrimonium,& aliud est promissio de contrahendo, l. in bonæ fidei ff.de eo quod cer.loc.c. penult.de elect.in 6. vbi bona gl.in verb.exprimendum, sicut dicimus aliud est alienare feudum, & aliud promissio de alienando, Imol.in l.in ædibus §.ex rebus ff.de donat. Aretin. in §. in personam in gl. 1. Inst. de act. propterea de Ponte in cons.85.voluit statutũ dans arbitrium statutarijs in vẽditionibus non comprehendere promissiones de vendendo: Hinc est quod Ias.in l.fin.de iur.Emphyt.num. 134. dicit quod, & si cadat Emphyteota à iure suo per text. in d. l. fin. non tamen cadit per promissionem de vendendo, Alex.idem in cons. 173. vol.2. num.2. latius Tiraquell.de vtroque retract. fol.982.n.44. & prohibitus alienare potest se obligare ad alienandum, ita Bal. in l.vltima §.emptor ff. C. communia de leg.& in proprijs terminis vbi agitur de feudo quod promittẽs alienare feudum non cadit à feudo,& si alienando caderet voluit Bal.in cap.1.§. aut si libellario quib. mod. feud. amittat Cardinal.Alex.in c.1.in princ. col.2. verb. per hoc restat illatio de prohitit. feu.alienat.per Feder.

Non obstat quod matrimonium solo consensu contrahitur,l.consensu C.de repud. & c.1.& c. Gemma de sponsal.& tex.in l.nuptias ff.de reg.iur.vbi nuptias, nõ concubitus, sed consensus facit, & consequenter per huiusmodi capitulorum stipulationem videbatur adesse consensus, & consequenter matrimonium contractum maxime cum matrimonium contrahatur etiam quando vir dicit mulieri,volo te in vxorem, vel te esse mihi in vxorem;his enim verbis matrimonium contractum dicitur, ex Didac.in epithome sponsal.par.2.c.4. §.1.num.4.in fin.& late de probat. Matrim. & nouissime scribit Mascard.in tract.de probat. Menoch. in lib.
3 præsumpt.& Marcellus Gala in tract.de modo articulandi.Quia respondetur prædicta non procedere in cõfectione Capitulorum matrimonialium, nam in eis solum adest promissio de futuro, scilicet, contrahendo matrimonio, & non adest contractus matrimonij per verba de præsenti.

RESOLVT. CCCLXXIV.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri de Vrbe in quo versetur?

1 *Quilibet de populo potest agere pro relictis ad pias causas.*
2 *Infra annum non possunt cognoscere de legatis pijs Iudices inferiores, sed tantum Superiores.*

ESt notandum quod in hoc Regno pro adimplemento legatorum piorum quando pia loca in quorum beneficium sunt facta non curant illa exigere infra annum,ex conuentione inter Sedem Apostolicam, & Regiam Catholicam Maiestatem est introductum Tribunal Reuerendæ Fabricæ Basiliçæ Sanctorũ Apostolorũ Petri,& Pauli de Vrbe,quod regitur per Oeconomum,qui est persona Ecclesiastica, & per Iudices siue Consultores laicos qui in prima, secunda, & tertia instantia sunt Officiales Regij Electi ab Illustrissimo Prorege, & in hoc Tribunali ex officio etiam pijs locis legatarijs non instantibus proceditur ad exactionem,& recuperationem huiusmodi legatorũ,quod inde introductum credo, quia iudicium pro legatis pijs est popu-
1 lare, & quilibet de populo potest agere pro relictis ad pias causas, vt est tex. in §. si vero Sanctissimus vers. si autem hæres vbi Angel.in auth. de Eccles. tit. & docet Rom.in cons.69.col.1. vers.2.principaliter,& alij communiter relati per Tiraq.in priu.151. de priu. piæ causæ; ita quod nec etiam infra annum de his legatis pijs
2 possunt cognoscere Iudices inferiores, sed Superiores tantum,si deferendum est auctoritati Tiraquel. in trac. de priuil.piæ causæ priuil.150.pulcher text.in l.hæredi. tas 53. ff. de petit. hæred. ibi,quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen Principali vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremę voluntatis.

RESOLVT. CCCLXXV.

Fabrica Sancti Petri de Vrbe, an auocet pecuniam solutam creditori posteriori etiam bona fide consumptam?

1 *Fabrica Sancti Petri de vrbe, auocat pecuniam à posteriore creditore.*
2 *Ecclesia, & Imperium fraternizant.*
3 *Prior creditor potest auocare pecuniam solutam creditori posteriori, contra Afflictum.*
4 *Priuilegiatus potest auocare pecuniam posteriori solutam, ex Capycio.*

CAusa huiusmodi transmissa super eo, an Fabrica Sancti Petri de Vrbe, auocet pecuniam à secun-
1 do creditore,qui bona fide illam consumpsit, Ego dixi posse auocare ex regula,l.pecuniam C.de priuilg. fisc. quæ licet loquatur in Fisco, tamen Ecclesia Sancti Petri de Vrbe dicitur Ecclesia Romana, Archid.in c.1.de præscrip.lib.6.Bald.in Auth.quas actiones,C. de Sacr. Sanct.Eccl. n.14. ideo gaudet omnibus priuilegijs quibus gaudet Imperium,Abb.in c.auditis n. 2. in integr.
2 restitut. & ibi addentes,quia Ecclesia,& Imperium fraternizant,Auth.quomodo.oport.Episc. in princ. quem text. exornat Ias. in materijs priuilegiorum Imperatoris,& Ecclesiæ,in l.1.n.23.C.de Sacr.Sanct. Eccles. Bal. in l. fin.num.10.C.de quadr.præscript.

3 Itẽ prior creditor de iuris rigore potest auocare pecuniam à posteriore diligentiore in exigendo etiam bona fide consumptam conditione ex l.fin.§. & si præfatam in vers.si vero creditores C.de iur.deliber.vbi esse casum de hoc probat Monticul.in tract.de inuentar. super d.§.& si prętatam n.88.vers.posteriores, Stracca in tract.de decoctor.parte vltima à n.26. vsque ad finẽ vbi satis digreditur contra dec.Afflict.190. & alios cõtrarium tenentes, Ioseph. Ludouic. in dec. Perusin.45. n.20.qui respondet Gramatic. in quæst. 1. post decisiones,Paris.in cons.69. vol.4. Cæphal. in cons.86. & Couarr.in lib.pract.quæst. c.29. contrarium sentientibus.

Item dec.Affl.190.fundatur de æquitate, sed primus æquitatis gradus est religionis, l. 2. de iust. & iur. ergo in æquitate Ecclesia preferenda, nec est habenda consideratio illa contra Ecclesiam, vt litiũ sit finis, quia Ecclesia restituitur contra sententiam, quæ finem litibus imponit, cap.1. vbi omnes Canonistæ de in integr. restitut. etiam aduersus tres conformes, & ex speciali priuilegio impediendo tres conformes,Salyc. in l. 1. in fin.C.ne lic.prouocare, vbi Apostilla alios cumulat.

4 Item text. in d.l. pecuniam habet locum in quolibet priuilegiato,vti prior possit à posteriori auocare,vt dicit gl.in d.l.pecuniam allegat l.ex facto ff.de pecul.quę loquitur in pupillo minore, & Ecclesia vtitur iure minoris,c.auditis de restitut.in integr.vbi Abb.num.10.& ibi tex.dicit quod Ecclesia semper debet seruari illæsa, & quod priuilegiati possint auocare pecuniam, est casus decisus per Capyc.dec.78.& ideo de hoc nõ est dubitandum, & hæc omnia per Martam dec. Pisan.42.

RESOLVT. CCCLXXVI.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ, an hodie exigat quartas, quæ olim debebantur Episcopis?

1 *In multis casibus debetur Quarta Episcopo de iure.*
2 *Stante erectione Tribunalis Fabricæ,Episcopi non se intromittunt in Quarta legatorum.*

Plu-

PLurima dubitari possunt de quarta, quæ debetur Episcopo, præsertim de iure communi, & primo, an quarta debeatur Episcopo de relictis per consanguineã Abbatissæ, Rom. consil. 511. an debeatur de relictis factis Ecclesiæ alterius diœcesis, idem in cons. 514. an debeatur ex legato facto singulari fratri pro sepultura, Anchar. cons. 369. n. 6. de grauamine puro, an debeantur
1 duæ quartæ, idem in cons. 27. quod sic nu. 3. an detrahatur contra voluntatem defuncti, idem cons. 152. n. 10. in quibus casibus quarta non debeatur, Oldrad. cons. 125. & 287. quarta Canonica debetur Ecclesiæ Parochiali, Abb. per tex. ibi in c. relatum 2. not. de sepult. & in c. in nostra eod. tit. quæ regula limitatur per Sylues. in summa in verbo Canonica portio vers. nono quæritur, & Couar. in c. fi. de testa. an de relicto pauperibus debeatur quarta, Rom. in auth. similiter C. ad l. Falc. in princ. quando quarta debetur Episcopo de legatis factis Ecclesiæ, & de decimis, & funeralibus, Gratia. Hisp. in reg. 400. vbi ampliat si defunctus non eligit sepulturam maiorum, sed eius consanguinei, adhuc quarta debetur Ecclesiæ, & Episcopo, & ante eum tenuit Innoc. in c. in nostra de sepult. Bal. in l. si quis ad declinandam C. de Episc. & Cleri. vers. quæritur, & poterit Episcopus alteri cedere, c. fin. 12. q. 3. quam regulam duobus modis restringit Fely. in c. de quarta de præscrip. n. 10. Delphi. q. 629. 2. p. an de relictis confratantiæ debeatur quarta Episcopalis, seu Canonica portio cum non dicantur loca pia. Capra cons. 54. nu. 14. & ad materiam vide Gabr. in tract. commu. opinio. lib. 6. in tit. de pia causa: Sed hodie in hoc Regno cum adsit Tribunal Reueren. Fabricæ Basilicæ Sancti Petri de Vrbe, quod cognoscit de legatis Pijs, Episcopi, seu Ordinarij locorum non possunt se ingerere nec aliquid prætendere in-
2 præiudicium dicti Tribunalis, nam quando fuit erectum hoc Tribunal Reuer. Fabricæ fuit erectum cum iurisdictione, & cum clausula abdicatiua, & priuatiua ad Ordinarios locorum, prout cantant dicta priuilegia Reuer. Fabricæ; ideo omnis potestas ab Ordinarijs fuit adempta, & hoc est ius iurisdictionis abdicatiuæ, seu priuatiuæ, Iason latè in l. quod in rerum §. 1. ff. de legatis 1. plenè Gram. decis. 30. & Capic. decis. 22. col. 2. vers. facit secundo, de Franch. dec. 417. nu. 7. & 8. nec vis facienda in Sacr. Conc. Tridentino sess. 22. ca. 8. quia post dictam sessionem per Bullam Pij IV. in anno 1562. confirmantur priuilegia Reuer. Fabricæ respectu piarum dispositionum in Bullario 592. quæ confirmatio operatur vt illa priuilegia dicantur expressa, & inclusa, & ex vi relationis ad textum in l. asse toto ff. de hæred. instit. & qui confirmat, dare videtur, l. lege obuenire ff. de verbo. signifi. & ita fuit obseruatum quando Episcopi in hoc Regno ausi sunt prætendere quartam de legatis pijs in præiudicium Reuerendæ Fabricæ.

Et in specie cum Episcopus N. prætendisset de recenti quartam Canonicam de legatis pijs, fuit prouisum quod supersedeatur super prætensione dicti Episcopi, & interim exigantur legata pia in totum ad beneficium Reuer. Fabricæ, & litteræ originales conseruantur pœnes Secretarium Melchiorem Reuilionum, quarum litterarum copia Illustrissimi Cardinalis Cosentini Præfecti Congregationis prædictæ sub data Romæ die 25. Iulij 1610. hæc est.

Circa la quarta Canonica che pretende il Vescouo di N. s'è vista l'informatione mandata, & per esser negotio di vederlo più matur amente e referirlo à N.S. attenderà fratanto ad esigere per la Fabrica, sopraſedendo anco gli Ordini Nostri circa il darla al sudetto Vescouo, che così è parso bene alli medesimi mei Illustrissimi Signori.

RESOLVT. CCCLXXVII.

Facultates Reuerendæ Fabricæ quæ sint?

1 *Ex legatis pijs quæ infra annum non adimplentur, quinta pars spectat ad Reuerendam Fabricam: Lapso vero triennio medietas, & recensentur Bullæ Summorum Pontificum.*

QVoniam iuxta priuilegia eidem Reuerendæ Fabricæ concessa de legatis, hæreditatibus, & pijs dispositionibus certis ad fauorem piorum locorum, Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum, pro vna vice, & sine onere, aut cum eo relictis, & factis quæ intra annum ab hæredibus, seu alias grauatis realiter adimpleta non fuerunt vsque ad triennium computandum à die mortis, quinta pars tãtum ad ipsam Fabricam spectat, lapso verò triennio si adhuc adimpleta nõ sint eidem Fabricæ medietas debetur: Declaramus medietatem huiusmodi pariter à die mortis dictorum testatorum, & disponentium ipsi Fabricæ debitam esse, seruandamque fore in his Bullam Fel. rec. Pij Papæ V. sub datum 11. Kal. Ianuarij 1569. quam generaliter de omnibus pijs relictis intelligendam esse significamus, & interpretamur, & prędicta etiam locum habere in relictis similibus, quæ intra statutum à testatore, & disponente tempus satisfacta non sunt, vt eo elapso triennium intelligatur concurrisse à die mortis.

Annua verò pia legata, & disposita pijs locis, Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis certis, & nominatis cum onere celebrationis Missarum, Diuinorum Officiorum, erogationis eleemosinarum, aut similium in perpetuũ, aut certum tempus, seu statutis quibusdam diebus in anno, vel hebdomada, pro quorum adimplemento bona, seu etiã redditus perpetui, aut ad tempus relinquũtur, & hæredũ, seu aliorũ, qui ad id quomodolibet obligati erãt, aut tenebãtur auaritia pro prętcrito adimpleta cũ effectu nõ sunt, tunc redditus, & relicta huiusmodi hucusq; decursa, & realiter nõ soluta, Fabricæ debeantur, in futurum vero decurrẽda ipsis legatarijs cũ onere iniuncto applicentur, vt hactenus obseruatum est.

Quando verò bona, seu annui redditus, & introitus à Monasterijs, Capitulis, Capellanis, seu alijs legatarijs percepti, & exacti sunt, ac percipiũtur, & exiguntur pro dicta celebratione Missarum, & Diuinorum Officiorũ in perpetuum, aut ad tempus vt supra, & Missæ huiusmodi, aut diuina Officia in toto, vel in parte ab ipsis legatarijs celebrata non fuerunt, vel celebrari desierunt, aut etiam minimè celebrãtur propter ipsorum legatariorum negligentiam, seu impotentiam, nempe quod maior sit numerus Missarum, quam Sacerdotum, huiusmodi relicta pro rata Missarum, & Diuinorum Officiorum sic per negligentiam, seu impotentiam omissarum ad Fabricã ipsam deuoluta esse declaramus, dantes facultatẽ Ministris à nobis deputatis, seu ab alijs ad hæc specialiter substitutis, vt cum legatarijs, aut alias obligatis ad quos spectat, si eis melius expedire videtur pro præterito tantum desuper componere valeant.

Si autem ipsi legatarij quibus à principio redditus, & bona huiusmodi relicta sunt ex instituto, & obseruãtia regulæ talium relictorũ incapaces erãt, aut à principio quidem capaces existebãt, sed propter regulæ mutationem incapaces effecti sunt inhærẽdo dictæ Fabricæ priuilegijs, aut declarationibus alias factis, præsertim sub die 18. Martij 1589. Declaramus huiusmodi quæ à principio personis incapacibus facta sunt, siue ex post facto incapaces sunt redditi nõ ad hęredes grauatos, seu alios obligatos spectare, seu vti caduca ab eis vindicari posse, sed ad Fabricam ipsam nedum in vim institutionis, sed etiam substitutionis, & fideicommissi tamquam incerta effecta spectauisse, & spectare, & sub priuilegijs ipsius Fabricæ cõprehendi, prout etiam quę fortè ex qua-

cumq; causa à legatarijs etiam capacibus recusata non acceptata fuerunt, ac recusantur, & non acceptantur.

Similiter annua pia legata pro pauperibus puellis nuptui tradendis quæ amore Dei, seu alias ratione animæ non autem effectu sanguinis, aut remunerationis seruitiorum facta erunt, si per aliquot annos ab hæredibus, aut alijs grauatis neglecta fuerint nec effectualiter persoluta, seu depositа etiam si forte per dictos hæredes, aut grauatos huiusmodi puellarum electio facta foret pro annis, & temporibus decursis, ad Fabricam ipsam pertinere declaramus: Decurrenda vero in futurum pro pauperibus huiusmodi puellis maritandis, etiam antea electis vt præfertur integra concedantur nisi in totum incerta essent, itaut ad Fabricam iuxta priuilegia omnino spectarent, prout etiam eidem Fabricæ competunt omnia alia pia legata incerta, & maxime pro malè ablatis relicta, itaut etiam ab Ordinarijs locorum si forte ad eos peruenerint vindicari valeant, iuxta priuilegia prædicta.

Insuper quia vt accepimus sæpe huiusmodi legata & piæ dispositiones pro constitutione Monasteriorum, Hospitalium, Capellarum, aut pro substitutione Ecclesiasticarum personarum sæcularium, seu regularium tam virorum quam mulierum, & similium nec intra, vel post triennium hæredes ea adimplere curat, ex quibus si quinta aut medietas respectiue pro Fabrica detrahatur, opera ipsa aut in totum negligitur, aut sine debita perfectione inchoata remanent, nec defunctorum voluntas vt par est obseruatur, quo vt huic incommodo quantum fieri potest occurramus, & hæredibus ac alijs obligatis omnis fraudis occasio auferatur, dum huiusmodi legatorum solutionem, & executionem procrastinare solent, vt interim dictorum relictorum fructus percipiant ad quorum restitutionem se nō teneri prætendāt, & per capitalis resolutionē satisfeciſſe testatorum voluntati concedant; idcirco declaramus dictos hæredes seu alio grauatos teneri, & obligatos existere ad fructus huiusmodi legatorum persoluendos à die mortis quos realiter ex re legata, seu alias relicta perceperunt aut percipere potuerunt, si res huius modi sua natura, aut alias fructifera sit, ita tamen vt in posterum Fabricæ non quinta aut medietas relicti, sed fructus ipsi talis relicti persoluantur, legatum vero ipsum integrum pro perfectione dicti pij relicti coniugnetur, & reseruetur.

Præterea quia sæpe cōtingit pia huiusmodi legata, & dispositiones pro constructione Monasteriorum, Hospitalium, seu Ecclesiarum, & similium relictorum debitæ executioni demandari non posse propter aliquod facti seu iuris impedimētum, quia nempe pecunia relicta ad construendum Monasterium non sufficit, aut in loco a testatore designato edificari nō potest, seu etiam licentia ab Episcopo aut alio Superiore obtineri nequit, cū æquum nō sit vt pium opus huiusmodi propterea deferatur, sed potius illud de iure commutandum veniat, declaramus vt grauatis, certus cōpetēs terminus præfigatur arbitrio Iudicum pro impedimentis huiusmodi realiter, & cum effectu remouendis, aut pro obtinenda à Sede Apostolica cōmutatione talis pij relicti, & dispositionis, quod si termin⁹ elapsus, & impedimenta remota non fuerint, ac commutatio obtenta non sit, tunc legatum ipsum integraliter à Fabrica exigatur, proinde ac si ad Fabricæ vtilitatem deuolutio facta fuisset.

Cum vero interdum eo vsque habendi cupiditas accrescat, vt nō vereantur multi heredes, & legatarij scripturas falsas fabricare, priores datas cōfringere, aut alias Fabricā ipsā defraudare, declaramus contra huiusmodi falsarios, complices aut quouis modo culpabiles omnibus iuris, & facti remedijs procedi debere etiam declarando eos in censuras Ecclesiasticas, & pœnas incidisse, mulctas, & pœnas ad Fabricæ vtilitatem conuertandas fore, iuxta eiusdem Fabricæ priuilegia.

Tandem teneri hæredes qui intra statuta à iure tempora bonorum hæreditariorum legitima inuentaria nō confecerunt ad integram solutionem faciendam legatorum, & piorum relictorum quoties iuxta eiusdem Fabricę priuilegia in foro Iudiciali conuenti fuerint, neq; sub prætextu quod hæreditas soluendo non sit excusari posse, quo minus etiam vltra vires hæreditarias adeundo, aut in eis seipsos immiscendo cum legatarijs quasi contraxisse videantur, non debent beneficio legis perfrui quam contendendam esse censuerunt nisi à S.D.N. restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis ad inuentarij confectionem concessi forsan obtinuerint.

Ne autem à prædictis vnquam tempore dubitari contingat, & vt iustitia indifferenter omnibus cuiuscumque gradus, & conditionis existunt ministretur iussimus, & mandauimus hanc nostram declarationem, etiam per Secretarium nostrum in membranis redigi, solitoq; sigillo subsignari; datum Romæ die 27. Martij 1598. Pontificatus S. D. N. Clementis Papæ VIII. anno eius septimo.

Ad fauorem etiam prædicti Officij Fabricæ adest motus proprius Pij Papæ IV. per quem datur facultas Collegio, & Deputatis Fabricæ S. Petri de Vrbe cogendi quoscumq; Notarios ad aperiendum, & ostendendum testamenta post annum à die obitus testatoris fol. 728. in Bullar. incip. etsi per diuersos, & infra.

RESOLVT. CCCLXXVIII.

Commissarij Reuerendæ Fabricæ, potestas.

1 *Commissarij Reuerendæ Fabricæ non possunt se intromittere in legatis perpetuis, sed temporaneis, sed si à principio hæres fuerit negligens ad exequendum, & soluendum, bene se intromittunt.*

Est notandum secundum Zerol. in prax. verbo Fabrica, quod heredes quādo sunt negligentes per triennium, seu alias à die mortis in exequendis legatis pijs circa Missarum celebrandarum, & Diuinorum Officiorum celebrationem, Commissarijs Fabricæ medietas spectat; Pius V. Bull. 96. quæ incipit, exigit, & quia videtur clare quod solum in legatis temporaneis non
1 perpetuis quę dantur in titulum isti Commissarij se possunt intromittere, vt si quis reliquerit Missas celebrandas perpetuo, & aliquis presbyter fuit de illis prouisus, vt si in Capellanijs exigere incipit bis, vel semel, vel pluries, si hæredes deficerent per aliquot annos non potest Commissarius Fabricæ in hoc se intromittere quia sunt loco Sacrificiorum, & onera perpetua, sed si à principio hæres fuerit negligens ad exequendum, & soluendum tunc habet locum Bulla Pij V. & Commissarius potest compellere ad soluendum iam omissum, & de eo sumere medietatem, sed in posterum vt soluatur Sacerdoti celebranti, & hoc nota, licet post lapsum vnius anni Pius IV. Bulla 58. de qua idem Zerol. in ver. Notarij, illud esse onus Ordinarij iusserit.

RESOLVT. CCCLXXIX.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ, an procedat in legatis relictis ad pias causas in testamento nullo?

1 *Tribunal Reuerendæ Fabricæ non potest accipere legata pia relicta in testamento nullo.*

2 *Quando schedula non est scripta manu propria testatoris, sed aliena sine testibus, etiam inter liberos probat.*

3 *Ex testamento imperfecto debentur legata pia, quando est imperfectum ratione solemnitatis, secus si ratione voluntatis, secundum Bartolum.*

IN

IN præsenti quæst. respondi potuisse Tribunal Reuerendæ Fabricæ procedere ad executionem legatorum piorum etiam in testamento nullo relictorum, & quod testamentum factum ad pias causas per Parochum cum duobus testibus valeat per cap. cũ esses de testam. &c. relatum eod. tit. & profana legata ibidem contenta deberi secundum aliquos, tamen quando testator testamentum eo modo fecerit in quo laicum instituerit hæredem cum hoc casu sit ipso iure nullum, pia legata in eo relicta non debentur, ita tenet Salic. in Auth. Cassa C. de Sacrosanct. Eccles. num. 7. versic. sed vt priuatus, Ant. de But. in c. quod Clerici de foro competenti col. 6. vers. ideo puto, quos sequitur Alex. consil. 177. col. 2. n. 5. vers. nec prædictis volum. 2. cons. 209. n. 22. Ias. in l. hac consultissima §. ex imperfecto n. 10. vers. in casu autem contrario C. de testam. idem Ias. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. n. 24. vers. & è contra, & quamuis Ias. dicat contra hoc facere not. per Bar. in rep. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. quatenus vult pia legata deberi etiam hæreditate non adita, vt ibi per eum num. 65. tamen Bart. in hoc reprobatur communiter, vt testatur ibi Ias. num. 30. & Alex. cons. 209. qui referunt plures tenentes contra Bar. per text. in l. fin. C. de man. testam.

1 Est igitur dicendum quod si testamentum in quo laicus instituitur sit perfectum etiam si habeat duos testes, tamen legata pia in eo relicta non debentur, nec obstat tex. in Auth. ex causa C. de lib. præt. quia loquitur in casu diuerso, vt dicit Ias. d. §. ex imperfecto n. 6. vers. 6. limita.

Nec obstat tex. in Auth. quod sine de testa. nam ibi in causa pia etiam duo testes requiruntur, quando principaliter de causa pia disponitur, vt declarat ibi Ias. col. 1. vers. sed si in tali scriptura, Alex. cons. 76. n. 4. in 3. vol. & Aret. cons. 64. col pen. quinimo Alexander
2 in dicto §. ex imperfecto tenere voluit quod quando schedula non erat scripta propria manu testatoris, sed aliena, quod etiam inter liberos sine testibus nihil valeat, secundum Salic. & Paul. Castren. pari ratione non
3 obstat dictum Bar. in d. §. ex imperfecto, quia vult pia legata deberi ex testamento imperfecto ratione solemnitatis non vero si sit imperfectum ratione voluntatis, quia tunc non deberetur, & idem voluit Bart. in l. si is qui testamento ff. de testa. & in l. testa. ff. de fid. lib. & in l. fideicommissa §. 1. ff. de legat. 3. quod procedit, & intelligitur, quando constaret de voluntate testatoris saltem per duos testes omni exceptione maiores cum Parocho, alias testamentum imperfectum est ratione voluntatis, sed libertates à testatrice relictæ deberentur quia id de voluntate testatricis constabat per duos testes omni exceptione maiores, qui quamuis deponerent per verba narratiua libertatem inductam esse, probant, vt Bart. dicebat in l. Paulus ff. de fideicom. lib. & in l. ex hac scriptura ff. de donat. n. 8. & tradit Alex. in l. ex his verbis C. de testam. mil. num. 4. vbi Ias. col. 2. vers. quinto limita.

RESOLVT. CCCLXXX.

An Tribunal Reuerendæ Fabricæ possit procedere ad executionem legatorum piorum, testamento reuocato?

1 *Hæreditate non adita, debentur legata pia.*
2 *Non potest agi fauore piæ causæ ex confessione facta in testamento reuocato.*
3 *Quando secundum testamentum est perfectum, & solemne, reuocatur primum in quo pia causa est instituta.*

PRoposuit hanc quæstionem Carrocc. in decis. 85. & resoluit eam his verbis, Vidi dubitatum ab istis Commissariis Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, an ex testamento ad pias causas reuocato per aliud testamentum debeantur, reuocatione non obstante, relicta, & legata pia.

Et pro eis facit decisio Guidon. Pap. 200. n. 5. vbi hoc videtur sentire in terminis ea ratione quia legata
1 ad pias causas debentur etiam hæreditate non adita, quę est caput, & fundamentum testamenti, ex Bald. in l. 1. n. mihi. 52. C. de Sacro Sanctis Ecclesijs, vbi inquit esse decisionem de iure singularem, & non procedere actionem, sed Iudicis officium, & hanc dixit communem Franc. Curt. in l. 1. num. 66. ff. de legat. 1. Alexan. consil. 220. lib. 2. & æquiorem ac in practica seruari Lapus Allegat. 20. Viuius in comm. opin. in verbo hærede non adeunte, Crass. §. legatum quæst. 68. num. 4. vers. contrarium in fine.

Cui rationi de facili videtur posse respõderi, & quod in contrarium sit magis communis opinio de qua per Ias. in lege eam quam num. 19. C. de fideicommiss. Ripa. in l. 3. num. 28. de legat. 1. Niger ad l. 1. eod. tit. n. 132. vbi Aret. dicit veriorem, & magis communem, Vasq. de success. progress. §. 27. num. 24. & Crot. in d. l. 1. n. 55. de legat. 1.

Tamen quia hæc communis recipit aliquas limitationes de quibus per Ias. ad l. eam, crederem posse responderi plus esse, testamentum esse reuocatum, vbi constat de contraria expressa voluntate quam non esse aditam hæreditatem, qui defectus pendet ab hærede, non à testatore.

Vnde Bald. ad l. 1. n. 64. & iterum n. 66. C. de Sacrosanct.
2 Eccles. dicit expresè testamentum piæ causæ posse reuocari etiam in reuocatione alio hærede non dato, & non posse fieri fundamentum vt possit fauore piæ causæ agi ex confessione facta in testamento reuocato.

Secundo confirmatur hæc opinio vt si in primo testamento sit instituta pia causa, non reuocatur per secundum imperfectum, etiam quod in eo sint instituti
3 filij, quorum ratione valet testamentum imperfectum, ita Ias. ad l. hac consultissima §. si quis autem limitat. 4. C. de testam. dicens singulariter notandum, ergo si secundum testamentum erit solemne, & perfectum, reuocabitur primum vbi pia causa est instituta.

Tertio facit quando concurrunt simul duo testamenta, & dubitetur de prioritate, testamentum factum ad pias causas censetur posterius, ne reuocetur, Roman. in Auth. similiter speciali 12. C. ad l. Falcid. Soccin. Regula 310. Barbac. in cap. relatum num. 18. de testament. Ias. in l. 1. col. 1. Ampliat. 4. ff. solut. matrimon. dicens ita consuluisse Brixiæ pro Hospitali magno, & ita fuisse Iudicatum Decisum dicens singulare in l. vltima, columna vltima C. de edicto Diui Adriani tollendo, Tiraquell. priuileg. 35. de priuil. piæ caus.

Quarto facit tex. in l. si quis C. de testament. vbi dicitur testamentum secundum reuocare primum etiam si in eo sit institutus Princeps supremus omnium priuilegiatissimus.

Extenditur hæc conclusio, vt procedat in simplici reuocatione, nullo in eo dato hærede, ex Baldo superius allegato:

Extenditur secundo, vt in confessione facta in testamento ad pias causas reuocato non possit fieri fundamentum ad probandum debitum, sed merum tantum adminiculum, ex iam dictus.

RESOLVT. CCCLXXXI.

Iudices Fabricæ Apostolicæ habentes iurisdictionem in legatis pijs, an procedant quando legatum est factum coniunctæ personæ?

1 *Legatum pium est illud quod relinquitur amore Dei, vel pro anima, vel pauperibus.*
2 *Etiam si legatum dicatur fieri amore Dei, si re vera fit diui-*

diuiti non erit legatum pium.

3 *Qui ſe fundat in paupertate, tenetur illam probare.*

FVit dubitatum, an Commiſſarij Reuerendæ Fabricæ Apoſtolicæ qui habent iuriſdictionem pro executione legatorum piorum, procedant quando legatū eſt factum coniunctis perſonis: Et dicebatur, legatum prædictum nullo pacto dici potuiſſe pium, ſiquidem, vt tale dicatur ſecūdum Panor. in c. ad hæc. & c. de Xenodochiis de religioſ. domib. quem refert, & ſequitur Felyn. in c. de quarta in princ. de præſcrip. duo ſunt neceſſaria: Primo quod relinquatur loco pio: Secundo perſonis pauperibus; vnde cum in caſu de quo verba facimus potuerit eſſe quod ſint diuites, propterea non poſſunt dicti Iudices ſe intromittere: Item quia quamuis huiuſmodi legatum fieret coniunctis perſonis adhuc non dicetur pium cum non relinquatur pro anima teſtatoris, iuxta terminos Bar. in l. ſi Titius ff. de l. 2. li-

1 cet Doctores confundant, vel quod relinquatur amore Dei, vel pro anima, Bar. in l. 1. col. 7. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Bal. conſ. 190. vol. 1. Alex. conſ. 16. n. 3. Alciat. reſponſ. 60. n. 5. & ſeq. & ſecundum Tiraquel. in tract. piæ cauſ. in 9. limit. omne quod relinquitur pro anima, ſeu amore Dei, dicitur legatum pium; Verum quidquid ſit ex ſupradictis in hac quæſtione in praxi tenendum eſt, tunc legatum dici pium, & conſequenter Commiſſarios Reuerendæ Fabricæ Apoſtolicæ habere iuriſdictionem pro illius executione, vbi eſſet factum perſonis pauperibus: ſecus ſi diuitibus, quia tunc cenſeri debet potius profanum quam pium, argumento eorum quæ dixit de Franch. deciſ. 109. imo ſecundum eundem in deciſ. 565. legatum etiam quod dicatur in eo fieri pro anima teſtatoris, vel amore Dei, non eſt pium ſi fiat diuiti, vel conſanguineo, vel cuiuis alteri, prout concludunt Bar. & Bellapertic. ille n. 11. iſte n. 39. in l. 1. C. de Sacr. S. Eccl. Angel. Alex. & reliqui communiter in l. Diuus ff. ad l. falcid. quod dicit eſſe notabile, & menti tenendum, Cotta in ſuis memorab. in verb. legatum, Rubin. deciſ. 16. Koppen. dec. 17. Tiraquel. in tract. prædict. fol. 17. quod adeo verum eſt, quod Reuerenda Fabrica in caſu prædicto tenetur probare paupertatē. ex regul. quod quando paupertas eſt fundamentum in-

3 tentionis alicuius, qui ſe fundat in ea, illam tenetur probare, vt tradunt communiter Doctores in l. 1. C. qui admitti, gl. ſolemnis, & magiſtra in l. ſi vero §. qui prorei qualitate ff. qui ſatisdare cogantur, quam gl. non eſſe alibi, & eſſe meliorem de iure, referunt Angel. & Alex. ibi, & eamdem comprobant Anto. de Alexandro, & Iacobin. ibidem n. 7. & Sacr. conſ. Neapol. ſequntum fuiſſe in propria materia paupertatis, refert Affl. deciſ. 376. quem ad hanc materiam ſequitur, & refert de Franch. in citat. deciſ. 565. in fi. & ibi Addentes plures alios concordantes allegat Doct. Benincaſ. in tract. de paupertat. queſt. 6. per totam fol. 55.

RESOLVT. CCCLXXXII.

Nuptiæ cur non benedicantur?

1 *Secundæ Nuptiæ non benedicuntur.*

2 *Si fœmina ſecundo nubens, non dum obtinuit benedictionem, valet conſuetudo quod benedictionem accipiat.*

INhibetur ſecunda benedictio Nuptialis in c. vir autem de ſecund. Nupt. niſi vir aliam vxorem duxerit

1 virginem, etenim benedictio tunc iteretur vbi adeſt conſuetudo, & ſimul ſcientia Pontificis concurreret, iuxta gloſam notab. & receptam in illo c. vir autem, & Summam Coronam de Sacram. Matrim. n. 20. verſ. poſſet aliquis; illud autem quod D. Thomas videtur ſimpliciter affirmare in 4. ſenten. diſt. 42. q. 3. art. 2. ad ſecundum, vt poſſit iterari benedictio ſi fœmina non dū

2 præfatam obtinuit benedictionem etiam ſi vir fuerit alias benedictus, interpretatur Nauar. in ſum. cap. 22. n. 83. intelligendum eſſe cum ſubeſt conſuetudo, & bona mihi videtur ratio quam tradit Nauar. adducto loco, quia dedeceret plurimum ſi benedictiones ſolemnes rerum, & perſonarum quales ſunt conſecratio Eccleſiæ, Altaris, Virginum, Ordinum, atque exorciſmus, Catechiſmus, aliæve ſimiles iterarentur, nam vilipenderentur.

Propterea Sacerdos benedictionem nuptiarum ſecundo celebrans, ab officio, beneficioque ſuſpenſus creditur à multis, per cap. 1. de ſecund. nupt. non quod latæ ſententiæ Canon ille ſit, ſed ſolum ferendæ, iuxta communem quam atteſtatur Diaz in praxi crim. Canō c. 68. Iulius Clar. in §. fin. quæſt. 75. n. 2. & Couar. in Rub. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 11.

RESOLVT. CCCLXXXIII.

An in alienatione rerum Eccleſiæ exigui valoris, requiratur aſſenſus Apoſtolicus, vel Epiſcopi? Et quæ citatio requiratur ad hoc, vt quis incurrat pœnas extrauag. ambitioſæ?

1 *Per extrauagantem Ambitioſæ, ſunt correctæ ſolemnitates, quæ de iure requirebantur in alienationibus.*

2 *Hodie ſunt prohibitæ alienationes etiam in caſu licito, inconſulto Romano Pontifice.*

3 *Duo ſunt neceſſaria in alienatione rerum Eccleſię, videlicet cauſa, & ſolemnitas.*

4 *In alienatione rerum Eccleſiæ exigui valoris, non requiritur conſenſus Epiſcopi.*

5 *Terrulę ſunt quæ nō valent viginti ſolidis, & debet in hoc attendi conſuetudo.*

6 *Ad incurrendum cenſuras requiritur trina monitio.*

ARchipresbyter, & clerus Collegiatę Eccleſiæ N. à tempore immemorabili conſueuerunt concedere, prout ad præſens etiam concedunt terrulas, vineolas, & domunculas non aſcendentes ad valorem viginti ducatorū, ſub annuo perpetuo cenſu, caroleni vnius, quinque, & decem ad ſummum abſque conſenſu Reuerendiſſimi eorum Ordinarij.

Ad præſens ſupradicti Archipresbyter, & clerus præuia informatione fuerunt citati ad informandum à Reuerendiſſima Curia Epiſcopali ſuper conceſſione cuiuſdam cenſus, & ad dicendum cauſam quare non debeant declarari incurriſſe pœnas, & cenſuras extrauagant. Ambitioſæ, aſſignando eis terminum peremptorium trium dierum cum comminatione, quod prædicto termino elapſo comparere debebant ad videndum ſe declarari incurriſſe pœnas ſupradictas, & ad vlteriora procedendum.

Pro parte dicti Cleri allegatur conſuetudo immemorabilis cenſuandi dictas terrulas, & alias res, vt ſupra parui valoris, & propterea non incurriſſe in pœnas prædictæ extraua. & in alias iure impoſitas, maximè quia extrauag. Ambitioſæ loquitur de aſſenſu Apoſtolico in rebus magni valoris, & non alias.

Quæritur enim de duobus: Primò, An prædicta Curia Epiſcopalis, poſſit procedere contra prædictum Clerū ex quo non interuenit in cenſuationibus prædictis aſſenſus Reuerendiſſimi Epiſcopi.

Secundo, An prædicta Curia Epiſcopalis rectè proceſſit circa ordinationem ad citationem ad informandum, & ad dicendum cauſam quare non debent declarari, &c. & ad ſeſe videndum excommunicatos vnica citatione aſſignando eis terminum trium dierum, & non amplius, prout ex dicta citatione.

Quoad primum articulum res clarior redditur ex fundatiſſima iuris concluſione hodie per extrauag. ambitioſę de reb. Eccl. non alienandis omnino eſſe correctas,

1 ctas, & sublatas solemnitates omnes quæ olim adhiberi necesse erat, scilicet, auctoritas Prælati, tractatus, consensus Capituli, & subscriptio singulorum saltem per Notarium, de quibus per Abb. in cap. 1. & cap. tua de his quæ fiunt à Prælat. Sylvest. & Summistæ in verb. alienatio, Rebuff. in compend. alienat. rer. Eccles. à num. 6. vsque ad 14. & num. 85. vsque ad 99. & num. 118. latissimè per Redoa. in tract. de reb. Eccl. nō alien. à quæst. 24. vsque ad q. 48. consensus patroni si Ecclesia sit patronata non est de necessitate, Abb. in cap. vnico vt benef. Eccl. sine diminut. confer. Dec. cons. 174. Redoa. in d. tract. q. 31. licet contrarium teneat Rebuff. n. 90. quia vt supradixi solemnitates istæ hodie minime
2 sunt necessariæ, cum hodie regulariter prohibeatur omnis modus alienandi etiam in casu licito, & seruatis omnibus solemnitatibus prædictis in consulto Romano Pontifice: Et ideo Ego ipse in prax. for. Eccl. cap. 1.
3 dixi reiectis solemnitatibus, quæ adhibebantur olim in alienatione rei Ecclesiasticæ, hodie in praxi duo esse necessaria iuxta mentem præfat. extrauag. ambitiosæ de reb. Eccl. non alien. Primo scilicet causa, Secundo solemnitas, Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 17. num. 2. Molin. de contract. disp. 468. Sarmien. de redditib. Eccles. p. 1. c. 2. Caualc. decis. 23. n. 31. & decis. 451. n. 33. p. 1. Reusner. sing. respons. lib. 2. c. 1. & pluries fuisse decisum in Rot. Lucens. testatur Corna. dec. 74 & dec. 67. & pluries etiam fuisse decisum in Rot. Rom. refert Farinac. decis. 206. & 596. Serap. decis. 508. cap. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. clem. 1. eod. tit. gl. in c. in summa 12 q. 2. Abb. in c. 2. n. 8. de his quæ vi met. cau. in cap. 1. n. 17. de restit. in integr. & c. nulli n. 7. de reb. Eccl. non alien. & in c. ad nostram eod. tit in c. tua n. 8. de his quæ fiunt à prelat. sine consen. cap. Soccin. in suis fallent. reg. 110. in verb. Eccl. Dec. in Auth. qui rem n. 21. C. de Sacr. Sanct. Eccl. & in cons. 142. n. 4. Mascard. de probat. concl. 75. & adeo hæc duo copulatiuè concurrere debent, & non alia, vt dicta forma omissa, regulariter non valeat alienatio Afflict. in dec. 107. & dec. 85. de Franch. dec. 35. late per Sarmient Rot. Rom. Auditorem in tract. de reddit. Eccles. p. 1. c. 2. Menoch. in tract. de reddit. Eccles. p. 1. c. 2. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. casu 172. n. 63. in addit. nouis vbi de decis. de Franch. 35. meminit atq; idem scribit, & tenet in alienatione rei minoris facta; Quare cum vt pluries supra dixi, omnia requisita in alienandis bonis Ecclesiæ magni valoris ad hæc duo tantummodo reducantur, sequitur necessario dicendum, consensum Episcopi non requiri cum concernat solemnitates antiquas, & consequenter solemnitates sublatas, & proinde alienatio facta à dicto Rectore, & Clero omnino censenda erit valida, & nullo modo ob carentiam assensus Episcopi incidisse in censuras extrauag. ambitiosæ; Tum quia dictus assensus non est necessarius, vt supra diximus, tum etiam quia dicta extrauag. induxit censuras contra alienantes bona Ecclesiæ maioris valoris inconsulto Romano Pontifice, & in alienatione terrularum, & modici valoris remisit se ad ius commune quod permisit dicta bona alienare nullo adhibito assensu, nec Apostolico, nec Episcopali, secundum Isern. in c. 1. an ille qui interfecit in fin. Capyc. in inuestitut. feud. in verb. feudorum alienationes limit. 5. late Camerar. in c. Imperialem col. 3. vers. 5. Guid. Pap. dec. 105. Couarr. lib. 1. var. resolut. c. 17. post Innoc. & reliquos in c. in vita de his quæ fiunt à prælat. & Zerul. in Praxi Episcopal. in verb. alienatio per tex. in c. terrulas 12. q. 2. vbi gl. in verb. exiguas dicit illas dici posse terrulas, &
5 vineolas quæ non valent vltra viginti solidos, vel quod sint nullius redditus, secundum gl. in c. vt super §. sessione, & ibi Imol. n. 9. de reb. Eccl. non alien. Abb. in c. 1. de his quæ fiunt à prælat. quod confirmatur ex c. si quos 12. q. 2. verum quid & quanti valoris sit solidus, vide Couar. l. 1. c. 11. lib. 2. c. 3. variar. resolut. & in tract. de numism. §. 1. & 2. vbi declarat discrimen inter solidum, & aureum, facit c. qui subdiaconum 17. q. 4. & c. conquerente de offic. Ord. Redoan. in supracit. tract. de reb. Eccl. non alien. q. 52. n. 77. vbi dicit hoc esse arbitrarium Iudici, Staffil. de liter. gratiæ fol. 352. n. 1. & 2. vbi dicit quod d. c. terrulas extenditur ad valorem centum aureorum, aut ad annuum cēsum quinque ducatorum, & ita vidisse practicatum refert Zerula in loco citato in Curia Archiepisc. Salernitana tempore Marci Antonij Marsilij Columnæ Archiepiscopi viri doctissimi, tamen glos. siue apostilla glos. d. cap. n. 5. ex Hostiens. dicit hoc debere attendi iuxta consuetudinē terræ, facultates Ecclesiæ, & rei venditę, seu locatæ quantitatem Hostiens. in sum. in tit. de his quæ fiunt à prælat. §. vltim. in princ.

Supradictis accedat quod cum constitutio, siue extrauag. sint stricti iuris, cap. perpetuum de fide instrum. l. 1. §. is qui nauem ff. de exercitator. action. & ibi latè Bart. Bald. cons. 93. vol. 1. & in l. vt responsum C. de transact. propterea strictè est intelligenda, siue interpretanda, arg. tex. in l. quidquid astringendæ ff. de verb. oblig. vnde cum extrauag. sanciuerit pœnas, & censuras contra alienantes res Ecclesiæ maioris valoris inconsulto Romano Pontifice, sequitur quod intelligi debet in casu de quo loquitur, & ideo minime debet extendi ad bona quorum alienatio de iure communi permittitur nullo adhibito assensu, vt sunt istæ quæ dicuntur parui valoris ad tex. in Auth. si quas ruinas C. de Sac. Sanct. Eccl. & in cap. ad aures de reb. Eccl. non alien. & latissime Anna in cons. 48. vol. 1. & hæc quoad primum articulum currenti calamo.

Quoad secundum Articulum videtur Vicarium nulliter processisse circa ordinem, tum quia citatio fuit vnica contra dispositionem textus in c. statuimus, & c.
6 constitutionem de sententia excommunicationis in 6. & de iure clarum est citationem trinam requiri ad incurrendum pœnas, & censuras, secundum Ancharanū in c. 1. ne Clerici, vel Monaci, Cæpolla cons. 11. Clarus §. fi. q. 36. per glosam in Clem. prima de vita, & honestate Clericorum, & iuxta hanc opinionem Iudicauit Rota Romana secundum Mohedanum in dec. 3. de dolo, & contumacia, nisi esset citatio facta in Synodo, quæ habet vim trinæ citationis secundum Genuensem in sua praxi c. 35. Redditur pariter nulla ex eo quod minime fuit seruatus ordo dierum, iuxta glosam in citato capitulo constitutionem, & tandem cum non appareat de citatione personali, vbi est necessaria de iure, vt quis excommunicari valeat, iuxta decisiones Rotę secunda de Rescriptis in Nouis, decis. prima de ferijs in Nouis, decis. 314. de appellationibus in Antiquis, Tiraquellus de vtroq; retractu tit. 1. §. 8. glosa secunda post Innocentium in c. si aduersarius n. 3. de eo qui mittitur in possessionem, & Oliua in Ritu Archiepiscopali Neapolit. decimo septimo, & citationem ad prædictum effectum non posse fieri per edictum, testatur eadem Rota in decis. 1. de ferijs.

RESOLVT. CCCLXXXIV.

Extraneus, an contra vxorem de præsumptione l. Quintus Mutius ff. de donat. inter virum, & vxorem opponat?

1 *Vxor præsumitur acquisiuisse de bonis viri.*
2 *Vxor præsumitur acquisiuisse de bonis viri, quando controuersia est inter vxorem, & virum, vel eius hæredes, secus vero quando inter vxorem, & extraneum.*

1 NOn me latet te scire, l. Quintus Mutius ff. de donat. inter virum, & vxorem disponere quod quidquid mulier quærit, præsumitur acquisiuisse de bonis viri, & eam exornat Alphanus collect. 560. & Anto. Grabriel.

Gabriel. in lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. decima quinta.

Sed quid iuris sit quando per tertium, seu extraneũ fit contra vxorem oppositio, bona pœnes eam existentia, ex pecunijs, viri empta præsumi: In ista quæst. Dec. cons. 237. incipient. in casu præsenti agam breuibus in fine, resident contra Bald. in l. si vxorem tuam n. 8. C. de cond. insert. & Alexand. in l. iure familiaritatis num. 5. de acquir. possess. dicit posse etiam de tali præsumptione ab extraneo opponi, cuius sententiæ fuit etiam Alciatus de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 26. n. 7. ac Arelatan. ibi in addit. litteris C. & D. ac Do. Anchar. q. 8. in 1. par. qui hanc dicit veriorem, & æquiorem, ex generalitate d. text. in l. Quintus.

Contrarium tamen est dicendum, & sic dictæ l. præ-
2 sumptionem, quod per vxorem acquisita de bonis mariti censeantur, procedere duntaxat quando controuersia est inter vxorem, & virum, vel eius hæredes, & successores, non autem quando inter vxorem, & extraneum, post præfatos tenuit Alexander in consil. 101. incipient. sub dubio quæritur n. 3. vbi dicit hoc etiam tutissimum fundamentum lib. 7. Neuiz. in Sylua lib. 4. n. 23. 11. limitatione, Ioan. Lup. in repetitione rubr. de donat. inter virum, & vxorem in §. operatur alium, & quartum effectum 111. limitatione num. 20. in fine, Port. Imolen. in lib. 1. conclusio. 141. limitatione, Thob. Non. cons. 66. num. 4. hancq; verissimam, ex pluribus reprobato expresse Dec. in dicto consil. 237. ostendit Dom. Hippolyt. Riminald. in §. 1. num. 137 & seq. institut. per quas personas nobis acquiritur.

Ad vnum tamen in materia hic animaduerte in quo multos errare prospexi, quod si scilicet hæredes, & successores prædicti ipsius mariti agendo contra bona præfata vxoris ex iam dicta præsumptione succumberent, tunc nulla aduersus bona eius competit actio, sed tantum contra pretium quod viri præsumitur, Bouerius sing. verbo præsumptio 37 Bertrand. cons. 198. versus finem lib. 3. Paris. cons. 80. col. 2. vol. 1. Gabriel. eod. loco cit. num. 14.

RESOLVT. CCCLXXXV.

Canonicus excommunicatus ob non solutionem pensionis intra terminum propter eius paupertatem, an si postea absoluatur recuperet distributiones quotidianas?

1 *Excommunicatus de iure priuatur fructibus beneficiorum.*
2 *Residenti debentur distributiones quæ dari solent ob residentiam.*
3 *Expulsus à Capitulo, si solitus erat inseruire Ecclesiæ, debet percipere distributiones.*
4 *Quando in sententia condemnatoria continetur priuatio seu subtractio fructuum, tunc condemnato non debentur distributiones.*
5 *Degradato actualiter non debentur fructus beneficij.*

FVit dubitatum, an Canonicus excommunicatus ob non solutionem pensionis intra terminum statutũ ad soluendam pensionem, & hoc propter eius paupertatem cum non haberet facultarem soluendi, & consequenter carebat culpa, si postea absoluatur recuperet distributiones quotidianas, quas interim pendente excommunicatione non percepit; & dicebatur excom-
1 municatum de iure priuari fructibus beneficiorum tantum, secundum gl. in c. pastoralis §. verum de appell. licet in subsidium fruatur illis, quando aliunde vinere nequit, & alias fame periturus esset, & Card. ad clem. vt hi qui de ætat. & qualit. Præposit. ad c. præter hæc n. 9. 32. distinct. atque alij relati per Franc. Marc. dec. 881. par. 2. & Surd. tract. de alimen. tit. 1. q. 82. concludit affirmatiuè, etiam si ex propria culpa in excommunicationem incidisset, intellige si sit in extrema necessitate instar suspensi, vel etiam depositi, ne cogatur in Cleri vilipendium, & opprobrium mendicare, & quia semper haberi debet ratio ne egeat, l. inter eos ad fin. ff. de re iud. & argum. l. stipendia C. de execut. rei iud. idem Franc. Marc. quoad suspensos, vel depositos dec. 882. p. 2. F. Eman. Rodriq. in quæstion. regul. tom. 1. q. 23. art. 4. vbi refert duas species degradationis, scilicet verbalem, & realem, seu actualem, vt in Pontificali Roman. fol. 188. & 190. Nec obstat præsumptus cõtemptus clauium, qui eum tali subsidio indignum reddit, gl. vlt. ad d. §. verum postea quam non curat pœnitere, cum possit, nec absolutionem petere, quoniam hæc obiectio procedit in contumace per annum pro crimine, & in excommunicatione insordescẽte vltra tempus ad redeundum ad gremium S. Matris Ecclesiæ, à quo remotus fuerat, vel militat in anathematizato, vel aliter de hæresi suspecto, c. cum contumacia de hæret. in sextò, & Franc. Marc. dec. 881. n. 13. Fely. in c. Apostolicæ fol. 5. de except. & Couar. var. resol. lib. 3. c. 13. quin amplius beneficiati familiam post eius depositionem, suspensionem, & excommunicationem de beneficij fructibus alendam esse, scribit glos. ad c. studeat dist. 50. & Archid. in c. pen. de cler. non resid.

Cæterũ contrarium resolui ex decis. Rot. in vna Augustana Canonicatus 7. Febr. 1601. coram Cuccino, cuius tenor est: Domini resoluerunt dandum esse D. Georgio mandatum de manutenendo etiam respectu distributionum quotidianarum à die incarcerationis, quia eius quasi possessio probatur concludenter ex depositione tertij testis, & aliorum qui deponunt de turbatione Capituli in perceptione, & adminiculantur alij testes qui deponunt de residentia D. Georgij, qua
2 stante multum verisimile est, quod percepit distributiones, quæ dantur propter residentiam, & ideo cum fuerit expulsus facto Capituli, ei debentur distributiones quotidianæ, Prob. ad Monac. c. 1. num. 22. de cler. non resid. & in c. 1. num. 22. de præben. Fely. in c. cum omnes num. 22. in fin. de Constitu. & cap. Apostolicæ n. 12. de except. Couar. var. resol. lib. 3. c. 12. num. 8. vers. 6. & 10. Calder. cons. 17. de præb. Puteus dec. 383. lib. 1.

Non obstat, quoad ad istius effectum sit necesse probare, Georgium fuisse solitum seruire Ecclesiæ, Couar. d. vers. 6. Fely. d. c. Apostolicæ num. 12. quia per testes probatur, quod quando erat præsens solebat inseruire, & ideo ista expulsio non debeat suffragari Capitulo contra Georgiũ, qui cessante expulsione poterat inser-
3 uiendo lucrari distributiones; & multum verisimile est, quod inseruisset, nisi fuisset incarceratus, & expulsus, quia quando erat præsens solebat inseruire. Mouit etiam Dominos, quod testes probant Georgium fuisse solitum residere per certum temporis spatium non excludendo reliquum tempus, & non probatur quod Capitulum præstet maius seruitium; imò potius probatur contrarium, & ideo lis versatur solum inter Capitulum, & Georgium, ex hoc facto Capitulum non debet reportare lucrum, requirendo à D. Georgio seruitium; quod ab eo non præstatur, toto tit. quod quisque iuris.

Non obstat, quod erat necessaria protestatio ad effectum consequendi distributiones quotidianas, quæ sic non interuenit, quia non est necessaria pro distributionibus perceptis à Capitulo, Put. dec. 383. lib. 1. & fuit resolutum coram Illustrissimo Blanchetto in vna Fanens. distributionis 16. Ianuarij 1577. & coram R. P. D. Mellino in vna Maceraten. Canonicatus 2. Martij 1594. & in causa Firmana distributionum 26. Ianuar. 1598.

4 Supradicta limitari possunt duobus modis. Primo, quando in sententia contineretur expresè subtractio bonorum Ecclesiæ, sicuti dicitur de relegato, l. deportato-

tatorum C. de pœnis, Franc. Marc. dec. 881. num. 2.

Limitatur secundo, quando actu, seu realiter quis
5 est depositus, vel degradatus, nam non debentur ei fructus beneficii, cum desinat esse sub protectione Ecclesiæ à qua est depositus, & causa redierit ad non causam, c. degradatio de pœnis, Gemin. ad cap. studeat 50. dist. & Couar. d. c. 13.

RESOLVT. CCCLXXXVI.

Facultas testandi concessa clericis, an expiret morte Papæ concedentis?

1 *Facultas testandi à Papa concessa alicui Prælato non expirat morte Papæ, etiam re integra.*
3 *Vigore facultatis testandi, Episcopus potest facere primum testamentum, & postea illud revocare, & facere secundum.*

HAbetur ex Couarru. in c. cum ex officijs num. 8. de testament. & ex Granutio theoremate 13. post Soccin. Iunior. cons. 89. lib. 1. quod licentia testandi à Papa Prælatis concessa, morte Pontificis re integra expirat, ea ratione, quia hic actus odiosus est, & ideo morte ipsius authoris extinguitur.

Ipse vero contrarium verius esse censeo ex eo, quia
1 talis facultatis concessio est gratia, cum de iure Prælati de acquisitis ab Ecclesia regulariter testari nequeant, vt latè demonstrat D. Mandos. in pract. de Signatu. grat. tit. de licentia testan. vnde sequitur quod gratia etiam re integra morte concedentis non expirat, etiam si solo verbo facta est, ac desuper nulla confecta sit scriptura, Gabriel. de præben. conclus. 1. presertim num. 1. & 2. cui addo Natt. in loco infra citando n. 5. & in terminis quod huiusmodi facultas testandi duret etiam post mortem Pontificis concedentis, reprobatis expressè Socc. Iun. & Couar. vbi supra, firmat Franc. Sarmien. de redit. Eccles. par. 4. vers. 2. cauendum est, prædictorumq; fundamentis respondet, & pro hac parte se subscripsere Bursat. & Natt. qui in eademmet causa consuluerunt, ille cons. 29. lib. 1. hic autem in consil. 647. lib. 4. quam opinionem inuenio fuisse per Rot. approbatam de anno 1578. die 24. Ianuarij in vna Picentina facultatis testandi coram R. P. D. de Rubeis incipien. in quadam causa Picentina versus fi. ibi quantum verò attinet ad secundam principalem difficultatem.

In qua etiam Rotali decisione fusissimè, sed tamen moderna methodo iuribus, scilicet rationibus, & authoritatibus reprobatur aliud dictum eiusdem Couarr. vbi supra volentis quod facultas testandi restringi deberet ad primum duntaxat testamentum iuxta cons. Dec 512. & Socc. Iun. eod. cons. 89. vol. 1. pro quo sunt, & Tiraq. in l. boues §. hoc sermone n. 128. de verb. signif. Burs. cons. 30. num. 56. Rodoan. de spol. Ecclesiast.
2 q. 7. num. 18. quibus addo Gabriel. idem firmantem de legib. conclus. 2. num. 18. nam concluditur prædictis omnibus reprobatis quod Episcopus vigore facultatis testandi potest primum testamentum revocare, & facere secundum, dummodo aliæ solemnitates requisitæ interueniant, vt ibi amplissimè.

Vnam in materia non omitto tangere quæstionem, num scilicet testamentum iam factum ex superuenienti facultate testandi conualidetur, in qua Mandos. vbi dixi verific. fin. residet cum affirmatiua iuribus ibidem videndis.

RESOLVT. CCCLXXXVII.

Bona Clericorum decedentium absque consanguineis ad quos perueniant?

1 *In bonis clerici decedentis sine consanguineis succedit Ecclesia, seu Episcopus.*
2 *Episcopus habet Fiscum.*
3 *Clerico beneficiato succedit Ecclesia, seu Altare, vbi est beneficium.*
4 *Bona emphyteutica clerici applicantur dominis directis, quando non extant hæredes.*

1 IN bonis clerici decedentis nullis relictis consanguineis qui succedere possint, non succedit Fiscus sæcularis, sed Ecclesia, seu Episcopus, Rot. dec. 7. in tit. de testam. in antiq. Vbald. de succes. ab intest. in 5. & vlt. par. in fin. Peregr. in tract. de iur. fis. lib. 4. tit. 3. num. 10. quod procedit etiam in bonis clerici delinquentis quibus succedit etiam Fiscus Episcopi, & non Dominus temporalis, Fely. in c. irrefragabilis §. cæterum n. 10. de off. Ord. & in c. excommunicatus, il primo, in princ. vers. si verò de hæret. & ibi etiam Ioa. de Anan. & Marian. Socc. in princ. glos. in c. quia diuersitatem de concess. præb. & ex Bal. in l. siue pars ff. de dilationibus, habetur quod Episcopus est de maioribus magistratibus, habens merum, & mixtum imperium, vnde dicitur Præses suæ Ciuitatis, & Diœcesis, Guhel. de Pern. Sicul. cons. 5. in fin. Alexand. & cæteri omnes in rub. ff. de iurisd. omn. iud. & in supradictis bonis succedit Fiscus Episcopi, non Papæ, Abb. in c. sancto num. 12. de succes. ab intest. quia Episcopus habet Fiscum, gl. in c. quia diuersitatem de concess. præb. Card. n. in clem. 2. §. 1. de hæret. qui dicit prædictam glosam esse singularem, Anan. & Felyn. in c. excommunicatus, il primo, eod. tit. cum multis alijs quos latè congerit Couar. lib. 2. var. resol. c. 9. num. 11. & Berret. cons. 3. 4. & 5. per tot. & Peregrin. in prædicto tract. de iur. fis. lib. 1. tit. 2. num. 106. vbi ex hoc infert quod Episcopus potest pro delicto imponere pœnam pecuniariam applicandam suæ Cameræ, & Fisco, Hostien. Ioa. And. Abb. Felyn. & alij in c. irrefragabilis §. cæterum de off. Ordin. gl. & Abb. in c. licet de pœnis, Host. Butr. Card. & Ioa. de Anan. in c. ad aures de simon. qui Episcopus tunc non poterit bona suo Fisco applicata conuertere in proprios vsus, sed illa applicare in operibus pijs, vel Ecclesiæ, Abb. in c. 2. de succes. ab intest. & in c. excommunicatus de hæret. Peregr. in d. tract. de iur. fis. lib. 4. tit. 3. num. 10. vers. autem non habet. Limitantur tamen supradicta tribus modis.

Primò, vbi clericus esset beneficiatus, quia in ipsius
3 bonis de iure communi succedit Ecclesia, siue Altare, cuius est beneficiatus, excluso Fisco, Ecclesia, & Episcopi, d. c. excommunicatus §. damnatis de hæret. Peregr. præcitat. num. 10. Bal. & Paul. de Castr. in l. si quis presbyter C. de Episc. & Cler. Abb. in c. 1. de succes. ab intest. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 9. num. 11.

Limitatur secundo, vbi bona essent feudalia, seu em-
4 phyteutica, quia tunc non applicabuntur Fisco, Ecclesiæ, sed Dominis directis ipsorum bonorum, Bursat. cons. 42. num. 37. & 39. lib. 1. vbi allegat Diaz. in epitom. par. 2. c. 7. num. 5. car. 135. Alphon. Aluar. in Thesaur. Christian. Relig. c. 52. de hæret. num. 13. Couar. d. c. 9. n. 11. Bero. cons. 214. n. 76. vol. 1. Bosi. in tract. crim. in tit. de bonor. publ. num. 18. & 53. & seq.

Limita tertiò, in bonis clerici hæretici pertinacis, quæ ex Constitutionibus Clementis Papæ IV. & Innocent. IV. debent tripartiri, quarum partium vna applicatur communi Ciuitatis, in qua hæreticus damnatur; Secunda Officialibus exequentibus contra hæreticos; Et tertia Officio Sanctissimæ Inquisitionis, ita referendo prædictas Pontificales Constitutiones, & multos Doctores allegando concludit Bursat. cons. 43. n. 42. lib. 1. & num. 44. & 45. asserens, quod non tripartiuntur, sed tantum bipartiuntur, & ipsarum vna applicatur, Fisco Camerę Apostolicæ, & alia Officio Inquisitionis, sed in isto Regno omnia bona Hæreticorum tam sæcularium, quam clericorum applicantur Fisco Officij ipsius Inquisitionis, & de hoc latè scribit Param. de

orig.

orig. Sanctiſſimæ Inquiſitionis cap. 72. lib.1. & cap.3. tit.2.lib.2.num.13.& ſeq.

Et quando applicantur Fiſco Eccleſiæ, intelligas vt applicentur Fiſco loci in quo bona reperiuntur,Burſ.d. conſ. 43.n.38. lib.1. licet aliqui relati per Caualc. deciſ.15.num.3.lib.2.& Peregr. in tract.de iure Fiſc.lib.1. tit.2.num.104.fecerint diſtinctionem inter bona mobilia,& ſtabilia,videlicet,bona mobilia applicentur Fiſco Eccleſiæ, & bona ſtabilia Fiſco Principis ſæcularis.

RESOLVT. CCCLXXXVIII.

Sub Statuto Curiæ Archiepiſcopalis prohibente armorum aſportationem, an comprehendantur arma non apta ad nocendum?

1 *Arbitrio Iudicis remittitur quæ ſint arma apta ad nocendum.*
2 *Qui offendit cum dentibus, vel ferramentis artis,non dicitur offendere cum armis.*

1 COnſultus de hac quæſtione, reſpondi quod licet arbitrio Iudicis relinquatur, quæ veniant appellatione armorum,Menoch.de arb.iud.caſ.394.num.77. & Corn.in conſ.199.vol.4.& quãdoq; appellatione armorum veniant etiam fuſtes,& lapides,intellige tamen hoc verum eſſe poſt percuſſionem, cum ante percuſſionem non dicantur arma, Marſil. in pract. crimin. in §. pro complemento n. 10. & quæ veniant appellatione armorum,videndus eſt Alciat. in l.armorum ff.de verb. ſignif.& Corſet.in repertor.Abb. in verb.armorum,vbi latè, & ſi quis offenderit cum dentibus, vel cum ferra-
2 mentis aptis ad artes non dicatur offendere cum armis,Afflict.in Conſt.de percuſſ. illic.num.5.lib.1.

RESOLVT. CCCLXXXIX.

An Monachi fugitiui bona, qui ſub habitu clericali multa quæſiuit, ſint ſubiecta ſpolijs Reu. Cameræ Apoſtolicæ?

1 *Monachus fugitiuus acquirit Monaſterio.*
2 *Fugitiuus dicitur qui manet extra Monaſterium, vt ſe cælet.*
3 *Seruus poteſt proclamare libertatem poſt decem annos quibus ſe manutenuit in libertate, ſecus in Monacho.*
4 *Monachus qui alteri ſtipulatur non acquirit ſibi, nec Monaſterio.*

CVm occurriſſet huiuſmodi caſus, fui interrogatus quid ſentirem, & reſpondi negatiuè ex eo quod
1 omnia per iſtũ quomodolibet quæſita, ſuo Monaſterio acquiruntur, etiam ſi ſit in partibus remotiſſimis, cap. quanto de offic.Ord.c.Abbates 18.q.2. l.Deo nobis §. hoc etiam C.de Epiſcop.& Cler. quæ iura ita intellexerunt gl. in d.c.Abbates, Innoc.Hoſt.num.2.Ioan.Andr. n.2. Anchar. in fin.Card.& Ant.But.num.6.Boich.n.1. Abb.num.3.Anan.num.8.cap.fi.de regular. & communiter ſupra relati Scribentes d. c.quanto Innoc. n.3. c. cum olim de priuileg. vbi Scribent.Card.in c.quod à te col.2.verſ.ſecundo caſu,ibi illicitè de cler.coniug. Hoſtienſ.in Summa tit.de Apoſtat.§.qualiter in fi.verſ.ſed cui acquirit,Goffred.in Summa eod.tit.§.quod de Monacho, Ioa.Friburg. in Summa Confeſſar. eo. tit. q.13. Sylueſ.verſ.religio 4.n.10.col.2.Nicol.ab Vbal.tract.de ſucceſſ. ab inteſt. cleric.regul.n.12.verſ. circa primum caſum,Nau.in tract. de regul.commen.1. n. 33. Bal. in l.fugitiuus n.1. de ſolut. Gregor. Lop. in l.31.tit.7.partit.1.Roman. in l. fi.à furioſo §. ſi ſeruus ff. ſi cert. pet.
2 Fugitiuus autem is dicitur qui manſit extra Monaſterium vt ſe cælet Abbati,etiam ſi poſtea pœnitentia ductus redeat ad Monaſterium, prout voluerunt Hoſtiẽſ. n.2. & Io. And.in c.fi. de regul.num.7.vbi Anchar.n.4. Ant.But.num.5.& Abb.num.2.quia addit,quod eo ipſo quod Monachus non eſt in obedientia dicitur Apoſtata,ex Innoc. in c. fi. de renunciatione,& Archid. idem voluit in c.longinquitatem 12.q.2.num.2.

Hunc autem fugitiuum poterit Abbas cum bonis omnib.reuocare,ita docuerũt expreſsè ſup.citati DD. tam in c.fi.quam in c.quanto,& in ſpecie Archid.in c.ſi cuſtos n.7.27.q.1. quæ intelligẽda ſunt locum habere, etiam ſi diu ſteterit extra Monaſterium, & ſit in poſſeſſione libertatis,c.Abbates 18.q.2.ex quo id docuerunt Inn.Hoſt.Anan.& alij in d.c.fi.nam eſt diuerſa ratio in
3 Monacho quam in ſeruo in libertatem proclamante, quando diu ſtetit, vt per text. in l.poſſidere §.ſi ſeruus, de acquiren. poſſeſſ.quod tempus intelligitur decẽ annorum,argum. text.in l.ſi cum §. Ariſtoff. qui & à quibus,voluit Archid. in d.c. longinquitatem 12. q.2. alia etiam eſt ratio ſecundum Hoſtienſ. ibi,quia Monachus nullo tempore excitauit, & quod de reuocatione diximus, intelligitur ſi de Monachatu conſtat, tunc enim poteſtas reuocandi competit, prout intelligunt Hoſtienſ.Ioa.And.& alij loc.cit.c.fi.de regular. Item quo ad acquiſitionem intellige ſiue ſtipuletur ſibi, vel Monaſterio ſuo, vel imperſonaliter, voluit poſt alios
4 Boich.in c.cum olim,el ſecondo,de priuil. num.4. ſecus verò ſi alteri ſtipulatur,quia tunc nec illi,nec Monaſterio acquirit, ſecundum Innoc. & Hoſt. n.13. verb. iam promotus, Boich. & cæteri in ibi, quod quidem ex ratione, quam ipſi afferunt, quod .ſ. non acquirat quod non vult, mihi rectum non videtur, ſi quidem Monachus non habet velle, nec nolle.

Item, & ſecundo intellige hoc dictum de acquiſitione procedere,quando Abbas Monachum perſequitur, ſecus ſi habuit pro derelicto, ſicut dicimus in ſeruo fugitiuo, in cuius perſecutione deſiſtimus, ſtatim amittimus poſſeſſionem,prout voluit Innoc. in c. de ſeruorum de ſeruis nõ ordinandis, cuius dictum notabiliſſimum dicit Bald.in lex liberis num.2. de acquiren.poſſeſſ. & Adden.Ioa.And.in cap. fi.de regul.quod videntur voluiſſe communiter ibi Canoniſtæ,& Card.in cap. quod à te verſ.ſecũdo caſu circa princ.de cler.coniug. tamen & ſi Abbas non perſequatur Monachum, non ob id Monachus immunis erit à peccato, & obligatione redeundi ad Monaſterium.

Tertio quoque intellige etiam ſi Abbas fuerit negligens id eo reuocando, iuxta diſpoſitum in cap. fin. de regularib. & eo caſu acquirit, prout voluit Anchar. in cap. vnico de infan. expoſit.num.17. & hæc per Carol. Tap.in verb.ſua cap.7.ſuper repetit.auth.ingreſſi C.de de ſacroſ. eccleſ.

RESOLVT. CCCXC.

De habitu clerici coniugat i.

1 *Veſtes clericales intelligũtur ſecundum morem Religionis.*
2 *Remittitur arbitrio Epiſcopi quænam ſint veſtes clericales.*

EX diſpoſitione text.in c.vnico de cler.coniuga.Clerici coniugati gaudent priuilegio fori,ſi cum vnicis, & virginibus contraxerint, & habitum clericalem deferant, quare fuit dubitatum de veſtibus ipſorum,ad quam quæſtionem dicebam quod circa veſtes tam clericorum coniugatorum, quam etiam non coniugatorum,nullus à iure determinatus eſt habitus, ſed in tali
1 bus veſtibus, Regionis eſt attendenda conſuetudo, gl. DD. & Innoc. in cap. pen. de vit. & honeſt.cler.gl.ſingul. in clem. 1. in fi. de elect. vbi Abb. Sicul. & voluit Cardinal.in clementin.fin.de vit.& honeſt.cler.Abb.in cap. pen. eod. tit. vbi etiam Bened. Capra, & voluit Alex.in conſ.8.vol.1.in conſ.149.in cauſa inquiſitionis volum.

volum.6.Capell.Tholoss.in dec.227.& in dec.252. Didac.Couar.pract.quæst.c.31.vers.4.illud,Io.Bern. Diaz in pract.crim.canon.c.69. per tot. Marc. Ant. Cuccus Instit.canonic.lib.2.tit.2.col.2.vers.curare Concil.Matisconen. primum c. 3. arbitrio Episcopi vestes remittuntur, vt decretum est in Concil. Trid. sess.14. de ref. c.6. quia verò,dum tamen consuetudo similis congrua sit honestati clericorum personis.

RESOLVT. CCCXCI.

An clericus coniugatus Sindicus, seu Ærarius alicuius Baronis, si in reddendis rationibus remanet debitor, possit ab Officiali eiusdem Baronis puniri?

1 *Clerici coniugati gaudent priuilegio clericati, si duxerunt vnicam,& virginem,deferant habitum,& Ecclesiæ inseruiant.*
2 *Clerici coniugati non gaudent priuilegio fori in ciuilibus.*
3 *Clericus coniugatus in Regno tenetur soluere collectas.*

COnsultus de hac opinione,dicebam quod licet clerici coniugati cum vnica,& virgine, clericali priuilegio gaudere debent, dum tamen habitum clericalem,& tonsuram deferant, Lapus alleg.40. Guid. Pap. dec.63.Carauit.in Rit.66.per tot.cap.1.de cler.coniug. in 6.Spec.in tit.de cler.coniug.in princ.Tapp.in Const. Regni in tit.66. in tit. de Episc. & Cleric. fol. 26. lib. 1.
1 Couar. pract. quæst. cap.31. nu.6. Clar. in §.fi.q.36. & Conc. Trid. confirmat Constitutionem Bonifacij IX. in d.c.1.de cler.coniuga.in 6. vt habetur in 23. sess. c.6. de reform. vbi vltra habitum, & tonsuram decernit, quod inseruiant alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non obstante quauis etiam immemorabili consuetudine, aut priuilegio.

Nihilominus his minime suffragantibus contrarium resoluendum censui ex eo, quod in ciuilibus clericus
2 coniugatus non gaudet priuilegio fóri,& sic coram Iudice sæculari est conueniendus,per doctrinam Io. And. Anchar.& Domin.in cap.1. de cler. coniug. Cardin. & Imol.in cap.pen.de cler.coniug.Cou. in lib.pract. q.in vers.1. igitur constitut. sub n.6. c.31. pro cuius sententiæ probatione est videndus Gigas in addit.ad Dec. in cap.Ecclesia S.Mariæ de constit.num.25.Pacian. lib.2. c.20.de probat. num.40. cum seqq. vbi præter casus in quibus clerici coniugati retinent priuilegium fori, In reliquis reputantur laici, Germon. in tract. de sacror. immunit.nu.66.cap.15.lib.3.Decia.in tract.crim. lib.4. tom.1.cap.9.num.40.

Non obstat tex.in cit.cap.vnico in illis verbis, cleri. cum coniugatum non esse trahendum ad Iudicem sæcularem criminaliter,nec ciuiliter, quia talia verba nõ sunt intelligenda de causa ciuili,sed de causa criminali ciuiliter intentata,ita quod sit sensus,quod in criminalibus non possit clericus conueniri in foro sæculari,siue ciuiliter, siue criminaliter pro crimine agatur, Capra in concl. 97. num.85. & hinc oritur quod cum materia solutionis collectarum respiciat causam ciuilem, propterea communiter concluditur tales clericos coniugatos teneri ad solutionem, gl. communiter recepta in cap.ex parte de cler. coniug. vbi Abb. Guid. Pap. dec. 83.& dec.383.num.9.vers.7.hæc Ang.in auth.de monach.§.penul. de sanctiss.Episcop.Io.de Firmo in tract. de gabell.n.12.par.7.Fastasius in tract. de æstimat. cap.1. sub num. 7. par. 4. & in nostro Regno est Pragmatica
3 nuper sub tit.de Cler.& Diac. saluaticis, in qua habetur,clericos coniugatos teneri ad solutionem onerum, & collectarum, & Fiscalium functionum, & omnium onerum Vniuersitatum, & locorum, in quibus reperiuntur.

RESOLVT. CCCXCII.

Dispensatus quoad ordines, an censetur dispensatus quoad beneficia?

1 *Dispensatio est stricti iuris, & strictè interpretanda.*
2 *Dispensatus ad ordines est etiam dispensatus ad beneficia.*

CVm esset dispensatum per Summum Pontificem cum quodam illegitimo, quatenus non obstante defectu natalium posset ordines per eum minus rectè susceptos exercere,cumque idem fuisset præsentatus ad quoddã beneficium iuris patronatus, & per eius competitorem opponeretur de incapacitate respectu retẽtionis beneficiorũ, ex quo dispensatio loquebatur circa ordines tantum;propterea fuit dubitatum an dispẽsatus quoad ordines, censeatur etiam dispensatus quoad beneficia, & dubium faciebat pro opinione ne-
1 gatiua,quod dispensatio est stricti iuris,strictèque est interpretanda,iuxta notata in c.1.§.fi. de fil. presb. in 6. Maynard.dec.21. hinc est quod dispensatus super ætate ad beneficium simplex non potest alia similia beneficia obtinere, sine noua dispensatione durante minoritate ætatis,Caualc.dec.29.p.& dispensatio obtinendi beneficium extenditur ad primum, & vnicum beneficium tantum,Rot.in dec.1.de fil. presb. & dispensatus super legitimitate,non potest recipere præbendam Ecclesiæ Cathedralis, quia cum sit materia dispensationis odiosa, non extenditur de casu ad casum, secundũ Verall.in dec.72.par.1.& Rot.in dec.2. de fil. presbyt. in nouis, & ob supradictam rationem in materia dispensationis non procedit regula cui conceditur maius, dicitur concessum minus,Faber in dec.13.C.de sacrosanct.eccles.Sair.dec.7.de fil.presb.Rot.diu.in dec. 606. par.1.quibus accedit tex.in c.1. cit. tit. vbi dispensatio est odiosa,& restringitur solum ad actum super quo interponitur,& non potest extendi de vno actu ad alium, & de vno beneficio ad aliud etiam maiorem rationem, vel minorem habens, & ideo dicunt, dispensatus ad presbyteratum non extenditur ad beneficium curatũ, & dispensatus ad curatum non extenditur ad simplex, & sic de similibus, secundum Fel. in cap. postulasti de for.comp.Selu.de benef.2 par.q.6.& seq. Franc. in c.1. de fil.presb.num.4.lib.6.

Cæterum supradictis minimè obstantibus contrarium dicebatur per quosdam alios, quod prædicta dispensatio cum sit dispositio reducens gratiam ad ius commune primæum,cumque sit fauorabilis,latè est interpretanda, & consequenter extendenda de casu ad casum,l.si vnus §.pactum ff.de pact.Canetius in extrauag.si aliquem n. 49. & seq. Alex. in l. si constante in princ.n.5.ff.solu.matrim.Iaf.in l.omnium n. 11. C. de testam.& in proposito loquitur Old.in cons.215.col.1. vers.quædam ex intentione concedentis, Abb.in c.at si clerici §.de adulterijs n.8.& ibi Dec. de iudic. Fely. in cons.6.n.8.& 9.& conferunt tradita per Io.Monac.in c. 1.n.11.& seq.de fil.presbyt.lib.6. vbi dicit quod priuilegium personale cum persona durat, & remissio semel facta tolli non debet,& amoto impedimento quoad vnum etiam quoad aliud amoueretur, quod dictum refert,& sequitur Tiraq.in repet.l.Boues §. hoc sermone super regula n.32.vers.nec obstat, & facit multum doctrina Fely.in cap.postulasti sub num.13. in 9. limit. de rescript. vbi regula illa quod in dispensationibus non valet argumentum de maiori ad minus,maxime in beneficialibus etiam gratiosis, non procedit quando argueretur in eodem beneficiorum genere,secus si in diuersis;at hic sumus in gratiosis, & fauorabilibus, ergo fit extensio,maximè quando dispensatio,& habilitatio est super illegitimitate,in casu proposito cõsuluit Anchar.in cons.404.tria dubia, in primo, & secundo du-

bio in conſ.37.col.1.verſ. venio ad ſecundum, pulchrè Paul.de Caſt.in conſ.30.ſub num.3.vol.1.Feder.de Sen. in ſuo conſ.276. in fi. & hanc opinionem tenuit in proprijs terminis Emanuel Sà verb. diſpenſatio num. 14. Verum perpenſis vtriuſque ſententiæ motiuis, reſolui iuxta priorem opinionem, quam alias ſequuta eſt Curia Archiepiſcopalis, prout dixi tom.1.deciſ. dec. 95.

RESOLVT. CCCXCIII.

Priuilegium conceſſum clericis, vulgò *detto la franchitia*, an competat etiam eorum famulis, & an cognitio ſi competat, vel ne, pertineat ad Iudicem eccleſiaſticum, vel ſæcularem?

1 *Priuilegium conceſſum clericis, extenditur etiam ad eorum famulos.*
2 *Per exemptionem Eccleſiæ, miniſtri quoque eius cenſẽtur exempti.*
3 *Famuli ſunt appendices Dominorum.*
4 *Quando emergit dubium circa priuilegia clericorum, recurrendum eſt ad Papam.*

PRo huius controuerſiæ reſolutione breuiter reſpondendo ad primam partem, cenſeo veriſſimam eſſe iuris concluſionem, priuilegium conceſſum cleri-
1 cis extendi etiam ad eorum famulos, ſeu ſeruitores, dum Menochius de arbitr. indic.caſ.36. num. 10. Ann. ſing. 401. & ratio eſt, quia familiares comprehenduntur in priuilegio Dominorum, Oldrad. conſil. 293. prout in familiaribus Cardinalium, voluit idem conſ. 215.Bellug.in Spec.Princ.rubr.11.verſ. credendum nu. 9.Rot.Genuæ dec.130.Carau.rit.46.num.27.Bar.conſ. 37.Theſſ.dec. Pedem.22. Campagn. in c. Regni ſtatuimus,Moder.in proœm.conſuetud.Neapol.lit. C.fol.39. Rip.de peſt. in tit.de præſeru.num. 128.

Quare gl.in c.fi.vbi Inn. de locat. & condu. tenuit, priuilegium conceſſum alicui eſſe extendendum etiam ad eius famulos,ſeu ſeruitores, vt voluit Bart. in tr. de repreſalijs par.7.q.6.n. 8. vbi loquens de Scholaribus, extendit etiam eorum priuilegia ad Notarios,quia inquit ſunt neceſſarij in ſtudio,Bal.in proœm.digeſtorum §.hæc autem tria num.7.verſ.item nota, vbi quod Scriptores ſunt ſub eodem foro ſicut Scholares, idem Bal. in auth.habita C.ne fil.pro patr.col.4.verſ.ſequitur, & verſ.nec ob alterius num.18. vbi dicit idem in ipſorum Scholarium famulis,Bidellis,& Scriptoribus, quia ſunt appendices,Rebuff.de priuileg.ſcholar.q. 166. num. 1. vbi quod competit famulis,& nuncijs, dicit extendi etiam ad perſonas acceſſorias, ſine quibus priuilegium inutile remanere poſſet.

Et in proprijs terminis de priuilegio immunitas à ſolutione collectarum,ſeu gabellæ,vel receptionis hoſpitum,quod extendatur etiam ad ſeruitores clericorum, voluit rex.in l.2.C.de epiſc, & cler. prout de priuilegio hoſpitalis, quod extendatur etiam ad eius miniſtros, dicit Oldrad.conſ.11. aliquid per Boer. dec.111. nu.5. Grat.Rot.March.dec.333.

Hinc eſt quod per exemptionem Eccleſiæ, miniſtri
2 eius quoque cenſentur exempti,c.1.de priuil.in ſextò, Alber.in l.inter eos ff.ex quib.cauſ. maior. Affl. in rub. de iur.prothomiſ.num.3.Franc. in proœm. ſexti nu. 11. vol.3.in verb.Scholaribus,Imol.in clem.vnic.num.9.de reliquijs,& venerat.Sanct.vbi intelligit de ſeruitoribus qui actu ſeruiunt, poſt Cyn. in l. omnes C. de epiſc. & & Bal.in auth. habita C. ne fil. pro patr. & rationem reddit Anch.in proœm.ſexti n.11. quia famuli ſunt ap-
3 pendices Dominorum,vt voluit etiam Hoſtienſ.in c.1. de locat. verſ. magiſtrorum in prin. & in verſ. ergo extenditur, & propterea priuilegium eis quoque competit,Bar.in l iubemus,§.ſane n.14.C.de ſacroſ. eccleſ. Iaſ.in l.error col.4.C.de iur. & fact. ignor. Caſſan. in Cathal.gloriæ mund.par.7.conſid.49.fol.188.

Quoad ſecundam,dico pariter indubitabilem eſſe iuris concluſionem huiuſmodi cognitionem ſpectare ad Iudicem Eccleſiaſticum, non autem ad Iudicem ſæcularem, ſiquidem huiuſmodi cognitio continet ſub ſe quæſtionem iuris,non autem facti;& clarum eſt, quod quando quæſtio eſt iuris, cauſa remittenda eſt ad Iudicem eccleſiaſticum, vt voluerunt communiter omnes in l.Titia ff.ſol.matr.& in l.omni innocatione C. de ſacroſa.eccl.Alex.& Iaſ.in l.quoties C.de iudic.Iacob.& poſt eum Dec.in l.2. eod. tit. ibidem Rip. qui defendit Iaſ.ab impugnationibus Decij,Cou.in epito. decret.c. 8.§.12.num.3.Padill.in l.1.col.antepen. n.56. verſ.collige tu vlterius C.de iur.& fact.ignor.& ita de Franch. dec.36.Peguer. in dec. 31. prout in controuerſijs decimarum,tenuit Feder.de Sen.conſ.136.Gail.lib.1.obſer. 140. & ad idem facit tex. in proprijs terminis in c. cum veniſſent de iudic. vbi voluit quod ſemper quod emer-
4 git aliquod dubium circa priuilegium clericorum, recurrendum ſit ad Papam, qui erit Iudex competens in præfatis materijs.

Sed quamuis hæc vera ſint de iure,tamen in hoc Regno paſſim expediuntur prouiſiones ex Tribunali Reg. Cam. ſuper taxatione huius exemptionis gabellarũ,videlicet: *A ciaſcheduno prete con vno iacono, ò fameglio vno rotolo di carne il dì, & vinticinque tomola di grano, trenta rotola di caſo,tre ſtara d'oglio, e due botte di vino l'anno,& tenendo più fameglia ſi debbia taſſare alla medeſima ragione*. & ita iuris eſſe cenſeo.

RESOLVT. CCCXCIV.

An contumacia ſit neceſſaria ad excommunicationis ſententiam proferendam.

1 *Ad excommunicationem ſufficit contumacia materialis.*
2 *Si conſtat de contumacia ſubditi obdurati, poteſt ferri excommunicatio, ſine monitione.*
3 *Non poteſt ferri excommunicatio pro quolibet delicto, niſi adſit contumacia.*

1 SVfficiens eſt ad excommunicationis iuſtitiam, tantum contumacia materialis, atque in genere, quæ ex tranſgreſſione præcepti originem habet,neq;ſpecialis,& formalis ex contemptu procedens de neceſſitate requiritur, prout pulchrè notatur per Cou. in c. alma mater 1.p.§.9.num.3. verſ.eſt tamen obſeruandum, & quamuis dicta contumacia regulariter,& vt plurimum habeatur per canonicas monitiones,vt colligitur ex eo quod aliquis canonicè monitus ab Eccleſia ſub cõminatione excõmunicationis Eccleſiam nõ audit,nec eidem obtemperat,& propterea ad iuſtitiam excommunicationis requiratur canonica,ſeu cõpetens,ideſt trina monitio,vt infra dicã, per quam dum peccator non reſipiſcit,adimitur omnis correctionis ſpes, c.ſacro de ſent.excom. cum alijs infra referendis; cum autem ad validitatem ſufficiat,& requiratur vnica, iuxta text.in d.c.ſacro vbi DD.communiter gl.ver.iniuſtos in c.Romana de ſent.excom. in ſexto, communem ex Cou. in d.c.§.9.nu.7.Sot.Nau.& alijs relatis ab Henric. in d. c. ſacro lit.S,Vgolin.de cenſur.c.18.n.4.Suar. diſp.3. ſect. 12.nihilominus tamen ſi notoriè conſtat de cõtumacia
2 ſubditi obdurati, nolentis obedire Eccleſiæ, iuſtum aliquod,& notabile precipienti,poſſet in illum excommunicatio proferri abſque alia monitione,c.venerabilibus §.porrò verſ.ſecus autem de ſent. excom. in 6. c. illud de cler.excom.c.certum eſt 11.q.3. cum ſit Rom. 6.§.fi. in fin. c. reprehenſibilis verſ. niſi forte de appellat.in 6. qui verſiculus licet aliter à multis intelligatur vt per gl.ibi verbo ipſo,Abb.num.8.Dec. nu. 12. Cou. d.§.9. num. 5. poſſet etiam intelligi in illis caſibus in quibus culpa ex genere ſuo notoriã generat contumaciam

ciam,quia eo ipso quod talis est,excommunicationem & suspensionem inducit,& tandem quia canonica monitio requiritur, vt per eam appareat inobedientia,& contumacia peccatoris,qui Ecclesiam monentem non exaudit.

Vnde si aliter de huiusmodi obduratione, & inobedientia notoriè constet,non erit necessaria,quin potius otiosa, & superflua erit, & per consequens omittenda monitio, argum. l.1. in fi. de dote prælegata, iuncta l. hæc stipulatio 14.§.1.in fi. ff. vt legatorum, seu fideic. nomine.

Præsertim quia eo ipso,quod aliquis est notorius cõtumax, præsumitur contra ipsum, quod licet vlterius, & sub mentione excommunicationis moneatur, nihil profutura est monitio, quam obduraturus contemnet magis, quemadmodum præsumitur contra illum qui canonicè monitus,non resipiscit,& propterea iam amplius non monetur, sed excommunicatur.

Vlterius vtilissimè præmitto, excommunicationem maiorem attenta sua natura,institutione,& monitione Ecclesiæ ferri non posse pro peccato mortali etiam grauissimo,nisi concurrat inobedientia,& contumacia respectu Ecclesiæ,cui peccator obduratus obedire cõtemnit, quæ sententia probatur ex sequentibus fundamentis.

Primò,ex illo Matth. 18. cap.5. ibi,si Ecclesiam non audierit sit tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus.

Secundò, quia excommunicatio medicinalis est non mortalis,cap.1. in princ. de sent. excom. in 6. & si pro peccato præterito tantum nulla data contumacia excommunicatio proferretur, non medicina, sed mera vindicta esset ad instar pœnarum temporalium.

Tertiò, quia si contumacia non esset necessaria, sequeretur peccatorem emendatum,& paratum corrigi, posse excommunicari, & sic traderetur Sathanæ non corripiendus, sed possidendus contra illud Paul. 2. ad Corinth. vt spiritus eius saluus fiat.

Quartò, quia ante excommunicationem trina, vel vnica peremptoria monitio requiritur, c. omnes decimæ 16.q.7.c.de presbyterorum 17.q.4.c.reprehensibilis de appell.c.sacro 43.de sent.excommu.cuius monitionis præmittendæ ratio est, quia ante illam peccator nondum est contumax.

Vltimò probatur ex c. nemo Episcoporum 11.q.3. vbi neminem excommunicari posse dicitur, nisi qui aliter corrigi non potest,c.tam sacerdotes 24.q.3.c. sed illud 43.dist. ex quibus fundamentis hanc sententiam probatam gl.in c.Episcopi 11.q.3.& in cap. ex parte 1. vers.pro contumacia de verb.signif.Abb.in cap.P.& G. num.7.de off.Deleg. Marian.in c.nulli num. 5. de sent. excommu.Nau.in c.cum contingat q. causa nullitatis de rescript.Couar.in d.cap.alma mater 1. par.§.9. n.4. Vgolin.de censur.tab.1.cap.9.§. num.6. & cap. 12.in princ.& cap.17.§.7.num.6.D.Thom & plures Theologi quos referunt, & sequuntur Henric. 2. tom. lib. 13. de excomm.cap.17.num.17. & Suar. de censur. disp. 4. sect.5.num.6.

Contraria tamen sententia nempe pro quolibet delicto absque contumacia ferri posse excommunicationem probari videtur ex sequentibus.

Primò, ex tex.in c.quidam maligni spiritus, cum c. seq.5.q.1.c.inter querelas Guilisarius 23.q.4. c. in primis 2.q.1.cap.raptores,cap.eos qui 36.q.2.si quis Episcopus 1. 27 q. 1. in quibus iuribus excommunicatio lata fuit pro delictis commissis absque vlla monitione, nec contumacia.

Secundò,probatur ex cap.solet 2.cap. venerabilibus 7.§.porrò,& §.fanè de sent.excom. in 6. vbi non solum pro contumacia, verum etiam pro offensa potest quis excommunicari.

Tertiò, quia interdictum, & suspensio sæpe pro delictis absque contumacia feruntur,c.eos,c fin. de temp. ord.in 6.c. cupientes 16. §. cæterum de elect. eod. lib. ergo & excommunicatio, cum ipsa censura etiam sit, cap.quærenti de verb.sign.

Vltimò probatur, quia excommunicationes omnes quæ à iure proferuntur,absque monitione,& contumacia ferri videntur,c.si quis suadente 17.q.4.c.vnico de his quæ vi in sextò, clem. eos de appell. cum alijs ex quibus hanc sententiam probat glos. vers. sententiæ in c.Romana de sent.excom.in sextò, & expressè probarunt Caiet.2.2.q.69.art.2.Cordub.in quæstion.lib.2.q. 27.glos. verò in cap. Episcopi 11.q.3. distinguebat, ita vt excommunicatio lata ab homine non valeat absque contumacia,secus verò si feratur à iure,& hanc distinctionem sequutus fuit Abb.in cap.1.vers.secundo nota de raptor.

Sed nihilominus prior communis sententia retinenda est vt verior,vt indistinctè necessaria sit ad excommunicationem contumacia, ex fundamentis supradictis,nec obstant fundamenta pro contraria adducta, non primum de tex.in d.cap.quidam maligni spiritus, vbi enim non pro peccato præterito,sed pro futuro fertur excommunicatio à B.Gregorio,qui censuit eos qui libellum illum publicè posuerant,non potuisse debitam satisfactionem facere,nisi se prodendo,aut falsitatem, vel deceptionem suam confitendo.

Quamuis enim nemo teneatur se ipsum prodere,aut se infamare, c. quis aliquando vers. non tibi dico de pœnit.dist.1. tamen quando adest necessarium ad tollendam grauissimam infamiam, vel aliud graue nocumentum,quod alteri imminet ex iniuria sibi occultè illata,obligari potest quis ad satisfaciendum eo modo, vt ad interpretationem illius tex. optimè explicat Sot. de secreto membr.2.q.6. ante fin. Nau. in dicto versic. non tibi dico num.28.Henric.& Suar.supra num.16.

Non item obstat tex. in d. c. Guilisarius cum similibus, ibi enim non fertur excommunicatio propter solam iniuriam factam, sed quia non est satisfactione resarcita, atque ideo non omnino intransactam, sed in adhuc perseuerantem,prout solet ferri excommunicatio pro furto commisso,non quidem præcisè, quia cõmissum est, sed quia semper durat, & non est restitutũ quod per furtum fuit ablatum, vt aduertunt Suar. & Vgol. supra quæ solutio licet quoad hæc iura vera sit, applicari tamen non potest ad tex.in d.c.fi.2.q.1. nam ibi apertè imponitur pœna, non ad extorquendam satisfactionem aliquam, sed purè ad punitionem delicti; quare huic textui respondendum est,illam pœnam non fuisse censuram Ecclesiasticam,prout accipitur in textu nostro,& in tit.de sent. excom. sed fuisse prohibitionem,& remotionem quamdam ab officio sacerdotali, vt constat ex tex.ibi,ab officio sacerdotali excommunicati,quæ lato modo excommunicatio dicitur, iuxta tex.in c.ad mensam, ibi, Adam ab esu ligni vitæ excõmunicatus est 11. q. 3. & tradit gl. in verbo sententia, Tiraq.de retract.tit.1.§.1.gl.9.n.276. quo modo est interpretandus tex. in c. tanta 86. dist. vt rectè aduertit Suar.supra num.22.

Nec obstat tex.in d.c.solet. & in d.c. venerabilibus, quia iura illa intelligenda sunt iuxta distinctionem tex. in c.ex parte 1.de verbor. signif. qui distinguit inter excommunicationem pro sola contumacia,vt quia citatus noluit comparere in iudicio, & illam quæ pro offensa simul cum contumacia profertur, videlicet quia iussus noluit emendare maleficium, & ita in vtroque casu proponitur contumacia.

Minus obstat tertium fundamentum contrariæ opinionis de suspensione, & interdicto, nam censuræ illæ non ad emendationem, sed ad punitionem, & vindictam culpæ proferuntur in d. c. cupientes §. verò cum similibus vbi sensit glos.vers.suspensos in §.cæterum,& probat Inn.in c 1.de excess. prælat. & sequuntur Abb. num.3.& Doctores communiter in cap.tam literis 33.

per text. ibi de testibus cum pluribus relatis ab Vgol. d.§.7. num.5.

Nec obstat vltimum fundamentum contrarium, excõmunicatio enim quæ à Canone, vel Statuto profertur monitionem,& consequenter inobedientiã,& contumaciam supponit,quia dum lex,vel statutum sub excommunicatione aliquid præcipit,vel prohibet,quotidie subditos monet,lex enim semper loquitur, l. Arriani C.de hæret.c.cum Marthæ, ibi lex Mosaica clamat, de celeb.miss. ac proinde satis inobedientes, & contumaces existunt,qui eiusmodi præceptum, aut monitionem transgrediuntur, & vt tales absque alia speciali monitione rectè excommunicantur, secundum Henric.& alios in d.c.sacro,Sot.in 4.dist.22.q.1.art.2.Nau. in Manual.c.27.n.10.Vgol.supra n.9.gl. vers. futuris in c.Romana de sent.excom.in 6.quam sequitur communem teste Io.Gut.lib.1.can.q.4.n.6.quæ omnia mandata sunt in praxi ad Conc. Trid.sess.25. de refor.c.3. vbi & contumacia ad excommunicationem requiritur.

RESOLVT. CCCXCV.

De cautione de bene viuendo nonnulla practicabilia.

1 *A cautione de non offendendo, noua causa excusat.*
2 *Cautio de bene viuendo importat, ne malum agatur.*
3 *Ludens honesto ludo, non facit contra cautionem de bene viuendo.*
4 *Qui dedit cautionem ue bene viuendo, videtur posse compelli ad cautionem de non offendendo.*

INoleuit quædam consuetudo, & practica fundata in Iudicis officio,ex l. congruit ff.de off.Præsid.& ex l. æquissimum ff.de vsufr.quod vbi quis valdè rixosus est cogitur ad dandam cautionem de bene viuendo, & si sit in carceribus non dimittitur nisi prius hanc cautionem dederit de bene viuendo, sed in quibus conuenit cum cautione de non offendẽdo,in quibusvè ea differepat,breuiter in hoc dico,quod ambo ex Iudicis officio pendẽt,& dari possunt ad tempus,& perpetuò,vt Iudici videbitur,cuius arbitrio stamus in causis, licet grauiores in cautione de bene viuendo requirantur, quia grauius quis restringitur; aliqui tamen dicunt in cautionem de non offendendo,vt in genere continetur species, quia non bene viuit,qui alterum offendit, item cautio de bene viuendo ex noua causa nisi ea sit valdè probabilis excusationem quo minus frangatur nõ re-
1 cipit, licet in cautione de non offendendo noua causa excuset,vel iniusta,vt per Alex.cons.115. col.1.lib.4.

Importare autem videtur hæc cautio de bene viuen-
2 do,vt malum non agatur, non autem vt bonum, licet prima facie verba sonare videantur,& bonum agi,quia licet non sufficiat abstinere à malo,nisi fiat & bonum, tamen quis non compellitur ad faciendum bonũ,dummodo abstineat à malo, secundum gl. 23.q.4. in c. nimium sunt inquieti,& iterum caus.ead. q.6. c.1. & seq.

3 Quamobrem ludus recreationis gratia,ex consuetudinẽ, vel lege,vel ex authent.fin.C.de ale.& lus.non videtur interdictus,vt contraueniens cautionem frangat de bene viuendo,at furari,damnum dare proximo suo, &c. egredi videtur terminos bonæ vitæ, præterea aduertendum quod licet cautio de bene viuendo videri possit fauorabilis,quia per eam occurritur fraudibus, & materię delinquendi,iux.not. per Bar. in l. quemadmodum ff.de agri.& censi.in l.1.§. exercitum ff. de his qui not. infa. tamen odiosa erit cum fuerit contracta, quia libertatem restringere videtur, quæ inæstimabilis est, l. libertas ff. de reg. iur. Bal. in l. ea C. quomod.& quand.iud.Dec.in reg.nemo ff.de reg. iur. & facit quia graue est aliquem onerare cautione,l.2.§. hoc ff.indi.l. non vsque ff.si quis à parent.fuer.man.Paris. cons.168. lib.4. hinc dubitari potest si quis dedit cautionem de bene viuendo, an per Iudicem compelli possit ad dandum vlterius cautionem de non offendendo, & videtur quod sic, si Iudici ex causa videbitur, fieri enim potest, vt quis timeat iniuriam pati, quæ non venit in cautione de non offendendo, nam nemo prohibetur pluribus defensionibus vti, iux. not. in reg. nemo ex his qui ff. de regul. iur. Soccin. in l.nemo prohibetur ff. de exception. & rixosi huiusmodi varijs remedijs constringi debent, & cohiberi à delinquendo, iuxta notata per Alex.Franc.Rip.& alios in l.quod iussit ff.de reiud. Dubitari tamen potest an si sit data hęc cautio de non offendendo, tollatur per subsequentem datam de bene viuendo, in quo multa dici possent, & ad prædicta faciunt quod Iudex potest prohibere alicui ne ante domum alterius vadat, nè ad rixam deueniant, vt per DD. in d.l.quod iussit, & per Syluam Nupt.fol. 50.faciat auth.si ei quem C.ad leg.Iul.de adult.

RESOLVT. CCCXCVI.

Episcopo, an liceat bis dispensare cum clerico super crimine publico concubinatus?

1 *Peccata ob recidiuationem efficiuntur capitalia.*
2 *Consuetudo peccandi pœnam cumulat.*

EVenit in facti contingentia, quod quidam Episcopus semel dispensauerat super publico concubinario,& postea volebat iterum, & de nouo dispensare super eodem,& quia ignorabat si hoc facere posset;fui ab ipso interrogatus, cui respondi pro negatiua sententia; ex pluribus sequentibus rationibus.

Primò, quia peccata propter recidiuationem effi-
1 ciuntur capitalia,vbi alias non essent, secundum Bart. in l. licitatio §. quod illicitè de re publ. qui loquitur in delictis, & in proprijs terminis; scilicet quod peccata per reciuidationem efficiuntur capitalia, est text.in c. vnum §.criminis 23.dist.

Secundò ad comprobationem huius opinionis adduxi illud axioma,scilicet, quod crimina remissa, non nisi vna vice tantum merentur habere remissionem,etenim apparet quod consuetudini talem actum deputauerunt, iux. text. in l. 1.§.1.ff. de abigeis.

Tertiò adducitur,quod reiteratio videtur inducere, & afferre incorrigibilitatem,cap.cum ab homine extr. de iudic.nam cum prædictis redeuntibus ad vomitum, non clementia,sed seueritas est exercenda, & si delinquentes clementer sint tractati, si postea in eòdem crimine deprehensi sunt perseuerantes, acrius puniri debent, l.capitalium §. solent ff. de pœnis.

Quartò,quia causa delinquendi,& committendi crimina debet tolli,etenim talis criminum, & delictorum remissio delinquendi occasionem præbet,vt habetur in tex.in c.si quis Decanus 50.dist.vnde hac de causa vult tex. in c. si vir in fi.de adulter. quod peccator non nisi semel,& pro vna vice tantum ad gratiam recipi debet, etenim quoties post vnam vicem cadit, videtur quodammodo esse irrisor diuinæ misericordię, quæ sibi per emendationem vitæ remissionem indulsit.

Ex quibus omnibus putaui, talem Episcopum non potuisse dispensare,& propterea animaduertãt omnes, & caueant ne ad vomitũ peccati redeant; cæterũ nulla dispensationis spes promittitur talibus, prout videmus leges ciuiles, quæ beneficium compositionis denegauerunt illis, qui impunitatem veteris commissi non emandationi, sed consuetudini deputauerunt, vt habetur in text. in l.3. in fin. C. de Episcopal. audien-
2 tia, etenim consuetudo peccandi pœnam cumulat, l. legati ff. de pœnis, & ideo dixit Bald. in l. apud antiquos C. de furt. quod si mercenarius hodie furetur rem magistro suo, & die sequenti furripiat aliam, propter talem reiterationem debet furca suspendi, vt di-

ci-

citur etiam in hæreticis, qui si post factam pœnitentiã redeunt ad vomitum, brachio sæculari remittuntur, c. ad abolendam de hæret.

RESOLVT. CCCXCVII.

Distributiones, an debeantur Canonico, qui effectus est cæcus?

1 *Canonicus qui dum esset sanus non residebat, nec inseruiebat Ecclesiæ, si postea euadat infirmus, non debentur ei distributiones.*
2 *Excommunicatus qui non est in mora petendi absolutionem, repetit redditus beneficij.*
3 *Infirmus etiam ex propria culpa debet habere redditus, & distributiones.*

COnsultus, si Canonico effecto cœco debentur distributiones, respondi quod licet Canonici omnes, & præsertim Ecclesiarum Cathedralium, de iure communi, & regulari horis statutis officium diuinum cum alijs in Choro collegialiter canere, & pronunciare teneantur, c. 1. & c. dolentes de celebr. miss. Conc. Trid. in sess. 24. c. 12. de reform. c. nos quidem, & c. innocentes de testament. alias in peccatum mortale inciderent, secundum Nauar. in cons. 8. quem refert, & sequitur Sayr. in dec. 13. de celebr. miss. tamen in tali difficultate hac vterer distinctione.

Si talis Canonicus qui effectus est cæcus nunquam resedit, & neque in Choro interfuit, quando erat sanus
1 & tunc distributiones sunt ei negandæ, nam tali casu ipsa infirmitas non potest dici causa, quare distributiones percipere non possit, & ita non debentur, vt scribũt Innoc. & Host. in c. 1. per illum tex. in fi. de cler. ægrot. Gem. in c. 1. §. qui verò vers. vt quia etiam si non fuisset infirmus de cler. non resid. in 6. & ibi Franch. in vers. in gl. 1. Panor. in cons. 70. n. 1. in fi. Marta in dec. Pisan. 233. Corset. in sing. 152. Fely. in c. ad Apostolicæ de except. n. 10. Couar. in lib. var. resol. c. 13. num. 8.

Si verò resedit, & in Choro solebat interuenire, & tunc quia causa non interuentionis est infirmitas, & cæcitas, distributiones debentur, quoniam inter iustas causas connumeratur infirmitas, c. vnico de cler. non resid. lib. 6. Sayr. in citata dec. 13. de celebr. miss. vbi dicit quod infirmus captus, & violenter detentus, atque impeditus, non teneatur horas in Choro recitare, c. 1. de cler. non resid. in 6. c. cum dilectus, & c. ad nostram eod. tit. & in hoc habet locum, quod dicit idem Sayr. in dec. 15. eod. tit. de celebrat. missar. quod cæcus qui horas dicere non valet ab ijs recitandis etiam sine vlla Papæ dispensatione excusatur, Nau. in cons. 15. & hæ distributiones tanto magis debentur, quanto magis tales Canonici sint egeni, nè Canonicatus dignitas in dedecus deueniret, l. inter eos in fi. ff. de re iud. Frãch. March. in dec. 887. par. 1. quam secundam distinctionem amplia sequentibus modis.

Amplia primò non tantum in egrotis, sed etiam alijs qui absunt à diuinis officijs propter aliam vrgentem causam, & necessitatem, vel ob euidentem Ecclesiæ vtilitatem, quod expressè statutum est in c. vnico de cle. non resid. lib. 6. Cou. in citato c. 13. lib. 3. variarum resolutionum num. eod. Sayr. in dicta dec. 13. in fin. Nauar. in dicto cons. 13.

Amplia secundo, in excommunicato, is enim repetit
2 redditus beneficij, qui durante excommunicatione ei fuerunt denegati, gl. in c. nuper causa 2. q. 5. & in c. pastoralis §. verum de appell. Fely. in citato c. ad Apostolicæ n. 12. Panorm. & DD. communiter in d. c. pastoralis §. verum de appell. & latè Coua. vbi supra, quod videtur intelligendum quando per ipsum non stat, quin absoluatur à dicta excommunicatione.

Amplia tertiò, quod tales distributiones non tãtum simpliciter ægrotantibus debentur, sed etiam his qui
3 ex propria culpa in morbum inciderunt, etenim illi quamuis propria culpa sint impediti, tamen hoc impedimentum nec à iure, nec ab homine, sed à Deo fuit illatum, neque denique in hoc culpa ægrotantium præcessit, vt morbo minimè possit personaliter ministrare, ita Couarr. in citato cap. 13. lib. 3. eodem num. 8.

RESOLVT. CCCXCVIII.

Circa delictum stupri notabilia.

1 *Si stuprum sit commissum cum viripotente, & adsit vis vera, vel interpretatiua, punitur pœna mortis, si vero absq; vi, tunc stuprans tenetur ducere stupratam in vxorem.*
2 *Stuprum non præsumitur cum vi, quando mulier reperitur prægnans.*
3 *Vetus stuprum facit præsumere concubinatum.*
4 *Per singulares testes probatur vita meretricia.*
5 *Ad probandam violentiam in genere, sufficit acclamatio mulieris, quæ est probanda per duos testes.*

DE hac quæstione vide de verbo ad verbum Auditorem Petram ad Gramma. dec. 22. cuius verba sunt, videas hac in re Addentes ad Guid. Pap in hic alleg. dec. 555. licet ex errore Typographi allegata 550. Clar. §. stuprum in fin. Menoc. de arbitr. iud. cas. 294. Lopez. in rubr. de donat. inter virum, & vxorem §. 56. Bursat. cons. 509. vol. 4. de Franch. dec. 333. Thesaur. decisio. 168. stupri verò cum viri potente pœna mortis est,
1 si cum vi vera, vel interpretatiua, quæ dolosis, & blandis verbis inducitur, si verò absque vi, quicquid sit de iure, consuetudo seruat, vt stuprans ducat in vxorem, vel dotet, Clar. dicto §. stuprum, Thesaur. dec. 3. & vide Viui. per quem habes quomodo probetur stuprum dec. 299. Menoc. de arbitr. Iudicum cas. 288. multò magis si sit illata vis, & ascensum ad domum cum scalis, quemadmodum, & osculans violenter, ex Pragmaticis Regni, quarum meminit de Franch. d. dec. 333. & quid propriè sit stuprum, D. Thom. secunda secundæ quæst. 154. art. 6. Sed an credatur mulieri asserenti se virginẽ aduersus deflorantem, Alexand. consil. 229. volum. 6. & an dicenti se stupratam per vim, Boer. decision. 319. & qualiter probetur virginitas, glos. in capit. hæc imago 24. quæstion 5. loquitur tempore consumati matrimonij, & an per confessionem mariti, capitulo reliquisti 33. quæst. 1. Ioann. Andr. in Addition. ad Specul. de instrument. edit. §. porrò, sed ad probandum stuprum, quomodo fiat recognitio, Tiraquell. de præscript. fol. 100. & an credatur mulier asserenti se prægnantem, Afflict. decision. 236. & si probetur aliquem rem habuisse cum muliere, an præsumatur grauida, Alexand. consil. 157. lib. 5. & nota stuprum non præsumi cum
2 vi, quando mulier reperitur prægnans, Boer. decision. 241. & nota aliud, quod vetus stuprum facit præsumere concubinatum, Grammatic. noster vot. 4. sed vtrum
3 confessio stupratæ faciat inditium ad torturam contra stuprantem, dic quod sic, alijs adminiculis concurrentibus, Marsil. consil. 28. & quod in defensionibus
3 possit probari meretricia vita mulieris, & ad probandum admittuntur, qui cum ipsa se copularunt, etiam quod sint singulares: & sic nota casum, quod singulares testes probent, Gand. tit. quomod. de malef. cog. per inq. num. 12. Alex. cons. 13. volu. 7. Bursat. d. consil. 509. & cons. 389. n. 2. eodem volum. 4. vbi quod sufficiat dictum vnius nobilis viri asserentis se pecuniam dedisse ob copulam, de quo etiam Gramm. cons. 58. & sic nota casum quod vnius dictum probat, sed ad probandum
5 violentiam in genere esse latam, sufficit sola acclamatio mulieris, non autem in specie contra nominatũ per ipsam alijs non concurrentibus, Viui. dec. 247. quod si alia concurrerent, vtiq; indicium facerent ad torturam

vt si fuerit visus exire, vel fugere, & simil. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 119. est autem acclamatio probanda per duos testes cum sit indicium remotum, Gerard. singul. 8. Cravet. cons. 2. & probant testes si dicant cognouisse ad vocem, Bald. in l. conuenticulam C. de episc. & cler. & de mulieris acclamatione, vide Campeg. in c. frequens num. 103.

RESOLVT. CCCXCIX.

De obligatione Episcopi erga Medicos.

1 *Medicus tenetur persuadere infirmo confessionem Sacramentalem.*
2 *Si Aegrotus à medico monitus nolit confiteri peccata debet eum Medicus deserere, licet aliqui contra sentiant.*

QVoties Medici peruenire volunt ad gradum Doctoratus præter fidei professionem per eos faciendam, sunt obligati iuramentum deferre in manib. Episcopi, aut Rectoris, seruare statutũ editum per Sũmum Pontificem Pium V. in sua Constitutione datum sub die 8. Martij anno 1566. anno primo sui Pontificatus incip. Super gregem Dominicum, in confirmationem antiquæ, & salutaris decretalis Inn. III. in Concilio generali cap. cum infirmitas de pœnit. & remiss. vt cum ad infirmum vocantur primum moneant, & inducant ad procurandum salutem animæ Medicum spiritualem, hoc addito nouiter ipsi Decretali, quod in cuiuscumque promotione, seu licentia medendi concedenda à quouis Collegio, vel Vniuersitate primum fiat iuramentum, vel in suis manibus, de seruandis omnibus contentis in dicta Bulla, & demum in licentia fit specialis mentio eiusdem iuramenti sic præstiti, nec est omittenda ipsa solemnitas nouæ Constitutionis sub pœnis ibidem contentis in §. quod si medicorum.

Et quod Medicus teneatur omnino persuadere in-
1 firmo confessionem Sacramentalem, vltra supradicta optimè explicat Nauar. in Manual. c. 25. n. 61. vers. tertio qui non persuadet, Caiet. in Summa in verb. medici peccata pag. 489. post medium, Selu. in sua Summa in verb. medicus num. 3. Ang. in verb. medicus num. 8. vbi etiam Armill. num. 1. vers. quarto quando infirmus, &
2 hoc adeo procedit, & est verum, quod si ægrotus monitus à Medico noluerit confiteri peccata, tenetur eũ Medicus deserere, & desistere à medicamine, & hoc ita debet fieri sub pœna excommunicationis maioris, & alijs pœnis pecuniarijs, dicit Bouadill. in Sinodo Segouiensi lib. 1. tit. 4. cap. 12. Bracarens. act. 5. c. 31. & id iustè quidem sancitum esse videtur; nam in temporis momento infirmus repente infirmitate aggrauatur, prout præ oculis quotidie habetur mors, licet contrarium in hoc sentiant Nau. in Manual. c. 25. n. 62. vers. & quamuis infirmus, Maiol. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 5. n. 4. vers. nec excusabitur, Tabien. in sua Summa in verb. medicus n. 12. vers. nihilominus si infirmus, & ibidem etiam Angel. num. 18. vers. nihilominus, & Armill. num. 1. vers. qui admonitus.

RESOLVT. CCCC.

Vicario Episcopi allegato suspecto, an sint eligendi Arbitri, qui suspicionis causam cognoscant?

1 *Volens Iudicem recusare, debet coram eo causam suspicionis proponere, & coram arbitris probare.*
2 *Iudex recusatus potest præfigere terminum ad probandam causam suspicionis, & compellere arbitros ad causam finiendam.*
3 *Si recusatur Vicarius Episcopi debent eligi arbitri, secus si recusetur Officialis ipsius Episcopi.*

CVm fuisset allegatus suspectus Vicarius Episcopi N. à quodam clerico, fuit dubitatum, an deberẽt eligi Arbitri, qui de causis allegatę suspicionis valeant cognoscere, & dubium faciebat tex. pro opinione negatiua in cap. si contra de off. Deleg. lib. 6. vbi enumerantur tres casus in quibus suspicionis causa coram Arbitris non tractatur. Primus, cum recusatur vnus ex Delegatis datis cum clausula, quod si non omnes, iuxta terminos text. in c. si super prudentiam de offic. Deleg. de cuius text. intellectu, latè Bald. in cons. 122. vol. 1. Alex. cons. 23. eod. volum. Secundus, cum recusatur Delegatus Episcopi; & Tertius, cum recusatur Officialis.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum per text. in cap. cum speciali de appel. vbi de iure canonum statuitur, quod volens
1 Iudicem recusare, debet coram eodem suspicionis causam probabilem opponere, vt reperitur quoque cautum de iure ciuil i, l. cum speciali C. de iudi. & latè per Ias. & reliquos communiter in l. apertissimè C. eod. & Nouissime in pragm. 1. de suspit. Offici. qua causa proposita debet illam coram Arbitris communiter eligendis probare, qua non probata, sua iurisdictione Iudex vtitur in particulari causa, ea verò probata remittere debet negotium ad Superiorem, vel causam committere de recusatoris consensu; cuius text. authoritatem sequuti sunt Artam. dec. 3. de Iudic. Anneus Rober. lib. 1. rer. iudic. dec. 8. Cauagnol. dec. 5. vol. 1. pro supradicta quoque opinione adducitur text. in cap. legitimam de appel. in 6. vbi quiuis Iudex quando recusatur, statuit competẽs tempus Arbitris ad finiendam causam, vnde cum loquatur genericè, debet absque distinctione intelligi, & consequenter extendi ad Vicarium Episcopi, arg. text. in l. de pretio ff. de publi. act. & in l. qui filium ff. de legat. præst. Supradictis accedebat dispositio tex. in cap. suspicionis de off. Deleg. vbi arbitri ad cognoscendas suspicionis causas eligendi sunt vbicumque quæuis Iudicum species allegatur suspecta secundum quod refert, & sequitur Lanfra. in repet. cap. quoniam contra in verb. recusatio nu. 12. de prob. Rebuff. cons. 13. n. 7. & Laurent. de Pinu in cons. 3. vol. 1. post Mago. in dec. Rot. Florent. 25. qui voluit supradicta de iure canonum solummodo procedere, postquam de iure ciuili ipsemet Iudex recusatus est competens circa cognitionẽ causarum suspicionis, vt voluit Thess. in dec. 5. & Faber in dec. 3. de Iudic. & adeo de iure canonum eligendi sunt Arbitri ad effectum de quo supra quod si electi fuerint ad causam recusationis; recusatus potest eis terminũ præfigere ad probandum causã
2 suspicionis, & Arbitros compellere ad causam finiendam, vt de communi testatur Aufrer. & Lauren. in trac. de suspi. Iudi. ille in q. 23. iste in q. 12. & tandem de potestate ptęfatorum Arbitrorum habemus tex. expressũ in c. ab Arbitris de off. Deleg. in 6. vbi ab Arbitris iuris de quibus mentionem fecimus, appellatur ad Papam. Ex quibus omnibus apertè patet debere præfatum Vi-
3 cariũ eligere Arbitros, qui de causis suspicionis valeãt cognoscere. Quibus cognitis, & legitimè probatis, debet de iure Reu. Episcopus causam alteri demandare, vt iustitiæ complementum aduersa pars consequatur.

Non obstat tex. in contrarium, quia respondetur illum loqui de Officiali Episcopi, nõ autem de Vicario, & de iure clarum est, nomine, & appellatione, Officialis, non venire Vicarium, voluerunt Bertac. in tract. de Epis. q. 3. Sbroz. de Vic. Episc. p. 3. q. 13. latissimè Gonzal. in commen. ad reg. 8. Cancell. glos. in princ. vbi aduerte quod si allegetur suspectus Vicarius, & Episcopus est præsens, vel non multum absens, tunc ad Episcopum recurritur, dummodo suspicio non concernat ipsum Episcopum, de consuetudine tamen Episcopus committit causas recusationis Vicarij alicui suo confidenti, Sbroz. lib. 3. q. 16. de Vicar. Epis.

RE-

RESOLVT. CCCCI.

De pœna Regularis prædicantis in aliena Diœcesi cum licentia Episcopi, absque tamen licentia sui Ministri Prouincialis.

1 *Iurisdictio Delegati non expirat morte Delegantis re non integra.*
2 *Licentia simpliciter alicui concessa est perpetua, nisi reuocetur.*

QVidam Regularis ordinarius Superior cuiusdam Conuentus munitus facultate concionandi inscriptis obtenta à suo Generali iam præterito, & licentia etiam Episcopi, absq; tamen licentia sui Prouincialis concionatus est in quadam Ecclesia non sui Ordinis intra dicti Episcopi Diœcesim; dubitatur, an aliquã incurrerit pœnam, ex eo quod sui Prouincialis licentiam non habuerit.

Mihi visum fuit quod nõ, ex infrascriptis. Primo quia huiusmodi facultate à suo Generali habita vsus est nõ semel, non igitur per mortem Generalis concedentis
1 expirat, arg. c. relatum, c. gratum, &c. licet de off. Deleg. in eo quod ibi dicitur iurisdictionem Delegati non expirare per expirationem Delegantis re non integra. Secundò, ex c. super gratia eo. tit. lib. 6. vbi habetur gratiam concessam non expirare per mortem concedentis, ergo etiam si tali gratia, seu facultate vsus non fuit, adhuc gratia subsistit, licet officium concedentis expirauerit. Tertio, quia talis facultas nunquam à succes-
2 sore, aut alio maiore fuit reuocata, & de iure clarũ est, quod vbi licentia simpliciter conceditur alicui, censetur perpetua, & per mortem non extinguitur, tex. est in c. super gratia de off. Deleg. in 6. vbi gratia iam facta non finitur morte concedentis, ad idem tex. in c. is cui de præben. in sextò, etiam re integra, hoc est, quia ad actum exequutionis non fuit deuentum; ita Ioan. Andr. in prolog. super sextò, in nouellis; hinc Federic. de Sen. in cons. 78. per tex. in cap. super gratia de offic. Delegat. voluit quod si Summus Pontifex mandaret alicui, quod dispensaret cum Caio, qui ante mortem Pontificis non dispensauit, adhuc post mortem poterit dispensare; cuius ratio est, quia gratia semel facta in personam alicuius per mortem concedentis non expirat, per tex. in d. cap. si cui, & c. super gratia, & latè Affl. in dec. 128. & cum quid fuerit simpliciter concessum præsumitur in dubio, qui concessit in eadem voluntate perseuerasse, in qua decessit, cap. maiores de baptismo, & latè Capy. in dec. 116. & 136. & ad supradicta facit quoque cons. Graff. 1. de pœnit. & remiss. vol. 2. vbi licentia audiendi confessiones Christi fidelium, non expirat per mortem concedentis.

RESOLVT. CCCCII.

Si est lis inter Prouisum Apostolicum, & Præsentatum, an debeat in iudicio audiri Patronus?

1 *Dandus est terminus etiam vbi agitur summariè, & simpliciter absque strepitu, & figura iudicij.*
2 *Prouisus de beneficio non potest propria authoritate ingredi possessionem, alias censetur intrusus.*
3 *Pendente lite manutenendus est quis in quasi possessione in qua prius reperiebatur.*

VIso processu in quadam causa mihi commissa, censui esse audiendum Patronum existente lite inter prouisũ Apostolicum, & præsentatum, ex eo quod generaliter cautum est in iure, dandum esse terminum
1 etiam vbi agitur summariè, simpliciter, & absque strepitu, & figura iudicij, Lambert. 2. par. lib. 2. q. 1. princip. artic. 10. vbi dicit, quod si virtute edicti compareat aliquis contradictor, & faciat aliquam responsionem, qualis sit, habetur loco litis contestatæ; & debet dari terminus ad probandum incumbentia vtrique patri, iuxta naturam causæ deductæ, & præsentatus, cuius vigore fuit factum edictum, poterit producere iura, pro obtinenda institutione, & debet anteferri ad possessionem prouiso Apostolico, licet nondum sit institutus, sicut in terminis tenuit Rota in vna Corsentanea 30. Ianuarij 1581. & Abb. in cap. 2. num. 22. de integr. restitut. & de Curt. de iure patron. in verb. competens num. 15. vers. & nota, & ad eius instantiam Iudex debet præcipere prouiso Apostolico, vt ostendat titulum suæ possessionis, Abb. in cap. Hely ad finem de Simon. quem sequitur Mascard. concluf. 180. n. 18. 19. & 20. de probat. nam titulus non præsumitur sed est probandus vt ipse tradit in ea conclusione num. 10. & 11. imò prouisus ipse, si ita non poterit auctoritate
2 propria ingredi possessionem etiam vigore litterarum executorialium, nisi præuia intimatione litterarum, & seruatis certis terminis ad dicendum contra, & obtenta declaratoria debet etiam habere brachium sæculare, Felin. in cap. ad probandum num. 6. de re iudicata, & notat Mandos. in reg. 29. quæst. 4. num. 4. 5. & 6. aliàs incurrit vitium intrusionis, vt ibi probat Rebuf. in pract. benef. tit. de missione in possess. num. 5. 6. 7. & 8. qui dicit quod non debemus propria auctoritate possessionem ingredi, sed per alium induci, & Idem in 3. parte signat. num. 84. probat illum esse intrusum qui auctoritate propria ingreditur possessionem beneficij, & intrusus priuatur eo ipso omni iure quod habebat, & ita concludendum est prouisum ipsum esse cogendum ad ostendendum titulum, & in causa procedendum esse summariè, ne diu differatur prouisio Ecclesiæ.

3 Supradictis accedebat quod pendente lite manutenendus est in quasi possessione in qua prius reperiebatur, cap. cum persona de priuileg. lib. 6. Lanar. consil. 27. Capic. dec. 189.

RESOLVT. CCCCIII.

Regula Cancell. 41. an locum sibi vendicet quoque in Principibus Superiorem recognoscentibus?

1 *Quando derogatur iuri patronatus Regum, & Ducum, &c. requiritur specialis mentio.*
2 *Per Duces, & Comites intelliguntur ij qui Superiorem non recognoscunt.*

CErtum est necessarium esse derogationem Pontificiam ad hoc, vt fiat præiudicium patronis, &
1 vbi ius patronatus esset Regum, aliarumque personarum in dignitate constitutarum, necesse est etiam specificè de eis mentionem fieri, vt probatur in dicta regula, de qua late per Couarr. pract. q. c. 36. Ioseph. Ludouic. in libro concluf. iur. concl. 42. Crescentius in dec. 8. de iure patronatus: Nunc fuit dubitatum, an dispositio dictæ regulæ, dum mentionem facit de Ducibus, & Marchionibus, intelligatur de Superiorem cognoscentibus, an autem de liberis; Et dubium faciebat pro opinione affirmatiua, quia appellatione Ducis, & Marchionis in stricta significatione, & propriè omnes veniunt, qui à supremo Principe ea dignitate decorati sunt, qualescumque fuerint cap. 1. & ibi glos. Andreas, Bal. Aluarotus, Affl. & reliqui communiter, quis dicatur Dux, & in cap. 1. in principio, & ibi glosa, & Doctores de his qui feudum dare possunt, c. 1. in princ. §. præterea vbi est text. expressus de prohibita feud. alienat. per Federicum, cum alijs similibus per Doctores in cap. 1. §. si quis verò in vltima glosa de pace tenenda, Freccia de subfeudis lib. 2. tit. quis dicatur Comes in tit. quis dicatur Marchio, & in tit. quis dica-

dicatur Dux, in quibus locis plurima ad hoc cumulat, quare cũ in dicta regula simpliciter de Ducib⁹,& Marchionibus fiat mentio, intelligenda est etiam de his qui Superiorẽ recognoscunt, cũ secundum Martam in dec. 194.n.5.pauciſſimi sint qui dictis titulis sunt decorati, & superiorẽ nullum recognoscant; imo secundũ eundẽ in tractatu de iurisdict. p.1.q.3. probatur nullos esse huiusmodi Principes, qui Papam, vel Imperatorem non recognoscant, & propterea dum in dicta regula subiungitur de Principibus, eodem modo intelligenda est de quibuscumque etiam si subsint alteri Principi.

Cæterum quidquid sit ex super relatis contrariam sententiam de iure veriorem existimo, tum quia derogationes sunt odiosæ, quia retrahuntur laici à fundatione iuris patronatus, capitul. cum dilectus de iure patronatus,Decius consil.17.& in consil.226.volum.1. & sunt restringendæ, c. statutum de electione in 6. & consequenter,dum regula mentionem facit de Principibus intelligi debet vt minus lædat, & sic de Superiorem non recognoscentibus tantum, tum etiam quia dum fit mentio de Regibus,& alijs Principibus, debet secundum dictum regulari à primo,argu. tex. in l. talis scriptura de legatis primo,& consequenter de personis, & Regibus similibus, qui sunt omnes,qui Superiorem non recognoscunt.

Nec obstat quod tales sint numerati inter Principes; & ex sola numeratione quis censetur ius acquirere, pro vt dicimus de nobili, quod non censetur quis ex hoc solo, quod sit descriptus inter nobiles, secundum Bal.Imo.& reliquos in l.quoties §.sed si cum ff.de hæredib.instituend.Feder.de Sen.in consi.93.Din.in consi.27. Decium consi. 67.n.7. & fuisse decitum in Regno testatur Anna in sing.338.quia respondetur huiusmodi conclusionem procedere, & tunc locum habere inter personas priuatas,non autem in Principibus,quia tunc ex sola numeratione cum ipsis præsumitur, quod persona enumerata sit eiusdem qualitatis, & conditionis, declarando id apud me esse indubitatum respectu illius iuris patronatus quod possident Barones titulati seorsum à feudo tamquam acquisitum iure proprio, ac titulo particulari,nõ autem in eo iure patronatus,quod est annexum feudo,quia in hoc Regno omnia feuda tenentur à Rege, & proinde præsumuntur à Rege concessa cum ipso iure patronatus, & sic omnes Barones in huiusmodi iuribus Patronatus annexis eorum feudis repræsentãt Regem,& per consequens gaudent eodem priuilegio Reg.41.

RESOLVT. CCCCIV.

Clerico irregulari, an possit conferri beneficium?

1 *Collatio beneficij facta irregulari non tenet.*
2 *Irregularis est incapax Ordinum.*

CLericus quidam ob homicidium patratum in aliena Diœcesi fuit vltra pœnam pro homicidio cõdignam,etiam declaratus irregularis, & cum dictus Clericus reuersus fuisset in eius patriam,ab eius Ordinario ignorante irregularitatem, eidem fuit collatum beneficium, quare fuit dubitatum, an dicta collatio de iure teneret,& fuit resolutum negatiuè ex eo,quod beneficium datur propter officium,c.fin.de rescript.in 6. item quia oportet quod promouendus ad illud non sit irregularis,c.3. & c. diuersis fallacijs de cleric. coniug.

1 & propterea collatio, seu prouisio beneficij irregulari facta,est ipso iure nulla,secundum communem opinionem quam refert, & sequitur Felin. in c. inquisitioni n. 7.de accusat. Nauar. in Manuali c. 27.n.299. Achil.de Graffis in dec.343.Caputaq. in decis. 236.p.2. licet Innoc.in c.cum nostris de conces. præb. contrariam firmauerit sententiam, scilicet collationem irregulari factam non esse nullam ipso iure,sed valere donec priuetur,vnde secundum Garsiam de benefic.par.1.c.11. in principio, supradicta opinio procedit etiam in beneficij implicibus; Alia demum ratio poterit pro huius

2 quæstionis confirmatione assignari, quia cum irregularis sit incapax respectu Ordinum,c.fin.de temporib. ordin.c.de cætero de homicid.Conc.Trid.sess.14.de refor.cap.7. nec in susceptis ministrare. cap. suscepimus de homicid.& cap.2.de cler. pug. in duel. beneficium obtinere nequit, d.cap.2. in fin. & Conc. Trid.d.cap. 7. collatioq; illi facta non valet, sed est nulla ipso iure,Fel.in c.2.de rescrip.num.4.& in d. c. inquisitioni de Accusat.n.7.Aufrer.ad Capellã Tholos. deci. 208.n.2. Salzedo in pract.crim.Berna.Diaz c.94.lit.A.verbo nota tu tamen,Nauar in man.d.c.27.n 249.alias 241. Io. Gut. plures referens can. q.l.c. 5.n.92. Zerola in praxi 2.par.verb.homicidia §.1.Corduba in sum.q.42.Eman. Rod.1. tom.c.179. n.1. Vega 1. part. summæ c.36.casu 13.& Tolet.in summa lib.1.c.88.vers.9. secundum editionem Romanam, & ideo debet esse etiam inhabilis ad beneficia, secundum Garsiam vbi supra.

RESOLVT. CCCCV.

Ecclesia vocata in casu contrauentionis fideicommissi, an emptores incidant in censuras extrauagant. ambitiosæ?

1 *In Ecclesiam transfertur dominium absque traditione.*
2 *Bona dicuntur Ecclesiæ,ad effectum, vt alienari non possint,quando sunt Ecclesiæ acquisita per apprehensionem possessionis.*
3 *Valet transactio rei Ecclesiæ absque solemnitatibus, quando possessio non est pœnes Ecclesiam.*
4 *Licet in Ecclesiam transferatur dominium ipso iure,non tamen transfertur possessio.*

TEstator subiecit fideicommisso omnia bona sua præcipiendo expresè ne illa alienentur,sed semper conseruentur in sua familia,& quod si eius hæredes contraueniendo alienauerint, instituit,& nominauit in suam vniuersalem hæredem Ecclesiam Diuæ Mariæ Annuntiatæ Ciuitanis N.cumq;per dictos hæredes fuisset facta alienatio quorundam bonorum fuit dubitatum, an emptores supradictorum bonorum contraxerint censuras extrauagantis Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ nõ alienandis,tamquã emẽtes res Ecclesiæ absq; assensu Apostolico: & prima facie videbatur affirmatiuè respondendum, ex eo nimirum, quod in Ecclesiam

1 transfertur dominium ipso iure, text. est expressus in l. fin.C. de Sacro Sanctis Ecclesijs,hinc est quod agit rei vendicatione ante traditionem, ex quo arguitur in eã transferri dominium absque traditione aliqua, secundum Bal.in l.fin.C.cõmodati, vbi ad hoc allegat bona iura, ergo si dicta bona subiecta fideicommisso efficiũtur Ecclesiastica,eo ipso quod hæredes deuenerint ad actum alienationis videbatur dicendum ementes incidisse in censuras supradictas.

2 Cæterum supradictis minimè obstantibus contrariũ resoluendo censui, motus præsertim ex eo,quod prohibitio extrauagantis consideratur vbi per Ecclesiam fuit facta acquisitio perfecta, & irreuocabilis per corporalem apprehensionem possessionis, vt voluit Abbas Panor.in c.tua n.9.de his quæ fiunt à Prælatis,sine consensu capituli,Lapus allegat.25. Gemin. & Franch. in c.1. de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6. Socc.in Regula 110.n.6.& in l.legatum ff.de legatis 1.Affl. in cap. vnico §. & iterum num.6.de capitulis Corradi,Rebuff. in compendio alienat.sub.num.30.Silvest.verb. alienatio n.30. & Armilla eodem verbo num. 17. & hanc esse communem opinionem, testantur Ias. & Ripa in dicta l.legatum,Fel.in c. in præsentia sub num.57.vers.10.de

pro

probationibus,& de Franc.in dec.14. sub num.16.

Et ex supradicta opinione prouenit primo valere transactionem absque solemnitatibus, quando possessio non est penes Ecclesiam, nam si per transactionem Ecclesia rem relaxeret in cuius possessione existit,
3 tunc requiruntur solemnitates,Rebuff.in cit. compendio alienationum num.21.Roland.cons.15.Quarant.in summa Bullarum verb.alienatio ampliat.12.qui voluit supradictam opinionem intelligendam in re dubia, alioquin non dicitur transactio, l.1.ff.de transactionibus,& sit in euidentem vtilitatem.

Prouenit secundo posse legatum, vel fideicommissũ non agnitum ab Ecclesia per Prælatum absque solemnitatibus alienari,vel in alium transferri,ex latè traditis per Socc. in cons. 53. vol.4. Rolan. cons.15. Decius cons.474. Card. Puteus in dec.119.lib.2. & Pegue. in dec. 143.

4 Non obstat quod dominium transferatur in Ecclesiam ipso iure; quia respondetur non propterea transferri possessionem, ex eo quod in casibus in quibus transfertur dominium, non tamen transfertur possessio,Natta cons.429.num.5.vol.2.Roland.cons.77.num. 36.lib.1.Bursat.in cons.68.num.23. vol.5.

RESOLVT. CCCCVI.

Clericus,an excusetur à recitatione horarum Canonicarum,ob tenuitatem beneficij?

1 *Beneficium tenue possidens, tenetur recitare officium.*
2 *Clericus excommunicatus, vel suspensus non excusatur à recitatione officij.*
3 *Habens pensionem tenetur recitare officium.*

FVi interogatus, an beneficium Ecclesiasticũ tenue possidens teneatur horas Canonicas priuatim saltem dicere; In qua quæstione procedam per conclusionem,ampliationes, & declarationes; sit igitur con-
1 clusio quod beneficiũ Ecclesiasticum licet tenue possidens tenetur horas Canonicas dicere priuatim; ista est communis Doct. opinio cum gl.fin.in c.1.de celebr. Missar. & in c. Clericus victum 91. dist. & ibi Doct. in qua sententia fuerunt Cardi.in Clem.1. de celebr.Missar.Alber.de Ferrar. in tract. de horis Canonic. q.8. incip. Quæro quid si Clericus Glos. in pragm. Sanct. tit. qual.hor.Canoni. sint dicen.in ver. teneantur;Martin. ab Azpilcueta in c.quoniam de consecr.dist.1.not.7.n. 27. & hanc esse cõmunem opinionem, testatur Couar. lib.3.variar. resolu.c.13.sub n.8.vers. & licet beneficiũ Ecclesiasticum,& fuit opinio Hostien.in sum. de consecrat.Eccles.vel altar.in §.& à quib.& idem sentit in sua sum.Goffre.eod.titulo;imputetur enim sibi quia permisit se ad tenue beneficium promoueri, clara est enim gl.in c.fin.de offic. Vica. quod beneficia Ecclesiarum propter Diuina Officia constituta sunt, imò tex. in c. fin.de rescr.in 6.dicit,si Officium propter quod beneficium Ecclesiasticum datur omittitur,illud tamen recitari deberet,refert Hier.de Monte quæst.10.num.33.

Facit hoc argumentum à simili in c. horrendus 32. q.5.vbi Gratian.ex Ambros.notat quod vxor nõ debet dimittere virum qualiscunq; sit, ex quo sibi semel placuit, sic etiam licet tenue beneficium sit, ex quo illud acceptauit ad horas tenetur,& not.optimè per gl.in d. c.Clericus seu Clericis victum 91. dist.& ratio secundũ Doct.ibi est, quia sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori,quæ tamen alias debitum reddere non potest,vel sufficientem dotem non dedit, vnde vir posset onera matrimonij supportare, vt in c.proposuisti 32.q. 7.ita,& Clericus quamuis à sponsa sua spirituali ideſt Ecclesia debitum substentationis necessariorum non percipiat, eam tamen officiare tenetur, & demum in Diuinis, & temporalibus ei ministrare necessaria, &
2 eius onera supportare, & cum B.Paulo Apost. dicere scio satiari,non esurire, & abundare, & omnia possum in eo qui me confortat, vt scribitur ad Philippens. c.4. & habetur in c. quod dicit 61. dist. & alibi inquit idem Apost. ea quæ mihi opus erant ministrauerunt manus istæ,vt habetur in c.2.21.q.1. in gl. & originaliter sumptum est ex c.20.Act.Apostol & sunt tex.in cap. Clericus 1.& 2.91.distin. iuncto c.fin.

Ampliatur conclusio ista, vt procedat etiã in beneficiato suspenso, vel excommunicato, vt etiam ille teneatur horas Canonicas dicere;nam licet alias habeatur,quod excommunicatus, suspensus,aut degradatus non debet Sacra tangere per no.in c.ad eius vero concubitum.dist.5. & licet etiam in Psalmo 49. qui incipit Deus Deorum dicatur, peccatori autem dixit Deus quare tu enarras iustitias meas per os tuum quod est registratum in c.porro 3.q.7.circa finem,& sic non posit prædicta facere, nec intrare Ecclesiam præsertim tempore celebrationis diuinorum: non tamen excusatur ab Officio, quia non sequitur,excommunicatus nõ debet intrare Ecclesiam, ergo non tenetur horas legere. arg.c. cum dilectus de Offic. Ordin. l. Papinianus exuli ff. de minor. vbi ex separatis non infertur quod seruit ad tollendum obiectum quod fieri posset, quo autem ad illud dictum Plas.49. distinguas sic,aut enim quæritur, an frustra tales legant, & Ecclesiam ingrediantur quo ad meritum vitę æternæ, aut quoad illud vt puta quoad legendum,vel docendum ratione oneris sibi iniuncti, & similia temporalia exercendum: Primo casu frustra faciunt quicquid agunt, ratio quia cum tales sint extra communionem fidelium, & extra gratiam, vitam æternam promereri non possunt, ca. si quis contristatus 60. distin. cum ibi not. Secundo casu de quo habetur per Doctor. in c. quod quidam de pœnit. & remiss. non frustra faciunt quod agunt, nec frustra legunt,quia persoluunt debitum ad quod obligantur, pro eo quia legendo horas liberantur ab obligatione qua tenentur adstricti, ita quod incurrunt nouũ peccatum propter ipsarum omissionem, cum ex præcepto ad hoc teneantur, nec propter excommunicationem ab hoc debito absoluuntur, sicut in simili dicimus de debitore excommunicato, qui tamen creditori suo satisfacere tenetur non obstante excommunicatione,imò & conueniri potest,c. si vere de sentent. ex. cõmunicationis de hæret.facit c. intelleximus de Iud. nam Clericus ratione Ordinis, vel beneficij dicitur debitor ipsius Creatoris, qui est creditor.

Ampliatur etiam hoc dictum procedere in excommunicato iniustè, qui non potest percipere nec percipit fructus sui beneficij, nec distributiones quotidianas,tamen, & iste tenetur horas Canonicas priuatim, & occulte dicere ratione beneficij in sua persona residentis, glos.in cap. presbyterum 28.dist.& ibi Docto. Card. in Clem.1.oppos.6.de regular.Gig.de pens.quest 64.Dec. in c. intelleximus num.5. de Iudic.Abb. & Doct.in c.2. de cler. excommun. ministr. Ioan. de Lin. in Clement. Dignum quæst.3.de celebr.Missar. Alber.de Ferrar. in tractat. de hor. Canon. quæst.12.& 13. nec eum excusat quod non percipiat redditus beneficij, cum id eius culpa contigerit, & per Ecclesiam minime stet quin ipsi redditus eidem Clerico beneficium obtinenti darentur, vt post Pet.de Palu.notat Couarru.lib.3.variar. resol.cap.13.sub n.8.§. duodecimo circa med. ver. nec enim excusat.

Et cum hac opinione quod beneficium obliget beneficiatum ad dicendum horas, transit Clauas. in sum. in ver.hora Canonica 3.vers primum est genus illorum qui sunt beneficiati,per c. fin.92.dist. & ratio est quia ad hoc à laicis dati sunt redditus Clericis, vt ipsi in officio vices laicorum suppleant, & ob id beneficiati tenentur ad horas non solum ex statuto, sed etiam ex obligatione iustitiæ,quam opinionem tenet etiam Syl-

uester

uester in summa ver. Hora n.3. vbi ex auctoritate S.Th. in quodlib.6.& in 4.sentent.dist.15.concludit,quod beneficiatus tenetur ad horas,& ex Panorm.in c.de celebrat.Missar.& Card.in d.Clem.1. eod. tit. dicit omnes Doctores ita tenere,vbi ponit rationes,& ampliat etiã si beneficium sit ita exiguum, vt inde non percipiat necessariã,& beneficiatus existat in minoribus, & non in Sacris,vt ibi per eum,& sequitur Sum.Armi.in eo.vers. §. 1. vbi idem concludit ex mente Sancti Thomæ q. 5. vbi supra, & sequendo Sylvest. licet ipsum non citet, ampliat quod beneficiatus teneatur etiam dicere Officium mortuorum ex S.Thoma d.quodl.6. q.5. n.2. & quodl.1.quæst.7.ar.1.Sed hodie vide Bullam Pij V. initio Breuiarij.

3 Ampliatur vlterius conclusio, vt procedat etiam in habente pensiones, nam etiam is tenetur dicere horas Canonicas sicut quilibet beneficiatus,ratio est,quia ad Officiũ tenetur quis duplici de causa, vel propter Ordinem,vel propter redditum Ecclesiasticorum perceptionem,vt not.Abb.in d. c.1. de celebrat. Miss. Card. in Clem.2.de Decim.facit c.cum secundum de præben. & ideo quando Clericus non dicit Officium tenetur ad restitutionem fructuũ,c si Canonici §. sciturì vbi Doct. de offic.ordin.in sex. habens autem pensionem dicitur habere fructus, ergo ad horas dicendas tenetur, licet Abb.in d.cap.1.de celebr.Miss.videatur dicere aliquem adstringi ad dicendum Officium ratione beneficij, non ratione fructuum,quia qui percipit fructus Ecclesiæ ex Canonico titulo pensionis, intelligitur habere beneficium,sicut quando quis habet beneficium, & alius habet fructus ex iuris interpretatione dicitur non habere beneficium,cap.si tibi concesso de præb.in sex.

RESOLVT. CCCCVII.

Irregularitas proueniens ex homicidio, de quo in c. fin. de homicidio in 6. an sit indispensabilis, vt illa, quæ prouenit ex homicidio voluntario?

1 *Mandans aliquem verberari, prohibendo, ne occidatur, si nihilominus mandatarius excedat mandatum, & occidat, tunc mandans erit irregularis.*

2 *Is qui mandauit aliquem verberari,& non occidi,nec mutilari,si talis nihilominus occidatur,homicidium non est voluntarium directè.*

3 *Homicidium voluntarium indirectè, non est indispensabile, sed dicitur voluntarium.*

TEx.in cap.fin.de homicidio lib.6.expresse disponit quod præcipiens aliquem verberari,vel mandans
1 aliquem mutilari, quamuis expresse inhibeat nè occidat,vel mutilet,irregularis est, si mandatarius excesserit mandatum occidendo illum,cuius tex. dispositionẽ sequuti sunt Inn. Panor. & reliqui communiter in c.ad audientiam de homicidio, Nauar. in Manuali Confessarior.c.27.num.233.& sequent.Maiol.de irregularitate lib.5.cap.48.Couar.in Clem.si furiosus §.1. n.2. cit. tit.de homicidio,& ratio ponitur in eodẽmet tex. quia dictus mandans in culpa fuit, & hoc euenire posse debuerit cogitare,vnde mandans alicui,vt verberet Titiũ vel cum eo rixetur prohibendo ne occidatur, si mãdatarius Titium occidat, vterque, tam mandans, quam mandatarius irregularitatẽ incurrit,vt ait Tabiena in eius summa verb.irregularitas 2.§.12.Sayr lib.7.c.2.n. 7.& Maiol.vbi supra §.2.n.5.quo præmisso,fuit dubitatum, an homicidium prædictum dicatur voluntarium, ita vt irregularitate ex eo proueniente dispensari nequeat,iuxta sancita per Cõcilium Trid.sess.23.c.6.pro cuius articuli dilucidatione supponendum duxi homi-
2 cidium voluntarium in duas species diuidi, vnum dicitur voluntarium directè, & de per se, & istud propriè dicitur quando simpliciter, & absolutè intenditur ab agente; alterum vero nuncupatur voluntarium indirectè,quod propriè consideratur quoties voluntas fertur in id ex quo immediatè,& per se sequitur homicidium, vt ad grauem percussionem in capite, aut iuxta cor consequitur mors, quibus casibus licet ex eo quod voluntas non feratur directè, sed indirectè in homicidium minuatur aliquantulum culpa,ex Diuo.Thom.2. 2.q.64.art.8.Couar.in Clement.si furiosus part. 2.§.1. n.1.de homicidio,non tamen ex inde tollitur irregularitas,secundum Sair. vbi supra n. 12. & propterea contracta irregularitate sum opinionis non esse, nec prouenire ex homicidio voluntario primæ speciei, eiusdemque sententiæ fuit Nauarr. in Manuali Confessariorum cap.27.n.240.Garc.de beneficij par.7.cap.11.n. 44.referens declarationem Sacræ Congregationis per hæc verba: Quarebatur, an is qui mandauit aliquem baculo vulnerari, eo expresso ne occideretur, si mandatarius armis petcusserit,& occiderit intelligatur incidisse in decretum Concilij, vt omni ordinatione, ac beneficio, & officio absque spe dispensationis perpetuo carere debeat, & Congregatio censuit negatiuè; vnde ex prædictis constat, rectè fuisse loquutum Cou.
3 in cit.Clem.si furiosus,quod cum homicidium supradictum sit voluntarium, interdicta, scilicet voluntate commissum,& non casuale,ita vt qui potestatem haberet dispensandi in irregularitate ex homicidio casuali contracta, non posset in hoc casu dispensare, & propterea secundum Sair. sæpius citat. loco pari ratione non potest dispensari cum hoc irregulari virtute Concilij Trident.sess.24.de reformatione cap.6. & sic videtur indigere dispensatione Pontificia salua,&c.

RESOLVT. CCCCVIII.

Animalia vulgò Locustæ, an possint excommunicari?

1 *Ad excommunicationem requiritur peccatum inobedientiæ,& contumaciæ.*

2 *Cathecumenus non potest excommunicari.*

3 *Animalia non possunt excommunicari cum sint incapacia culpæ.*

SOlent in quibusdam Regionibus, & in facto accidit in quodam territorio Nolano, apparere quædam animalia vulgo bruculi, quæ maximum solent segetibus afferre damnum,atq; detrimentum; quare fuit dubitatum an possint excommunicari,abiurari,maledici, atq;exercari, & dubium faciebat Consilium Casan.1. volens talia animalia posse censuris affligi: Cæterum hoc minime suffragante contrarium resoluendo consului,motus ex infrascriptis; primo quia ad afferendam maiorem excommunicationem, non sufficit quodlibet
1 peccatum mortale nisi sit peccatum inobedientiæ, & contumaciæ cap.1. de iudicijs, c. nemo Episcoporum 11.q.3. & c.certum eadem quæst. Sotus distinct.22.q.1. art.2.concluſ.2.Couar.in cap.alma mater §.9 par.1.n. 1.sed in prædictis animalibus peccatum inobedientiæ, & contumaciæ cessat, ergo censuris affligi minime possunt: Tum Secundo, quia minime potest excommunicari,iis de quo creditur non esse corrigendum per excommunicationem, Io.Andreas, Dominic. & alij relati à Couar. in d. cap. alma mater in principio num.10. sed in prædictis animalibus dubium est si cessant à damnificando, ergo excommunicari non possunt:Tertio quia prædicta animalia non subsunt iurisdictioni Episcoporum, & consequenter excommunicari nequeunt,nam nemo potest excommunicari ab eo cui non est subditus,cap à nobis,il 1. de sentent. excommunicationis,cap.cum inferior de maiorit.& obedient.hinc sequitur nõ baptizatum,licet sit Catecume-
2 nus non posse excommunicari, Sylvester in verbo excommunicatio il primo n.7. Nauar. cap.27.n.13. quia

non

non est subditus Ecclesiæ, iuxta illud diui Pauli, de his qui foris sunt quid ad nos? Tum deniq; quia hanc opinionem tenuerunt Nauar. in cons. 57. de sentent. excõmunica. Sotus lib. 5. de iust. & iure quæst. 22. art. 2. glosa. 4. concluf. 4. qui assignat rationem, quia cum prædicta
3 animalia sint incapacia culpæ, propterea cessat in eis excommunicatio, & ob eamdem rationem in hanc opinionem descendit quoque Auila de censuris par. 2. c. 4. disput. vnica, & ita sibi accidisse in facto testatur Zerula in praxi Episcopali in verbo superstitio, dicens quod solent in quibusdam partibus maris, & præsertim Surrenti apparere quædam monstra maritima, quę vulgo vocantur *Feruni*, qui habent vngues, & lacerant retia, & impediunt piscatores, & dicit quod non possint excommunicari, sed orationibus, Ieiunijs, & eleemosynis sunt expellendi, & cum prædictus casus in dicta Ciuitate accidisset, ipse associatus à pluribus presbyteris pergit ad quendam scopulum, qui vulgo vocatur *lo Verueee di Massa*, & ibi recitatis multis orationibus cum aqua benedicta, & incenso impetrauit à Deo benedicto gratiam, & amplius non comparuere, & hoc circa annum 1583.

RESOLVT. CCCCIX.

De contractu censuali.

1 *Bulla Gregorij XIII. super censibus, intelligitur quoad contractus futuros, & non præteritos.*
2 *Bulla Pij V. annullat contractus censuales sub alia forma celebratos.*
3 *Quot sunt capita contractus, tot censentur esse iuramenta.*

DE anno 1568. die quinto Nouembris (quo tempore vbique locorum vigebat illa Bulla edita à Sũmo Pontifice Pio V. super forma creandi annuos redditus redemibiles) fuit in Regno Sicilię contractus huiusmodi celebratus modo infrascripto, scilicet, Emptor cuiusdam prædij non valens satisfacere integrum illius pretium in pecunia numerata, imposuit, vendidit, & subingauit super eodem prædio in eodem instrumento emptionis dicti prędij annuum cẽsum scutorum octuaginta ad fauorem venditoris dicti prædij, & ad rationẽ octo pro quolibet centenario, & anno, & hoc modo dictus emptor dicti prædij satisfacit venditori eiusdem prædij de scutis mille, qui deficiebant integræ solutioni dicti prædij conuenti inter eos pro dicto prædio: Quæ Bulla dicti Pij V. præcipit expressis verbis, quod in constituendis his censibus, & redditibus, perneceſſe debeat esse pecunia sortis principalis præsens coram testibus, & Notario manualiter, & aliter constituti dicti census, habeantur pro vsurarijs, & contractus sint ipso iure nulli, & hoc est indubitatum secundum formam dictæ Bullæ Pij V.

Euenit postea quod de anno 1574. Summus Pontifex Gregorius XIII. vt Regi Catholico morem gereret, & opportunitatibus Regni dictæ Siciliæ consuleret, iussit, vt in eo Regno obseruaretur Bulla alias antea edita à Nicolao V. Summo Pontifice, in materia creandorum censuum, non autem Bulla Pij V. prædicta.

Modo quoniam attento tenore Bullæ Pij V. census dictorum scutorum octuaginta, vt supra constitutus, est sine dubio nullus ex defectu pecuniæ numeratæ; inspecta vero Bulla Nicolai V. latius dispensantis vndequaque validus; propterea.

De duobus circa præmissa grauiter dubitari contingit, in primis, an virtute dictæ Bullæ Gregorij XIII. renouantis dictam Bullam Nicolai V. dictus census in dicto die quinto Nouembris dicti anni 1568. sit Iudicandus validus, vel inualidus, & nullus, quo tempore dicti anni 1568. sine dubio vigebat dicta Bulla Pij V.

Secundo dato quod bulla dicti Gregorij XIII. nõ sit retrotrahenda ad dictum annum 1568. quia loquitur solum de censibus constituendis, vt ex eius lectura liquet (quæ omnes Bullæ sunt in Bullario) an totus contractus emptionis, & venditionis dicti prædij corruat; an vero pro ea parte tantum, quæ dicti census constitutionem respicit?

Desiderium (quod videtur esse iustissimum) dicti emptoris dicti prædij, eiusque hæredis est, quod venditio, & emptio dicti prædij sit valida, & firma ex vna parte; & constitutio dicti census scutorum octuaginta annualium vt supra sit inualida, & nulla ipso iure, tanquam facta contra formam dictæ Bullæ Pij V. & vltra, omnes annualitates hucusq; solutæ dictorum scutorum octuaginta pro primis annis proximis subsequentibus à die dicti celebrati instrumenti emptionis dicti prædij, tanquam indebitæ, & omnino repetibiles virtute dictæ Bullæ Pij V. extenuarunt ipso iure dictam sortem principalẽ dictorum mille scutorum, & reliquæ annualitates hucusq; indebitè solute, sunt omnino restituendæ dicto emptori dicti prædij, & eius hæredi, & successori in dicto prædio, quod est sub titulo Baroniæ Vallis Longæ sic nuncupatæ; Rationes esse possunt; Quia licet vnum sit instrumentum in quo includuntur dicta duo, scilicet emptio dicti prædij ex vna, & constitutio dicti census ex alia parte; tamen sunt hæc duo de per se prorsus diuidua, & de facto diuisa, & in rebus diuiduis vtile per inutile non vitiatur: tanto fortius in hoc præsenti casu supra dicto, quia non stat per emptorem prædij prædicti quo minus valeat constitutio dicti census, quod in tantum est verum, quod ipse, & eius successor in dicta Baronia semper soluerunt dictas annualitates, nescientes hunc punctum iuris, scilicet, quod ex Bulla præfati Pij V. dicti census vt supra facta constitutio fuit, & est nulla, & vsuraria, sed hoc prouenit ex dispositione, & voluntate dicti Pij V.

Quo ad primum caput, stat contra nos decisio Francisci Milanensis Regni Siciliæ lib. 2. in ordine suo decimasexta per totam, vbi nititur, & conatur ostendere, etiam ex mẽte, & verbis Bullæ prædictæ Gregorii XIII. dicti census constitutionem esse validam, sed errat in facto, quia Gregorius XIII. loquitur tantum de censi-
1 bus constituendis, sed de constitutis nihil dicit, & quod expresse non mutatur, cur stare prohibetur; & sic Bulla dicti Pii V. suum locum obtinere pro tempore prædicti anni 1568. Cui Milanensi est danda pinguior, & plenior responsio à præstantioribus viris Italiæ nostris magistris: Est etiam contra nos Surd. cons. 162. n. 38. & seq. lib. 2. Farinac. inter decis. criminales decis. 10. num. 16. Grarian. in addit. ad decis. 224. n. 16. impressa post primam partem suarum disceptationum cum similibus.

Pro nobis est videndus Serafin. decis. 225. n. 3. lib. 1. Nec obstat Farinac. quia in d. decis. 10. fuit tradita cedula Bancaria, quæ vim habet numerationis, & fuit acceptata à Mercatore, & ibi superuenit specialis cõmissio Domini Papæ, quæ non sunt in casu nostro.

Quo vero ad secundum caput, stat contra nos prima fronte vnitas iuramenti, sub vno enim iuramento fuerunt facti dicti duo contractus emptionis prædii ex vna, & constitutionis dicti census ex alia; sub vnico iuramento: Et isti duo actus in dicto vnico iuramento videntur etiã correspectiui inter se; ita vt si deficit vnus, scilicet, dicti census, deficiat alter dictæ emptionis dicti prædii, & in tantum vnus seruari debet, in quantum alter adimpletur, Aponte cons. 10. n. 13. & 14. & Crau. cons. 246. sed huic motiuo responderi potest, quod isti dicti duo actus non sunt inter se correspectiui, quia nimis inuerisimile est dicere, quod emptor dicti prædii non aliter emisset, nisi venditor dicti prædii dedisset ei mille ad annuum censum, cũ istud ibidem ab aliis multis dictus emptor consequi potuisset, & defectus dictorum mille in dicto emptore est considerandus, vt quid accidens ad constitutionem totius pretii dicti prædii,

cuius

cuius pretij substantiale fuit ipsius pretij constitutio, & conuentio sine qua non fuisset prædium ipsum venditum; sed quod exinde non ex voluntate dicti emptoris, sed ex forma, & vi dictæ Bullæ Pij V. dictus census vt supra constitutus corruat, hoc est quid totaliter separatum, & alienum, & nullatenus correspectiuum ad validitatem venditionis, & emptionis dicti prædij, vt liquet de per se; Et ideo omnes annualitates prædictæ indebitè solutæ, sunt restituendæ (satisfactis prius dictis mille cũ primis annualitatibus prædictis solutis) l. si non sortem vbi Doct. ff. de condit. indeb. Grassi.de except.c.28.num.4. & 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. Magon. dec. Flor. 104. num. 23. cum similibus, maxime quia Pius V. vtitur illis verbis (contractus sub alia forma posthac celebrandos feneratitios iudicamus,) & verbum iudicamus importat sententiam latam à Domino Papa ipso iure, Bocca.de censibus par.1. num. 85. cum similibus, maximè quia in hoc casu nulla requiritur iudicis declaratio, quia sine Iudicis opera, in hoc nostro casu Bulla dicti Pij
2 V. annullat tales contractus sub alia forma celebratos, Geminia.in cap.fœlicis de pœnit.in 6.cum similibus, & emptor dicti prædij in nulla est culpa ex parte sua, si dictus census, vt supra per eum constitutus corruat, præter eius intentionem: Ergo non est priuandus dicto prædio per eum empto, & solutis iam dictis mille vt supra.

Hæc vnitas prætensa iuramenti obstat, quia quot
3 sunt capita contractus, & iuramenti vnius, tot censentur esse iuramenta licet sub vnico contractu corporali, & manualiter præstita, Dec.cons. 421. Rota Genuens.dec. 14. num. 118. Doct. omnes in l. scire debemus ff. de verb. obligat. & sic succedit regula prædicta quod in rebus diuiduis, & prorsus diuisis vtile per inutile non vitiatur.

Et licet iuramentum de sui natura dicatur indiuiduum, hoc est verum in vno eodemque contractu, & in pluribus pactionibus ad eundem contractum, in quibus non potest vnus ex contrahentibus contrauenire, quin dicatur in omnibus contrauenire; secus vbi sunt duo veri, & separati contractus licet sub vnico iuramento, sunt enim in casu nostro duo prorsus separati contractus de duabus rebus materia, & forma differentibus, videlicet de emptione prædij ex vna parte, & emptione vnius annui census prædicti ex alia parte, & ideo plura sunt iudicanda capita diuersa inter se dicti vnius iuramenti, & prorsus separata, & sic plura sunt censenda iuramenta, vnum scilicet, pro emptione dicti prædij, & alterum pro venditione dicti census, licet sub vnico tactu corporali fuerint præstita dicta iuramenta, sed huic proximè dicto videtur obstare illa regula, quod vna, & eadem res non potest vno eodemque tempore diuerso iure censeri, & quia casus prædictus videbatur dubius, ob rationes prædictas, propterea fuit dilata resolutio in aliud tempus.

RESOLVT. CCCCX.

De dispensationibus plura.

Dispensatio quando permittatur.

1 *Dispensatio permittitur aliquando pro bono pacis.*
2 *Dispensatio super pluralitate beneficiorum non valet, si non sit facta mentio quod fructus sint percepti.*
3 *Dispensatio requirit causam.*
4 *Dispensatio est odiosa, & in ea semper fit interpretatio vt contineat minus.*
5 *Monachus dispensatus ad beneficium curatum, non est dispensatus ad simplex.*
6 *Dispensatio est de lege iurisdictionis.*
7 *Potest Episcopus ex causa dispensare contra Canones.*
8 *Dispensatio cessat, cessante causa.*

1 Dispensatio permittitur aliquando, quæ alias forte non permitteretur ad euitanda scandala, & pro bono pacis, atque concordiæ Felin. in cap. 2. col. 2. vers. 14. propter scandalum de præscrip. Dec. in c. at si clerici §. de adulterijs col. 5. vers. fallit, & in cap. nouit in 8. not. de Iudic. Staphil. de liter. grat. & iust. sub tit. de reser. in for. breui vers. similiter est iusta causa, Paris. cons. 68. dubium exoritur num. 132. lib. 4. Gomes. in tract. breui num. 24. Rebuff. in praxi benef. super regu. de dispen. in gra. proh. glos. 5. num. 38. M. Mantua cons. 121. num. 64. & copiosè Barb. cons. 1. in fin. per 3. col. lib. 3. vbi cumulat ea quæ pro bono pacis permittuntur.

Dispensatio super pluralitate.

2 Dispensatio super beneficiorum pluralitate non facta mentione quod impetrans illa illicitè detinebat, fructus inde percipiendo, non valet, Abb. in cap. ad aures col. 3. vers. pro hoc etiam dicas de reser. Hostien. in cap. dudum il secondo col. 13. vers. sed caueat sibi de elect. Rebuff. in praxi benefi. in 2. part. signat. tit. de dispensat. cum regu. fact. num. 66. & par. 2. nu. 57. & 78. Gabr. concl. lib. 5. de acquir. poss. concl. 4. n. 8.

Dispensatio super inhabilitate.

3 Dispensatio super inhabilitate requirit iustam causam, alias esset potius dispensatio, cap. ex tenore de temp. ordin. Paul. Castr. cons. 117. vbi dicit quod dispensatio debet fieri aliqua iusta causa subsistente, cap. innouit de elect. alias peccat qui sine iusta causa dispensat, cap. diuersis fallacijs de cleric. coniugat. cap. veniens de filijs presbyter. & alibi idem Castrens. cons. 219. super puncto, si enim fit sine causa dicitur potius dissipatio quam dispensatio, Imol. in cap. vnic. in glos. final. de ætat. & qualitat. vt B. Bernardum referendo dicit Curt. Sen. consil. 19. aggredior num. 6. Socc. Iun. consil. 120. num 28. vol. 2. & ideo requiritur causa, quia per dispensationem vulneratur ius publicum, dicit Put. in dec. Rot. Rom. 3. lib. 2. incip. in vna Rauen. quam causam non præsumi cum sit quid facti, l. in bello §. factę de capt. dicit Menoch. de præsumpt. præsumpt. 20. lib. 2 num. 6. versic. clausula ex certa scientia appositа, & in fin. vers. inhabilis ad dignitatem, & ad materiam dispensationis vide copiosè Cœph. filium inter cons. patr. cons. 684. num. 28.

Dispensationes sunt odiosæ.

Dispensationes sunt odiosæ, & in eis fieri debet stricta interpretatio, c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. c. non potest de præben. cod. lib. c. quod dilectio de consangui. & affinit. nam dispensatio vocatur vulnus, quia per eam ius ipsum vulneratur 23. quæst. 4. c. ipsa pietas, vnde dispensatio circa vnum defectum, non porrigitur ad alium Bar. in l. cum propter vbi hoc not. ex illo tex. de lega. præst. glos. 12. distinct. cap. nos consuetudinem, Ias. cons. 77. num. 8. volum. 1. Natta cons. 163. in casu proposito num. 5. vbi dicit quod dispensationes sunt o-
4 diosæ, etiam si neminem lædant, & in eis fit interpretatio vt contineant id quod est minus, Idem cons. 420. quamuis num. 23. & ad eo sunt stricti iuris vt non fiat extensio ad casum in quo etiam sit maior ratio dispensandi. Idem Nat. cons. 179. viso themate num. 27. cons. 504. non sum nescius num. 4. & 5. vbi refert quod di-
5 spensatio Episcopi Monacho facta ad beneficium curatum, non porrigitur ad simplex vide Cœphalum cons. 235. Petrus num. 16.

Dispen-

Dispensatio de qua lege sit.

6 Dispensatio est de lege iurisdictionis, cap. conquærente, & cap. dilectus de offic.ord. cap. veniens de fil. presb.Rom.cons.325. quoad primum num.12.Dec.copiosè cons.206.pulchrum est num.4.& seq. vbi, copiosè de materia & an extendatur extra territorium, in l. fin.de iurisd.omn.iud. & nota quod cum sit iuris communis relaxatio, restringitur ad locum, & personam, & ita obseruatur, vt per Cassan. in Consuet.Burg.tit. 8.§.16.& cons.13.sentit Alc.in l.1.C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. c.tuæ de cler. non resident. per quem tex. Lan.alleg.57.ad seruandam n.7.dicit quod dispensatio super absentia causa studiorum, non concludit perceptionem fructuum, nisi hoc expresse dicatur, quia est stricte interpretanda,itaut solum expressa contineant, non autem alia, etiam si adsit clausula non obstante, quia gratia non augetur sed solum validat expressa, Ruin.consil.208.n.18.in fi.vers.nec obstat lib.1.Cœph. consil.186. n.23. & si fit circa vnum defectum, non intelligitur fieri circa alium,l.cum propter de lega.prest. Cœphal.cons.235.n.6.& 684.n.45. & 46. hinc est quod si dispensatur cum aliquo vt duas dignitates consequi possit,seu personatus, intelligitur in diuersis Ecclesijs, & non in eadem,communis est Doct. sententia post Ægid.in c.de multa de præb.secundum Abb.ibi num.4. & in consil.53.quod est positum inter cons.Card. & ratio est quia cum materia dispensationis sit odiosa, debemus capere intellectum minus iuri odiosum, tamen extenditur ad ea quæ sunt connexa, & dependentia ab his super quibus emanauit,c.si quis in clero 17.q.1. in gl.iunct.gl.in c.quia in tantum de præb.c. ex litteris in fin.de excess.prælat.Ioan. Andr. in c. cum ex eo de elect.lib.6.

Dispensatio non fit aduersus Canones.

Dispensatio aduersus Canones Conciliorum, & decreta Pontificum licet Episcopis prohibita sit regulariter, glos. cap. cum dilecti de elect. cap. præterea de ætat.& qual.cap.pen.§. fin.iunct.cap.1. de fil. presby. Archid.16.dist.sicut,27.q.1. virgines 66. dist. in summ. in c.1.de consuetudine in 6.& habetur in c.de multa,& c.dilecto c.dilectus,de præb.& in Clem. 1. de elect. tamen vbi concurrit vrgens, & notabilis causa, poterit
7 Episcopus aduersus prædicta dispensare, Rota decis. 152.alias 262.religiosos in nou.& 5.titul. de iur. patr. Rom.multa ad hoc alle.cons.325.n.7.& 8.& ibi Mand. super ver.dispensare,Rebuff.in prax.benefi. sub tit. de dispens.ad plur.beneficia num.31.& Alibi Rom.consil. 492. sed an possit, iunct. addit. ad eum.

Dispensatio cessat cessante causa.

8 Dispensatio cessare debet, cessante causa dispensationis,iux.tritam reg.l.adigere §.quamuis de iure pat. & c.cum cessante de appellat.ita Archid.in c.1. per illum tex.post princ.& ibi Domin.colum.1.versic. quæro an iusta constitutio 55.dist.c. Cænomensem 56. dist. c.Monachus 67. dist. c.vlt. in fi.77.dist.c.quod pro necessitate,& ibi gl.1.q.1.c.eos 1.q.5. c. quod pro remedio,& ibi Card.Alex.c.exigunt 1. q. 7. c. ordinationes vers.quamuis autem 9.q.1.gl. in c. post translationem in vers.cessante de renun.c.quod pro remedio 1.q.7. c. quia circa, & ibi Card. Alex. in 4. notab. de consan.& affi.Archi.in c.Neophilus in fin.61.dist.Bal.in Rubr.de consuet.col.vlt.vers.cessante causa,& in c.pen. ad fin. de elect.

RESOLVT. CCCCXI.

De matrimonio impuberis.

1 *Matrimonium quando contractum est cum impubere, non tenetur pubes expectare.*
2 *Mens vitiat spiritualia, quæ pro substantia requirunt libertatem.*
3 *Quando metus est violens, potest probari per coniecturas.*

FVit contractum matrimonium in terra Baroli in faciem Ecclesiæ per verba de præsenti inter Fræciscum Russum minorem annorum vndecim, & Gratiã Peres annorũ quatuordecim ambos famulos Capitanei Aloisij Lopez Hispani:Ex parte mulieris dicebatur matrimonium esse nullum ex defectu consensus pueri, pubertatis,& ob impotentiam coeundi ad matrimoniũ requisitæ,per tex.in c.continebatur c. attestationes c. vbi non est consensus c.puberes de sponsal.impub. Sanc. de matr.lib.7.de sponsal.tit.de imped.neque ex aspectu, vt ex relatione expertorum malitia supplebat ætatem, & in hoc intrabat arbitriũ Iudicis,Menoch. de arbitr. Iud.cas.58.n.2.& 8.lib.2.Par. cons.29. lib.2. viso puero declarauit esse impotentem, in plena Congregatione fuit dubitatum,an in isto casu intret dispositio c.de illis il primo de sponsal. impub. vbi cauetur quod mulier nubiles annos habens,& nupsit cum puero,qui non dũ ad annos aptos peruenerat,teneatur expectare vsquequo puer ad legitimam ætatem perueniat,quia cum in cum semel consenserit non tenetur amplius cõsentire.

Quod negatiuè resoluendum esse sentio,nam hoc no dicitur propriè matrimonium,sed sponsalia, c.tuæ no-
1 bis exhibitæ de desponsal.impub. in quibus si mulier cõmonita expectare recusauerit,postea iudicialiter recusat non tenetur expectare donec puer compleat perfectam ætatem, vide tex.expressum in cap. ex literis de desponsal.impub.

Nec dicatur hoc non procedere quando impotentia coeundi non est perpetua,sed tẽporalis, videlicet quousque puer perueniat ad ætatem perfectam,quia tunc tenetur expectare per triennium,c. laudabilem de frig. & malef.Sanc.vbi supra q.2.quia ista impotentia,an sit perpetua, vel temporalis, consideratur quando puer tempore contractus erat perfectæ ætatis annorum 14. sed in puero 11.annorum non potest considerari impotentia,neque perpetua,neque temporalis,quia clarum est quod puer illa ætate non facit matrimonium, sed in termino annorum maximè ad habendum verum consensum,vt optimè disputat Ioan. Lupus de Mar. & leg. §.& vt videamus num.64.& 65.

Præterea dicta mulier non tenetur expectare quãdo sibi fuit illata violentia in ipso contractu, vt videtur sentire c. de illis il secondo de desponsal. impub. in fine, quæ violentia ex pluribus coniecturis demonstratur; primo ex eo quod mulier non erat in sua libertate ad arbitrium faciendi,arg.l.qui in Carcerem ff.quod met. caus. Bal. consil. 117. lib. 3. arguitur ex terribili vultu Capit. Aloisij Lopez Hispani, qui id facere voluit, ne idem mulieri salariũ solueret,Bal. in c.4. §. in vera de pac.iur.firm.Dec.in c.1.de off. deleg. arguitur ex inæqualitate personæ mulieris, & viri, ex contradictione statim sequuta per mulierem,Old.cons.35.Anch.cons. 199.Alex.cons.99.lib.3 Aym.Crau.cons.49.per totum.

Applicando casui nostro mulier erat famula Capitanei Aloisij,sub sua potestate contractus,cũ puero pauperrimo famulo ignobili, naturali, sine aliquo exercitio,annor.11. impotenti non solum ad coeundum, sed etiã ad sustinenda onera matrimonialia,& statim quod mulier fuit in sua potestate contradixit,& iudicialiter petijt dictum prætensũ matrimonium declarari nullũ, quia violentia, seu metu probato matrimoniũ est nul-

2 lum, quia metus vitiat spiritualia, quæ pro substantia requirunt plenam libertatem', Boffius in tit. de pluribus violent.num.79.& Cæsar de Gras.dec.2.de his,quę met. caus. fiunt, & sic dicta mulier non tenetur expectare, quia quod ab initio est nullum, temporis interuallo nihil operatur, Abb. in cap. cum olim num. 19. de re iudic. Achil.de Gras.dec.12.num.2.de pens. cap. non firmatur de reg.iur.in 6.Aym.cons.39. num.13.

Vlterius quod dictum matrimonium sit nullum, consideratur ex eo quod fuit variata patria mulieris quæ erat Neapolitana, & fuit dicta de terra Baroli,nec fuit apposita patria viri neque eius ætas, fuit contractus secretò sine consensu & scientia matris, & propinquorum,ex quibus omnibus matrimonium dicitur nullum c. significauit de eo qui duxit in matr. Aym. Cranet. cons.353.nu.1.cum locum de spons. l. si mulier §. fides metu ff. quod metus causa, cap. proposuit de coniug. seruorum,Sanc.de matr.lib.7.de impedim. desponsat.12. nu.8. & 11. vbi dicit de errore patriæ,& qualitate personæ.

Et licet in dicto prætenso matrimonio adfuerint verba solemnia, tamen quando deficit consensus non inducitur matrimonium, c.tua nos de spons. Alex. cons. 80.n.5.li.2.absque enim proposito contrahendi matrimonium non perficitur, c. si quis ingenuus de coniug. seru.c.fi.de eo qui dux in matrim.consil.22. num.9.

Et quod principio in casu isto non interuenerit vere consensus; ostenditur tam in viro quam in muliere; in viro quia non erat in ætate perfecta, in muliere quia statim,& in continenti posita in libertate reclamauit, & dissensit,quæ à principio non videtur consensisse.

Ex quibus omnibus concludo dictam mulierem non teneri expectare,donec dictus puer perueniat ad perfectam ætatem, remittendo me saniori iudicio.

Sed sumus extra difficultatē,quia fuit probatus verus metus per vnum testem de visu,& alium de auditu, qui deponunt vxorem Capit. Aloisij minatam fuisse dictæ Gratiæ, & per vim fecisse dictum matrimonium, quo casu matrimonium dicitur ipso iure nullum,Oldr.cons. 35.Mors. sing.347.Alex.cons.156.lib.5.

Nec obstat c.veniens il secondo de spons.vbi dicitur quod quando metus non cadit in constantem virum, tunc matrimonium non dicitur nullum; quia in præsenti casu,puella erat sola sine consanguineis, sine aliquo auxilio,in aliena patria, & domo, & potuit verisimiliter dubitari cruciatum corporis, vide Mars. sing. 286.Alex.cons.89. lib.3. & cum fateatur dicta puella contraxisse per vim & metum restituitur in integrum, Alex.cons.80.lib.7.Caputaq.dec.221.lib.2.

Nec dicatur quod verus metus non fuit probatus concludenter per vnicum testē de visu, & alterum de auditu, quia quando metus est violentus, potest probari per coniecturas, Paris.cons.134. lib.4. & cons.382. num.12.

RESOLVT. CCCCXII.

Mandans homicidium in persona vnius,an si committatur in persona alterius, incurrat irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario?

1 *Dans operam rei illicitæ,non excusatur ab homicidio inde sequuto.*
2 *Volens occidere vnam personam, si aliam occidat casualiter non excusatur à pœna.*
3 *Mandans occidi vnam,si mandatarius occidat alium,mandans incurrit irregularitatem,sed non illam indispensabilem.*

COntrouertebatur in Curia Episcopali Calatina, an quidam clericus esset beneficijs priuandus ob irregularitatem ex homicidio voluntario contractam, ex quo mandauerat occidi Petrum, & mandatarius putans occidere Petrum, occidit Franciscum, & propterea dubitabatur, si talis clericus mandans censeretur contraxisse irregularitatem ex homicidio voluntario,ita quod carere debeat spe dispensationis,& pro opinione affirmatiua contra clericum dicebatur, in rei veritate fuisse hominem occisum dando operam rei il-
1 licitæ, quo casu non excusatur licet habuerit propositum non occidendi illum,c. petrus, & c. significasti de homicidio iuncto c.ex litteris eodem tit.& negari non potest quin sit verus homicida contraueniendo præcepto,Non occides, item dicebatur certū esse quod proposuerat hominem occidere,quo casu de iure commu-
2 ni punitur pœna legis Corneliæ,l. is qui cum telo C.ad legē Corneliam de Sicarijs, & quod talis homicida sit pœna mortis plectendus,expresse voluit Vasquez controuersiar.illustrium c.96.n. 32. post Bartolum in l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœnis; tandem ad hoc adducebatur tex.satis clarus,& in proprijs terminis in l. eum qui nocentem §. si injuria ff. de pœnis, vbi hoc casu inquit Paulus iure consul.præualere quod principale est, iniuriam mihi facere velle, nam certum sum ego, licet ille putet me alium esse.

3 Cæterum contrarium resolui, huiusmodi homicidiū quamuis sit voluntarium; tamen non esse voluntarium directē,nec omnino deliberatum, seu ex proposito, & consequenter irregularitatem ex eo prouenientem nō esse indispensabilem omnino, & ideo cum talis non careat spe dispensationis adeundum esse Summum Pontificem pro gratia.

RESOLVT. CCCCXIII.

An clericus possit assumi ad officium sæculare?

1 *Opprobrium est clericis si se ostendant peritos disceptationum forensium.*
2 *Clericus non debet assumere ad officium Locumtenentis generalis Principis laici.*
3 *Clericus Syndicus Principis non potest cogi ab ipso ad reddendam rationem.*

CLerici, & personæ Ecclesiasticæ ad officia sæcularia adsumi prohibentur ad tex.in cap.1.2.& 3.ne clerici vel monachi,iuncto tex.in l. consultò C. de test.
1 ratio est quia opprobrium est clericis si peritos se velint disceptationum forensium ostendere, vt probatur in c.præsenti 16.q.1.& in c. sæpe Principi 26. q.8. hinc notatur in c.1.de Milite vassallo,quod non debet miles Christi negotijs sæcularibus se immiscere, ne propter hoc ab altaris obsequio cui sunt dicati abstrahatur, c. Ciprianus,& c.ij qui 23.q.3. vt optime cumulat Bal.in c.1.ne clerici, vel monachi, quæ conclusio maxime intelligenda est de iudicijs rerum temporalium, quibus raro aut nunquam se immiscere debēt Sacerdotes qui Deo seruire tenentur, secundum Decium, & reliquos communiter in c.2.de iudicijs, & Bal. in citato c. 1. ne clerici, vel monachi, imo secundum eundem Bald. in cons.30.non debet Prælatus, siue clericus assumere of-
2 ficium generalis locumtenentis Principis Laici, & secundum Innoc. in c.dilecta de excessibus prælatorum, clerici non sunt de vniuersitate laicorum, neque habēt vocem in consilio populi, sequitur Præpositus in cap. ergo n.3.23.dist. Corsetus lib. de potest. Regia part. 5. num.47.Restaurus de Imperatore q.107. num.3. Cou. pract.q. cap.35. num. 6. subdens valde esse absurdum, & iniquum eos admitti ad officia publica sæcularia; Quibus sic præmissis respondetur ad casum propositū non potuisse quendam Baronem cogere clericum reddere rationē administrationis de officio sindicatus ab eo gesto in vniuersitate eiusdem Baronis,quia vt supra

dixi

dixi dictus clericus non poterat assumi ad illud officiū & consequenter delinquendo in eo, non poterit Bar. in prædictum clericum aliquam pœnam infligere, iuxta tradita communiter perscribentes in c.2. & in c. Sacer-
3 dotibus ne clerici, vel monachi, quam opinionem esse communem, & ab omnibus receptam scripsit Aufrerius de potestate Ecclesiast. & sæculari regula prima fallentia 16. Barbat. in c. cum ab Ecclesiarum de officio ordinarij, Clarius §. fi. q. 36. n. 1. de Franchis in Dec. 479. vbi ait ita fuisse iudicatum in Sacro Cons. Neap.

RESOLVT. CCCCXIV.

Clericus indicatus quod stuprauerit virginem, an possit torqueri attenta vilitate ipsius puellæ stupratæ?

1 *Vbi pœna est pecuniaria non videtur deueniendum esse ad torturam.*
2 *Quando venit imponenda pœna exilij, vel relegationis non est deueniendum ad torturam.*
3 *In materia indifferenti, quando aliquod est dubium de iure Canonico, & reperitur decisum de iure Ciuili, & è contra, seruandum est in vtroque foro.*
4 *Quando venit imponenda pœna pecuniaria, tunc reus est relaxandus fideiussoribus.*

PRætenditur contra quendam clericum primæ tonsuræ commissum simplex stuprum sine vi in personam cuiusdam mulieris vilis conditionis rusticæ, & mercenariæ, quæ accessit ad domum ipsius clerici, & sic eius voluntas præsumitur præcessisse, vt adnotauit Gram. in Const. regni in quæstionibus qui citat Bal. in l. raptores C. de Epis. & clericis, Anch. lib. 2. q. familiar. q. 30. n. 3. dubitatur qua pœna venit puniendus, & si est locus torturæ. Videtur quod pœna est pecuniaria, ex tex. in §. item lex Iulia de adulterijs instit. de publ. indicijs, & sic adnotauit Mattesil. sing. suo 100. Aret. in tractat. malef. in verbo, *che mi hai adulterato la mia donna*, n. 54. & Aug. ibidem n. 54. de Franchis dec. 333. & dec. 534. in in princ. Petr. Gaball. in lib. resol. crim. casu 98. n. 20. & casu 200. n. 25. ac de consuetudine, quæ in pœnis maximè est attēdenda, & de qua infrascripti grauissimi Authores testantur, alia pœna non esset imponenda quam dotationis, Thess. dec. 3. n. 3. vers. 5. est conclusio, & Iulius Clar. in §. stuprum vers. sed quæro circa finem, vbi dicit, quod sic seruatur in pract. Aym. cons. 41. n. 8. Osasch. dec. 107. in fine, si pœna est pecuniaria, neque locus est torturæ, Aym. cons. prædicto in fine, Clar. q. 64. vers. præterea, & Far. de indit. & tortura q. 42. n. 9. & 16. qui dicunt, quod alias sequeretur absurdum, si vbi pœna est pecuniaria inferri posset tortura, nam esset tunc maior perquisitio delicti, quam pœna delicti, & grauius quis puniretur ex modo procedendi, quam ex modo condemnandi, & in proprijs terminis non esse locum tor-
2 turæ expressè tenuit Aym. cons. 41. quinimo si veniret imponenda pœna exilij, vel relegationis ad tempus, adhuc non est locus torturæ, quia dictæ pœnæ non dicuntur corporales, seu corporis afflictiuæ, Rouitus in suis alleg. super pragmatica 2. de iurisd. n. 53. & seq. & non esse locum torturæ vbi veniret pœna imponenda, loco exilij voluit Far. q. 42. nu 9. circa medium de indicijs, & tortura, vbi citat alios de communi attestantes: Adstipulatur, quod in hoc Regno Neap. adsunt c. Regni, & c. tormenta, & c. si iuste, quibus determinatur id quod minime est definitum, & limitatum de iure Canonico, & Ciuili, s. Torturam inferri non posse nisi in criminibus, in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, mortis naturalis, mortis Ciuilis, & abscissionis membri, quæ capitula Regni faciūt ius commune in hoc Regno, vt per Affl. in Const. Regni cum satis n. 16. & per eundem in præludijs d. Const. n. 1. & concludit Ant. Nig. in præludio c. Regni n. 33. vbi dicit, quod hoc est veritas, & magis communis opinio, & idcirco dicitur quod idem est seruandum in eodem hoc Regno in foro Ecclesiastico, ea ratione, quia in materia indifferenti quando aliquid est dubium de iure Canonico, & reperitur decisum de iure Ciuili, vel è contra in vtro-
3 que foro est seruandum, c. 1. & 2. vbi notatur de noui operis nuntiatione, & adnotauit Io. de Platea Instit. de nuptijs n. 7. & 8. Ias. in l. quoties C. de rei vendic. n. 23. & in l. filium quem habentem n. 8. C. familiæ herciscundæ, item propter absurdum euitandum, nam dicunt DD. quod in omnem casum tortura non debet esse ita seuera in clericis sicut in laicis, Clar. q. 63. vers. sed an clerici in fine, vbi testatur de communi, si igitur in hoc Regno in minoribus delictis tortura inferri posset clericis seuerius ageretur cum clericis quam in laicis respectu criminum, in quibus est inferenda tortura, prout dixi in Praxi Curiæ Archiep. Neap. dec. 592. vbi retuli torturā non esse inferendam, nisi in criminibus in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, vt supra iuxta præfata Regni capitula. Et si dicitur quod secundum aliquos in stupro absque violentia pœna est arbitraria, vt per Ioseph. Ludou. dec. Lucens. 61. n. 10. respondetur quod tunc pœna censetur pecuniaria, vel corporalis prout verisimiliter boni viri arbitrio venit arbitranda ex consuetudine, & ex delicti, & personarum qualitate, vt est doctrina Bal. in l. nullus C. de exhib. reis, & sequitur Cirillus de relaxatione Carceratorum sub tit. de fideiussore reorum n. 11. Far. de carceribus, & carceratis q. 33. nu. 54. vbi dicit quod in arbitrarijs si verisimiliter
4 pœna venit arbitranda pecuniaria, & non corporalis; debet tunc reus sub fideiussoribus relaxari, sequitur Menochius, & reprobat Gram. qui indistincte dixit in arbitrijs non esse locum relaxationi sub fideiussoribus, vt ibi per eum, qui, & alios recenset, & voluit idem Niger in c. regni subditorum n. 182. in casu prædicto attenta iuris communis dispositione, attenta consuetudine, de qua vt supra DD. attestantur, attenta qualitate viri, qui est minor, & clericus tantum primæ tonsuræ non solitus similia, vel alia delicta committere, attenta qualitate mulieris vilis conditionis, quæ vt ipsa asserit, accessit ad domum viri, certe secundum boni viri arbitrium pœna non erit corporalis arbitranda, & notandum, quod vt idem Farin. scribit de indit. & tortura q. 37. n. 194. & seq. generaliter in omni materia arbitraria Iudex debet suum arbitrium regulare secundum leges, & Doctrinas Doctorum approbatas, nec debet esse absolutum, & liberum arbitrium.

Id etiam est notandum, an pœna imponenda sit corporalis nec ne, vt videatur, an sit reus sub fideiussoribus relaxandus, vel an sit locus torturæ, & inspicienda est dispositio iuris Ciuilis, vt per eundem Far. de carceribus, & carceratis q. 33. n. 58. & si dicitur quod secundū ius Canonicum pro stupro in clerico pœna est depositionis, secundum communem opinionem, vt per Cirill. de pœna coitus q. 7. & q. 6. per Iulium Clarum in d. §. stuprum ver. sed quæro, quia pœna consideratur vt corporalis de iure Ciuili, & reputatur graue delictū pro quo imponitur, vt subdit idem Far. loco prædicto: Respōdetur quod secundum eundem Cirillum verior est opinio de iure, quod pœna sit suspensionis tantum, quæ exilio ad tempus æquiparatur, non depositionis, vt latè scribit in 6. q. respondendo omnib. quæ pro communi opinione adducuntur, quæ opinio cōtra cōmunē maximè nostris temporib. est tenēda, vt ipse dicit, & facit quod pro adulterio, & minoribus criminibus permissa est Episcopis dispēsatio, siue Indulg. c. at si clerici §. de adulterijs, & ibi per Dec. de iniur. secundo. Resp. quod communis opinio loquitur in clerico Sacerdote, vel in Sacris, non clerico primę tōsurę de quo agitur cum circūstantijs releuantibus vt supra, nam in dignitate positus magis delinquit, vt adnotauit gl. in c. hi qui in altari 12. q. 8. & quod dicta cōmunis opinio loquatur in cle-

ricis in Sacris, late dixit idem Cirillus in 6. q. prædicta n.11. verb. ibi, ex quo nota quod Sacerdos, siue clericus in Sacris, & c.9. & seq. n.1. vbi in effectu concludit, quod clericus in Sacris, &c. non ergo habebit locum dicta pœna depositionis in clerico primæ tonsuræ maximè in casu prædicto concurrentibus circumstantijs, & qualitatibus relevantibus sæpe dictis vt supra, & quod sumus in pœnalibus in quibus non fit extensio, vulgatis iuribus, & quod prima tonsura non vere est ordo, nec imprimitur in ea Caracter, vt ex Diuo Thoma, & alijs Theologis comprobat Franc. dec. 189. Nau. c. 27. in enchirid. de suspensio. n. 63. vnde non potest habere locum depositio vbi nullus est ordo, quia cessat dispositum deficiēte præsupposito, l. mācipia C. de seruis fugitiuis.

RESOLVT. CCCCXV.

Bullæ Cœnæ Domini c. 17. contra vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam, in quibus verificetur.

1 *Iurisdictio Ecclesiastica, & sæcularis sunt distinctæ.*
2 *Iurisdictio Ecclesiastica, & sæcularis debent se inuicem iuuare.*
3 *Vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam sunt ipso iure excommunicati.*
4 *Vsurpare dicitur ille qui sibi vendicat quod ad eum non pertinet.*
5 *Vsurpare dicitur iurisdictionem Ecclesiasticam qui facit sequestrum necessarium, scilicet, iussu Iudicis, secus si sit voluntarium.*

1 CVm distinctę sint iurisdictiones, c. cum ad verum 96. dist. c. duo sunt eadem dist. facit tex. in c. quo iure 8. dist. & cap. conuenit vbi Archidiaconus 23 q. 8. Alex. cons. 8. vol. 1. Felinus in c. 1. nn. 8. de accusationibus, propterea sæcularis potestas nihil aggredi debet contra iurisdictionem Ecclesiasticam, nec è conuerso Episcopus contra iurisdictionem sæcularem, secundum Ægidium in tract. de collectis n. 4. Affl. in proœm. Const. q. 13. in fine, & ex hoc prouenit, vnam iurisdictionem aliam impedire non debere. vt dicit tex. in l. consulta C. de testam. & in l. placet, & l. repetita C. de Episcopis, & cler. alieni namque muneris non est facienda vsurpatio, sed concorditer iuncta officia ministrare, concordia enim grata est Altissimo, c. Archiepiscopis 9. q. 3. qua propter quilibet debet esse contentus terminis sibi constitutis, c. prelatorum 90. dist. c. quoniam 10. dist. & hoc illa ratione, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia, vt dixit tex. in cit. l. repetita, & turbans puniri debet, secundum Bald. in cit. l. & Vantius in tra. de nullitatibus in tit. de defectu iurisdictionis n. 40. & Cumia in Ritu Regni Siciliæ, c. 13 vnde iltæ iurisdictio-
2 nes debent, vna alteram iuuare, c. Dominus 24. q. 2. c. præcipimus, c. Dominus 90. dist. quo fit si vnus alterius iurisdictione indigeat, vnus alteri brachium præstare tenetur, vt latè prosequitur Afflictus in proœmio Constitut. Regni, & propterea vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam, sunt ipso iure excommunicati per hanc Bullam, & notatur etiam in c. si clericus laicum, & in c. cum sit generale, & in c. conquestus, de foro competenti cum alijs notatis per glosam ibidem, Verum secundum Quarant. in summa Bullarij verbo bona Ecclesiæ vsurpantes post Caieta. verbo excommunicatio c. 27. & Nau. in Manuali c. 27. n. 71. & Sayrum in Thesauro casuum conscientiæ c. 21. quinque conditiones in prædicta excommunicatione requiruntur, de quibus videre poteris per supra citatos Doctores: vsurpare
4 vero dicitur ille qui sibi vendicat id quod ad eum non pertinet, gl. in c. multi 2. q. 1. cuius termini significatum quoad præsentem materiam explicat optimè Vgol. in tract. de censur. c. 17. n. 4. & eodem cap. §. 2. & quod vsurpantes iura Ecclesiastica tanquam sacrilegi indicantur est tex. in cap. conquestus de for. compet.

Item pœnam huius excommunicationis effugiet is qui tanquam creditor vt suum recuperet, beneficij fructus capit, prout consuluit Nau. cons. 35. de sent. excom. in antiq.

5 Postremo hanc doctrinam intellige de sequestratione necessaria, quæ fit iussu Iudicis, non autem de voluntaria quando partes inter se conueniunt vt sequestrum fiat, ad quod non est necessarium licentiam postulare, Vgol. proxime cit. in fin. Secundo intellige, vt nō incidat in pœnam huius excommunicationis is qui id faciendum procurauit, quia sumus in dispositione pœnali, & ideo non debet fieri extensio de vno casu ad alium, c. pœnę de pœnit. dist. 1. Nau. consil. 34. de sentent. excom. in antiq.

RESOLVT. CCCCXVI.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ Apostolicę, an possit se intromittere pro adimplemento legatorum piorum, pendente confectione inuentarij?

1 *Non solum legatarij non possunt conuenire hæredem intra tempus conficiendi inuentarium, sed nec etiam creditores hæreditarij.*
2 *Vbi agitur de periculo animæ, possunt conueniri hæredes, etiam pendente tempore confectionis inuentarij.*
3 *Hæres conuentus ad restituendum vsuras, non iuuatur termino confectionis inuentarij.*
4 *Relicta pro anima, non recipiunt moram restitutionis.*
5 *Relictum ad pias causas dicitur omne id propter quod anima testatoris subleuatur, vel anima cuiuscumq. Catholici, seu etiam animatū corpus incarceratū pro maleficio.*

IN casu proposito mihi transmisso respondi regulam generalem esse, quod hæres non potest conueniri intra tempus conficiendi inuentarium, l. fin. §. donec C. de iure delib. quod in tantum est verum quod procedit etiam in malè ablatis, affirmant Cinus, & Alber. in d. §. donec vbi hanc dicunt communem opinionem, quā videtur sequi Greg. in l. 7 tit. 6. n. 6. verb. *mandando algo* vbi tenet quod non solum legatarij non possunt conuenire heredem intra tempus conficiendi inuentarium, imò etiam nec creditores hæreditarij quibus aliquid est debitum ex aliqua causa, & sic si creditores hæredem non possunt conuenire, ergo nec pro male ablatis.

Sed contraria opinio verior est in casibus in quibus agitur de periculo animæ, vt limitat ipse Greg. vbi su-
2 pra, & istam opinionem post Riccard. Cin. & Alb. tenēt Bal. Salic. & Paulus in d. §. donec vbi hanc dicunt communem opinionem, quam sequitur Alex. & Corn. in l. eam quam C. de fideic. vbi Ang. num. 16. in l. 1. §. hæc stipulatio ff. si cui plusquam per l. fal. & Roderic. Suarez in l. post rem iudicatam in prima ampliatione ad l. regni, & sequitur Porcellinus in tract. de inuentar. c. 4. nu. 9. & pro hac opinione facit tex. in l. nulli C. de Episcopis, & Cler. l. tutor, qui repertorium in fi. ff. de administrat. tutor. nec obstat doctrina Greg. supra qui dicit quod d. l. loquatur in creditoribus, quia est falsum, & contra in l. fin. tit. 13. p. 1. & l. 13. tit. 9. p. 7. & contra d. l. text. 7. quæ loquitur in legatarijs ibi; *Mandando algo en su testamento*, per quæ iura est hodie apud nos correctus tex. in d. §. donec vt notat Paz in sua praxi 4. p. 1. t. c. 1. n. 44. & sic sunt intelligēda tradita per Duen. reg. 267. lim. 1. & hanc opinionem contra Gregorium supra tenent Gutt. de iura. confir. 2. p. c. 4. n. 18. potest tamen opinio Greg. sustineri de iure communi, quia eo inspecto non poterat hæres conuenire durante tempore conficiendi inuentarium à creditoribus hæreditarijs ita Sal. Ang. & Ias. in d. §. donec, idē Ang. in l. 1. §. stipulatio si plusquam per leg. Fal. vers. pendente autē dilatione, vbi Imol. col. 4. Ang. de Gābellionibus in tract. de

testo

test.gl.2.num.11.Iaſ.in §.fuerat nu.61.Inſt.de act. Dec. conſ.633.Boer.dec.10.num.9.dec. 53. Duen. ſupra limit.2.Guid.Pap.q.571.Capel.Tholoſ. q.322. Tiraq. in tract.de priuileg.piæ cauſæ priuil. 24. & hanc dicit cõmunem opinionem Viui. in ſuis communibus opinio. verb.excep. quem ſequitur Rol. à Vall. in tract. de inuentar.4.p.q.9. n.3. vbi n.6. ſuſtinet noſtram principa-
3 lem opinionem, & reſoluit quod hæres conuentus ad reſtituendas vſuras per defunctum extortas, non iuuatur termino confectionis inuentarij, quæ opinio ita practicatur, vt docet Vital. in tract. clauſul. verb. nihil nouari inuent.conſ.pend.col.8.& dicit Alber.ſupra eſſe hoc dictum menti tenendum, quia eadem ratio militat in omnibus ad quæ defunctus ex conſcientia tenebatur, & ſic dixit Bal.in d.§. donec, quod relicta pro anima non recipiunt moram reſtitutionis, ita etiam Bal.
4 tenet in l.eam quam C.de fideicom.Rol.in tract. de teſtam.rub.19.n.19. vbi dicit quod relictum ad pias cauſas dicitur omne id propter quod anima teſtatoris ſubleuatur, vel anima cuiuſcumque Catholici, vel etiam animatum corpus incarceratum pro maleficio, l.1.C. communia de leg. Bal. in auth. ſimiliter C. ad l. Falc. Duen.dicta reg.267. num.4. & 397. num.9. in fin.

RESOLVT. CCCCVII.

Num in alienatione rei Eccleſiæ ſufficiat conſenſus præſentium Canonicorum, vel abſentes etiam ſint citandi?

1 *In alienatione rerum Eccleſiæ ſufficit conſenſus præſentium Canonicorum.*
2 *Dicta reſolutio eſt verior, licet aliqui teneant contrarium.*

REſpondi in contingentia facti, communem DD. ſententiam eſſe ſufficere conſenſum præſentium Canonicorum, vt tradit Guid.Pap.dec.160.& Calder.
1 conſ.4.tit.de his quæ fiunt à Prælatis, Rebuff. in compend.alienat.rer.eccleſ.n.77.pro qua opinione eſt gloſ. in c.præſentium verb.ipſorum de teſtib. lib.6. quæ opinio eſt communis, ſecundum Andr. ab Exea in c. cum omnes n.221.de conſtitutionibus,& eſt tex.expreſſus in c.ea enim §.hoc ius porrectum de conſtit.

Sed contrariam opinionem tenet Bal.conſil.375.volum.1. quam ſequitur Innoc. in c.1. de nou.oper.nunc. Abb.in c.cum omnes de conſt.vbi Dec.1. lectur. & hæc
2 opinio eſt communis, ſecundum Barb. ibi col. 11. & ſecundum Andr.ab Exea ibi num.188.Prima tamen opinio eſt verior, & magis communis, vt tradit Corneus conſ.181.vol.2. Rip.lib.2.reſponſorum c.21.

RESOLVT. CCCCXVIII.

Si citatus reſpondit in citatione ſe nolle venire, an ſit amplius citandus.

1 *Contumax in vno articulo non reputatur contumax in reliquis.*
2 *Quando quis ter eſt citandus ad aliquem actum, non poteſt ad alium procedi, ſi citatus prima vice dixit nolle venire, ſed oppoſitum eſt verius.*
3 *Citatio conſtituit in contumacia non venientes.*

SOlet in electionibus contingere, quod aliquis ex citatis ad electionem faciendam reſpondet ſe nolle comparere in loco, & tempore deſignatis, & dubitari ſolet, an ſit expectandus, & iterum citandus, & partem affirmatiuam probat gl.in c.2 de dol.& contum. lib.6. vbi contumax in vno articulo non reputatur cõtumax in reliquis, quia illud verbum, ſe nolle venire, debet intelligi ad primam citationem, c.liceat de procur. lib.6. & eſt tex.in c.venerabilibus §.ſecus de ſent. excom.lib. 6.vbi gl.verb.venditio, quam opinionem tenent Alber. in auth.qui ſemel num.3.C.quomodo,& quando Iudex Ang.in l.peremptorio ff.de iud. Alex. in l. contumacia n.12.ff.de re iud.& hec eſt communis opinio, ſecundùm Fel.in c.conſuluit num.9.de off. Deleg. & ſic qui ter eſt citandus, ſi quando citatur reſpondet quod non vult venire, non ſufficit, vt ad electionem procedatur, quia illud intelligitur ad illam primam citationem, ſecus ad reliquas.

Sed contrariam opinionem, ſcilicet quod ſufficiat illa prima citatio, vt iudicetur extraneus, & ſic quod valeat electio ſine alia requiſitione, tenent gl. in l.tres denunciationes C.quomod.& quand.Iudex gl. in l.in cõſenſu §.fi.ff.de appell.gl.in l.fi.ff.de in integr.reſt. Bart. in l.1.§.vſus ff.de proc.& in tract.de inſignijs, & armis n.22.& hæc eſt communis opinio, ſecundum Rip. in c. 1.n.83.de iud.& Sapia in l.qui ſe patris n.20.ff.vnd.lib. quam opinionem videtur approbare, l.1.tit.7. p.3. vbi ſufficit citatio ad domum, & ratio huius opinionis eſt, quia citatio, non venientes in contumacia conſtituit, & qui non veniunt alienos ſe faciunt, c. cum nobis de elect.Greg.in l.19.tit.5.p.1.gl. pen. Franc. Marc. deciſ. 1048.& 783.& 785.Azeu.in l.2.& 7.tit.4.lib.2.recõp.& in Curia Piſana lib.2.c.2.n.6.vbi dicit abſurdum eſſe in numero eligentium computare illos qui vocati venire noluerunt, gl.in clem.quod circa de elect. Lancell. inſt. de elect. §. per ſcrutinium in gl. volunt quia contumacia in reſpondendo, & non comparendo magis debet nocere, quam prodeſſe, & ita dicit Azeu. ſupra, quod practicatur, quia alias eſſet magna diſcordia, & confuſio, & litium cauſa, & occaſio, nec decidendi, neque definiendi in Conſilijs tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, ita Fel.in c.cum omnes de conſtit.& eſt communis opinio ſecundum Socc. Iun. conſ.45. n.14. vol.1.

RESOLVT. CCCCXIX.

Percutiens Conuerſos presbyterorum ſæcularium in communi viuentium, an ſit excommunicatus?

1 *Diſpoſitio cap. ſi quis ſuadente Diabolo, locum habet in Conuerſis Eccleſiarum ſæcularium.*
2 *Mulieres gregatim viuentes, & Eccleſiæ inſeruientes, gaudent priuilegio Canonis.*
3 *Non inſigniti ordine clericali, ſi gregatim viuunt gaudent priuilegio clericali.*

IN pluribus Italiæ partibus reperiuntur Congregationes Presbyterorum, qui non profitentur ſolemniter tria vota ſubſtantialia Religionis, ſed tantum viuunt congregati ad inſtar Religioſorum, & ſub certo Superiore, in qua quidem Congregatione ſolent ijdem presbyteri adhibere laicos, qui incedentes in habitu clericali eiſdem inſeruiunt; quare fuit dubitatum an percutientes dictos laicos conuerſos incidant in excommunicationem, & ratio dubitandi pro negatiua, ſumebatur in c. ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4. in quo excommunicantur percutientes clericos, ibi, ſi quis ſuadente Diabolo manus violentas in clericos iniecerit; ſed iſti, vt dixi, ſunt merè laici; ergo tales non incidunt in cenſuras d.c. Sed re maturè conſiderata contrarium iudicaui, motus ex infraſcriptis. Primò, ſecundum Aufrer.de poteſt.ſæcular. ad uerſus eccleſiaſticos d.c. ſi quis ſuadente ampliatur procedere etiam
1 in Conuerſis ſæcularium Eccleſiarum, vt ſentit gl. in c. non dubium, & quod ibi communiter notatur deſent.excom.in c.delicta de maior.& obed. Gem. & alij in c. per exemptionem de priu. in 6. quidquid in contrarium tenuerit Sicul.in allegato c.dilecta,& in c.1.de regul. Tum ſecundò, quia ſi prædicti tex.diſpoſitio fuit
2 ampliata ad mulieres ſæculares, quæ gregatim viuunt, & ſeruiunt alicui Eccleſiæ,& geſtãt habitum Religioſorum, vt notatur in c.indẽnitatibus §.porrò de elect.li.6.

& in clem. attendentes de ſtat. monach. & Rot. in dec. 167. in antiq. quantò magis debet extendi ad dictos Conuerſos, in quibus omnia requiſita concurrunt, hinc eſt quod licet Beguinæ dicantur perſonæ ſæculares, tamen cum gregatim viuunt, & deſerunt habitum Religioſorum gaudent priuilegio Eccleſiæ, Rot. in dec. 333. in antiq. & ad hoc confert illud quod ſcriptum reliquit Bellug. ad Spec. Princ. rub. 11. §. videndum num. 6. dum voluit in citata diſpoſitione c. ſi quis
3 ſuadente Diabolo comprehendi omnes etiam nõn inſignitos charactere ordinis clericalis, ſi more Religioſorum viuũt, & deſeruiunt Eccleſiæ, gl. in c. nullus de for. comp. c. Eccleſiarum ſeruos 12. q. 7. & in iactatoribus Religioſorum loquitur text. in cap. omnis ætas 12. q. 2. & de Nouitijs etiam quod ſint laici illos percutientes quod ſint excommunicati, habemus expreſsè in cap. Religioſos §. 1. de ſent. excom. lib. 6. Alb. ſing. 209. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 8. num. 21. Plaz. in epith. delict. cap. 42. num. 42. cap. 24. Gabr. de præſumpt. concl. 12. num. 12. & ſeq. & Maud. in tract. de priuileg. ad inſtar gloſ. 7. num. 36. Tum denique corroboratur iſta ſententia ex eo, quod ſupradicti non ſunt minores oblatis, in quibus vbi conſtat, quod habitum mutauerint, & eorum bona obtulerint Monaſterio, non dubitatur, quin gaudeant vtroque priuilegio, Sicul. in cap. non dubium de ſent. excom. Idem in cap. 2. vbi Marian. Socc. de for. comp. Imol. in cap. per literas de præb. Bal. in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. Eccl. verſ. tertio quæro. Capell. Thol. quæſt. 8. Affl. in Conſtit. ſtatuimus, la ſeconda, in 4. quæſt. latè de hoc Felyn. in cap. in præſentia de probat. Abb. in cap. quoad te de cler. coniugat. Socc. conſ. 61. lit. 1. Firman. in tract. de gabell. fol. 18. num. 55. Barb. in tract. de differ. inter ius Ciuile, & Canonicum, Marian. Socc. integrum edidit tractatum de oblat. & huic diſpoſitioni iuris communis eſt conforme c. Regis Roberti incip. Priuilegia: & ſi oblatus mutauit habitum, & ſtat in Monaſterio, gaudet priuilegio prædicto, iux. doct. Card. in clem. 2. de præb. in 12. quæſt. & ſic cum caſus euenisſet, iudicatum fuit in Collater. Conſ. tempore Illuſt. & Excel. Comitis Oliuares Regni Proregis inter Gubernatores, & Vicereges nemini ſecundi.

Non obſtat tex. in cap. ſi quis ſuadente Diabolo, in quo excommunicantur tantum percutientes clericos, vt ſupra dixi, nam ex Bellug. comprehenduntur omnes geſtantes habitum Religioſorum, & congregati viuentes ſub particulari obedientia Superiorum: ſummatim verò qui vocentur clerici, habetur, per tex. in cap. Cleros, cap. duo ſunt 12. quæſt. 1. at hic clericorum appellatione veniunt conſtituti in alicuius ordinis gradu etiam in prima tonſura, arg. d. cap. Cleros modo iux. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 6. deputati ſint ab Epiſcopo alicuius Eccleſiæ ſeruitio, & ibi ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtantur; ſic etiam comprehenduntur omnes Monachi vtriuſque ſexus profeſſi, imò etiam Nouitij in quacumque Religione approbata, ſiue ſint Choro addicti, ſiue Conuerſi, aut Oblati, cap. Monachi, cap. de Monialibus, cap. cum illorum de ſent. excom. cap. Religioſos §. 1. eod. tit. in ſexto, gloſ. in cap. vt lex. 27. q. 1.

RESOLVT. CCCCXX.

Tribunal Reuerendæ Fabricæ, an habeat ius pro adimplemento legatorum piorum relictorum in quadam ſchedula?

1 *Teſtamentum fauore piæ cauſæ procedit ſicut teſtamentum inter liberos.*

2 *Scriptura priuata fauore piæ cauſæ probat, dummodo conſtet ſcriptam fuiſſe manu teſtatoris.*

3 *Foliaceum repertum inter ſcripturas Notarij mortui ſine ſubſcriptione teſtium, & ſigno, non poteſt redigi in publicam formam.*

CVm multoties accidiſſet prædictus caſus in Reuerend. Fabrica Apoſtolica, operæ pretium exiſtimaui hic de eo aliqua attingere; nam ſi teſtator totam ſuam voluntatem in ſchedula ſcripſerit, nec tamen eam Notarius coram teſtibus publicauerit, hæc diſpoſitio ſeruatur tamquam teſtamentum inter liberos, Bart. in l. ſi ij qui de ſtatut. num. 4. ff. de teſtam. Alex. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto C. de teſtam. Boer. dec. 280. num. 4. verſ. in principio, Alex. conſ. 108. num. 6. lib. 4. conſ. 4. num. 10. lib. 7. Abb. conſ. 48. Io. Anan. conſ. 57. in fin. Corneus conſ. 307. col. 3. lib. 3. Ruyn. conſ. 7. num. 6. lib. 3. Sicul. conſ. 42. col. 4. verſ. facit etiam quod voluit, conſ. 68. col. 7. lib. 4. Socc. Iun. conſ. 24. & conſ. 88. num. 4. lib. 3. & eſt magis communis opinio, vt per Ant. Gabr. qui alios idem tenentes allegat lib. commun. concl. tit. de teſtam. concl. 9. num. 12. & ſeq. vbi hoc declarat, & conſequenter quod dictum eſt fauore liberorum, pro-
1 cedit etiam fauore piæ cauſæ, Aretin. d. l. ſi quis de teſtam. Boer. dec. 240. num. 4. quod ampliatur procedere ſecundum Crauett. poſt Caſtren. ab eo allegatum conſ. 143. num. 6. etiam ſi teſtator non ſcripſerit teſtamentum manu propria, ſed in teſtamento ſolemni ſe referat ad aliquam ſcripturam priuatam non ſolemnem, omnia contenta in illa ſcriptura priuata cenſentur expreſsè diſpoſita in iſto teſtamento.

Et propterea ex ſupradictis reſpondi, dictum te-
2 ſtamentum fuiſſe validum, & conſequenter Reuerendam Fabricam ſe intromittere pro adimplemento prædictorum legatorum, quod limitaui non procedere, vbi conſtaret illam ſcripturam non fuiſſe ſcriptam manu teſtatoris, auth. quod ſine, vbi Bald. C. de teſtam. ita præſupponunt omnes DD. ſupra allegati, & vltra eos hoc voluit Curt. Iun. conſ. 162. num. 5. verſ. & tanto maximè, Menoch. conſ. 42. num. 34. lib. 1. Cœphal. conſ. 410. num. 50. lib. 3. vbi num. 65. ita declarat d. auth. quod ſine C. de teſtam. & l. fi. C. fam. ercis. vt loquitur in ſcriptura manu teſtatoris conſcripta, & propterea quando dicta ſcriptura non foret ſcripta manu ipſius teſtatoris, ſed diceretur ſcripta à Notario mandato teſtatoris, dicta ſcriptura abſque debitis ſolemnitatibus non confecta etiam fauore filiorum non probabit, nec à Notario in publicam formam redigi poterit, maximè cum non fuerit probatum mandato ipſius teſtatoris fuiſſe ſcriptam, Alex. conſ. 153. verſ. nec prædictis obſtat lib. 2. Cæphal. d. conſ. 410. num. 54. vbi num. 3. ex intentione Cagnol. ex l. ſi librarius num. 36. ff. de reg. iur. dicit crebriorem eſſe ſententiam foliaceum repertum inter ſcripturas Notarij mortui, vel in
3 eius filcia ſine ſubſcriptione teſtium, ac ſigno, non poſſe ex commiſſione Iudicis in publicam formam reduci, quod & voluit Alex. conſ. 153. col. 3. verſ. nec prædictis obſtat lib. 2. & Menoch. latè conſ. 42. nu. 18. 19. & 20. lib. 1. & in puncto Ang. conſ. 400. qui conſuluit in fortiori caſu ſcripturam non poſſe redigi in publicam formam à Notario, licet reperta apud eum, & ei diceretur à teſtatore tradita, & Notarius in fine adieciſſet diem, indictionem, annum Domini, deinde dixerit actum, nihilominus ex quo non fuit reperta in prothocollo Notarij, qui ſcripſit non poſſe redigi in publicam formam, quod dictum Ang. intelligo, niſi conſtaret dictam ſcripturam fuiſſe manu Teſtatoris conſcriptam.

Aduertendum eſt tamen, iſtum modum teſtandi eſſe periculoſum, & ab eo eſſe abſtinendum tanquam ab igne, cum ſemper poſſit opponi ſcripturam non eſſe manu teſtatoris conſcriptam, & comparatio literarum vix fieri poteſt ſine magnis periculis, ad quod videatur Menoch. conſ. 42. num. 33. lib. 1.

RE-

RESOLVT. CCCCXXI.

Tribunal Reuer. Fabricæ, an possit se intromittere in testamento ad pias causas nutu facto?

1 *Testamentum nutu factum valet si sit ad pias causas.*
2 *Aliqui dicunt, quod in testamento cæci ad pias causas requiritur solemnitas iuris.*

CVm possit quis ad pias causas nutu testari, gl. in c. cum tibi extra de testam. Aretin. in l. 1. n. 5. ff. de testam. & in l. 2. in fin. ff. eod. vbi hanc communem opinionē esse dicit Tiraq. in tract. de pia causa in 8. priuil. de communi etiam testatur Rimin. in l. iubemus vers. an habeat locum C. de testam.

Contrarium voluerunt multi, quos refert Tiraquell. dicto loco vers. contra tertium, tamen tenendo opinionem illorum qui afferunt valere testamentum nutu fa-
1 ctum ad pias causas, quæ opinio est magis communis, vt dicit Tiraq. in illo loco vers. contrarium in fi. limita eam vt infra.

Primò, nisi testator decesserit in eo statu, qui prima fronte huiusmodi apparet, vt non sit tractandum de fauore animæ.

2 Secundò limita in testamento cæci ad pias causas, quia in eo requiritur solemnitas, l. hac consultissima C. qui testam. fac. poss. Ang. & Corn. in l. iubemus C. de testam.

Ista tamen limitatio communiter reprobatur, vt post alios volut Burs. cons. 45. n. 10. & inclinat Tiraq. d. 8. priuil. in fi. quæ Ego intelligo non existentibus filijs testatoris, vt supra in d. l. hac consultissima.

RESOLVT. CCCCXXII.

Implorantibus beneficium capit. Odoardus, vsque ad quam quantitatem sint præstanda alimenta?

1 *Alimenta non semper sunt vniformiter decernenda, sed sunt taxanda iuxta qualitatem personæ, & rei de qua lis vertitur, arbitrio Iudicis.*
2 *Dominus inops alendus est per vassallos, & Tutor de bonis pupilli.*
3 *Famulo infirmo debentur à Domino alimenta ex charitate*

PEr dispositionem c. Odoard. sancitum fuit clericis debitoribus beneficium, ne pro eorum debitis excommunicentur, vel carcerib. detrudantur, sed tantummodo detur per eos cautio de soluendis debitis, si ad pinguiorem peruenerint fortunam; quare cum fuisset per Curiam Archiepisc. Neap. quidam clericus admissus ad prædictum beneficium, fuerunt pro eius parte petita alimenta habita consideratione suæ nobilitatis; fuit dubitatum an de iure in præstandis alimentis debeat haberi ratio eius nobilitatis, & dicebatur ali-
1 menta non semper vniformiter decernenda, sed iuxta qualitatem personæ, & rei de qua lis vertitur, taxanda Iudicis arbitrio, l. fi. & ibi Bal. C. de ord. cogn. Ægid. dec. 256. in fi. ideoque non eodem tenore taxari solita per Dominos de Rota, qui interdum ea decreuerunt ad summam 60. duc. filio litiganti, licet nondum consta. ret de qualitate bonorum, quæ in iudicio peterentur, interdum autem decreta ad centum cum facultate addendi iuxta formam futuræ probationis reddituum, quandoq; decreta ad certum tempus, & ex causa prorogatum, vt refert Vest. in decis. 31. 144. 226. Affl. decis. 11. ac Boer. decis. 324. col. 2. dicit hæc alimenta litis esse taxanda ad quartam partem reddituum eius rei, de qua agitur.

Ac quoties concurrit æquitas à iure coadiuta, idem officiū Iudicis operetur alimentorum præstationem in quibuscumq; speciebus charitas exposceret, ideoq; alimenta ea ratione implorari possint ab omnibus consāguineis pauperibus, vel infirmis, c. non satis 86. dist. latè Spec. in tit. qui fil. sint legit. n. 25. eodemq; etiam iure vniuersali quo adoptio inducta est ipsi adoptiuo filio, indeq; cautum; vt ex adoptione vniuersalis pater effectus, subire teneatur cuncta onera patris naturalis, l. onera ff. de adopt. idem Spec. n. 19. pariq; charitate alēdæ sunt nurus, & pronurus, si indigeant, vt per Spec. ibi
2 n. 28. Bar. in tract. de alimentis n. 16. Ac dominus inops alendus sit per vassallum ex redditibus tamen sui feudi, Bal. in l. 1. §. scimus n. 4. C. de stat. lib. Zas. de feud. n. 7. Bar. in d. tract. n. 45. nec propterea teneretur ad ea alimenta feudatarij tenuis possessionis ex qua parui fructus colligerentur, Spec. ibi n. 11. & Ioa. And. post eum; ac tutor tenebitur pro facultatibus pupilli eum alere, l. tutor §. tutor qui ff. de susp. tuto. l. 3. ff. vbi pupil. educ. deb. l. 1. C. de alim. pupil. præst. l. sumptus, & ibi Dec. C. de administr. tuto. Spec. qui supra n. 21 & in tit. de tutor. n. 3. quo possit tutor sibi præcauere, ac in primis curare alimenta à pupillo præstanda per Iudicem taxari, l. 1. C. de aliment. pupill. præst. de quo Cuman. cons. 87. vers. circa secundum, qui si fuerit in eo negligens fatigaretur in eorum taxatione facienda Iudicis arbitrio, completa tutela in redditione rationis, eaquè taxata, computabuntur inter cæteros pupillares sumptus ipsi pupillo exhibitos etiam in studio literarum, & d. l. 2. & l. sumptus; quinimò, & si tutor nemo sit, teneretur consanguineus etiam inuitus curam suscipere pupilli alendi, l. 1. §. quouis ff. vbi pupil. educ. deb. ipseq; tutor etiam ex bonis pupillarib. esset interdum alendus, l. à tutoribus §. fi. ff. de admin. tut. l. 1. §. si pupillus ff. de tutel. & ration. distrah. Bar. in tract. de alim. n. 51. & Episcopus proprias oues famelicas pascere teneatur, c. pasce 86. c. 1. 82. dist. Bertac. in tract. de Episc. 4. par. lib. 4. num. 2. vrgenteq; inopia alendus est Doctor a scholaribus qui funguntur vice filiorum, Innoc. in c. de illa de magistris, & hoc pro singulari nota per Rom. in eius sing. 138. & per Pet. in tract. de priuileg. Doct. 4. par. q. 20. Rebuff. de priuileg. scholar. 66. n. 1. & famulo
3 infirmo debeantur per Dominum alimenta non excessiua, nec ratione famulatus, verum dictante charitate, in l. in rebus §. possunt ff. commod. Bar. in l. si cum dotē §. seu autem num. 8 ff. sol. matr. Abb. in c. 1. n. 8. de seru. ægrot. posset insuper induci ex legitima consuetudine, vt ad alendum prædicatorem propriæ Parochiæ, aut alterius proximioris, Ecclesiæ vicinæ tenerentur, sed consuetudo de aliquo certo præstando eidem prædicatori vltra alimenta tanquam improba reiiceretur, ac simoniam saperet, Specul. qui fil. sint legit. num. 25. latè Rip. in tract. de legib. c. 14. in fi. alendi sunt insuper inopes qui ob propriam tutelam confugiunt ad Ecclesias, iuxt. tit. de his qui ad Ecclesiam confugiunt, idq; sumptibus eiusdem Ecclesiæ, l. præsenti §. adiicientes in fi. C. eod. tit. ad hoc not. per gl. in c. definiuit 17. q. 4. & per Bart. in §. sed neq; num. 7. in aut. de mand. Princ. possent & alimenta implorare confugientes ad beneficium cap. Odoardus, decernenda regulariter ad summam 24. ducat. nisi aliud personæ qualitas exposceret: vt per Cassador. de appell. dec. 6. num. 6. esset æquè alendus furiosus ex fructibus hæreditatis sibi delatæ, si aliunde non haberet, in quo furore si decesserit reliquum esset restituendum, l. hæres furiosi ff. de peti. hæred. Parisi. cons. 99. lib 2. quod porrectum fuit per Dominos de Rota ad beneficium ex regressu ei delatum, qui furiosus euaserit in causa Dolien. regno regressus.

RE-

RESOLVT. CCCCXXIII.

An Ecclesia habeat priuilegium, vt possit agere contra tertios possessores, non discusso principali debitore?

1 *Fauore Ecclesiarum recedendum est à regulis iuris communis.*
2 *Vicini coguntur dare viam ad Ecclesiam.*
3 *Pro ampliatione Monasterij, vel Ecclesiæ, cogitur vicinus vendere.*
4 *Debitor Fisci, pendente dilatione ad soluendum, potest fauore Fisci compelli ad soluendum.*

ADmodum Illustr. ac Reuer. Episcopus N.me consuluit, si ipsemet potuisset nomine suæ Ecclesiæ agere contra tertios possessores pro credito dictæ Ecclesiæ, non discusso principali debitore. Et prima facie videbatur negandum ex eo, quia Ecclesia ipsa nisi cõtrarium appareat iure communi vtitur, gl. in cap. peruenit de censib. argum. tex. in c. 1 de alien. feud. & post Salyc. in l. cum de in rem verso ff. de vsur. Cassan. in Consuet. Burgun. rub. 11. §. 2. in princ. n. 20. & propterea ex his inferebat Artam. cons. 23. Ecclesiam non esse regulariter priuilegiatam nisi in casibus à iure expressis, quemadmodum dicimus de muliere, & rustico, arg. tex. in l. quamuis, & l. nec passim C. de iur. & fact. ignor. & de Fisco qui æquipollet Ecclesiæ non intelligatur priuilegiatus nisi in supradictis casibus, loquitur gl. expressa in c. auditis de in integr. rest. & Borell. in consil. 25. vol. 1. dicens ex supradicta ratione Ecclesiam vti non posse iure retractus, & de iure communi indubitatum est non posse quem fideiussorem conuenire non discusso principali, authent. præsente C. de fideiuss. auth. sed hodie de act. & oblig. latè Assl. dec. 318. & Capell. Thol. dec. 23. vnde tertius possessor potest se tueri exceptione excussionis contra quemcumque creditorem, secundum Bart. in l. decem num. 116. ff. de verb. oblig. Roland. cons. 6. n. 45. Osasch. decis. 2. num. fin. Guid. Pap. decis. 94. & in dec. 570. n. 6. Franc. Marc. decis. 140. num. 4 & seq. Addebatur supradictis tex. in cap. per tuas de donation. vbi dicitur Ecclesiam non debere in actibus suis vti prærogatiua contra ius tertij, nec fraudem aliquam adhibere, quia cum sit cultrix Iustitiæ, cap. Ecclesiæ 23. dist. & Caroc. dec. 18. ideo debet vti iure communi, eiusque regulas obseruare, argum. text. in cap. clerici de iudic. & cap. 1. de oper. nou. nunc. & consequenter non molestare tertios possessores nondum discussis principalibus debitoribus.

Cæterum supradictis minime obstantibus contrariũ
1 resoluendo censui, etenim Religionis, & Ecclesiarum fauore multa fieri videmus, de quibus Bart. in leg. Titia ff. de aur. & argent. leg. & esse recedendum à regulis iuris communis ipsarum fauore, testatur idem Bart. in l. 1. num. 28. C. de sacrosc. Eccl. post Bald. in l. id quod pauperibus num. 5. & seq. C. de Epis. & Cler. & Rom. in auth. similiter C ad leg. Falc. & l. si vir o §. solut. matrim. quibus addo tex. in l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. funer. vbi I.C. dicit in iure esse respondendum
2 pro Ecclesia in dubio. Cuius etiam fauore coguntur vicini dare viam ad Ecclesiam, l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer. gl. in l. per agrum ff. de seruitut. Bar. in l. 2. sub n. 12. ff. sol. matr. vnde si construenda est Ecclesia, Monasterium, aliaque religiosa loca, vel con-
3 structa ampliari, vicini, & cohærentes compelluntur vendere, Gulliel. de Cun. Florian. & Asin. in d. l. si quis sepulchrum, idem Florian. in l. 2. ff. eodem titulo, hoc etiam voluit Barth. Socc. in reg. 435 num. 7. & 8. & ita pro ampliando mulierum Monasterio censuit S.C. vt per Gram. dec. 75. pulchra augumentatione vtitur Ioa. Bapt. Asin. vbi supra num. 5. & seq. si ob Rempublicam cogitur quis vendere, l. creditur §. si constat ff cõmun. præd. l. diuortio §. si in fundo ff. solut. matr. quantò magis pro loco Religioso, & Ecclesiæ, quorum fauor Reipublicæ fauori præfertur. l. fi. C. de sacrosc. eccl. Accedat vlterius dec. Iaffr. 418. vbi debitor Fisci potest fauore compelli ad soluendum pendente dilatione sibi competente per casum singularem, secundum Roman. in l. 1. C. de condit. ex lege, tenet Nicol. in l. 2. ff. de re iud. vnde si hoc reperitur limitatum in Fisco, quantò magis debet limitari in Ecclesia, quæ est Fisco priuilegiatior; argum. eorum quæ refert Vrsill. in decis. 56. & ex his patet responsio supradicta.

RESOLVT. CCCCXXIV.

Exequutor Apostolicus an teneatur mittere citato originalem commissionem?

1 *Non præsumitur pro iurisdictione delegata cum sit odiosa.*
2 *Sufficit quod in citatione Delegati inseratur tenor delegationis, nec est necessaria transmissio originalis.*
3 *Reus comparens coram Delegato, potest exigere rescriptum originale.*
4 *Transmissio copiæ sufficit ad comparendum, sed non quoad respondendum.*
5 *Ordinarius non tenetur docere de sua iurisdictione, sed potest mandare Nuncio, vt verbo absque scriptis citet.*

FVit commissa causa decimarum Sede Apostolica Vicario Auersano, & cum per eundem Vicarium fuisset citata pars cum insertione tenoris commissionis; fuit dubitatũ an dictus Exequutor teneatur mittere citato originalem commissionem: In quo articulo variarunt Interpretes, pleriſq; volentib. Delegatum ad id teneri, per text. in auth. qui semel verb. aduersario cognitis C quomod. & quand. Iudex, c. præterea in princ. de rescript. & c. prudẽtiã de off. Deleg. & ratio est, quia nõ
1 præsumitur pro iurisdictione delegata cũ sit odiosa, c. cum in iure perici, & ibi gl. & DD. ff. de off. Deleg. cum enim Delegatus non habet iurisdictionẽ naturalẽ, aut fundatã à iure communi sicut Ordinarius, l. more ff. de iurisd. omn. iud. sed solum ex accidenti, ideo citatus nõ tenetur credere nisi ei fides de hoc fiat: verum communior est opinio sufficere, si tenor delegationis inseratur
3 citationi, per tex. in c. 2. ibi DD. de dilation. & DD. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, & c. cũ in iure, ibi Innoc. n. 4. Panorm. & Fel. similiter de off. Deleg. & Bart. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit, & quia nõnulli requirunt ipsius originalis exhibitionẽ, horũ opinio vera est
3 in procedendo, quod scilicet reus comparens corã Delegato possit exigere rescriptum originale, vt plenã fidem habeat de iurisdictione Delegati priusquã respondeat, & hoc est, quod Archidiaconus scribit in c. si Episcopus 3. q. 2. transmissionẽ copiæ sufficere quoad cõ-
4 parendum, sed non quoad respondendum, quæ opinio communiter approbatur, quam etiam sequuti quando, que sunt Domini in causa appellationis, & quamuis sõlũ Panor. distinguat in d. c. 2. an de grauissimo, vel graui, vel eius præiudicio agatur, tamẽ nõ loquitur de citatione, sed nõ quod sit obnoxius respondere vocatus, nisi sibi facta sit plena fides de commissione, & ipsum etiam loqui de comparendo, tamen est vnicus, & communis opinio ab eo discedit; cui etiã consuetudo & optima legum interpres suffragatur: Cæterum Ordinarius ad hoc non tenetur, sed sufficit si mandet Nuncio, vt aliquem citet solo verbo, absque literis, per text. in c. cum dilectus ibi. viua vox, de dolo, & contumacia, Spec. in tit. de citat. §. sequitur vers. vtrum, ratio est, quia pro ordinaria iurisdictione semper præsumitur, secus pro delegata, iux. Panorm. in d. c. cum in iure col. pen. de off. Deleg. & hæc per Mising. centur. 3. obseru. 1.

RE-

RESOLVT. CCCCXXV.

Exequutori Apostolico, an credatur de commissione Apostolica sibi facta, si per partem opponitur de nullitate sententiæ ex defectu Iurisdictionis?

1 *Standum est dicto Iudicis dicentis se vidisse processum, & causæ cognitionem adhibuisse.*
2 *Iudex potest testificari de actibus ordinatorijs.*

SVpponebatur in facto fuisse cõmissam à Sede Apostolica quandam causam decimarum cuidam Vicario, & cum non appareret de commissione nisi per assertionem eiusdem Vicarij asserentis in sententia se auctoritate Apostolica processisse, cumq; per partem aduersam opponeretur de nullitate sententiæ ex defectu commissionis; fuit dubitatum an esset standum dictæ assertioni Vicarij, & prima facie videbatur quod non, ex eo quod Iudicis assertioni non creditur in quocumq; casu, ad tex. in c. cum à nobis de testib. & in c. post cessionem de prob. & tex. in l. eos si bene aduertatur C. de appell. Menoc. de arbitr. iud. cas. 187. num. 31. Mascar. concl. 951. num. 2. vbi num. 10. post multos relatos subdit, quod non creditur Iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem in decreto, vel detulisse iuramentum suppletorium, aut dedisse Tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem præ timore armorum, & in puncto quod non credatur Iudici in eo redargueret eius sententiam nullam, seu inualidam esse, dixit Butr. in cap. cum à nobis num. 10. col. 4. vers. secundus quando proceditur, & ibid. Fely. n. 8. vers. item procedit conclusio de testibus, Aufrer. de reprob. test. post num. 11. verb. arbiter vers. procederet etiam ista conclusio, Crauett. cons. 265. per tot. Menoch. de arb. iud. quæst. 73. num. 8. Mascar. concl. 124. num. 9. Hector Æmil. de testib. verb. arbiter num. 15. Farinac. de oppos. cont. person. test. q. 60. nu. 108. & eo magis in casu isto.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit resolutum; nam standum est Iudici aliquid
1 asserenti præsertim si dicat vidisse processum, & causæ cognitionem adhibuisse, ex ipsius decis. quia si creditur nobili viro, & bono, vt dixit glos. in l. Titio fundum ff. de cond. & demonstr. multò magis debet credi Iudici qui est vir bonus qui maximam habet præsumptionem pro se, l. 2. ff. de off. Iud.. Alcia. de præsumpt. regul. 3. præs. 9. Menoch. de arb. iud. q. 76. num. 3. cum simil. adduct. per Mascard. concl. 951. num. 1. & quod credatur Iudici de his quæ coram eo gesta sunt, tradit Gram. cons. 130. num. 6. in ciuil. imò & quod causæ cognitionem adhibuerit in decreto, dixit Ias. in l. si donatione col. antepenu. circa med. & ibi Dec. nu. 69. C. de collat. Bart. in l. ambitio. ff. de decret. ab ordin. facien. quem refert Alex. cons. 34. ante fin. lib. 5. Socc. cons. 115. incip. circa primam quæstionem in 1. dub. lib. 3. vbi dicit hanc esse communem opinionem, Crauet. de antiq. tempor. par. 2. num. 14. Cæphal. cons. 185. num. 15. lib. 2. & fuit à simili illud quod Iudex potest testificari de actibus ordinatorijs, secundum Crauet. in cons. 365. & plenissimè in cons. 48. Menoc. de arbitrat. iudic. quæst. 73. & maximè in casu isto debet credi Exequutoris assertioni cum concurrerent nonnulla alia adminicula, vt dixerunt Ancha. in cons. 439. Crauet. in locis præallegatis num. 22. cum alijs adductis per Mascard. in d. concl. 951. num. 11. & in specie respondet Dec. respons. 18. num. 202. vol. 1.

RESOLVT. CCCCXXVI.

De ratione Bullæ Clementis Octaui de nullitatibus non attendendis.

1 *Iudex est basis, & fundamentum iudicij.*
2 *Actum nullum ex defectu iurisdictionis Iudex potest reuocare etiam non citata parte.*
3 *Omnes dignitates à Papa, & Imperatore proueniunt.*
4 *Iurisdictio ordinaria præsumitur nisi constet per scripturam.*

SAnctissimus Clemens VIII. per hanc Bullam sanciuit, vt Iudices reiectis omnibus nullitatibus ad litium expeditionem deueniant exceptis nullitatibus ex defectu iurisdictionis, citationis, aut mandati: cuius Bullæ ratio vt mihi persuadeor videtur esse illa, quia defectus iurisdictionis maximus est, vtpotè ab ipsa causa efficiente prouenies, Iudex namque (vt dixi-
1 mus) potissima pars, & basis, ac fundamentum iudicij, Duxque & Imperator Iudicii vocatur, vt per Bal. in rub. C. si à non competente Iudice, vnde iudicatum dici non potest ab eo qui ius dicendi non habuit, l. 1. ff. ad Tertull. l. 1. §. hęc autem verba ff. quod quisque suis, l. 2. in fin. ff. de pœn. & nullitas huiusmodi statuto, vel sub alia dispositione nullitates reijciente non comprehenduntur, vt sentit glos. fin. in clem. vnica de sequestr. possess. & fruct. & ponit Ang. in l. non erit §. dato ff. de iur. iur. Felyn. in cap. ex parte, el secondo, in 7. fallen. de off. Deleg. & in rubr. de for. comp. vers. tertium fundamentum, & in cap. pastoralis vers. amplia etiam de except. & illa glos. in hoc est magis communiter approbata, vt inquit Alex. in cons. 79. in causa, & lite &c. in fi. lib. 7.

Et si nullitas ista ex actis euidens sit, Iudex eam
2 etiam absente parte, & non vocata reuocare potest, secundum glos. fin. prout ibi declarat Domin. in cap. tea per illum text. de offic. Vicar. & ponit Abb. in cap. causam in 3. notab. de rescrip. & Ægid. concl. 207. Auditor circa fin. & Felyn. in cap. cum olim col. 7. de re iud.

Consuenit etiam reputari irreparabilis, & insanabilis defectus, secundum Modern. in tract. de liter. grat. & iustit. fol. 145. & D. Sarnen. in comp. super reg. de non iud. &c. fol. 185. prima facie, & propterea ab ea valdè præcauendum erit.

Et quamuis nullitas ob defectum potestatis iudicantis ex variis possit causis dependere, ideoque in genere diuidi facile non possit, vt inquit in simili Iurisconsultus in l. cognitionum numerus in prin. ff. de var. & extr. ord. cogn. Omnes etenim articuli ob veritatem, & casuum multiplicitatem sigillatim recenseri non possunt, l. neque leges, l. non possunt ff. de legib. l. sed & si ver. multi enim casus ff. ex quibus causis maiores, quoniam omnium habere memoriam potius diuinitatis, quam humanitatis est, l. 2. §. si quis autem C. de veter. iur. enucl. l. peregrè in princ. ff. de acquiren. poss. aliqua tamen magis regularia, & vsu quotidiana pro aliquali iuuentum exercitatione, eo quo poterimus ordine ponemus.

Dico igitur in primis, quod processus, & sententiæ ex defectu isto impugnari consueuerunt, ex eo, quod nullibi de potestate iudicantis apparet. Secundo, si apparuerit, & ius dicens fuerit ordinarius, sæpenumero gesta illius impugnantur sub prætextu quod fuerit Iudex incompetens ratione causæ, aut ipsorum litigatorum, vel loci, seu temporis, aut culpa eiusdem qui ius dixit, vel ex defectu ipsiusmet iurisdictionis; sed si fuerit Iudex delegatus, potestas, & iurisdictio sua reprobari (vt plurimum) consueuit ratione delegantis, delegati, causæ litigatorum, loci temporis, ac for-

mæ

mæ ipsius delegationis, de quibus alioquin per ordinem dicendum est.

Siue ergo is qui ius dixit processerit, vt ordinarius, siue vt delegatus ante omnia de potestate qua in iudicando vsus est quæri & dubitari solet, quia naturaliter omnis iurisdictio, & publica potestas, pœnes Papam, & Cæsarem dumtaxat residet, ipsi namq; sunt veluti fontes à quibus potestas in homines fluit, & ab ipsis refluit, prout flumina ad mare; ab eis namque per rescripta, & concessiones fluit, & ad eosdem per appellationes, nullitates, & querelas eadem iurisdictio refluit, vt inquit Bal. in c. vnico §. ad hæc col. 2. vers. nota hic quod omnis, &c. col. 1. vers. ex præmissis ergo de pac. iur. firm. in vsib. feud. & ponit Alex. cons. 24. ponderatis in princ. lib. 5. & facit text. in c. 1. 22. dist. & quod ponit idem
3 Bal. per illum tex. in c. 1. in princ. in tit. quis dicatur Dux &c. vbi dicit quod omnes dignitates tam spirituales, quam temporales ab Ipso Papa, & Imperatore respectiue proueniunt, & ponit Dec. cons. 557. in casu in princ. lib. 4. Iudicare igitur publicum munus est, l. quippe ff. de iud. & l. fi. §. iudi. ff. de var. cogn. Habere autem publicum, vel priuatum munus, aut officium, nemo præsumitur, vt inquit Bal. in l. 1. post. prin. C. de reb. alien. non alien. & in l. 1. colum. 3. in 6. q. C. de test. ord. quia sunt facti, & in facto consistunt, l. eos §. fi. ff. de curat. fur. l. in libero §. factæ ff. de captiuis, & post lim. reuersis, cum alijs de quibus ad propositum (loquens de mandato non præsumendo) per Dec. cons. 437. quærit col. 1. lib. 4. & cons. 672. quæritur n. 3. lib. 5 propterea dicebat idem Bald. quod iurisdictio etiam ordinaria numquam præsumitur, neque censetur collata nisi appareat publica scriptura, vt per eum in l. prohibitum col. 3. vers. 3. C. de iur. fis. cuius dictum pro notab. refert, & sequitur Ias. in l. more maiorum col. 8. vers. item aduerte ff. de iurisd. omn. iud. & idem voluit Bal. in d. c. vnico §. ad hæc verba quæro numquid possit probari, de pace iur. firma. & sentit Alexand. in cons. 107. videretur in princ. iuncto vers. ad allegata lib. 7. declarat Pari. de Put. in tract. de sind. in §. an officialis per tot. & vers. successor in officio. Nullus igitur præsumendus est Iudex, inquit Bald in l. 2. col. 12. vers. sed his obijcitur C. de seruit. & aqu. quoniam iurisdictio est qualitas quædam accidentalis quæ naturaliter homini non ineſt, sed ita competit vni, vt non alteri, propterea necessario probanda est iuxt. DD. gl. in verb. scientiæ in c. si forte de elect. in sexto, ponit Abb. in c. postquam col. fi. de elect. & Dec. cons. 522. in causa col. fi. lib. 4.

Creatio itaq; Iudicum, & Magistratuum hodie ad curam Principis spectat, l. 1. in princ. ff. ad l. Iul. de ambitu, c. Iudicib. 2. q. 6. ibi ordinarij Iudices sunt qui ab Apostolico, vt sunt ecclesiastici, & ab Imperatore, vt seculares legitimam potestatem accipiunt, latius ponit decis. Neap. vt per Capy. dec. 130. primum num. 26. cum seq.

Ideoq; vterque ipsorum (saltem à principio) literas illorum potestatis, & collationis, seu inuestituræ ostendere debet, vt de ecclesiasticis extat extrauag. quæ incip. iniunctæ sub. tit. de elect. & de secularibus facit tex. in cap. 1. quis dicatur Dux Marchio in vsib. feud. & c. fundamenta vers. Marchio, vbi gl. in verb. literas de elect. in sexto.

Et de iudice delegato nulli est dubium, quin fidem de potestate sua facere debeat, asserenti enim cum mandatis Principis venisse; credendum non est, nisi hoc scripti probauerit, prout nec dicenti se delegatum Sedis Apostolicæ nisi de mandato Apostolico fide doceat oculata, vt probantur ista in l. vnica C. de mand. Princ. c. fi. 97. dist. c. cum in iure peritus, vbi Innocen. & latissimè Scribent. de off. Deleg. §. eos autem in auth. de colla. & ibi Bar. & idem in l. legatio, ff. de legatio. & habentur formaliter in dicta extrauag. iniunctæ, & ponit Alex, cons. 6. ponderatis col. 2. in princ. lib. 4. & Dec. in cons. 214. diuino col. 2. vers. ad tertium lib. 3. Guid. Pap. q. 322. non creditur.

Quamuis si is qui iudicauit esset magnus officialis, ac in præcipua dignitate puta Cardinalatus cõstitutus sibi ob præeminentiam dignitatis circa iurisdictionem suam crederetur, d. c. fi. 17. dist. quem text. ita declarat Rot. decis. 714. Nota quod non creditur assertioni, & facit alia dec. 176. not. quod legatus in antiqu. & text. in c. Romana 91. dist. tenet Innoc. in c. olim de priuil. fe. quitur Lanfr. in c. quoniam contra in §. testium depositiones vers. vlterius dubitatur num. 75. de probat. tenet Alex. cons. 92. perspectis col. 2. in fi. lib. 6. vbi asserit quod curia ita seruat, & vide Ang. in cons. 182. mandatum Principis, Corn. cons. 155. quamquam in fin. l. 1. & latè ponit Iaso. in l. admonendi in 2. lect. n. 189. vers. limita, & si Papa de iur. iur. Thom. Grammat. dec. 36. Solon. col. 6. n. 27.

In reliquis autem præter iurisdictionẽ quoad tertij præiudicium etiam si Cardinalis esset, non crederetur, vt voluit gl. in c. sicut in fin. in vers. alio modo de sentẽ. excommun. quam sequitur Panorm. & Fel. in c. ad eminentiam vers. limitationes eo. tit. & idem Abb. in c. cum à nobis in princ. ibi, not. pulchrum, quod excepto Papa nemini creditur in præiudicium tertij de test. idem sentit Ægid. concl. 628. cum seq. & 183. Assert. & dec. 636. suppositio in fi. saluo Rom. Cur. stylo, de quo per eumdẽ in d. dec. 628. & per Alex. in loco de quo supra, Aymon. cons. 104. in causa col. 1.

Debet itaque in primis de iudicantis iurisdictione constare, alias si quis cum non esset Iudex aliquem in iudicio capitali, vel actione famosa condemnasset, prout si priuatum interfecisset, vel diffamasset plectendus esset vt voluit Bald. in l. 1. col. 5. vers. caueat tamen Iudex, C. si à non competen. Iud. & in terminis ponit Ægid. concl. 166. si ille, vltra quod si dolo malo fecisset, etiam pœnam criminis læsæ Maiestatis, vti iurisdictionem Principis vsurpans incurreret, l. 3. in fi. ff. ad leg. Iul. Maiest. & tenet Bar. in l. omnes populi 8. q. pen. princip. quæst. de iust. & iur. & Bald. in l. data opera col. 3. C. qui accus. non poss. declarat Capyc. d. dec. 130. in 3. dub.

Idcirco terrarum, & prouinciarum Præsides, & Rectores, tempore quo prima vice Prouincias ingrediuntur, & magistratus, faciunt Prouincialibus literas potestatis eorum in locis publicis, & consuetis publicare, vt inquit Spec. in tit. de lege §. supereſt vers. propter hoc Apostolicæ Sedis Legatum, & Io. And. §. fi. col. 7. verb. liquet eo tit. & per Bar. in l. probatio C. de diuers. offic. li. 12. & l. prohibitum C. de iu. fis. & §. eos in auth. de collat.

Postquam verò potestas huiusmodi ordinaria fuerit semel publicè notificata tanquam in eadem Curia, seu Prouincia, vlterius eam probare non oportebit cum omnibus sit nota, & manifesta, ita intelligitur Bal. in l. 1. in fi. C. qui aduers. quos & in l. ea quidem col. 3. vers. notorium verò facti C. de accus. & l. 2. col. 11. C. de fer. & aqu. & in l. si quis per calumniam vers. deinde quæro C. de episc. & cler. dum vult quod non sit opus de iurisdictione ordinaria fidem facere, & idem tenet Bar. in l. 2. circa fin. repet. ff. si quis in ius voc. non erit, alleg. tex. in l. sed & si §. præscribere ff. de iust. & iur. & Guid. Pap. q. 259. si in ciuitate in princ.

RESOLVT. CCCCXXVII.

Principes Regni Neapolitani, an includantur in dispositione text. in clem. vnica de Baptismo.

1 *Principes Regni Neap. Duces, Marchiones, & Comites, comprehenduntur in dispositione clem. vnicæ de Baptismo.*

2 *Titulati Regni Neap. sunt Principes supremi in eorum titulis, & omnia possunt quæ Imperator in toto Orbe facere*

cere potest.

3 *Rex inuestiens vassallum de mero,& misto imperio,priuat se iurisdictione,& emolumentis.*

4 *Titulati Regni Neap.sunt inuestiti à Rege qui est Monarcha in Regno, & recognitio inuestientis non tollit dignitatẽ.*

TEx.in cle.vnica de Baptis.disponit quod nullus debet baptizare filios domi, sed dũtaxat in Ecclesijs in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, nisi necessitas vrgeat,propter quam nequeant ad Ecclesias absq; periculo deferri,vel nisi sint filij Regum,vel Principum; quare maxima fuit orta controuersia, si verba huius Clementinæ comprehenderent quoq;filios Principum, seu Titulatorum Regni Neap. ita vt valeant baptizari in eorum domibus priuatis; & prima facie videbatur dicendum quod non, ex quo verba dirigũtur ad magnos Principes, qui secundum Bal. in cons. 123.vol.1. intelligendi sunt de maioribus Principibus qui Regibus æquiparantur, secundum Rodulf.in tract. de orig. Ducum Italiæ n.295.& propterea Vitalin.n. 43. dixit tex. in d. clem. intelligendum esse de magnis Dominis, subdens quod non comprehenditur Dux Venet.& Ianuens.sed Duces Regales puta,Comes Sabaudiæ,Flandriæ,& similes, adeo quod secũdum Paset. in cons.12.sub dicta dispositione non continetur Marchio Montis Ferrati, licet bene Marchio Brandeburgensis, sequitur Alciat. in tract.de fin. certam.c.32.n.5.

Cæterum supradictis minime suffragantibus contrarium consultus respondi,motus ex dictis Abb.Panor.in d.clem.vnica n.6. de Baptis. vbi voluit à dicta dispositione non esse excludendos Duces,Marchiones,& Comites,qui iure merito possunt Principibus æquiparari, & istos explicat in Principe Achaiæ,Salerni, & Tarenti,qui Principes fuerunt Neapol. igitur dicta dispositio comprehendit quoq; Titulatos huius Regni, quod euidenter probatur etiam quia ipsi titulati tanquam per-
2 petuo inuestiti censendi sunt supremi Principes in eorum titulis,& omnia possunt quæ potest Imperator in toto Orbe, Curt. Sen.cons.49.n.5. & in specie de Marchione Montis Ferrati loquitur Natt. in cons.487.n.9. Laderch.in cons.71.n.1.vol.1.Bellon.in cons.51.n.3. & in cons.59.n.10. Bet.in cons.56.n.61. vbi loquitur non solum de Marchione Montis Ferrati, sed de alijs de quibus mentionem facit Rol.in cons.29.n.30.vol.1.Menoc.cons.31.n.13. vol.1. & propterea Cassa. in Catal. glor.mund.in 2.p. consid.47. voluit quod Marchiones, & Duces æquiparantur Imperatori in suo Marchionatu,vnde quoad ipsos verificatur dictum gl.Abb. Anchar.& Bonif.dum affirmãt tex. in d.clem.1. de Baptis. facientem mentionem de Principibus, comprehendere etiam eos qui Imperatoribus, & Regibus subsunt,quales sunt isti Principes nostri, qui cum sint inuestiti de mero, mistoq; imperio, habent omnia quæ ad iurisdictionem pertinent priuatiuè ad Regem, vt notatur in c. imperialem de prohib.feud. alien. per Feder. latè de Pont.de laudem.q.24. Thess. decis.150. hinc est quod
3 Rex inuestiens vassallum de mero, & misto imperio cũ regalibus priuat se iurisdictione, & emolumentis,Crauett.cons.218.Brun.cons.71.in fi.Bellame.cons.15.col. pen.Parisius cons. 1.vol.2. Rubeus cons.77. Curt. Iun. cons.2.n.4. Rolan. cons.42.& 48. lib.2. Affl. deci.272. Guid. Pap. dec. 241. Boer. dec. 264. Gram. dec.30. & Thess.dec.131.

Non obstat quod Principes Regni Neapolitani habeant potestatem valdè limitatam, vt ait Brun. cons. 45. sub n.21. ex quo secundum eundem dicuntur Principes, Duces,Marchiones, & Comites abusiuè,allegat Affl. in c.1.n.6. quis dicatur Dux, Calef. in tract. de equestri dignitate n.115. Pacian.lib.2. de probat.c.34. n.11.& secundum Rodul. loc.cit. num.185.supradictos Principes Neapol. solo nomine esse Principes, ex quo recognoscunt,Regem in Superiorem,& in eos non sunt translata omnia regalia,prout translata fuissent si non haberent, vt dixi,potestatem multum limitatam; nam respondetur supradictos nihil boni dicere, nam secundum Minad. in Const. Regni in aliquibus n.17. de succes-
4 sib. Comitum habetur quod non minus realiter possunt dici Duces, vel Principes ij qui inuestiti sunt in Regno Neapolitano, in quo Rex est Monarcha, quam ij qui ab Imperatoribus alibi constituti,sunt nam recognitio inuestientis non tollit effectum dignitatis, nec secundum ipsum habere regalia, est de proprietate Ducum, vel Comitum.

RESOLVT. CCCCXXVIII.

An pensionarij teneantur contribuere in expensis litis motæ beneficiato?

1 *Pensionarij non tenentur ad contributionem expensarum quas facit titularis pro defensione sui tituli.*

2 *Licet fideicommissarij, & legatarij teneantur contribuere hæredi pro expensis factis per dictum hæredem, secus tamen est in pensionario.*

RAtio dubitandi quod teneretur, colligitur ex infrascriptis,quia cum lis prædicta respiciat commodum, & damnum beneficiarij, sicuti & pensionariorum,debent & ipsi in expensas litis necessario contribuere, quod enim omnes tangit, æque decet ab omnibus approbari, regula quod omnis 29. de reg. iur. in sextò. quiq; sentit commodum, onus pariter vt ferat iustum est,l.vnic.C.de caduc. toll. regul. qui sentit de regu. iur. in sextò, ad quem verò spectat emolumentũ, vt expensas quoq; patiatur rationi consentaneum est, c. Ecclesiasticis 12.q.2. Nec enim quidquam tam secundum naturam proprium est, & correspondens, quã quod eum cuiusq; rei commodum sequatur, quem sequuntur incommoda, l. secundum naturam 10. ff. de reg.iur.

Vnde non debebunt abhorrere ab expensis hisce pensionarij prædicti, ne & ipsi in contributionem coeant pro rata,cum pariter commodum ex ipsis cum beneficiario expectent,ne stateram dolosam amplecti videantur, sed æqua lanx vtrisq;sit,& vna; neue contra æquitatem ipsam à natura comparatam, cum alterius detrimento locupletari affectent,contra text.in l. nam hoc natura 14. ff. de cond. indeb. regul. locupletari 48.de reg.iur. in sexto.

Sicuti verò tenetur vsusfructuarius, cui in omnibus exequatur Pensionarius,ex Caccialup. de pens.q.17.n. 2.Gig.de pens.q.38.num.2.Grat. dec.20.n.11. Mohed. decis.4.de locat.& conduct.num. 7. vt Rota propterea ijsdem in omnibus regulis meriti,& diffinire consueuerit pensionis materiam, quibus & vsusfructus, Rot. diuers.d.410.num.1.p.1.

Temporales, & modicas expensas, atq; præsentem rerum statum concernentes, ac onera omnia quæ pro fructuum perceptione inponuntur, & fiunt ipse soluere,atque subire,ex tex.in l.eum C.eod.gl.in cap.G.perpetuus de fid. instrum. vbi Fely.n.8.Feder. de Sen.cons. 209.n.3. Natt. cons.352.n.7.lib.2. Paris. cons.93.n.24. lib.2.Rolan.à Vall. cons.79. n.12.& 14. lib.8-Affl. dec. 252.n.3.Seraphin. dec.514.n.4.

Rationi quoq; consentaneum erit, vt teneantur hi nostrates pensionarij ad expensas litis huiusce, quæ ita commodum respicit ipsorum, sicuti, & beneficiarij, & sicuti illi, ita & ipsi damnum sit allatum, si pro aduersarijs palma succedet.

Et quemadmodum modicæ expensæ pro conseruandis, & percipiendis ex re dotali fructibus ad maritum spectant, l.omnimodo cum sequenti ff. de impens. in re dotal.fact.Affl.dec.359.num.2.

Atque impensas in curanda re quæ possidetur, ad pos-

1.ff.ad exhiben.gl.in l.quod dicitur in verb. tueri ff. de impens.in re dotal.fact.

Sicuti quoque expensas factas in litibus necessarijs pro reuocanda, seu etiam tuēda re fideicommisso suppositā reficere tenentur legatarij, & fideicommissarij, ex text. in l. fin. §. in computationem, vbi Bal. & alij C. de iur. delibe.

Nec ratio habenda sit quod gerat hæres negotium proprium, cum sat fuerit, quod ipsa definitio, legatariorum, & fideicommissariorum etiam commodo cedat, Seraph.dec.925. num.3.& 4

Ita debebunt hi pensionarij, & ipsi quoque in huiusmodi lite ita instituta, pro eorum pariter commodo, & vtilitate concurrere pro rata in expensas ipsas, ne iustæ querelæ locus aduersus ipsos adsit, si æqualis onerum distributio non fiat; Quemadmodum æqualis nisi fiat collectarum partitio, iure grauatus appellationis remedio reuocationis ius habet, ad tex. in l. 1. & l. qui grauatos C. de censib. lib.11. Polid. Rip. sing. obseru.obseru.278.num.1.

Nec enim est omnino immunis ab oneribus omnibus pensionarius, nisi specialiter sit hoc illi tributum, qui nimò contribuit pro rata ad onera collectarum, atque subsidij, & aliarum contributionum fructus ipsos respicientium, sicuti, & fructuarius, Mohed. dicta dec.4. de locat. & conduct. num. 6. Giga. dicta q. 38. Gratian. dicta decis.20.num. 13. latè Garz. de benef.cap.5.par.1.num.171.facit text.in c. tua nobis circa fin. de decim. ab ipsomet Gigant. ad rem nostram ponderamus d.q.38.num.1.

Verum quicquid sit de supradictis, contrariam sententiam persuadeo mihi de iure veriorem, quia cum pensio imposita ad fauorem D. Io. Baptistæ Carrafæ, & aliorum pensionariorum sit libera, & exempta à quocumque onere, siue ordinario, siue extraordinario etiam insolito, & inexcogitato, ita quod semper pensionarij habeant summas reseruatas integrè, nec possint diminui cuiusuis casus, aut infortunij prætex-
1 tu, videtur dicendum, quod non teneatur ad contributionem expensarum quas facit titularis pro defensione sui tituli, per ea quæ dicit Gig. in tract. de pens. q.59.num.6. limit.1. & rursus q. 90. num. 2. & est de mente Rotæ, vt videre est apud Put.dec. 367. num. 2. iux.nou. impression.& inter nouissimas dec.diuers.dec. 161.par.2.nu. 2.cum alijs adductis per Garz. de benef. par.1.cap.5.num.171.& 172.

Nec obstare videtur quod titularis defendendo suū titulum defendat etiam pensionarios, quorum reseruationes corruerent data invaliditate ipsius tituli, vt expressè legitur in dictis reseruationibus. Quia pro responsione videtur posse dici, quod omnes casus libertatem,& exemptionem dictæ pensionis concernentes idem operantur, nimirum quod titularis defendens fructus, & redditus beneficij dicatur quoque defendere ius pensionariorum, qui ob id contribuere teneretur, nisi pensio libera, & exempta fuisset reseruata, vt habetur in supra citatis decisionibus, & ideo sicuti non tenentur ob casus in reseruationibus expressos, idem pariter videtur quoad prætensas expensas; 3 Satis enim (iudicio meo) ridiculum videtur, pensionarios non teneri, nec etiam ad illa onera, quæ Sanctiss. D. N.PP. imponeret, & quæ etiam fructus in totum diminuerent, & postea tenerentur ad hanc modicam quantitatem expensarum pro defensione tituli ab ipso titulari factarum.

Accedat quod defensio ad fauorem pensionariorū, quæ oritur ex eo quod titularis se ipsum, & eius titulum defendit, non venit principaliter, sed potius in quamdam consequentiam, & ideo tanto minus videtur considerabilis, præsertim cum non doceat titularis se maiores expensarum sumptus fecisse, quam si se ipsum absque nullo pensionariorum interesse defendisset, quod facit, vt ideo nullas expensas videatur posse repetere, vt est text. in simili materia expensarum satis principalis in l. ex parte ff. famil. hercis. cui non video vllam afferri congruam responsionem.

Et ad ea quæ dicuntur de vsufructuario, fideicommissario, & similibus, quod teneantur ad contributionem, seu restitutionem expensarum per hæredes, & alios huiusmodi factarum, facile responderi posse vi-
2 detur, quod illud ibi in præteritis casibus dicitur,quia nulla adest pro talibus exemptio, qualis est in casu nostro ad fauorem pensionariorum, vel quod ibi maiores expensas fecerant illi, quia re vera importaret simplex eorū defensio, & idcirco repetunt id quod alias non repeterent, iuxta ea quæ superius sunt dicta, & notatur in d.l. ex parte ff. famil.hercis.& in l. fi. §. in computatione C.de iur.delib.

RESOLVT. CCCCXXIX.

Confugiens ad Ecclesiam si ipsam repererit clausam, an gaudeat immunitate tangendo portam?

1 *Existens in primis liminibus scalarum Ecclesiæ, gaudet immunitate.*

2 *Tangens anulum Ecclesiæ gaudet immunitate, si Ecclesia est clausa.*

3 *Statutum puniens insultantem in domo, extenditur ad insultantem in porticu domus.*

SEmel, atque iterum, vt fertur Collaterale Consilium huius Regni Neapol. iudicauit, quod confugientes ad Ecclesiam, & eam reperientes clausam, si manu tetigerint anulum gaudeant immunitate, ac si introissent, quæ quidem decisio (iudicio meo) fulcitur optimis rationibus. Primò, quia si præfata im-
1 munitas porrigitur ad prima scalarum limina ipsius Ecclesiæ, vel ad eius porticus, si in ea fuerint, ob id quod illa dicuntur Ecclesiæ partes, ad tex. in l. continentes §. 1.l.2. in princ. l.alienus,l.ædificia, l. qui continentibus, & l. mille passus ff. de verb. signif. de quibus ad hoc propositum faciunt mentionem Ang. de malef. in verb. fama publica num. 59. Cou. lib. 2. var. resol. cap 20.num.18 in princ. Naua. in Manual. cap. 25. circa med.num.18.& quamplures alij citati per Farinac. variar. quæst.cap. 28. ergo quanto magis debet vendicare locum in eo qui tangit anulum, tamquam
2 locum, & partem proximiorem, & propinquiorem. Tum secundo,quia secundum Decian. in tract.crimin. cap.25.lib.6.num.17. tom.2. si quis confugiens ad ecclesiam, in qua se tutum confidet, non potest intrare Ecclesiam, quia est clausa, quod sufficiat stare in porticu, vel atrio Ecclesiæ ante portam, vel portam ipsam manibus tangere, & quod erit proculdubio immunitate tutus, vt pluribus etiam comprobat Sicul. cons. 33. num. 9. & seq. Butr.in cap. inter alia de immun.eccles.& in cons.16.num.6.Merend. in cons. 322. col.2,quorum ratio est, quia statutum puniens insultantem in domo, extenditur ad insultantem in porti-
3 cu domus, vt per Specul. in tit. de iniur. §. 1. vers. sed pone statutum, Pet. de Anchar. in cap.vltim. de iure immunitatis, & latè Mastrill.in decis.21.Rotæ Sicil.p. 1.& quod dictio est de tenente portam, vel vectem,aut anulum portæ, quod sit tutus dicta immunitate, tenuit in proprijs terminis Igneus in leg.prima in princ. n.57. ad fin. ff. ad Sillanian.Couar.var.resol.lib.2. cap. 18. vers.trigesimo secundo dubitanter,Decian.loc.cit. num.17.Ital. de immunitat.eccles.lib.1.cap.4.§.7. nu. 22.Remig.in eiusdem nominis tract.quæst.24. num.15. & seq. & licet manu tantum locum sacrum, & totum corpus foret extra locum sacrum, tamen etiam censetur esse totus in Ecclesia, quia anima est tota in toto, & tota in qualibet parte ipsius, argum. tex.in l.via §. fin.

fin.ff.de seruit.rustic.præd.& l.si cui ff.de seruit.& tradit Bart.in l.stipulationes non diuiduntur in princ.in 3.oppos.ff.de verb.oblig.& in l.4.§.Cato ff.eod. tit.& ita in facti contingentia se iudicasse dum esset assessor, testatur idem Decia.loco citato n.19.quem refert, & sequitur Ital.vbi supra dicens non obstante dicta per Farin. dicta q.28.vti non conducentia ad rem nostram; Tandem addo pro confirmatione supradictorum in iure validum esse argumentum de toto ad partem,l.quæ de toto ff. de rei vend. vnde quemadmodum confugiens intus totam Ecclesiam gaudet immunitate, ita pari modo confugiens ad anulum, quæ dicitur pars ipsius Ecclesiæ.

RESOLVT. CCCCXXX.

Existens in Ecclesia,si timore Familiæ sæcularis eum persequentis aufugerit extra Ecclesiam,& capiatur,an debeat restitui Ecclesiæ ad effectum gaudendi ipsius immunitate?

1 *Reus qui timore Curiæ sæcularis exit ab Ecclesia dicitur inuoluntarie exire.*
2 *Idem operatur timor guerræ, ac si guerra esset.*
3 *Stans in loco remoto ab homicidio, si ob id alter efficitur timidior,censetur præstare opem homicidio.*
4 *Paria sunt aliquid fieri coactè,& timore coactionis.*

EXistente quodam reo intus Ecclesiam, & accedente quodam die Familia Iudicis secularis,vt ipsum apprehenderet, cum ob timorem aufugisset extra Ecclesiam,fuit captus ab ipsa Familia, cumque petijsset se restitui in pristinam libertatem, & proinde intus dictam Ecclesiam ad effectum gaudendi ipsius immunitate;fuit dubitatum an de iure veniret restituendus, & videbatur quod non, quia dictus reus censetur renunciasse immunitati ecclesiasticæ,& de iure,renunciantibus iura sua non est restituendus regressus, l. quæritur ff.de ædil.edict.cap. super hoc de renunc. & in materia immunitatis ampliatur,procedere, siuè expressè, siuè tacite facta fuerit renunciatio, secundum Iaffr. in dec. 800.vnde Mastrill.in dec.69.in princ.voluit renunciantes immunitati ecclesiasticæ siuè expressè, siue tacitè aufugiendo ab Ecclesia consueuisse condemnari, vel absolui per Iudices laicos,prout casus requirebat, idque fundari videbatur ex traditis per Ioan. de Visc. in tract.de immun.eccles.n.56.vbi ait,quod si confugiens ad Ecclesiam vellet voluntariè exire, & non vellet se tradere in manus repetentis, quod etiam non expectato iuramento,seu promissione immunitatis,licet talem extrahere, etiam contradicentibus Ministris Ecclesiasticis, cum renunciet priuilegio suo, quod est sibi licitum, & confirmatur optima ratione, quia sicut perfugium ad Ecclesiam ei liberum fuit, ita & esse exitus debet, maximè quia ex dispositione cap.inter alia de immu. eccles. non nisi inuiti prohibentur extrahi, ibi (non est violenter ab Ecclesia extrahendus)& in c. frater 17.q.4.ibi,reluctantem,reclamantemque violenter abstraherent;ergo à contrario sensu cessante violentia valde nocet exitus rei ab Ecclesia, vt notatur ibi per omnes Scriben.& voluit Clar.in § fi.q.30.n.1. vers. sed certè, vbi ait quod isti qui sponte voluerunt exire ab Ecclesia, licitè puniuntur, & non poterunt gaudere immunitate prædicta,Remig.in tract.de immunitat.ecclesiast.in princ.3.præsuppos.n 12. & seq. & melius fallent.12.vbi expressè sequitur Ioan.Visc.in loco præallegato, & subdit quod ex hoc non est offensa Ecclesia, secundum Host.Ioa.Andr.Anch.& Panor.in c. fin. eod. tit.quia Canon.solum violentiam condemnat,quæ non fit volenti,d.c.inter alia §.1.eod.tit. Ambrosin. de immun.Eccles.c.11.n.1.vers.nec dicatur,Anchar. in cap. fin.de immun. eccles. Nauar. in Manual. c.25. n.31. in fin.Boer.dec.109.q.3.in fi.Villagut.de existent.leg.cap. fin.num.4.5 & 6. Burgos de Paz in pract.1. tom.5. p. c. 3.§.3.num.21.& 165.

Cæterum quidquid sit ex supradictis, contrarium fertur fuisse decisum per Collaterale Consilium huius Regni,quæ decisio(iudicio meo) videtur ex probatissimis iuris fundamentis ortum habere, siquidem prædictus reus non spontè,sed coactè exiuit ab illa Ecclesia, & consequenter debere restitui in pristinam libertatem,ex eo quod timor futurus sufficit,l.2. C. de tentationibus vnde idem operatur timor guerræ, ac si guerra esset quantum ad remissionem quæ debet fieri ex pacto gabellarijs propter guerram, secundum Pet. de Anchar. in consil. 87. quod incip. præmissa facta serie considerata, quem sequitur D. Alex. in l.diuortio in princ.in 4.col.ff.solut.matrim. similiter idem operatur timor, & suspicio fugæ, ac si debitor esset in actu fugiendi,vt possit propria authoritate capi,gl.in l.quæsitum de pignor.Bal.& Salycet. in l.pen. per gl. ibi C. de pignor.action.Bald.in si quis in tantam, & in 6. col. C. vnde vi, & in l. generali C. de decur. lib. 10. quamuis de hoc dubitet Angel. in l. Aristo ff. de iur. delib. & l. nemo carcerem C.de exact.tribut.lib.10. similiter sufficit timor armorum.l.4.§ armis,& ibi Bar.& Angel.ff. de vi,& vi armat.Bald. in c. cum dilectus in vltim. col. vbi limitat de ord. cog. adeo quod ille qui stat cum alio armatus dicitur ferre opem eius delicto, quamuis non faciat aliquem actum, secundum Inn. in c. cum continentia de cler. percuss. refert, & reputat tenendum menti Bal. in l. raptores in pen.not. C. de Epis. & Cler.& in c.1.in prin.de benef.fra.in vsib.feud.& in l. 1. in 2.col.C.de seru.fugit.& in l.1. §. sed in eo ff. ad Silla. in l.data opera prima 12.col. qui accus. non poss. Lud. Ro.in cons.117. quod incip. ex præmissa statuti particula, imò plus tenet Bal. in l. non ideo minus in 6. col. C.de accus.quod quilibet stans in loco remoto,& longinquo à loco in quo facit homicidium,tunc si propter
3 eum Ego reddor audacior,& offensus timidior,dicitur præstare auxilium homicidio, imò plus Angel. in dicta l.4.§.armis,ponderat gl.1. quam dicit esse diligentissimè notandã,quod dicta regula,sufficit timor armorum procedit etiam si ille qui cum armis accessit,arma deposuit, vnde ille qui surgit contra aliquem licet arma deponat,antequam aliquid faciat, tamẽ illud quod facit,armis censetur fecisse sequitur Dom. Alex. in cons. 121. in 4. volum. quod incip. quoniam per Excellentissimum,similiter paria sunt aliquod fieri coactè, vel
4 timore coactionis.l. nouiss. in princ. & ibi Bald. in primo notab. ff. quod falsa tuto. vbi infert quod idem est confiteri metu,& formidine tormentorum, ac si confiteretur in tormentis,vnde Iaso.in l.2.C.de transact.dixit quod suspicio tormentorum idem operatur, quod ipsorum illatio, facit quod voluit Ioan. Andr. in cap. bona fides de reg.iur.in sextò, vbi qui soluit nulla coactione adhibita,sciens se posse cogi,dicitur inuitus soluisse, & idem Ioan.Andr. in cap. præterea de iure patron.notat ex illo text. in verbo extorquentes, quod dicitur ab initio extorqueri illud quod quis alteri soluit petẽti,sed à solito extorquere, sequitur vt voluit etiam Ioan.de Ana.in cap.2.in 13. col. de delict. puerorum. Sed hæc decisio est intelligenda cum grano salis nempè quando inquisitus in prosequutione contra eum à famulis Curiæ, vel à suis inimicis terrore armorum in fuga caperetur, postquam fugiendo exiuit ab Ecclesia continuando actum eiusdem prosequutionis, & capturæ; secus autem si famuli Curiæ desisterent à prosecutione, & extra Ecclesiam custodirent ostia Ecclesiæ, expectando, quod inquisitus spontè exeat ab Ecclesia, nam tali casu, si spontè exiret, & caperetur extra Ecclesiam, non esset locus repositioni ad Ecclesiam, & ita omnes DD. distinguunt.

RESOLVT. CCCCXXXI.

Donatio facta filio Clerico, ex quibus coniecturis præsumatur facta in fraudem collectarum?

1 *Donatio in dubio valet si non constet factam fuisse in fraudem Fisci.*
2 *Habens plures filios, si vni donauit maiorem partem bonorum præsumitur feciſse in fraudem, similiter si donator permanserit in possessione bonorum.*
3 *Instrumentum continens promissionem factam ex causa donationis ex retentione possessionis non præsumitur fraudulentũ, vel si res reuersa est ad donantem nouo titulo, vel si donans correspondet donatario de fructibus.*

QVotidie euenire solet, & præcipuè in facto euenit in quodam Oppido Prouincæ Basilicatæ, quod patres donant omnia eorum bona filijs clericis, ad hoc vt a collectis sint alieni, & earum immunitate gaudeant; vnde fuit dubitatum si hoc censeatur factum in fraudem, & ex quibus coniecturis censeatur in fraudem facta, in cuius dubitationis articulo, licet admodum eruditè, scriptum sit per V.I.D.Do.Io. Dominicum Nouarium, qui causam suæ Patriæ defendit, quod vlla nostra sit necessaria suppletio; nihilominus vt Ego quoque amico deesse non videar, respondi donationem in dubio valere, si constet eam non esse factã
1 in fraudem Fisci, l.1.C.de iur.fis.lib.10.Dyn.n.5.Bar.n. 11.& Castr.n.8.in l.post contractum ff.de don.Mant.de tacit.conuent. tit.39. lib.13.vnde si constaret donationem fuisse factam ad fraudandum collectas, vtique non valeret, arg.tex. in l. si quis aliquis in princ. ff. de don. caus. mort. Præsumitur tamen in fraudem ex duobus
2 præsertim coniecturis. Prima, si is qui plures habet filios, & vni tantum donauit maiorem partem bonorũ, quia non est verisimile, quod vni ex pluribus talem voluerit facere donationem, quia æqualis præsumitur affectio, l.scripto ff.vnde lib.& l. isti quidem ff. quod met. cau.& l.vlt. de cura. furios. & ideo magis credendũ est voluisse inter eos seruare æquitatem, l.illud, l.vt liberis, & l.vlt.C. de collat. quod multò magis locum habet si is, cui donauit sit clericus, & habeat beneficia ecclesiastica, quia is de altari cui seruit viuere potest, c.cum secundum de præb. lib.6. & hac coniectura vtitur etiã Socc.Sen.in cons.264.n.2.vers.3. dicta præsumptio lib. 2. sed illa præsumptio, quod vni tantum ex filijs maiorem partem suarum fortunarum donauerit, non sufficit ad reuocandam donationem, l.si totas de inof.don. Secũda coniectura est, si donator in possessione rei donatæ permanserit, quæ quidem est frequentissima, & plurimum videtur vrgere, nam quando de natura contractus est, vt alienatio fiat, & is qui dicitur alienasse, in possessione permansit, non præsumitur verè voluisse alienare, sed fictè, & simulatè, l. sicut §. superuacuum, & ibi Bar.Bal.& Ang.ff.quib.mod.pign.vel.hyp.sol. idem Bar.in l.post contractu n.4.ff.de don.& Bal. in l.n.3. C. de don.ante nupt.& in l.si is, qui ad fi.tit.de acquir.hæred.qui hac etiam coniectura vtitur in cons. 70. n.3. & seq.lib.1.quem sequitur etiã Castr.in cons.74.n.2. vers. 2.coniectura lib.2.& alij sæpissime: Et hæc quidem coniectura, consistente aliqua suspicione, videtur posse sufficere, vt scribit Cuma.in cons.155.n.4.& Cast.cons. 31.n.6.lib.2.& Dec.cons.587. n.8. in fi. & in cons. 692. n.4.vbi alios etiam consonantes refert.

Excipiuntur tamen nonnulli casus à prædicta coniectura: Et primo si instrumentum donationis contineret promissionem factam ex causa donationis, quia tũc ex
3 retentione possessionis non præsumitur fraus; quia ex ea promissione agi potest, Bal.in l.illud n.11.C.de Sacr. Sanct. Eccl. nam instrumentum promissionis, & retentio possessionis sibi inuicem nõ aduersantur, sed simul possunt conuenire, ac si instrumentum donationis contineret traditionem realiter factam fuisse; tunc ex eius retentione oritur præsumptio simulationis, quia sibi inuicem repugnant, vt Bal.subiunxit loco citato, & declarat Castr.in cons.173.num.2. lib.2.

Excipitur secundo si probetur quod res fuerit reuersa ad donatorem ex nouo titulo, Bal.& Ang.in d.§. superuacuum n. 1. vel nisi fuerit ei mutata causa possessionis, vt idẽ Ang.subiungit per illum tex.in 2.responso.

Tandem excipitur si donator respondet donatori de fructibus, Bar.in d.l.sicut §.superuacuum n.6.ff.quibus modis pig.vel hyp.sol.& in l.post contractam n.4. in fi. ff.de don.Corn.cons.203.n.7.lib.3.Dec.cons.463.n.20. & cons.648.n.4.& Paul. de Montepico in d. l. post contractam n.23.ver. hanc conclusionem limita ff. de don. vnde quod post Io.de Ana.scribit Crau. in cons.156.n. 10.præsumptionem simulationis oriri ex eo, quod venditor semper remansit in possessione rei venditæ, licet ex causa locationis, non habet locum si venditor emptori de fructibus respondit, & quod dictum est de venditore, intelligitur, & de donatore, si retenta possessione ex titulo locationis singulis annis donatario ex fructibus respondeat.

RESOLVT. CCCXXXII.

De effectibus clausulæ sine præiudicio litterarum Apostolicarum.

1 *Existente clausula sine præiudicio litterarum Apostolicarum, sufficit quod Iudex non impediat executionem, non tamen est necessarium quod sit prius facta executio ad hoc vt possit procedere.*
2 *Peracta executione euanescit dicta clausula.*
3 *Stante dicta clausula non potest procedi in causa principali non parito litteris.*

VIs huius clausulæ tantum præseruat facultatem litterarum Apostolicarum Executoribus procedendi ad executionem non obstante iudicio ordinario vt habetur per dec.Put. 79. in 1. libro, & hac de causa
1 minimè impedimento est quo minus possit Iudex procedere, etiam non facta exequutione, saluo tamẽ quod illam non impediat: Insuper non impedit vt possit de nullitate executionis dici, non facta executione, & possit manuteneri, nisi pro spoliato se habuerit, vel restitui, si se pro spoliato habuerit, etenim peracta executione, istius clausulę vis est consumpta, & sic Iudex eius
2 functus est munere suo, vt tradit Put. in dec. 419. licet aliter esset ante peractam executionem, etenim in eo temporis spatio quo fit executio virtute huius clausulæ de manutenendo mandatum dari prohibitum est, & ratio est ne oriatur contrarietas si executor ejiceret, & Iudex qui haberet causam cõmissam manuteneret, quod intelligo quoties mandatum de manutenẽdo nõ daretur cum clausula absq; præiudicio Apostolicarum litterarum. Accedat vlterius quod clausula absq; præiudicio executionis Apostolicarum litterarũ, quatenus illi locus sit commissione apposita cum potestate manutenendi, minime reducit executionem Iudici ad quẽ, ita quod valeat videre si locus sit executioni, sed tantum operatur, vt videre valeat, an mandatum sit dandũ de manutenendo cum dicta clausula: Huius clausulæ vis appositæ in cõmissione intelligitur de litteris prius emanatis, & non de gratia deinde concessa non facta mentione litis, vt tradunt Paleot.in dec.116.& Lancel. de attent. lit. pend. in n. 413. & 423. & hæc clausula in causæ principalis commissione appositæ operatur, vt minime valeat procedi in causa principali nisi parito
3 litteris, vt dicitur de clausula absque retardatione solutionis pensionis, Io.Paul.in dec.61.Sarnen.in compos. signat.n.84.& Puteus de pensio.dec.16. Tandem huius clausulæ effectus est, quod appositæ in appellationis commissione operatur, vt sustineatur executio facta pendente appellatione, vt fuit resolutum in

cau-

causa Foroliuien. beneficiorum coram Seraphino sub 13.Iunij 1588.

RESOLVT. CCCCXXXIII.

Bullæ appellationum, in quibus apponitur clausula absque præiudicio exequutionis; vel parito breui, intellectus?

1 *Stante clausula prædicta Index ad quem, ante executionẽ sententiæ latæ à Iudice à quo, non potest se intromittere.*
2 *Clausula prædicta non impedit, quin si executio non sit legitima, non possit reuocari.*
3 *Clausula prædicta præseruat iurisdictionem Iudicis à quo.*

IN Bullis appellationum directis alicui Episcopo, in quibus reperitur apposita clausula sine præiudicio exequutionis,&c.operatur dicta clausula, vt Iudex ad quem ante executionem sententiæ latæ à Iudice à quo
1 non possit se intromittere, vt notant communiter DD. in c. venerabilibus de sententia excommunicationis in 6.& late Bal.in cons.227.vol.1.licet supradicta clausula intelligatur prout de iure, ideſt quatenus de iure sit locus exequutioni,Ias.in l.causas n.7.C. de transs. Crescent.dec.1.de rescriptis, & fuit dictum pluries in Rot. Rom.& præsertim in vna Firmana olei 9.Aprilis 1576. coram Blanchetto,& in vna Hispal. permutationis 11. Martij 1596. coram Gipsio, & iterum in vna Ouetana beneficij 28.Nouemb.1597.coram Lancellotto,& tandem in vna Parochiali 12.Decembris 1597. coram Peregrino, & ideò non alteratur per clausulam quatenus illi opus sit,per tex.in l.cum rectè C. de fideiussoribus, & dicta clausula refertur ad summam quæ in sententia continetur,& ideo illam non auget, secundum Cou. in rubr.de testam.p.3.sub n.13.vers.3.conclusio, Rota diuers. dec. 110.p. 1. & fuit resolutum in vna Rom. pensionis 23. Maij 1586. coram Blanchetto, quæ etiam clausula censetur repetita in qualibet commissione,vt tradit Bellamera in dec.41.& Cassador. dec. 8. n. 5. de rescriptis,& Rota diuers. in dec.515.part.2.& fuit pluries resolutum per Rotam, & signanter in vna Nouarien si decimarum 11. Decembris 1543. coram Blanchetto, & iterum in vna Auellinen. Archipresbyteratus 6.Aprilis 1590. coram Pegna.

Quibus suppositis deuenio ad casum de quo fui interrogatus à mult. Reuer. Vicario Acerrarum Delegato Apostolico in quadam causa appellationis,in qua erat adiecta clausula prædicta, sine præiudicio exequutionis, nam dubitabatur si dictus Vicarius potuisset reducere ad eius carceres quendam clericum ad triremes condemnatum, ab alia Curia, & dicebatur, non posse virtute dictæ clausulæ,quia alias infringeretur exequutio Iudicis à quo,& non adimpleretur conditio apposita à Papa,iuxta tradita superius; Nihilominus respondi,potuisse dictum Vicarium extrahere Reum à triremibus ad effectum ipsum examinandi, nec propterea censetur contrauenire tenori dictæ clausulæ;quia dicta extractio est ad tempus, & ad finem examinandi tantum, & dicta extractio non censetur liberatio à dictis triremibus; Verum si Iudex ad quem, compilato processu compererit dictam condemnationem ad triremes fuisse iniustam, poterit dictam executionem reuocare; nam clausula absque præiudicio legitimæ executionis operatur quod Iudex à quo possit exequi, non tamen
2 impedit, quod executio si non sit legitima, non possit reuocari per Iudicem ad quem,vt testatur Rot.in dec. 149.p.2.& censuit pluries Rota,vt in vna Rom.Casalis 24.Nouemb.1591.coram Illustr.Aldobrand. & iterum in vna Bracaren.pecuniaria 2.Decemb.1592.coram Orano, & propterea non impedit, quo minus Iudex ad quem non possit absoluere nulliter excommunicatum, Rota in vna Placentina fideiussionis 22.Iunij 1592. coram Pegna, & ratio est quia hæc clausula præseruat tantum legitimam executionem, non autem nullam, vel iniustam,Rota in dicta Rom.Casalis coram Illustr. Aldobrandino,& ratio rationis est,quia nulla clausula comprehendit sententias iniustas,l.4.§.condemnatum ff.de re iudicata, & sequuta est Rota in vna Calaguritana nono Decembris 1588.coram Seraphino.

Et cum in facto etiam contigisset, quod Episcopo Asculano fuisset commissa appellatio à sententia Curiæ Archiepiscopalis Neapolis, cum dicta clausula sine præiudicio executionis, consultus respondi potuisse Dominum Vicarium Neapolitanum Iudicem à quo, non obstante inhibitione sibi facta à Vicario Asculano Iudice ad quem suam sententiam executioni mãdare, & motus fui ad hoc consulendum, quia supra relata
3 clausula in commissione appellationis posita præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt possit procedere ad exequutionem non obstante quod pendeat appellatio,ita Lancel.de attentatis c.20.n.13.Rot. dec.641. p.1.diuers.Cæsar de Grass. in dec.3. de sententia, & re iudicata,quod procedit etiã si à dicto Iudice à quo esset inhibitum,secundum Gig.de pensio.q.69.n.4. Lancel.vbi supra ampliat.1.n.18.& Rot.diu. in dec.23.p.2.

RESOLVT. CCCCXXXIV.

Pensio qua decem pro centum annuatim soluitur,vsuram sapit, nec iuri offerendi locus est.

1 *Ex paruitate pretij cognoscitur fraus.*
2 *Prohibita principali obligatione, est reprobata etiam pignoris persecutio quæ est accessoria.*

QVæritur an pensio annua in pecunia ad rationem decem pro centenario sit de iure permissa, & an primus, vel secundus creditor habeat ius offerendi, & prima facie videretur dicendum quod talis pensio dicitur excessiua,& de iure reprobata tamquam in fraudem vsurarum,ex quo excedit sortem in viginti annis,
1 vt not.per gl.& DD.in auth. si quas ruinas.& auth.perpetua C.de Sacro Sanct. Ecclesijs, quia ex paruitate pretij cognoscitur fraus,facit c. illos de pign. c. ad nostram de emptione,& venditione, quia quicquid accedit sorti vsura est,c.cõquestus,& c.in ciuitate de vsur.& secundus creditor, aut possessor in pignore, haber ius offerendi,l.Paulus,§.fi.ff.de pign.l.2.C.de his, quæ in fraud.creditorum;verũ tamen in casu isto,ex quo principalis obligatio est reprobata,ergo, & pignoris persecutio,quæ est accessoria, & hoc facit pro causa supplicationis nobilis Bertrandi de Palma Domini Zuzæ,cõtra nobilem Bertrandum de Vtessia naturalem Dominum vallis Auræ super quadam annua pensione sex viginti floren.sub Capitali dnorũ mille ducentorum florenorum,licet dictus de Vtessia prætendat ius proprietatis in dictis Castris in duabus vncijs, tam ex successione nobilis Petri de Vtessia eius patris naturalis, quam nobilis Antonij Vtessia eius patrui naturalis, & hæc ex Francisco Marco dec.592.

RESOLVT. CCCCXXXV.

Clericus ordinatus ab alio quam à suo Episcopo sine dimissorijs litteris, an Clericatus priuilegio gaudere debeat?

1 *Clericus ordinatus à non suo Episcopo non gaudet priuilegio fori.*
2 *Trahens aduersarium ad diuersa iudicia pro eadem re,debet probare causam.*

FVit dubitatum, an clericus prima tonsura initiatus absq; litteris dimissorijs sui Diœcesani,seu eius Vi-
1 carij generalis gaudeat priuilegijs, & videretur dicen-

dum,quod non per c.1.& 2.de tempor.ordinat.lib.6.& ibi gl.c.pen.eod.tit.quia imputandum est tali Clerico, cur alibi accesserit sine litteris, & scientia sui Prælati, vt habetur toto titulo de clericis peregrin.l. si qua per calumniam C. de Episcopis, & clericis ; licet alias vbi clericus primæ tonsuræ esset debitè ordinatus gaudeat priuilegio fori,& personæ,c.Episcopus, & c. nullus 11. q.3.c.2.de for.comp.& istud facit pro causa finali contra nobilem Stephanum Costagni,qui producit dictum Clericatum factum Auinione sine litteris dimissorijs Domini Archiepiscopi Vien.eius diœcesani,licet dictus Costagni prætendit se alias fuisse absolutum per Dominum officialem Viennæ de crimine, de quo nunc impetitur, & sic quod non debeat iterum de eodem crimine agi l.licet ff.de naut.caup.stab.l.Senatus ff.de accusatio. c. de his de accusatio. quia id ipsum iudicare non debet,c.presb.91.dist.can.quod ergo 23.q.5.& talis exceptio impedit processum,secundum gl.& Bar.in d.l. Senatus, & pariter dictus Costagni allegauit alias litis pendentiam in Curia Parlamenti Parisijs, & ita l. vbi ceptum ff. de Iudicijs habet locum etiam in crimi-
2 nibus,secundum Bal.in c.1.de controuers. feud. quinimo quando quis trahit aduersarium ad diuersa Iudicia pro eadem re debet probare causam, secundum vnam opinionem in l.1.in fine C.de assertione tollenda,glos. in c.dilectus de purgat.Canon. c. placuit 11. q. 1.c. ex tenore de rescript.l. nemo C.de iurisdictione omnium Iudicum;hæc ex Francisco Marco decis. 634. verum si Episcopus ratam habuerit dictam ordinationem, absque dubio gaudebit dictis priuilegijs.

RESOLVT. CCCCXXXVI.

Abbas gaudere non debet spolio Monachi, quem à Cœnobio expulit alimenta denegando.

1 *Abbas quando expulit Monachum maxime infirmum à cœnobio efficitur indignus spolijs dicti Monachi.*
2 *Prædicta procedunt viuente dicto Abbate, & non quoad Ecclesiæ præiudicium.*

QVæritur,quando Abbas, seu Prior expulit Monachum à Monasterio sibi denegando alimenta, an efficiatur indignus bonis spolij religiosi prædicti, & vi-
1 deretur dicendum,quod sic,& maxime quando Monachus est in infirmitate constitutus, argum. auth. si Captiuæ C. de Episc. & Cler. l. necare ff. de liberis agnoscendis,secundum gl.in c.sicut de regular.Specul.tit.de statu homin.vers.20. & vers.91. Oldrad. cons. 203. Petrus de Anchar.cons.424.& hoc verum quoad præiudicium dicti Abbatis, seu Prioris ipso viuente, non quoad præiudicium Ecclesiæ,arg.c.priuil.§.fin.de c.corar. & istud facit pro causa diffinitiua Domini Claudij Porte Prioris Tonc̃ti super bonis spolij fratris Hugonis Religiosi dicti Prioratus, quem expulerat à dicto Prioratu propter infirmitatem sibi denegando alimenta ; hæc ex Francisco Marco dec.644.

RESOLVT. CCCCXXXVII.

Denunciationes quo loco fieri debeant?

1 *Quando volentes contrahere sunt de diuersis Parochijs, denunciationes fieri debent in amborum parochiali.*
2 *Extraneus volens contrahere debet habere litteras testimoniales sui Prælati.*
3 *Inter impuberes non debent fieri sponsalia sine licentia Episcopi.*

FVit dubitatum,si debeant fieri tres denunciationes in diuersis Ecclesijs,vel in vna Ecclesia parochiali tantum, & dicendum est, quod sufficit fieri in vna Ecclesia parochiali ; quando ambo contrahentes sunt de eadem Parochia,alias secus,Panormitan.in cap.fin.de Clandestin.disponsatione,& ibi tenent DD.post Abbatem;quod quando aliquis forensis, vel extraneus vult contrahere matrimonium in aliena diœcesi, seu Parochia;quod tũc debet habere literas testimoniales Prælati,& istud fit ad obuiandum fraudibus, quia sæpissimè aliqui extranei postquam desponsauerunt aliquas mulieres, vadunt ad extraneam patriam, & ibi de facto contrahunt matrimonium, quod non est tolerandum,& ideo fiunt ista banna, seu denunciationes, quæ sic vocantur in ista Ciuitate, ad finem, quod si sit aliquod impedimentum, quod intra tempora denunciationum,seu bannorum;quod appareat aliquis accusator, alias lapso termino non admittitur quis ad accusandum aduersus matrimonium, nisi superesset aliqua causa legitima ignorantiæ,vel absentiæ,c. cum in tua, qui matr.accusar. possunt, l.fin.ff. de decreto ab ord. faciend.denunciationes, adde c. fraternitatis cum ibi not,de cler.non resid.vide Host.Io.And. Butr.in c.1.de
3 desponsat.impub.quod etiam inter impuberes non debent fieri sponsalia nisi de licentia Episcopi, & etiam si fiant denunciationes in Ecclesia, & quod laici quo ad Sacramenta Ecclesię subiaceant Prælatis suis, & quod ideo Sacerdos Parochialis non debet desponsare Parochianam suam extraneo, & è contra inconsulto suo Curato ; hęc ex Francisco Marco dec.712.

RESOLVT. CCCCXXXVIII.

Clericus excommunicatus, an gaudere debeat priuilegio Canon. si quis suadente Diabolo 17.q.4.& priuilegio Clericatus?

1 *Excommunicatus dicitur membrum Diaboli.*
2 *Excommunicatus ab homine censetur incorrigibilis.*
3 *Excommunicatus gaudet Ecclesiæ immunitate.*
4 *Percutiens clericum excommunicatum, incurrit in excommunicationem.*

FVit pluries dubitatum, an clericus excommunicatus gaudeat dicto priuilegio,si quis suadente Diabolo 17.q.4. & idē potest quæri si gaudeat immunitate Ecclesiæ,vel priuilegio Clericali, seu fori, & videre-
1 tur prima facie dicēdum quod non, quia excōmunicatus dicitur membrum Diaboli, extra Ecclesiā deiectus c.omnis Christianus 11.q.3.& Cap. sequenti,& de his, quæ foris sunt nihil ad nos ;,c. multi 11. q. 1. & idem in Iudæo,vel hæretico; qui non gaudent immunitate Ecclesiæ,iuxta notata per glosam,& Cyn.in l.1.C. de his ad Ecclesiam confugiunt, & per Host. in Summa de Trinitate Ecclesiæ §.in quātum vers.quid ergo, & ma-
2 ximè in excommunicato ab homine,vbi procedit monitio,quia censetur incorrigibilis,c. Sacro de sententia excommunicationis,cap. contingit & c. in audientia eodem titul.secus si excommunicatur à Canone, quãdo irrogatur ipso iure, Ioan. in Summa, & Reinerius de immunitate Ecclesiastica, quos refert gl. in pragm. Sanctio. tit.de interdictis tenet casum indistinctè,quod excommunicatus siue ab homine, siue à iure non gaudeat immunitate Ecclesiæ, sed Gulielmus, & Imola in Clem. 1. de pœnitentia, & remissione Ioann. Fab. institutio. de his,qui sunt sui,vel alieni iuris §.1. tenent contrarium,quia in hoc delictum excommunicati non attenditur,sed potius fauore Dei,cui competit ille honor,qui non peccauit,cap. quæsiuit de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, cap. at si clerici de Iudic.;cap.
3 si diligenti de foro compet.; & pariter retinet priuilegium Clericale,cap.dictum 71.dist. & ista est tutior, & verior opinio, secundum Henric. Boic. & communiter DD.in cap.Ecclesia de immunitate Ecclesiæ,& pariter percutiens Clericum excommunicatum incurrit sen-

ten-

4 tentiam excommunicationis, d. cap. contingit secundum Ioan. Andream in regula delictum de regulis iur. lib. 6. Fed. de Senis consilio 311. & istam partem tenet D. Antonius in Summa 3. parte tit. 24. cap. 1. & idem potest dici de Bannito, qui æquiparatur excommunicato, de quo habetur per glos. in pragmatic. Sanctione vbi supra; Hæc ex Francisco Marco decis. 815.

RESOLVT. CCCCXXXIX.

Alimenta Clericorum, quæ congrua dicantur, vt ex fructibus bonorum Ecclesiæ ea consequi possint.

1 *Clericus potest se alimentare ex bonis Ecclesiæ, etiam si habet patrimonium ex quo se alere possit.*
2 *Nemo suis stipendijs militat.*
3 *Ecclesiæ seruiens dignus est quod Ecclesiastica remuneratione gaudeat.*
4 *Alimenta præstanda clericis quæ dicantur congrua; arbitrio Iudicis relinquitur.*
5 *Episcopus quando promouet aliquem ad Sacros Ordines, debet ei prouidere de alimentis ratione qualitatis personæ, & redditum Ecclesiæ.*
6 *Rustici non vtuntur cibis delicatis.*
7 *Iudex quæ considerare debet in taxatione alimentorum.*

1 REcepta est DD. conclusio; Clericum posse sumere sibi congrua alimenta ex bonis Ecclesiæ, etiam si habeat patrimonium, ex quo se alere posset, ita sane Inn. & c. Episcopo de præb. & ibidem Abb. & Idem in disp. quæ incipit Titius clericus in 4. dubio, & Idem in c. postulasti de rescript. & ibidem Zabarell. col. vlt. Fel. num. 6. Socc. Sen. in cons. 91. lib. 3. Didacus in c. 1. n. 2. de testam. Rodoan. tract. de spoliis Ecclesiasticis q. 6. §. fuit ergo n. 34. Ex Sacris Theologis idem affirmarunt D. Thomas in 2. 2. q. 185. art. 7. vers. ad tertium, & ibidem Caiet. Ioan. Mairon. in 4. sent. dist. 24. quæst. 7. & Ludouicus Molina Iesuita in tract. de iust. disput. 145. col. 1. Et ij quidem ea ratione moti sunt, quod rationi, & equitati, conuenit, vt qui altari seruit de altari viuere debeat, integram congruam, & substentationem inde accipiendo, c. pen. 1. q. 2. & c. cum secundum de præ-
2 bendis, his accedit; quod nemo suis stipendijs militat, vt inquit D. Paulus ad Corinth. 2. c. 9. cuius sententiam meminit Summus Pontifex in c. cum sit de Simon. & in c. cum ex officij de præscr. & ideo in c. præcariè 10. q. 2. habetur, neminem inuitum cogi altari ex proprio face-
3 re beneficium, vel seruitium; Imò Ecclesiæ seruiens dignus est, quod Ecclesiastica remuneratione gaudeat, c. charitatem 12. q. 2. & c. vlt. de rescr. in 6. & hoc etiam probat illud Saluatoris nostri Matthæi, & Lucæ c. 10. dignus est mercenarius mercede sua, quare cum fuissem consultus quæ dicantur congrua alimenta, resolui
4 nullibi hoc esse determinatum, sed relinqui arbitrio Iudicis, vt in specie scripsit Molina, quem ad hoc propositum allegauit D. Ioa. Maria Nouarius, de iustitia, & iure disp. 145. col. 4. vers. his ita constitutis, qui subiungit habendam esse rationem qualitatis beneficij, quantitatis redditum, ob quæ permissum est beneficiario habere maiorem, splẽdidioremque familiam, atque ita plus in suam congruam substentationem consumere, quis enim (inquit Molina) dicat tantum fas esse consumere de fructibus sui beneficij in suam congruam sustentationem Canonico, quantum Episcopo eiusdem Ecclesiæ, aut quantum Decano, si lõgo interuallo redditus Decanatus illius Ecclesiæ superat redditus simplicis Canonicatus, ita dixit Menoch. de arb. iud. casu 169. n. 2. quod & si Iudicis arbitrio relinquitur qualitas & quantitas alimentorum præstandorum pupillo, & infanti; habendam tamen esse rationem qualitatis pupilli, & quantitatis reddituum bonorum ipsius pupilli;

5 Et n. 14. dixit idem Menoch. quod quando Episcopus promouet aliquem ad Sacros Ordines, & ei tamquam pauperi prouidere debet, vt habeat vnde se alat, alimẽta taxanda sunt, habita ratione qualitatis promoti, & redditũ Ecclesiæ, Idem sensit Præpositus in c. clericos in fin. 1. q. 2. Et vere eiusdem sententiæ fuit D. Th. in 2. 2. q. 32. art. 10. ad tertium, Et D. Aug. in serm. 41. de Sanctis admonuit alias esse debere escas diuitum, alias pauperum, & ex nostris Accurs. in l. idemque §. Labeo ff. mand. & in l. seruis Vrbanis de legat. 4. scripsit Rusti-
6 cos non vti cibis delicatis, sed caseo, cæpis, fabis, & similibus: nobiles vero diuitesque delicatis vesci, & traditionem hanc probauit ad rem nostram Marsilius tr. de Eccl. redditibus c. 29. n. 7. & alijs Menoch. comprobauit in commentarijs de præs. lib. 4. præs. 157. n. 16. & quæ de cibis dicta sunt, intelligi etiam debent de vestimentis, ac de apparatu domus, quæ omnia ad hominũ sustentationem necessaria sunt, & quæ alimentorũ nomine contineri scripsit Menoch. de præs. d. præs. 157. n. 13. Hæc enim sunt pariter pro conditione, & qualitate beneficiarij æstimanda Iudicis arbitrio, sicut dixit Menoch. in d. præsum. 157. n. 18. Et his declaratur Sacrum Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de reform. quo constitutum est, vt Episcopi, & cæteri beneficiarij non solum honesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant ne quid appareat quod à sancto instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat: Hactenus Sacrum Concilium (vt dixi) declaratum, vt non tollat quo minus pro diuersitate beneficiorum, reddituum, & aliarũ circumstantiarum beneficiarius vnus ampliorem splẽdidioremque possit habere familiam, & lautiorem mẽsam, pretiosioremque ac splendidiorẽ suppellectilem: Quæ autem dicatur modesta supellex, & frugalis victus, & mediocris familia, Iudicis arbitrio relinquitur, vt in specie tradit Molina in disp. 145. col. 5. vers. secundum est; Non enim hoc iure definitum est, nec etiam definiri potuit cum à personarum, & reddituum varietate totum pendeat; Iudex autem prudens, & circumspectus iudicabit aliam esse mensam, & supellectilem Cardinalis, aliam Episcopi, aliam Canonici, sicuti docẽ, & accuratè explicat præcitato in loco Molina qui alia plura de hac sustentatione, & alimentis beneficiariorum scribit, quæ non prosequor cum apud eum facile videri possint.

RESOLVT. CCCCXL.

Confessarij sunt puniendi etiam si post confessionem sollicitauerint mulieres.

1 *Confessarij sollicitantes mulieres in confessione graviter puniuntur.*
2 *Ampliatur etiam si sollicitauerint post confessionem.*

1 IN hoc articulo respondi ex verbis Bellonij in tr. de potestate eorum quæ in cõtinenti fiũt, q. 176. quod in Sacramentali cõfessione verbis, vel impudico tactu, vel signis, vel etiam pellici oculorũ nictu mulieres ad turpia allicere studẽtes, grauiter puniũtur ab Inquisitorib. hæreticæ prauitatis, tamquam perperam de Sacramentali confessione sentiant, qui non solum contra illius puritatem sed etiam securitatem peccant, Lud. à Paramo lib. 3. de orig. offic. Sanct. inquis. c. 10. nu. 120. & in princ. & iniuria afficiunt Sacramentum, idemque contemnunt materialiter, & formaliter, Lud. dict. c. 10. num. 54. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 21. nu. 42. & c. 23. nu. 1. Viuj. opin. 98. nu. 7. Farinac. de delict. carn. q. 137. num. 28. & sanè, quis ferat eos qui cum Christianorum morum esse debeant magistri, & omnes præsertim mulieres exemplo suo, & cohortatione ad pietatẽ, ad pudicitiam, & Dei cultum inuitare, & inflammare, cõtra

easdem ad peccandum excitant maxime in ipso actu confessionis, quid existimamus eos de hoc Sacramento credere qui eo tam nefariè, & impiè abutuntur; solent igitur isti quandoque ad triremes transmitti, & alijs pœnis adfici; verum prudens Inquisitor, vbi huiusmodi contingunt, multa solet præoculis habere; neq; enim temere quibusuis credet, licet agatur esse reprobanda per testes singulares; neq; debet probitas Confessariorū ob vnius, vel alterius mulierculæ maxime impudicæ testimonium in discrimen venire, Iac. Leonissa consil. 55. n. 12. inter consil. crim. diuers. tom. 1. inquirendum est igitur in vitam, & mores tam Confessarij quam mulierum, Lud. à Par. d. quæst. 18. num. 165. & 166. ait huiusmodi Confessarios abiurare debere saltē de leui, & priuandos esse confessionib. mulierum, conuincique eos duarum mulierum testimonio, quæ sint omni exceptione maiores n. 154. extat contra huiusmodi Confessarios solicitantes mulieres ad impudica Constit. Paul. IV. Pont. Max. die 16. Aprilis anno 1561. confirmata à Clemente VIII. die 3. Decem. 1592. illud quādo-
2 que venit in disceptatione, an locus sit Const. & pœnis impositis præd. sollicitatoribus, vbi ante confessionem, vel post perfectā id contingit, & placuit paulo ante, vel post incontinenti secuta perinde censenda ac si in ipsa interuenissent confessione, & hanc sententiam amplexum Sacrum Tribunal Inquisitionis Vrbis, quam probat Ludouic. à Paramo d. lib. 3. quæst. 10. à num. 31. vsque ad num. 51. & num. 90.

RESOLVT. CCCCXLI.

Eligens indignum, quando eligendi potestate priuetur?

1 *Eligens indignum ignoranter, non priuatur facultate eligendi.*
2 *Iudex nulliter Iudicans non priuatur facultate iterum de causa illa Iudicandi.*
3 *Elector eligens scienter indignum electionis potestate priuatur.*
4 *Refertur Responsum D. Ioannis Mariæ Nouarij, vt scilicet, quod patronus præsentans indignum suo iure priuetur.*
5 *Habens priuilegium, & eo male vtens scienter, ipso priuatur.*
6 *Vassallus male versans in feudo eo priuatur.*
7 *Eligens indignum, an talem præsumatur elegisse scienter.*
8 *In dubio benignior interpretatio est sumenda.*
9 *Delictum non præsumitur.*

1 PRo Resolutione huius articuli tres distinxi casus in quadam facti contingentia: Primus est quando eligens ignoranter malè eligit, vt quia nescit, an electus ille indignus sit ea electione, & tunc sic eligens minime priuatur ipsa eligendi facultate, Abb. & Dec. c. fi. de elect. Bal. in c. venerabilem de elect. & ratio est quia non dicitur hic eligens deliquisse, cum delinquendi animum non habuerit, & ob id cum sua illa electio reddatur solummodo nulla, ipse non dicitur priuatus sua facultate, vt scribunt Felyn. in c. ex tenore col. 2. de rescriptis, Iaf. in l. 4. §. condemnatum n. 30. ff. de re Iudic. & ibidem Ripa n. 45. Peralt. in l. vnum ex familia §. sed si vno num. 3. de leg. 2. tit. ita dicimus, Iudicem,
2 qui nulliter iudicauit non priuari facultate iterum de causa illa iudicandi, l. si vt proponis la seconda C. quomodo, & quando Iudex, Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 67. num. 2.

3 Secundus est casus quando elector scienter indignū elegit, hoc sanè casu priuatur elector ipse ea facultate eligendi, c. cum in cunctis §. fin. de elect. c. quanto eodem tit. Dec. in cons. 522. num. 7. Ripa de pæste in tit. de remediis ad conseruanda m vbertatem nu. 197. vnde
4 merito cōsuluit in quadam facti contingentia D. Ioannes Maria Nouarius, patronum eligentem scienter indignum suo iure priuari, vt respondit Barbat. in cons. 33. lib. 2. & secutus est Dec. in d. cap. cum in cunctis §. fin. num. 1. de elect. & idem est in electionibus laicorum officiorum, secundum Bald. in cap. venerabilem de elect. Tiraq. in repetit. l. bones §. hoc sermone n. 43. de verb. signif. Paleaz de Maioratu q. 19. n. 1. in 1. parte, Abb. in d. c. cum in cunctis §. 1. & in c. per inquisitionem in vlt. notab de elect. & sic dicimus, quod habens
5 priuilegium ad aliquid faciendum si eo male vtitur scienter, priuari debet, c. priuilegium 11. q. 3. confert l. Iudæos C. de Iudeis, & accedit l. eos C. de Aquæductu lib. 11. sic dicimus cum priuari beneficio, & liberalitate Principis qui ea male vtitur scienter, sicuti quan-
6 do vasallus male versatur in feudo, eo priuatur, Corbul. de iur. Emphit. in tit. de caus. priuat. ob rei deteriorat. Clar. in §. feudum. q. 56.

7 Tertius est casus quoties sumus in dubio, an scilicet is eligens sciuerit, vel ignorauerit à se electum esse indignum, nam in tali casu secundum Bar. in l. si patronus, vbi etiam Alber. & Bal. ff. de confir. tutor. præsumitur eligentem indignum scienter eligisse, & consequenter priuari eligendi facultate, sequuntur Dec. in d. c. cum in cunctis l. fin. n. 1. de elect. & alij relati à Peralt. in l. cum quidam n. 3. de legat. 2. licet ipse contrarium sequatur, ex eo quod non præsumitur quod eligens elegerit scienter indignum, & sententiam dicit
8 Paleaz de Maioratu d. q. 19. cum in dubio sumenda sit semper interpretatio benignior, l. ea quę §. in re dubia ff. de regul. iur. l. proximè ff. de his quæ in testam. delent.
9 & delictum non præsumitur, l. merito ff. pro socio, latè Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. quare Paleaz in d. q. 19. scripsit Iudicis arbitrio esse relinquendum, an is eligens præsumatur sciuisse electum illum fuisse indignum, si enim electus ille semper fuit in eadem Ciuitate, & loco vbi extitit eligens, & electus ita deliquit, vt verisimile sit eligentem id rescisuisse, præsumptio est quod scienter illum elegerit, si verò is electus abfuit, vel secreto sic errauit, vt probabile sit electum ignorasse, quod ignoranter elegerit præsumendum erit.

RESOLVT. CCCCXLII.

Portio congrua assignanda clerico præsentato ab Ecclesiæ patrono, quæ nam sit?

1 *Patronus præsentans clericū debet ei assignare portionem congruam.*
2 *Portio congrua quæ sit relinquitur Episcopi arbitrio.*

1 APerta sunt iura, quod equitate suadente fuit constitutum; patronos præsentantes aliquem ad beneficium, seu Ecclesiam, cui inseruiat, congruam portionem ipsi præsentato debere assignare, & constituere, vt ex ea possit viuere, c. extirpandę de præb. & dignit. Clem. 1. de iur. patr. quare fuit mihi quæsitum quæ di-
2 catur congrua hæc portio, & resolui, esse hoc relinquendum Episcopi arbitrio, vt senserunt gl. & DD. in d. c. extirpandæ de præb. & dignit. & Clem. 1. de iur. patron. Lambert. de iur. patr. lib. 2. p. 3. art. 15. qui scripsit considerandam esse præsentati qualitatem, & conditionem habita ratione redditus Ecclesię, & oneris solutionum præstandarum ipsi Episcopo, cum enim hæc iure diffiniri minimè poterint, meritò resoluendum est hoc esse Episcopi arbitrio relinquendum.

RE-

RESOLVT. CCCCXLIII.

Emphyteosis priuata ad Ecclesiam transiens, quando naturam rei Ecclesiasticæ sortiatur?

1 *Emphyteosis priuata transiens ad Ecclesiam si est hæreditaria, non immutatur, sed eadem obligatio manet.*
2 *Ecclesia subrogata respectu Emphyteutæ in locum illius qui Emphyteusim cõcessit ad idem tenetur ad quod obligatus erat primus Dominus.*
3 *Fundus tributarius transiens ad Ecclesiam remanet tributarius.*
4 *Obligatio quando est perfecta, & perpetua ita quod non pendeat eius essentia, non immutatur ex mutatione personæ in tertij præiudicium.*
5 *Tempus moræ quando attendatur in personam successoris.*
6 *Res non priuilegiata perueniens ad priuilegiatum assumit naturam, & priuilegium illius.*
7 *Emphyteusis priuata transiens ad Ecclesiam deuoluitur per biennium, quando mora cœpit cum Ecclesia, quod intellige vt num. 8.*
9 *Recognitio limitata, limitatum producit effectum.*
10 *Dominus directus post concessam Emphyteusim non potest Canonem augere.*
11 *Nemo potest alienando directum dominium duriorem Emphyteutæ conditionem ipso inuito reddere.*

AD explanationem præsentis articuli duo sunt distinguendi casus, quorum primus est quando sumus circa ea, quæ respiciunt obligationem iam perfectam, vt euenit quoties emphyteusis est hæreditaria, & tunc ex mutatione personæ minimè mutatur obligatio, l. 2. §. ex ijs ff. de verb. obligat. Salic. num. 7. & Bal. num. 12. in auth. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccl. quod procedit etiam si persona sit priuilegiata, vt Ecclesia, nam cum Ecclesia sit subrogata respectu Emphyteutæ in locum illius, qui Emphyteusim concessit, ad idem tenetur ad quod obligatus erat primus Dominus, arg. l. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis caut. vbi Iaſ. num. 23. cum seq. multa subijcit exempla, quæ conferunt ad decisionem præsentis articuli, & hinc etiam sit quod si fundus tributarius transit ad Ecclesiam, remanet tributarius, cap. 1. & ibi Abb. & reliqui de censibus, & ratio est quia quando obligatio est perpetua, & perfecta ita quod non pendeat eius essentia, non potest immutari ex personæ immutatione in præiudicium tertij, glos. fin. in cap. de decim. in 6. Alter est casus quando versamur circa ea quæ ortum habent in personam successoris, vt est mora, & tunc attenditur priuilegium successoris, & tempus moræ, l. cum quidam ff. de vsur. quia obligatio non est firmata, quo casu dici solet quod quando res non priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, assumit naturam, & priuilegium illius, Iaſ. in auth. quas actiones sub n. 42. C. de Sacrosanct. Eccles. Abb. cons. 9. num. 1. & 2. lib. 2. & in his terminis procedit illud quod inquit Salic. in l. 2. num. 36. & ibi Iaſ. num. 51. C. de iur. Emphyt. vt in re priuata, quæ transit ad Ecclesiam sufficit biennium ad deuolutionem, sicuti in Ecclesiastica, licet prius, quam deueniret non deuolueretur ante transactum triennium, nam quamuis vbi mora est cæpta cum priuato, puta quia in persona priuati transierit vnus Annus, & postquam Ecclesia successit transiuit alius Annus, Ecclesia non vtatur eius priuilegio, sed requiratur triennium, nihilominus quando mora fuit cæpta cum Ecclesia sufficit biennium, vt tradit Corbul. de iur. Emph. in Rubr. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Can. quæst. 2. post Bero. in cons. 120. num. 13. lib. 1. licet hoc intelligatur, quando Emphyteusis simpliciter transiuit in Ecclesiam, nec liquet sub quibus conditionibus Emphyteuta illam recognouerit, secus si limitatè illam recognouit, nempe cum ijsdem pactis, modis, & formis de quibus in instrumento confecto cum primo Domino laico, nam tunc si fuit conuentum, quod res non caderet in commissum nisi elapso triennio, sicuti Dominus Laicus non poterat ad deuolutionem contra Emphyteutam agere elapso solo biennio, ita nec Ecclesia, quia recognitio limitata limitatum producit effectum l. in agris ff. de acquir. rerum domin. adeo quod per mutationem, seu translationem directi dominij nullum censetur præcedentibus pactis præiudicium illatum, per ea quæ scribunt DD. in cap. 1. vbi Card. q. 3. Butr. prope finem, Anch. num. 7. Ioan. Andr. sub n. 6. de censibus; quod etiam in dubio præsumendum est, cap. super hoc de renunciat. l. postquam liti, vbi Dec. num. 26. C. de pactis, cum alijs per eundem in cons. 452. num. 22. & facit, quia sicuti Dominus directus post concessam Emphyteusim non potest Canonem augere, vt per Corbul. de iur. Emphyt. in d. Rubric. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Canon. q. 5. pariter nequit directum dominium alienando duriorem Emphyteutæ conditionem ipso inuito reddere, Ioan. Andr. in d. cap. 1. num. 6. de censibus.

RESOLVT. CCCCXLIV.

An, & quando absens propter infirmitatem percipere valeat distributiones quotidianas?

1 *Clericus Ecclesiæ Collegiatæ, durante infirmitate percipit distributiones quotidianas. Ampliatur vt num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Limitatur vt num. 10. & 11.*
2 *Infirmus fingitur Ecclesiæ deseruire.*

APerta sunt iura, Clericum Ecclesiæ Collegiatæ durante infirmitate percipere debere quotidianas distributiones, ac si verè, & personaliter diuinis interesset, cap. vnico §. qui verò de cler. non resid. c. clericus victum ad finem 91. dist. cap. 1. de cler. ægrot. vel debilit. cap. significatum de præb. tradunt Duen. in Reg. 206. lim. 7. Hoied. de incompatib. benef. p. 1. c. 17. num. 15. Selu. de benef. p. 4. q. 6. num. 9. Spin. in specul. testam. gl. 9. num. 30. Garzia de benef. p. 3. cap. 2. n. 363 Abb. in cap. ad audientiam num. 5. de cler. non resid. non debet enim quis absque sua culpa suo stipendio priuari, cap. satis peruersum 50. dist. & infirmus fingitur Ecclesiæ deseruire, Gemin. cons. 1. col. 3. latè Prob. in d. cap. vnico num. 16. & in cap. fin. de verb. signif. & faciunt tex. in l. arboribus §. de illo ff. de vsufruct. l. 4. §. Stichus si hæredi ff. de var. & extraord. cognit. & adeò verum est quod absens propter infirmitatem debeat habere distributiones quotidianas, vt procedat non tantum in eo qui verè morbo detinetur, & affectus est, sed etiam qui tuendæ valetudinis causa cum Physici consilio medicinam sumit, vel sanguine minuitur, vt in specie tradunt Anch. Ioan. And. Gemin. Franc. Arch. & Prob. in cit. cap. vnico, Graff. in lib. Decis. Aur. par. 2. cap. 15. lib. 3. num. 10. vt etiam dicimus procedere etiam si oporteat huiusmodi clericum aliò se conferre acquirendæ salutis causa, puta ad balnea, vel ad celeberrimum Medicum, vel etiam vt Cæli sibi officientis inclementiam effugiat, & ad salubrius se transferat, Odd. de resid. in integr. q. 7. ar. 11. num. 110. & seq. & sic etiam dicimus in eo qui sua culpa in morbum incidit, nam etiam distributiones quotidianæ ei debentur, Nau. de resid. lib. 2. cap. 2. dific. 4. num. 239. Cou. in lib. 3. Variar. Resolut. cap. 13. n. 8. Azor Instit. Moral p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 11. vbi idem dicit de eo qui sua culpa vulnus accepit, quod saltem ex eo potest admitti, quoniam ad vulnus sequi solet infirmitas, nam quamuis hi propria culpa sint impediti, tamen tale impedimentum nec à iure, nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum fuit, neque in id ægrotantium culpa præcessit, vt morbo impediti non valeant

leant personaliter interesse, atque ministrare, vt ait Cou. in dict. cap.13.seu, vt alij sentiunt, culpa non fuit præordinata ad casum, quo casu culpam non obesse quin possit vti priuilegio à iure concesso constat à sensu contrario, ex traditis per tex. in l. pen. de iur. dot. Castrens. in l. etiam §. fin. & in l. rei iudicatæ §. fin. ff. solut.matrim. Ias. in l.sicut autem col.2. ff. de re Iudic.
6 Couar. in lib.2.Var.resol.cap.16.num.6.& idem dicendum est de debili in cruribus, seu tibijs, ita vt non possit in Ecclesiam conuenire, percipiet enim distributiones,nam licet ab infirmitate differat debilitas, vt ex rubric. de Cleric. ægrot. vel debilit. colligunt DD. & Dec. in cap. si propter debilitatem num.1. de offic. deleg. quoniam alternatiua, vel, ponitur inter diuersa, vt in simili arguit Bar. in l. vbi pactum C. de transact.tamen cum ea prouenit à corporis dispositione, neque qui ea affectus est potest muneri de quo agitur incumbere, tunc debilibus,& infirmis omnino sunt æquiparandi in priuilegijs, vt latè habetur per Menoc. de arbitr. Iud.lib.2.casu 60. num. 14. & seq. sic pariter
7 dicimus in eo qui vtroque lumine orbatus est, per tex. in l.1. C. qui morb. se excus. lib.10. vbi qui vtriusque oculi aciem amisit, leuamen sentit munerum personarum, eorum nimirum quæ corpore implenda sunt, vt ibidem glos.1. explicat, qua etiam ratione idem pro-
8 babiliter dici potest de eo qui articulari morbo, hoc est Artetica, ita torquetur, vel debilitatus maneat, per text. in l.2. C.de eodem; vbi iste à muneribus personalibus vacationem habet, idemque de illo, qui po-
9 dagra, vel pedum valetudine ita est afflictus, vt rebus proprijs superesse non possit, arg. text. in l.3. C. qui
10 morb. se excusat. licet supradicta procedant quando infirmitas non esset vera causa absentiæ, seu non interessentiæ, vtpotè, quia is qui modo ægrotat non consueuerit existens in integra valetudine officijs diuinis interesse, tunc enim durante ægritudine distributiones quotidianas nequaquam percipiet, Ioa. Andr. Card. & Abb. in cap. ad audientiam de Cleric. non resid. Felin. de communi attestans in cap. Apostolicæ num.12. de except. Monal. cons.27. num.6.Dec.cons. 69.num.8.vol.2.Corset.in suis sing. in verbo infirmus, optimus ad id text. in l. 2.§. si quis Iudicio ff. si quis caut.l.3.§.si quis acceperit, & l. 4. §. Sthicus si hære-
11 di ff. de stat. liber. & sic etiam dicimus, quando infirmitas non esset talis, vt possit clericus in Ecclesiam se conferre, nam tunc neque distributiones quotidianas percipiet, vt habetur per Io. Andr. in d.c.vnico n. 3. Archid. num.2.Gemin. d.§. qui verò num. 5. dum infirmitatem grauem requirunt per text.in cap.si quis Episcoporum 18. dist. & not. in cap. placuit, & cap.si Episcopus 100. distinct.

RESOLVT. CCCCXLV.

Spurius, an possit obtinere pensionem Ecclesiasticam?

1 *Pensiones æquiparantur beneficijs.*
2 *Quæsitum resoluitur negatiuè, sed limitatur num.3.*

1 CVm pluries dixerim pensiones æquiparari beneficijs, cap. quamuis de præbendis in 6. Crescentius in dec.14. de sententia, & re iudicata, ideo erit
2 inhabilis spurius ad pensiones obtinendas quemadmodum ad obtinenda beneficia, vt probatur in cap. cum in cunctis in princ. cap. innotuit de elect. glos. in cap. nisi cum pridem extra de renunciat. & habetur Deuteronomij, cap.23. non ingredietur Manzer. hoc est, & de scorto natus in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, ita in Tholosano Senatu iudicatum refert Pet. Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus num.276. 277. faciunt notata per Card. Palcot. de Nothis, & Spur.cap.57. per totum, Card.Paris. in cons.96. num. 4. vol.4. quem refert, & sequitur Cæsar Barzius in dec.Bon.3.num.41. Sym. Maiolus de irregular. lib.1.cap.3. per totum, Marc. Anton. Marsil. Archiepiscop. Salernitan. de Ecclesiasticorum redit.origin. & iure par.1. cap. 18. num. 12.
3 Primo limita, secus esse si cum illis dispensatum sit à Summo Pontifice, vt in cap. fin. de filijs presbyter. Petr. Rebuff. de pacific. possessoribus num.278.Nicol. Gimonticus in Enchiridio Sacerdotum tit.1. cap.7.n. 41. cum pluribus sequent. Rota in dec.136.incip. voluerunt Domini, Bellamer. in dec.362. incip. illegitimus, Barz. in decis. Bon.3 num.42.

Sublimita, & declara, dispensationem prius faciendam esse quoad Ordines, vt in cap.1. extra de fil.presbyt. & in cap.1.eod.tit.in 6.Ioan. Coraf.in Paraphas. Sacerdotior.p.3.c.2. n.1. Ægid. Bellam. in dec.362.

RESOLVT. CCCCXLVI.

Quæ causæ sint sufficientes, & iustæ ad dispensandum circa beneficiorum pluralitatem?

1 *Litteratura beneficiarij est iusta causa dispensandi circa beneficiorum pluralitatem.*
2 *Ecclesia Dei indiget viris litteratis.*
3 *Clericus illiteratus est indignus Sacerdotio.*
4 *Per scientias Mundus illuminatur, & ignorantia est tenebra Mundi.*
5 *Scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem.*
6 *Meritorum prærogatiua est secunda causa dispensandi circa beneficiorum pluralitatem.*
7 *Nobilitas Beneficiarij est tertia causa vt supra.*
8 *Nobiles in beneficijs sunt cæteris preferendi.*
9 *Nobiles potius, quam Ignobiles sunt assumendi ad honores, Magistratus, & dignitates seculares.*
10 *Veneti, Nobiles tantum assumuntur ad Ciuitatum regimen.*
11 *Nobilitas est quædam dignitas.*
12 *Necessitas Ecclesiarum est quarta causa vt supra.*
13 *Multa permittuntur à iure ratione necessitatis, quæ alias non permitterentur.*
14 *Vtilitas Ecclesiarum est quinta causa vt supra.*

COmplures in iure nostro reperiuntur expressæ iustæ causæ ad concedendam dispensationem cir-
1 ca beneficiorum pluralitatem, est ergo prima causa litteratura ipsius beneficiarij. Nam propter hanc solam potest dispensari ad beneficiorum pluralitatem, vt probat tex. in cap. de multa de præb.ibi circa litteratas personas quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ, cum ratio postulauerit, & ita notat ibidem gl. in verbo litteras, & ibidem Panorm. nu. 5. & alij Scribentes, Rebuff. in praxi benef. in tit. de dispens. ad plura beneficia num.45. cum seq. & Gambar. in tract. de offic. & potest. legati lib.5.in titul. an legatus possit plura beneficia vni conferre num. 138. cum seq. &
2 ratio huius conclusionis est: quia Dei Ecclesia indiget viris litteratis, quandoquidem ignorantia etsi in omni hominum genere damnanda sit, in clericis tamen nulla excusatione digna est, vt in cap.si in laicis 38. dist. & qui repellit scientiam à se, non est dignus Sa-
3 cerdotio, vt probatur in cap. omnes in fin. 38. dist. & illiterati repelluntur ab ordinibus, vt in cap. præcipimus 34. dist & in cap. fin. de temporibus ordinat. lib. 6. & illiteratus est maximè odiosus, vt inquit Panor. in cap. cum nostrum de conces. præbend. & Scribentes in cap. per tuas il primo de Symonia, & quia per scientias mundus illuminatur, & ignorantia est tenebra mundi, vt patet ad sensum, & fuit dictum Bald.in auth. habita C. ne filius pro patre in 3. not.num. 12. & ibi etiam Salyc. & multa adducit Mandos. in reg. 16.

Can-

Cancellariæ in q.13.per totam: Hodie autem moribus receptum est quod non dispensatur cum literatis nisi habeant gradum, & ideo scientia sine gradu non præstat dispensandi facultatem,sed necessarius est gradus, siue doctoratus,siue licentiæ, siue Baccalaureatus formati in Gallia, seu Hispania,cum tempore requisito ad eum, vt concludit Rebuff. in cit. titul. de dispensat. ad plura beneficia num.44.& Gambar.in tract.de officio, & potest.legati lib.5.num.138. vbi inquit quod prædicti gradus debent esse in iure, vel in Sacra Theologia, vel in Logica, & Philosophia,argum.tex. in Clem.2.de magistris, & hanc sententiam tenet etiam Mandos. in reg.16.Cancellarię in quæst.11.& 12.

6 Secunda causa ad dispensandum super beneficiorum
1 pluralitate est meritorum prærogatiua vt probatur in c.tali prima q.7. & videtur etiam probari Lucæ c.7.de Centurione qui misit seniores ad Iesum vt rogarent eum, & ipsi sollicitè rogabant eum dicentes quia dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostrã, & Synagogam ipse ædificauit nobis: Ergo cum eo qui diligit populum, & plebem,& potest eam bene docere, dispensari debet, vt in terminis nostris tenet Rebuff. in dict. praxi benef. in titulo de dispens. ad plura benefic. num.50.

7 Tertia causa est nobilitas ipsius beneficiarij, nam expressum est in iure quod cum nobilibus possit dispensari circa beneficiorum pluralitatem, vt clarè probatur in c.de multa de præbend.cuius verba sunt:Circa sublimes tamen, & litteratas personas, quæ maioribus beneficijs sunt honorandæ,cum ratio postulauerit,per Sedem Apostolicam poterit dispensari & ibi sublimes personas interpretantur Scribentes, id est nobiles, & Tiraquel. in tract. de nobilitate in cap.20. num.13. & expresse Inn.in c. dudum ad fin.in vers.item si Papa de elect.inquit quod sola nobilitas sine litteratura ad hoc sufficit, videlicet ad obtinendam pluralitatis beneficiorum dispensationem,& idem voluit Ioann. Andr.in c.cum in cunctis col.4.in verbo quibusdam, & ibi quoque Panor. in quarto not. de elect.& Tiraquell.vbi su-
8 pra dict.num.13. pro qua sententia multa adduci possunt:Primo quod nobiles in beneficijs sunt cæteris præferendi, vt voluit gl. in verbo nobilitati in c. vltimo de pœnis,per text. in c. non satis in vers. item si consideranda est 86. distinct. & tenuit Goffred. in summa de tempor.ordinat. in §. sed circa hospitalitem in fi. & gl. in c.statuimus in verbo potiorem,& ibi Bal.de maiorit. & obedien.Boic.in c.pæn. de præbend. Archidiaconus in c. hæc autem scripsimus ad fin.30. distinct. & in c. grandi de supplenda negl. Prælat.lib.6. Panor. in cap. dudum in 4.not. de elect. & in q.3. incip. Sempronius clericus col.4. versic. vnde etiam nobilis, & Florianus l.3.in princip.col.prima ff.de fid.instrument.& Felyn.in c. cum adeo per illum textum col.3. vers. nobilitas de rescript.& Bertand.in cons.2.incip.viso processu causæ n.40.lib.3. & multa adducit Lamber. in tract. de iure patr.in art.9. in q. principali in 3.par. libri secundi, & multa adducit Tiraquell.in dict.c.20. in tract. de nobilitate num.10.Secundo facit quia videmus quod nobiles potius quam ignobiles sunt assumendi ad honores
9 Magistratus & dignitates sæculares Ciuitatum, suntque cæteris præferendi, vt prob. text. in §.1. in princi. in verbo viri obscuri,& iterum in vers.interim,in verbo vniuersi nobiles, & in §. vltimo verbo vnumquemque nobilium in auth. de defensoribus ciuitatum, & ibi notat gl.& Ang.& gl.in c.statuimus in verbo potiorẽ post princip. de maioritat. & obedien. & Ioann. Andreas in c.venerabilis col. penul. in verbo virtutum,& Imol. in fi. de præbend. Barbatia in c. accedens il secondo col. 10.vt lit. non contest. & in repet. extrauag. volentes in verbo nobilis, & in cons.35. incip. sapienter scribitur
10 col.1.lib.2.vbi in ea re laudat Venetorum morem,qui nobiles tantum ad Ciuitatum regimen assumit, & in cons.35.incip.præclarè scripsit Psalmista col. 4. eodem lib.2.& in cons.46.incip.illud adducam col. antepenul. vers.facit textus lib.4. & est bonus text.in l.honor §.de honore in verbo origo natalium,ff.de muneribus,& honoribus, & l.honores §.ij qui ff. de decurion. vbi plebei honoribus decurionum fungi prohibentur, & multa adducit Tiraquell. in tract. de nobilitate in c.20.n.1. cum seq. Tertio facit quia in vniuersum in his omnibus est nobilitati deferendum, in quib. dignitatis habenda est ratio: Nam etsi non omnis dignitas est nobilitas,vt
11 concludit Tiraquell. in tract. de nobilitate in c.8. n.4. est tamen nobilitas quædam dignitas, vt inquit Bar.& Ioann.de Platea in l.1.C.de dignitatibus lib.12.& Tir. quel.in d.tract.in cap.20. n.191. dicens hanc esse opinionem omnium qui de nobilitate scripserunt, & propterea nobiles plebeis sunt superiores,& digniores, vt constat ex Specul. in tit. de rescript.præsentan.in §.ratione autem causæ circa princip. in vers. sed quæ sunt personæ, & tenet Cæpol. in priuileg.41. nobilitatis; & probat text. in c.super eo, secundo de testibus, & in l. viduæ ibi, Pares genere,C. de nuptijs, & hinc est quod generaliter in omnibus fauendum est in dubio, ac cæteris per omnia paribus,nobilibus potius, quã cæteris.

12 Quarta causa est necessitas Ecclesiarum, hæc enim est iusta causa ad dispensandum super beneficiorum pluralitate,vt clare probatur in c.at si illa prima q.7.& idem probatur in c. multa de præb. & ibi notant Scribentes omnes,& hæc necessitas consideranda est respectu Ecclesiarum, non autem respectu beneficiarij, vt probatur c.cum nobis olim in fine, & in c. innotuit de electionibus, & quod necessitas sit causa dispensandi super pluralitate tenet expresse Rebuf. in praxi benef. in tit. de dispens. ad plur.benefic.n.49. multa enim ra-
13 tione necessitatis à iure permittuntur, quæ alias sunt prohibita, & facit, quia licet bona Ecclesię alienari non possint,vt probatur in toto titulo de rebus Ecclesiæ non alienandis, tamen propter necessitatem possunt alienari,c.sine exceptione 12.q.3.gl.in summa 12. q.2.Canonistæ in c. nulli de reb. Ecclesiæ non alienandis,latè Rodoan.in tract.de reb.Ecclesię non alienand. in rubr. de causis propter quas fiunt alienationes rerum Ecclesiæ, & de causa necessitatis, & circa hanc causam vide Menoch.de arbit.Iud. casu 82.centuria 2.

Quinta,& finalis causa est vtilitas Ecclesiarum,nam
14 propter hanc potest dispensari ad beneficiorum pluralitatem,vt probatur in c. requisitus in §. nisi rigor, & in c.& si illa prima q.7. in quo dispensans respicere debet vtilitatem Ecclesiarum non autem personarum, vt in terminis tenet Rebuff. in praxi benefi. in tit. de dispensat.ad plura beneficia;Nam vtilitas publica consideranda est, & cæteris rebus anteferenda, vt probatur in l.1.§. si seruus ff. de ventre inspiciendo, & in l.mulier §.non dubitandum ff.ad Senatusconsult.Trebellianum: Pro qua sententia facit, nam vtilitas est legitima causa alienandi res minorum,vt inquit gl. in l. cum hi §. eam transactionem per illum text.ff. de transact. & in l.2. ff. de acceptilationibus, Spec. in tit. de empt.& vendit.§ nunc dicendum restat in vers. hoc quoque, Aret. in l. magis puto §.si æs alienum ff.de rebus eorum, & Bal. in l.cum hi §.eam transactionem,& in 1.& 2. lectura,& in l.contra iuris per illum text.C. de pact. & multa adducit Tiraq.de legibus connubialibus in gl. 8. num.63. qui dicunt quod propter vtilitatem etiam sine decreto possunt alienari res minorum, de cuius veritate videndus est Simoncell. in tract. de decretis in lib.3. in titul. 8.inspectione 17. per totam vbi multa pulchra adducit,similiter videndus est, & quod propter vtilitatem Ecclesiarum possunt earum bona alienari, probatur in d.c. siue exceptione 13.q.2. & in l. iubemus circa finem C. de Sacrosanct.Eccles. ita resoluit multa adducens Redoan. in d.tract. de reb. Ecclesiæ non alienan. in rubr.de causa vtilitatis; Nam vtilitatis & necessitatis,

tis, causa quod hoc æquiparatur à iure, vt inquit Abb. in cap. final. de rebus Eccles. non alienand. & Redoan. vbi supra numer. 20. Quod adeo verum est quod si alienatio rerum Ecclesiasticarum fiat ex causa vtilitatis valida est, etiam si fiat sine solemnitatibus, vt inquit gl. in d.l. cum hi §. eam transactionem, & ibi Bal. Angel. & Iacobin. de Sancto Georgio, & Bal. in l. quicumque C. de bonis quę liberis, & ibi Alex. in Apost. & Dec. in c. quæ in Ecclesiarum col. 2. cum seq. de const. & in capit. causam quæ col. fin. de Iudic.

RESOLVT. CCCCXLVII.

Pœnæ non factæ publicationis resignationis quæ nam sint.

1 *Resignatio est nulla non facta publicatione.*
2 *Annullata resignatione, annullatur quælibet vacatio.*
3 *Argumentum de persona ad tempus valet, & è contra.*
4 *Non facta resignatione per resignatarium, ius non abdicatur à resignante.*

1 IN iure nostro prima pœna est vt non facta publicatione sit nulla resignatio, Nauar. in c. accepta oppositi. 8. num. 17. de restitut. spoliat. Sarnen. in tit. de publicat. & probatur in regula Cancellariæ ibi nullius essent roboris, vel momenti, & fuit practicatum sæpius in Rota, & præsertim in vna Aquilana prioratus veneris 2. Iunij 1581. & coram Cantuccio, & ideo ex huiusmodi resignatione nullum ius acquiritur resignatario, vt expresse dicitur per Nau. in cons. 3. n. 1. de public. Sarnen. in q. 16. & habetur in Constitut. 87. Greg. XIII.

Secunda pœna est, quod non potest capi beneficium vigore clausulæ generalis de stylo apponi solitæ in supplicatione, & litteris, vel alias, quouis modo vacet, nã annullata resignatione annullatur quælibet vacatio ex ea resultans, Sarnen. in d. q. 16. vbi refert sic fuisse decisum, quod probatur tum auctoritate dictæ Constitutionis Gregorianæ habentis clausulas generales, & prægnantes sub quibus includi hunc casum communiter teneretur ex traditis per Bald. in l. in fraudem ff. de militar. testam. & cons. 205. lib. 1. Crauett. cons. 92. n. 4. & cons. 118. n. 14. tum etiam ratione, quia dicta clausula quouis modo, &c. secundum communem conclusionẽ, & stylum de quo testatur Sarn. dict. q. 16. capit tantum vacationem tempore datæ prouisionis contingentem, & sic beneficij quod iam vacat de præsenti, non tamen capit vacationem quæ extrinsecus, & in futurum contingere potest, Doctores in c. susceptum de rescript. lib. 6. nam sicut non se extendit ad vacationem ex persona
3 alterius, ita neq; ad vacationem contingentem alio tempore, nam valet argumentum de persona ad tempus, & è contra l. qui plures in principio ff. de vulgar. & pupill. l. vidimus § pen. ff. de in lit. iurand. late Sarn. de infirm. quæst. 34. & expresse dicitur, & habetur in dicta Constitutione Gregoriana §. illorum vero ibi numquam ob clausulas generales.

4 Tertia pœna est qnia non facta resignatione per resignatarium ius non abdicatur à resignante, Caputaq. in dec. 80. p. 3. & est Constitutio Pij V. 182. de public. vt colligitur ex his quæ dicit Sarnen. in pluribus quæstionibus de public. & fuit decisum in vna Pampilonen. 15. Martij 1573. coram Aldobrandino in vna Calgaruten. prioratus 6. Februarij 1576. coram Blanchetto, & in vna Vximan. coram Brauo, & in vna Aquilan. coram Cantuccio. & in vna Barchionen. coram Bubalo, vt dixit Paris. de resignatione benef. lib. 1. q. 3. n. 116. licet inspecto tempore Constit. 27. Gregorij XIII. de public. dicendum est ob factam publicationem à resignatario abdicari ius à resignante, & beneficium vacare, ac posse conferri libere, & impetrari, vt dicitur expresse in §. quod si quicquam, ibi, illa quæ siue iure ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione etiam si illæ alias nullæ, & innalidæ essent vacauisse, & vacare censeantur eo ipso, & ibi, sed ipsa beneficia sine cura, sic à principio vacantia.

Quarta pœna est, quia resignatarius non potest capere beneficium vigore alterius gratiæ, vt dicitur in dicta Gregoriana §. quod si quidquam ibi, nullaque alia gratia super huiusmodi beneficio siue iure cessio ijs quibus concessa fuerit suffragatur.

Quinta pœna est vt resignatario non prosit regula de annali neque triennali, ac præsumptæ retrocessiones, vt habetur in dicta Gregoriana Constitutione d. §. quod si quicquam.

RESOLVT. CCCCXLVIII.

Vtrum resignatarius cogatur expedire Bullas beneficij resignati.

1 *Resignatarius cogitur expedire Bullas beneficij resignati.*
2 *Adducuntur tres causæ, ob quas resignatarius cogitur expedire Bullas beneficij resignati.*
3 *Litteræ Apostolicæ tunc dicuntur expeditæ, cũ sunt plumbatæ plumbo Summi Pontificis pro tempore existentis.*
4 *Resignatio durat mortuo Papa.*
5 *Gratia potest perfici à successore, quæ casu à prædecessore perfici non potuit.*

1 PRaxis est circa istum articulum affirmatiua, scilicet quod teneatur resignatarius expedire Bullas beneficij resignati, vt quotidie deciditur, & practicatur in Rota, Bellamera in dec. 747. Mandos. in rubrica de constit. n. 50. Sernen. in regul. de non Iudicand. iuxta formam supplicat. q. 1. cum sequent. Mascardus de probat. concl. 844. Rota in nouis in dec. 10. n. 5. de præbendis, & in dec. 27. de rescriptis, qui omnes aiunt requiri in gratia beneficiali expeditionem litterarum, & ante expeditionem, gratiam dici informem, & imperfectam, vt etiam sequitur Burs. in cons. 393. sub n. 21. Caslan. cons. 20. n. 27. Gig. respons. 24. n. 11. cum seq. nãque sola supplicatio videtur existerein vtero, donec per Bullarum expeditionem in mundum producatur, Mandosius vbi supra q. 4. n. 5. Sarnen. loco citato col. 2. in fine, nam gratia videtur concessa cum citata conditione si Bullæ expediantur, Bellam. in cons. 34. Rota in decis. 27. de rescriptis in nouis, Mandosius vbi supra n. 56. & antea non dicitur gratia perfecta, Oldradus cõs. 324. & ante non datur Canonicus titulus in suo esse perfectus. Millius in suo repertorio in verbo gratia Apostolica, Bellam. in dec. 110. & dec. 664. & propterea ex regula Cancellariæ de non iudic. iuxt. form. supp. prohibentur Iudices in causis iudicare secundum tenorem supplicationum, sed secundum formam litterarum in forma expeditarum per hæc verba, item ante confectionem litterarum gratia Apostolica sit in formis, quæ regula emanauit ob duas causas, vt tradit
2 Ferret. in rub. de const. n. 21. Primo vt euitentur falsitates quæ in supplicationibus facilius committuntur in Bullis, propter appositionem manuum plurimorum Officialium. arg. l. vlt. C. de Codicill. Secundo ne fiat præiudicium officialibus Romanæ Curię, qui super litteris in Cancellaria apponunt manus, & inde consequuntur quædam emolumenta consueta, & solita dari ratione officiorum emptorum per eos à sede Apostolica, Tertiam rationem in dict. Rubr. 50. addit Mandos. ad tollendas disputationes, namq; ex proemio colligitur causa finalis Contitutionis, Bar. in l. vlt. n. 5. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 479. & cons. 388. sub. n. 2. & proemium dicit, quia gratia ante litterarum expeditionem dicitur informis, & cet. & in hoc hæc regula discordat à iure cõmuni, vt ibi glosa cõsiderat, Sarnen. in q. 1. col. penult. versic. tamẽ, Soccin. Sen. in cons. 41. col. 3. lib. 3.

3 Quæ

3 Quæ litteræ tunc expeditæ dicuntur, cum sunt plumbatæ plumbo Summi Pontificis pro tẽpore existentis, vt resolutum fuit in Rota in vna Salamantina parochialis de mense Nouembris coram Crescentio 1559. teste Sarn.d.q.1.de non Iudic.iuxt.form.suppl. col. antepenul.vers.vt tamen vlterius, Mandos. ibidem q.3.n. 3.quas litteras poterit resignatarius expedire etiam mortuo Summo Pontifice, qui gratiam facit, & supplicationem signauit, Namq; mortuo Papa durat resignatio, Gemin. cons.93.n.13. Æneas de Falcon. in tract. reser.benef.in 4.p.priuil.1.effect.vers.4. Sarn.de public. q.6.n.6.& habetur in dec.84.in vna Camerinen.coram Accorambono. Et successor debet dare huiusmodi literas facta mentione gratiæ factæ per prædecessorem, Rot.dec.87.de rescrip.in antiq.Dec.cons.407.num.17. Abb.in c.nostra de resc.Dec. Ripa,& alij omnes in rub. de constit. Bosc.Papien.n.112.Burg.n.114. Rimin. Iun. n.128.& fit expeditio in forma rationi congruit, vt in d.rub.tradit.Ferret.n.18.in fin.vt probat regu. Cancellariæ in ordine 7. inter Regulas Sixti V. cuius rubrica hoc modo est concepta, de litteris in forma rationi congruit expediendis, & in nigro hæc sunt verba; Item voluit idem Dominus Noster Papa quod concessa per Fœlicis recordationis Gregorium XIII. prædecessorem suum, & de eius mandato expediantur in forma rationi congruit sub die coronationis suæ vt moris est, & idem quoad concessa per piæ memoriæ Pium Papam V. predecessorem suum ad sex menses dumtaxat ab ipso die coronationis incipiendos, obseruari voluit, & hæc regula sicut, & aliæ ab vnoquoque Pontifice renouatur, & habet bonam rationem, nam rationabile
5 est, vt successor perficiat gratiam factam à prædecessore, quæ casu perfici non potuit Rota decis.10. de resc. per Bisignet. Bellam. decis 329. Mandos. dict. rub. de const.n.57.Rebuff. in praxi tit. de gratia rationi congruit in princ. nam donatio Principis ligat etiam successorem, Bart. & alij in l.si mihi, & Titio ff. de cond.& demonstr.

RESOLVT. CCCCXLIX.

An quando appellatur ab Episcopo procedente in causa ex commissione sibi facta à lege, vel Canone tanquam Sedis Apostolicę Delegato, debeat appellari ad Metropolitanum, an verò ad Summum Pontificem?

1 *Episcopus si procedit in causa vt ordinarius, interponitur appellatio ab eo ad Metropolitanum, si verò procedit vt delegatus sedis Apostolicæ, ab eo appellatur ad Summum Pontificem. Sed contrarium verius num.3.*

2 *Iurisdictio, quę tribuitur à lege, non delegata sed ordinaria dicitur.*

4 *Dictio, tamquam, aliquando denotat improprietatem, aliquando verò non.*

DVbitatum fuit apud viros graues, & eruditos, quid importet, & quem effectum operetur illa clausula quæ à lege, vel Canone sæpe conceditur Episcopis, quod possint procedere in aliquibus casis tamquam Apostolicæ Sedis Delegati, vt habetur in c. ad abolendam in fi. & ibi notat gl. de hæret. & gl. verb. Apostolico in clem.vnica de suppl.negl. Præl. & passim Conc.Trid.vtitur huiusmodi clausula.s. in sess.5.c.2. & in sess.6.de refor.c.2.3.& 4.& in sess.7.c.6.8. & 14. & in sess.14.c.4.& in sess.21.c.5.& 7.& 8.& in sess.22.c.3.5.6. 8.& 10. & in sess. 24. de refor. in c.9.10.11.& 14.& in sess.25.c.8.& 9.tribuitq; facultatem ipsis Episcopis, vt tamquã Delegati Sedis Apostolicæ procedant in cau-
1 sis; quæ difficultas ex eo præsertim vtilis,& controuersa est, quia si procedit vt Ordinarius interponitur appellatio ab eo ad Metropolitanum, si vero cognoscit de causa vt Delegatus Sedis Apostolicæ appellatio debet interponi ad Summum Pontificem, vt optimè aduertit Abb.in c.ad abolendam n.15.in fi.& Fely.n.3. de hæret. Abb. in c.cum. ex officij n.18.in fi. de præscript. Alex.in l.more maiorum n.13. de iurisd.omn.iud.Franc. Viui.lib.1. commun.opin. in verb. Iudex ordinarius in fi.Fel.in c.licet in corrigendis in princ.de off.Ord.optimè Iaf. in l. ius ciuile n. 3. de iust. & iur. & in l.1.§. & post operis n.4. de nou. oper. nunc. latè Paul. de Cast. in l.& si prætor in prin.ff.de off.eius cui mandata est iurisdictio, Auil. in c.9. prætor. in gl. commission.n.3.Th. Zerol.in prax.Episc.2.p.§.visitatio vers.4.an in hac difficultate quãplures arbitrantur huiusmodi Delegatos à Canone, vel lege non propriè Delegatos appellari, sed Ordinarios dici, quia ordinariam iurisdictionem videntur exercere à Canone, vel lege eis tributam, vt tenet gl.in verb.super hoc Delegatus in c.irrefragabili §. cæterum de off.Ord. quam sequitur Bero. in rubr.de offic. Deleg.n.57. ad fi.Zabarel.in clem.vnica n.4.in 5. oppos.de suppiend.negl. Præl.& ibid.Anchar.n.8.citat. Host.& alios qui tenet hanc opinionem, quorum ratio
2 potissima est; nam iurisdictio quæ tribuitur à lege non delegata, sed ordinaria dicitur, vt tradit Fulgo. in l.1. n.3.ff. de off. eius cui mandata est iurisdictio, Spec. in tit.de off.Ord.§.constituit n.1.fol.39.1.p.qui citat text. in Can. à iudicibus in vers. Ordinarij 2.q.6. cuius tex. authoritate hoc tenent gl. verb.statuuntur. in c.2. ne Prælati vices suas,& Scribentes in l.& quia ff.de iurisd. omn. iud. vnde talis commissio Canonis potius excitatio iurisdictionis ordinariæ, quam noua delegatio appellari meretur, ex Felyn.in c. licet à n.1.& Abb.n.3. de off.Ord.Crot.in l.1.§. si quis simpliciter num.6. de verb.oblig.Anch.n.4. ad fin.Carroc.in c. cum quid p.1. limit.3.n.11.f.40.de reg.iur. in sextò, nisi illud mandaretur cum clausula appellatione remota, quia tunc videtur alterari iurisdictio ordinaria, & tunc censetur quis Delegatus, & non Ordinarius, prout tenet Vitalin. in tract. clausularum in cap. de clausula appell. remot.n.5.tradit optimè Auil.in c.9.prętor. in gl.cõmission.n.2.ex quibus infertur quod si ab Episcopo vt Delegato Canonis appellandũ est, non debet appellari ad Summum Pontificem, sed ad Archiepiscopum qui est Iudex appellationis interpositæ ab Ordinario, vt tradunt Abb. in dicto n.15.in fi.& Fely.n.2.in d.c.ad abolendum,& idem Zabar.in §.1.n.2.& quos refert Portoles ad Molin.in §.Iudex n.28. vnde quando Concilium tribuit facultatem Episcopis vt tanquam Sedis Apostolicæ Delegati aliquid faciant, solum videtur eis tribuere facultatem etiam in exemptos, vt expedite, & absque impedimento aliquo procedant, vt in simili probatur in d. cap. ad abolendam in fin. vbi Scribent. idque ita censuit Sacra Congreg. declaratione 484. in hæc verba teste Th.Zerol.in prax.Episcop.2. p. §. visitatio vers. 3. si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, prout Sacr.Conc.Trid. sess. 24. cap. 10. de refor. debet appellari ad Metropolitanum quoad deuolutiuum effectum, non quoad suspensiuum, prout sess.22. cap.1.de refor. ratio est, quia quæ in visitatione Suffraganeus facit iure ordinario facit, vt patet, quia legatus ordinarius, authoritate Apostolica licet sit effectus legatus, ea tamen quæ facit vt legatus, authoritate ordinaria facit, quia est Ordinarius, cap. 1. de off. Ord. Hostien. in Summ. tit. de off. Ord. §. sunt autem quædam, vbi dicit quod quando committitur Episcopo id quod pertinebat ad ipsum iure ordinario id fit vt magis timeatur, Canone quia nesciat 15.dist. Vlterius supradicta opinio probatur ex verbis illis Canonis scilicet tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, dictio enim tanquam regulariter, & de sui natura denotat improprietatem, & fictionem,& probat glos. vers. tanquam in c. solitæ,& ibi Felyn.n.3.de maior.& obed. Iaf. in l.1.n.2.& ibi gl. verb. tanquam C. de hæred. inst. & in

l.si

l.si pecuniam nu.3.per illum tex.ff. de reb.cred. Rim.in §.1.n.22. Inst.per quas personas nobis acquiratur, Rebuff.in comp.alien.rer.eccl.n.101.Hypp.sing.236.n.1. vnde cum denoret improprietatem, & fictionē, merito delegatus à Canone potius Ordinarius, quā Delegatus
3 erit censendus; in contrarium tamen quod tales Delegati legis, vel Canonis dicantur Delegati, & non Ordinarij, & quod ab eis non ad Archiepiscopum, sed Summum Pontificem appellandum sit, affirmat Abb. in c. irrefragabili §. cæterum n.1.& ibi Anchar.n. 10.ad.fi.de off.Ord.Abb.in c.ad abolendam n.15.& 16. vbi Anan.n.25.& Fely.n.3.de hæret. Zabarell.in clem. 1.n.4.in 5.oppos. & in n.14. de suppl.negl.prælat. & ibi Bonifac.n.31.& Imol.omnino videndus n.18. latissimè Zabar.in d.c.ad abolendam §.1.ex n.2. de hæret. Alex. in l.more maiorum n.13.ff.de iurisd.omn. iud. & in l.1. n.8.de offic.eius, Nauar.lib.3. de regul. cons.83.n.6. in fin.quorum Doctorum opinioni adhærere videtur Portoles ad Molin.in §.Iudex n.29 pro qua facit regula illa communis, quod à sententia Delegati ad delegantē debet appellari.c. super quæstionum §. porrò de off. Deleg.c.si delegatus, c.is cui, c.si à delegato de off.Deleg. in sextò, l.1. in princ. & in §.1. & l.3.ff. si quis, & à
4 quo appellare, nec obstat quod supradictum est: dictionem, tanquam, denotare improprietatem, quia non semper id est verum, nam etiam significat proprietatem, & veritatem, & non similitudinem, ex gl.verb.tanquam in c.cum pro causa de sent. excom. text. & ibi Abb.num.2.in c.ex parte de sponsal. Archid.in c.1.n.2. vers.tamquam de homic.in sexto, Boer. dec.44.nu.29.

RESOLVT. CCCCL.

Facultas extrahendi confugientes ad Ecclesiam, an competat habentibus iura Episcopalia?

1 *Confugientes ad Ecclesiam, non possunt ab ea extrahi ad finem puniendi.*

2 *Iudices sæculares possunt extrahere confugientes ad Ecclesiam in casibus permissis, dummodo talis extractio fiat sine scandalo.*

3 *Episcopus non tenetur stare processui fabricato super delicto contra delinquentem confugientem ad Ecclesiam, per Iudicem laicum.*

4 *Iudex Ecclesiasticus pronuncians reum esse remittendum, non poterit reuocare dictum decretum, nec ab eo datur appellatio.*

AVctoritas hæc tantummodo à Summo Pontifice, dari potest, cap. vxor fælicis 17. quæst.4. Ioa. Visc. in tract. de immun. eccl. num.15. Gig. in tit. qualiter, & à quibus lib.1. quæst. 10. num.1. de crim. læs. Maiest. Farin. quæst.28.num.2. in fin. Decian. lib. 6. c. 27. num.4. in tract. crim. & respons. 80. num.7. in fin. lib.3. Ambros. de immun. eccl. cap.1.num.6. Nec etiam
1 Episcopi possunt extrahere, nec extrahi facere ipsos confugientes ad Ecclesiam, vt puniantur, etiam si extrahendi essent Clerici, Ioan. Visch. in tract. de immun.eccl.num.3.& seq. Decia.lib.6. cap 27. num. 2. & seq. & in d.respons.80. num.7. in fin. vbi etiam Clerici non possunt seruum ad Ecclesiam confugientem extrahere, vel flagellare, sed tantum disciplinæ causa, poterit Episcopus subditum Clericum extrahere, vt detrudatur in Monasterium, vel condemnetur ad damnorum satisfactionem. Nec delinquentes in Ecclesia in casibus in quibus puniri debent per Iudices laicos possunt extrahi ab ipsis Iudicibus laicis, sed extrahi ab ipsis Iudicibus laicis, sed extrahi debent per Episcopum, Roland.cons.24.num.15.lib.2. Aufrer.ad Capell.Thol. q.423. num.6. Decia. in tract. crim. tom.2. lib.6.cap.17.num.34. vers. aduertendum tamen, Petr. Cabal.in resol. crim.cas.194. num.12. & talis cognitio etiam de iure communi spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, Rebus. in Const. Regn. rub. de immun. eccles. glos. 1. num. 34. & seq. tom. 2. & post alios quos allegat Borgn. in repertor. dec.par.1.in verb.Iudex eccle. siasticus num. 9. & sub num. 6. dicit quod circa illius decisionem debet attendi ius Canonicum, & latius n. 10.& bene verum est, quod per Bullam Gregorij XIV. cognitio super remissione delinquentis confugientis ad Ecclesiam in Curiam sæcularem est remissa Episcopis, & non alijs Episcopis inferioribus, etiam si alias Ordinarij essent, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores à Sede Apostolica specialiter, vel generaliter deputati etiam essent, si casus occurreret in loco exempto, tunc cognitio deuoluitur ad Episcopum viciniorem, & non ad alios, Ambros. in tract. de immu. eccl.cap.11.num.1.Farin. cons.76. in princ. latè Card. Tusch. tom.2.concl. 11. num. 9. vbi subdit, quod Ministri laici hodie non excusarentur sub prætextu ignorantiæ, vel quod Bulla non fuerit vsu recepta, & nu. 10.in fin.& idem dicit in præcedenti concl. 10. num.1. imò etiam si notoriè constaret confugientem ad Ecclesiam commisisse delictum exceptum in dicta Bulla, adhuc sit seruanda forma dictæ Bullæ, prout in Curia Archiep.Neap. fuit resolutum teste prax. Arch. Neap. cap.18. nu.5. vbi subdit, quod si Episcopus deneget licentiam extrahendi possit Curia sæcularis delinquentem extrahere, & ducere ad carceres Episcopi, vt ab eo cognoscatur, si delicta ab ea commissa sint comprehēsa in dicta Bulla, & sic quamuis aliunde appareat de delicto, sit seruanda forma dictæ Bullæ, Borgn. in repert. in 1.par.decis.in verb.Iudex ecclesiasticus num. 16. nec sufficit, vt licentia extrahendi concedatur à Vicario Episcopi, latè Mari. Anto.Mac.lib.3.resolut. 14.num.4.& seq.nisi extaret consuetudo in contrarium prout Papiæ viget, quia extrahentes excusarentur, imò non poterunt Iudices sæculares confugientes ad Ecclesiam extrahere sine interuentu personæ ecclesiasticæ, vt apertè habemus in dicta Bulla Gregor. XIV. & ideo non est curandum quod alias Scribentes dixe-
2 runt, Iudices laicos per seipsos, posse delinquentes in casibus permissis extrahere ab Ecclesia, vt latè prosequitur Ambros. in dicto tract. de immunitate eccles. cap.11. num. 1. per tot. & sic hodie cessat illa opinio, vt Iudices sæculares possint extrahere in casibus permissis delinquentes ab Ecclesia sine licentia Episcopi, aut alterius Superioris Ecclesiastici, quam opinionem multorum auctoritatibus comprobat Farin. in quæst. 28. num. 75. vbi communem appellat, & Decian. in tract.crim.tom.2. lib.6.cap.29.n.4. vbi reddit rationes dummodo talis extractio fieret per Iudices sæculares sine scandalo, & cum reuerentia, quæ Doctorum opinio vigore dictæ Bullæ, hodie cessat, vt dixi, imò etiam si de facto Iudices laici extraxerint delinquentem ab Ecclesia, & illinc duxerint etiam ad eorum carceres, debeat in primis ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ respondere, & inibi sub tuto carcere, ac oportuna custodia, data illis si opus fuerit per Curiam sæcularem, retineri donec fuerit per Episcopum cognitum, vel ab eo deputatum, an sit retinendus vel ne, quacumque appellatione postposita, vt apertè legitur in dicta Extrauag. Greg. XIV. & animaduertit Ambros. in d. cap.11. num.2. in princ. & ideo hodie cessat illa disputatio, an cognitio spectet ad Iudicem laicum, vel ecclesiasticum, & si extractus ab Ecclesia restituendus sit, quam ponit Vulpell. respons.130.n.6. & Farinac.q.28. num.76. vers. nec autem cognitio, & ante dictum vers. etiam dixit in casibus non permissis de iure, esse eos statim Ecclesiæ restituendos, ac etiam cessat illa opinio, quæ erat communis, vt in casibus de iure permissis extrahendus non poterat excommunicari per Iudicem Ecclesiasticum, quam attestatur Borgn. in repet. decis. par.1.in verb.Iudex Ecclesiasti-

cus

cus n.59. cum in quocumque casu extrahi debeant delinquentes a Iudice Ecclesiastico per dictam Bullam
3 Greg. XIV. nec Episcopus tenetur stare processui fabricato super delicto contra delinquentem confugientem ad Ecclesiam per Iudicem laicum, Iul. Clar. q.46. vers.vltimo quæro, vbi de communi Far. cons.76.nu.1. Ambr.d.c.11.n.3. sed Ant. de Gama dec. Lusitan.362. n.2.dicit,quod Iudices seculares solent producere sententias latas contra istos fugientes ad Ecclesiam, & illos deinde puniunt, & postea restituunt eos Ecclesiæ pro alijs delictis pro quibus gaudere possint dicta immunitate,& si velint Episcopi stare dicto processui,sine dubio poterit Episcopus vigore dictæ Bullæ Gregorij XIV. assumere informationes super delictis per confugientem ad Ecclesiam commissis,vt in puncto explicat Far.in cons.76.n.2.& late Ambros.d.c.11.n.3.vers.tanto magis per rationes per eos adductas,nec sufficeret, si post extractionem factam sine licentia Episcopi, superuenerint probationes,nempe confessio extraiti,Prax. Archiep.Neap.c.18.n.8 & Episcopo constare debet de delicto commisso per confugientem ad Ecclesiam plenè & non per indicia,præsumptiones, vel coniecturas, vt aperte legitur in dicta Bulla,ibi,an ipsi verè crimina, & c.prout etiam considerat Far.in d.cons.76. nu.12. & late prosequitur Ambros.d.c.11.nu.4. & seq. quod ego intelligo plenè per testes deponentes super delicto ex ipsomet processu informatiuo, absque eo quod testes repetantur citata parte,cum in istis criminibus exceptis,testes etiam non repetiti probent.Ant.Gabr. concl. 1.n.12.lib.7.Hond. cons.107. n.13. vol.1. Masc. concl. 138.n.7.vol.1.Baiard.q.45.n.19.DD. adducti per Fari. q.12.n.123.ac etiam si deponant super indicijs ex quibus resultaret indicium ad torturam, cum de iure sufficiant indicia ad torturam super delicto,ne quis gaudeat dicta immunitate,vt testatur Ant. a Gã. dec.279. n.2. & expresse tenet quod de iure ad effectum remittendi non sufficiat probatio præsumptiua,sed requiratur vera,& integra,vt in dec.281.iterum concludit sufficere indicia ad torturam super delicto, vt quis non gaudeat dicta immunitate Ecclesiæ super illo delicto, Ecclesia autẽ poterit agere restitutorio iudicio pro restitutione delinquentis,vt tradit Ausr.in add.ad Capel. Thol.dec.422.col.2.in princ.Dec.in c.28.n.7. to.2.li.6. in tract.crim.& ipse extractus etiam poterit agere spolio, prout in alijs interdictis restitutorij, vt post Oldr. cons.145.quidam delinquit in fin. Card. Tusch.tom.3.
4 conclus.10.num.20. sed postquam Iudex ecclesiasticus pronunciauerit reum esse remittendum,non poterit reuocare dictum decretum, nec ab eo datur appellatio, vt disponitur in dicta Bulla, & testatur Capiblanc. de Baron.pragm.8.num.261.

RESOLVT. CCCCLI.

Testes qui contra Actuarium dicunt, an sint inquirendi de falso?

1 *In criminalibus quando agitur ad pœnam,non creditur neque Notario contra testem,neque testi contra Notarium.*
2 *Teste dicente se non dixisse,prout scriptũ reperitur,nõ potest Notarius torqueri,sed benè facit indicium ad inquirendum.*
3 *Testes, & Notarius possunt torqueri, quando ad inuicem contrariantur.*
4 *Testis si neget deposuisse, prout Notarius scripsit, magis creditur scripturæ, & Notario, quam testi.*
5 *Quoad probationem magis creditur Notario quam testi. Declaratur num.6.7.& 8.*

1 QVicquid sit in ciuilibus,in criminalib.tamen quãdo agitur ad pœnam non creditur, neq; Notario contra testem,nec testi contra Notariũ,Nat.cons.342. n.1.li.3.Capy.dec.94.n.1.Bosi.tit. de fals. nu.16. & 18. Hier.de Mont.q.12.n.3.Crass.comm.opin.lib.2.c.17.q. 22.vbi alios allegat,& testatur de communi,Iul.Cla §. falsum n.11.vbi de communi,& q.53.n.16. Menoch. de præsumpt.lib.2.præsumpt.99.n.15. vers. secus in crim. Mascard.de probat.concl.1094.n.8. vbi de communi, Fului. Pacian. de proba.lib.2.c.48.n.57. qui omnes concordantes allegant, prout facit Moder. Rom. q.
2 159.n.204. & si fuerint plures testes qui dicerent non dixisse, prout scriptum reperitur, non potest Notarius torqueri, sed solum eorum depositio faceret inditium ad inquirendum,Rolan.cons.39.sub n.17. & 23. & seq. lib.1.Natt.cons.392.per tot. lib.2. vbi alios allegat, & sub n.7.& seq. dicit idem procedere quando plures testes affererent non fuisse examinatos,licet contrarium tenet Capy.dec.94.in fi.vt Notarius possit torqueri ex depositione plurium testium;si vero agatur de inferen-
3 da tortura,Bosi.in tit.de fals.n.16.& 17. tenet vt testes de iure possint torqueri quando Notarius,& testes adinuicem contrariantur, cum Notarius vices duorum testium sustineat, licet propter imperitiam Iudicum in practica non obseruetur,& sequitur Masc.de prob. cõ. cl.1094.n.12.lib.2.nec apud nos seruari testantur Mod. Rom.q.159.n.209.prout iure numquam audiui isto casu testem torqueri,& quod in iudicialib. vnus testis nõ faciat indicium ad torturam contra Notarium, Natt.
4 cons.392.n.7.& seq.vol.2.vbi reddit ratiotem.Quò vero ad probationem si testis neget deposuisse,prout Notarius scripsit,magis creditur scripturæ, & Notario quã testi,Bosi.tit.de fals.n.16.Cou.var.res.lib.2. c.13. n.10. Alciat.de præs.reg.3.præs.13.n.1.Iul.Clar.in §. falsũ n. 11.q.53.n.17.Menoch.de præs.lib.2.præs.79.n.14.Masc. de prob.concl.1094.n.7.& seq. lib.2. vbi de communi, Pacian.de prob.lib.2. c.48. n.56. qui omnes alios concordantes cumularunt,quod sine difficultate procedit in actib.iudicialibus,Natt.cons.392.n.7. & seq. cum in extraiudicialibus, secus sit, vnde videmus quod vnus testis instrumentarius,facit vacillare instrumentum, vt non faciat fidem,nec probationem in causa ciuili, Paris.cons.162.n.8.vol.4.Menoch.de arb.Iud.cas.105.nu. 13.& seq.li.2.Hond.cons.99.n.2.vol.2.Villagut.in prac.
5 crim.lib.8.c 1.concl.17. & vt magis quoad probationẽ credatur Notario quam testi, procedit quando Notarius examinaret,& haberet scriptorem qui scriberet examen,Alciat.de præs.reg.3.præs.13.n.19. Menoch.de præs.lib.2.præs.79.n.16.Baiard.§.falsum n.57.Mascar. de prob.conclus.1084.n.20.lib.3.vbi dicit etiam procedere in causa criminali,& sequitur Moder.Rom.q.159. n.191.& multo magis procedet,si testis se examini suo subscripserit,Crauett.cons.4. nu.2. & seq. vbi declarat dũmodo in subscriptione testis legatur suum examen, vt possit errorem corrigere si petatur,alias secus,prout apud nos seruatur,vt testatur Moder.Rom.d.q.159. n.192.Iul.Clar.d.§.falsum n.11.in fi. & sequitur Villag. in dicta concl. 17. vbi dicit idem esse quando testis nescit scribere si fecisset signum Crucis,si vero fuerit examinatus cum interuentu Iudicis,transit sine difficultate, vt magis credatur Notario, vel eius scripturæ quam testi,Iul.Clar.q.53.n.15.Hier. de Monte q.12.n. 4.Cou.var.ref.c.13.n.10.Curt.de testib.concl.42.n.88. Crauett.cons.13.n.2.Moder.Rom.d.q.159.n.189. Mascard.de prob.concl.1049.n.11. vol.2. qui omnes concordantes allegant,Villag.in d.concl.13.& quod dixi-
6 mus quantum ad probationem quod magis sit credendum Notario,quam testi;procedit nisi Iudici aliter visũ fuerit ex qualitate personarũ, quia.s.Notarius esset persona suspecta,& nõ bonæ famæ, testis autẽ persona fide digna,Iacob.de Are.in leg.1.§.quis neget n,2.vers. nisi alias Tabellio ff. quemadmodum testam. aperian. vbi Alber.n.4.But.in c.ad audientiam n.17. Imol.nu.3. Abb.n.7. Fely.nu.6.extra de præscript.Tiraq. de pœn. caus.11.n.192.Curt.de testib.concl.42.n.85.Mascar.de prob.concl.1094.n.13.& seq.lib.2. Baiard.q.53. nu.35. Mod.Rõ.q.159.n.133.si vero fuerint plures testes, qui

Notario contradicerent, an quoad probationem sit magis credendum testibus quam Notario, sunt opiniones hinc inde, quas cumulauit Moder. Rom. in d. q. 150. nu. 197. & seq. & tandem videtur stare cum eadem distinctione suprapositā, vt scilicet sit inspicienda qualitas Notarij, & testium, adeo quod magis credatur Notario, quam pluribus testibus, quando Notarius esset bonæ conditionis, & famæ, & testes non essent idonei, & è contra magis credatur testibus fide dignis, quam Notario, qui fuerit suspectus, ex traditis per Spec. in tit. de instrum. edit. §. restat videre nu. 10. vbi disputat articulum pro, contra Butr. in c. ad audientiam n. 71. in fi. extra de præscript. & ibi Alex. de Neuo n. 14. Gram. cons. crim. 67. n. 7. Guid. Pap. dec. 140. n. 2. vbi testatur ita fuisse in illa Curia alias resolutum, Cap. dec. 94. n. 7. post quam retulit diuersas opiniones, concludit quod
8 Senatus censuit esse standum magis Notario, quam testibus, quando non essent plures numero, secus si excedant numerum duorum, & concludenter deponant, quia tunc potest deuenire contra Notarium ad torturam, & ita vidisse obseruari testatur, & si producatur aliqua scriptura cum aliquo spacio albo, & post productionem scribatur indictio spacio albo, an scribens possit puniri latè ponit hanc quæstionem, & illam bene declarat Petr. Caball. in q. 1. cas. 227. per tot. centur. 3.

RESOLVT. CCCCLII.

An tempore necessitatis valeat matrimonium contractum absque præsentia Parochi, & duorum testium?

1 *Quæsitum resolvitur negatiuè, & num. 3.*
2 *De iure communi matrimonium clandestinum valet si sit contractum sine debitis solemnitatibus, secus verò de iure Conc. Trid.*
3 *Ante Conc. Trid. matrimonia clandestina valebant, dummodò legitimè probata essent etiam per testes singulares.*

1 RESpondi negatiuè, motus ex dispositione Conc. Trid. sess. 24. c. 1. de reform. cui omnino, & semper standum est, quoniam irritat huiusmodi matrimonia, cum animaduersione in contrahentes sub alia forma quam ad præscriptam conciliare, & cum ipsum Concilium verba non solum dirigat ad ipsum contractum irritando illum, sed etiam inhabiles reddat contrahentes ad sic contrahendum consequens est, vt nec in foro cōscientiæ valeat, Roder. tract. de q. regul. 4. q. 54. art. 6. Caputaq. dec. 212. q. 2. vsque adeo, vt nec resolui queat in vim sponsaliorum, Menoc. cons. 368. num. 9. licet de iure communi in contrarium dixerit Rot. Rom. decis.
2 429. par. 1. vbi decretum Concilij non annullat matrimonium clandestinum si contractum sit sine debitis solemnitatibus scilicet denunciationibus ex ordine Episcopi, quia potest talem solemnitatem remittere, Cæpha. cons. 421. & propter causas à Sacr. Conc. expressas secundum prudentiam, & iudicium Ordinarij, videlicet si timeretur matrimonium malitiosè impediri: non ita tamen esset dicendum si matrimonium non
3 contraheretur in facie Ecclesiæ, sine proprio Parocho, & testibus saltem duobus, vel etiam cum proprio Parocho, nihil tamen eorum quæ agebantur vidente, nec audiente, vt non semel censuisse Sac. Cong. Illustrissimorum Patrum, auditum est, Bertazzol. cons. crim. 283. vol. 2. & Cæph. de quo nuper, Hond. cons. 87. vol. 1. Menoc. cons. 69. Manuel. c. 22. n. 69. & 70. Diaz. pract. crim. can. c. 67. Greg. Sayr. Thesaur. cas. consc. lib. 4. c. 15. n. 8.
4 cum tamen ante Conciliarem Constitutionem clandestina valerent matrimonia modo legitimè possent probari per testes singulares, c. 1. vbi Abb. de clandestin. desponsat. lib. 4. Mascard. de prob. concl. 1023. n. 10. & seq. & concl. 1032. Graff. lib. 2. c. 85. dec. p. 1. Dec. cons. 5. n. 108. cum seq. vol. 1. Cæph. cons. 503. Clariel. Bertazzol. ad dict. Patris cons. 283. quemadmodum hodie stante dicto decreto cessare matrimonia præsumpta, scribit Surd. cons. 364. n. 55. lib. 3. Menoc. lib. 3. præsum. 1. n. 99.

RESOLVT. CCCCLIII.

Pater carcerans filium clericum in carceribus priuatis, an incidat in canonem si quis suadente 17. q. 4.

1 *Pater amat filium sicut seipsum.*
2 *Pater potest requirere Iudicem, vt carcer ari faciat filium & certa à se designata pœna eum afficiat, declara vt num. 3.*
4 *Pater si verberat filium clericum, non incidit in excommunicationē, quia præsumitur verberasse correctionis causa.*
5 *Pater si excedit modum in castigando filium, punitur solum de excessu, non autem de omnibus percussionibus.*
6 *Pater carcerans filium clericum, non incidit in can. si quis suadēte 17. q. 4. Nec potest accusari de carcere priuato.*
7 *Pater si offert filium suum nocentem Iudici, non præsumitur offerre vt summo supplicio eum afficiat, sed mitiori pœna plectendus est.*

IN facti contingentia cum iste articulus euenisset, negatiuè respondi, cum non minor sit dilectio, &
1 charitas patris erga filium, quam erga seipsum factum est, quemadmodum præsumptio est quod quis seipsum re nolit, ita etiam nolit lædere filium, sed si quid in filium commisit id correctionis, emendationisque gratia admisisse præsumitur, l. 1. C. de emend. propinq. & confert l. sed & si §. vlt. ff. ad l. Aquil. & in specie adnotauit Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 3. & idem affirmarunt Ang. Aret. in tract. malef. in verb. admenauit num. 2. & Ascan. Clem. in tract. de patria potest. cap. 6. effect. 1. num. 14. & de correctione, atque castigatione patris in filium, Menoc. scripsit aliqua lib. 3. de arb. iud. cas. 464. num. 4. & propterea
2 inquit Alcia. quod pater iste potest requirere Iudicem, vt carcerari faciat filium suum, & eum certa à se designata pœna afficiat, ex l. si filius tuus C. de patria potest. quo loci adnotarunt Bal. & reliqui, idem scripserunt Butr. & alij pene omnes in c. cum contingat de for. comp. Alex. in l. 2. in princ. num. 24. ff. de vulg. & pupill. subest. Lanfran. Balb. dec. 209. & Ascan. Clem. d. c.
3 6. effect. 1. num. 19. qui declarant non procedere quando pater non esset persona honesta, & discreta; nam tunc non debet Iudex ad iusum patris detinere filium,
4 vt etiam dicimus quod si pater verberibus afficit filiū clericum, non incidit in excommunicationem, cum præsumatur id fecisse vt eum corrigeret, non autem vt Religionem læderet, ita Flori. in l. sed & si §. si magister. ff. ad l. Aquil. Areletan. in addi. ad Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 3. & Clem. in d. tract. de patria po-
5 test. cap. 6. effect. 1. nu. 16. facit etiam si pater excedit modum in castigando filium, punitur solum de excessu, non autem de omnibus percussionibus, ita Bal. in d. l. sed & si § si magister ff. ad l. Aqui. Marsil. in prac. crim. §. quoniam n. 90. vers. item circa, Arel. vbi supra, & Clem. in loc. cit. & aliqua scripsit Menoc. in lib. 2. de arb. iud. cas. 364. n. 12. ex quibus omnibus rectè habetur, quod
6 pater carcerans filiū nō incidat in canonem, vt in simili tenuerunt Bar. in l. ex facto in fi. ff. de hær. insti. Bal. in l. pen. C. de obseq. libe. præst. Butr. in c. cum cōtingat de for. comp. Fely. in c. licet hæli n. 1. de simon. qui omnes voluerunt quod si pater relegat filium in aliquo loco, vel carceri includat, accusari nō potest de carcere priuato, cum id fecisse præsumatur animo corrigendi ipsū filium, nam pater ob pietatē paternā præsumitur retinere filiū sub custodia potius quam in carcere, l. 3. §. si enim quis ff. de lib. ho. exhib. nisi vt ait ibi Vulp. euidēs dolus malus adsit, & tradit Alc. in d. tract. præsum. præ-

sump. 11. quo loci explicat d. l. 3. si eum qui vt ibi legendum sit, genuinam pietatem, non autem geminam, & idem Alcia. lib. 10. parerg. iur. cas. 20. & hanc esse præsumptionem iuris, scripsit Io. And. ad Spec. in tit. de præsump. §. species n. 6. in gl. in prædictis, & ideo si pater offert filium suum nocentem Iudici non præsumitur
7 offerre vt eum supplicio afficiat, l. milites §. vlt. ff. de re milit. quo sane responso adducti scripserunt plures, quod si filius commisit delictum pro quo puniendus esset pœna mortis naturalis, & præsentetur à patre Iudici, mitius puniendus erit, vt latè per Menoch. in lib. 2. de arb. iud. cas. 347.

RESOLVT. CCCCLIV.

Praxis probandi valorem beneficij, quæ nam sit?

1 *Gratia est nulla, non expresso vero beneficij valore, amplia vt num. 2.*
3 *Beneficij valor probatur multis modis. & n. 4. 5. 6. 7. 8. 9 10. Et eo probato quomodo procedat nu. 16. 17. 18. 16. 20. 21.*
11 *Gratia annullatur per decretum irritum appositum in regula de valore beneficij.*
12 *Beneficij valoris expressio non est necessaria in regressu. Quomodo procedat num. 13. 14.*
15 *Beneficij valor in gratia in forma pauperum antea minimè exprimebatur, hodie verò debet exprimi.*

1 REgulariter gratia est nulla non expresso vero beneficij valore, & gratia exprimentis falsum est subreptitia, Rot. in antiq. in dec. 336. incip. nota secundum opinionem, Capel. Thol. in dec. 435. Verall. in dec. 27. n. 2. lib. 1. nisi sit in modico non expressus verus va-
2 lor, vt dicit Menoch. in cons. 316. vol. 4. quod procedit nedum in beneficijs impetrandis, verù etiam impetratis, Rot. in nouis in dec. 292. incip. licet impetrãs, Marc. in dec. 1180. vol. 1. adeo quod Papa non censetur manum apponere super beneficio, in quo non exprimitur verus valor, nisi ad effectum, vt resignatio subsequatur Blanch. in dec. nouissim. Rom. 419. n. 2. vol. 1. vnde opponens de excessiuo valore, quia tractatur de probatione fraudis, debet illum valoris excessum probare, Verall. in dec. 208. lib. 2. & vbi valor non esset exprimendus, si malè exprimitur, gratia erit nulla, Cresc. in dec. 8. de rescript. & adeo valor est exprimendus, vt procedat etiam in gratia in forma pauperum, idem Cresc. in dec. 9. cod. tit.

3 Probatur autem beneficij valor varijs modis. Primò, per publicam vocem, & famam, Blanchet. in decis. nouiss. Rom. 293. n. 1. & in dec. 302. n. 1. vol. 1. ante ipsum Card. Pute. in dec. 29. lib. 1. quæ excusat à vero valore probando, Verall. in dec. 49. n. 2. lib. 3.

Amplia etiam per testes de auditu à Canonicis probari posse valorem, Card. Put. in d. dec. 29. lib. 1. Peregr. Fabius in dec. nouiss. Rom. 184. n. 1. lib. 2. vol. 3.

Declara valorem beneficij probari oportere, non vt antiquitus, sed vt est tempore prouisionis, & impetrationis, vt post Oldra. in cons. 58. voluit Verall. in dec. 330. n. 1. lib. 3. Viui. in dec. 70. n. 8.

Declara etiam valoris probationem fieri oportere deductis oneribus perpetuis impositis super fructibus beneficij, quia si fieret probatio absque oneribus esset insufficiens, Verall in dec. 328. lib. 3. Mohed. in dec. 148. Card. Cresc. in dec. 2. tit. de probat. Cassad. in dec. 19. tit. de præben. Lancell. in dec. nouiss. Rom. 189. n. 2. vol. 1. ante eos Rot. in antiq. in dec. 702. incip. Dic quod si Papa, idem Lancell. in dec. 380. in fi. p. 1. vol. 1.

Declara tertiò, in valore beneficij non computari quotidianas, & diarias distributiones, & similia, ex Pet. de Ancha. in clem. vnica n. 42. de concess. præb. Cantuc. in dec. nouiss. Rom. 5. n. 7. vol. 2. ante eos Rot. in antiq. in dec. 407. incip. nota non sufficit, & in dec. 766. incip. quæritur an quotidianæ, eadem Rot. in nouis in decis. 134. incip. quando impetratur, Verall. in dec. 65. n. 4. lib. 1. & post Petr. Rebuf. in concord. tit. de collat. §. 1. in verb. distributionum, idem Verall. in dec. 29. n. 4. & 5. li. 3. Marc. Ant. Marsil. Archid. Saler. de Ecclesiasticorum reddituum orig. c. 26. n. 7. par. 3. Copus de fructib. lib. 4. tit. 3. c. Marc. in dec. 1180. in fi. vol. 1.

4 Secundò, valor beneficij secundum consuetudinem Rotæ Romanæ probatur ex prædecessorum expressione, per arrendamenta, & per publicam vocem, & famam, Peregr. Fabius in dec. nouiss. Rom. 184. n. 1. lib. 2. vol. 3. Thol. in dec. nouiss. Rom. 606. n. 1. l. 3. vol. 3. vbi dicit per arrendamenta sola non probari verum valorem, sed arrendamenta excusant malam expressionem, Verall. dec. 49. n. 2 lib. 3.

5 Tertiò, fructuum beneficij valor per impetrantem est probandus, Rot. in nouis in dec. 233. incip. auditor cui.

6 Quartò, valor beneficij si est affirmatiuè expressus, debet plenè probari, nec sufficit semiplena probatio, Blanchet. in dec. nouiss. Rom. 381. n. 12. vol. 1.

7 Quintò, valor beneficij non probatur per taxam, Lancellot. in dec. nouiss. Rom. 189. n. 6. p. 1. vol. 1.

8 Sextò, valor beneficij ante vnionem factam cum alio probandus est ex cursu decem annorum, Lancell. in dec. nouiss. Rom. 189. n. 4. p. 1. vol. 1.

9 Septimò, valor beneficij debet ex impetrantis parte probari, Thol. in dec. Rom. 829. lib. 3. vol. 3. Marc. in dec. 1180. n. 11. vol. 1.

10 Octauò, non sufficienter probatus in prima instantia, poterit in secunda instantia probari, Verall. in dec. 332. lib. 3.

11 Et obiter notanda sunt infrascripta in eadem materia. Primò, quod decretum irritum appositum in regula de valore annellat gratiam, Cassador. in dec. 22. nu. 15. tit. de reg. Cancell. Verall. in dec. 84. n. 4. lib. 4.

12 Secundò, valoris expressio necessaria non est in regressu, Cassad. in dec. 18. de reg. Cancell. sequitur Verall. in pec. 91. num. 3. lib. 3.

13 Tertiò, conclusionem procedere, quando in regressu nulla fieret valoris expressio, idem Verall. in d. dec. 91. num. 4. lib. 3.

14 Quartò, si in impetratione prima non erat expressus valor nisi duc. 24. cum potestate augendi, vel minuendi vsque ad verum valorem, postea secundo expediuit literas ad quinquaginta cum inserta forma prima, sine dubio secunda gratia sustinetur, vt concluserũt in Rot. vt per Crescen. in dec. 7. tit. de rescrip. sed dicit ipsum fuisse in contraria opinione, & cum eo Dom. Camill. de Ballionibus.

15 Quintò, valor in gratia in forma pauperũ antea minimè exprimebatur, hodie verò debet exprimi, Cresc. in dec. 9. tit. de rescrip. Fab. Accorombonus in dec. 32. li. 1.

16 Sextò, regula de exprimendo valore, habet locum etiam in prouisionibus, quæ fiunt per legatos, & extra Curiam, vt refert fuisse per Rot. decisum, Gomez in regula de valore q. 2. vbi latè, & eiusdem decisionis meminit Crescen. in dec. 10. tit. de rescrip.

17 Septimò, valor semel expressus non est amplius exprimendus, Verall. in dec. 333. lib. 3.

18 Octauò, per malam expressionem valoris in resignatione reseruatio non inducitur, Blanchet. in dec. nouiss. Rom. 419. num. 1 vol. 1.

19 Nonò, valor fructuum attendi non debet in Curia, sed monetę quanti valẽt redditus beneficij translati in Curia, Grass. in decis. nouiss. Rom. 335. n. 3. lib. 1. vol. 1.

20 Decimò, confessio Nuncij de valore beneficij administulatur, cum his probatio semiplena sufficiat, Bellamer. in dec. 275. quem sequitur Cantuccius in dec. nouiss. Rom. 46. n. 5 p. 2. vol. 2.

21 Vndecimo, non solum beneficij impetrandi, sed alio-

aliorum impetratorum debet per impetrantem certus valor exprimi, secundum communem valorem, Rot. in nouis in dec.292. incip. licet impetrans, Marc. in dec. 1180. sub.num.10.vol.1.

RESOLVT. CCCCLV.

Condemnatus ad mortem, an possit ea die qua suscepit Sacramentum Eucharistiæ suspendi?

1 *Sacramentum Eucharistiæ non est denegandum damnatis ad mortem, si verè pœniteant.*
2 *Sacramentum Extremæ Vnctionis denegatur condemnatis ad mortem.*
3 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
4 *Sacramentum Eucharistiæ est tantæ potentiæ quod adimit potestatem Diabolo contra eum, qui eum recipit, & multa alia bona efficit. ibid.*

1 DAmnatis ad suspensionem in patibulo pro eorum sceleribus si verè pœniteât Eucharistiæ Sacramêtum minimè est denegandum, clem.1. de pœnit. & remiss.& c.quæsitum 13.q.2.c.si quis de corpore 26.q.6. tanti enim misterij effectus est prouocare hominem ad bonum,& eripi à malo, ex eo quod dicit Christus: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo; Concil.Trid.sessio. 7. canon. 7.& 8.& cap. Mathesila.de celebrat. missar. ita & anima nostra trâsit in Christum, & in ipsum mutatur, Diu.
2 Augustin.lib.7.confession. licet eis denegetur extrema Vnctio, Fely.in c.ad abolendam n. 3. de hæret. Archid. in oleo 95.dist.Gemin.in c.super eo de hæret. in sextò, vnde cum quidam fuisset condemnatus ad pœnam vltimi supplicij, & fuisset ei datum Eucharistiæ Sacramentum, in dubium venit, num eadem die potuisset suspendi, & quamuis prima facie videbatur mihi dicendum affirmatiuè, ad euitandas Diaboli tentationes, quæ in eo tempore sunt vrgentes, vt per Boss.in tit. de senten.num.21.Secundò, quia talis reperitur in tam maximo precinctu per dilationem forsitâ vagaretur, & ideo ad relinquendam tutiorem viam pro anima vti semper fieri debet, cap.auxilium de obseru.ieiu. Fely. in cap. fi. de præscrip. Innoc. in c. ad audientiam de homic.

His tamen non obstantibus; contrarium censui, &
3 sic quod eadem die suspendi minime possit, sed debet gaudere saltem die, vt ad supplicium post receptionem Sacramenti non trahatur, vt probat in proprijs terminis Hostiens. in sua Summa in tit. de immunit. Ecclesiæ §. in quantum num. 11. Addentes ad Abb. in cap. sanè de celebr. miss. Franc. Marc. in dec. 10. vol. 2.& nouissimè sequitur Mart. in suo tract. de iurisd. p. 2. c. 47.num.9. Non obstant in hac opinione superius allegata, vt quia scilicet per insidias Diaboli vagaretur, & quod cum simus in dubijs tutior via sit eligenda,
4 nam respondeo quod Eucharistiæ Sacramentum tantæ est potentiæ, quod nullam potestatem facit habere Diabolo contra eum, qui illud dignè recipit, hoc enim Sacramento tribuitur robur ad tolerandas omnes aduersitates, & insidias, vt inquit Damascen. lib.4. de fide Orthodox. cap.14. & patet Ioann. in sextò, vbi dicitur quod præseruat à morte peccati, roborat vires ad pugnam, & reparat deperditum, hoc igitur Sacramentum efficit in anima omnes effectus qui fiunt in corpore à cibo spirituali, præseruat à morte, vel peccati vel gehennæ, vnde Ioan.6. dicitur: Hic est panis, qui de cælo descendit, si quis manducauerit non moriatur, & infra: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: aduerte tamen, quod contrarium tenet Emanuel Xâ verb. Eucharistia.

RESOLVT. CCCCLVI.

Ætas alicuius per quem veniat probanda?

1 *Ætas debet probari per fundantem se in ea, siue ea sit maior, siue minor.*
2 *Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
3 *In instrumento iurans, & fundans se in maiori ætate, ex eo satis probatur eum esse maiorem, & creditur ita esse, nec ipse contrarium dicens audiretur.*
4 *Allegans pupillum decessisse in pupillari ætate, ipse non tenetur hoc probare.*
5 *Ætas, idonea præsumitur.*

1 AEtas debet probari per fundantem se in ea, siue maior sit, siue minor, secundum gl. in c. presb. 78. dist.& Abb. in c. in præsentia de probat. post alios relatos ibi per eum,& in c.1.de reg.Bal. per illum tex. in l. si minorem, vbi latius insistit Saly.C.de in integr.restit. Bar.in l 1.circa fi.ff.de exception.Corn.consil.98. vol.1. 1.Alex.consil.147.n.9.vol.7.& Natt.consil.249. reuoluto diligenter processu causæ n.1.vol.2. & istam scribût esse communem Fely. Dec.n.166.& Modern.in d. c. in
2 præsentia, quia quilibet tenetur probare quod est fundamentum suæ intentionis, vt per Parpal. in l. si quis maior in 1.notab. C. de transact. Corsett. in sing. in verb. qualitates, Fely. in c. examinata de Iudi. Ias. & Dec.in l.qui se patris col.1.C.de collat.& Fel. in d.c.in præsentia in gl.in verb.secundæ, istaque communis ita probata interpretatur primum non procedere quando
3 in instrumento iurans, vel fundans se in maiori ætate, etiam dixisset, & iurasset se maiorem, quia tunc in eo instrumêto satis probatur eum fuisse maiorem, & creditur ita esse nec ipse contrarium dicens audiretur, vt est tex.in l.pen.C.si minor se maiorem dixerit circ.fi.& Rot.concl.& Anch.consil.126. Socc.consil. 66.col. 8.vol. 1.Cagnol.in d.l.si quis maior n.42. Limitatur secundò
4 ista communis in substituto pupillariter, nam qui allegat pupillum decessisse in pupillari ætate ipse non tenetur hoc probare, sed eius intentio videtur fundata, & admitti debet, nisi per aduersarium de maiori ætate probetur, secundum Bal.consil.451.in 4.p.per tex.in l.ex facto ff. ad Treb. vbi substitutus Titius decedenti sine liberis, mortuo Titio fundata est intentio substituti, nisi probetur quod Titius ipse haberet liberos, & hoc in fauorem substituti introductum fuit.de quo per Bar.& Ang.ibi,& tradit Alex. consil.29. viso themate vol. 1.& istam limitationem sequitur etiam Dec.in d.c. in præsentia n.170.& Maran.in repet.l. is potest n. 199. ff. de acquir. hæred. in contrariam vero partem inclinant Bal.consil.16.vol.5.Bar.consil.incip.B.fecit testamentum in fi.Socc.in l.qui duos §.cum in bello,& in d.l.ex facto §.pen.vbi etiam Rip.hoc idem tenet.Limitatur postremò ista communis quando quis fundatur in ætate, ita quod ætas principaliter allegetur, secus autem quando actus allegatur qui ad sui validitatem accessorie ætatem includit, quoniam ætas idonea præsumitur, vt concludit Abb.in c.cum virum regul.Bal.consil.264.factum tale est col.fi.vol.1.& adeo ista præsumptio procedit, quod non tollitur, nisi per aduersarium concludenter probatur contrarium, d.c.in præsentia vbi Abb.& Dec. n.167. hoc pleniſſimè declarant.

RESOLVT. CCCCLVII.

Dispensatio, quas interpretationes recipiat?

1 *Dispensatio strictè interpretanda, sed non vt à proprietate sermonis sit recedendum.*
2 *Dispensatio latè interpretatur, cum motu Principis conceditur.*
3 *Dispensatio latè interpretatur, cum habet expressam rationem. Item quando est gratiosa. Item quando est in corpore iuris clausa. Item & alijs modis, prout in fine Resolutionis.*

RE-

1 Dispensationem strictissimè interpretandam esse, certum est,c.2.de fil.presby.lib.6.Innoc.n.18.in c.dudum de elect.Io.And.But.Panor. & Innoc. in c. de multa de præb.idem Io.And.Pan.Fel.& Dec.n.86. in c. at si clerici §.de adulterijs de iud.idem Fel.latissimè in c.postulasti num.9.& seq. de rescrip. Dec. in c. quia in tantum num.6.de præb.& in c. clerici num. 4. de elect. in l.qui iurisdictioni num.8.ff.de iurisd.omn.iud.& in l. & militibus num.12. C.de test.milit.Gem.in c.mos n.6. 12.& in c.lector num.4.dist.34.Marc.Socc.in c.mandator num.8.ne Præl.vic.suas,Bar.num.2.Bal. num.12. & & Ias.num.37.in hac l idem Bart. in l. cum propter de leg.præst.Bal.in l. mulieri de cond. & demonst. & idem Ias.in l.si ita scriptum num.8.de lib. & posthum.& in l. reconuenti num.178.de leg.3.

Non tamen eo vsque strictè huiusmodi dispensatio interpretanda est, vt à proprietate sermonis recedendum sit, ita Cald.cons.1.de consang.affin. Dec. in l.in omnibus num.13.de reg.iur.& in l.fœminæ num.59. eo. tit.& in c.sane num.12. de priuil.

2 Item, & secundò latè interpretatur, cum motu proprio Principis conceditur,Io.And.Panor. & Dec.n.14. in c.cum in cunctis §.cum vero de elect. Rursus & ter-
3 tiò, latè interpretatur cum dispẽsatio habet expressam rationem,Dec.n.88.& seq.d.c.at si clerici §.de adulterijs de iud.Peris.Mind.in Const.in aliquibus 3.not.nu. 62.Sic etiam & quartò, latè interpretatur dispensatio quæ gratiosa est, Dec. in d.§. de adulterijs n. 91. 95. & 97.Minad.d.3.not.n.61.Pariter etiã & quinto,latè hæc dispensatio interpretatur quando est in corpore iuris clausa,Panor.in d.§.de adulterijs,Fel.in c. postulasti n. 9.& plurib.seq.de rescr.Sextò,non interpretatur strictè vt non veniant expressa etiam tacita;Item accessoria, & quæ ex præcedentibus, & subsequentibus colligun. tur,Paris.cons.7.n.23.lib.2. Septimò, quando qualitas personæ suaderet latam interpretationem. Et denique octauo,quando aliter constaret de mente concedentis.

RESOLVT. CCCCLVIII.

Clerico compatrono cum alijs laicis in præsentando, quod nam tempus debet attendi, scilicet quadrimestre quod competit laicis, vel semestre competens clericis?

1 *Laici patroni alicuius beneficij, vel Ecclesiæ, tenẽtur ad illud præsentare infra terminum quatuor mensium alias ipso termino elapso ius præsentãdi spectat ad Episcopũ.*
2 *Tempus non currit ignoranti in omni materia quantumcumque leui.*
3 *Si clericus sit compatronus cum laico in beneficio iuris patronatus, in præsentando est habenda ratio temporis sex mensium; & redditur ratio ibid. & per totam Resolutionem.*

1 Laici patroni alicuius beneficij, vel Ecclesiæ tenentur ad illud beneficium præsentare infra terminũ quatuor mensium,alias ipso termino elapso ius presentandi spectat ad Episcopum,c.cum propter de iur. pat. c.vnico §.fi.vbi gl.in verb.quadrimestre eod. tit. lib.6. gl. in c. cum vos de off. Ordi. infra quod tempus si non præsentauerint, sed in negligentia fuerint constituti, non aliæ notitiæ, sed à tempore vltimi diei quadrimestris, poterit infra semestre Episcopus prouidere, & illud conferre,Rot.in nouis in dec.263.Bisigne.in dec.7. de præben.Bellam.in dec.107.& in dec.212.Cantuc. in dec.Rom.109.n.1.& 2.Veral. in dec. 248. p.3. licet hoc
2 contrarium sit verum,nam in omni materia quantumcumque leui,tempus non currit ignorãti,l.2. C.qui admitt. Bal. cons.199. n.3. & seq. vol.1. Affl. in dec.128. Dec.in cons.479.n.5.vol.2.Medic.in dec.8. Alex. cons. 13.vol.1. & in proprijs terminis iuxta hanc opinionem decidit Rot.in antiq:in dec.3.de iure pat.& in dec.7.de præb.in antiquioribus,Caputaq.in dec.248.p.2. Put.in dec.6.de præb.Seraph.in dec.360.p.1.latè Garz. de benef.c.2.de temp.intra quod debet de benef.prou.t.2. & nouissimè dixi Ego ipse in mea prax. dec. 172. vol. 1. quoties verò Ecclesia, vel clerici sunt patroni, tunc isti semestre tempus habent ad præsentandum Rectorẽ in Ecclesia,vel iure pat.c.vnico de iure pat.in 6.c.quoniam,c.si vero,c.eam te,& c.si propter extr.de iur.pat. Bisign.in dec.5.de iure patr.Duaren. de Sacris Eccles. Minist.lib.5.cap.4.Greg.in syntagm.iur. lib.17. cap.4. num.11.

Vnde insurgit dubitationis articulus si clericus sit
3 compatronus cum quibusdam laicis in beneficio iuris patronatus, si in præsentando esset habenda ratio temporis concessi laicis,vel clericis, & Ecclesiæ, & respondeo quod esset inspiciendum tempus sex mensium concessum clerico, laici enim consequuntur hoc priui. legium ex persona clerici, vt possint præsentare infra sex menses,vt habetur per gl.fi.in c.vnico §.de iur.pat. in 6.vbi etiam notant Archid.Anch.& Abb. cum pluribus alijs congestis per Lambert. de iur. patr. lib.1. p.2. q.6.Dec.in tr. crim. p.1. lib.4.c.9. n.4.& multa conceduntur ratione connexitatis, quæ alias minimè concederentur,l.etiam §.1.de minorib.l.si alieni nummi ff.de solut. & hinc euenit quod sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis, & minus competens valet,Abb.Fel.But. & Innoc. in c. cum semper de off.Deleg.Vant.de nullitat.defect.iurid.ord.n.183.Mastrill.in dec. 27. vt etiam dicimus de processu facto per Iudicem recusatum, cum Iudice non recusato, Achill. de Grass.in dec.2.de except. & pariter de pluribus reis diuersi fori,quia coguntur apud eumdem Iudicem litigare,Capy. in dec.122. qui in dec. 173. dicit quod in causis connexis indiuiduis clericus simul cum laico coram laico conuenitur,vt vult etiam Affl.in dec.113. vbi restitutio in integrum quæ datur minori, extenditur etiam ad maiores litis consortes, & ideo Rot. Floren. decidendo dixit, quod ratione connexitatis, quando plura bona separata simul venduntur,quod poterit vicinus,qui in vna re tantum cohæret, omnia bona sua retrahere,vt testatur Magonius in dec.29. Insuper pro confirmatione adducitur, quia clerici dicuntur maiores laicis,& maius dignum,trahit ad se minus dignum, vt vult.gl.in c.sedes in verb. maiores de rescr. imò clerici sunt Principibus sæcularibus,& etiam Regibus Superiores, & eorum dignitas quacumque dignitate sæcularj præfulget,c.quis dubitet 69.dist.c. solitæ de maior.& obed.c.si Imperator 96.dist.& hinc euenit quod Iudex Ecclesiasticus potest supplere negligentiam Iudicis sæcularis, & non è contra, imò potest compellere Iudices laicos, vt in eorum administrationibus, & eorum officijs iustitiam,prout decet, administrent.

RESOLVT. CCCCLIX.

Licentia Episcopi in depositione clerici in foro sæculari adhibenda, an probetur per assertionem Actuarij?

1 *Clerici maiorum, vel minorum ordinum, non possunt esse testes in iudicio sæculari sine licentia Iudicis Ecclesiastici, aut præstito iuramento coram eo.*
2 *Ampliatur etiam in Regularibus.*
3 *Limitatur non procedere quotiescumque reperirentur examinati sine licentia, quoniam tunc eorum depositiones valerent.*
4 *Limitatur etiam in clericis, & religiosis, qui sunt Prælati, vel Superiores.*
5 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*

1 Certissimi iuris est,clericos maiorum, vel minorum ordinum, non posse esse testes in iudicio sæculari

nisi prius à Iudice Ecclesiastico obtẽta sit licentia deponendi, & se examinandi, vt voluerunt Innocent. in cap. delictorum de testib. Goffred. in Summa eod. tit. in princ. Guid. Pap. in dec. 65. & in dec. 615. & 517. quod ampliatur procedere ne dum in clericis sæcularibus,
2 verum etiam Regularibus, & Religiosis, qui etiam sine licentia suorum Superiorum deponere non possunt coram Iudice sæculari, secundum Specul. vbi supra, Bald. in l. quoniam liberi in princ. C. de testib. Sylvest. in sua Summa in verb. testis n. 1. & Felyn. post Abb. in c. cum nuntius, eod. titul. & Curt. in tract. de testib. conclus. 49.
3 Quod tamen limitatur Primò, non procedere quotiescumque reperirentur examinati sine licentia, quoniam tunc eorum depositiones valerent, vt plenè concludit Abb. in dicto cap. cum nuntius, & Felyn. post eum n. 3. Angel. in authent. de testibus §. si libertus. Quod tamen sublimitatur nõ procedere quoad Clericos Religiosos contra opinionem Abb. in dicto capitulo cum nunciis, vt latè ibidem scribit Felyn. & Angel. cons. 234. in istis enim secundum eos si licentia sit omissa, depositio non valeret, vt etiam scribit Ioan. de Amic. cons. 77. n. 17. sed vt dicit Sylvest. in dicta Sũma opinio Abb. per eius rationes, & dicta est verior, cum profectò ita requiratur licentia in clericis sæcularibus, sicut in religiosis, & tamen omnes concludunt, in sæcularibus examinatis sine licentia valere eorum dicta, quod bene not. & adde quod idem firmat Crot. in tractat. de testib. part. 4. numer. 85. quæst. 22. fateor tamen, quod ad fugiendum istas discussiones, & dubietates, melius est semper habere licentiam Superiorum, vt dicit pulchrè Areti. in eod cons. ita quod de tali licentia appareat ex actis, alias non sufficeret assertio Notarij dicentis, Frater talis examinatus cum licentia sui Superioris, vt scribit Ioann. de Amic, dicto cons. 77. n. 18. & Curt. dicto tract.
4 concl. 49. in fin. vers. oportet ergo. Limitatur secundò, non procedere in clerico, vel alio Religioso qui esset Prælatus, vel Superior in loco, quia tunc vltra quod non esset opus petere licentiam, quia sibi ipsi videtur impartiri, si in illo loco non esset alius qui posset sibi eam dare, vt firmat Aret. dicto consil. n. 18. in fi. quod ita seruatur quotidie. Sed redeundo ad casum à quo digressi sumus, dico quod si Clericus, vel Monachus reperitur examinatus, & in principio sui examinis dictum sit per Actuarium, talis Frater &c. testis citatus iuratus, & de licentia sui Superioris examinatus, quod per hæc verba licentia præsumatur, Ioann. de Amic. in propriis terminis cons. 77. num. 18. dicit quod non, per ea quæ scribit Innoc. in cap. cum in iure de offic. Deleg. & ideo cum talis licentia sit facti, & facta non præsumantur nisi probentur; l. 1. & l. cum res C. de probatio.
5 & l. asseueratio §. fin. C. de non numer. pecun. nisi appareat de ea ex actis non creditur adfuisse, & proinde aliter recepti, non valebunt per prædicta, & ea quæ Ioan. de Amic, concludit in præallegato consilio.

RESOLVT. CCCCLX.

An credatur Ordinario circa causam in permutatione?

1 *Permutatio in dubio non præsumitur facta ex iusta causa, nec creditur Ordinario dicenti se facere illam iusta causa nisi probetur.*
2 *Contrarium tamen tenet Bellamera, sed declaratur eius opinio.*
3 *Assertioni Iudicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest.*

1 NOn præsumitur in dubio permutatio facta ex iusta causa, nec creditur Ordinario dicenti se facere illam iusta de causa, nisi probetur, si non est facta cum causæ cognitione, ad tradita de dispẽsatione inferioris, per Abb. in c. diuersis fallacijs de cler. coniuga. n. 3. Rebuff. in prax. tit. de dispens. super defectu natalium n. 9. & in repet. c. extirpandæ §. qui verò de præben. circa quintam conclusionem, Abb. de pluralitate benef. Mandos. de signat. grat. tit. de dispens. vers. aduertendum tamen est, Naua. in Man. prælud. 9. n. 15. alias 13. & c. 25. n. 74. & cons. 1. n. 5. qui fil. sint legitim. Vgol. de irregul. c. 44. §. 2. n. 5. & c. 62. §. 1. n. 9. vbi bene Sylvest. verb. dispensatio n. 4. Ludouic. Lop. instructor. conscien. 1. tom. cap. 4. & Emanuel Rodriquez in Summ. 1. tom. c. 235. num. 1. & quæst. regul. 1. tom. q. 22. art. 4. ad tradita per Sarnien. lib. 1. Select. c. 8. num. 19.
2 Quamuis contrarium teneat Bellamer. 6. par. q. 2. n. 12. dicens, quod in dubio permutatio facta ab Episcopo præsumitur bene facta, & ex iusta causa, ex cap. in præsentia de renunc. & quamuis contrarium etiam in proposito videatur velle Anchar. cons. 279. cuius sententia procederet, quãdo Ordinarius in ipsa permutatione enunciaret, se adhibuisse causæ cognitionẽ: tunc enim pro eo præsumeretur.

Et pro prædicta doctrina facit; quod cum regula sit, permutationes beneficiorum de iure fieri non posse, c. minoribus de præbend. & d. capit. quæsitum, qui dicit fuisse factam, ex causa vtilitatis, seu necessitatis Ecclesiæ, quo casu limitatur dicta regula, & dicitur dispensatio, debet probare causam limitationis, & specialiter ex traditis per Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. n. 23.
3 Facit etiam doctrina text. in cap. quæ in Ecclesiarũ num. 130. de constit. & in c. cum sit Romana de appel. quod assertioni Iudicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest, Crau. de antiq. temp. 2. par. §. 1. num. 13. & 21. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 9. n. 27. & in simili de pensione tradit Coras. 1. c. 4. n. 14.

RESOLVT. CCCCLXI.

Electio sepulturæ facta in testamento nondum stipulato, an valeat?

1 *Ex testamento non completo nihil debetur.*
2 *Priuilegium debet ostendi in re de qua agitur.*
3 *In testamento ad pias causas, saltem duo testes sunt de forma testamenti, & n. 4.*
5 *Libertas seruorum pia causa censetur.*
6 *Vltima voluntas testatoris manu sua scripta sine testibus, & Notario, ad pias causas valet.*
7 *Declaratur tex. in c. relatum el 2. de testamen.*

IN facto mihi proposito de quodam testamento, in quo inter cætera reperiebatur fuisse factã electionem sepulturæ, nondum tamen stipulatum erat, dubitandi ratio pro inualiditate dictæ electionis oriri vide-
1 batur ex tex. in l. ex eo ff. de testa. vbi ex testamento non completo nihil debetur, concordat text. in l. fideicommissa §. fi. ff. de l. 3. quorum sententia probatur infrascr. modis.

Primò, quia in causa pia non reperitur iure expressum, vt sine testibus saltem duobus seruetur, quia pri-
2 uilegium debet ostendi in re de qua agitur, alias licet causa, vel persona sit in multis alijs casibus priuilegiata, manet adhuc sub regula, l. in fraudem §. fi. ff. de milit. testa. cum multis per Tiraquell. de præscript. pag. 109. Duen. reg. 133. Menoch. cons. 190. n. 11. lib. 2. & n. 12. & 15. Dec. lib. 1. ex n. 6. ff. de reg. iur.

Secundò, quia sicut numerus testium est de forma generaliter in testamentis, Couar. c. cum esses n. 8. com. de testam. communis secundum Tell. in l. 2. Tauri, num. 32. post omnes in l. si vnus, vbi tex. C. de testam. ita in
3 testamento ad pias causas saltem duo testes sunt de forma testamenti per c. relatum 2. de testam. Quo circa

sine

sine illis non potest aliàs esse valida dispositio, quoniam dempta forma, seu solemnitate inducta à lege, non potest aliquis actus esse validus, iuxta iura vulgaria, & quod vulgò dicitur forma dat esse rei, l. Iulianus §. sed & si quis ff. ad exhibend.

Tertio, text. est expressus in d. cap. relatum 2. de
4 testament. in qua decretali ponitur in specie forma testamenti ad pias causas, vt ad minus interueniant duo testes, & hæc est communis, vt per Menchac. de succes. creat. lib. 3. §. 21. num. 1. igitur cum iure ciuili forma testamenti ad pias causas nõ sit apertè tradita, standum est iuri Canonico, iux. tex. & ibi Innoc. in cap. 1. de nou. oper. nunc. & in specie quod text. in cap. relatum in foro ciuili seruandus sit, tenet gl. ibid. & Couar. num. 2. Bart. in l. 1. C. de sacros. eccles. Ias. num. 21. atque ita licet ratione piæ causæ remittantur à iure solemnia testamentorum, non tamen censetur remissa solemnitas probationis per duos testes, vt d. cap. relatum, & d. l. 1. secundum intellectum Bar. Alciat. & Andr. Besset. ibi num. 4. & repet. & dicit Tiraq. in tract. de priuileg. piæ causæ post præfationem, in exordio relatis varijs opinionibus omnes conuenire in relictis ad pias causas vbique sufficere duos testes, per text. in d. cap. relatum; vnde cum in hac specie nulli sint testes, sed solum à defuncto scripta, & subscripta schedula, planum est non valere.

5 Quartò suffragatur quod libertas seruorum pia causa censetur, l. vnic. ad fi. C. de comm. seru. manu. Bar. l. proximè ff. de ijs qui in test. dele. Euerard. in cent. loco 23. declarat pulchrè Dec. l. captatorias col. fi. C. de test. milit. sed in causa libertatis est tex. expressus in auth. de test. imperfect. §. nos igitur collat. 8. quod debet esse propria scripta manu, & dictata à testatore coram testibus.

Cæterum contrariam sententiam de iure veriorem existimo, quam tenuerunt Corneus in auth. quod sine C. de testam. per tex. ibi, Iaso. cons. 61. vol. 1. num. 6. & cons. 115. lib. 4. Dec. cons. 488. num. 17. Alex. in l. hac consultissima §. ex imperfecto num. 3. C. de testam. & in cons. 4. col. 3. lib. 7. Imol. & Aret. qui dicunt esse
6 communem in l. si is qui col. 2. ff. de testamen. tenuerunt vltimam voluntatem scriptam manu testatoris ad pia, si, scriptam esse sua manu dubium non sit valere quamuis non sit coram Notario, aliquibus testibus nuncupata, prout dixit Bar. quando certa esset scripta manu propria inter libros in l. fideicommissa §. 1. ff. de l. 3. & in d. l. si is qui testament. & sequitur Tiraq. de pia causa priuil. 4. vbi tenet quod sufficit sola subscriptio per auth. si modo, & l. fi. C. de famil. ercis. per quam suppletur auth. quod sine C. de testam. secundum Ias. ibi col. 1.

7 Vnde retenta hac opinione, quod carta scripta manu testatoris, vel saltem subscripta, valet ad pias causas, etiam nullis adhibitis testibus cum declarationibus supra adductis: sed necesse est respondere ad tex. in cap. relatum de testam. vbi in causis pijs requiruntur ad minus duo testes ad probationem, quia tex. ille procedit quando testamentum fuerit factum per testes, non verò excludit aliam formam testandi ad pia, deductam ex alia forma testandi inter liberos in dicta authentica quod sine, & ex l. final. & authentica si modo C. famil. erciscund. Nec est credendum quod ius canonicum adeo arctauerit testamenti factionem ad pia: difficilius autem est respondere ad tex. in auth. de testam. imperfect. § nos igitur vers. tamen collat. 8. vbi disponitur quod licet scriptura testamenti inter liberos à patre scripta per totas literas non per signa, & declarato numero filiorum, & vnciarum, & tempore testamenti faciat fidem, & seruanda sit, licet sine testibus; attamen si in eodem testamento pater intermisceat alia legata, vel fideicommissa extraneis personis, vel etiam libertatem, coram testibus hoc peragendum erit, & tamen constat libertatem esse causam piam, l. 1. C. de commun. seru. manum. Ergo in causis pijs nõ sufficit forma testandi, de qua in d. auth. quod sine.

Fateor enim vix posse ad illum textum responderi, nisi dicatur loqui de libertate non relicta pro anima (quo casu pia causa est) sed ob aliam causam remuneratoriam, vel ob affectionem, quia tunc est pia, argum. eorum quæ latissimè circa alimenta, dotem, & alia quæ vocamus pia relicta, congerit Tiraq. in præfat. tract. de priuil. piæ causæ; hæc enim non habere priuilegia piæ causæ, si non egentibus relinquatur; & sic non pro subleuanda anima.

RESOLVT. CCCCLXII.

Ius patronatus vni quæsitum, an alteri concedi possit?

1 *Ius vni quæsitum, non potest auferri, & alteri tribui.*
2 *Papa si beneficium vacans prius dederit vni, & demum alteri, præfertur primus.*
3 *Cardinales sunt Principes, & qui eos offendit dicitur committere crimen læsæ Maiestatis.*
4 *In spiritualibus ille præfertur, qui habet priorem titulum, & num. 5.*
5 *Promittens non reuocare donationem etiam vitio ingratitudinis, non potest amplius se pœnitere.*

CONcesserat quidam ius patronatus quibusdam personis de familia &c. & cum postea alteri concessisset; fuit dubitatum, an dicta concessio esset valida in præiudicium illorum dictæ familiæ, & dixi non
1 valere, ex eo, quod cum ius dictis personis de dicta familia sit quæsitum, nullo modo potuit per eundem constituentem, & donantem auferri, & alteri tribui, iuxta l. certi condictio §. si nummos ff. si cert. pet. vbi si numero tibi decem soluendos Titio, huic Titio quæritur actio, Bar. & alij in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. obl. Alex. in cons. 304. vitò in fi. vol. 7. & Gabr. in cons. 58. num. 10. vol. 1. & vulg. l. id quod nostrum est ff. de reg. iur. cum simil.

Et idcirco ius quæsitum dictis familiaribus, & mulieribus, sine eorum auctoritate, scientia, & facto ab eis auferri non potuit, l. fin. ff. de pact. Maximè quia non potuit donator, qui prius donauerat ambobus familijs iterum donare tantum vni familiæ, & reuocare donationem factam alteri familiæ, mutando voluntatem in damnum donatarij, cum prima donatio fuisset perfecta, l. Aristo in prin. ff. de donat. l. perfecta C. de donat. sub mod. Quando enim res non est integra, puta iam alteri ius quæsitum esset, reuocatio non esset permissa, l. si partem §. fin. in fin. ff. quemadmod. seruit. amittit. Zas. in d. §. Flauius num. 9. quo casu cum esset sine dubio, vt dictum est, ius quæsitum dictis familijs accedente inuestitura, & concessione facta per Principem, etiam sine traditione isto casu esset in eis dominium translatum, Bald. post Andr. de Iser. in cap. 1. quid sit inuest. Matth. de Affl. in decis. Neap. 299. num. 14. 20. & pluribus seq. Ioan. Andr. in cap. cum olim de verb. signif. Rom. in cons. 298. nu. 2.
2 vbi in specie dicit, quod Papa si beneficium vacans prius dederit vni, & demum alteri, præfertur primus. Marsil. in singul. 82. volo tibi hoc, idem voluit Ias. in
3 l. ciuitas nu. 6. ff. si cert. pet. & Cardinales sunt Principes, hinc crimen læsæ Maiestatis committere dicitur, qui Cardinalem offendit, cap. fœlicis de pæn. in sextò, notatur in clem 1. de pæn. Martin. Laud. de Card. §. 7. num. 40. & plenè per Ant. Corset. in tract. de præstant. Cardin. per tot. Et cum simus in spiritualibus ille præfertur qui habet priorem titulum, non autem qui habuit priorem possessionem, vt limitando l. quoties C. de rei vend. dicit Ioan. Andr. in cap. continebatur

extra

5 extra de his quæ fiunt à Prælat. in Nouell. dicens, quod quando sunt hæ ordinationes factæ ab Ecclesia, vel ecclesiastica persona, præfertur qui priorem habet titulum, argum. cap. cum inter il terzo, extra de elect. & cap. cum autem de iur. patron. & voluit Ludou. Rom. in d. cons. 298. num. 3. & est ratio, quia persona ecclesiastica non potest variare, vt dicit glos. in d. cap. cum autem; quamquam Rom. in d. cons. 298. alias reddat rationes; tamen supradictam glossam probat Ioan. Paul. Lancellot. instit. canon. lib. 1. tit. de instit. & iur. patron. §. sicut tamen, & quod in spiritalibus semper præferatur titulus prior Balb. in d. l. quoties oppos. 4. Salyc. oppos. 5. & Paul. de Castr. Iacob. Philipp. Portius in tract. conclus. lib. 2. reg. 40. limit. 6. & & tanto minus renocatio facta per supradictos non tenet, ex quo donauerat prius dicta iura dictis familijs, quam donationem promisit perpetuo habere ratam, & non reuocaturum cum iuramento, Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius in §. si absque liberis, in materia substitutionis fideicommissariæ num. 23. extra de testament. vbi inquit, quod etiam si primus donatarius est absens, & pro eo stipuletur Notarius, & in ea donator iuret, nunquam est locus reuocationi, authoritate glos. in l. si pecuniam §. 1. ff. de condit. caus. dot. & ita ait fuisse decisum in Senat. Burdegal. sequitur plures allegando Boer. in decis. Burdegal. 353. per tot. par. 2.

6 Et prætensa reuocatio donationis ex causa ingratitudinis, quod vnus de dicta familia instituerit accusationem de falso contra alium de altera familia similiter non obstat, ex quo promisit cum iuramento, illam non reuocare ingratitudinis vitio, & quoties reuocaret intelligeretur semper de nouo facta, quo casu (quãquam nonnulli tenuerint renunciationem ingratitudinum non tenere, vt quæ daret materiam delinquendi in suum donantem, etiam si iuramentum interueniret, vt voluit alios allegans Ioan. Franc. Rip. in l. fin. num. 180. quæst. 54. C. de reuocand. donat.) dicendum tamen est contrarium communiter teneri per Doctores, quod imò possit fieri fututarum ingratitudinum renunciatio cum iuramento, vt voluit Io. de Imol. in cons. 35. col. 6. Ant. Rub. in cons. 94. viso, & alij quos refert Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquam in præfat. nu. 140. C. de reuoc. don.

RESOLVT. CCCCLXIII.

Permutatio beneficiorum, an ob læsionem rescindi possit?

1 *Permutatio beneficiorum ob enormem læsionem potest reuocari.*
2 *Permutatio sine fraude fieri debet, & deceptis in permutatione iura subueniunt.*
3 *Spiritualia à temporalibus possunt separari.*
4 *Venditio quamuis facta sit cum auctoritate Iudicis nihilominus rescindi potest, si læsio vltra dimidiam iusti pretij probatur.*
5 *Licet propter decretum Iudicis cesset præsumptio fraudis, tamen si dolus re ipsa probetur, præsumptio cedit veritati.*
6 *Minor si vendit cum decreto Iudicis, & authoritate tutoris, nihilominus potest petere restitutionem in integrum aduersus læsionem.*
7 *Permutatio beneficiorum non potest fieri ab ijs, qui ad ea sunt ordinati, sed ab Episcopo.*
8 *Nemo præsumitur velle suam conditionem facere deteriorem.*
9 *Permutatio spiritualium debet fieri ad fauorem, & vtilitatem Ecclesiæ, & num. 11.*
10 *Contractus spiritualium, & temporalium non debet commisceri.*

1 COnsultus respondi posse rescindi si læsio sit enormis, veluti si excedat dimidiam iustæ æstimationis, per cap. cum dilecti de empt. & vend. & l. 2. C. de rescind. vend. quæ secundum magis com. Doct. sen. tentiam etiam in contractu permutationis locum habet, nam re ipsa dolus incidit, l. si quis cum aliter de
2 verb. oblig. & quidem permutatio sine fraude fieri debet, cap. 1. de rerum permutatione, lib. 6. & deceptis in permutatione iura subueniunt, cap. cum vniuersorum eodem tit. vnde etiam in permutatione beneficiorum æqualitas exigitur, & inæqualia ad æqualitatem reducuntur, cap. 1. & cap. ad quæst. eod. tit. & ita sensit Ioan. Andr. in d. cap. cum dilecti col. 2. vers. item quæritur de empt. & vend. & Abb. in cap. cum causa num. 8. eod. tit.

Neque videtur refragari quod beneficia sint spiritualia, & nulla eorum sit æstimatio: quia spiritualia
3 à temporalibus possunt separari, d. cap. cum ad quæstiones, & temporalia sine dubio recipiunt æstimationem, vt respondet Anto. Burgos in d. cap. cum causam num. 9. & sequitur Ari. Pinel. in l. 2. p. 1. cap. 3. nu. 16. de rescin. vend.

Neque etiam obstat, quod auctoritas Superioris quæ in permutatione beneficiorum debet adhiberi, c. quæsitum de rer. permut. excludat præsumptionem doli, Bar. in l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. quia, quam-
4 uis venditio facta sit cum auctoritate Iudicis, nihilominus rescindi potest, si læsio vltra dimidiam iusti pretij probetur, Rom. in l. si quis cum aliter num. 8. & 36. de verb. oblig. per d. cap. cum dilecti de empt. & vend. & Abb. in d. cap. cum causa num. 6. de empt. & vend. quam opinionem veriorem etiam putat Alex.
5 in l. pretia rerum nu. 9. ff. ad leg. Falc. Nam licet propter decretum Iudicis cesset præsumptio fraudis, tamen si dolus re ipsa probetur, iux. l. si quis cum aliter de verb. oblig. præsumptio cedit veritati, cap. proposuisti de prob. & in l. nuptura in fin. ff. de iure dot. & per lucem probationis præsumptio excluditur, l.
6 optimam C. de contrah. & com. stipul. Vnde etiam si minor vendiderit cum decreto Iudicis, & authoritate tutoris, nihilominus potest petere restitutionem in integrum aduersus læsionem, l. magis puto §. pen. de reb. eor. & l. si quidem de præd. mino. Alex. in d. l. pretia rerum num. 9. & secundum istam sententiam in proprijs terminis, quod permutatio beneficiorum ob læsionem vltra dimidiam rescindi possit, consuluit Cald. in cons. 4. de rerum permut. quam etiam sequitur Ant. Burgos in d. cap. cum causa num. 9. & Ari. Pinel. in d. l. 2. ear. 1. cap. 3. num. 16. de rescind. vend.

Sed quamuis hæc opinio probabilis videatur, diuersa tamen quæ magis communiter recepta est, iure de-
7 fendi potest: Primum quia beneficiorum permutatio non potest fieri ab ijs, qui ad ea sunt ordinati, sed ab Episcopo, nam licet tractatus permutationis fieri possint; conclusio tamen omnino prohibetur quia pendet ex potestate, & arbitrio Superioris, & ab eo robur accepit permutatio, cap. quæsitum, & ibi Abb. in fin. de rerum permut. Secundo quia inæqualitas beneficiorum siue sit ratione redditus, siue ratione onerum incumbentium, non vitiat permutationem, &
8 quamuis aliqua sit fraudis suspicio; quia nemo præsumitur velle suam conditionem facere deteriorem, cap. super hoc de renunc. tamen hæc præsumptio non sufficit ad infringendam permutationem, vt in his terminis copiosè consuluit Dec. in cons. 210. n. 6. 7. & 8. & Prob. ad Mon. in c. 2. n. 21. vers. his tamen fundamentis, & infra de renunc. & Panthaleon. Crem. in d. l. 2. n. 128. vers. vigesimo nono fallit, & fusius Cagno. n. 57. C. de rescin. vend.

Neque huic sententiæ obstat quod beneficiorum etiam permutatio sine fraude fieri debeat, & quod deceptis iura subueniunt, iuribus superius citatis, quia

hoc

hoc admittitur quando quis recusat resignare beneficium ex causa permutationis quemadmodum promisit, vt loquitur d.c.cum vniuersorum de rerum permut. at in proposito permutatio est perfecta, & inæqualitas quæ obijcitur ad eam rescindendam non sufficit, vt est comm.opin.quam Dec.profitetur in d. cons.210. num. 6.& 8.

Neque etiã refragatur quod æqualitas sit seruanda etiam in permutatione beneficiorum,d.c.1.& c.ad quæstiones de rerum permut.quia id locum habet, quando agitur de permutatione contrahenda, diuersum tamen est si permutatio sit perfecta,quia tunc rescindi non de-
9 bet;etiam si vltra dimidiam læsio contigerit, quia permutatio spiritualium principaliter debet fieri ad fauorem, & vtilitatem Ecclesiarum, Ancha. in Clem. 1. col.2.vers.2. quæro de rerum permut.& Abb. in d.cap. quæsitum n.6. cum alijs adductis per Dec. in d. cons. 210.n.8.& ideo commodum pecuniarium nõ inspicitur, sed salus animarum, Rota dec.140. alias 2. de rerum permut.incip.item not.quod non vitiatur in antiq.quã refert Felin. in c.quia verisimile num.3.de præsumpt. & cum hoc sit speciale in permutatione beneficiorum, debet intelligi,vt habeat locum etiam si læsio sit enormis, alioquin non esse ius singulare, sed commune cum venditione, quæ propter læsionem vltra dimidiam rescinditur,d.c.cum dilecti de emp.& vend.& d.l.2.C. de rescind.vend.& ita intelligit Dec.in d.cons.210.num.8.

Neque etiam obstat,quod licet nulla sit beneficiorũ æstimatio quoad ius spirituale,tamen,causa reddituum ab eo possit separari,d.c. ad quæstiones,vt Anton.Bur-
10 gos,& Pinel.respondent, quia hæc separatio debet fieri ad effectum, vt contractus spiritualium, & temporalium nõ debeat commisceri,ne alioquin possit dici permutatio spiritualium facta comtemplatione temporalium,& permutatio temporalium intuitu spiritualium, & sic crimen simoniæ comittatur,vt ibi declarant Doctores,maximè Imol.numer.3. sed si nos dicimus permutationem beneficiorum quæ sunt spiritualia posse rescindi ob læsionẽ temporalium, certe sequitur quod huiusmodi permutatio inrelligatur facta comtemplatione bonorum temporalium, & propter commodum pecuniarium, quod esset absurdum, & ideo hæc separatio temporalium, quæ in eo text. fit ad cuitandam Simoniam, in casu proposito fieri non debet ad eam inducendam, & ad declarandam nullam permutationem quæ præsupponirur esse valida, & ex capite læsio-
11 nis sit rescindenda: vnde cum permutatio spiritualium principaliter fieri debeat propter necessitatem,& vtilitatem Ecclesiarum,cap. nisi essent de præb. & c. quæsitum, de rer.permut. non est curandum de læsione bonorum temporalium, quia inspicitur quod principaliter agitur, l.si quis nec causam ff.si cert.pet.

RESOLVT. CCCCLXIV.

Declaratur conclusio illa,quod valet argumentum à matrimonio spirituali ad carnale.

1 *Matrimonium carnale, & spirituale æquiparantur, & valet argumentum de vno ad aliud.*
2 *Referuntur alia exempla ad supradictum argumentum.*

1 AEquiparãtur à iure hæc duo matrimonia, vt probatur in capitulo quoniam frequenter §.porro, vt lite non contest.c.inter corporalia,& c. si de transla. Episc. c. cum inter Canonicos de elect. c.sicut alterius 7.q.1., & auth.nisi rogati, & ibi Cyn. Sali. & Doctores not.C.ad Trebell.cum simil. Et ipso argumento à matrimonio spirituali ad carnale vtitur Io. And. in regula sine culpa de reg. iur. lib.6. in Mercu. in 1. dubio, ad decisionem illius pulchræ, & quotidianæ quæstionis, an matrimonium carnale contrahi possit in extremis, c.sicut tenor de regul.ergo, & carnale: Eo etiam vtitur Idem Io.And.in pulchra, & quotidiana quæstione ad duos effectus in regula quæ contra ius fiunt de reg. iur.lib.6.in Mercur.& idem Io.Andr. in regula actus legitimi, in ardua q.de reg.iur.lib.6. in Mercu. & Doct.
2 sæpe alibi,& vltra præmissa referam aliqua quotidiana exempla,& inter alia hæc argumentatio facit ad hoc, quod sicut valet ingressus religionis,licet quis dolo fuerit inductus ad intrandum religionem, nec subuenitur dolum passo quoad ingressum licet hæredibus ingressi sit consultum quoad bona sic delusi,vt est text.singularis in c. constituit 20.q.2. & in c. cum dilectus cum ibi no.de his quæ vi metusue causa fiunt, ita etiam tenet matrimonium carnale,licet quis dolose ad contrahendum matrimonium carnale inducatur, ita dicit gl. sing. in d. c.cum dilectus, & ibi hoc approbant Io. de Imo.Pan.DD.& vult Iaf.in §. actionum in 7. col.instit. de actionibus,& Bal. in l.Archimedorem, C. vt in possess.leg.& est de mente gl.in l.à diuo pio ff.de ritu nupt. Item induci potest hæc argumentatio ad aliud videlicet,quod sicut minor 25.annis intrans religionem non posset post ingressum, & professionem restitui in integrum aduersus ingressum tamquam læsus, d.c. cum dilectus, cum ibi not. per Panor.& Bal. qui etiam dicit quod non sufficit timere indignationem paternam, quia volebat filium exhæredare, nisi fieret Monachus, Clericus, vel Sacerdos, ita etiam puella inducta ad contrahendum matrimonium carnale, & læsa, non potest restitui in integrum etiam matrimonio non consumato ad finem nubendi alteri: Ita sing. dicit Bal. in rubr.extra de iud. & ratio est secundum eum, quia spiritualia sic inhærent ossibus quod euelli non possunt, habent enim diuinam virtutem potius quam humanam, secundum eum: Posset, & ad multa alia induci hæc argumentatio, sed prædicta pro iuuenibus sufficiunt: Et procedit hæc argumentatio quoniam eadem est ratio in vtroque, nec contrarium reperitur expresse decisum à iure, & quoniam materia est applicabilis; & aliquando diuersa subest ratio, vel quoniam contrariũ reperitur expresse decisum à iure in eo quod venit inferendum, vel materia non est applicabilis,tunc non procedit hæc argumentatio,quia diuersitas rationis diuersitatem iuris inducit, l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg.& l.adigere,quamuis, cum ibi not. ff.de iure pat. & expressum facit silere tacitum,l.fin.C.de pact.conuent. & alia ratio reformat pactum, l.interpositas C. de transact. in incertis enim non incertus locus est coniecturis l. cum ita ff. de verb. oblig. cum ergo multæ sint differentiæ inter matrimonium carnale, & spirituale, vt dixi supra loco proximo, patet in multis non procedere hanc argumentationem, vbi autem contrarium non reperitur expresse dispositum, nec apparet diuersa ratio,& materia est applicabilis,ad hanc æquiparationem recurrere debemus, & procedit hæc argumentatio,vt in simili notat Sal. in l.fin.C. de inoffi. testam. quod nota.

RESOLVT. CCCCLXV.

Fraus in beneficiorum permutatione, ex quibus præsumatur.

1 *Dolus ex perspicuis indicijs probari debet.*
3 *Permutans beneficium pingue cum tenui, si graui morbo erat correptus, fraudis consilium euidenter probatur. Ampliatur vt num.4.5.*
3 *Permutatio facta cum consanguineo non valet, quia coniunctio sanguinis arguit suspitionem fraudis.*
6 *Permutans beneficium pingue cum tenui, si permansit in possessione,permutatio præsumitur fraudulenta.*
7 *Permutatio beneficij pinguis cum tenui potest fieri ab eo, qui senio confectus est, & habet vberiores redditus, si*

vero

verò expedit Ecclesiæ, & hoc arbitrio Episcopi relinquitur.

QVamuis beneficium pingue cum tenui permutari possit, & ex sola inæqualitate fraudis consi-
1 lium non probetur ad infringendam permutationem beneficiorum, quia dolus ex perspicuis indicijs probari debet, l. dolum C. de dol. Fed. de Sen. in tract. de permutatione beneficij in vlt. qu. & Io. Andr. post. Io. Mon. in cap. 1. de rerum permut. & Anch. in cons. 388. n. 3. & latè Dec. in cons. 210. n. 5. & 6. tamen si aliæ accesserint coniecturæ fraudis consilium manifestè probatur, cap. 2. de renunt. lib. 6. & d. c. 1. cum gl. in verb. sine fraude de rerum permut. eod. lib.

Proinde quæritur, si permutatio facta sit ab ægroto,
2 an fraudulenta dici possit: Et quidem si is permutauit pingue beneficiū cum tenui, qui graui morbo erat correptus, fraudis consilium euidenter probatur. d. c. 2. de renunt. lib. 6. in illis verbis, dummodo de præmissa fraude appareat, saltem per aliquas probabiles coniecturas, vt quia dicto renunciationis tempore, is qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat, infirmitate graui detinebatur, quæ decretalis sumpta est ex vtero l. filiæ ff. sol. mat. vt dicit Bal. ibidem, & Imol. perpendit quod d. decretalis loquitur quando quis graui infirmitate detinebatur, & Thom. Fast. dec. 6. dubio 22. dicit in Sacro Auditorio, ab omnibus ita fuisse conclusum, quod Oldrad. etiam tradit in cons. 324. n. 6. & Bellam. concl. 344. & Rot. dec. 2. de præsumpt. in antiq. & dec. 2. de rerum permut. in antiq. & Ancha. in cons. 379. post. prin. & Fely. in c. quia verisimile n. 6. de præsump. Staph. de lit. grat. pag. mihi 114. & seq. n. 20. & infra in paruis, Sarn. in reg. de infirm. quæst. 19. n. 2. Paris. in cōs. 130. num. 4. lib. 4. & Rebuff. in praxi benefi. de permutatione num. 42. & seq.

3 Quod multo magis recipiendum est si permutatio facta sit cum consanguineo, quia coniunctio sanguinis auget fraudis suspicionē, l. data C. de donat. & l. si quis posthac de bon. proscript. Bart. in l. post contractam n. 3. ff. de donat. & in proprijs terminis Paris. in d. consil. 130. n. 8. & Rebuff. in praxi benef. de permutatione n. 45. & Sarn. in d. reg. de infirmis q. 19. n. 2.

4 Quod autē diximus de permutatione facta ab egroto qui graui morbo affectus sit, vt fraudulenta præsumatur, intelligitur etiam si sit facta ab eo qui habebat animum ingrediendi monasterium, & profitendi religionem, & postea fuerit professus, quia beneficium pingue quod permutauit proximè erat vacaturum, cap. beneficium de regular. lib. 6. & hæc præsumptio colligitur ex d. cap. 2. de renunt. lib. 6. ibi, vel aliquid aliud imminebat propter quod illius præbenda seu dignitas vacare in proximo probabiliter credebatur, & glos. in verbo, vel alias, ponit etiam hoc exemplum de eo qui religionem vult profiteri quod ex euentu declaratur, vt scribit Paris. in d. cons. 130. num. 4. lib. 4.

5 Simili quoque modo si quis senio confectus permutauerit beneficium pingue cum tenui, fraudis consilium præsumitur, d. cap. 2. in fin. de renunt. lib. 6. Card. in cap. quæsitum n. 11. de rerum permut. qui hoc dicit magis verisimile esse si is qui beneficium tenue susceperit illud dimiserit, & vxorem duxerit, & hæc quidem ex varijs etiam coniecturis bonus Iudex poterit arbitrari, vt idem Card. subiunxit.

6 Accedit etiam, quod si is qui ex causa permutationis pingue beneficium resignauit in possessione permansit, permutatio præsumitur fraudulenta; arg. l. sicut §. superuacuum ff. si quis modis pign. vel hypoth. fol. Bart. in l. post contractam n. 3. ff. de donat. & hanc coniecturam in proprijs terminis adducit Paris. in dicto cons. 130. n. 6. lib. 4. & sequitur Rebuff. in praxi benefic. de permut. num. 46.

Illud vero adnotandum est, quod interdum Ecclesiæ
7 potest expedire, vt fiat permutatio ab eo qui vberiores habet redditus, & senio confectus est cum eo qui tenue beneficium obtinet, veluti si senio cōfectus sit inutilis, & beneficium quod possidet curam habet animarum, quam ipse exercere non potest, & alius habeat beneficium exigui redditus qui sit timoratæ conscientiæ, & magis idoneus, quique modicam habet curam animarum, & illud beneficium pingue pro salute animarum vtilius possit administrare, quamobrem in hoc casu Episcopus nulla præcedente conuentione in officio potest Ecclesiæ, & saluti animarum prospicere, vt is qui vtilitati alterius Ecclesiæ potest subuenire, ad eam transferatur, & ex fructibus ipsius alteri qui muneri suo satisfacere non potest tantum tribuere, quantum computatis fructibus illius beneficij quod ex permutatione est consequutus commodè possit sustentari, & ita necessitati, & vtilitati vtriusque Ecclesiæ, ac personis subueniri potest, iux. cap. nisi essent de præbend. & cap. quæsitum de rer. permut. Et cum de euidenti vtilitate Ecclesiæ manifestè appareat, auctoritas Episcopi excludit omnem fraudis suspitionem, vt in facto respondit Anch. in cons. 279. num. 2.

RESOLVT. CCCCLXVI.

Ordines, an possint conferri sine Missa?

1 *Missa non est de substantia ordinis, sed hodiè seruatur contrarium.*
2 *Episcopus non debet ordinare, & alter celebrare.*
3 *Episcopus si ordinauerit, & alter celebrauerit, etiam quod sit infirmus, ordinatio non valet. Redditur ratio num. 4.*

IN hac quæst. placuit respondere cum verbis Fusci, quæst. 16. vbi tres considerat conclusiones, quarum
1 prima Missa an sit de substantia ordinis, & dicunt quod non, namque Apostoli solum per impositionem manuū dabant spiritum Sanctum, nec inter substantialia Ordinis ponitur Missa, vt declarat S. Bonauentura in comp. tot. Theolog. lib. 6. c. 36. sed tamen salua determinatione, & veritate S. Rom. Ecclesiæ cui me totum subijcio, hodie videtur esse quodammodo de substantialibus, ex quo sic est ordinatum ab Ecclesia, à qua recedere mortale est; exemplum potest poni in temporibus ordinatis ad Sacros Ordines, quæ non sunt de substantia ordinis, & tamen non possunt conferri extra illa tempora cap. sanè de tēporibus ordinat. & cap. ordinationes 75. dist. sic & ętas ordinandorum, & simil. & glos. fatetur aliter facere, esse ordinationi Ecclesiæ contrauenire, quod non est, maximè scienter, sine scrupulo hæresis, c. quod sicut §. super eo de electio. licet hæc ratio non sit valde firma. Secunda est consideratio in hac quæst. quod non
2 debet Episcopus ordinare, & alter celebrare, sed est de necessitate quod ipse celebret, hæc est antiqua consuetudo Rom. Ecclesiæ quam omnes tenentur obseruare, vt gl. ibi per cap. vni. de Sacr. Vnct. & ideo Bernard. Antiqu. glos. in d. gl. fatetur se fuisse interrogatum, & respondit non esse aliter faciendum, nec se vidisse, aut legisse vnquam factum fuisse contrarium, & est noua add. Bernard. vt inquit Abb. eum sequendo, & in hoc nullus dubitat, Sum. Ang. in verb. ordo 7. vers. 2. nec ego aliquem legi argumentantem posse fieri. Tertia erit
3 consideratio quid iuris si Episcopus ordinauit aliquos ad Sacros Ordines, & alter celebrauit Missam, an ordinatio teneat, in anno 1568. de mense Decembris Hercules Vombesius Episcopus Rauellensis ordinatus Episcopus ante Concil. Trid. quia illiteratus erat, facit publicam ordinationem ordinando in diaconos, & subdiaconos, & quia graui morbo erat detentus, cogitans forsan summam habere potestatem ordinauit, & ab alio presbytero fecit Missam celebrare, asserens se posse facere, in quo dixi ordinationem non tenere quia licet

cet Hugo in dict. glos. videatur tenere ordinationem propter reuerentiam Sacramenti valere, & in cap. ordinationes 75.dist. tamen procedit in minoribus ordinibus non in sacris, qui si sic conferantur non tenent
4 aut saltem si sint in suspenso,quia debet reiterari,quod legitime non est actum,& hoc primum tenuerunt Ang. vbi supra, Syluester in verb.ordo num. 9. nam si omittitur aliquod de dubijs, totum reiteratur, & Missa est de dubijs, ergo, Sum. Armill. ibidem, nam misterium est vnitum,& non diuidendum,Astens.in sum. lib.6. tit. 4.art.1.Nicol.de Plou.in suo tract.Sacer.de Sacr. Ord. fol. 189. & licet ad collegium doct. fuisset missum pro maiori veritate habenda,quia res maudita fuit, non est habita congrua resolutio, & in illo facto grauiter errauit vnus postea qui se fecit promoueri ad Sacerdotium, nulla facta declaratione si collatio tenebat, vel erat in suspenso absque aliqua suppletione, & si fuisset in obseruantia tex.in c.fi. de ætat. & qualitat. Episcopus non dixisset se posse facere quia cum haberet duos alios Episcopos viciniores intra 500. passus debebat ad illorum Ordinarios mittere, nec vlla imminebat Ecclesiæ necessitas; inquit enim in hoc proposito Sancta Synodus Trident.sess.23.de reform. cap.3. his verbis;Episcopi der semetipsos ordines conferant,quod si ægritudine fuerint impediti subditos suos non aliter quam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos mittant, & quod grauius est,tunc Episcopus nec examinauit eos iuxta aliud decretum ipsius Sacr.Conc.hæc omnia denuo subijcio decisioni, & opinioni S.Rom.Ecclesiæ, & Sum. Pontifi. in quo casu audeo dicere nouam optare extrauagan. &c.

RESOLVT. CCCCLXVII.

An in casibus in quibus exigitur qualitas Doctoratus, sufficiat licentiatio?

1 *Licentiatus in his, quæ sibi fauorabilia sunt, habetur pro Doctorato, & dicitur habere dignitatem, licet sine administratione.*
2 *Licentiatus in vno loco, non potest alibi Doctorari.*
3 *Doctor debet ter examinari.*
4 *Doctor non est,neque dicitur,qui dumtaxat Licentiatus est.*
5 *Doctoratus dignitas est.*
6 *Licentiatus non habetur pro Doctore in his, in quibus requiritur pro forma quod sit Doctor.referuntur authoritat.num.6.*

POne præsertim in casibus Concilij Tridentini, & alijs quampluribus in quibus exigitur quod quis sit Doctor, & videbatur quod sic, ex infrascriptis.

1 Primo, quia licentiatus in his quæ sibi fauorabilia sunt habetur pro Doctorato, Bal. in l.1. col. pen. versic. quod si filius ff. sol. Matr. & Niconit. in Bub. eod. tit.num.198. & de communi testatur Alex. in l. mulier §. non est dubitandum num.2.ff.ad Trebell. & Bologn. in repet.Auth. habita num.129. C. ne fil. pro patr. sed vtique in præcedentijs agitur de fauore eius vt manifestum est, ergo &c.

Secundò, quia Licentiatus dicitur habere dignitatem licet sine administratione, Bald. in l.qui indignus ff. de Senat. vnde per Doctoratum sola administratio acquiritur, & consequenter attendi debet tempus Licentiaturæ, arg.l.2.C.vt dign.ordin.seru.lib.22.

Tertiò, quia quando finis habeat necessariam consequentiam ad principium, attenditur principium,l.2. §. Scio ff.de min.sed ita se habet Doctoratus ad Licen-
2 tiaturam; vnde fit quod Licentiatus in vno loco non potest alibi Doctorari, secundum Bald. in d. l. qui indignus, & alij passim,ergo &c.

Quarto, & vltimo, quia ita Doct. magis communiter tenere videntur Ang.Aret.in §.quædam num. 19. ad finem inst.de action.Soc.Sen.in l.cum quid ff.si cert. pet.num.20.& ibi Dec.num.18. & ibi Purpur. num.60. Felyn. in cap.Clericis, & ibi Dec.plene num.17.extra de iud. Idem Fely. in Rubr. de maior. & obed. Cassan. in Cattal.glor.mundi part.10.consid.34.in fi. Soc. Sen. in cons.70. vtrum primo Licentiatus lib. 4. vbi plene hoc firmat Hieron. Gigas in add. ad Dec. in d. c. Clerici sub num.12.Additio ad Bart.in l.1.C.de dignit.lib. 12.num.26 Curt. Iun. in l. filiæ licet in fine C. de inoff. test.Mod. Hispani in repet. Rubr.ff.de donat.inter vir. & vxor. §.38. num.11. Riminald. in tit. quib. alien. licet, vel non num.99. & 100. qui dixit ita fuisse seruatum Ferrariæ, & decisum per Collegium illud inter se & Io. Ronchegalium, & alios qui interim Doctorati fuerant,allegatque idem tenere Calder. in cap. capitulum S. Crucis de rescript. & istam esse communem sententiam dicit Dec. in d. cap. Clerici, & d. c. cum quid num.18.in fi. Cagno.d.leg.cum quidam num. 58. versic. ad oppositum ff. si cert. pet. & de magis communi Gabriell. lib. 6. conclus. tit. de maior. & obed. concl.1.num.1.

His tamen non obstantibus re diligentius ponderata, alias anno elapso contrarium de iure verius puta-
3 ui,& etiam tenui: Primo quia Doctor debet examinari primo à Doctoribus præsentatibus, l nemini C. de aud.diu.Iud.Secundo à Doctoribus in priuato examine: Tertio in publico, & per sententiam seu decretum Episcopi seu Vicarij eius,vt docet Bar.l. vnica C. de athlet.& in l.magistros C.de profess.lib.10.& not.in Clem.1.& 2.de mag.& notat Archid.in can.de quibusdam 37.dist.& Abb.in c. cum secundum Apostolum de præb.in 6.Licentiatus autem non est,nisi semel examinatus primo examine, ergo non potest dici Doctor eo tempore.

Secundo quia licet aliquod istorum examinum necessarium non esset, tamē istud accideret in hoc primo examine præambulo, quod quidem necessarium non esse ad Doctoratū constat in primis ex eo quod remitti solet plerumque, & in specie Perusiæ, quod Perusini scholares nō examinantur hoc primo examine; itē nec Vltramontani, vel Vltramarini; item nec Illustrissimi Viri;item nec Consiliarij Triūphantes,& hoc quia pro approbatis, & habilibus habentur, & approbatio ista nil aliud tribuit, nisi quod pro Doctis, & habilibus ad Doctoratum habentur quando facto hoc primo examine licentiantur,& ideo non solum Perusiæ, sed vbiq; vsu est, vt notorie docti scholares non subijciatur huic primo examini, Fely.in c. Clerici circa finem 2.col.de iud.Petr.Leonard.de Doct.in 1.part.q.6. Rebuff. in tr. de priu.scol.Priu.86.Abb.in c.constitutis el.2. nu.4. de appel. & Dec. ibi n. 7. si igitur nihil aliud quam hanc præsumptionem habilitatis, & doctrinæ acquirunt Licentiati in partibus dictis,huiusmodi præcedentiæ nullatenus sibi præparasse dici possunt,quia scholaris etiā notoriè Doctissimus nō præferetur Doctori prius Doctorato,Abb.in c. Clerici in 2.col. vers. hoc dictum gl. de iud.plene hoc deducit Bon.de Curtili in tract.de nobil.in 3.parte n.29. Petr. Rebuff. in terminis declarando hoc de actibus in quib.pro forma requiritur vt quis sit Doctor,dicens notoriam doctrinam non sufficere, ergo nec Licentiatura quæ nihil amplius quam hanc habilitatis præsumptionem inducit,vt dixi, & ideo dicunt Doctores quod Licentiatus licet Doctus sit in opinione hominum non tamen Doctor est neque in actu neque adhuc in opinione,Abb.in c. cum secundū n.54.de præb.& ideo reprobari potest in examine vltimo secreto non minus quam qui Licentiatus non fuit, Alex.in d.l.mulier §.1.ff.ad Trebell.Abb.d.n.14. & in c.cum venerabilis n.55.de except.Felyn.ibi col.hn.Petr.Leonard.de doct.parte 1.q.11.

4 Tertio quia quod doctor non sit neque dicatur is qui dumtaxat Licentiatus est,in specie dicunt Bal.in l.pen.

ff.de

4 ff. de mil. testam. idem Bald. in Auth. habita num. 21. C. de rescript. Alex. in add. ad Bart. in l.1.ff. de obseq. Ias. in l. filiæ licet n.8. & 9. C. de collat. & in l.2. num.3. C. de inoff. test. cum concord. Bar. in l.1. n.25. C. de dign. lib.12. Ang. in d.l. pen & in l. bene à Zenone num.7. C. de quad. præscript. plene Staphil. de lit. grat. & iust. tit. de vi, & off. clausul. 7. circa 3. num.25. & seq. Dec. in d. cap. eam te num.21. Syluan. cons. 20. num.3. lib.1. Ang. Aret. in § sed, & si quis num.2. instit. quibus non est permiss. fac. test. dicens in summa quod Licentiatus nunquam venit appellatione Doctoris, & Guid. Pap. decil. 390. vers. contrarium.

Quarto quia licet possit aliquo modo large dici Doctor, considerato in potentia statu illius, & non in actu, dignitatem tamen Doctoratus non habet, Card. Clem. 2. in 2. quæst. de magistr. Rip. in l. ex facto n.8. ff. de vul.
5 & pup. & quidem Doctores in dignitate constituti dicuntur, quia Doctoratus dignitas est, c. quanto de mag. Bar. in l.1. C. de dignit. lib.12. Paul. de Castr. in prima const. C. num.7.8. & 9. Alber. de nouo C. compon. l. hæc quando num.19. Abb. in capitulo super eo de testib. Rip. in leg. centurio num.15. ff. de vulg. Dec. consil. 161. n.2. de communi Benincas. inst. de action. in princ. num 349. & seq. qui etiam de communi quod de Licentiatis non reperitur dictum.

Secundo principaliter, quia dato, & non concesso quod Licentiatus pro Doctore haberetur in cæteris,
6 non tamē habetur pro Doctore in ijs in quib. requiritur pro forma quod sit Doctor, videlicet in actibus Doctoralibus, Fulgo. in l. bene à Zenone num.7. C. de quadr. præscript. Petr. Rebuff. in tract. de priuileg. schol. priuil. 49. in fine huiusmodi autem sunt isti actus præcedentiæ, quia ratione togæ, & insignium Doctoralium datur præcedentia Doctoribus inter alios, & inter se ipsos ratione prioritatis tēporis, & qui prior est in possessio. ne Doctoratus ille præcedit, d.l.1. C. de consul. lib.12. possessio autem Doctoratus non acquiritur nisi per insignium traditionem, Bal. in l. si aquam num.9. C. de seruit. & aqua, & in tantum quod qui esset in possessione Doctoratus sine receptione actuali insignium, numquam fieret Doctor neque Doctoratum vnquam præscriberet, Bal. in l.1. num.5. C. de emanc. lib. ergo Licentiatura nullum ius tribuit etiam cum processu longissimi temporis quoad dignitatem istam Doctoralem, quæ per insignium traditionem, & non per Doctrinam etiam supremam acquiritur, quo fit vt Doctor insignitus gradu Doctorali sit Doctor, licet indoctissimus sit, scholaris verò licet Doctissimus sit in veritate, vel per præsumptionem, & declarationem factam ab approbatoribus in Licentiatura Doctus quidem dici possit, vel etiam Doctissimus, Doctor vero nequaquam dici potest.

Tertio demum, ita semper tenui, & teneo quia ita tenuerūt firmiter plures maximæ authoritatis Doctores scilicet Simon de Bersano Car. Mediolan. in proem. sex-
7 ti antiquus Doctor, vt refert, & firmiter sequitur Alciat. in tract. præsump. reg.1. præsump.45. sub n.2. & 3. Ias. in lege cum quidam ff. si cert. pet. & idem Ias. in l. filiæ licet num.9. C. de collat. & in consil.192. exorta est vers. nec obstat tex. in d.l.1. lib.2. Ruyn. cons.19. in hac controuersia num.16. lib.1. Iac. Rebuff. in l.1. C. de consul. & Mandos. in add. ad Roman. cons.333, & Alex. cōs. 722. n.3. in hanc eandem sententiam inclinat expresse Rom. d. cons. 333. num.7. Felyn. in proem. decret. in verbo Gregorius n.17. Grat. cons.116. quæstio satis trita lib.2. & Cagnol. in d.l. cum quidam n.61. in fine, & profecto non solum, pœnè æquè communis apparet, sed sine dubio magis vsu recepta in partibus Italiæ, quicquid in Francia seruetur, vt Cass. dicebat.

RESOLVT. CCCCLXVIII.

Quomodo probari potest nobilitas?

1 *Familiæ identitas præsumitur.*
2 *Pluralitas in dubio non præsumitur.*
3 *In antiquis, quando adsunt plures coniecturæ seu præsumptiones, possunt iungi ad inducendam perfectam probationem.*
4 *Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.*
5 *Nobilitas potest probari per testes etiam de auditu.*
6 *Per publicam vocem, & famam in antiquis inducitur plenissima probatio.*
7 *Fama probat parentelam, & consanguinitatem.*
8 *Litteris Papæ narrantis aliquem esse familiarem suum, creditur si intentio sua in ipsis fundatur.*
9 *Nobilitas probatur ex identitate insignium.*

IN hac de qua agitur controuersia inter Illustrissimā plateam Sedilis Capuani, & Dominos Antonium, & Ioannem Baptistam eius nepotem N. summa rei est, an eorum familia sit eadem cum illa ex qua nobilissimi equites eiusdem familiæ, antiquis temporibus floruerunt; in quo articulo, vt facti series verè demonstrata fuit, sic iura, quæ ipsam tuentur clarissima erunt, ac per infrascriptas conclusiones elucidabuntur.

Prima sit conclusio, huius familiæ identitas probata fuit ex eodem cognomine, & vtriusq; lineæ nobilitate.

Secunda conclusio, probatur ex eisdem insignijs.

Tertia conclusio, probatur ex antiquissima possessione domus in pertinentijs plateæ Capuanæ.

Et quoad primum, idem cognomen in facto non cōtrouertitur, & in iure sequitur quod identitas familiæ
1 præsumitur vt in specie tradit Ioan. Cæphal. consil. 90. num.18. vol.1. Calc. cons.8. n.2. & in consil.9. col.1. Menoch. in tract. de præsumpt. lib.6. præsumpt.15. num.48. vers. porro hæc identitas, Aret. cons.37. col.1. vers. maxime propter identitatem nominis, & domus, & cons. 102. col.3

Et huic conclusioni accedit quod pluralitas nominis non præsumitur, Bal. cons.6. vol.1. Crauet. post alios
2 optimè declarans cons.564. n.4.5. & 6. vol.4. & generaliter pluralitas non præsumitur in dubio, vt post multos tradit Anna sing. 609. quibus addo Nattam cons. 238. vol.2. Peregrinum de fideicommiss. art.44. num.44. & Petrum Antonium de Petra in tractatu de fideicom. miss. q.12. num.629.

Nec obstat consilium Signoroli 81. n.5. qui videtur contradicere, quia vt Menoch. ibidem tradit, debet intelligi quoad plenam probationem, etenim ex identitate cognominis sola, plenè non probatur identitas familiæ, quia quando adsunt aliæ coniecturæ seu præsumptiones, tunc iungi possunt ad inducendam veram probationem, & maximè in antiquis, vt in casu de quo verba facimus, Areti. cons.42. Ancharanus cons.244 Alex. cons.24. col. penult. vol.2. Romanus cons.16. Decius consil.146. n.14. col.1. Lofiredus cons.8. Crauetta cons. 73. n.20. Zasius consil.6. vol.2. imò in antiquis quæ sunt difficilis probationis prout est probatio nobilitatis, admittitur probatio præsumptiua siue coniecturalis, vt post Panormitanum, Felinum, & Decium tradit Mandell. cons.353. num.8. vol.2. & in casu nostro ad sunt infinitæ coniecturæ, & præsumptiones quæ verisimilibus probationibus æquipollent, arg. tex. in l. non est verisimile ff. de eo quod metus causa, & c. quia verisimile de præsumpt.

Et licet in hac causa simus in claris, nihilominus quando essemus in dubio esset dominus Antonius admittendus ad sedile, ita Baldus cons.183. vol.2. Ias. cons.120. vol.4. Alciatus respon.91. & 725. D. de Franc. decis.2. num.28. & 207. num.8. Ioquens de sedilibus, Menoch. cons.96. num.27. vol.1. & 227. vsque

ad

ad num.9. vol.5. Anna singul. suo 627.

Istis non obstat consil. Decij 321. quia idem Decius tenuit contrarim consil.54.dicens communem,& contra Decium dicto cons.321. tenuerunt in illorum casu Curtius Iunior, Philippus Saccus, Aluisius Clarus, & Vincentius Iuuenalis,relati per Mādel.cons.356. vol.2. qui & ipse contra Decium tenuit, Rubeus in l. Gallus §.quidam rectè num.86.ff.de liberis,& posthum.Berretta cons.30.col.3.Mand.consil.83.vol.2.& alij citati per Mandellum, & Berrettam, vbi supra quibus addo Simonem de Pretis in tractatu de interpret.vltim.voluntat.lib.5.interpret.2.dubitatione 4.num.223.

Nec obstat quod in dubio quilibet popularis, & ignobilis potius quam nobilis præsumatur, vt tradit Bal. in l.non ignorat col.1.C.qui accus.non poss.& in l. in actionibus §. planè col.1.ff.de in lit.iur.& qui nobilitatem allegat probare teneatur cum sit accidens,& nō veniat à natura vt etiam tradunt Doctores in c.1.§. si quis Rusticus de pace tenenda; quibus accedunt multi quos recenset Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt.60. n.1.fol.313. iuxta editionem Turinensem.

Quia respōdetur quod cum platea fundet se in ignobilitate dictæ familiæ tenetur probare fundamentum suæ intentionis sicut in simili dicimus in paupertate, ærate,& similibus,quæ,& si præsumantur,probanda tamen erunt per illum qui eadem allegat, ita in specie nobilitatis tradunt Tiraquell. de nobilitate num.14. Mascard. de prob. conclus.1044.num.3. & Menoch.de præsumpt.60.num.5.

Nec tandem obstat in eadem familia posse esse nobiles,& ignobiles, vt per Soccinum cons.246.col.2. lib.2. Fuluium Pacianum in tractatu de probation. lib.2.c. 26.num.13.& Ann.singulari 359.

Quia respondetur quod dum iam probata est nobilitas Domini Episcopi,debet omnino iudicari vnam esse familiam, & non plures, postquam in vna non cadit ignobilitas quæ alioquin diuersitatem inducere possit.

Neque prædictis obstat consil.Menoch.321.num.16. lib.4.quia ibi aderat solum cognomē, quin imò aderat è contra ignobilitas illius qui se esse nobili familia ex solo cognomine aiebat, & idem Menoch. n.17. in fin. non negat,imò expresè concedit quod si alia adest cō. iectura,qualitas aut iudicium quod ille sit de nobili familia cognomen idem sufficit,& probationem inducit; nobilitas autem Dominorum actorum clarè, & clarissime demonstrata fuit tum ex matrimonijs contractis cum nobilissimis familijs eiusdem sedilis, ex quibus præsumitur nobilitas,vt latè dixi in decis.200. vol.2.tū etiam ex antiquissima possessione domus in quarterio, vt per Annam consilijs citatis, tum etiam per tot, tantosque nobilissimos equites deponentes de nobilitate,
5 & reintegratione in sedile dictorum Dominorum actorum, quorum testium depositione probatur nobilitas seu descendentia, vt per Aretinum consil.37.Cæphal. consil.337.volum.1.imò probatur etiam per indicia,& coniecturas,secundum Alexandrum cons.90.volum.6. Decia. cons.595. & quod in materia nobilitatis testes de auditu inducant plenam probationem,est videndus Crauetta cons.279.col.3.Soccinus cons.204. colum.5. vol.4.Ias.cons.138. volum.1. & eatenus verum esse dicunt, vt procedat licet supradicti testes de antiquo deponentes nihil dicerent de fama,ita Imol.cons.39.Burlat.cons.249. volum.3.Riminaldus cons.23. tum etiam quia quod nobilitas dictorum dominorum fuerit, & sit
6 de sedili Capuano, fuit verificatum per publicam vocem, & famam,quo casu in antiquis inducitur plenissima probatio,Innoc.in cap.veniens il primo de testibus, Angelus post glos.in l.at qui naturam §.cum me absente ff. de neg. Marsilius in practica criminali §. plurimum num.60. & 61.& in rubr.C. de probation. num. 144. Alexander cons.83. volum.3.cons.139. col.penultima volum.6. Iason. in l.prætor ait §. prætor ait ff. de edendo, Romanus cons.109. Decius in cap.1.num.46. de appellat. Arelatan.ad Alciatum de præsumpt.regul. 2. præsumpt.3.num.3. Mascardus de prob. tom.2.cap. 753.num.7.attestantur de communi post alios Decius, & ibi in additione Parisiens. cons. 42.num.12. Grassus commun. opin. lib.2.cap.19. quæst.2. Suarez recept. sententiarum vers.fama num.39.Viuius commun. opinion.lib.1. vers. fama, Menochius cons.11. num.16.& 31. volum.1.Bursatus cons.151.num.28.lib.2. Mandellus cons.85.num.5.lib.1.Natta cons.235.num.6.& 378. num.6. lib.2. latissimè Crauett. de antiquit. tempor. par.1. versic. viso in hac 1.parte fol.43.& 94.& consil. 434. num 3. cons.701. num.29.consil.881. num.4.consil.627.num.59. Duennas regul.298. in 7. limitatione, latissime Marquard.in tractat. de fama lib.1.c.8. Mieres de maior. par.4. quæst. 20. num.56. & nouissimè Brunonus à sole q.21.num.25.& 28. qui multo allegat.

7 Et in specie quod fama probet parentelam, & consanguinitatem, tradunt Decius cons.595. num.6.latissimè Mascard.de prob. tom.1.conclus.411.col.1.Aret. cons.37. Bursatus consil.151.num.37. vol.2. & nouissimè Marquard. de fama lib.2.cap.7. Peregr. de fideicommiss.art.44.num.19.

Et quod fama probet descendentiam, Aretinus dicto cons.37. Cæphalus cons.137.num.45. lib.1. latissimè Mascard. conclus.511. tom.1. & Fuscus singulari suo 46.lit. D.pag.162. tum denique probatur eiusdem familiæ identitas ex expressis verbis litterarum Regis Roberti in quibus asseritur dicto æquites de familia N.habitantes in terra N.esse de vera familia Dominorum de familia N.qui gauisi fuerunt honoribus sedilis Capuani,quæ verba plenam indicunt probationem,secundum Oldradum consil.258. Calderinum cons.2. de priuilegijs,Ann.cons.66. volum.1. cū alijs collectis per Mascard. conclus.100. Mohedanum decis.6. de prob. Crescentius decis.4.de sententia,& re iudicata,quibus
8 addo tex. in Clement.1. de prob. vbi creditur litteris Papæ narrantis aliquem esse familiarem suum si intentio sua in eis fundatur, quod etiam tradunt glos. ibi in dict.Clem. si Summus Pontifex vbi Zabar. in 4. oppos. glos.in d.c.si Papa in vers.narret, Crauett. de antiquit. tempor. par.1. vers. propositum num.17. Corsetus de potestate Regis quæst.8. Rebuffus super concordatis titulo de sublatione Clement. litteris pag.743.versiculo tamen in narratis per Papam.

Nec obstat,quod hæc nobilissima familia D. Episcopi,quandoque habitauerit in Ciuitate N.& proinde in diuersitate locorū diuersitas familiæ sit præsumenda.

Quia respondetur primo in facto esse satis verificatum quod dicta familia à Neapoli ad dictam Ciuitatē accessit occasione quorundam bonorum stabiliū Antonellę assignatarum ex causa dotium maternarum in dicta ciuitate existentium à Comite eius patruo,& proinde cum origo sit à ciuitate Neapolis vnica censeri debet, & in specie tradit Vincentius Anna singulari 258.vbi in fortiori casu loquitur,quem refert,& sequitur Fabius Filius in cons. citato 106.n.68. volum.2. & consequenter cum familia sit originaria probata nobilitate omnes gaudere debent, vt in specie tradit de Pont. in cons.106.vol.2. ex Affl.in constitutione regni intentionis nostræ num.7.

Secundo respondetur quod testes in specie dicūt familiam D. Episcopi esse de illa nobili Neapolitana, & ita de auditu, & fama etiam cum immemorabili deponunt,quæ depositio nobilitatem probat,vt tradiderunt Bart. & Ioan. de Platea in leg.1. Cod.de dignitatibus lib.12. Ripa consil.26. volum.2. Tiraquel.de nobilitate num.14. Romanus sing.289. Couarr. lib.1.variarum resolutionum cap.16.num.10.& latissimè Garsias in tractat. de nobilitate Hispanorum glos.12. fol. 260. vbi optimè rem hanc explicat etiam ad intellectum legum Hispaniarum, quæ de nobilitate agunt,

Tandem respondetur, quod non est impossibile quod in diuersis locis adsint homines de vna eademque familia: Nam Petra in tract. de fideicommiss. quæst. 11. num. 521. & sequenti, quem refert Anna citato consil. 106. num. 64. volum. 2. tradit quod familia sua de Petra licet sit origine Papiensis, adsunt tamen in ea multi alibi habitantes videlicet in ciuitate Mediolani, Ianuæ & Placentinæ, & hinc liquet non esse absonum aut impossibile vt familia N. Neapolitana, sit eadem cum illa quæ per aliquot annos incolatum habuit in Ciuitate N. cum præsertim ibi nobilissimè, & magnifice vixerit, sicut etiam videmus secundum Ann. loco cit. quod familia de Tuso ex Gallia ad hoc Regnum peruenta, eadem, & vnica est, licet multi ex ipsa Neapoli, alij Beneuenti, alij Auersæ, & alibi incolatum faciant.

9 Quoad secundum, huius familiæ identitas, vt dixi, probatur ex identitate insignium, vt latè per Bart. in l. tutelas ff. de capit. diminut. Cassaneus in Catalogo gloriæ Mundi par. 1. consil. 41. fol. 14. Ant. Giosius cons. 18. n. 7. lib. 1. Nouiss. Rutilcus in tract. quando filij in condit. positi censeantur vocati lib. 2. c. 6. n. 72. fol. 47. & Anna allegat. 57. n. 20. lib. 1. qui citat Bart. tantum in tract. de armis, Marcellus Cala in tract. de modo articulandi, & proban. §. 2. gl. vnic. n. 945. Calcan. cons. 8. n. 7. & cons. 6. n. 2. Fab. de Anna cons. 88. vol. 1. & in cons. 196. vol. 2.

Neque supradictis obstat quod insignia familiæ N. sint diuersa ab insignibus quibus actores hodie vtuntur, cum sit superaddita semper viua: Quia respondetur non propterea ex hoc induci aliquod crimen insignium, cum habetur loco facinorum, ex latè traditis per Rubin. in cons. 300. & Thoming. in cons. 27.

Quoad tertium de domo in quarterio, non eget disputatione cum iam sit plenissimè probatum ex littera Regis de dicta domo facientis mentionem.

RESOLVT. CCCCLXIX.

An Vicarius Episcopi auctoritatem donationi iurispatronatus alteri factæ, possit interponere?

1 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
2 *Vicarius generalis Episcopi, non potest authoritatem, & decretum suum interponere in his, quæ non spectant ad suam iurisdictionem.*
3 *Tacitus consensus Episcopi non sufficit, quando transfertur ius patronatus de laico in laicum, sed requiritur expressus.*
4 *Absentia Episcopi non ampliat facultates Vicarij, ad ea quæ sub illis non sunt comprehensa.*

IN articulo huius quæstionis omissis his omnibus quæ pro contraria afferri possent intrepide sequor,
1 quod Vicarius Episcopi auctoritatem donationi iurispatronatus alteri factæ minime possit interponere, vt in proprijs terminis est consilium Calderini 1. de officio Vicarij, vbi dicit quod requiritur speciale mandatum ad hoc vt possit suam interponere auctoritatem, sequitur Ferret. in cons. 243. n. 27. & iuxta hanc opinionem decidit Rot. Rom. per Thom. de Tan. in dec. 20. n.
2 1. & est verior opinio cum Vicarius Episcopi generalis non possit auctoritatem, & decretum suum interponere in his quæ nonspectant ad suam iurisdictionem, c. 2. & vlt. de offic. Vicar. in 6. & per consequens non valebit eius decretum ad confirmandam dictam donationem, cum ad eius iurisdictionem non spectet creare, aut confirmare ius patronatus in laicum, vel clericum ex donatione, constitutione, vel dotatione, & quasi hoc solum pertineat ad Episcopum, c. nobis de iur. patr. c. nemo de consecrat. dist. 1. Calder. cons. 3. de offic. Vic. Ferret. cons. 343. n. 9. & 10. li. 2. vbi etiam n. 3. & 4. Quod
3 neque sufficit tacitus consensus Episcopi quando trãsfertur ius patronatus de laico in laicum titulo donationis, sed requiritur consensus expressus, cum ex tacito non possit iudicari, nec discuti ratio dictæ translationis, & an illa expediat Ecclesiæ, quæstio enim versatur in actu odioso, quod ius patronatus transferatur de laico patrono iam per Episcopum approbato in alium ignotum, quo casu taciturnitas non haberetur pro cõsensu, Abb. in c. cura col. 2. de iur. patr. vt etiam neque si & Episcopus absens, enim in hoc casu neque permittitur Vicario interponere eius auctoritatem in talibus
4 actis, quia absentia Episcopi non ampliat facultates Vicarij ad ea quæ sub illis non sunt comprehensa in concernentibus iurisdictionem voluntariam, & in his quæ possunt fieri per Episcopum absentem sine tela iudiciaria, & tribunali prout est consensus præstandus per Episcopum in istis donationibus qui non requirit discussionem iudiciariam cum sit mera gratia ita vt ad eum possit haberi recursus pro illa obtinenda: Quid. quid aliud sit, quando sumus in actu, quem Episcopus non possit facere sine causæ cognitione, vt est confirmatio electionis, aut quid simile, tunc enim absentia Episcopi à loco posset ampliare mandatum Vicarij generalis ad non comprehensa in illo ex verisimili mente mandantis, qui actum huiusmodi non potest expedire in absentia, Ferrett. cons. 343. n. 13. vers. nec obstat si diceretur lib. 2. vbi quod ista est communis, & post Io. Andr. Gemin. Franc. & alios in cap. fin. de offi. Vicar. in 6. Peregr. cons. 35. num. 16. & 12. lib. 1.

RESOLVT. CCCCLXX.

An pensio possit resignari.

1 *Pensio non potest resignari, quia non sapit titulum beneficialem, neque est beneficium Ecclesiasticum, & num. 7.*
2 *Pensio non facit incompatibilitatem cum alio beneficio curato, vel requirenti residentiam.*
3 *Regula de infirmis resignantibus non comprehendit transferentes pensiones in articulo mortis.*
4 *Pensio potest transferri in articulo mortis, etiam quod in concessione simpliciter detur facultas transferendi.*
5 *Pensio potest assignari laico.*
6 *Pensionarius non obligatur ad officium magnum, sed tantum ad officium B. M. Virginis.*

1 DIxi in facti contingentia quod pensio minime possit resignari, ex eo quod ipsa non sapit titulum beneficialem, vt habetur per Gambar. in c. licet num. 87. de permut. benefic. nec est beneficium Ecclesiasticum, Anchar, Gemin. Franc. & cæteri in c. quamuis de præbend. in 6. Canonistæ, & præcipuè Felyn. & Abb. in c. ad audientiam il 2. de rescrip. Hoied. de incompatibilitate benef. c. 7. nu. 4. par. 2. Staffilens de grat. expectat. in verb. forma num. 9. Selua de benef. q. 3. num. 10. par. 1. & hinc pensionarius ratione pensionis, minime tenetur ad aliquam residentiam, Gigas de pensionibus q. 31. n. 4. post Card. in cap. finali q. 11. de cler. non resid. Archid. in cap. quamuis il 1. num. 2. vers. præuidere de
2 præb. in 6. Sarn. de annali quæst. 21. & Pensio non facit incompatibilitatem cum alio beneficio curato, vel requirenti residentiam, vt refert Hoied. in d. tract. de incompatibil. benef. in c. 7. p. 2. Duenas in reg. 71. in 5. limit. Gigas in d. tract. q. 42. post Imolam in Clem. Gratia n. 10. de rescriptis, & hinc regula de infirmis resignat.
3 non comprehendit transferentes pensiones in articulo mortis, prout fuit decisum in Rot. tempore Leon. X. teste Sarn. in citat. quæst. 16. & de anno 1541. tempore Pauli III. ac die 13. Maij 1542. coram Thoma de Tanis in vna Gadic. prout testatur Sarn. in additione ad cõment. super reg. Cancell. decis. 8. nam nulla lex prohibet huiusmodi transflationes pensionis, posse fieri in articulo

4 ticulo mortis, imò pensio potest transferri in articulo mortis, etiam quod in cõcessione simpliciter detur facultas transferendi, vt alias fuit sentẽtiatum, teste Put.
5 dec.138.lib.1.hinc etiam pensio laico potest assignari, Caccialupus de pensionibus quæst.12.nu.2. Paleot. de nothis,& spurijs c.58.nu.4.Rodoan. de spol.Ecclesiast. quæst.8.§.ad maiorem nu.26.Gigas in dict. tract.q.21. per totam post Card.in Clem.2.q.9.de offic.ordinarij, & hinc etiam dixerunt Sotus de iust. & iure q.5. art.3. lib.10.& Gigas in d.tract. de pensionibus q.30. num.2.
6 quod pensionarius non obligatur ad officium magnũ licet ex præcepto Pij V. sit obligatus tantum ad officium Beatæ Mariæ Virginis, & propterea etiam Sacra Congregatio Concilij Trid. censuit eum non comprehendere quoad priuilegium fori cui fuit reseruata pensio super fructibus alicuius beneficij, vt patet ex c. 6. sess.23. de reform.& iuxta hanc sententiam,scilicet quod
7 pensio non possit resignari resoluit Mandos. in q. 11. col.1.vers.regula post.Sarn.de infirm.resig.q.16. col.2. in princ. licet de licentia possit transferri, vt habetur per ipsos, & communiter referunt alij, & ex hac causa descendit quod pensiones non possunt permutari, vt refert Gambar. in citato c. licet de permutatione benefic.in 6.nam pensio non est perpetua,vt beneficium, sed onus temporale,Puteus in dec.202.num.3. lib.3.

RESOLVT. CCCCLXXI.

An Vicarius Episcopi habens facultatem administrandi spiritualia, & temporalia possit recipere resignationem?

1 *Vicarius non potest recipere beneficiorum resignationes, nisi fuerit ei data ab Episcopo huiusmodi facultas, & hoc non solum procedit si sit Vicarius generalis, sed etiam si habeat facultatem administrandi spiritualia, & temporalia.*
2 *Plus est conferre, quam admittere resignationes.*
3 *Vicarius etiam si in commissione habeat facultatem destituendi omnes, & singulos beneficiatos, nihilominus non poterit recipere resignationes, nisi fuerit expressè dictum in dicta commissione; redduntur rationes num.4. ad finem.*

1 APertissimi iuris est, Vicarium non posse recipere beneficiorum resignationes, nisi fuerit ei data ab Episcopo huiusmodi facultas, Calder. consil.3. de renunc.Franc.in c.vnico n.9.de rer. permut. Rebuff. in prax.benef.titul.Form.Vic.num.104.cum seq.Ptolom. decisio. 141. alias 233. quia necesse est, vt specialiter committatur facultas admittendi resignationem,cap. dudum de prebend.lib.6.cap.quæsitum de rer.permut. Cald.d.cons.3.Rot.decis.13.versic. & dic de renunc. in antiq. vbi dicit requiri speciale mandatum ad hoc, & posse Episcopum committere, & dare generali suo Vicario hanc facultatem recipiendi resignationem, & fuit decisum in Rota,vt habetur dec.2.de offic. Vic. in antiq.arg.cap.vltim.eo.titul.lib.6. Rot. etiam decis. 5. eo titul.in no. & est communis Doctor. sententia, Dubium tamen est, si Vicarius habens facultatem administrandi spiritualia, & temporalia possit recipere resignationem, & respondeo negatiuè, nam licet Episcopus constituat Vicarium generalem cum potestate administrandi in spiritualibus,& temporalibus, & cum stipendijs, honoribus, & præeminentijs datis alijs Vicarijs, & cum plena, & omnimoda potestate de omnibus cognoscendi, nam nihilominus iste Vicarius non poterit admittere resignationes, etiam si adsint in mandato alia verba generalia,& prægnantia, namque debet fieri præcipuè mentio de hoc quia Vicarius non potest conferre beneficia ex commissione amplissima ei data ab Episcopo, etiam si in commissione dictum fuerit vt possit omnia facere quæ ipse potest, vt late probat But.cons.19. col.2.3 4. Panuin. de offic. & potest.cap.sede vacan.2. par. quæst.10. in terminis egre-
2 gè Dec. consil. 128. colum.1. & tamen nulli dubium est plus esse conferre quam admittere resignationes, arg. gl. in c. relatum de præbend. ex quo satis colligimus,& ex alijs exemplis allatis à Rebuff.in prax.titul. forma vic. commissionem Vicarij stricte, & quatenus verba sonant esse interpretandam, & pro huius rei cõfirmatione accedit, quia ex dicta facultate non venit potestas priuandi aliquem, vt resoluit Rebuff. dicta prax.in titul.forma Vic.& tamen qui non potest destituere, neque potest admittere resignationes, Innoc.in c.quod in dubijs in fin.de renunc.Cardin. in Clem.1. n. 16. eodem tit. & hæc sententia procedit, etiam si in commissione Vicarij adesset facultas destituendi omnes,& singulos beneficiatos,nam nihilominus non poterit recipere resignationes, nisi fuerit expresse dictũ, nam hæc duo priuare, & recipere resignationes differunt, iuxta tradita per Rebuff. in prax. benefic. tit. de deuolut. num.96. etiam si fuerit data Vicario in commissione facultas conferendi omnia, & singula beneficia vacantia,nam nihilominus vigore huius facultatis nõ potest recipere resignationes beneficiorum absque speciali mandato,Zabar.in Clement.vnica num.14. de rer.permut.Roffinac.de beneficijs cap.14.in fine, Rota in antiq.in decis.1.de renuntiatione,& decis.5.& 13.
4 eod.titul.quia hæc duo scilicet conferre,& recipere resignationem inter se differunt, vt tradit Archid.in cap. sicut sub verbo cedentium de verb.signific. in 6. & late habetur per Gabr. in cons.187. colum.2. lib.1. vnde ex concessione vnius,non venit alterum, argum. tex. in l. Papinianus ff.de minoribus, & pro cõfirmatione accedit insuper, quia ex huiusmodi facultate conferendi, non potest destituere Vicarius, cum habeat ius instituendi de iure speciali,cap.finali de offic. Vic. lib.6. & qui habet ius instituendi iure speciali non potest destituere, Hostiens.in cap.cum ex iniuncto, de hæret.nam voluntaria Iurisdictio non includit contentiosam, Fel. in c.auditis,n.12.de procur. & comprobatur, quia in resignatione possunt euenire multa in quibus propter factum resignantis, posset damnificari ille ad quem pertinet collatio.Rota d.dec.5. de renunt. in antiq. & hæc opinio mihi videtur verior, licet contrarium teneat Puteus in dec.76. num.4. lib.3.

RESOLVT. CCCCLXXII.

An clericus se ipsum percutiens, incidat in Canonem si quis suadente 17. quæst.4.

1 *Percutiens clericum est excommunicatus. Ampliatur n.2. 3.4.& 5.*
6 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
7 *Clericus percutiens se ipsum, incidit in Canon. si quis suadente 17.q.4.*
8 *In volentes non fit iniuria.*
9 *Clericorum laudes.*

1 APerta est iuris conclusio quod injiciens manus contra Clericum ipso iure est excommunicatus, vt habetur per tex.in d.c.si quis suadente 17.q.4.& voluerunt Menoch. de arbitrar.iudi.casu 4. quæst.3. Villagut.in dec.34.Aufrer. de potest. sæcul. reg.3. num. 1.
2 Baiard.in addit.ad Clarum.in quæst.77.num.20.Duen. in regula 99.quæ habet locum tam si percutiens sit fœmina, quam masculus, vt per Nauar. in Manuali c. 27.num.77. Viuius in silua commun. opinion. opinione 104. num.8.& ratio est quia illud relatiuum si quis, est regulæ, & comprehendit tam masculos, quam fœminas, vt in l. 1. ff. de verborum signific.tam si percu-
3 tiens sit sæcularis, quam si sit regularis, cap. porro,c.

4 cum pro causa,& cap. Monachi de sentent.excommunicat. tam si fuerit persona priuata quam publica, vt in officiali,c.3. de sententia excommunicat. tam in eo
5 qui impias manus in clericos iniecerit quam in mandante,consulente,& sollicitante,Cabal.in resolut. Crimin.casu 56.circa finem,Fran.Marc.in dec.878.num.1. vol.1.Autrer.de potestat. iudic. sæcular. reg.3. num.6. & 7. Mozzius de contractib. in titul. de donation. sub rubr.quomod.annullatur donatio num.34.& ratio est,
6 quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur, cap.vt famæ de sentent.excommun.l.nihil interest ff.de offic.cap.qui facit de reg.iur.in 6.l. ita autem §. gessisse ff.de administrat.tutor.ideo cum in facti contingentia euenisset quod quidam clericus se ipsum enormiter percussisset, fuit dubitatum si dispositio d. cap. si quis suadente haberet locum in eo, & cum fuissem interro-
7 gatus, affirmatiuè respondi quia nemo est Dominus membrorum suorum,l.liber homo ff.ad l.aquiliam, & ita in propriis terminis scripserunt Franc. Marcus in dec.287.n.6.vol.2.Gramat.dec.44.Navar.in Manual. cap.15.num.11.Menoch. de arbitr. iudic. casu 284. num.37.Guttier. de iuram.confirmator. cap.16. num. 54.part.1.Carrer.in sua practica §. fin. quæst.77. num. 3. nam text. in d. cap. si quis suadente excommunicat cum qui in clericum violentas manus iniecit, sed clericus qui se percutit,vtique clericum percutit,ergo incidit in Canonem;Et non obstat quod possit dici, quia tex.in d.cap. si quis suadente excommunicat eum qui in clericum iniecerit manus,& quod videatur considerare agentem,& patientem esse diuersos cum non pos-
8 sint dici manus violentæ,quæ in violentem injiciuntur; namque in volentes non sit injuria,l.1.§.vsque adeo ff. de injur.l.3.§.si quis volentem ff.de liber.homin. exhiben.l.quamuis ff.de in ius vocand. quia in hoc respondet Decian.In suo tract. Criminal. cap.3. num.4. lib.4. quod illa violentia potest capi actiuè, & passiuè, vt declarat Bart. in l.2.n.7.ff.de duob.reis, & in l. si ita scriptum ff.de militar.testam.licet ergo vulnerari tanquam patientis non sit vis,tamen respectu eiusdem vt agentis,est vis, quia cum vi vulnerat, & vltra responsionem Decian.respondeo per tex.in cap.contingit de sentent.excom.in vers. nos autem fraternitati tuæ, vbi notatur, quod ad incurrendam excommunicationem sufficit quod adsit manus injuriosa,& sic non violenta, neque manus injuriosa solum respectu sui, sed etiam si sit injuriosa respectu ordinis clericalis, tantum ergo absque difficultate est amplectenda ista opinio, & eo magis, quia si laici de iure Ciuili se ipsos percutere prohibentur,Dec.in l.3.num.5.C.de pac. Franc. Marc. in dec.879.n.2.vol.3.Gram.dec.44. n.4. & 5. Menoch. de arbit.iud.casu 284.n.22. Cened. in collect. iur. can. collectan.30.n.4.p.1.ergo quanto magis in clericis debet hoc habere locum qui quoquomodo tenere vidē-
9 tur locum Apostolorum,vt habetur in c.auctoritat.16. q.1.qui dicuntur res Sacro Sanctæ,& spirituales,c. cui portio 12.q.1.& turpidinis suspitionem fugere debent, tot.tit.de cohabitation.cleric.& mulier.imò debent esse vti candelæ super candelabrum, & aliorum lumen, vt habetur in Euangelio, Vos estis lux mundi.

RESOLVT. CCCCLXXIII.

An quis possit sustinere vicem duarum personarum?

1 *Archipresbyter, si fiat Archiepiscopus, retinet priuilegia Archipresbiteri.*
2 *In priuilegijs potest quis habere plura priuilegia pluribus competentia,tum iure proprio,tum ex persona alterius.*
3 *In officijs, potest quis subire vicem duorum, quod etiam procedit in officijs priuatis,& quid in publicis, ibid.remissiuè.*
4 *Ex necessitate potest quis duas exactiones publicas facere.*
5 *Licet regulariter quis duorum officiorum vicem sustinere non possit,tamen excipitur casus voluntariæ iurisdictionis,in quo quis potest iuris, & priuati vicem sustinere.*
6 *Si extat statutum, quod non possit extrahi aliquid absque licentia Officialis, ipse potest dare licentiam suæ familię de extrahendo,nisi licentia requirat causæ cognitionem.*
7 *Ad diuersa officia quis non potest aspirare, si ad diuersa tendant.*
8 *In officijs publicis non iurisdictionalibus,neque administrationem continentibus potest quis vicem duorum gerere.*
6 *In militijs,& in honoribus nō potest quis fungi vice duorū.*
10 *An in casu in quo quis duo officia habere potest,possit habere,& consequi duo salaria: Author distinguit.*
11 *In oneribus non gerit quis vicem duorum: In muneribus verò sic.*
12 *Monachus factus Episcopus non deserit esse Monachus,& sic multa alia exempla ponuntur ibid.*

HOc quod quis sustineat vicē duarum personarū, non tantum in actionibus,& in pluribus dominis respectu vnius feudatarij sed etiam in dignitatib. solet discuti ad tex. in l.emancipati §. fi.de Senat. l.3. C. de dig.lib.12.l.eos C.de excus.mun.li.10.& sic Imperator se consularem dignitatem retinere dicit,vt habetur in proemio Digestorū in fi.& in prima const.C. §. ideo-
5 que sic Archipresbyter si fiat Archiepiscopus retinet priuilegia Archipresbyteri, nec obstabit quod plures dignitates habere nemo potest,l.1.C.de l.Iul.de amb.l. hac parte C.de proxim.Sacr.Scrin. lib.12. quia illæ leges loquuntur in pluribus dignitatibus cum administratione, ad quod ponderatur tex. in d.§. ideoque distinguas,quod si quis habet plures dignitates sine administratione,& permittitur,aut plures dignitates quarum vna est cum administratione,& altera sine, & potest, aut vtraque est cum administratione, & tunc aut inuicem se impediunt, & sunt pugnantes, & non licet quia per exercitium vnius actus impeditur alius, secus si non impeditur,quod etiam secutus fuit Alb.in l.1.C. de no.C.facile num.17.

2 In priuilegijs similiter potest quis habere plura priuilegia pluribus competentia tum in iure proprio, tū ex persona alterius,l.fi.C.de propos.agen.in rebus,l.eos C. de Fabric.lib.12. potest enim ex priuilegio eidem dato agere quis vicem plurium in Ecclesia videlicet præpositi,& simplicis Canonici,c.cum inter vbi Inn.de elect. c.cum olim de re iud.& ratio est, quia nouum priuilegium inducitur in argumentum primi,sed pulcherrima est quæstio si fortasse quis duas repræsentans personas concedat rem,puta si Rex, & Baro simil alicuius Castri concedat Castrum cū omnibus iuribus,& pertinentijs suis quæ ibi habet, an videatur concessisse ius tam. quam Rex sibi competens,vel tamquam Baro? Albericus de Ros. dixit quod non venit ius sibi competens tāquam Regi,sed vt Baroni in l.1.n.34.ff. de offic. eius in l.Imperium ff. de iurisd.omn. iud. Idē in l. nec quicquam §.conuenisse ff.de offic.proconsul.

3 In officijs etiam potest quis subire vicem duorū,quod tangitur per gl.in l.1.§.3.ff.de stipulat.seru.in l.si plures ff.de pact. quod etiam procedit in priuatis officijs, & artificijs,l.si libertus ff.de oper.liber.& l.duorum ibidē, l.legatis seruis §.fi.de l.3.l.seruis Vrbanis l.lecticarijs, & §.si alij verè eod. tit. l. fi. §. si quis nauta sit,& mercator ff.de nau.caup.stab.l.semper §.licet ff.de iur.immunit.hinc notabiliter inferunt DD. quod quis potest esse matriculatus in duobus artificijs Rom. cons.422.

Quid autem in publicis officijs,numquid quis possit sustinere vicem duorum,traditur per gl.in d.l. si plures melius,& magis distinctè eadem gl.in l. nemo C. de assessoribus est text. in l. hac parte C. de proxim. Sacr. Scrin.& in l.fin.C.de assess.

4 Ex necessitate quis duas exactiones publicas facere potest, Bar.in l.fin.C. de except.sicut in alijs similibus casibus vbi alias prohibetur ex necessitate subire.

5 Item

5 Item licet regulariter quis duorum officiorum vicem substinere non possit, excipitur tamen casus à prædictis voluntariæ iurisdictionis in quo quis potest iuris, & priuati vicem substinere, vt notatur ff. de adop. l. si consul. nam consul. potest filium emancipare, alium sibi adoptare, & seruum manumittere, seu vindicta pœnes se liberare ff. de manumiss. vind. l. au. apud, & l. manumittere, sequitur Iacob. Bart. Alber. in d. l. si consul. de adopt.

6 Hinc deciditur quæstio quod si extat statutum quod non possit extrahi aliquid absque licentia, officialis ipse potest dare licentiam suæ familiæ de extrahendo nisi licentia requirat causæ cognitionem, vt dixit Alber. in l. 1. ff. de offic. cons. & hac ratione Prætor se tutorem dare non potest, l. prætor ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs, gl. in cap. per vestras de iure patr. cap. didicimus 25. q. 1. gl. in ver. à se ipso secutus si nullam causæ cognitionem requirat, quia tunc voluntaria tantum non contentiosa exercebitur, qua de re Bald. in cap. de cætero de transact. dixit quod si Episcopus cum subdito litigat, amicabiliter componere debet nisi contentiosa iurisdictio exerceatur, & idem Bald. in l. Sancimus C. de donat. dicit quod habens merum Imperium faciens magnam donationem, eo ipso quod eam fecit insinuasse videtur, cum ipse donans Magistratus sit, Iudex, & hoc est quod nos dicimus quod si quis contrahit cum Rege alio assensu opus non est, sic etiam Princeps, vt Princeps, non vt pater, filium suum tamquam subditum potest legitimare ad Regni successionem, vt dicitur in tex. in c. per venerabilem §. insuper qui filij sint legit. Hostiensis ibi argumentū sumit, quod Princeps gerit vicem duarum personarum.

7 Est tamen illud notandum quod ad diuersa officia quis non potest aspirare si ad diuersa tendant d. l. hac parte, secus si ad eundem finem, Bar. in l. comperimus per illum tex. C. de proxim. Sacr. Scrin. ponens exemplum quod Iudex qui erat tabellio qui scripsit omnia acta, potest ex ipsis actis pronunciare, & sententia valebit, sic Notarius qui fecit instrumentum, potest facere præceptum de soluendo, & subdit ibi Bart. de Iudicibus habentibus iurisdictionem in causis modicis quod ipsi præcipiunt, & scribunt hoc idem dixit Bart. in Auth. nisi breuiores C. de sentent. ex breui recitan. quod isti Iudices villarum possunt esse Iudices, & Notarij, & Angel. in d. l. comperimus C. de proxim. Sacr. Scrin. dixit quod potestas seu Magistratus potest deputare, vt sit Iudex, & Notarius maleficiorum, cum officia non sint diuersa sed circa idem tendant, Ioan. de Plat. in d. l. fin.

8 In officijs autem publicis non iurisdictionalibus neque administrationem continentibus certum est quem duorum vicem gerere posse, nam & Tabellio potest esse testis in testamento quod ipse scripsit, l. Dominus C. de testamentis est argumentum tex. in l. si quis decurio C. de fals. & hæc intelligantur in voluntaria iurisdictione, nam in contentiosa iurisdictione quis non potest plurium vices substinere, ad text. in l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Senatusconsul. Trebell. latè Abb. in c. ex litteris de probationibus.

In officijs auctoritate tantum publicis; vt in tutela iuxta tradita per Cyn. in lege voluntariæ C. de excusat. tutor. potest quis plurium vices substinere, poterit enim esse tutor plurium pupillorum ad inuicem litigantium, & eisdem auctoritatem in iudicijs præstare, l. accipientis ff. de auct. tutor. qua ratione ductus Bald. dixit in cap. edoceri num. 15. de rescript. quod pater auctoritatem præstat duobus filijs collitigantibus.

Hinc etiam fit quod tutor fundum à defuncto emptum, si filij venditoris tutelam susceperit nihil prohibet, sibi ipsi fundum tradere per se emptum, l. cum ipse de contrahen. empt. l. in venditione §. fi. eod. tit. & l. tutor rerum ff. de administrat. tutor. in l. non existimo ff. eod. & in l. pupillus §. ipse tutor. eod. tit. & an Prælatus in re suæ Ecclesiæ possit auctorari, traditur per glos. in Auth. quibuscūq; modis C. de Sacrof. Eccl. & in Clem. fi. de reb. Eccl. non alien. 11. q. 2. c. his vsus, de inst. l. fin. Lucas de Penna in rub. de fide instrumentorum.

An pater possit fungi vicem duarum personarum. s. cōsentire filio sibi donanti causa mortis, l. tè is §. filius fam. ff. de don. caus. mort. in l. 1. ff. de Auct. tuto. vbi Bar.

9 In militijs non posset quis fungi vice duorum cum duas militias quis consequi prohibeatur, l. si is quidem C. qui milit. non poss. lib. 12. siue de armata siue de inermi militia, & ibi dicunt Doctores.

Similiter in honoribus quis vicem duorum repræsentare non potest, l. libertus §. præscriptio ff. de decur. l. hærennius §. 2. ff. de vac. mun. l. à decuria. natu ff. de vacat. & excus. mun. Lucas de Pen. C. de Primic. & secundic. lib. 11. Alber. in proem. C. de nouo C. compo.

10 Sed pulchrum, & quod de facili euenire potest sicut successit, an in casu in quo quis duo officia habere potest iuxta superius dicta duo salaria, habere possit, & consequi, & gl. in l. matriculam C. de agent. in reb. lib. 12. dicit quem non consequi duo salaria posse, sed vt quæstionis propositæ veritas habeatur adhibendam puto distinctionem, quod aut quis prætendit plura salaria ratione vnius officij seu dignitatis; aut ratione plurium officiorum in quibus proponitur.

In primo casu dicitur non posse quem pro vno officio plura stipendia consequi, gl. in d. l. matriculam.

Secundo vero casu quando plura exercet quis officia, & sic loco plurium officialium vices sustinet, plura debet habere salaria; ita probat tex. in Aut. vt iud. fine quo suffr. §. illud, Iacob. de Beluiso ibidem, & post eum Angelus, Inn. & Io. And. in c. olim extra de re iud. dicūt quod Canonicus qui duo gerit officia potest duas habere distributiones quotidianas, sic Bal. in l. si adscribarum C. de appellat. quod Doctor qui dat vocem in Collegio in vtroque iure, duo debet habere salaria, qui dixit in l. binas C. de off. iud. quod si vnus officialis positus est in locum duorum, & vtrumque debet habere salarium annexum, sic etiam si dicatur in prouisione officij cum salario consueto, & idem Bal. in l. qui duob. ff. de cond. & demonst. quod lector legens lectionē ordinariam debet consequi salarium vtriusque lecturæ, etsi collateralis exerceat officium Collateralium, & alterius Iudicis, patet à potestate maius salarium quod fundatur in illa iuris maxima, quod labor, & pecunia recipiunt diuisionem, l. Seia ff. de ann. legat. hoc idem in eo qui est Capitaneus, & potestas de quo multa per Parid. de Put. in vers. salarium in princ. & §. officialis ad duo officia electus, & §. an si officialis consueuit habere, vbi alia etiam exempla ponit, & fundatur hæc opinio etiam in l. binos C. de aduocat. diuers. ind. Hanc etiam conclusionem sequitur Dec. in c. ex litteris n. 17. extra de prob. quam tamen locum habere dicas si eodem tēpore exercet vtrūq; officium, & vtrumq; vacat.

In tertio casu quando plures loco vnius officialis reputantur cum consueto salario, an quilibet ex constitutis vnum salarium habere debeat, vel vnum salarium inter omnes diuidendum: Hanc quæstionem latè tractat Bal. in d. l. binos, Capy. dec. 27. exemplum ponunt in potestate, & Capitaneo qui exercuit Ciuilem, & Criminalem iurisdictionem, & proinde pinguius salarium sit consecutus, si deinde creatus nouus Capitaneus in causis Ciuilibus, tantum illud salarium quod vni debebatur est diuidendum inter eos.

11 In oneribus non gerit quis vicem duorum, pone fortasse quem Campanum origine, effectum ciuem Auersanum allectione, & represaliæ concessę contra ciuem Auersanum, an comprehendant illum qui ex priuilegio Auersanus fuit effectus: Hanc quæst. ponit Bal. in c. de forma de for. fid. Bar. in l. Prouinciales ff. verb. & rerū sig. similis quæstio in eo qui est originis vnius loci, &

ex allectione alterius loci cum iudicantur munera insimul ad quæ est obligatus vide tex. de hoc in l. Libertus §. cum insimul ff. ad municip. notatur in l. 1. C. de incol. late Bar. in repet. rub. ff. de solut.

Hinc nostris temporibus successit quæstio; extat Capitulum Neapolitanis concessum quod contra eos non possit quis vti moratoria; aliquis fuit effectus ciuis ex allectione cum isti effecti ex allectione gaudeant hoc capitulo, vti moratoria contra eos, vel guidatico, debitores non valeant, & multa hinc, & inde fuerunt adducta, & contra illos dicebatur, quod causa naturalis domicilij magis attendi debeat quam accidentalis, ad text. in l. qui habet ff. de tutel. in contrarium dicebatur quod si originarius gerit se pro Curiali iudicabitur de eo prout de Curiali. cap. præsenti de probat. in 6. l. nec non ff. ex quibus cau. maio.

In muneribus subeundis potest quis duorum vicejudicari quia potest quis originarius vnius Ciuitatis esse, & ex priuilegio alterius, non enim quis impeditur particeps esse in duabus communitatibus, nec plura domicilia habere, & ciuis esse plurium Ciuitatum, l. assumptio §. iuris prudentibus, l. Libertus cum simil. ff. de mun. l. Ciues vbi not. in glos. C. de incol.

In priuilegijs autem an quis possit duas repræsentare personas format quæst. Bartol. in leg. 3. §. emancipatus ff. de contr. tab. versic. nota text. ibi restitutionem, quod si scholaris debet tractari, vt ciuis in omnibus, si alias scholaris habeat priuilegium, quod hoc casu non procedit illud cum sit inductum in eius fauorem, Bald. in auth. habita Cod. ne fil. pro pat. & in l. si Ruffinus per illum tex. in Cod. de testam. mili. & ideo scholaris forensis non potest conueniri vt ciuis in ciuitate, in qua priuilegium est concessum, & si Doctor popularis qui legit per 20. annos efficitur Comes, vt habetur in l. 1. Cod. de profess. & med. qui in Vrbe constant si in illa ciuitate stet statutum, quod nemo nobilis possit ad officia aspirare; nihilominus iste Doctor popularis poterit ad officia Comes effectus aspirare, illaque exercere, Ioan. de Plat. in dicta l. 1. C. de profess. & med. & si statutum dicat, quod nobiles fiant popu-
12 lares, non perdunt nobilitatem generis, Bald. in l. 1. ff. de adopt. sicut nec Monachus factus Episcopus desert esse Monachus, Bal. in l. falsa demonstratio §. sed si cuius de cond. & demonst. & si quis efficitur de ordine Senatorum per hoc censeatur ex priuilegio in vrbe habere domicilium quoad honores etiam primum domicilium obtinebit, vt habetur in l. pen. ff. de Senat. Alex. cons. 32. vol. 5. plura Dec. cons. 447.

Plures legationes vna persona explere potest, leg. eundem plures ff. de legat. duas tamen Ecclesias titulatas vnus clericus habere non potest, cap. dudum ext. de elect. cap. Sanctorum 70. distin. 10. quæst. 3. cap. vnico; expedit enim Ecclesiæ plures habere ministros, Archid. cap. clericus 16. dist. sic plures prioratus vnus Monachus habere non potest, si curam habeant, extr. de stat. monac. cap. 2. §. priores, nec etiam quis plures Vicarios, ext. de off. Vicar. cap. 1. & 2. nec Abbas in duobus Monasterijs, cap. fin. de relig. dom. nec in eadem Ecclesia duo officia habere, cap. cum singula ext. de præb. de pluribus tamen Episcopatibus, & pluribus distributionibus quotidianis prosequi, vt per Spec. in tit. de dispensa. §. dicendum restat versic. illud autem multiplicem rationem, quare quis duas Ecclesias habere non possit perquiras in pract. canon. per Moder. in rub. de dispens. ad plura beneficia.

RESOLVT. CCCCLXXIV.

Beneficiorum collatio intra quod tempus acceptari debeat?

1 *Si aliquis collationem beneficij infra biennium non acceptauerit, præsumitur renunciasse collationi.*

2 *Renunciatio beneficij an præsumatur ex cursu temporis, arbitrio Iudicis relinquitur.*

3 *Si quis in tempore præfixo non facit quod facere debet, iuri suo renuntiasse præsumitur, & num. 6.*

4 *Tempus dicitur habere vim renunciationis.*

5 *Appellans tenetur probare infra legitima tempora appellasse, nec per lapsum temporis appellationi renuntiasse præsumitur.*

7 *In Regno practicatur, quod peremptæ instantiæ insufflatur spiritus vitæ.*

1 SI aliquis collationem beneficij infra biennium non acceptauerit, præsumitur renunciasse collationi, & hoc paruum tempus sufficit, quia non potest vlterius vacare beneficium, vt ex pluribus probauit Rebuff. consilio 186. num. 2. & post alios Pari. lib. 10. de resigna. benefic. quæst. 8. num. 18. itaque an renuncia-
2 tio præsumatur ex cursu temporis, arbitrio Iudicis relinquitur, qui ex qualitate factorum, & causarum, ex impedimentis, ex tempore, & alijs circumstantijs arbitrari potest, sit vel ne introducta renunciatio, & in peremptione instantiæ præcipuè faciunt quæ tractat Præs. de Franc. decis. 280. Ratio præcipua supradictæ conclusionis est, quia factis quoque introducitur renuntiatio, quotiescumque enim aliquis facit actum contrarium iuri, quod sibi competit, & ex hoc dedu-
3 cunt DD. quod si aliquis in tempore præfixo non facit quod facere debet iuri suo renuntiasse præsumitur, sic probat text. in l. si ego ff. de negot. gest. vbi Angel. & alij quos probat Surd. consilio 52. num. 25. & consilio 358. numero 10. consilio 489. numero 70. decisione
4 106. numero 16. & seq. & decisione 203. numero tertio, nam tempus dicitur habere vim renunciationis, vt no-
5 tauit Bald. in leg. si ea C. qui accus. non poss. & hac de causa appellans tenetur probare infra legitima tempora appellasse, nam per lapsum temporis appellationi renunciasse præsumitur, vt in capit. Romana §. si verò extr. de appellat. Alexand. consil. 87. volum. 7. Roland. Cæphal. Tiraquel. & alij quos probat Surd. consilio 358. num. 10. vol. 3. verum vt ex facto præsumatur introducta renunciatio, illud factum debet esse necessariò tale, vt non possit interpretari; nam si aliter interpretari posset, non præsumeretur renuntiatio, sicut nec etiam introduceretur si factum illud inducès renunciationem non esset à parte contraria acceptatum, sed potius impugnatum, vt probauit Ancharan. consilio 106. Dec. consilio 460. num. 7. & in cap. gratum in 3. limitat. de offic. Delegat. & plures alij quos probat Morot. consilio 3. num. 23. & consil. 40. n. 12. Et ex hoc deducitur quod si aliquis fuisset negligens ad
6 prosequendam litem, præsumitur iuri suo renunciare, debet tamen longum tempus esse elapsum, & ita pluries iudicatum refert in Rot. Rom. Paris. lib. 2. de resignat. benef. q. 3. n. 22. & 23. & dicit hoc aliquando euenisse per lapsum temporis 37. aliquando 29. aliquando 22. & aliquando 18. annorum; in Regno tamen perimitur instantia, & arbitrio Sacri Concilij relinquitur, an ex cursu temporis præsumatur renuntiatum
7 esse liti, regulariter tamen non præsumitur, sed potius ob peremptionem instantiæ insufflatur spiritus vitæ, & dicitur in Regno, hoc est non obstante peremptione instantiæ, possit actor litem prosequi; debet tamen haberi ratio expensarum, & ita fiunt decretationes per Circumspectum Præsid. Sacri Concilij, de qua materia latissimè tractat Capyc. decisione 11. 16. & 206. Maran. in quinta parte ordin. iud. num. 35. Carau. in Rit. 248. præcipuè num. 6. Roland. à Vall. consilio 4. vol. 3. vbi dicit hoc fieri non posse, nisi per Principem, & ideo in hoc Regno fit solum per Sac. Cons. nomine Regio; nam Regis personam repræsentat, vt est nonissimum, & omitto cumulare alios Regnicolas, quia hæc est notoria praxis Sacr. Consil.

RE-

RESOLVT. CCCCLXXV.

Episcopus an peccet non petendo remissionem clerici detenti apud Iudicem sæcularem?

1 *Iudex laicus debet remittere clericum Iudici Ecclesiastico, etiam si ille non petat.*
2 *Iudex Ecclesiasticus potest petere vt sibi remittatur clericus detentus à Iudice sæculari, etiam ipso clerico inuito, & contradicente, & si non faciat possit deponi, & etiam criminaliter puniri.*
3 *Iudex Ecclesiasticus si non petit sibi remitti clericum detentum à Iudice laico, si ab ipso Iudice laico fuerit condemnatus dictus clericus ad mortem, tenetur de homicidio, & punitur de periurio, quia in principio officij ipse iurat defendere subditos suos, & seruare illæsos. Redditur ratio num. 4.*

QVidam Prælatus putabat sibi licuisse non petere remissionē clerici delinquentis detenti apud Iudicem sęcularem asserendo hoc esse onus Iudicis laici qui dum nouit esse clericum illud debet remittere ad suum Iudicē Ecclesiasticum; vnde consultus Ego dicebam, quod licet quando Iudici laico constat detentum ab ipso esse clericum, & ipso iure non perdidisse priuilegium fori, debeat illum remittere ad Iudicem Ecclesia-
1 sticum etiam quod ipse Iudex Ecclesiasticus illum non petat, alias contrafaciendo peccaret mortaliter, & est excōmunicatus, c. si Iudex laicus in princ. iuncta gl. ibi de sentent. excomm. Iaf. cons. 121. in 1. dub. lib. 4. Ang. de Castr. inter cons. Alex. de Neuo cons. 61. num. 3. & 4. Iacob. Sbroz. in tractat de Vicar. Episcop. libr. 2. capit. 191. n. 3. vbi alios allegat, & ideo eo ipso quod Iudex sæcularis videt instrumētū, vel literas Clericatus debet Clericum ad suum Iudicem remittere, neque anxiè discutere an aliquid contra eas possit opponi, & illas cauillare, Bald. in l. si quia per calumniam colum. 1. in fi. C. de Episc. & cler. Alex. cons. 8. volum. 1. & cons. 169. num. 4. vol. 6. Cæpoll. consil. 10. & consil. 11. per tot. in crim. quos omnes allegat Decia. in tract. crimin. par. 1.
2 cap. 9. num. 112. Iudex ecclesiasticus potest petere, vt sibi remittatur clericus detentus à Iudice sæculari, etiā ipso clerico inuito, & contradicente, cap. si Iudex laicus de sentēn. excom. in sextò, Feder. de Sen. consil. 135. num. 2. Bertan. consil. 67. num. 12. lib. 2. & consil. 182. num. 3. in fi. & num. 4. lib. 1. Foll. in pract. crim. canon. part. 2. titul. reperti culpabiles num. 32. Iac. de Graff. in decis. aur. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 154. Dec. in tract. crim. part. 1. lib. 4. cap. 9. n. 116. Sbroz. in tract. de Vicar. Episc. lib. 2. cap. 191. num. 11. vbi allegat Bald. in leg. 1. ff. de rei vend. & Bartol. in l. præcipit C. de canon. stat. lib. 10. & non solum potest Iudex Ecclesiasticus repetere clericum detentum à Iudice laico, ipso clerico inuito, verum etiam statim quod scit clericum detineri per laicum tenetur ex suo officio hoc facere, alias posset ab administratione deponi, & forte etiam criminaliter puniri, cap. dilectis, vbi Abb. num. 4. & Dec. num. 2. & communiter Scribentes de appell. cap. si Iudex laicus, vbi glos. de sent. excom. in sextò, Clar. in §. fin. quæst. 36. versic. regulariter in fi. vbi Baiar. in addit. num. 26. Iacob. Sbroz. d. cap. 191. num. 20. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 64. Cassan. consil. 38. per tot. & super Consuetud. Burgun. rubr. 1. §. 5. num. 73. car. mihi 202. vbi dicit, quod si is talis detentus fuerit per Iudicem sæcu-
3 larem ad mortem damnatus, ipse Iudex non repetens, tenetur de homicidio, & vlterius tenetur ad omnia damna, & interesse quæ passus est clericus detentus, & d. consil. 38. num. 2. dicit, quod si Iudex Ecclesiasticus non repetit clericum detentum per Iudicem sæcularem punitur tanquam periurus, ex quo in principio sui officij iurauit, prout iurare tenetur, subditos suos quantum possibile erit seruare illæsos, ideo eos non repetendo incidit in periurium, & num. 3. dicit, quod si is talis qui clericum repetere renuit esset Episcopus, suo Episcopatu venit priuandus, & ad hoc allegat cap. cum quidam de iur. iur. & si aliud beneficium haberet, eo etiam priuabitur, cap. 2. vbi omnes DD. de rescript. cap. quærelam, & quod ibi
4 not. Scribent. de iur. iur. & ratio cur Iudex ecclesiasticus teneatur repetere clericum etiam inuitum, & illum non repetendo incidat in prædictas pœnas, est, quia priuilegium fori non est datum singulariter cuilibet clerico, sed toti ordini clericali ecclesiastico, Gemin. post alios in d. cap. si Iudex laicus de senten. excom. in sextò, & voluit Cassan. d. consil. 38. num. 25. ideo nullo modo est illis auferendum, nec auferenti assentiendum.

RESOLVT. CCCCLXXVI.

An beneficiatus tenuissimi beneficij teneatur ad reparationem Capellæ eiusdem beneficij?

1 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
2 *Olim bona Ecclesiæ quomodo distribuebantur.*
3 *Si in Ecclesia est certa portio, seu certi redditus deputati ad Fabricam, & sufficientes, clerici qui talem portionem, vel redditus percipiunt, tenentur ex illis Ecclesiam reficere. Quomodo procedat num. 4.*
5 *Vbi est emolumentum, ibi debet esse onus.*
6 *Vsufructuarius tenetur ad sarta tecta reficienda.*
7 *Si redditus Ecclesiæ, deducto necessario ad alimenta beneficiatorum, non supersint ad fabricam reparandam, honestum est, quod Parochiani adiuuent clericos à quibus percipiunt Sacramenta.*

1 PVnctus prædictæ consultationis ad me transmissæ pro parte Monachorum Sanctissimæ Trinitatis Ciuitatis Cauæ, si beneficiatus tenuissimi beneficij teneatur ad reparationem Capellæ eiusdem beneficii, est
2 negatiuè resoluendus, ex eo quod bona Ecclesiæ olim in quatuor partes erant diuidenda; Nam vnam habebat Episcopus, alteram Rector Ecclesiæ, tertiam Fabrica Ecclesiæ, quartam verò pauperes, & Episcopus diuidebat, vt intelligitur ex cap. concessio, cap. quatuor, cap. redditibus, cap. mos 12. quæst. 2. sed & per Canones antiquos aliquando Episcopi habebant mediam partem, aut tertiam oblationum, quæ fiebant in Ecclesijs, cap. de ijs, & cap. sequentibus 10. quæst. 1. eo quod erant pauperes, sed & per tempus cæperunt augeri bona Episcopatuum, & statutum est in secundo Bracharensi Concilio, quod nullus Episcoporum præter honorem Cathedræ suæ. i. solidos suos, quidpiam aliud haberet ab Ecclesijs inferioribus, nec perciperet tertiam partem de oblationibus Ecclesiarum inferiorum, sed seruarentur reparationi Ecclesiæ, cap. placuit, cap. priscis 10. quæst. 3. & singulis annis ratio redderetur ipsi Episcopo, & ibi notat glos. d. cap. priscis, Rebuff. in prax. titul. de dispens. ratio ętatis pag. 403. num. 3. & 4. sed & in aliquibus Ecclesijs Episcopus, & Capitulum tertiam partem habebant, Rector verò Ecclesiæ particularis duas partes, quia sacra ministrabat, & omnia onera, & sumptus Ecclesiæ, & Fabricæ supportabat: Hodie verò secundum Rebuff. vbi supra n. 6. bona Ecclesiarum debent in tres partes distribui, vt prima sit Clericorum beneficiariorum; secunda Pauperum; tertia Fabricæ, cap. concesso, & seq. 12. quæst. 2. & ita ex prædictis colligitur, quod secundum Canones aliquando tertia pars reddituum Ecclesiæ erat in eius Fabricam conuertenda, cap. decernimus 10. quæst. 1. & aliquando quarta pars erat deputata, vt in cap. quatuor, & sequent. 12. quæst. 1. tradit Rip. lib. 2. responsa. 22. num. 2. & alibi Greg. in leg. 11. titul. 10. partit.

1. dicit

1.dicit & distributiones bonorum Ecclesiasticorum secundum diuersa tempora meminit Abb. in quæst. incip. Titius, & in capitul. postulasti num. 4. de rescript. Sot. de iust. & iur. lib. 10. quæst. 4. articul. 10. Rebuff. in loco alleg.

3 Verum si in Ecclesia est certa portio, seu sunt certi redditus deputati ab Fabricam ipsius, & sufficientes, clerici qui talem portionem, vel redditus percipiunt, tenentur ex illis Ecclesiam reficere, vel ædificare, cap. vnio 10. quæst. 3. cap. decernimus, 10. quæst. 1. optima lex ponit in tit. 10. part. 1. ibi: *Reazer deuen sus Y gleſias quando fuere menester los Prælados, y los Clerigos de cada vna dellas de las rentas que son dadas para ellas*: & ibi notat Greg. Lopez, & ponit Rip. respons. 22. col. 2. &

4 propterea si portio deputata ad Fabricam non sufficit, tunc Prælatus, & clerici beneficiarij tenentur supplere id quod deficit secundum redditus, quos vnusquisque eorum habet ex tali Ecclesia, & sic pro rata redditu, cap. 1. cap. de ijs de Eccles. ædif. cap. si Monachus 16. quæst. 1. cap. fin. de ijs quæ fiunt à maiori parte Capit. Feder. consil. 217. Cardin. in cap. ad audientiam in fin. de eccles. ædif. Rip. in d. respons. 22. num. 3. & hoc in quantum vnusquisque facere potest, & sic deducto omni eo quod quilibet eorum indigeat ad vitæ sustentationem, ita explicat text. optimus in allegata lege partit. ibi: *Y quando estas no cumpliessen, el Obispo, y los Clerigos que fuessen beneficiados en ella, deuen cumplir lo que menguare en ella para reazerla segun las rentas que cada vno ellenare, gozando en de lo que à cada vno huniere menester para su vida.* Quod probatur in d. c. de ijs, & scripsit Rip. vbi supra col. 2. in princ. & ita debet necessario explicari Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. ibi: Omnes patronos, & alios qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, vt procedat deductis necessarijs alimentis, & subiungit d. lex rationem: *Ca assi como les plaze de aprouecharse de los que dellas lleuan assi deuen tener por bien de pagar su parte en tales cosa- como estas.* Quæ est eadem ratio, quam ponit glos.

5 ad tex. ibi in c. 1. de eccles. ædif. quia vbi est emolumentum, ibi debet esse onus, & non est ferendum, qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, l. vnica §. pro secundo in fi. & §. ne autem versic. si nec talis C. de caduc. toll. ficut è contrario, ad quem spectat onus, debet spectare emolumentum, l. manifestissimi §. penul. in fi. C. de furt. c. vlt. de ijs quæ fiunt à Prælat. regul. qui

6 sentit lib. 6. Facit simile quod adducit glos. de vsufructuario, qui tenetur ad sarta tecta reficienda, l. eum ad quem C. de vsufr. l. hactenus ff. de vsufruct. cum traditis per Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. princ. part. num. 60.

7 Quare deducto necessario ad alimenta Beneficiatorũ, si non supersint redditus Ecclesiæ ad Fabricam reparandam, honestum est quod laici Parochiani adiuuent clericos à quibus recipiunt Sacramenta, argum. cap. si Episcopus de off. Ord. lib. 6. ita Panor. in c. 1. num. 4. de eccles. ædif. sequitur Rip. d. respons. 22. col. 2. vers. & ibi redditus, Grego. Lop. in l. 11. tit. 10. parti. 1. vbi addit quod nec posset Parochianus volendo vitare hoc onus cedere vsui Ecclesiæ, quia hoc non pendet à facultate sua, vt in c. omnis de pœnit. & remiss.

Ex quibus patet, præfatos Monachos non teneri ad reparationem, stante quod ex dictis beneficijs nihil, vel parum percipiunt.

RESOLVT. CCCCLXXVII.

An receptatores rerum furatarum puniantur vt fures?

1 *Receptatores rerum furatarum puniuntur eadem pœna, qua puniuntur latrones, & num. 3.*

2 *Limitatur supradicta cõclusio quando receptatores sũt ignari, vel quod res furatas custodirẽt eis, qui amiserãt.*

4 *Ampliatur conclusio prædicta non solum in receptatoribus rerum furatarum à seruis, filijs, vel famulis, sed etiam à quocumque genere personarum.*

5 *Adducitur decisio ab Authore in confirmationem prædictorum.*

TExt. in l. 1. ff. de receptator. in hæc verba inquit, Pessimum genus est receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest, & præcipitur, vt perinde puniantur, atque latrones; concordat Vulpian. in l. congruit ff. de off. Præs. Quod & Cæsares probarunt in l. 1. C. de his latro. & alijs criminibus reos occultant, statuentes eadem pœna receptatores puniendos esse, qua rei principales. Alijque Iurisconsulti eandem sententiam corroborarunt, vt patet in l. 3. §. non tantum ff. de incend. rui. naufr.

2 Quæ quidem locum non habent quando quis rem recepisset ignarus, vel quod eam custodiret, saluamque faceret ei qui amiserat, vel humanitate, vel misericordia ductus, vel alia probata, atque iusta ratione, vt in l. doli verbum ff. de feru. corrupt. & in l. 3. §. non tantum vers. sed etenim ff. de incend. rui. naufr. sed tunc demum ea iura contra receptatorem existimantur, quando ipse scienter, & dolosè receptat, vt in d. l. doli verbum, & d. l. 3. §. non tantum vers. etenim; probatur quoque in l. crimen C. ad l. Iul. de vi publ. vbi Honorius, & Theodosianus probant hæc crimina scilicet rapere, & scienter raptorem rem raptam seruare, non esse dissimilia crimina, & ideo cum tunc participes sceleris sint, eadem

3 quoque pœna digni censentur, qua fures, vt probatur expressè in l. si quemquam in final. verb. C. de Episc. & Cler. & ibi gl. in verb. par quæ allegat alios text. concordantes. Et ideo qui res furtiuas scienter à fure custodiendas suscipiunt, furti pœnali actione de susceptis tenentur, tex. est expressus, & capitalis in l. eos C. de fur. cuius verba sunt: Eos qui à seruo furtim ablata scientes susceperunt non tantum de susceptis conueniri, sed etiam pœnali furti actione potest, cui concordat alius tex. in §. sed hæ actiones in vers. cum manifestum sit, Instit. de obligat. quæ ex delicto nas.

Et licet dubia videatur sententia d. l. eos, cum ipsa tantum in seruo loquatur, filio, vel famulo, vt ibi in gl. in verb. eos qui à seruo, ideo quod hæ personæ sunt subiectæ, domesticæ, & familiares, & quæ facilius, & frequentius furta committunt, quando interueniunt occultatores, & receptatores, quid fortè alias non committerent, & quod propterea dicta dispositio non procederet quando fur, vel latro esset liber, vel extraneus, vt annotare voluit Hyppol. in l. si in rixa n. 51. ff. ad l. Corn. de sicar. & in consil. 53. n. 21. Attamen superior sententia, & conclusio verior est, & indistinctè tenenda modo fur, vel latro sit seruus, vel familiaris, modo extraneus, quia in vtroque militat eadem ratio. Et pro-

4 pterea à quocumque quis scienter, & dolosè receptauerit rem furto ablatam, pro iure habendus est, & eadem pœna puniendus; huius autem rei patens, & manifesta est ratio: Nam fur, & latro semper furatur, & est in delicto actuali, donec rem contractet, vt in l. inficiendo §. infans ff. de fur. Vnde receptans videtur ei auxilium, & fauorem præstare, & in ipsomet delicto; ideoque meritò debet eadem pœna puniri, ita Bart. Angel. de Peru. & alij commun. DD. in l. furtum ff. de fur. Alber. in l. eos C. de fur. & Ang. de malef. in verb. & vestem cœlestem abstulit col. 2. vers. quid si rem furatam, & secundum hanc doctrinam, & theoricam fuit in N. conclusum contra quendam delatum, & inculpatum, quod scienter receptauerit in domibus suis partem rerum furto subtractarum à domibus cuiusdam, qui fuit fustigatus per loca solita, & condemnatus ad seruitium Regiarum triremium ad quinquennium.

RE-

RESOLVT. CCCCLXXVIII.

An clerici receptatores hæreticorum, censeantur priuati ipso iure Beneficijs?

1 *Hæreticus ipso iure priuatur beneficijs.*
2 *Dictio (vel) stat expositiuè pro (idest)*
3 *Verbum (spoliatus) executionem importat, & num. 4.*
5 *Appellatione bonorum, beneficia Ecclesiastica etiam continentur.*
6 *Receptatores Hæreticorum puniuntur eadem pœna, qua ipsi Hæretici.*
7 *Beneficia ecclesiastica vacantia propter hæresim, reseruantur Sedi Apostolicæ.*
8 *Non solum receptatores, fautores, & defensores Hæreticorum, sed etiam eorum filij, & nepotes priuantur ipso iure beneficijs obtentis, & obtinendis.*

AD præsentem quæsitum respondendo dico, communem esse sententiam; hæreticum esse priua-
1 tum beneficijs ipso iure, quam tenet Ioann. Andr. Domin. Franchus numer. 2. & DD. cõmuniter in capitul. vt commissi §. priuandi de hæretic. in sextò, dum exponunt illa verba, vel priuatos nuntiandi, vt dictio, vel, stet expositiuè, pro. i. & Abb. in capitulo inter dilectos de excess. Prælat. numer. 11. Mill. in repert. verb. hæretic. Probus ad Monach. in cap. alma mater de sent. excom. in sextò, num. 8. Cassad. decis. 14. super regulis n. 1. Rebuff. titul. de modis amittendi beneficia n. 4. Corras. de benefic. 2. par. cap. 4. num. 13. & 3. par. cap. 6. num. 13. & 17. Rosiniac. cap. 20. n. 4. Duaren. lib. 8. cap. 6. §. 5. Bern. Diaz in pract. crim. cap. 114. num. 2. & ibi Salzed. in additi. Couar. lib. 2. var. resolu. c. 8. num. 4. Rojas in singularibus in fidei fauorem singul. 73. D. Pegn. in Direct. Inquisit. 3. part. commen. 162. Lancellot. de attentatis c. 5. à n. 34. Flamin. Paris. libr. 3. de resignat. q. 1. n. 31. & seq. dicens communem, Quintaduennas eccl. lib. 1. cap. 10. num. 1. Azor. lib. 8. cap. 13. q. 3. & 8. Eman. Rodriq. in Summ. 1. tom. capit. 129. num. 3. Ledesm. 2. part. Summ. tract. 1. cap. 4. conclus. 14. & Rot. in vna Mutinē. Capellæ de anno 1562. quæ est 3. par. diuersor. lib. 3. decis. 707. & 728. & post hæc Gonzal. in glos. 17. numer. 65. Azor. 2. part. lib. 7. cap. 16. in princip. & plures alij relati per citatos.

Pro qua sẽtentia Corras. Rosiniac. Duare. Rot. Azor. & alij citant tex. in c. cum secundum de hæret. in sextò, qui tamen non loquitur de beneficijs, sed de bonorum temporalium confiscatione.

Citat etiam Corras. text. in c. quo iure 8. dist. 62. qui text. parum probat, vltra quod non est iuris decisio, sed D. Aug. sicut etiam text. in cap. si vos 27. q. 5 cap. 1. & 2. 23. q. 7. qui pro hoc etiam allegantur, & similiter parũ probant.

Rebuff. verò Rosiniac. Duaren. Flamin. Pari. & Quintadue. Gonz. & Azor. supra cit. allegãt tex. in c. ad abolendam § 1. de hæret. ibi & sic omni beneficio spoliatus Ecclesiæ sæcularis relinquatur arbitrio potestatis; nam
3 verbum (spoliatus) executionem importat, ideo notatur priuatio ipso iure, ex Butr. in c. fi. de postul. Fely. in c. 2. n. 8. & in c. Rodulphus n. 25. de rescri. & in c. insinuatum de Simon. in princ.

Sed hæc inductio cessat, & tollitur ex verbis præcedentibus, ibi: Totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, quæ verba importãt priuationem per sententiam, vt patet ex adductis per Felyn. in dict. capitul. Rodulphus, vnde dicta verba statim sequentia, & sic
4 omni officio, & beneficio spoliatus, &c. important executionem dictæ priuationis per sententiam faciendæ non priuationis ipso iure, non intrat doctrina Butr. & Felyn. vbi supra.

Vnde contrariam sententiam nempe quod clericus hæreticus non sit ipso iure beneficijs priuatus, sed per sententiam priuandus, tenet Alphons. de Castr. lib. 2. de iust. hæret. punit. c. 11. quia in iuribus quibus hæc pœna statuitur, non inueniuntur verba significantia priuationem, & sententiam ipso iure latam, vt in d. c. ad abolendam, & in cap. excommunicamus §. credentes, sequitur Simanc. de Cathol. instit. c. 46. num. 72. quamuis in Enchirid. iudicum violatæ Religionis titul. 58. de pœnitent. n. 3. videatur cum communi tenere ibi, & hæretici beneficijs ecclesiasticis priuati sunt, sequuntur etiam Arag. 2. 2. quæst. 11. art. 3. versic. 2. pœna, qui tamen cõtrarium tenet q. 1. art. 10. pag. 66. Candelabrum aureũ in Appendic. c. 1. num. 17. & Zerol. in prax. Episc. 1. part. verb. priuatio in princ.

Nihilominus tamen tenenda est communis sententia quæ rectè probatur per d. c. cum secundum leges, ex quo bona hæreticorũ ipso iure confiscantur, & eis pri-
5 uantur; nam appellatione bonorum, beneficia etiam Ecclesiastica continentur, c. 1. de præb. & l. bonorum ff. de verb. signif. vbi Rebuff. in prax. tit. de simonia in resignatione n. 13. & Quintaduennas lib. 2. eccl. n. 3. & 93. & 94. & quamuis in beneficijs non habeat locum cõfiscatio, quia non sunt transitoria ad Fiscum, habet tamen locum priuatio, de qua Achill. ibi decis. 345. seu 1. de hæret. num. 5.

Probatur etiam communis sententia per text. in dict. capitulo vt commissi §. priuandi, ibi, vel priuatos nunciandi, quæ verba expositiuè accipienda sunt, idest priuatos nunciandi, & ibi voluit Ioann. Andr. & alij DD. vt diximus.

Et non solum ad hæreticos, sed etiam ad receptato-
6 res, fautores, & defensores hæreticorum referuntur, quicquid dicat Couarru. supra citat. hæreticorum fautores, & receptatores non esse ipso iure priuatos beneficijs obtentis, sed per sententiam priuandos, iuncto capitulo excommunicamus §. credentes verficulo si verò clericus de hæretic. Quod idem tenet Pegn. supra, sed licet verum sit de iure Decretalium, iuxt. dict. §. credentes, tamen de iure nouo verum non est, iuxt. dict. §. priuandi.

Nec valet solutio, & interpretatio quam ad § priuãdi aliqui tradunt, nempe quod verbum priuandi stet propriè, & referatur ab beneficia obtenta ante hæresim, quibus per sententiam est priuandus hæreticus, & verba vel priuatos nunciandi referantur ad beneficia obtenta post hæresim, & sic nulliter collata ex capitulo secundo, §. hæretici eod. titul. in sextò, conuincitur enim ista interpretatio ex seq. verficulo, sunt autem diœcesani in priuando tales, vel nunciando priuatos &c. vbi apparet omnia ista verba priuandi, vel priuatos nunciandi referri etiam ad beneficia obtenta post hæresim, & sic non potest stare ista solutio. Et clarius probatur communis ex Constitut. 2. Nicolai III. quæ est in Bullario tomo primo, fol. 30. vbi sic dicitur; hæretici autem, & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumq; filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium admittantur, quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane, nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquisitis, volentes, vt tales, & habitis perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur. Quæ constitutio licet non sit inserta in libro sexto, tamen non est per proœmium illius abrogata; nam constitutiones editæ super negotio hæreticæ prauitatis, non contrariæ constitutionibus eiusdem 6. reseruantur in capitul. fi. in fin. de hæret. eod. libr. & notat glos. in d. proœm. verb. reseruantur.

Facit etiam pro hac sententia Constitut. 29. Pij V. in-
7 cip. cũ ex Apostolatus, vbi dispositioni Sedis Apostolicæ perpetuo reseruantur beneficia vacantia propter hæresim, & sic denotatur hæreticus ipso facto priuatus beneficijs, vt per Pegn. supra, & Azor. dicta quæstione octaua.

Non

8 Non solum autem [illegible] hæretici, receptatores, & defensores eorum, sed & ipsorum filij, & nepotes priuantur ipso iure beneficijs obtentis tempore commissi criminis, ita quod non sunt solum inhabiles ad obtinenda beneficia, sed etiam priuantur obtentis, vt in dicto capitulo 2. §. hæretici, & capitulo statutum 2. de hæret. in sexto, Eman. Rodriqu. capitul. 129. numero 4. & Petr. Ledesm. d. tractat. 1. capitul. 6. 17. conclus. 2. difficult. citantes Siman. & Iul. Clar. qui tamen loquuntur de beneficijs antea obtentis.

RESOLVT. CCCCLXXIX.

Agenti possessorio recuperandæ in beneficialibus, quid incumbat probare?

1 *Agens possessorio recuperandæ in beneficialibus tenetur nedum docere de antiquiori, & priori possessione, sed oportet etiam iustificare titulum suum.*

2 *Ampliatur vt non solum teneatur probare titulum, sed ipsum tenetur probare esse Canonicum, & legitimum, non autem infectum: nam titulus infectus pro non titulo habetur.*

3 *Contra decretum non datur nec titulus, nec color possidendi.*

4 *In beneficialibus propter periculum animæ non est facienda restitutio spoliato, si agens non docet de titulo.*

1 CConclusiuè dicas quod agens possessorio recuperandæ in beneficialibus, tenetur nedum docere de antiquiori, & priori possessione, sed oportet ipsum etiam iustificare titulum suum, quæ exceptio ita agenti valide obstat, vt non docto de legitima institutione, & titulo, deneganda venit restitutio, ista est doctrina Innoc. in cap. in literis de rest. spol. in c. ex parte eod. tit. & in cap. constitutus de fil. presbyteror. quem sequitur Archid. in cap. eum qui de eo qui mitt. in poss. lib. 6. cõsentiunt DD. in clem. 1. de caus. possess. & propriet. Abb. in c. licet Hely. de simon. Dec. cons. 61. incip. & pro tenui, & est communis opinio, teste Alexan. in l. naturaliter §. nihil commune colum. 10. vers. octauo fallit. n. 25. ff. de acquir. poss.

Et licet secundũ aliquos sufficiat probare antiquiorem possessionem, vt tradunt Innoc. & DD. in cap. læpe de rest. spol. Lapus alleg. 51. incip. lætatus sum, & alibi in c. cum ad sedem car. penult. de rest. spol. Alex. consil. 6. incip. circa processum volum. 3. cum alijs cumulatis per Scriben. in leg. rem quæ nobis ff. de acquir. possess. & fusius per Dec. consil. 57. incip. & pro tenui colum. 1. & colum. 2. in fin. & colum. 3. num. 6. consil. 252. incip. agitur causa magni ponderis colum. 2. & consil. 302. incip. & pro tenui colum. pen. n. 22. vbi citat d. consil. Alex. 6. & aliud eiusdem Alex. consil. 117. incip. viso processu in causa lib. 2. vbi plura circa remed. can. reintegr. 3. quæst. 1.

Tamen communis opinio, vt iam dictum est, tenet prout in themate, & eam decidendo firmat Rot. Rom. sub. titul. de rest. spol. in nou. decis. 2. quæ incip. fuit dubitatum in princ. iuncta addit. in verb. cessante ergo, & eod. titul. decis. 16. incip. si A. conferatur, & decis. 7. in nou. sub titul. de probation. quæ incip. si quis dicat in princ. quod etiam tenet Butr. in cap. in literis colum. 11. versic. ex ijs deciditur de rest. spol. & Felyn. in rubr. de except. colum. 2. in fin. vers. agens, & istam opinionem quod scilicet agens possessorio recuperandæ in beneficialibus, titulum teneatur iustificare, tenuit Bellamer. in suis recol. decis. 17. incip. secundum eundem Dominum Petrum, & decis. 49. incip. agens possessorio, vbi ad literam dicit: Agens possessorio recuperandæ in beneficialibus, tenetur colorare suam possessionem ex titulo, & huius conclusionis ratio est, nam notorius defectus tituli petenti restitutionem beneficij legitimè obstat, vt diffusè tangit Abb. in sua disput. incip. Titius clericus, quæ est quæst. 4. colum. 5. num. 7. versic. sed dubium est, vbi attestatur istam esse communem opinionem, & habetur diffusè in d. addit. vers. cessante ergo, & per Fely. in c. si constiterit colum. 2. num. 59. de accus. post Abb. ibi colum. 2. vers. oppone contra text.

2 Et agenti vt supra, ita est necessaria tituli probatio, vt non sufficiat etiam quemcumque titulum probare, nam titulus debet esse canonicus, & legitimus, nam titulus infectus etiam probatus non valet, nec prodest ei, vt habetur in cap. nisi de concess. præb. & per Innoc. in cap. significasti de diuor. imò Bellamer. in suis recol. decis. 286. incip. item quod allegans, dicit quod allegãs titulum infectum peius facit, quam si nihil pro titulo allegaret, & alibi idem Bellamer. decis. 639. incip. allegans titulum, dicit allegans titulum personis, & agens restitutorio, non est audiendus propter titulum infectum, & hoc adeo verum esse dicit, quod si talis titulum allegans habeat sententiam contra se in possessorio, & non appellauit infra tempus, quia legitimè impeditus, non ideo restituendus est, quia de non iure, nec de interesse suo satis constare videtur per titulum infectum, quod procedit etiam si ageretur remedio attentatorum, vt concludit Rot. Rom. d. decis. 2. rest. spol. & d. dec. 16. incip. si A. conferatur, & dec. 2. eod. tit. in antiq. quæ incip. nota quod vbi, & decis. 13. incip. nota quod si constat, & decis. 24. incip. nota quod vbi agitur eod. tit. & Fely. post glos. & alios DD. in d. c. si constiterit colum. 2. num. 4. & in c. ad petitionem n. 3. 6. & 7. de accus. vbi allegando alias decisiones concludit, agenti possessorio recuperandæ, obstare notorium defectum proprietatis, & non iuris sui, sequitur Paris. cons. 12. vol. 4.

Et istam opinionem communem asserit, & sequitur Ferret. conf. 188. incip. Legatus Papæ colum. 2. num. 5. versic. accedat ad prædicta volum. 1. vbi allegat Gemin. Butr. & Abb. in loc. præcit. adducit exemplum quod dicti DD. ponunt, quando scilicet agenti possessorio obijcitur de reseruatione cũ decreto irritanti, vt not. glos. & DD. in c. ad decimas de restit. spol. lib. 6. nam decretum inficit petitorium, & possessorium, vt est text. & ibi not. in c. si eo tempore de elect. in sexto, & in cap. 1. & 2. vt lit. pend. eod. lib. & latè tradit Rot. Rom. decis. 16. in nou. quæ est 3. de restit. spol. & incip. si contra agentem possessorio, & decis. 4. eod. titul. quæ incip. fuit dubitatum vtrum detentor, in quibus locis
3 tenet quod contra decretum non datur, nec titulus, nec color possidendi, vt ead. Rot. firmat eod. titul. in antiq. decis. 2. incip. nota quod vbi agitur possessorio, vbi habetur, quod si agenti possessorio iudicio in causa beneficiali, opponatur de notorio non iure agentis, denegatur restitutio, & allegat iura DD. & eiusdem Rotæ decis. concordantes, sed in beneficialibus debet locari possessio, alias agens caret omni iuris remedio, secundum Calder. in repert. cap. cum nostris quæst. 2. de concess. præb. & Lap. alleg. 103. incip. visa mihi semper dubia col. 2. versic. Calderinus autem, & sic ex præmissis remanet firma conclusio proposita, cuius effectus
4 vltra prædicta est etiam, nam in istis beneficialibus propter periculum animæ non est facienda restitutio spoliato, si agens non docet titulum, & notorium sit de iniustitia, iuxt. not. per DD. post glos. per illum text. in c. ad decimas de rest. spol. in sexto, & Ægid. in terminis decis. 34. incip. contra agentem, quem sequitur Socin. Sen. latè in leg. rem quæ nobis ff. de acquir. poss. in 9. quæst. princ. Bart. num. 18. versic. sed circa prædicta dubitatur colum. 1. in fi. & colum. 3. & 4. & hoc idem tradunt DD. post Bald. in leg. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poss. maximè Ias. num. 47. allegando Bald. in leg. ordinarij C. de rei vend. colum. vlt. & Innoc. in. cap. constitutus de fil. presbyt. sequitur Paris.

rif. & adducit rationem in d. consil.16.num.7. & 8. videas si libet.

RESOLVT. CCCCLXXX.

An beneficiorum inæqualitas sit per se sufficiens ad rescindendam permutationem?

1 *Beneficiorum inæqualitas non est de per se sufficiens ad rescindendam permutationem factam, licet propter talem inæqualitatem sit aliqualis præsumptio fraudis.*
2 *Permutatio beneficij tenuis cum pingue præsumitur fraudulenta, vel simoniaca cum non sit verisimile, quod sine causa renunciet quis beneficium pingue cum tenui. Ampliatur vt num.3. Limitatur vt num.4. & 5.*
6 *Si senex, & debilis vult permutare beneficium suum opulentum, sed curatum cum beneficio tenui habente paucã curam, permutatio tenet.*

1 REspondi in hoc articulo quod beneficiorum inæqualitas non est de per se sufficiens ad rescindendam permutationem factam, licet propter talem inæqualitatem sit aliqualis præsumptio fraudis, secundum Ped. de Sen. in tract. permut. quæstione vltim. quæ incip. quadragesimo quæritur, vbi dicit se credere, & semper fuisse in hac opinione, quod sicut inæqualitas proueniat ratione reddituum, siue onerum incumbentium vni beneficio, & non alteri, licet aliqualis fraus præsumi possit, quia non præsumitur quis velle iactare suum, capitulo super hoc de renuncia. non tamen permutatio rescind. tur quia talis præsumpta fraus non est ad hoc sufficiẽs, & idem tenet Ioan. Andr. Ancharan. post Ioan. Monach. in additio. reiecta contraria opinione tenet istam quod scilicet teneat permutatio per l. si quis donationis ff. de contrah. empt. nam cum emptio, & venditio sumpserint originem à permutatione, l. 1. in princ. ff. de contrahend. empt. sicut ibi tenet venditio, ita teneat permutatio, hoc idem tenuit Calder. in consil. 4. incip. duo Canonici Senenses, sub titul. de rer. permutat. & sequitur Gemin. in capitul. vnico de rer. permutat. super glo. in verb. fraude, vbi citatis Ioan. Andr. & Feder. de Sen. vbi supra dicit, se credere istud esse verum per text. in capit. quia verisimile de præsumpt. vbi probatur quod valet talis permutatio nisi de fraude manifestè probetur, & ex illo text. Gemin. vbi supra in versicul. sed hæc non est sufficiens concludit; Nam ibi dicitur, quod non est verisimile quod fiat permutatio pinguis cum tenui propter quod requirit ibi probationes magis exactas cõtra istã præsumptionẽ, cessante ergo ista præsumptione, patet ibi quod permutatio valeat, licet sit imparitas beneficiorum, vt etiam concludit Abb. in d. capit. quia verisimile in versic. puto tamen, Zabar. ibi n.2. & cum prædictis cõcordat Ioan. de Imol. in capit. super hoc de renuncia. & in clement. vnica de rer. permutat. conclus. 5. versic. quid si habens beneficium tenue, ex ea ratione, quia permutatio non sumit initium à conuentione, vel facto partium, sed ex officio Superioris, sequitur Pet. de Vbal. in tractat. permut. benef. quæst. 11. Anchara. cõsil. 280. incip. quæstio proponitur, & Felyn. in dict. cap. quia verisimile in princ. vbi dicit, Imol. & Abb. ex illo text.
2 inferre contra permutantes beneficium tenue cum pingui, vt talis permutatio præsumenda sit fraudulenta, vel simoniaca, & subdit rationem ex ipsis cum non sit verisimile, quod sine causa renunciet quis Beneficium pingue cum tenui, & pro concord. ad illum text. adducit cap. super hoc de renunc. & not. in cap. 2. de renunc. in sextò, putat tamẽ Abb. dicit ipse quod hæc sola præsumptio non sufficiat ad sententiam proferendam, & ipse cum eo residet quod & Dec. placuit in c. cum venerabilis colum. 3. in princ. de excep. & in consil. 210. incip. viso puncto per tot. consil. in quo tractat materiam permutationis beneficiorum, & ius calliditatis, & ratione inæqualitatis; & in eod. colum. 2. num. 5. dicit istam esse communem opinionem, & respondet ijs quæ in contrarium adduci possent, vt per eum ibi, ad quem remitto, quia communiter habentur, & conclusio in se non habet difficultatem.
3 Ampliatur ista conclusio procedere nedum in inæqualitate ratione reddituũ, seu onerum, sed etiã in inæqualitate ratione ætatis permutantium, puta si iuuenis permutat cum sene, vt dicit Gemin. in dict. c. vnico de rer. permut. in sextò, vers. sed quid si Iuuenis permutat cum sene, post Ioã. de Fantu. ibi, & Ioann. de Ligna. in Clement. 1. eod. tit. ex ea ratione quæ supra deducta est, quia permutatio sumit robur à Superiore, non à facto partium, c. quæsitum eod. titul. authoritas enim Superioris purgat omne vitium, & tollit præsumptionem fraudis, si qua alias esset, ff. de his qui not. infam. l. furti §. qui iussu, &c. nisi de præb. pro quibus faciunt latè deducta per Oldr. cons. 324. incip. factum tale est, & dicta Capr. in tract. de regul. tit. de permut. benef. reg. 1. quæ est 88. n. 119. post Ioan. Monach. ex Ioan. Andr. in cap. vnic. de rer. permut. in sextò.
4 Fallit tamen ista conclusio quando in permutatione cum præsumptione fraudis adessent alia adminicula, coniecturæ, & circunstantiæ ex quibus fraus præsumatur à iure, vt dicit Capr. vbi supra num. 120. puta si quis permutaret cum nepote, quia vltra tenuitatem Beneficij concurrit suspitio sanguinis, secundum Abb. in d. cap. quia verisimile contra Ioan. de Ligu. in c. 1. de cler. non resid.
Restringitur etiam ista fallentia, vt non procedat
5 quando alia præsumptio excluderet istam, vt quia secus morari non poterat in beneficio pingui, vt per Abb. in d. c. quia verisimile, quem ibid sequitur Felyn. n. 1. per reg. quod vna præsumptio tollit aliam, gl. in l. Diuus de in integr. rest. in verb. æstimatur, l. non solum circa princ. de ritu nupt. c. accedens de crim. falsi. c. tuam, & ibi gl. de sponsal.
Et sic stat conclusio in hoc vltimo dubio, quod beneficij inæqualitas sola non est apta ad rescindendam permutationem, concurrente etiam aliquali fraudis præsumptione, pro qua vltra præmissa, facit not. dictum Anchara. cons. 279. incip. quando proponitur in the-
6 mate vbi consuluit, quod si senex, & debilis vult permutare beneficium suum opulentum, sed curatum cum beneficio tenui habente paucam curam, quod permutatio tenet, & Episcopus licitè potest suam authoritatem huic permutationi impartiri.

RESOLVT. CCCCLXXXI.

Assensus Apostolicus concessus ad tempus alienandi bona Ecclesiæ pro necessitatibus contingentibus, an extendatur vltra tempus?

1 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*
2 *Qui non seruat tempus dispositionis, dicitur non seruare ipsam dispositionem.*
3 *Alienatio rei feudalis est stricti iuris.*
4 *Tempora regulariter sunt continua.*
5 *Aduerbium (proximè) denotat extremitatem principij temporis.*
6 *Vbi dies est præfixa, cessat omnis interpretatio iuris.*

1 REspondi negatiuè, & sic quod assensus Apostolicus concessus ad tẽpus alienandi bona Ecclesiæ pro necessitatibus contingentibus non extendatur vltra tempus; & motus fui quia ea est vis limitati temporis. vt contineat contrariam dispositionem, l. fratres ff. de pœnis, Dec. consilio 61. numer. 4. Angel. in l. si vnus §. si
2 cum reo ff. de pact. & qui non seruat tempus dispositionis dicitur non seruare ipsam dispositionem, Bald. &

Salicet.

Salicet.in authent.quæ supplicatio C.de precib. Imper. offer.quinimò qui permittit tempus labi videtur renũciare dispositioni concessæ ad tempus, Bald. in leg.1.in princip. C.de integr. restit. & in consilio 466.in 2.rubr. volum.1. ait,quod qui non paret terminis,censetur renunciare statuto,latè Tiraq.de retract.cõsang.§.3.glo. 4.n.2. & concessum ad tempus censetur post illud prohibitum,dict.l.si vnus vbi Bald.& alij sequuntur infiniti apud Tiraq.§.1.col.2.n.44. quod si hæc procedunt in quacumq; materia multò magis sibi locum vendicabunt in licentia concessa à domino pro alienatione rei
3 feudalis quę est stricti iuris, Iser.in c.imperialem col.3. & ibi Camer.in 2.conclus.f.342.de prohibit. feu.alien. per Feder.Frec.de subfeu.lib.2.q.11. Corb.de caus.priuat.ob alien.in 6.quæst.num.9.& DD.inferunt ad multas decisiones, quas non refero, sed in specie quod licentia ad tempus concessa,viribus careat lapso tempore,tenuit Ioan.Andr.ad Spec.in tit.de locat.§.nunc aliqua num.121.vbi per hoc dicit, quod alienans post tẽpus perdit rem, tanquam alienasset sine licentia, Bero. in consil.123.num.9. volum.1. Corbul.in d.tit. ampl.7. vbi confirmat alijs medijs: in facto autem de temporis lapsu patet manifestè,quia triennium fuit lapsum antequam contradictum. Quare cum iudicium instituerit, nã tempus prædictum est continuum, & currit de momento ad momentum,l.3.§. minorem ff. de minor. vbi id expresè dicitur, & notatur in authent. hodie C. de appellat. & dicit glos. in rub.ff.de diuers.temp.præscri,
4 quod tempora regulariter sunt continua,& ibi eam sequitur Bart.idem dicit Barb.consil.50.colum.4.volum. 2.& dicit Angel. in consil.404. quod in compromisso tempus computatur de momento ad momentum, & subdit procedere quoque in præscriptionibus, latè id probat Tiraquel.de retract.consangu.§.1.glos.11.n.19. & 20. vbi infert ad multa alia; latissimè Beci. in consil. 99.num.17.vbi multis comprobat,& quamuis in multis casibus disputent DD. si tempus sit vtile, vel continuum, tamen in casu nostro remouetur omnem contentionem verba licentiæ, quæ dicunt de tribus annis
5 proximè sequuturis; aduerbium enim illud(proximè) denotat extremitatem principij temporis, vt cum dicimus aliquem esse proximum pubertati, §.pupillus, Inst.de inutilib.stipul.& in terminis voluit Bald. in consil.246.volum.5. vbi dicit quod compromisso facto per 30.dies proximè sequuturos tempus computandum est non secundum dies artificiales, sed de momento ad momentum, & inter alias rationes ponderat aduerbiũ (proximè) atque ita in proprijs, & indiuiduis nostris terminis causam hanc determinat similiter Soccin. in consil.87.numer.1. & seq. volum.4. vbi dicit,quod & si compromissi tempus regulariter non currat, nisi à die accceptationis, tamen quando dictum est,hinc ad dies 15. proximè secuturos incip. currere ab illo puncto, Magon. decisio. Floren.7.num.17. idem voluit Dec.d. consil.99.num.17. idem tenuit Rimin. in consil.629. num.8.quando dictum est tot dies immediatè sequuturos proximum namque dicimus id quod à nullo procedit.leg.2.§. hæreditas,& l. legitima ff. de suis, & legitimis,l.1.§. proximus ff. vnd.cogn. l. proximus ff. de verb. signif. & nullum admittit medium inter duo discreta; vt probat Tiraquell.de retract.consangu.§.11. glos.1.numer.1.& seq.quare cum habeamus decisiones quæ rem, & causam nostram immediatè attingunt, nõ est recurrendum ad ea quæ DD. ponunt quando quærunt quis dicatur pubertati proximus, vel infantiæ, in illis enim casibus stare potest, quod verbum(proximũ) referatur ad modicum tempus, vel etiam remittatur Iudicis arbitrio, vt latè tractat Menoch. de arb. iud. cas.57. per tot.præcipuè n.29. & 44. Cum enim simus in claris, non egemus coniecturis, eodem modo tolletur quod obijcitur tempus non concurrisse donec de suo credito Simon contendebat, & antequam assignatio illi fuisset facta de bonis debitoris, vt post Iaco. Ran.Pet.de Bellaper.Bald.Salycet.Guid.Pap. & Manfuer. ponit Tiraquel. in dict.tractat.§.1.glos.10.n.36.& seq. vbi dicit,quod pendente lite non currit tempus ad
6 retrahendum,nam vbi dies est præfixa,cessat omnis interpretatio iuris; ideo Socc. in consil.39.num.44. vol. 4.dicit,quod compromissum currit antequam sit acceptatum quando terminus præfixus est non ad numerũ dierum,sed ad diem certam,puta,intra festa Paschalia, Blanch.in tractat.de compromiss.in 1.q. in princ.num. 34. in fin. Rimin.d.consil.620.num.8. vbi ponit exemplum,quando durare debet per.15. dies immediatè secuturos post tria festa Paschalia, videntur enim hoc modo certificando tempus partes voluisse recedere ab ambiguitate iuris.

RESOLVT. CCCCLXXXII.

An renunciatio tacita quæ fit per adeptionem secundi Curati, possit fieri absque authoritate Superioris?

1 *Resignatio beneficij debet fieri coram Superiore,quia ei interest,beneficium dimittatur sine ipsius licentia.*
2 *Defensori Ciuitatis non licet deserere illam sine licentia, neque militi militiam.*
3 *Differentia inter prophana, & spiritualia hæc est, quod illa possunt renunciari absque licentia,hæc verò nequaquam.*
4 *Alienatio est nulla,si Tutores,vel Curatores,qui nequeunt alienare immobilia pupilli absque decreto Iudicis, illa fuerint distracta absq; prædicto decreto.*
5 *Quæsitum resoluitur negatiuè.*

1 COmmuniter respondent DD. quod resignatio beneficij fit facienda coram Superiore,glos. in cap. Abbas 18. quæst.2. Menoch. de recuper. possess.remed. 1.num.277. Cassador.in decis.2.num.7.de appella.Coras. de benefic.cap.5.num.56. Sarnen. de infirm.resign. quæst.18.colum.3. Idque probatur expresè in cap.denique 6.qnæst.3.& in cap. Abbas 28.quæst.2. vbi glosa plura allegat,& in cap.admonet de renunc.& ratio est, quia Superiori interest ne dimittatur beneficium sine eius licentia,vt scribit Gemin. in cap. si electio sub n. 5.colum.2. de elect.lib.6. cum ei præiudicetur, cap.significasti de for. comp.cap. clericum 11. quæstione 1. capit.non liceat 3.quæst.6.argum.cap.si quis suadente 17.quæst.4.c.cum desideres §. vult. de sentent. excommunic.ob hanc rationem non licet defensori Ciuitatis
2 illam deserere sine licentia, l. vlt. C. de defens. Ciu.leg. legatus ff. de offic. Præsid. neq; militi militiam vt omnibus notum,ac compertum est, accedat, & alia ratio, quia Beneficiatus per adeptionem possessionis se obligat,& deuincit Ecclesiæ,capit. nisi versic.verum de renunc. Hostiens. eodem titul. in Summ. numero 8. & sicuti quis non potest beneficia adipisci sine authoritate Superioris,cap.1.de regul.iur.lib.6. ita neque dimittere,argument.l. vlt.ff. de off. Præsid.nam contrariorum eadem est disciplina, not.in rubr.ff. de acquiren. possess. ideo admissio Prælati nihil aliud est quam absolutio quædam; nam beneficiatus per illam liberatur ab onere inseruiendi, vt est notabilis decisio. Rot. quam refert Nauarr.in capitul.accepta in 7.oppos.numer.31. de restitut.spoliat.nõ enim poterit eximi sine superiore, ex quo colligitur notabilis differẽtia inter profana,
3 & spiritualia; nam illa possunt renunciari absque licentia Superioris,hæc verò nequaquam,vt tradit Rot. decision.3.numer.2. de renunc, in nou.vbi notatur huiusmodi discrimen inter vtramque renunciationem, & ratio differentiæ est, quia in renunciatione rerum profanarum cessant rationes supra allegatę,vt euidentissimè ex eius lectura patet, vnde non mirum si aliter disponitur,

sponitur, l. illud ff. ad leg. Aquil. capitul. cum cessante de appella. & probatur in capitul. Gonsaldus 17. quæstione 2. vbi declaratur nulla renunciatio Guisaldi presbyteri facta in manu cuiusdã Aduocati, & expressè hoc dicitur in capitul. denique 6. quæstione 3. & ratio est quia tunc fit actus contra legem, cum iura velint, vt renunciatio fiat coram Superiore, vnde nõ mirum si resignatio est nulla argument. text. in leg. final. C. de legib. ita
4 in simili Tutores, & Curatores qui nequeunt alienare bona immobilia, & quæ seruando seruari possunt absque decreto Iudicis, si dicta bona fuerunt distracta absque prædicto decreto, alienatio nulla est, l. magis puto §. non passim ff. de reb. eor. l. prædia C. de præd. & alijs reb. min. Dec. consilio 39. Alexand. consilio 117. libr. 5. Imol. consilio 98. & consilio 99. Paris. consilio 98. & consilio 99. & consilio 100. volumine primo, Roland. à Vall. in consilio 33. & 99. libro primo, propterea cum fuissem consultus si renunciatio tacita quæ fit per adeptionem secundi Curati, possit fieri absque authoritate superioris; respondi negatiuè, vt in proprijs terminis voluit Abb. in cap. ex ore numer. 10. & 11. de his quæ fiunt à maior. part. Capit. & in c. quod in dubijs num. 9. de renunc. Imol. in clem. gratiæ de rescript. n. 27. Bursat. in cons. 353. Coras. de benef. part. 1. c. 8. n. 13. vers. hæc autem vera sunt, & hæc est communis DD. opinio, vt refert Puteus in decis. 94. lib. 1. cui communi sententiæ adstipulatur text. in extrauagant. execrabilis Ioa. XXII. §. qui vero de præb. cuius verba sunt, qui verò deinceps receperint dignitatem, vel personatum, seu officium, aut aliud beneficium animarum habens curam annexam, si antea simile beneficium obtinebunt, illud quo ipso iure postquam secundi possessionẽ habuerint, vel per eos omni dolo, & fraude cessantibus, quo minus habeant steterint priuati, nosscuntur absq; moræ dispendio in Ordinariorum manibus dimittere debeant pari modo, &c. & sic licet per adeptionem secundi beneficij Curati primum vacet ipso iure, vt hic habetur, & in c. de multa de præb. c. quia in tantum, c. ad hæc, cap. propterea eo. tit. & c. 1. & 2. 14 q. 1. c. Sancto. rum dist. 70. tamen illud debent dimittere coram superiore. Et hodie ex decreto, & stylo Datariæ coram Papa, & per consequens in renunciatione tacita requiritur authoritas Superioris, nam alias posset Superior primi eum reuocare ad beneficium, quod absq; eo non potuit dimittere, Abb. in d. cap. ex ore n. 10. de his quæ fiunt à maior. part. Capituli, ad quod insuper accedit, quia expressi, & taciti eadem est virtus. l. cum quid ff. si cert. pet. sed renunciatio beneficij expressè non potest fieri sine Superioris authoritate. c. denique 6. q. 3. vt latè fuit dictum supra, ergo omnino venit dicendũ, quod neq; renunciatio tacita possit fieri incõsulto Superiore.

RESOLVT. CCCCLXXXIII.

Clerici, an possint pro alijs fideiubere?

1 *Clerici nullo modo debent, nec possunt fideiubere, & si fideiubeant possunt puniri pœna arbitraria à suis Prælatis.*
2 *Limitatur, quod si de facto fideiuberent, fideiussio est valida, & remanent obligati. Item quando adesset vrgens necessitas, quia tunc ex pietate tenentur fideiubere. Item in causa dotis. Item quando verteretur aliquod periculum animæ, vel corporis. Item potuerint fideiubere in contractibus, in iudicijs verò non, & finaliter si non possint fideiubere, poterunt tamen fideiussores approbare.*
3 *Monachi, & cæteri Regulares non possunt fideiubere sine consensu Abbatis, & Superioris, & maioris partis Capituli.*
4 *Clerici non dicuntur fideiussores idonei.*
5 *Clericus, qui fideiusit pro laico, non potest conueniri coram Iudice laico, etiam prætextu sententiæ latæ ab ipso.*

1 CLerici nullo modo debent, nec possunt fideiubere? c. te quidem 11. q. 1. cap. 1. de fideiussorib. c. satis 86. dist. l. curiales C. de locat. l. die §. 1. vbi gl. in verb. probandi, qui satisd. cog. Pet. Gerar. sing. 100. n. 5. auth. de Santissimis Episcopis §. Deo autem collat. 11. Azor. in Summ. tit. de sanctiss. Episcop. n. 5. Roman. cons. 409. n. 7. vbi Mandos. in addit. in lit. C. alios allegat. Ioa. de Selu. in tract. de iur. par. 3. num. 25. in 4. tom. tract. diuers. cart. mihi 351. Viui. dec. 210. n. 9. Menoch. in tract. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 69. n. 15. Sebast. Medic. in tract. de acquir. & conseru. possess. glos. 2. par. 1. num. 353. Marc. Ant. Marsil. Colum. in tract. de Ecclesiast. reddit. par. 3. c. 24. num. 24. Bertazzol. in tract. clausular. claus. 39. gl. 2. n. 2. Zanch. in tract. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 135. num. 1. Ioa. Saiso. super Consuet. Turonẽs. tit. dres Doiz de Basse iustice §. 24. vers. quæro decimotertio pag. mihi 29. Anchar. in c. 1. num. 1. de fideiu. Ferret. cons. 213. num. 9. lib. 1. Marsil. cons. 19. num. 13. & in tract. de Bannit. in verb. facti num. 21. Clerici verò fideiubentes puniuntur à suis Prælatis pœna arbitraria, gl. in c. penult. in verb. grauiori de fidei. Menoch. in tract. de arbit. cas. 331. num. 1. Lælius Zann. in tract. de priuileg. ecclesiast. priuil. 115. n. 3. & 12. vbi dicit quod dum text. in d. c. 1. dicit quod abijciantur, habet tres intellectus; Primum, vt abijciantur ab Ecclesia. Secundum vt abijciantur à Clero. Tertiũ, quod abijciantur. i. quod non debeant recipi in fideiussores, quos intellectus cõsiderauit etiam Anchar. in d. cap. 1. num. 2. de fideiuss. & tandem concludit ipse Zanc. d. n. 11. quod sit amplectendus primus intellectus, qui illi magis placet, & ratione quia cum decretum prohibeat, quod clerici non fideiubeant, contrafacientes, & subfideiubentes sunt inobedientes, cap. sciendum 8. q. 1. mihi magis placet opinio Menoch. hoc est, vt puniantur arbitrarie tamquam transgressores canonum, quod videtur etiã sentire Fely. cons. 9. num. 4.

2 Limitatur primò, quod licet clericus non possit fideiubere, attamen si de facto fideiuberet, fideiussio est valida, & remanet obligatus, c. pernenit, & c. constitutus de fideiuss. Bart. in l. 3. num. 11. ff. de fideiuss. Roman. cons. 409. n. 7. & ibi Mand. in addit. in lit. C. Ias. in l. patre furioso num. 14. vers. 3. facit ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. 1. num. 10. ff. si quis in ius voc. non iuer. Marsil. cons. 18. n. 13. & in l. si quis ne quæstio num. 91 de quæstion. & in tract. de Bannit. in verb. facti num. 21. Menoch. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 86. n. 15. & per tot. vbi adducit multa similia. Medic. in tract. de acquir. & conseru. possess. glos. 2. par. 1. n. 353. Bertaz. in tract. clausular. claus. 39. gl. 2. num. 2. Lælius Zanc. in tract. de priuileg. Ecclesiast. priuil. 115. num. 3. Ioa. Guttier. in tract. de contract. iurat. c. 72. n. 2. in 6. tom. tract. diuers. pag. 116. Ioa. Saison super Const. Turonens. in tit. de doiz basse iustice §. 24. vers. quæro decimoquarto pag. mihi 29. Ferret. cons. 213. num. 9. lib. 1.

Limitatur secundò, quando adesset vrgens necessitas, quia tunc clericus ex pietate tenetur fideiubere, ac aliis subuenire, glos. in cap. quod quibusdam in verb. fideiubeat in princ. de fideiuss. Abb. in cap. 1. num. 3. de fideiuss. Petr. Gerard. d. sing. 100. n. 7. Zanc. d. priuileg. 115. num. 6. vbi dicit quod tunc est magnum pietatis opus, Viui. decis. 100. num. 5. & num. 11. Ioa. Saison d. §. 25. vers. quæro decimotertio.

Limitatur tertiò in causa dotis, in qua clericus potest esse fideiussor, Fely. cons. 9. num. 2. vbi dicit, quod is qui alias non est idoneus fideiussor, est tamen idoneus in causa dotis, l. fi. vbi glos. allegat similia C. ad Velleian.

Limitatur quartò, vbi clericus non fideiubendo pateretur aliquod periculum animæ, vel corporis, Oldrad. cons. 90. in fi. Marsil. in repet. rubr. de fideiussor. n. 236. Viui. dec. 210. num. 12. vbi dicit quod hoc procedit etiam si iurasset non fideiubere.

Limitatur quintò, vt licet non possit fideiubere in iu-

dicijs,poterit tamen fideiubere in contractibus, gl. Io. Andr.Butr.& Abb.in c.1.n.5. de fideiuſſ. Hoſtienſ. in Summ.in tit.de fideiuſſ §.2.Bar.in l.2.in fi.ff.de fideiuſſ. Ldl.Zanc.in tract.de priuileg.Eccleſiaſt.priuil.115. nu. 7.Fely.d.conſ.9.num.1.

Limitatur ſextò,& vltimo, vt licet clericus non poſſit fideiubere,attamen non prohibetur fideiuſſores approbare,quia is qui prohibetur fideiubere, non prohibetur illos approbare.

3 Et in caſibus prædictis Monachi,ac cæteri Regulares non poterunt fideiubere ſine conſenſu Abbatis, & Superioris,& maioris partis Capituli, not. in cap. in quibuſdam de fideiuſſor.Henri.Boic.in c.1.n.1.eod.tit.

4 Et aduertendum eſt,quod clerici non dicuntur fideiuſſores idonei,Iacobin.in l.de die §.qui mulierem.n.7. ff.qui ſatiſd.cogan.Bellon.in §. pro eo n.2. Inſtit. de fideiuſſor.vbi allegat gl.in l.2.ff. qui ſatiſdar. cogan. Cirill.in Summ.crimin.in tit. de fideiuſſor. §. n.1. Renat. Kopin.ſuper comment.Andegauenſ.lib. 1. tit.11. nu.5. qui omnes dicunt, quod ad hoc, vt fideiuſſor dicatur idoneus non ſufficit, vt ſit idoneus facultatibus, ſed etiam facilis exactionis, quod non eſt in clerico, qui potitur priuilegio fori;ideo is qui ex forma ſtatuti,vel ex diſpoſitione iuris communis, vel ex pacto tenetur ſatiſdare,non liberatur dando clericum,qui vt dixi, nō eſt fideiuſſor idoneus,Bar.in l.2.ff.fideiuſſ.Anchar. in c.1.n.4.eod.tit.Lel.Zanc.in d.tract. de priuileg. eccleſ. priuil.115.n.8.Bellon.eod. n.2. eſt bene verum quod ſi is talis clericus, vel aliter minus idoneus fuerit receptus,& approbatus, non poterit amplius reprobari, & peti,vt iterum caueatur,Par. de Put.in tract.de ſind.in verb.fideiuſſor officialis c.3.n.8.Boſſ.in tract.crim. in tit.de carcer.fideiuſſ. relaxan. n.71. Cagnol. in l. cum alio n.2.ff. de reg.iur.Bart.in l.qui ſatiſdare n.6.ff de fi- & in l. 3. eod. Marſ. in l. ſi quis ne quæſt. col. 8. ff. de quæſtion.

Secundò aduertendum eſt,quod clericus qui fideiuſſit pro laico coram Iudice laico, non poterit prætextu ſententiæ ab eodem Iudice latæ coram ipſo laico conuenjri,Anchar.in c.ea quæ q.21.n 26.in fi.de reg. in 6. Marſit. in tract.de Bannit.in verb.Iudice n.211. Baiar. in addit.ad Clar.§.q.95.n.7.Valent.Franch.de fideiuſſ. cap.2.nu.239.Bart.in l.1.num.2.ff. ſi quis ius voc. non iuerit.

RESOLVT. CCCCLXXXIV.

Diſpoſitio tex.in cap.fin.de for. competen. an locum ſibi vendicet in hærede iurantis?

1 *Iuramentum defuncti quoad vinculum periurij non tranſit ad hæredem, ſecus verò ſi præſtetur ad efficaciam obligationis, nam tunc benè tranſit.*

3 *Iuramentum defuncti cum ſit perſonale, ratione periurij non tranſit ad hæredem.*

AN autem, & quo pacto iuramentum defuncti obliget hæredem,tradit Affl.noſter dec.381.Cap. dec.27.Ioſeph.Lud. dec. Peruſ.15. Anto. de But. conſ. 59.Fel. in cap.cum ſit generale de for.comp.Pari.conſil.54.vol.1.Rolan.conſ 17.vol.1.Gabr.lib. com. opin. 2.tit.de iur.iur.concluſ.6.Michael.Craſſ.lib. commun. opin.7.quæſt.18.Suar.alleg.9.n.12.Bernard. Diaz reg. 386.Anto.Gom.tom.2.var.reſ.cap.14.Ant.Cordub.de Lara in l.ſi quis à liberis §.parem nu.19.ff.de lib.agno. quod quidem ſecutus fuit Aluarot.in c.1.in princ.quæ ſit prim.cauſ.benefic.amitt.Iacob.de S.Georg. in verſ. qui quidem inueſtitus verſic.amplius; ſicque communiter omnes DD.in c. veritatis cuius tex. intellectum, & materiam exornat Couar.in 1.par.relect.§.5.num.5. ante iſtos Pern. in conſ. fin. & iſtud, quod ex parte iurantis ſit perſonale, tunc intelligas ſecundum Bal. in l.

1 etiamſi fi.ff. de iur. iur. vt procedat quoad vinculum periurij, prout tradit Andr. in Conſtit. Regn. eos qui ſcienter,Caſſador.in deciſ.2.de iur. iur. Mill. in ſuo repert.in verb.iuram.Pari.conſ.75. quo verò ad alia excluſo periurio,nempe ad efficaciam obligationis tranſit in quemcumque ſucceſſorem, nec dicitur eſſe perſonale iuramentum,ita notabiliter Caſtrenſ.in l.ſi grege de leg.1.Affl.dec.381.cum alijs cumulatis per Gab. in ſuo tract.commun.opin.in tit.de iur. iur. concl.6.& vltra allegata per ſe ipſum. Ann. notabiliter in ſua alleg.28.reſpectu verò illius cui iuratum eſt, dicitur rea. le,& ad hæredes,& ſucceſſores tranſit, idque ſumi abſque dubio videtur ex tex. in d. c. veritatis, reſpondimus,inquit ibi tex.vt hæredes tui,qui nobis, vel alicui ſucceſſorum noſtrorum iurauerint,alijs iurare minime compellantur, Catholicis tamen ſucceſſoribus noſtris qui pro tempore fuerint,& homagij,& fidelitatis puritatem; nihilominus ac ſi iuraſſent omni tempore teneantur abſque tergiuerſatione aliqua fideliter obſeruare,vt ſic expreſſe determinet, vt qui iurauit ratione iuramenti tenetur fidem ſeruare ipſius Romani Pontificis ſucceſſoribus, & propterea non tuta eſt opinio Bald.& Fulg.in l.ſed ſi hac ff.de in ius voca.qui dixerūt iuramentum etiam ex parte eius cui iuratum eſt perſonale eſſe, nec ad hæredes tranſmitti, & ex hoc quod iuramentum perſonale reſpectu præſtantiæ, ſequitur quod licet ex diſpoſitione tex.in c.vlt.de for.comp.ratione iuramenti præſtiti, poſſit Iudex cognoſcere de cauſa, hoc procedit, & locum habet in ipſo iurante, cæterum in hærede iurantis hoc nō habet locum, quia

2 cum perſonale ſit iuramentum, ratione periurij non tranſit ad hæredem,procedit enim diſpoſitio tex. in d. c.vlt.ita tex.illum intelligunt Io.And.& Abb. in c. vlt. de ſepult. Marian.in c. cum ſit generale de for. comp. alios multos allegat.Port.lib.1.ſuarum commun.opin. concl.3.vltra tradita per Affl.in d.dec.ſua 381.Couarr. in 1.relect.par.5.num.6.

RESOLVT. CCCCLXXXV.

An reſignatio beneficij metu facta, veniat reſcindenda, vel ſit ipſo iure nulla?

1 *Reſignatio beneficij debet eſſe libera,& voluntaria.*
2 *Metus contrariatur liberè voluntati.*
3 *Reſignatio beneficij metu facta venit reſcindenda.*
4 *Actus geſti per metum, veniunt reſcindendi.*
5 *Iuramentum metu cogente præſtitum, licet regulariter ſit validum tamen fallit quando interponitur ſuper actu nullo ipſo, iure reprobato.*

INter alia requiſita bonæ, & validæ reſignationis illud obtinet principalem locum,vt debeat eſſe libera, & voluntaria, & ideo renunciatio metu facta eſt

1 nulla,vt communiter ſentiunt DD.in c. 2. & 3. & c. ad audientiam de his quæ vi met.cauſ.fiunt, Abb. in c. ad aures n.3.& 7.& in c.Abbas n.19.eod.tit.Rot.in dec.5. n.2.de renunc.in nouis,Pariſ. conſ.66. vol.4. Coraſ. de benef.p.1.c.8.n.10.& 11.Barba.conſ.30.lib.3.dec.conſ. 209.Mohed.in deciſ.32. idque probatur in cap. ad audientiam de his quæ vi met.cauſ.cap.Abbas 2.eod.tit. & cap.3.eod.tit.cap.accepta de reſt.ſpol.nam quæ fiūt vi metuſvè cauſa, debent carere robore firmitatis, vt dicitur in toto titul. ff. & C. his quæ vi met.cauſ.fiunt, inquit enim Prætor quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habeto, l.1.ff.quod met.cauſ.Menoch.conſ.1. num.271.lib.1.Burſat. conſ.n.30.lib.1. quia metus con

2 trariatur liberæ voluntati, Pari.conſ.2. nu.29.& conſ. 53. num.49.

Dubium tamen eſt ſi dicta reſignatio beneficij veniat reſcindenda,vel ſit ipſo iure nulla, & reſpondeo, quod

3 reſignatio beneficij metu facta veniat reſcindenda, vt

fuit

fuit decisum in Rot. vt habetur in decis. 5. de renunc. in nou. & decis. 7. nu. 1. eod. tit. & decis. 2. de his quæ fiunt met. caus. in antiq. & fuit hoc idem resolutum in vna Cracouiens. Canonicatus coram Rauel. vt referunt Adden. ad dict. decis. 5. & hanc sententiam sequuntur Calder. in cons. 1. de renunc. glos. in cap. super hoc eod. tit. Abb. in cap. sollicitè de major. & obed. Aufre. in addit. ad Capel. Thol. in dec. 280. & est communis opinio teste Nau. in cap. recepta de rest. spol. nam regulariter actus gesti per metum veniunt rescindendi, Felyn. in
4 cap. propterea n. 35. de spons. Menoch. cons. 2. n. 170. vol. 1. Alciat. cons. 5. Socc. Iun. in cons. 77. nu. 20. vol. 1. & est communis opinio, quam refert Suar. in com. opi. in verb. metus, nam coacta voluntas, voluntas est, l. si mulier §. fi. ff. quod met. caus. glos. in cap. merito 15. q. 1. Riminal. cons. 15. num. 7. lib. 1. & probatur hæc opinio: Primò, per tex. in cap. 2. quod metus causa, ibi mandamus quatenus prædicto cum integritate restituas vniuersa, &c. Secundò, in c. ad audientiam eo. tit. ibi mandamus, &c. præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis, &c. & sic per verba futuri temporis, vnde nullum cadit du-
5 bium, l. illam C. de collat. l. Ancillæ C. de furt. Tertiò, quia licet regulariter iuramentum metu cogente præstitum sit validum, c. rerum de iur. iuran. fallit tamen quando interponitur super actu nullo ipso iure reprobato, c. cum contingat de iur. iur. At iuramentum interpositum super renunciatione beneficij metu facta tenet, & valet, c. si verò de iur. iur. ergo renunciatio non est nulla ipso iure, quia non teneret iuramentum.

RESOLVT. CCCCLXXXVI.

Renunciatio fori facta per clericum, quid operetur?

1 *Iudex laicus non habet iurisdictionem in clericum, etiam si ipse clericus renunciauerit priuilegio fori, & etiam si iurasset, num. 3.*

2 *Renunciatio fori facta per clericum contra veritatem se non esse clericum, cum verè sit clericus, Iurisdictioni Iudicis ecclesiastici non nocet, nec cum consensu ipsius Episcopi dicta renuntiatio tenet.*

4 *Iudex laicus adeo in clericum non habet cognitionem quod si coram ipso deliquerit, quia fortasse falsum coram ipso deposuit, vt non possit contra eum procedere.*

1 EXtenditur illa communis conclusio, quod Iudex laicus non habeat iurisdictionem in clericos, etia si ipse clericus renuntiauerit priuilegio fori; nam non obstante huiusmodi renunciatione nō poterit se intromittere Iudex laicus, vt dicit tex. in c. si diligenti de for. compet. in c. cum non ab homine de iudic. & in prædictis locis communiter DD. & gl. quam plurib⁹ in locis in c. significasti de iudic. & in c. cum contingat de sentent. excom. in c. perpendimus eod. tit. in c. cum Io. de cler. coniug. Hæc enim renunciatio, vel confessio per
2 ipsum facta contra veritatem non esse clericum, cum verè sit clericus, iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici non nocet, Innoc. in c. vt famę de sentent. excom. Bal. in l. si qua per calumniam C. de episc. & cler. latè Couar. lib. pract. q. c. 33. idque non tantum est verum, quod nec cum consensu Episcopi talis renunciatio teneat, iuxta tradita per gl. in d. c. significasti, nec quicquam refert, quia cum consensu clerici processerit Iudex temporalis, & laicus ad probationem sententiæ; nam non obstante sententia, & actus omnibus factis, potest declinari iurisdictio; quinimo omnia acta nulla iudicantur ipso iure, c. aduersus §. quia verò de immun. eccl. c. sæculares de for. comp. in 6. Couar. loc. cit. est tamen verum quod si dolosè se gesserit in hoc clericus debet ad expensas alteri parti condemnari, ex doctrina Fely. in c. exceptionem de except. multa adducit Vrsill. ad Afflict. in dec. 2. num. 4. & 5.

Et quod huic priuilegio renunciare non possit cleri-
3 cus etiam cum iuramento, tradit Ioan. Campegius in cons. 51. num. 2. inter consil. crimin. diuers. in tantum autem est prohibita Iudici sæculari cognitio in causis clericorum, quod si Iudex sæcularis attentauerit procedere contra clericum, multi tenuerunt opinionem, quod incurrat sententiam excommunicationis ipso facto, iux. tradita per Guid. Pap. dec. 77. & veritas est, quod non est ipso iure excommunicatus, sed compellendus est per cēsuras ecclesiasticas, vt desistat ad tex. in c. sæculares de for. comp. lib. 6. & quamplura in materia istarum inhibitionum quæ fiunt ab ecclesiastico contra temporalem ponit Tiber. Dec. in tract. crim. 1. p. li. 4. c. 12. verum hodie est casus insertus in Bulla Cænæ Domini, quod trahentes ad sua tribunalia personas ecclesiasticas, ipso facto excommunicationē incurrant.

4 Et tantum est verum quod Iudex laicus non habet cognitionem de clerico, quod etiam si coram Iudice laico delinquat, quia fortasse falsum coram ipso deposuit, licet sint offensæ aures illius Iudicis, non per hoc Iudex laicus contra clericum procedere poterit; ita communiter omnes Canonistæ in c. verum de for. cōp. Anchar. in c. ea quæ de reg. iur. lib. 6. communiter DD. ciuilistæ in l. nullum C. de testib. exposita pœnitus autoritate, & doctrina gl. in d. l. nullum, & aliorum qui extant in opinione, quod saltem in pecunia potuisset laicus clericum coram se falsum deponentem punire, ita etiam Affl. & Adden. ad ipsum in dec. 230.

RESOLVT. CCCCLXXXVII.

An Procurator qui porrexit supplicationem in vita resignantis; valeat post mortem præstare consensum?

1 *Morte mandantis expirat mandatum.*

2 *Mortuo resignante, procurator non potest porrigere supplicationem, & deinde præstare consensum in fauorem resignatarij.*

3 *Procurator constitutus ad resignandum beneficium, si porrexit supplicationem, quæ fuit data viuo resignante, si postea moriatur resignans, & sic ante præstitum consensum formalem, poterit illum præstare post mortem ipsius constituentis.*

4 *Procurator post mortem Domini valet consumare per eum cœpta, non autem noua inchoare.*

PRo negatiua opinione, & sic quod procurator qui porrexit supplicationem in vita resignantis quod non valeat post mortem præstare consensum, insurgit
2 illa iuris conclusio, quod morte mandantis expirat mā datum §. Item si adhuc instit. mandat. l. mandatum C. eod. l. si quis §. cui ff. eodem, l. eius qui in prouincia vbi Bart. ff. si certum petatur, Guid. Papa in dec. 19. & dec. 491. Rota in nouis in dec. 349. & probatur in Clem. fin. de procurator. vbi procurator a Prælato, Rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia sua, vel beneficio constitutus, per mortem constituentis reuocatur, latè habetur per Gabriel. in concl. 2. de procuratoribus, vbi ampliat idem esse in mandato delegatorio, quia morte mandantis expirat mandata iurisdictio, c. gratum de offic. delegati, c. licet eodem tit. l. quia §. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. vt etiam dicimus quod procedit etiam in procuratore ignorante ipsam mortē, vt habetur per Barb. in cons. 49. col. 2. lib. 4 arg. tex. in dict. l. eius qui in prouinciam ff. si certum petatur, & ratio est, nam per mortem omnia soluuntur, §. deinceps Auth. de nuptijs, l. in summa in fine de re iudic. l. Neratius ff. de regul. iuris,
2 & ideò mortuo resignante procurator non potest porrigere supplicationem, & deinde præstare consensum in fauorem resignatarij, iuxta tradita per Boer. in dec. 348. & per Puteum in dec. 92. lib. 2.

His tamen nihil suffragantibus contrariam sententiam de iure veriorem sequor, nam supradicta licet sint vera, tamen non procedunt quoties procurator constitutus ad resignãdum beneficium porrexit supplicationem, quæ fuit data viuo resignante, namque si postea moriatur resignans, & sic ante præstitum consensum formalem, poterit procurator illum præstare post mortem ipsius constituentis, prout est recepta Doctorum sententia, teste Anchar. in conf. 293. Felyn. in cap. cum olim de re iudicata, & esse in vsu refert Sarnen. de infir. resig. quæst. 31. vol. 2. & iuxta hanc sententiam fuisse decisum, testatur Boerius in decis. 348. vbi refert exttauagantem Leon. X. & fuit resolutum in Rota coram Martino de Ispinisa in vna Senẽ. parochialis de anno 1513. teste Cassadoro in decis. 1. de renunt. & in alia Genuen. prioratus de Villanoua 25. Iun. 1551. coram Caputa. teste Guidop. in decis. 92. & in alijs, vt per Caput. in decis. 395. lib. 2. Crescent. in decis. 210. decis. 37. 105. & 229. Put. in decis. 83. & 216. lib. 2. & hæc sententia proba. tur in leg. nam, & seruitus §. si viuo Titio ff. de negotijs gestis, vbi procurator post mortem Domini valet consumare per eum cæpta, non autem noua inchoare, imò in tantum est vera ista opinio, quod secundum Cassador. in decis. 1. n. 4. de renuntiat. potest cogi ad præstandum dictum consensum in camera, vel in Cancellaria pro expeditione litterarum, quamuis principalis sit mortuus, vt tradunt etiam Put. in decis. 19. de renunciat. Crescent. in decis. 210. Boer. in d. decis. 348. num. 7. Caput. dec. 396. par. 3. vbi etiam dicit procedere hanc opinionem si probaretur ante eius mortem mutasse voluntatem, nam si illa voluntas reuocata non fuit intimata, iuxta dispositionem Clement. 1. de renunciat. poterit procurator eo mortuo præstare consensum formalem, vt fuit resolutum in Rota in vna Senogalliẽ. de Villacastro 27. Maij & 27. Iunij 1552. coram Vestano, teste eodem Caputaq. in d. decis. 396. & ratio est quia non quælibet voluntas reuocatoria est valida, sed debet esse expressa, Felyn. in cap. ex parte Decani n. 15. de rescriptis, Ias. in leg. reconiuncti colum. 5. 2. opp. ff. de legat. 3. Alex. in l. si fundum C. de legat.

RESOLVT. CCCCLXXXVIII.

An Canonicus qui non est in Sacris, valeat optare?

1 *Canonicus, qui non est in Sacris, vocem, nec votum in Capitulo habet.*
2 *Canonicus qui non est in Sacris valet optare: Redditur ratio num. 3.*
4 *Canonicus qui non est in Sacris habet vocem passiuam in Capitulo.*
5 *Optio regulariter locum habet in Canonicatibus, & præbendis.*

1 PRima facie in hoc articulo videtur negatiuè respõdendum ex eo quod Canonicus qui non est in Sacris vocem, nec votum in Capitulo habet, vt probatur in Clem. vt ij qui de ætate, & qualitate, & probatur per dispositionem Conc. Trid. cap. 4. sess. 22. de reformatione, latè glos. & Doct. in dict. Clem. vt ij de ætate, & qualitate.

2 Hoc tamen non obstante contrarium est verius, scili. cet quod Canonicus qui non est in Sacris valeat optare, vt expressè tradit glos. in d. Clem. vt ij in principio in versic. capitulo, quam sequitur Cardin. ibi quæst. 9. & alij scribentes, Gonzalez in regul. 8. Cancellar. gl. 34. n. 128. actus enim optionis non est collegialis, & non cõpetit ex Canonia, & præbenda, & nec ex voce Capituli, & quando actus optandi non sit actus collegialis probo quod licet ius ipsum optandi inductum, seu ex statuto seu etiam ex consuetudine dici possit competere ipsi Capitulo, vt habetur per Monetam de optionibus c. 1. q. 2. n. 15. & seq. & c. 6. quæst. 5. n. 52. tamen actus ipse optandi, seu ipsa actualis actio cõpetit Canonicis non vt collegium constituunt, sed vt singulis, vnde videmus aliquos præferri alijs in optando, nimirum antiquiores iunioribus, vt habetur per Monet. vbi sup. c. 1. quæst. 2. num. 15. cap. 4. quæst. 1. concluf. 4. & c. 5. q. 1. concluf. 5. & quod magis ad rem nostram facit illud quod non est necessarius consensus Capituli, sed sufficit vt optantes notificent Capitulo optionem à se factam & consensum requirant licet non obtineant, eo quod optent vigore consuetudinis iam inductæ, vel certe consensus ille requiritur ad hoc solum, vt admittantur ad præbendam seu domum optatam non autẽ ad hoc, vt optent, vt optimè tradit Abbas in cons. 159. num. 15. vol. 1. ex quo etiam patet tertium quod optare non competat, aut pendeat ex voce Capituli nimirum ex eo quod quis habeat vocem actiuam in Capi-
4 tulo sed ad summum ex voce passiua, quæ quidem non denegatur etiam non constituto in sacris; vt inter cæteros adnotauit Cardin. in d. Clement. vt ij in principio n. 13. & ibi Ancharan. & alij denique quod optio regulariter competat ex Canonia seu præbenda ex eo probari potest regulariter in Canonicatibus dumtaxat, & præbendis locum habere optionem, vt latè habetur per Monetam de optionibus c. 3. q. 3. & c. 1. quæst. 1. concluf. 1.

RESOLVT. CCCCLXXXIX.

An tempus viginti dierum quod requiritur in optione facienda, possit prorogari, vel minui?

1 *Optio regulariter fieri debet infra 20. dies.*
2 *Tempus 20. dierum constitutus ad optandum potest prorogari, & minui.*
3 *Consuetudo inducens maius tempus 20. dierum ad optandum non præiudicat Apostolicis impetrantibus.*
4 *Consuetudo contra Canones potest induci modo sit rationabilis, & legitimè præscripta.*
5 *Capitulum potest prorogare tempus 20. dierum datum ad optandum.*
6 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*

1 REgulariter optandum est infra viginti dies, licet text. in c. fin. §. ne autem de consuetud. in 6. loqui videtur saltem tantum vbi est expectans, seu executor, tamen id absolutè in omni casu locum habere etiam vbi nullus adsit executor, vel expectans exponit, ac sequitur ibi glos. in verbo viginti dies vbi Gemin. Archidiac. Franc. & reliqui, quod etiam voluerunt Addentes ad Rotam in decis. 1. num. 8. de rerum permutat. & in decis. 4. in fine de consuetud. in nouis Gonzalez in regula 8. Cancell. glos. 34. numer. 75. Alb. cons. 159. numer. 3. vol. 1. Franc. Marc. in decis. 1258. numer. 5.
2 Dubium tamen est si hoc tempus viginti dierum possit prorogari, vel minui, & respondeo primo quod potest prorogari, vt tenet Zerola in praxi Episcopali in verbo Canonica versic. ad septimum allegat Tiraquell. de vtroq; retract. §. 1. gl. 10. num. 58. sequitur Ioa. And. in repetit. cap. fin. in verbo dumtaxat de consuetud. in 6.
3 quem sequitur Gemin. & Franc. qui tamen ibidem tradunt, quod hæc consuetudo, seu statutum inducens maius tempus, quam viginti dierum ad optandum non præiudicat Apostolicis impetrantibus per illum text. nisi consuetudo inducta fuisset post hunc text. vt ibi-
4 dem dicunt Gemin. & Franc. cum possit induci consuetudo contra illum sicuti contra alios Canones iuris positiui, modo consuetudo illa sit rationabilis, & legitime præscripta, cap. fin. ext. de consuet. & sic præiudicaret etiam impetrantibus, secus vero inquiunt, est in statuto, nam inferiores non possunt facere statuta contra ius, Clem. ne Romani de elect. cum similibus.

Poterit

5 Poterit etiam,& minui per Capitulum ipsum,vt colligitur ex glos.pen.dict.c.fin. & clarius ex Paris.in consil.10.num.17.vol.4.& Franc.in d.cap.fin.in §.fin. ad finem, ex eo quod dilatio hæc in fauorem optare volentium inducta est,cui quilibet renunciare potest,l.si quis in conscribendo C. de pactis, c. ad Apostolicam de regul. dum tamen consenserit, omnes optare volentes, omnes inquam,& singuli,ita vt non sufficiat consensus maioris partis Capituli, seu Collegij propter interesse, quod in ea singuli habent, sicuti in cõpromisso electionis omnes debent consentire,cap.quia propter,& cap. cum in iure peritus de elect. & vtrobique Doct. neque enim singulis nocet factum à maiori parte Collegij in præiudicium singulorum, nisi omnes consentiant, vt voluit glos. in l.2. in verbo aut legem C. quæ sit longa consuetudo, quam sequitur Felyn. in cap. cum omnes n.18. & ibi Ioan. Andr.num.279.de constitut. Bar.in
6 proem.ff.num.5.& quod omnes tangit ab omnibus debet approbari,cap.quod omnes vbi glos.& reliqui Scribentes regul. iuris lib.6.

RESOLVT. CCCCXC.

An clausula (motu proprio) auferat subreptionem in præiudicium tertij?

1 *Clausula(motu proprio) aufert subreptionem.*
2 *Limitatur tamen,vt non procedat in præiudicium tertij.*
3 *Motus proprius minimè tollit,ea, per quæ reddi potest gratia nulla,& sic in præiudicium tertij,vt num.4.*

1 CLausula(motu proprio)aufert subreptionem,vt est tex. apertus in cap. si motu proprio de præbend. in 6. & decidit Cassa. in decis.3. sub tit.de pens.num.4. sequuti sunt Dec. in cons.33.n.20. & in cons.341.nu.4. glo. in Clem. Vras. in vers. directas præbend. Cald. in cons.13. de rescript.Gram.in cons. Ciuil.100.Gigas de pensionibus quæst.22. num.7. tamen cum in facti contingentia euenisset, limitaui text. & iura supradicta in articulo isto, scilicet in præiuditium tertij, & sic quod
2 licet dicta clausula auferat subreptionem, procedere tamẽ non poterit quoties agitur in præiudicium tertij, vt in proprijs terminis sequuti sunt Alex. in cons.215. vol.2. Decius in cons.407. Bellamera in decis.392. vbi
3 dicit quod motus proprius minimè tollit ea per quæ potest reddi gratia nulla quæ non veniunt ex dolo, vel culpa impetrantis, sed potius ex verisimili mente ipsius concedentis, sequitur Guttier. in cons.5.n.9. Paris. cons.1.num.75. & sic fuit resolutum per Rotam in Antiquis in dec.445.& in nouis in decis.122. imò secundũ doctrinam Soccin. in cons.120. col.5.vol.3. hæc omnia procedunt non obstante quod præiudicium tertij esset, & versatur in sola possessione de qua Princeps minimè fuit informatus,vt etiam sequuntur Butr.in c. cum in nostris colum.8. de concessione præbendæ, vbi, & Abbas num.19. & Felyn.in cap. in nostra in vers. nota de rescriptis, qui etiam in cap. ad aures col.3. vers.35. casus eodem citato tit. de rescriptis dixit etiam si ius esset quæsitum ad rem; nam hoc non obstante per hãc
4 conclusionem motu proprio minime tollitur tale ius in tertij præiudicium,vt post eum voluit Ruin. in cons. 63.col.penul.vol.5.vt dixit Ias.in Authent. quas actiones C. de Sacrosanct. Eccles. col.4. licet idem Felyn. vbi supra dicat non procedere quoties cum ista clausula motu proprio reperiretur clausula non obstante, nam in tali casu ista clausula operaretur in præiudiciũ tertij,vt etiam idem procederet quoties verba expressa importarent tertij præiudicium,vt dicit Ias. in l. fin. ff.de Constit. Principum vers.3.limit.col.6. Abbas in c. 2.col.penult.vers.si autem sunt priuilegia de immunit. Ecclesiæ,Bertrand.ia cons.35.vol.1.

RESOLVT. CCCCXCI.

Conuentio facta per maiorem partem, an alijs noceat.

1 *Facti species.*
2 *Factum à maiori parte,non nocet minori,& num.3.declaratur num.4.*
5 *Collatio,& institutio beneficij patronatus facta contempto, vel non consentiente patrono est nulla.*
6 *Papa non præiudicat in beneficio, spreto patrono.*
7 *Legatus à latere neque potest.*

1 NIcolaus Maria, Flauius, Anibal, Prosper, atque Ludouicus de Carduccijs fratres de Barensi Ciuitate ius patronatus Ecclesiasticum titulo Sancti Ioannis intus eamdem vrbem ex tribus vocibus duas possident ab illis de Bouibus altera possessa.

Annis elapsis Nicolaus Maria, Flauius, atque Anibal, cum prædictis de Bouijs conuentionem fecerunt, vt ex casibus vacationis bis ipsi fratres de Carducijs præsentarent, & illi de Bouijs semel.

Verum quia Prosper vnus ex fratribus in dicta conuentione non interuenit,neque vnquam assensum præbuit ideo ipsam reuocare atque annullare intendit. Nam magnum resultat præiudicium, non solum sibi, verum etiam nepotibus suis contrahentium filijs,quia si ipsi de Carducijs, duas habent voces, & illi de Bouijs vnam, semper præsentati a Carducijs essent præferendi quod quidem indubitatum est.

Hinc difficultas orta est, an dictus Prosper in dicta reuocatione atque annullatione ius habeat,& videbatur non habere,ex vulgari regula tex. in l. quod maior ff.ad municipalem, & l.1. ff. quod cuique vniuersit. vbi factum à maiori parte, adeo ab omnibus factum esse censetur,vt nemini competat ius contradicendi,& voluerunt etiam Cagnol.& Dec.in l.aliud §.refertur ff.de reg.iur. Cranetta cons.27.num.10.Duenna reg.296.& sequitur Alfan.collect.195. Gratian. decis.169. col.1. vbi scribit,hoc intelligi,quando factum à maiori parte pertinet ad plures vti vniuersos,secus si ad singulos,de qua re multa cumulat Mastrillus in decis.49.n.7.Boer. dec.111.Gram.dec.102.num.6.de Franch.decis.2. latè Bombin.cons.13.& Ann.cons.94.num.12. & seq. & per hoc iure optimo dixit Cæpol.in cons.79.quod vbi conuenit maior pars, ibi maior zelus, & consequenter rectitudo,& negotij iustitia, sequitur Alciat.de præsumpt. regul.1.præsumpt.51.Capic. decis.4. & hoc esse generale præsertim in electionibus, cap. Ecclesia vestra de elect. cap.1. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, item in impositione collectarum, Guid. Papa in decis.424.& in decis.vlt. Item in actibus vniuersitatum Capic. in decis. 152. & tandem in iure patronatus, de quo verba facimus in quo maior pars præfertur minori, cap. 1. & cap. quorumdam de iurepatr. Franciscus Marcus in decis.119.Cranet.cons.63.Abb.cons.66.lib. 2. Verall. in decis.363. p.2. vbi vnanimi consensu affirmant in iurepatronatus, & denique generaliter in omnibus, factum à maiori parte esse præferendum, cum dicta concordia seu conuentio, vt supponitur fuerit emanata à tribus compatronis, licet vnus ex ipsis contradicat, non tamen est eius contradictio attendenda stante maiori parte.

Supradictis tamen minimè suffragantibus contrariam sententiam de iure veriorem existimo ex eo quod
2 iure clarum est, maiorem partem non posse præiudicium afferre minori, vt probat text. & quod ibi communiter notat. in cap.cum omnes de constitut. & in d. l.1. ff. quod cuique vniuersitat. quod adeo verum esse putant, vt nec quidem vniuersitas, corpus, vel collegium obligare possint non consentientem, vt voluit Curtius Iunior in cons.fin.& in cons.174.num.36.Natra

ta in conſ.55.num.5. & ſequenti vbi dicit non poſſe tres ex patronis obligare alterum patronum non conſentientem ad fabricandam nouam Eccleſiam in beneficio patronato,& propterea Ann. in allegat.53. voluit quemlibet actum à maiori parte factum, minime præiudicium afferre minori, vt voluit idem in allegat. 57.& in allegat.21. Hinc ſecundum eundem in allegat. 17.adeo voces ſingularium perſonarum eſſe attendendas in actibus concernẽtibus plures vti ſingulos, quod refirmatio vno reluctante fieri non poteſt,ſequitur Vinius deciſ.129. de Franch. deciſ.479. Boer. deciſ. 149. Roman.ſing.96.& 669.

Non obſtat tex. in l. quod maior, & reliqua iura allegata pro contraria parte,quia procedunt quando factũ à maiori parte pertinet ad plures vti vniuerſos, ſecus vti ſingulos prout in caſu noſtro in quo intereſſe habent ſingulare omnes fratres de Carducijs, & conſequenter factum vnius non nocet reliquis, vt latè deducit Couarr.pract.quæſt.cap.14. ex regula text. in l.qui fundum ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum, vbi ex his quæ ſunt communia pluribus vti ſingulis, factum ab vno non nocet reliquis ex, quo omnes concordare debent,ſequitur Grat.in deciſ.Marchiæ 169.col.1.& in deciſ.183.Maſtri.in deciſ.Rotæ Siciliæ 49.n.7.& in proprijs ferè terminis iuriſpatronatus eſt videndus Boer. in dec.111. in quibus omnibus ſup. cit. authoritatibus habetur factum à maiori parte vno contradicente nedum in cauſis iuriſpatronatus, verum etiam in alijs præiudicium non generare,ſequitur Natt.conſ.58.col. fin.Boer.deciſ.149.num.5.Arnon.problemata 21.Campagnia in cap.Reg.132. ſub.n.61.de Franch.deciſ.609. Vinius citata dec.129.n.1.Anna,Maſtr.& Romã. locis ante citatis,& latiſſimè Capiblanc.in tract.de Author. Baronum fol.126.n.68. & ſeq. & de Ponte de poteſt. proreg,fol. 486.

Supradictis accedebat quod ſi collatio, & inſtitutio beneficij patronatus facta contempto,vel non conſentiente patrono eſt nulla, Rota in nouis in deciſ.307.incip.permutatio,Dec.in conſ.117.Caſſador. in dec.2.n. 4.delocat.& conduct.Franciſ.Marcus in deciſ.494.n.3. in deciſ.1142.n.2. vol.1. Cardin.Pariſ.in conſ.43.vol.4.

Quod ampliatur procedere etiã in Papa, vt non poſſit ſpreto patrono præiudicare beneficio, Bellame. in deciſ.745.n.1. Caſſador. in deciſ.4.n.3. tit. de probat. vbi allegat Rotam in antiq.in deciſ.71.quam inuenire non potui,Caſſador.in deciſ.3.num.1. titul. vt litè pendente,Guid.Papa in deciſ.374.n.4.& quantominus hoc poſſe Legatum à latere teſtatur Guid. Papa in dec. citata 374. quantominus igitur poterit alter, vel tres ex patronis præiudicare minori parti.

RESOLVT. CCCCXCII.

Miracula, an probentur per teſtes ſingulares?

Queſitum reſoluitur affirmatiuè, & referuntur exempla n. 2.& 3.

Adhibere fidem teſtibus,eſt arbitrarium Iudici.

Teſtis ſingularis præſertim bonæ famæ probat facta, quod ab alijs ſciri non poſſit.

Teſtis ſingularis deponens de facto quod ipſe tractauit vt mediator, plenè probat. Item probat in factis antiquis etiam de auditu.

PRo parte affirmatiua quod ſic tenuit Bellã. in.c.1. de reliq.& vener.Sanctorum,quem probat Panuin. par.2.art.4.§.dico,& concludendum probat Villaut.in ſua praxi Canonica in titulo de teſtib.lib.8. cap.4.concluſ.2.latiſſimè Riminal.Iun. in conſ.7. præcipuè num. 130.vol.1.quem probat Illuſtriſs.Cardin. Thuſc. in ſua pract.comm.un.concl.in verb.ſingularitas teſtium concluſ.277.num.7.

Et ita fuit obſeruatum in Canonizatione S.Bonauẽturæ,nam ad hunc finem Panuin.d. art.4.hoc diſputat, vbi etiam dicit in §.& hinc eſt quod Innoc.111.hoc obſeruauit in proceſſu Canonizationis S.Homoboni Cremonenſis,nam hinc Summus Pontifex fidem adhibuit vni teſti ſingulari nempe Osberto presbytero qui per annos viginti, & plus confeſſionem dicti S.Homoboni audiuit,& depoſuit ſolus ſuper obedientia, quam in orationibus,vigilijs, & alijs pœnitentiæ fructibus ſemper plus iniunctis à Confeſſario ſatisfaciebat.

Item fuit hoc etiam obſeruatum in Canonizatione S.Thomæ Aquinatis per Ioannem XXII. nam fidem adhibuit vnico teſti deponenti de auditu à Diuo Thoma ſe potius diuinitus ſcientiam acquiſiuiſſe quam ſtudio,& labore, vt etiam habetur in quinta lectione eius officij die 7.Martij ibi(quin etiam ſodali ſuo fratri Reginaldo dicere ſolebat quicquid ſciret non tamen ſtudio aut labore ſuo peperiſſe quam diuinitus traditum accepiſſe) Hæc ibi, ex quo duo reſultant, primum eſſe vſu receptum in Eccleſia,vt teſtes ſingulares admittãtur in probatione miraculorum, & ſecundum,vt tolleretur omnis diſputatio, narratur hoc exemplum in dicto officio S.Thomæ per Eccleſiam vniuerſalem, vt ſit omnibus manifeſtum,nec ab aliquo id poſſit in dubium reuocari.

Et ratio eſt,quia adhibere fidem teſtibus eſt arbitrarium Iudici,l.3. ff. de teſtibus eum vulg. alijs,& ideo ſi factum eſt tale,vt ſciri non poſſit niſi per vnum teſtem, cur nõ debemus illi adhibere fidem, præcipuè ſi ſit homo bonæ conditionis, & famæ, & in particulari, vt ſit arbitrariũ Iudici etiam plenè adhibere fidem teſtibus ſingularibus, & in particulari quando teſtes ſunt bonæ famæ, & ſunt perſonæ nobiles, & notabiles, probat ex multis Caſtrenſ.cõſil.342.in cauſa col.fin. verſ.Quarto dicitur lib.2.Rimin.d.conſ.7.n.205.Marſ. ſing.114.Plotus conſ.6.num.12.Tuſc.in verb.teſtes ſingulares cõcl. 275.num.73.& ſequen.latiſſimè Farinac.in tract.de teſtibus quæſt.64. præcipuè n.103. cum ſeqq. & omnes hoc admittunt quando eſt ſingularitas adminiculatiua, quia nempe habet alia adminicula, ex quo teſtis, qui alias iudicaretur ſingularis, dum habet adminicula,non eſt ſingularis,& plenè probat tex.in l.qui ſentẽtiam C. de pœn. notat Thuſc. in d. verbo ſingularitas teſtium concl.277.num.22. & ante eum hoc probant plures alij, quos ſequuntur Rota Genuæ 182. Cravet. conſil.6.n.66. Tepat.tom.1. in tit. de prob. ſingul. fol. 259.col.3. & alij plures.

Et ſic vnus teſtis,qui deponit de facto quod ipſe tractauit vt mediator,plenè probat, vt latiſſimè cumulat Caputaq.p.267.par.2.vbi ſic deciſum refert.

Et confirmatur quia teſtes ſingulares multis alijs probant, & præcipue in factis antiquis, & eatenus hoc eſt verum propter priuilegium antiquitatis, quod etiã ſi de auditu deponant, probant præcipuè quando publica fama concurrit, vel adſint alia adminicula, vt in ſpecie ad tex. in cap. licet ex quadam de teſtib. & alijs probat Alex.conſ.82. in cauſa num.2. lib.1.Capy. dec.193.in fin.Tuſc.in ſua prax.concl.in verb. teſtis de auditu concluſ.180.n.26. cum ſeqq. nam illa adminicula innctis depoſitionibus ſingularibus plenam probationem faciunt.

Eo magis probatur factum antiquum per conteſtes, qui à diuerſis factum illud audiuiſſent, & præcipuè quando fama publica concurrit, & ipſi teſtes deponerent ſe ita credere, vt factum illud eſt ita ex tex. in d. c.licet ex quadam de teſtib. notant ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr.Aret. Abb. & Fely.probat etiam Curt. Iun. quos ſequitur Surd.conſ.135.num.100.vol.1.poſt alios Tuſc. d.concluſ.180.n.37.& ſeq.& in ſpecie num.95.& ſeq. conferunt latè diſcuſſa per Maſcar. in verb. antiquum concluſ.104.vbi n.7. cum ſeqq. hoc etiam procedere docet ſi teſtes prædicti eſſent domeſtici,quæ omnia nodanta

tanda sunt, nam etiam in probatione miraculorum verificari possunt, & consequenter patet eum probatum quod probandum assumpsimus de singularitate testium improbatione miraculorum.

RESOLVT. CCCCXCIII.

An professio facta per puellam Phtificam, & iam morituram profit Monasterio quoad acquisitionem bonorum declaratur Bulla Pij V.

1 *Bona ingredientis Religionem per professionem Deo dicãtur, ita quod Monasterio intelligantur collata.*
2 *Monasterium non succedit puellæ phtificæ emittentis professionem, quia illam emittit ad consequendum indulgẽtias, & propter solatium, & consolationem spiritualem, limitatur, vt num. 4.*
3 *Priuilegium sortitur effectum, quoad ea solum quæ in illo exprimuntur, & ab eo non est recedendum, atque eius verba erunt ad vnguem seruanda.*
5 *Professio duobus modis fit, scilicet simpliciter, & causa deuotionis.*
6 *Professio stante morbo professitentis, non potest fieri simpliciter, quia contra Conc. Trid. sed potest fieri deuotionis causa.*
7 *Monasterium nil capere potest pro ingressu Monialium, nisi à sponte dantibus, vel alimentorum causa.*
8 *Marito non substinenti onera matrimonij, non debetur dos, neque eam prætendere potest.*
9 *Dos debet peti apto, & congruo tempore.*
10 *Professio emissa in articulo mortis non iuuat Monasterio quoad acquisitionem bonorum, seu dotis.*

1 LIcet aperta sint iura quod bona ingredientis Religionem, per professionem Deo dicantur, ita quod Monasterio intelligantur collata, auth. ingressi, vbi latè DD. omnes C. de sacrof. eccl. de Franch. in dec.40.vbi Monasterium prefertur Agnatis immediate bonorum antiquorum, quæ eisdem deberentur virtute Consuetudinis huius Ciuit. Neap. vndè Monasterio ex persona Monachi competit rei vendicatio, vt tradit Cam. Imper. in verb. Monachus in prin. & hæred. delata monacho qui ex dispensatione Summi Pontif. degebat extra clausura acquiritur Monasterio, vt voluit Gam. in decis.388. Tamen contrarium est resoluendum in casu nostro vbi agitur si professio emissa à puella infirma, & in vltimis constituta operetur, vt Monasterium lucretur paragium ingressarum, & portionem aliorum bonorum, quæ opinio fundatur ex pluribus, & præcisè per Bullam P ij V. qua disponitur talem professionem emittentes consequi indulgentias, quæ alijs eiusdem Monasterij Nouitijs non conceduntur virtute huius
2 concessionis, & professionis sic factæ; monasterium enim non potest succedere bonis Nouitiæ sic professæ in præiudicium suorum hæredum, & aliorum venientiũ ab intestato, nam vt constat, Summus Pontifex hoc non intendit, vt patet intuenti, sed tantummodo hoc concessit propter solatium, & consolationem spiritualem ipsarum Monialium nouitiarum ne carerent merito, siue beneficio indulgentiarum, neque vnquam Pontifices ex suis priuilegijs intendunt derogare, aut præiudicare iuri quæsito alterius, nisi hoc expresè ibidem contineatur, l. si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. cap. cum olim de verb. signif. latissimè DD. in c. decet de reg. iur. in 6. Mastril. dec. 20. Bellam. in dec 166. cum alijs cumulatis per Gabr. in lib. commun. concl. in tit. de iur. quæsit. non tollendo, quod est vulgatum apud
3 omnes adeo, vt priuilegium sortiatur effectum quoad ea solum quæ in illo exprimuntur l. cum auus C. de emancip. liberor. cum alijs vulgatis, vnde à tenore Priuilegij non est recedendum, cap. porrò cum seq. de priuileg. Mantic. in dec. 82. nu. 1. vbi priuilegium ad casum ad quem verba non porriguntur non extenditur, cap. sanè de priuil. l. quod constitutum cum gl. ff. de milit. test. Bald. in cap. eam te num. 13. de reser. Et propterea cum in præfata concessione nullum apponatur verbum per quod vocetur Monasterium ad successionem taliter professæ, merito nulla facienda erit extensio per Iudicantes, cum verba priuilegij, & concessionis non debeant alterari, l. humani C. de legib. c. cum venissent cum ibi latissimè cumulatis de iudi. imò ad vnguem seruanda, c. porrò de priuileg. cum tenor priuilegij det legẽ ipsi priuilegio, Bald. notabiliter in c. 1. col. 7. in tit. an aga. Iun. Abb. & reliqui in c. venerabilem qui fil. sint legit. Curt. Sen. cons. 48. Iaco. Leonard. in cons. 114. n. 402. Bal. in c. 1. in fi. de duob. fratr. qui voluit tenorem gratiæ esse diligenter seruandum, quia vim contractus ostendit, Berret. in cons. 13. num. 3. & in cons. 78. n. 15. vol. 1. quo fit, vt licet de natura professionis in Religione omnia in Monasterium transferantur, auth. ingressi C. de sacrof. eccl. Bart. in l. cum hęredes de acquir. poss. de Franch. in dec. 717. nihilominus existẽte tenore Bullæ Pij V. in contrarium non debet in controuersiã poni ex quo de iure, vt supra dixi, tenor priuilegij, & concessionis est spectandus, cum is re ipsa deroget omni naturæ rerum, vt notabiliter scripsit idem Berret. in cons. 9. num. 1. cum alijs seq. Surd. cons. 8. num. 31. colũ. 2. Viui. pulchrè in dec. 336. quare optimo iure venit dicendum Monasterium in hoc casu minimè bonis dictæ sic professæ succedere posse, vt in proprijs terminis tenent Mirand. in Manual. prælat. par. 2. quæst. 22. artic. 10. Rodriquez tom. 3. quæst. regul. 15. art. 6. in fin. qui his vtitur verbis.

Notandum est quod virtute huius Breuis, & concessionis ipsi Nouitiæ sic professæ non potest succedere Monasterium in præiudicium venientium ab intestato, cum tantum concedat hoc Summus Pontifex propter consolationem spiritualem ipsarum Monialium, & Nouitiarum, vt patet ex verbis huius concessionis ibi carent merito Cælesti quo d. ordinis professores, & ibi pro consolatione animæ suæ, & ibi Moniales Nouitiæ sic decedentes, indulgentias, & alias gratias quas Moniales verè Professæ, & ibi plena suorum peccatorum indulgentiam in forma Iubilæi, & ibi Summus Pontifex suis priuilegijs intendit derogari iuri quæsito alterius, & in hac Bulla nullum apponitur verbum, ex quo colligatur velle Summum Pontificem iuri venientium ab intestato præiudicare: propterea si hoc priuilegium tantum in foro conscientiæ locum habet quidquid virtute ipsius fit tantum in foro conscientiæ valebit, & sic cum professio virtute eius tantum in foro conscientiæ valeat virtute ipsius nihil in iudicio exteriori peti po-
4 test; Verum est tamen, quod si Nouitia ex ea infirmitate non decesserit si postea anno probationis completo professionem emittat primam ratificando, succedet Monasterium in ea quæ supra latè diximus tom. 2. q. 7. art. vlt. Hæc sunt verba Rodriq. & ijsdem ferè verbis vtitur Mirand. in suo Manual. Prælat. p. 1. d. q. 22. art. 10. vndè non obstat auth. ingressi C. de sacrof. eccl. vbi bona ingredientis religionem per professionẽ Deo dicantur, ita quod eorum bona Monasterio intelligantur collata; nam iste text. procedit, quando fit professio tempore sanitatis, cum conditionibus à iure
5 statutis, & non quando fit in articulo mortis causa deuotionis, duobus enim modis fit professio, præcipuè à Monialibus nempè simpliciter, & ex debito deuotionis, simpliciter professionem emittunt illæ, quæ explorata voluntate tempore sanitatis, & existentibus debitis requisitis, simpliciter licentiam obtinuerunt ab Ordinario, causa deuotionis emittunt Nouitiæ in articulo mortis constitutæ, ad lucrandum indulgentias.

Et quid si professio facta esset post annum probatio-
6 nis existente morbo prædicto, an succedat Monasterium in bonis, dic similiter quod non. Et primò, quia profes-

professio fieri nō poterat simpliciter, & iuxta solitum, sed causa deuotionis tantùm, obstat enim Conc. Trid. c.17.sess.25.de regul.mandans,quod cognita prius voluntate virginis, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat,& si libera ei esset voluntas profitendi, & habuerit conditiones requisitas, iuxta illius Monasterij, & Ordinis regulam; Nec non & Monasterium fuerit idoneum liberè ei liceat profiteri,debitæ conditiones non erant in ista puella,quia hectica,phtisica,& moribunda propter quod non poterat Deo,& Monasterio inseruire, vti professio mandabat, ergo simpliciter profiteri non poterat, imò ex Monasterio debebat eijci, vt per eund.Concil Trident.cap.16. his verbis mandatur scilicet finito tempore Nouitiatus, Superiores Nouitias quas habiles inuenerint ad professionem admittant;
7 aut è Monasterio eijciant; Non debetur secundò dos, quia Monasterium pro ingressu Monialium nil capere potest, nisi à sponte dantibus, & certa quantitas alimentorum causa, quæ dotalis eleemosyna dicitur alias esset simonia, est tex. ad literam in cap. non satis de simon. cum glos. & DD. omnibus; hic cessat alimentorum causa,quia instabat mors,ergo nō debetur,dos. Tertiò, non debetur dos,nam sicuti illa datur in matrimonio carnali pro oneribus matrimonij,l.pro oneribus C.de donat.ante nupt.adeo vt si ma-
8 ritus onera matrimonij non substinet,vllo modo debet habere dotem, ita nec Monasterium ex hac professione potest habere dotem, quia imminebat mors, cum qua soluta fuerunt omnia, validum est enim arguere à matrimonio carnali ad spirituale, cap.inter corporalia de transl. Episc. Quartò non potest etiam prætende-
9 re dotem,quia dos debet peti apto,& congruo tempore,dixit Neapod. in Consuet. eas autem de succes. ab intest. Nec dicitur nupta quæ virum pati non potest, idem Neapod. in Consuet.Quartā autem de iur.quart. num.34.& in Consuetu.1.de filiofam.nubente,quæ verba leguntur in l.pen.ff.quando dies legati ced.punctualiter igitur ad casum nostrum, nam ibi dicit tex. quod legatum factum pro tempore nuptiarum non debetur, si nuptiæ fierent ante 12. annum assignans rationem prædictam,quod non dicitur nupta,quæ virum pati nō potest,ergo non dicitur professa ista Puella,quia onera professionis pati non poterat,& per consequens neque debetur dos.Quintò, & demum non debetur dos, quia
10 professio fuit emissa in articulo mortis, quo tempore omnia gesta pro nihilo reputantur,l. filiæ meæ emancipatæ,& egrè ff.sol.matr.cū concord.loquente punctualiter in materia matrimonij,& sic decisum fuit per S.C. in causa Domini Marchionis Arentij cum hæredibus quond.D. Isabellæ de Tolfa suæ vxoris, cui donauerat multa bona,& sui heredes prętendebant restituere medietatem tantū propter osculum ei traditum, iux.text. in l.si à spōso sponsę C.de don.ante nupt.sed quia osculum fuit traditum, quando erat de salute desperata, & non poterat eo tempore ad matrimonium deuenire, ideo de illo iuxta dicta iura nulla fuit habita ratio, & fuerunt ordine S.C.restituta eidem Marchioni integra donata exceptis expensis pro causa prædicta erogatis, vt planè narratur per D.de Franch. decis.504.

Et quod bona ingredientis ad Monasterium tempore mortis non transeant in Monasterium,sed in consanguineos hæredes, dixit Io. And. ad cap.in præsentia de prob. Alciat. in l. post contractum num.61. vers. quale est ff.de don.& Menoch. præsumpt.8. lib.4.num.3. & 4. idem Menoch.cons.226. num.18. à quibus repetuntur permulti.

RESOLVT. CCCCXCIV.


Sacerdos, an possit perpetuò locare operas suas pro Missis celebrandis?

1 *Sacerdos non cogitur præcipuè operari, sed potest, vel per substitutum seruire, vel soluendo interesse liberari.*

1 REspondi in facti contingentia quoad hunc sensū, vt non cogatur præcisè operari,sed possit vel per substitutum seruire, vel soluendo interesse liberari, cōmunis est sententia,eam tenent glos.verb.nunquam redire ad proprietarem,Odofr. num.3.Bar.num.2. Bald. num.8. Alber. num.1,Fulg.num,2. Saly.num.3. in l.antiquitas C.de sacros.glos. verb.ascendente.Port. num.6. Ang.num.1. in §. ne tamen Instit. eod. titul.glos.verb. reuerti, Odofr Bar. Ang.Bal.in l. omnes §.constituitur ff.eod.titul.glos.verb. certi, Odofr. num.2.Bald. in addition.num.2. in l. si ij 22.C.locati,Port.num.8. Faber. num.6.in §.seruitus Instit.de iur.personar.Spec.titul.de locato §.postquam num.18.Azor. in Summ.C. eod. titul.num.5.Rofred.in titul. de action. ex locat .num.17. Ancharan.in cap.lator num.7. de pignor. Dyn. Odofr. Bar.& Imol.in l. Titio centum §. Titio centum el.2. ff. de cond.& demonstr.Guid.Pap.decis.314.num.2.Rom. sing.365.Neuiz.cons.86.num.16.in fi.Carro.in tract.de locat.p.2.in tit.liber homo.n.4. Rip. in l. obligatione generali n.10.ff.de pignor.Guttier. de iuram. confirm. cap.8.num.39.& 73.par.1.Bonacos. in tract. de famul. quæst.85.Beninc. in tract. de paupert. special. in contract.num.14. Suar. in Thes. comm. opin. verb. operas mm. 21. Burs.consil. 205.n.21.lib.2. testatur de communi,& magis communi.

FINIS.

Vid. D. Franc. M. Ambronius I.V.D



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

